PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA INNOCENTII III (ANNO 1216) PRO LATINIS ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT.

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE

Bibliothecæ Cleri universæ

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XXXIII

CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS, PETRUS II, TIMOTHEUS ALEXANDRINI, ALII.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,
IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE*, 208.

SÆCULUM IV.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΩΝ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

S. P. N. CYRILLI

ARCHIEPISCOPI HIEROSOLYMITANI,

OPERA QUÆ EXTANT OMNIA,

AD MANUSCRIPTOS CODICES NECNON AD SUPERIORES EDITIONES CASTIGATA, DISSERTATIONIBUS ET NOTIS ILLUSTRATA, CUM NOVA INTERPRETATIONE ET COPIOSIS INDICIBUS.

CURA ET STUDIO

DOMNI ANTONII AUGUSTINI TOUTTÆI,

PRESBYTERI ET MONACHI BENEDICTINI E CONGREGATIONE SANCTI MAURI.

ACCEDUNT

PETRI II, TIMOTHEI, ALEXANDRINORUM PRÆSULUM, APOLLINARII LAODICENI, DIODORI TARSENSIS *SCRIPTA VEL SCRIPTORUM FRAGMENTA QUÆ SUPERSUNT.*

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE

Bibliothecæ Cleri Universæ

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE

TOMUS UNICUS.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,

IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE*, 208.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO XXXIII CONTINENTUR

S. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS, ARCHIEPICOSPUS

Catecheses. *Col.* 331
Catecheses mystagogicæ quinque. 1059
Homilia in paralyticum juxta piscinam jacentem. 1132
Epistola ad Constantium imperatorem. 1165
Fragmenta deperditorum S. Cyrilli operum. 1179
Opera S. Cyrillo supposita. 1183
Præcedentium editorum præfationes et notæ. 1211

PETRUS II ALEXANDRINUS EPISCOPUS

Epistola encyclica. 1275
Fragmenta epistolæ ad episcopos Ægyptios fidei causa exsules. 1291

TIMOTHEUS ALEXANDRINUS EPISCOPUS

Responsa canonica. 1295
Epistola ad Diodorum Tyrensem. 1295

APOLLINARIUS LAODICENUS EPISCOPUS

Interpretatio in Psaltem. 1313

ISAAC EX JUDÆO CHRISTIANUS

Liber fidei. 1539

DIODORUS TARSENSIS

Fragmenta ex libro *De fato.* 1559
— ex libro contra Synusiastas. 1559
— ex Catenis. 1561
Addenda ad Apollinarium. 1627

PRÆFATIO.

I. Antequam Cyrilli doctrinam et res gestas accuratius persequar, officii mei esse duco breviter de sancto præsule ejusque operibus, de superioribus editionibus ac hujus novæ ratione et consilio præfari. Ac in Cyrillo quidem pluribus laudando necesse non est immorari. Satis eum sedis dignitas, res præclare gestæ commendant. Presbyter primum, deinde archiepiscopus Hierosolymitanæ omnium matris Ecclesiæ ; ibi catecheticas orationes habuit, ubi religionis incunabula, ubi fons sacræ traditionis. Inde operis pretium. Huc accedit antiquitas : ante enim pronuntiatæ fuerunt quam Athanasius, Hilarius, Basilius, aliique præstantissimi Patres, quibus etiam superfuit Cyrillus, stylum adversus Arianos acuissent. Variam fortunam sanctus præsul expertus est, sede sua non semel dejectus. Sed hæc pro fide catholica pati dulce ei et decorum fuit. Illud molestius quod Catholicorum, imo sanctorum maledicta non effugit. Verum Hieronymi rumoribus incertis decepti minus æquum judicium præcla e compensatur tum synodi Constantinopolitanæ, quæ Cyrilli fidem et ordinationem ab afflictis criminibus vindicavit, tum scriptorum ecclesiasticorum testimoniis qui Cyrillum perhonorifice semper appellant. Eum Theodoretus (*a*) dogmatum acerrimum propugnatorem appellat, Theophanes (*b*) sacratissimum et (*c*) orthodoxæ doctrinæ defensorem ; Photius (*d*) virum qui apud omnes sanctus habetur et est, *Catecheses*que scripsit sublimi theologia refertas ; Glycas (*e*) magnum vocat ; Nicephorus (*f*) unum e spectatis viris ; qui in Ecclesia Dei eruditione et eloquentia enituere, virum (*g*) singulari ad plebem docendam facultate præditum. Demum ejus nomen ab utraque Ecclesia Latina et Græca, cum elogio confessoris, sanctorum fastis ascriptum.

II. *Laus Cyrilli scriptorum.* — Ad opera quod attinet, haud dubitabo dicere, ex omnibus antiquitatis monumentis nihil fere ad nos majoris pretii pervenisse. Nam, si materiam consideres, omnia religionis dogmata rudibus Ecclesiæ filiis inculcat ; decem et octo *Catechesibus* universam Symboli doctrinam, quinque aliis tria baptismi, confirmationis et Eucharistiæ sacramenta complectitur ; quod opus eo majoris momenti, quod cum aliorum scriptorum catecheses una aut altera concione contineantur, Cyrillianæ seriem hujusmodi concionum in unum veluti corpus redactam habeant. Si rerum petractandarum rationem spectes, nihil magis simplex, nihil ad vulgi captum accommodatius. Dilucide et copiose singula dogmata, rationum momentis contra paganos, Scripturæ sententiis contra Judæos et hæreticos demonstrat ; ac sepositis theologicis vocibus, res e media theologia repetitas, Scripturæ verbis et usitato sermone disserit. Illud etiam in Cyrillo mireris, quod, cum perantiquus sit, nihil fere tamen in eo reperias quod tempora illa redoleat quibus hæreses nondum curam attulerant cautius loquendi. Ita enucleate et distincte disputat, ut non solum natas hæreses, sed futuras etiam quasi præsagiens evertat. Nondum prodierant Macedoniani, cum sancti Spiritus divinitatem sic defendit, ut vix uberius exortam hæresim Athanasius, Basilius ac uterque Gregorius profligaverint. Nestorium, Eutychen, Monothelitas, Adoptionarios anticipato confutavit, personam et *filietatem* unam, duplicem naturam et operationem diserte asserens, nec tamen personæ aut naturæ nomen usurpans. Aerium qui precibus pro mortuis, Vigilantium qui sacris reliquiis bellum indixit, antequam emergerent, refellit. Quæ autem in controver-

(*a*) Lib. II *Hist. eccles.*, cap. 26.
(*b*) *Chronogr.* pag. 58.
(*c*) Pag. 47.
(*d*) *Collectan. de metrop.*
(*e*) *Annal.* part IV, pag. 252.
(*f*) *Hist. eccles.* lib. IX, *cap.* 14.
(*g*) Lib. IX, cap. 46.

siam ab hodiernis hæreticis vocantur, ut sacramentorum vis, præsentia realis, transsubstantiatio, sacrificium eucharisticum, ea tam significanter asseverat, tam studiose confirmat, ut heterodoxorum alii suppositas Cyrillo *Catecheses* aut interpolatas fingere, alii Cyrillum a catholicis partibus stare coacti sint confiteri, alii denique obstinatiores stultissimis subterfugiis eludere conati sint ; quæ, si semel valent, nullæ jam humanæ orationis leges, nihil supersit apud antiquos de quo lis moveri non possit.

III. *Quanto in pretio apud Græcos et Orientales.* — Minime mirum, ex opere Ecclesiæ tam utili plurimas sententias a sanctis Patribus et scriptoribus ecclesiasticis depromi, tum in libris adversus hæreticos, aut ad Catholicos edocendos scriptis, tum in Pandectis et Parallelis, tum in Catenis in Scripturam. Non enim iis assentimur, qui Cyrillum in silentio et oblivione latuisse volunt. Tria tamen cogimur confiteri : 1° sæpius multo quam Cyrillum, in supra dictis monumentis cæteros scriptores, Eusebium, Athanasium, Basilium, Chrysostomum citari : quanquam non pauca nemini hactenus observata reperi, quæ ex Cyrillo scriptores natu minores mutuati atque usi pro suis fuerant ; 2° Cyrilli exemplaria in bibliothecis multo pauciora quam prædictorum Patrum exstare, adeo ut integrum *Catecheseon* volumen instar thesauri sit in Gallia. Variæ interdum occurrunt catecheses inter homilias Patrum, velut catechesis decima tertia, quæ in Lectionario Colbertino inscribitur, *Cyrilli homilia in festum Parasceves* : ex quo colligas Cyrilli *Catecheses* lectas aliquando in Ecclesiæ officio fuisse ; 3° non defuisse octavo sæculo qui Cyrillo, propter laudatum in epistola Constantium et prætermissum in *Catechesibus* consubstantialis nomen, Arianismi notam inurerent : quam injuriam ab eo propulsat Theophanes *Chronogr.* pag. 39. Hæc tamen insita nonnullis opinio de ejus nomine et operum judicio detrahere potuit. Hæc de Cyrilli operibus quantum ad Ecclesiam Græcam. Apud Orientales autem, etiam eos qui ab Ecclesia dudum abstracti, magno etiamnum in pretio Cyrillus, magno usui *Catecheses*, quæ in Arabicum sermonem conversæ, scriptoribus Orientalibus, sive ad Scripturæ interpretationem, sive ad dogmatis pertractationem, sive ad morum institutionem plurimum afferunt, ut sæpe audivi ex clarissimo viro D. Eusebio Renaudot, quicum in omni eruditione perpaucos, neminem in hoc genere conferas.

IV. *Apud Latinos.* — Apud Latinos non valde celebris Cyrillus ; nomine tantum ex Hieronymo et *Historia tripartita* notus. Quod si Rufinus, dum Christianæ doctrinæ summam ex probato aliquo scriptore ad Latinos transferre instituit, pro Origeniano *De principiis* libro, Cyrilli *Catecheses* Latinas fecisset ; næ ille melius et sibi et Ecclesiæ consuluisset. Utinam saltem eas in Latinum sermonem convertere, quam compilare et suæ *Symboli Expositioni* assuere maluisset ; sed eum forte ad hoc consilio deterruerunt susceptæ cum Cyrillo simultates. An alius aliquis Cyrilli *Catecheses* Latine vel omnes, vel earum partem reddiderit, prorsus ignoro : certe Latinis vel prorsus incognitæ, vel ex codicibus interpolatis parum certo cognitæ. Gelasius, seu quivis alius auctor Latini *De duabus Christi naturis* libri, sententiam ex quarta Cyrilli catechesi depromptam citans, Gregorii Nazianzeni orationi *in Christi natalem* acceptam refert. Adhibuit sanctus Thomas in opusculo *Adversus Græcos* nonnulla Cyrilli testimonia ; sed quæ partim ei supposita, partim ex interpolato codice desumpta. An Cyrillum præterea Latinus aliquis ante inventam typographiam citaverit, fateor me nescire. Nihil moror eos scriptores qui supposititam Cyrillo ad Augustinum epistolam hæreticis, ad purgatorium asserendum, indocte prorsus objecerunt.

V. *Variæ editiones : Sclavonica et Bolonica.* — Prima Cyrilli editio videtur ea fuisse quam Jacobus Uchanski, archiepiscopus Gnesnensis, regnique Poloniæ primas, cum Grodecio communicavit. Ille *Catecheses* Sclavonum idiomate conscriptas ex Macedonia et Bulgaria nactus fuerat, et in Polonicam linguam transtulerat annis pluribus antequam Grodecio, ex quo hæc accepimus, suum illud Sclavono-Polonum exemplar traderet ; postquam intellexerat eum Græco-Latines Cyrilli Hierosolymitani Catecheses habere, curavitque diligenter, ut translatio utraque cum origine Græca conferretur. « Quo factum est, inquit Grodecius, ut ex mirabili quadam concordia diversæ linguæ et translationis, constans veritas institutionum elucesceret. Quamvis enim menda nonnulla et hiatus, qui vitio librariorum committi solent, in utroque exemplari non deessent, ex mutua tamen collatione sublatis illis, et quæ desiderabantur in integrum restitutis, series orationis et doctrinæ sic concordabat, ut nulla possit superesse suspicio, quin istæ *Catecheses* Cyrilli sint verissimæ. » Ita Grodecius de

utraque illa interpretatione Sclavonica et Polonica. Libenter ei assentimur, qui neutram vidimus, ac utramque linguam ignoramus. Cæterum utrum primum illud Sclavonicum exemplar manu exaratum esset an ære excusum, in ambiguo reliquit Grodecius.

VI. *Editio Viennæ an.* 1560. — Quinque mystagogicas Cyrilli catecheses Viennæ in Austria Græce et Latine editas anno 1560 fuisse, docet catalogus Græcorum codicum Augustanæ bibliothecæ. Meum de hac editione judicium non interponam, cujus inspiciendæ copiam non habui, quamvis diu multumque quæsierim. Idem usu venit Fabricio, diligentissimo hujusmodi rerum indigatori, qui nullum a se hujus editionis exemplar in tota Germania invesiri potuisse testatur.

VII. *Parisiensis Guill. Morelii ex Memiano ms. editio.* — Anno 1564 Guillelmus Morelius, Caroli IX typographus, nonnullas Illuminandorum catecheses, quartam, sextam, octavam, nonam, decimam, decimam quintam, et decimam octavam, una cum mystagogicis quinque Parisiis edidit in 12°, ex manuscripto codice viri clar. de Mesmes, libellorum supplicium magistri. Hæc editio Græco contextu vulgo continetur ; adjuncta est tamen in exemplari Bibliothecæ regiæ Latina interpretatio, quæ ad calcem rejecta et multis foliis mutila, eidem anno eidemque typographiæ tribuitur ; neque ex Grodecio, qui suam eodem anno edidit, describi potuit, sed Græcum id omnibus contextum diligenter et ornate reddit. Hoc unum hujusmodi exemplar in manus meas venit, nec de auctore interpretationis habeo quod conjiciam. De contextu autem, in hac editione, quæ ad unius codicis fidem, ejusdemque mutili et mendosi elaborata est, idem omnino vitium animadverti, quod in cæteris omnibus, quæ dalæ ex uno codice fuerunt : nam et lacunæ frequentes, et voces plurimæ majorem in modum deformatæ. Ejus tamen varietates, non parvo mihi ad emendandum contextum usui fuerunt. Codicem ipsum si inspicere licuisset, plus forte utilitatis percepissem, aut saltem de ejus ætate et pretio judicandi copia esset. Sed is prorsus evanuit, nec usquam reperiri potuit ; cum senatus princeps illustrissimus, ad quem hujus bibliothecæ hæreditas a majoribus pervenit, prolixam hac in re voluntatem de more suo significasset.

VIII. *Grodeciana interpretatio. Catechesis 22 edita a Stanislao Hosio an.* 1562. *Gallica Cyrilli interpretatio. Judicium de Grodecii editione.* — Quo anno Parisiis Græce catecheses nonnullæ, eodem Latine omnes cum epistola ad Constantium prodiecunt. Auctor hujus interpretationis Joannes Grodecius, decanus Glogoviensis, Wratislaviensis Warmiensisque canonicus. Cum ante aliquot annos in Urbe commoraretur, et apud eminentissimum D. Stanislum Hosium, cardinalem Warmiensem, posteaque sedis apostolicæ in concilio Tridentino a latere legatum amplissimum, nactus esset Græcum exemplar *Catecheseon* Cyrilli manuscriptum, neque antea, quod sciret, in sermonem Latinum translatum aut editum, in illud Latinitate donandum incubuit. Quo in opere perficiendo cum versaretur, planeque illud confecisset, communicato sibi a D. Jacobo Uchanski eo de quo diximus Sclavono-Polono exemplari, illud cum Græco suo ita contulit ut ex utroque translationem suam Latinam perfecerit, quædam identidem ex utroque mutuatus. Codex ille Græcus, quem nactum se ait apud cardinalem Stanislaum Hosium, erat Guillelmi cardinalis Surleti, tam bene de litteris ecclesiasticis meriti ; ex eoque Hosius jam ab anno 1562 in *Confessione Petrocoviensis synodi*, cap. 40, mystagogicam quartam, seu, ut ego numero, vicesimam secundam catechesim, et in cap. 38 fragmentum mystagogicæ tertiæ seu vicesimæ primæ Græce ediderat. Opus suum absolvit Grodecius nondum dimisso concilio, ac præfationem suam inscripsit Tridenti, die nona Julii an. 1563. Hæc interpretatio anno sequente, Romæ, Coloniæ, Antuerpiæ, Parisiis excusa ; quod Catholicorum hujus libri legendi studia declarat. Quin etiam Cyrillum idem annus Gallice loquentem vidit, opera Ludovici Ganei (ita enim se ipse in *Admonitione ad Lectorem* vocat), qui Grodecium in omnibus ducem secutus, quæ istæ Latine peccaverat, eadem vernacule commisit. Ut paucis exponam de Grodeciana editione quid sentiam, plus se veritati consuluisse ait, quam elegantiæ, nec tamen caret elegantia. Occurrunt lacunæ, interpolationes, vitiosæ lectiones ; sed codicum, quibus usus est, vitio tribuendæ. Dum verbum et litteram in interpretando sequitur, obscurus fit interdum ac barbarus : ac sæpe a sensu Græcarum vocum aberrat, dum magis attendit quid apud grammaticos significent, quam quid sibi apud Cyrillum velint. Similia peccavit in multis ecclesiasticis vocibus, quarum vim et sententiam ignoravit. Exemplo erit locus cat. 5, n. 12, ubi fidem sive symbolum Cyrillus aliud ei, quod erat traditurus, addisci aut efferri vetans, sic

loquitur : Πίστιν ἐν μαθήσει καὶ ἐπαγγελίᾳ ταύτην μόνην κτήσαι, etc., Grodecius sic interpretatur : *Fidem si didiceris et promissionem habebis* ; non melius Prevotius : *Fidem in disciplina et promissione*. In multis aliis Grodecius, cum de Cyrilli sententia dubitaret, non tam videtur considerasse quid interpretaretur, quam sortitus esse. Notantur ad marginem in eadem editione res majoris momenti, summa Cyrillianæ ratiocinationis. Scripturæ testimonia nec indicantur, nec distinguuntur ; sæpe ipsi interpreti minus animadversa, in varios eum errores abstrahunt : interdum nulla Vulgatæ habita ratione vertuntur : interdum ad eam accommodata, a Cyrilli legendæ Scripturæ ratione prorsus abludunt. Brevis Præfatio de Cyrilli vita et scriptis leviter disputat, non tamen indocte. Utilis sane Ecclesiæ fuit opera Grodecii : ejusque interpretatio in Latinis Patrum Bibliothecis sæpe excusa ; atque in Lugdunensi an. 1678 notis ad marginem partim commodis, partim inutilibus aucta potius quam illustrata.

IX. *Editio prevotii an.* 1508. *Parisiis.* — Nondum Græce totum opus prodierat : id Ecclesiæ navavit Joannes Prevotius, Burdegalensis, qui in dedicatoria ad Paulum V epistola narrat se melioris notæ codices nactum in bibliotheca Vaticana, cum editas a Morelio *Catecheses* mendis expurgasse et in lacunis innumeris explevisse, tum nondum editas accurate descripsisse, et diligenter cum Latina interpretatione contulisse. Aditum ei ad Vaticanum confecit cardinalis Perronius, ut intelligitur ex his versibus a Frederico Morello in hanc editionem scriptis :

Te Solymorum antistes, maxime Paule, salutat
Cyrillus per te qui redivivus erit.
Contulit ut Romæ chartis Prevotius amplas
Cyrilli, ostrigeri Perronii auspicio.
Inde typis lingua regalibus edita utraque
Morelii studio, scripta sacrata Patris.

Fidem quam Romæ summo pontifici obstrinxerat, redux in Gallias liberavit ; ejusque editio Parisiis, mense Septembri, anno 1608 apud Claudium Morellum prostitit, textum et interpretationem alternis foliis in 4° complexa, titulis *Catecheseon* a Grodecio omissis aucta. *Epistolam ad Constantium* Græce ediderat Gretserus Ingolstadii an. 1600, interpretatione Grodecii paucis locis emendata ; eam Prevotius ex mss. Vaticanis dedit, quos non videtur cum Gretseriana editione contulisse. Multa sane in contextu satis commode mutavit Prevotius, non tamen admonito lectore, nec codicum numero, ætate, variis lectionibus commemoratis : perpauca autem in interpretatione, nec felici semper exitu. Nam dum plus codicibus suis tribuit, quam iis quos Grodecius adhibuerat, sæpe ejus interpretationem ex nitida et accurrata ineptam et absurdam reddit, velut cat. 6, n. 17, ubi pro Valentinianorum verbo, quod Grodecius optime intellexerat, Jovem gentilium non irridicule obtrudit. Scripturæ testimonia notat et distinguit, sic tamen ut multa prætermittat. Grodecii notas partim retinet ad marginem, partim eis rejectis alias addidit de suo. Hæc editio, quæ perpetuis mendis sive typographorum sive codicum vitio laborabat, iterum et tertio Parisiis an. 1631 et 1640, sed restactatior, prodiit in fol. et cum operibus Synesii conjuncta ; quo accurante, quibus instrumentis emendate prodierit, nullo vestigio indagare potui. Consulos fuisse codices antiquos lacunæ interdum expletæ declarant. Ad ea quæ Prevotius in interpretatione emendaverat, accedunt perpauca, sed interdum valde negligenter emendata.

X. *Vindicatur Grodecii et Prevotii fides.* — Antequam Grodecium et Prevotium dimittam, vindicanda utriusque probitas ab improbis Riveti et Albertini criminationibus. Andreas Rivetus Cyrillianas *Catecheses* Tridento conciliabulo, ut appellat, Roma e Vaticano, Parisiis e domo cardinalis Perronii prodiisse pronuntiat : nec in animum inducere potest ex impuro illo cœno purum aliquid et sincerum prodiisse. Arriserunt Albertino acumina Riveti, et codicibus Romanis et Prevotio diffidit, timet Danaos et dona ferentes. Velim animadvertant moderati Protestantes majorum suorum iniquitatem. Erat perfacile Riveto et Albertino Grodecium et Prevotium furti arguere ; tantum codices antiquos consulerent ; si quid fraudis admissum, id non odore aliquo aut conjectura levi, sed oculis et manu comprehendissent. At verum examinare nolle cum facile possis ; viros probos nefariæ fraudis accusare, cum allata ab eis testimonia eludere non possis ; hominum est profecto, non qui veritatem quærant, sed qui suscepti erroris

sibi conscii sint, et æquitatem omnem una cum veritate projecerint. Tenemus hoc loco Rivetum et Albertinum in improbitate manifesta. Nam quæ de præsentia reali, transsubstantiatione suffragiis sanctorum, precibus pro mortuis a Grodecio et Prevotio assuta pronuntiant, ea in omnibus codicibus mss. in veterum libris, ut Eustratii qui sæculo septimo, Niconis qui decimo scripsit, in libello Græco Περὶ τῶν θείων μυστηρίων, totidem verbis expressa reperiuntur. Grodecius ab edito post eum contextu multis ille quidem locis discrepat ; sed hæc discrepantia codicibus quos adhibuit, non fraudi tribuenda. Nam quæcunque ab eo prætermissa, in nonnullis mss. desunt ; quæ vero addita, similiter in iisdem aut aliis leguntur. Prevotii incredibilis religio in describendis codicibus, a quibus ut discederet, nec Grodeciana interpretatio, nec Cyrilliani argumenti continuatio, nec causæ catholicæ studium tanti ei fuere. Unum hujus rei exemplum subjiciemus, quamvis multa possimus. Cyrillus catech. 22, mystag. 4, num. 2, aquam a Christo in vinum sanguini affine conversam demonstrat, et vinum in sanguinem mutanti credendum esse concludit. Grodecius qui in suo codice legerat οἰκεῖον αἵματι, vertit, ut par erat, *affini sanguini* ; quæ legendi ratio magis ad catholicum dogma confirmandum apposita. At Prevotius cum in suis codicibus legisset οἰκείῳ νεύματι, etsi poterat meliorem lectionem ex Grodecio et Hosio mutuari, maluit occasionem dogmatis confirmandi prætermittere, quam ab instituta in describendo diligentia recedere. Judicent igitur æqui æstimatores an resideat in tanta timiditate nefariæ fraudis suspicio.

VI. *Rivet in Cyrillum ineptæ animadversiones.* — Quoniam in Rivetum incidimus moræ pretium videtur ineptas ejus in Cyrillum animadversiones referre, de quibus dicendi aliud tempus non occurret. Is anno 1610, non multo post editionem Prevotianam *Criticam sacram* in lucem emisit ; quo in opere cum inepta de cæteris scriptoribus arbitria faciat, haud scio an de Cyrillo inepti-sime judicet. Lib. III, cap. 18, nugator ille duo potis-imum efficere conatur ; 1° permulta esse in *Catechesibus* Cyrilli editorum fraude intexta ; 2° permulta cum erroribus Pontificiorum (ita dogma catholicum appellat) omnino pugnantia. Sed, si editores inseruerunt quæ dogmati suo faverent, quamobrem quæ pugnabant non eadem licentia sustulerunt ? Ita sibi ipse obstrepit Rivetus et secum pugnat. Ejus de interpolato Cyrillo somnia dissertatione secunda referimus et profligamus, ubi *Catecheseon* integritatem vindicamus : nec sane quisquam est qui non videat aliud causæ Riveto non fuisse cur Cyrillum interpolatum fingeret, nisi quod ejus testimoniorum vim aliter effugere non posset. Quæ vero cum Catholicorum erroribus pugnare pronuntiat, ea vel ad doctrinam Ecclesiæ falso assignatam, vel ad opiniones non impermissas inter theologos referuntur, vel ad ritus antiquos a quibus jam desuevimus, vel ad sententias quæ olim non satis explicatæ, communi postea consensu definitæ, vel tandem ad ipsa Ecclesiæ catholicæ dogmata, quibus cavillando et nugando tenebras offundere conatur. Ad primum genus revoco lectionem Scripturarum, quam a Cyrillo commendatam a nobis prohiberi mentitur : efficaciam baptismi, quam a Cyrillo Spiritui sancto, a nobis operi operato tribui confirmat ; quasi opus sacramentale a Spiritu sancto et operatione divina dissociemus ; fidem dogmatum et fidem miraculorum, quam a Cyrillo distingui, a nobis confundi fingit ; cum nemo catholicus ignoret primam sine secunda fere semper consistere : eucharisticam consecrationem, quam a Cyrillo invocationi Trinitatis, a nobis verborum Christi efficaciæ assignari dicit ; quamvis nec Cyrillus vi verborum, nec Ecclesia, quæ nihil ea de re sancivit, vi precum et invocationum quidquam deroget. Secundum genus spectat Joannis baptismus, cui remissionem peccatorum qui tribuere nolunt, eos Cyrilli sententia feriri pronuntiat. Aliter quidem ea de re multis Patribus visum, aliter hodie plerisque theologis videtur : sed unicuique libera datur eligendi optio, modo ne Joannis baptismo eamdem et parem vim ac nostro ascribat, quod a Cyrillo cæterisque Patribus alienum synodus Tridentina sub anathemate damnavit. Cætera non melius Riveto succedunt ; velut cum objicit multa apud nos interdicta a Cyrillo præcipi, ut corpus Domini etiam laici manu suscipiant, calicem bibant, et residuo in labiis humore oculos et cæteros sensus perlinant. Quis non videt hæc omnia aliud nihil esse nisi ritus et cærimonias, quæ in Ecclesia Latina partim desuetæ, partim certo consilio mutatæ, nunquam tamen aut in antiquis damnatæ fuerunt, aut in Græcis, qui earum partem aliquam retinent ? Quod autem de Scripturarum canone Cyrilli cum Ecclesiis reformatis consensionem, a Catholicis vero dissensionem jactat eum falli et fallere demonstramus dissert. III, cap. 13, num. 95. Similiter quæ adversus traditiones et transsubstantiationem violenter detorquet, ni

eadem dissertatione vindicamus cap. 9, 10, 13. Quamobrem omisso Riveto ad editiones Cyrilli redeamus.

XII. *Editio Anglicana viri cl. Thomæ Milles.* — Nondum idem Cyrillo contingerat, quod multis nostra patrumque memoria scriptoribus, ut accuratiore industria illustratus prodiret. Nihil habebant superiores editiones præter *Catecheses* et *Epistolam ad Constantium*. Nemo collegerat quæ sub Cyrilli nomine feruntur, velut *homiliam in Hypapantem*, *Epistolam ad Augustamum* ; nemo latentia in bibliothecis fragmenta eruerat. Ad hæc, contextus mire deformatus, nævis scatens interpretatio, nullæ animadversiones quæ vulnera sanarent, lucem obscuris darent. Hanc operam suscepit vir clar. Thomas Milles, theologiæ baccalaureus ex Æde Christi collegii Oxoniensis. Prodiit ejus editio Oxoniæ theatro Sheldoniano, impensis Richardi Sare, bibliop. Londin., an. 1703, eo characterum nitore et charte splendore, nihil ut elegantius requiri possit. In hac editione, præter citata jam opera, accedunt eruta ex bibliothecis fragmenta, imprimis fragmentum homiliæ *in Paralyticum ad piscinam jacentem*, tum primum ex mss. editum : *Historia ecclesiastica et mystagogica*, sive *Theoria mysteriorum* : quod opus Millesius, cum Germani CP. episcopi esse sciret, cum Cyrillo tamen edendum putavit, quia ejus nomini nonnullis in libris tribuitur. Hæc omnia ad mss. codices emendata, interpretatio castigata, contextus in numeros sive articulos incisus, Scripturæ testimonia diligenter notata, indices copiosi, accuratior in vitam et scripta Cyrilli præfatio ; de quibus omnibus sic dicam, ut nec Millesium debitus laudibus defraudem, nec tamen quæ ejus editioni desunt reticeam ; postulat enim instituti mei ratio, ut nec ejus labore multum de meo detractum fuisse inficiar, nec multa mihi ad elaborandum relicta dissimulem.

XIII. *Judicium de Anglicana editione.* — Nihil sibi doctissimus editor antiquius ait fuisse quam ut contextum Græcum, præsertim *Catecheseon*, purum et intaminatum ederet. Quamobrem eum et cum superioribus editionibus et cum mss. duobus vel tribus contulit, de quibus post hanc præfationem dicam in codicum notitia. Harum omnium ac præcipue codicum mss. variæ lectiones inter contextum et notas lineis totam latitudinem occupantibus collocatæ, sed tanta religione, ut ne levissimas quidem et a librariorum inscita profectas neglexerit. Melius hunc locum, mea quidem sententia, sortitæ fuissent, quæ ex Grodeciana interpretatione cum editis comparata eruuntur. Non pauca sane in contextu emendavit, idque lectore semper admonito ; sed multa eum fefellerunt, multa prudens et sciens reliquit, quæ ex variis lectionibus ab eo appositis emendari poterant. Cujus rei exemplum habes catech. 4, num. 21, edit. Oxon., nostræ 35, et catech. 23, num. 5 et 6, edit. Oxon., nostræ 7-9, in quibus perturbata verborum constructio, ex lectionibus appositis in integrum restitui poterat ; nec tamen quidquam mutatum. Quin etiam in notis nonnulla commemorat a se emendata, quæ tamen in texto, nescio quo pacto, eadem manserunt, velut catech. 4, num. 7, et catech. 6, num. 17. Interspirationis notæ in hac editione multo diligentius quam in superioribus observatæ ; interdum minus animadversæ editorem torserunt, et ad medicandum locis integris et sanis induxerunt : vide cat. 11, n. 4. Cæterum Joannis Potteri, qui mendis typographiæ expurgandis præfuit, tanta exstitit diligentia, ut in hoc genere, in quo labi et errare proclive est, vix noquam offendat. Novæ interpretationis necessitatem vidit Millesius ; cur hunc laborem non susceperit, ignoro. Grodecianam multis ille quidem locis emendavit ; sed in multo pluribus aut prorsus inornatis, aut a Græco discrepantibus intactam reliquit. Quin etiam ad nævos, quos a Prevotio in eam inductos retinet, alios adjecit ut Cyrillum ad Albertini sententiam fingeret. Tam textum quam interpretationem in numeros sive paragraphos distribuit ; id quod in superioribus editionibus deerat. Sed miror in hac deesse notas illas, quæ in istis ad marginem appositæ, res observatione dignas, et summam argumentorum indicabant. Scripturæ testimonia, quæ Cyrillus refert, vel quasi prætermissa designat, diligenter ad marginem notantur, sic tamen ut labori nostro non pauca reliquerit : ea præsertim quæ Græce tantum exstantia, aut in Vulgata cum insigni diversitate posita, lectorem fallunt : nec tamen iis non animadversis, Cyrilli sententiam possis assequi. Vide hujus rei exempla *Procat.*, n. 7 ; cat 1, n. 5 ; cat. 6, n. 2 ; cat. 8, n. 6 ; 22, n. 7.

XIV. In observationibus et notis moderationem animi et eruditionem laudes. Editor non catholicus, nihil in Catholicos aspere, nihil contumeliose dicit. Ecclesiæ catholicæ operam navat in confirmandis pluribus institutis, ut signo crucis, exorcismis, insufflationibus, preci-

bus pro mortuis, quæ plerisque Protestantibus videntur nova, cum sint perantiqua. Scriptores catholicos, in his sodalitii nostri monachos perhonorifice semper appellat; eorumque auctoritate sæpius utitur quam suorum. Catholicum esse jurares, si aliis in locis operam non tereret in impugnanda (*a*) clericalis continentiæ lege, permiscendis (*b*) baptismi et pœnitentiæ diversis characteribus, et testimoniis (*c*) præsentiæ realis perabsurde eludentis. Inest iisdem observationibus non mediocris antiquitatis cognitio; sed tamen quid mihi non probetur exponam. Videtur 1° non satis constanter in notis apponendis versari: nam in primis ad Illuminandos catechesibus et in mystagogica prima pene luxuriat; in aliis autem, quæ non minus materiæ suppeditabant, tædio laboris quodam modo exaruit. 2° Illud multo gravius, quod in rebus contritis et pervulgatis, quales sunt nominis ante baptisma dandi consuetudo, abrenuntiationes, triplex immersio, et alia hujusmodi, multus et disertus: in arduis autem et spissis, cum scriptoris sententia quibusdam veluti tenebris involvitur, aut a communi doctrina recedit, aut a vero in rebus historicis aberrat, aut in obscuris ritibus versatur, in his, inquam, jejunus est et pene taciturnus. 3° Neque illud etiam a Millesio susceptum, quod tamen lectoribus utile et jucundum, ut Cyrilli Scripturæ legendæ rationem expenderet in multis a nostra discrepantem; et quæ Cyrillus ex scriptoribus natu majoribus, quæ scriptores natu minores ex Cyrillo descripserunt, in medio poneret. In postremo genere tam indiligenter versatus est, ut monitus ab amico de quadam Cyrilli sententia ab Anastasio laudata, diu quæsitam nec inventam Cyrillo abjudicarit; quæ tamen in catechesi septima verbis conceptissimis legitur.

XV. Operis initio, quod Pembrochiæ et Montis-Gomerici comiti nuncupatur, Præfatio legitur de vita et scriptis Cyrilli, de variis editionibus, ac demum de Oxoniensi brevis et dilucida. Erant in rebus gestis Cyrilli permulta majorem in modum obscura et implicata, quæ diligentius expediri poterant; de scriptorum quoque numero, veritate, integritate, genere et natura uberius disputandum fuerat. Veterum deinde testimonia in medio ponit: multa sane conquisivit, non tamen occupavit omnia, ut ex his quæ collegimus patebit. Ad calcem voluminis apponitur 1° Roberti Coci censura de Cyrilli ad Augustinum epistola, et de quinque mystagogicis catechesibus; vera illa quidem, quantum ad epistolam, etsi in catholicos iracundior, de catechesibus autem prorsus absurda; 2° Riveti de Cyrillo ejusque scriptis judicium, non satis dignum quod a Millesio tanti fieret; 3° denique Edmundi Albertini de Cyrillo ejusque scriptis disputatio, non tam explicandi Cyrilli quam exagitandi et depravandi studio suscepta. Opus totum indice triplici claudituv. Primus et Scripturæ testimoniorum; secundus scriptorum, quos editor in suis observationibus citavit et emendavit, quamvis nihil pene emendaverit; tertius rerum in contextu et notis memorabilium, multo quam in superioribus editionibus, quantum ad contextum attinet, locupletior.

XVI. *ditionis nostræ consilium*, — Ad ea quæ in editione Oxoniensi minus commode provisa demonstravimus, illud accedebat ut ejus exemplaria his in regionibus rara admodum vixque essent parabilia. Multi suberant stimuli novæ editionis suscipiendæ, in primis amor quidam et admiratio Cyrilli operum, quæ accurate emendari et illustrari, non parvi interesse ad rem ecclesiasticam videbatur. Sed deterrebat mediocritatis meæ conscientia, ne materiam viribus haud æquam sumerem. Cessi tandem præpositorum voluntati, monitis amicorum, non invitus; eumque laborem suscepi, in quo mihi divinam opem adfuturam, meque suavissimos fructus percepturum sperabam, si quid Ecclesiæ catholicæ navarem.

XVII. *Textus emendatio.* — Præcipuam partem suscepti muneris existimavi, Græcum exemplar, si qua ratione consequi possem, ita purum et intaminatum edere, tanquam e manibus auctoris prodiret. Quamobrem illud, quam diligentissime potui, cum Grodeciana interpretatione, Morelii et Prevotii editionibus, cum codicibus manuscriptis in hac urbe exstantibus contuli. Romanorum diversas lectiones amicorum opera consecutus sum: quæ autem ex Anglicanis collectæ fuerant a Millesio, eas ad usus meos adjunxi. Neque etiam neglectui esse judicavi citata ab antiquis Cyrilli testimonia, ex quibus quid olim lectum in Cyrillo fuerit, quamve in sententia ejus accepta verba, perspicitur. Inde nata lectionum diversarum silva, in quibus eligendis non minus operæ fuit quam in colligendis: alterum enim diligentia, alte-

(*a*) At cat. 12, n. 25.
(*b*) Ad cat. 23. n. 4, et *Procat.* n. 17.
(*c*) Ad cat. 19, n. 7; cat 21, n. 3; cat. 29. n. 1, 3.

rum meditationis est et judicii non mediocris. Nam sæpe, nisi cautio adhibeatur maxima, codices antiqui ducent in vitium ; propterea quod librariis solemne est similitudine vocum errare, et ea legere sibi videri, quæ ætatis in qua degebant consuetudinibus, aut legendæ Scripturæ et de rebus theologicis loquendi rationibus magis consentanea. Quamobrem, ut Cyrilli emendandi rationem ex codicibus mss. repetere soleo, ita interdum ipsos codices mss. ad Cyrilli et loquendi et sentiendi rationes referre coactus sum, et uni codici cum ejus stylo et doctrina consentienti plus tribuere quam multis dissentientibus. Non nulla exstiterunt quorum ad emendationem codices antiqui nihil afferrent. Hæc conjecturis sanare conatus sum, non tamen in contextum injectis, sed in margine appositis. At ubi certissimis indiciis ad fontem erroris perveni, ibi contextum mutare non dubitavi. Sed hanc licentiam tam parce tamque prudenter sumpsi, idque semper admonito lectore, ut neminem reprehensurum putem ; cum præsertim tota plerumque in hujusmodi locis emendatio, unius litteræ aut diphthongi mutatione contineatur. Paulo liberius versatus sum in distinguendis interpunctionibus, quæ temere a librariis et ad arbitrium positæ, Cyrilli orationem parenthesibus et concisis sententiis intertextam sæpe deformaverant.

XVIII. *Nova interpretatio.* — Deliberatum initio fuerat, novam interpretationem non elaborare, sed tantum Grodecianam, quæjam a nonnullis emendari cœperat, diligentius castigare. Sed tam multa occurrebant mutanda, ut novum opus conficere non valde difficilius visum sit, quam emendare vetus : Cyrillum autem uni formæ reddere multo elegantius, quam detexere tot locis et retexere. Nonnulla tamen retinui, quæ aut a Grodecio recte posita aut commode ab aliis emendata fuerant. In interpretando propositum imprimis fuit ut scriptoris sententiam accurate et perspicue redderem. Non me latet elegantiæ habendam esse rationem, idque a me, ubi res ipsæ tulerunt neglectum non esse spero ; sed diligens et accuratus malui videri quam elegans et ornatus. Liberior campus oratorum et poetarum interpretibus conceditur : datur venia elaboratæ concinnitati, nec studio venustatis a scriptoris sententia aberrare grande flagitium. At in sanctis Patribus, ac præsertim in Cyrillo, qui totus est in sacro dogmate exponendo, liberior interpretatio, etiamsi de sententiæ pondere et argumenti momento nihil detrahat, quod vix ac ne vix quidem fieri potest ; illud certe lectoribus Græce nescientibus eripiet perincommode, ne ipse scriptoris stylo et ingenio existimare possint. Quamobrem litteram et verbum, quantum utriusque linguæ dissimilitudo patitur, in interpretando secutus sum, nec voces ecclesiastico usu contritas, etsi non placere puriorem Latinitatem amantibus sciebam, usurpare dubitavi. Scripturæ testimonia, tum quæ Cyrillus refert integra, tum quæ velut præteriens designat, ut indicare diligenter, ita accuratissime reddere conatus sum. Vulgatæ verba retinui, ubi Græca cum ea consentiunt. Ubi autem non solum a Vulgata, sed etiam ab editis Græcis Cyrillus discrepat, ita interpretor, ut hanc discrepantiam lectores animadvertant. Numeros sive paragraphos magno commodo Millesius in Cyrillum primus induxit : sed ordinem ab eo institutum sequi non potui, propterea quod sæpe unum argumentum multis numeris dividit, multa sæpe uno paragrapho comprehendit. Satius visum est in distribuendo textu, non verba et lineas numerare, sed diversa orationis capita et cujusque capitis argumenta sequi. Hæc non solum numeris distincta, sed etiam ad marginem notata summatim. Ibidem præterea res observatione dignæ, loca similia indicantur, voces obscuriores brevi interdum scholio explicantur. Præmissæ singulis catechesibus admonitiones totius orationis descriptionem breviter ponunt ante oculos, lectoribus animum necessariis observationibus præmuniunt, quo die pronuntiata catechesis, quos ad codices emendata demonstrant.

XIX. *Notæ hujus editionis.* — Notæ et observationes meæ, quantum conjectura assequor, in eorum reprehensionem incurrent, qui multum operæ in his rebus insumi non probant ; sed eos oratos volo ne sententiam in me dicant re non explorata. Duplex notarum genus duplici indicio signatur : aliæ in textu Græcis elementis indicatæ contextum spectant ; aliæ in Latina interpretatione numeris designatæ varias Cyrilli sententias illustrant. In iis quæ ad contextum pertinent ; 1° variæ lectiones recensentur, non omnes tamen, sed quæ haud levi pretii ; nam quæ levioris momenti, post opera Cyrilli in indiculum rejectæ : in iis autem quæ prorsus sunt inutiles, tempus non terimus. Diversas autem lectiones simpliciter et nude non refero, sed momento quodam et judicio, ubi earum delectus habendus fuit, examinavi : 2° ut quæque res in textu mutata, emendationis ratio lectori subjicitur ; 3° quæ Cyrillus ex aliis scriptoribus, aut

alii ex Cyrillo, sive expresso nomine, sive tacito mutuati, in iisdem notis indicamus. Alterum genus notarum sic se habet : 1° ambiguæ voces quam vim et sententiam habeant, expenditur ; ubi certi nihil extundi potuit, judicium lectori permittitur ; 2° majoris momenti sententiæ similibus Cyrilli aut aliorum locis explicantur ; 3° quæ doctrinam aut historiam spectant variis modis illustramus, lucem obscuris dando, male in dubium vocata confirmando, fontem erroris, si quid erratum sit, investigando : sunt enim in Cyrillo nonnulla, quæ prima specie nævum esse dicas, propius spectata non improbes. Alia hæreticorum interpretationibus exagitata opus fuit a nobis vindicari ; alia minus dicta commode, velut de æterno Christi sacerdotio non equidem purgavi, sed tamen a pravis consecutionibus defendi. In historia Cyrillus sic versatur, ut aliis interdum monumentis explicandus sit, suæ interdum memoriæ aut incertis monumentis male videatur credidisse. In his omnibus observationes meas non passus sum desiderari. 4° Quæ apud Cyrillum de sacrorum locorum situ, aut de ritibus Ecclesiæ Hierosolymitanæ propriis leguntur, res erant auditoribus ante oculos positæ, at lectoribus non parum negotii facessent, nisi aliis monumentis illustrentur. 3° Sæpe discedit Cyrillus a communi legendæ et interpretandæ Scripturæ ratione : qui ei hac in re præiverint, quique suffragati, paucis demonstrandum duximus. His in rebus notæ nostræ versantur, non illæ quidem eruditis necessariæ, haud tamen scio an multis rebus aspersæ quas eruditi nondum observaverint, certe mediocriter doctis non futuras inutiles speramus. Duo potissimum vitia in hoc genere cavenda esse duxi, alterum ne, dum paucorum fastidia formido, segnem in defendenda Ecclesiæ causa et illustrando Cyrillo segnius ; alterum ne tempus tererem in rebus pervulgatis. Quamobrem in iis quæ jam pertractata, ad eos qui tractarunt dimittere soleo, ne actum agere videar. Ac profecto, si judiciis adsit æquitas, erit mihi magis verendum, ne operam meam lectores in rebus non contemnendis, quas ut notas prætermisi, defuisse existiment, quam ne in levioribus querantur superfluisse.

XX. *Quid hac editione contineatur.* — Omnia Cyrilli opera, tum quæ vera et germana, tum quæ supposita aut dubia cum fragmentis repræsento. Admonitio singulis præfixa quid de illis judicem declarat. Supposita eliminare propositum initio fuerat ; sed satius visum est nihil in hoc volumine desiderari, quod quidem Cyrilli nomen præferret, iis tamen exceptis, quorum certus ac notus est parens. Post opera Cyrilli diversarum lectionum indiculum apponimus, deinde dedicatorias Grodecii et Prevotii epistolas, in quibus de editionum suarum instrumentis disseruut. His addimus Grodecii brevem dissertationem in vitam et scripta Cyrilli, Millesii præfationem cum selectis notis : in his omnibus communi editionum consuetudini serviendum duximus. Appendicis loco subjicitur descriptio Hierosolymitanæ Sanctæ Crucis seu Resurrectionis ecclesiæ, in qua Cyrillus catecheses pronuntiavit, cujusque ornamenta sæpe commemorat. Ichnographiam hujus templi delineari curavi, ejusque historiam brevi oratione persequor. Sequuntur duo indices copiosi : primus Scripturæ testimoniorum, alter rerum in Cyrillo memorabilium, tum etiam earum quæ notis, Præfatione, Dissertationibus continentur. Initio voluminis, ante veterum et quorumdam recentiorum de Cyrillo testimonia, triplicem dissertationem instituimus. Prima est de vita et rebus gestis Cyrilli, quas non perfunctorie, ut superiores editores, sed operosius persequimur, ita ut in hac historiæ parte illustranda aliquid me sperem profecisse. Agit alia de ejusdem scriptis, quorum index texitur, veritas, antiquitas, integritas vindicantur, ac de *Catechesibus* potissimum, quo tempore et loco pronuntiatæ, qua ratione, methodo et stylo compositæ, inquiritur. Quæ de Cyrilli doctrina disserere non licuit in notis, ea in tertiam dissertationem conjecimus. In primis Cyrilli sententia de Christi et Spiritus sancti divinitate expenditur, apertissima de Ecclesiæ et traditionis auctoritate, de præsentia reali et transubstantiatione testimonia ab hæreticorum cavillationibus vindicantur.

XXI. Commemorandi jam mihi sunt ii quorum beneficio, opera et consilio in hac editione adornanda, usus sum. Ut ab exteris regionibus initium ducam, plurimum debeo eminentissimo cardinali Ottoboni, cujus ditissima bibliotheca, ut sæpe alias sodalibus nostris, ita mihi ad hoc opus magno usui exstitit, codices mss. explorante D. Philippo Raffier, qui tum erat sodalitii nostri in curia Romana procurator generalis. Idem commodis meis attentus, a doctissimo viro D. Antonio Maria Salvini impetravit, ut sua in editionem Cyrilli an. 1640 scholia non parum mihi profutura concederet. In hac urbe, Bibliotheca Regia, magnum illud litteratorum perfugium, percommode mihi patuit, annuente illustrissimo abbate Camillo le Tellier de Louvois, bibliothecæ moderatore, doctissimis viris. D. de Targny et D. Boivin sum-

mam humanitatem significantibus. Sed præsidium longe maximum in Coisliniana constitutum habui, quam excellentissimus Metensis episcopus DD. Henricus du Cambout, dux de Coislin, pro suo singulari in nos amore, asservandam in hoc San-Germanensi monasterio deposuit : ei præfectus antea fuerat vir clar. D. Blanchard, doctor Sorbonicus, quem facilem et humanum expertus sum. Vir illustrissimus D. Joannes Colbert, comes de Seignelay, notam sodalibus nostris beneficentiam mihi non clausit ; ejusque bibliothecæ præfectus D. du Chesne promptus ab bene de me merendum fuit. Pari me humanitate impertierunt doctissimi S. Genofevæ bibliothecarii. Viros in hac urbe eruditos prætermitto, qui de rebus obscuris consulenti lucem ingenii sui non inviderunt. Nec domestica subsidia defuere : ut eos taceam qui consilio juverunt, D. Jacobus Leger, olim sodalitii nostri, nunc austerioris vitæ studio Trappensis monachus, cum Cyrillum vernaculè reddere instituisset, ubi consilii mei certior factus est, libenter communicavit quidquid ex mss. excerpserat, aut in Cyrillum observaverat. Utilem operam navarunt duo alii sodales, quorum alter arctioris amicitiæ, alter fraterni sanguinis vinculo conjunctissimus. Nunc exorandi lectores, ut, quæ incogitanti exciderunt, aut minus commode cogitanti, patienter excusent ; ac saltem Ecclesiæ catholicæ inserviendi studium, quo ad hoc opus suscipiendum adductus sum, æqui bonique consulant.

—

Auctor hujus editionis laudatur. — Videtur hic locus esse admonendi lectoris, dominum Augustinum Touttée, presbyterum et monachum congregationis S. Mauri, hujus novæ editionis auctorem, cum typis mandasset totum S. Cyrilli contextum, ac Præfationem et Dissertationes prelo parasset, in hoc laboris decursu obiisse. Natus erat Ricomagi Idib. Decemb. an. 1677, ex patre forensi eloquio, juris civilis scientia, morum probitate spectato. Peractis egregie apud eruditos Oratorii sacerdotes litterarum humaniorum, philosophiæ et theologiæ studiis, monasticam vitam amplexus est, seque votis solemnibus obstrinxit in monasterio Vindocinensi, IV Kal Nov. an. 1698. Post navatam iterum rebus theologicis operam, presbyter mense Decembri an. 1702 creatus, philosophiam annis duobus, tribus theologiam in monasterio Floriacensi docuit : quod munus magna cum laude pietatis et eruditionis perfunctus, in monasterium S. Dionysii accersitur an. 1708, ubi saniorem theologiam per annos quatuor profiteri perrexit. Hanc autem docendi viam sequebatur, ut, missis scholasticæ spinis, quid sancti Patres sensissent unice curaret, atque ex eorum libris, quos nocturna diurnaque manu versabat, omnem dictandi materiam comportaret. Hos ad usus litterarum Græcarum præsidium sibi paraverat, in quibus ita contritus fuit, ut cum excellentibus in hoc genere comparari posset. Sic instructus et munitus ad novam editionem S. Cyrilli adornandam accessit, suadentibus amicis, præpositis jubentibus. Opus inceptum in monasterio S. Dionysii, absolvit in San Germanensi, Lutetiam vocatus an. 1712. Utrum eximium hunc scriptorem accurate interpretatus sit, commode emendaverit, illustraverit eruditè, publico judicio statui malo, quem mea prædicatione. Tantum dicam, quod arguti judices satis perspicient, ejus notas et dissertationes non ex alienis messibus decerptas, sed ex ditissimis adversariis depromptas, quæ ipse sibi omnibus Patribus et conciliis ordine legendis pepererat. Auctores nonnulli fuerant, ut in notis apponendis parcus esset et tenuis, alii dehortati, ne lectorem aptis ad S. Patris contextum, ad dogma et disciplinam observationibus defraudaret. Maluit multorum utilitati servire quam paucorum fastidia fugere.

Spes affulgebat hominem firma valetudine, ætate florenti, eruditione non quotidiana, multa ingenii sui monumenta relicturam ; sed quæ legendo et meditando comparaverat, ea, si minus ad exspectatos ejus laborum fructus, ipsi certe ad vitam sanctissimam et præclarissimam mortem profuerunt. Ejus enim studiorum labor nihil aliud habuit, nisi meditationem Christi crucifixi ; totus in SS. PP. evolvendis, non solum eorum de dogmate sententiam nostræ Catholicorum persimilem, sed etiam religionis studia nostris majora perspiciebat ; non solum præclare dicta colligebat, sed etiam fidem et charitatem adhuc in his libris spirantem. His in fontibus eximium illum amorem veritatis hauserat, quem tot rebus declaravit ; nec prave pudens in ea amplectenda, nec in defendenda timidus, libenter emendans si quid errasset imprudens, patroni sui doctrinæ liberrime affixus. Haud verebor iisdem studiis acceptum referre, quod de monastico instituto, ac de ecclesiasticis præceptis et documentis tam magnifice sentiebat, imprimis vero de ipsa Ecclesia catholica, cujus causa cupiebat mirifice. Nemini profecto concedebat, qui plus doloris ex ejus rebus adversis colligeret, ac majori lætitia in prosperis efferretur ; et cum longa ægritudine ad omnes vitæ eventus percalluisset, hæc una res eum recreabat, si quid Ecclesiæ ad spem pacificationis, veritati ad triumphum accessisse nuntiaretur.

Jam tres fere anni sunt ipsi, cum eum tussis perincommoda tentaverat. Male curata vellicabat interdum. Sed an, 1716 exeunte, sic insedit pectori ut sanguinis vomitum non semel exciverit,

nec ulla medicorum arte potuerit sanari. Hujus rei causa non exstitit in studiis immoderatis ; nam, ut cœterarum rerum, ita studiorum modum tenebat, nec eis quidquam tribuebat quod aut monasticis muniis, aut necessariæ corporis procurationi ereptum esset : sed minime mirum, si assiduus labor vitæ austeriori additus bonam valetudinem labefactavit. Legendi et scribendi facultatem perdiu morbus reliquerat, cogitandi et precandi ne in extremo quidem spiritu abstulit. Cum se in dies minui animadverteret, in pervigilio conceptionis B. V. M. extrema Ecclesiæ sacramenta postulavit, ac præsente Christo Domino, religiosi ac veritatem amantis animi significationes dedit, seque in sanctæ, catholicæ, apostolicæ et Romanæ Ecclesiæ fide et communione mori pronuntiavit. His subsidiis corpus si minus morbo, saltem doloribus levatum, animum ad spem vitæ æternæ confirmatum dicebat. Quod superfuit temporis (superfuerunt autem decem et novem dies) in rerum cœlestium meditatione traduxit, nec oculos Crucifixi imagine, nec mentem crucifixi Dei cogitatione dimovens. Erat omnibus spectaculo ad speciem corporis fatiscentis lugubri, ad constantiam et tranquillitatem, quam veritas certo cognitæ et vitæ bene actæ conscientia dabat, longe præclarissimo. Quinque aut sex ante mortem diebus lecto affixus, cum jam mortem faucibus concepisset, ac spiranti mortuo similis videretur, erat, robusto, ut cum maxime et constanti animo ; precaturum se pro amicis dicebat, cum ad Christum migrasset, eaque sibi curabat ex Scripturis sanctis legi, quæ olim ad hoc tempus provisa notaverat. Tandem quo die nascentem Deum celebravimus, præclare secum agi existimans, quod sibi tam sancto die moriendum esset, extremas preces duabus ante mortem horis, ultimam absolutionem in ipse extremo spiritu petiit, sicque obdormivit in Domino an. 1718 Nefas fugere duximus tam signatam mortem omnibus prædestinationis notis : sed tamen eximiam morum simplicitatem ingenio non mediocri, summam pietatem eruditioni non vulgari, severiorem doctrinam facili inter sodales animo conjunctam desideramus.

NOTITIA CODICUM MANUSCRIPTORUM

Ad quorum fidem hæc editio castigata est.

De codicibus quos Grodecius et Prevotius secuti sunt, cum nihil ipsi dixerint, ex conjectura tantum informare possumus judicium. Totum opus Catecheseon *et* Epistolam ad Constantium *contulit Grodecius cum Sclavona et Polona ex Sclavono interpretatione, et Græco uno codice Scirletiano ; Prevotius ad Vaticanos codices, quorum nec numerum nec notam docet. Quid ex Sclavono libro, quid ex Græco codice sumpserit Grodecius, non notat. Scirletiani codicis specimen aliquod dedit Stanislaus Hosius, ex eo catechesim 22 totam describendo. Multis sane librariorum et scripturæ mendis scatet, nec eum in omnibus secutus est Grodecius. Habet Grodecius lacunas plurimas ; habet et assumenta quædam, quæ in aliis quoque codicibus reperi.*

Vaticani codices, quibus Prevotius usus est, paucioribus quam Grodeciana editio deformes, et ab omnibus assumentis liberi ; si vocem ὁμοούσιον ad finem cat. 17, *n* 32 *et* 35, *Spiritui sancto contra mentem auctoris, ut ego censeo, invertam excipias.*

Universas quoque Catecheses *et* Epistolam ad Constantium *recensuit Thomas Millesius, Anglicanæ editionis curator, ad codicem unum D. equitis Thomæ Roe, et ad varias lectiones a vir. clar. Isaaco Casaubono collectus ex aliquo mss. codice. Primum codicem Romanum ante annos sexcentos scriptum puta : membraneus est, et ex Oriente advectus cum plurimis aliis, bibliothecæque Bodleianæ datus a Thoma Roe, equite aurato, qui a Jacob I, Britanniæ rege, legatus ad imperatorem Mogolium fuit. Variæ autem illæ Casauboni lectiones ab eo collectæ sunt ex ms. codice et accurate ascriptæ ad marginem sui Cyrillianorum operum libri, in quo præter varietates lectionum, suas etiam de locis obscuris conjecturas adjiderat. Eum cum Millesio perhumaniter communicavit Joannes Nornicensis episcopus. Cæterum quis et unde semplus sit hic codex, ignoratur, nec id annotavit Casaubonus. Conjicit Millesius eum in aliqua Galliarum bibliotheca a viro clar. repertum. Ego vero hunc codicem eumdem esse cum Romano valde suspicor. Nam utriusque eadem est varietas lectionum, eædem prætermissiones, eadem assumenta, scholia ad marginem eadem, uti Millesionæ editionis variantes lectiones, aut notas nostras Græcas et variantium indiculum vel leviter inspicienti patet. Nihil moror quædam inter utrumque discrimina quæ aliquando apparent. Ea diligentiæ Millesii tribui possunt : nota enim res est, quando unus post alium recenset eumdem codicem multa ab primo vel prætermisa male lecta observari alteri. Quod si duo sunt codices, saltem unus exemplari ambo descripti sunt. Cum Casaubonus et Millesius minutissimas quasque horum exemplarium varietates annotarint, apparet eos optima manu descriptos fuisse, nam paucis scripturæ vitiis scatent. Bonam ubique scripturam repræsentant, pauca habent assumenta, tantum scholion aliquod interdum e margine in textum irrepsisse videtur. Emendationes sæpe vulgatis lectiones repræsentant, quas, uti correctiones suspectans, vulgo neglexi.*

Roma misit ad me R. P. D. Philippus Raffier collectas a se summa industria varietates codicum duorum Ottobonianæ bibliothecæ, qui ex Graecis Haempsiana in illam transivere. Continent Catecheses *omnes et* Epistolam ad Constantium. *Primus, qui notatus est R. IV, vetustus et membranaceus est, et multas habet insignes ab editis varietates : propter prima folia detrita variantes* Procatechesis *et primæ catechesis extundi non potuere. Alter chartaceus et recens est, nihil fere ab editis discrepans ;*

hujus varietates collegit, quando alter deficiebat. E tertio codice in quo fragmentum invenit præfatus Pater secundæ catecheseos, misit ad me lectiones nonnullas, E bibliotheca excellentissimi Ecclesiæ principis D. ducis de Coislin, Metensis episcopi, quam ab avo cancellario Segnerio hæreditate sibi transmissam possidet, habui membranaceum codicem notatum num. 227, olim 101, undecimi circiter sæculi, qui Enclistræ in Cypro fuit ; mutilus est initio foliis aliquot ; quapropter deest Procatechesis, *et media pars catechesis primæ ; quædam etiam desunt folia quibus catechesis primæ etquædam etiam desunt folia quibus catechesis* 17 *finis et catech.* 18 *initia continentur. Postremæ catechesis mystagogicæ titulum solum repræsentat, in eoque desinit. Multis scripturæ vitiis scatet ; vocales et diphtongos ejusdem apud recentiores Græcos sonl passim confundit et miscet ; in accentuum, spirituum, et interpunctionum positione multa peccat ; in catechesis secundæ scriptione ab editis insigniter discrepat ; catechesis decimæ sextæ initio grandi assumento infartum est, quo continetur luculentum de processione Spiritus sancti a Filio testimonium a S. Thoma Latine citatum. Eo codice me maximopere adjutum fateor : inde multæ magni momenti emendationes.*

Catecheses quartam, sextam, octavam, nonam, decimam, quintam decimam, octavam decimam, et quinque mystagogicas continet codex Mesmianus, editus a Guill. Morelio an. 1561, *de qua editione satis diximus præfat. num.* 7. *Hujus editionis exemplar in San Genovefana bibliotheca asservatum mecum communicaverunt eruditi singularique mihi amicitia conjuncti bibliothecæ præfecti ; in quo ad marginem adnotatæ sunt variantes ex veteri aliquo codice lectiones, una cum aliquibus emendationibus. Ad calcem suppleta est catechesis decimæ lacuna, et ascripta Cyrilli ad Constantium epistola, aliunde quam ab editis libris ; et in utroque præterea notatæ sunt ex veteri codice variantes cum hac nota* γρ. *Fuit ille liberi D. du Fresne, qui eas notas ab aliquo docto viro ascriptas testatur. Utebatur doctus ille vir duplici manu scripto, quorum alterum indicat hac nota* ms. *alterum ista* γρ. *Exstant quædam varietates lectionum nulla nota designatæ, quas aut ejus emendationes et conjecturas suspicor, aut potius ex cod. quem nota* ms. *signat projectas crediderim. Genovefanum simpliciter appello codicem qui notam* γρ *non habet ; qui habet, Genovefanum veterem.*

Catecheses quartam, sextam, octavam, nonam, decimam, quintam decimam, sextamdecimam, octavam decimam contulit Millesius cum chartaceo codice bibliothecæ Bodl. quem manu Græci cujusdam, sed haud ante trecentos annos descriptum censet. Easdem quoque catecheses, excepta sexta decima, contuli cum codice Colbertinæ D. comitis de Seignelay bibliothecæ chartaceo et recenti, num 4863 *notato. Uterque ille codex in omnibus pene cum Moreliana editione consentit. Eadem in Colbertino et Bodl. catechesis decimæ lacuna quæ in Mesmiano. Altero usi sumus codice Cois.*, *membranaceo, signato* 117, *decimi tertii sæculi, diversas Patrum homilias continente, et catechesim decimam tertiam exhibente sub nomine Cyrillianæ* in Crucem *et* Parasceven *homiliæ.*

Catecheses XII, XIII, XIV, XV, comparavi cum codice Reg. bibliothecæ num. 2503 ; *scriptus est in bombycina charta an.* 1231, *quam anni notam apposuit calligraphus.*

Procatechesim quoque contuli cum Regio altero codice olim 1260, *nunc* 1824, *qui S. Basilii opera complectens, sub ejus nomine procatechesim continet.*

Catechesim nonam præterea contuli cum codicibus duobus RR. PP. Basilianorum, in quibus sub nomine homiliæ S. Basilii, De eo quod incomprehensibilis sit Deus, *continetur. Horum unum descripsit R. P. D. Bernardus de Montfaucon cum Romæ versaretur, additis alterius libri varietatibus.*

Homiliam in paralyticum *expendimus ad exemplar cod. Bodl. a Millesio datum, et ad Reg. codicem not.* 2030. *Epistolam ad Constantium, præter memoratos codices, contuli cum editione Gretseri. De cæteris opusculis et fragmentis codicibusque, ex quibus eruta, vel quibuscum collata, dicimus in Admonitione singulis præfixa.*

DISSERTATIONES CYRILLIANÆ.

DISSERTATIO PRIMA.

Dé vita et rebus gestis S. Cyrilli Hierosolymitani.

[1] CAPUT PRIMUM.

Cyrilli eadem ætate plures. Quibus ex monumentis nostri Vita colligitur.

1. Dicturus de S. Cyrilli Hiesosolymitani vita et rebus gestis, rem aggredior difficilis operæ nec contemnendi laboris : obscuræ nimirum historiæ latentia vestigia persequi, diversas auctorum narrationes conciliare, contrarias expendere, falsas refutare, veris robur asserere, incertos rumores a certis relationibus, inimicorum calumnias a vere gestis rebus secernere ; in his dissertatio præsens tota versabitur. Quamobrem ne exspectet lector ut historiæ in morem, directe et continue fluat oratio; sed uti inter aspera et salebrosa viam sibi ægre faciens, ad finem usque jactabitur.

2. Ac primus quidem labor, ne diversorum cognominum gesta in unum conferantur. Cum enim plures fuerint celebrati in Ecclesia diversis ætatibus Cyrilli, Gortinensis, Alexandrinus, Scythopolitanus, etc , quos ne quis cum Hierosolymitano confundat nullus metus est ; tum vero eadem, qua ille vixit ætate, plures exstitisse constat nominis ejusdem, qui sunt ab auctore Catecheseon diligentissime secernendi. In primis distinguendus est, si

Epiphanio æquali et ejusdem provinciæ auctori credimus (1), a Cyrillo alio competitore suo, et sedis ejusdem post Cyrilli nostri exauctorationem invasore; quanquam non desunt qui Epiphanium putent Cyrillum eumdem in duos male distraxisse, quæ res a nobis suo loco (cap. 8, n 48) diligentius indagabitur. Alium memorat idem Epiphanius hæresi LXXIII, n. 37. Cyrillum seniorem, Κυρίλλου τοῦ γέροντος, quem ab Eutychio Eleutheropolitano perpetuo Cyrilli nostri inimico in Cæsariensis Ecclesiæ sede collocatum refert, pulso inde Philumeno, quem Cyrillus noster ei sedi præfecerat, qui quidem Cyrillus senior non ita multo post loco motus est, ejusque in locum constituit Cyrillus Gelasium sororis suæ filium. Cur ille Cyrillus senior appelletur, num propter Cyrillum alium juniorem nescire me fateor. Ac valde suspicarer eumdem esse cum Hierosolymitanæ sedis invasore, qui ab Eutychio utrique Ecclesiæ Cæsariensi et Hierosolymitanæ, cum ab altera exclusus esset, impositus sit. S. Basilius epist 187, pag 202, Cyrilli cujusdam episcopi vel Satalorum vel prope Satala in Armenia meminit, qui cum ab inimicis calumniam passus esset, Satalensem populum a sua [II communione refugere dolens vidit, deprehensa a Basilio calumnia, de qua auctores ipsi confessi sunt. Idem videtur Cyrillus esse, de quo Basilius in altera epistola loquitur, epist 58, pag. 86, cujus in locum cum Anthimus alterum episcopum, nempe Faustum, ordinasset, tota seditionibus oppleta est Armenia. In epistola Liberii papæ ad complures Asiæ episcopos, qui ad ipsum delegarant apud Socratem lib. IV *Hist.* cap. 12, Cyrilli nomen reperitur in inscriptione secundo loco ascriptum. Fueritne ille aliquis ex commemoratis superius Armeniæ et Syriæ Cyrillis incertum; num idem sit cum Hierosolymitano, hujus dissertationis cap. 12 et num. 70 indagabimus. Hieronymus anno 379 vel etiam 380, in Syriæ eremo a diversis Meletii et Paulini, ac Vitalis factionibus vexatus, *Cyrillo cuidam episcopo conscriptam se fidem dedisse testatur*. Noster tum Jerosolymis, longe a deserto Chalcidis, in quo commorabatur Hieronymus, agebat. Alius itaque ab ipso est Hieronymianus ille Cyrillus, incertæ in Syria ut videtur, sedis episcopus.

3. S. Cyrilli Hierosolymitani Vitam nullus æqualis auctor scripsit, nullus quod quidem sciam posteriorum temporum Græculus. Cum asservari diceretur in Messanensi monachorum Basiliensium bibliotheca scripta a Metaphraste Cyrilli Hierosolymitani Vita, bibliothecæ custodem per litteras rogavi ut mihi exemplar transcribi et a me edendum transmitti curaret; qui cum diligentissime forulos bibliothecæ perlustrasset, ac nihil penitus reperisset, significavit mihi perhumaniter falso me indicio usum. Ex iis quæ de Cyrillo Metaphrastes in *Vita S. Athanasii* refert, colligimus, non admodum dolendam ejus Vitæ, si quidem ab eo scripta sit, jacturam. *Cum legissent Bollandistæ in publico quodam instrumento, ad se Interamna in Italia misso, Petrum Antonium Nardum, Interamnensem civem et cathedralis ecclesiæ priorem, anno 1474 commentarios rerum gestarum cum aliorum sanctorum, tum B. Cyrilli civis Interamnensis episcopi Hierusalem, injuria temporum oblitteratos et fere omni parte oblitos, sua diligentia et impensa per totum fere orbem quæsitos, memoriæ posteritatis tradendos curavisse; quo immatura morte sublato, Petrum Franciscum nepotem ea edidisse; statim codicem sibi Interamna mitti rogaverunt. Sed mortuis iis in quorum potestate dictus codex tunc fuit, responsum est quovis adhibito studio nihil potuisse reperiri.* Hæc Bollandistæ ad diem 18 Martii, num. 40. Mirum sane et ad illum diem inauditum quod Cyrillus Hierosolymitanus *Interamnensis* [III] civis fuisse dicatur: ac vel ex illa sola re, quam parum commentariorum illorum dolenda sit nobis jactura, satis declaratur.

4. Res igitur gestas S. Cyrilli ex ejus scriptis, et ex historiæ generalis auctoribus colligi necesse est. Sed de se Cyrillus scripsit pauca; omniaque ejus, quæ habemus scripta, episcopatus illius initio terminantur. Inter æquales Cyrillo scriptores, non satis convenit; aliqui monstrosa prorsus et incredibilia narrant. Recentioribus Græcis, qui in Menæis et Synaxariis, aliisque monumentis plura de eo referunt, auctoritatis satis non est, ut quidquam ex solo eorum testimonio affirmare liceat. Itaque singula diligenter excutienda, qua in re conjecturæ et opinioni sæpius quam certe asseverationi locus erit.

CAPUT II.

De ortu, patria, genere, monastico instituto, et primis studiis S. Cyrilli.

5. Quo anno in lucem prodierit Cyrillus nulli auctores declarant, ex variis tamen conjecturis æstimari potest eum circiter annum 315 natum esse. Primo enim anno 347 vel 348, quo catecheses dicebat, presbyter erat, nec novus presbyter, ut inferius probamus cap. 3, num 12. Si Cyrillum supponamus an. 345 creatum presbyterum anno ætatis tricesimo, quæ legitima et vulgaris suscipiendi presbyterii ætas erat, habebimus annum nativitatis ejusdem Christi 315. Quod autem dicimus Cyrillum catecheses anno ætatis XXXII aut XXXIII habuisse, id primo optime consentit S. Hieronymo, scribenti in *Catalog. script. ec les.* illum catecheses *in adolescentia composuisse*. Adolescens enim S. doctori erat vir XXXIII annorum, et supra. Ipse proœmio *in Abdiam*, se *in adolescentia sua* Abdiam allegorice interpretatum esse narrat, idque se puerum lusisse, tum vero annos natus erat circiter triginta duos. Prologo *in Danielem* ait se *adolescentulum* Hebraicam linguam addidicisse, cum esset tamen annos natus XXXIII, aut XXXIV. Secundo Cyrillus ordina-

(1) Epiph. hær. LXVI, n. 20.

tus est a Macario diaconus, ut infra videbimus (cap. 3, n. 10), nec id fieri potuit serius anno 334, qui Macarii vitæ extremus fuit Diaconum vero non censemus factum annos natum minus viginti vel novemdecim. Tertio de veteri sanctorum locorum statu, antequam ea Constantini et Helenæ pietate purgarentur et exornarentur, sic loquitur Cyrillus quasi ea ante præsentes reparationes conspexisset. Cat. 12, n. 20, Bethlehem locum ante paucos annos fuisse silvestrem observat. Cat. 14. n. 5, ait in loco, in quo Christus crucifixus est, prius hortum fuisse, cujus adhuc vestigia et reliquiæ manerent; num. 9, monet ante sepulcri exornationem a Constantino factam, speluncam fuisse sancto sepulcro pro vestibulo, quæ Constantini jussu erasa sit. Porro sancta loca post annum 326 purgari et ornari cœperunt. Qui ergo ea vidisset et oculis lustrasset, ut veterem statum posset post multos annos depingere; ea non in infantia, sed jam adultus et duodenis saltem conspexisse dicendus est. Non igitur serius anno 315 in lucem prodivisse Cyrillum existimamus.

6. [IV] Quæ ejus patria fuerit, a nullo pariter est proditum. Ex iis quæ modo diximus, patet eum Hierosolymis enutritum et educatum ab infantia. Multa habet in catechesibus in quo suam et Hierosolymitanorum aliorum fortunam laudat, quod omnia apud se mysteria peracta sint; quod videant ipsi et contrectent quæ cæteri audiunt tantum et credunt. At in his non magnopere nitor, quæ ab eo licet alibi nato, cum Hierosolymis versaretur, perinde dici potuerunt. Ad parentes quod attinet, dicitur in Menæis Cyrillum piis et orthodoxam fidem profitentibus parentibus natum : id quod maxime probabile est, cum nullibi se aliquando aut numina falsa coluisse, aut in secta ab Ecclesia separata vixisse, et agnita veritate ad meliores partes transiisse significet; imo quasi pietati innutritus semper loquatur. Cat. 7, n. 16, de honore parentibus referendo dum verba facit, videtur se iis adjungere qui parentes adhuc superstites et Christianam pietatem colentes habeat. Sororem habuit matrem Gelasii, quem Acacio mortuo Cyrillus Cæsariensem in Palæstina episcopum fecit; hunc auctores ecclesiastici magnis propter doctrinam et pietatem præconiis passim celebrant; quæ laus in Cyrillum avunculum viri patronum, consiliarium, et forte educatorem refunditur.

7. Qua ætate baptizatus sit Cyrillus, nescimus. Græci in Synaxario Claromontensi superius a nobis exscripto, Cyrillum tradunt monachum primo et ascetam fuisse. Fuit sane apud eum magna monasticæ vitæ laus et commendatio; hujus instituti sublimitatem ac certantem cum angelis excellentiam sæpius celebrat, præsertim cat. 4. n. 24, et cat. 12, n. 33 et 34. In his autem catechesis duodecimæ locis se monachorum ordini videtur adjungere; A postquam enim virgines sui institui excellentiæ admonuit, idem observare monachorum ordinem jubet, subjungitque num. 33 : *Non enim privamur viri integritatis dignitate* Se autem ex proposito perpetuæ castitati addictum perspicue declarat, cum his verbis cat. 12, n. 1 : *Puritatis alumni et castitatis discipuli, Deum ex virgine natum plenis castitate labiis celebremus* ; tum istis num. 34 : *Omnes autem* (quod de monachis et virginibus manifeste dictum) *castitatis cursum Dei gratia curramus... ut Dominus de nobis dicat tum viris integritatem servantibus, tum feminis coronatis : « Inhabitabo in illis* [1]. » Quod si monachus fuit, cum junior ad ordines sacros promotus sit, non in desertis locis, nec forte in cœnobiis, sed domi, ascetivæ vitæ labores, quos non uno describit loco, videtur tolerasse ; ac μονάζων potius quam monachus exstitisse. Nam monachos nunquam monazontas autem sæpe commemorat; qui cum in urbe degerent, ad ecclesiam una cum aliis conveniebant, separato in loco residentes. Horum se statui, perpetuæ continentiæ, et laboriosis pœnitentiæ operibus, secessuique addicto, non obscure accenset in citato cat. 12 loco.

8. Præclare actam Cyrilli juventutem ex ordinibus in prima ætate susceptis colligere possumus. Quam diligenter doctrinam ecclesiasticam addidicerit, fidem faciunt opera in quibus [V] ea et robustissime asseritur et planissime explicatur. Sacras litteras eum diurna et nocturna manu versasse penitusque animo hausisse, probat facilis et promptus illarum usus. Extemporaliter enim dicens, non solum multa cumulat ad probationem sui argumenti Scripturarum testimonia, sed tota ejus oratio ex sacris textibus sive transcriptis, sive per allusiones indicatis et veluti obiter tactis, intexta est. Hebraicæ linguæ notitiam vel nullam habuit vel levissimam : argumento sint inter alia multa duæ Hebraicorum nominum interpretationes a re prorsus alienæ, quas ab aliis forte Cyrillus acceperat *Procat.* n. 14, ait Samuelem significare *exaudientis Dei salutem ;* cat. 13, n. 27, dicit Bosor apud Hebræos *ignominiam* sonare. At ecclesiasticos interpretes diligenter legerat, ita ut in uno sæpe loco varias interpretationes referat. Nec vero proprium Scripturæ sensum attribuere solet, sed quem communiter ascribebant interpretes. Ecclesiasticos disceptatores studiose legit, et non raro laudat, uti Clementem Romanum, Irenæum, etc. Historiæ ecclesiasticæ rudis non fuit, et multa de hæreticis ex optimis fontibus sumpta commemorat. Ipsos hæreticorum, ac præsertim Manichæorum libros, sollicite conquisitos, studiose se legisse ait cat. 6, n. 34, dum horrenda de iis et monstrosa narrantibus fidem adhibere detrectat. Eo se in studio versatum addit propter auditorum utilitatem, ut quæ fugienda essent vitia fidelibus tutius indicaret; quod ar-

[1] Lev. xxvi, 12 ; II Cor. vi, 16.

gumento esse potest, in id studii tantum postea quam factus est presbyter, et catecheseon officium suscepit, incubuisse.

9. Præcipuam Cyrillus in sanctioribus studiis operam posuit, ut tamen humaniorum litterarum cursum non omnino prætermisisse videatur. Grammaticæ artis et oratoriæ tametsi non perfecte gnarus fuit, at prorsus imperitum et inexpertum dicere non licet. Quanquam in electione et constructione verborum parum artificiosus, diserte tamen et perlucide sensa exprimere, apposite orationem partiri, et quod oratoris maximum est, vi rationum persuadere noverat. Nulla, vel pauca, ex oratorum et poetarum sententiis ornamenta depromit; ethnicorum tamen mythologiæ non se ignarum prodit, dum paganos ex suis ipsorum fabulis refellit cat. 4, n. 6. cat. 6, n. 10 et 11; cat. 12, n. 27, et aliquando Nec minus dialecticæ recte institutæ præceptis utebatur, nam accuratis sæpe et in utramque partem ferientibus ratiociniis et aliquando ex intima metaphysica depromptis, docte gentiles et hæreticos confutat. Vid. cat. 6, n. 12, 13; cat 18, n. 1, 2, 3, 4; cat. 14. n 15, 13, etc. Physicam quoque attigerat : mundi enim structuram, neglecta Hebræorum et multorum suæ ætatis ecclesiasticorum auctorum cœlum et terram ordinandi ratione, ex philosophorum placitis describit cat. 6. n. 3; cat. 16, n. 22. Historiæ naturalis partem non contemnendam catechesi nonæ inseruit, nec medicorum artem neglexerat, qui de humani corporis fabrica non semel apposite loquitur, cat. 4, n. 22; cat. 9, n. 15, etc.

[VI] CAPUT III.

Cyrillus a Macario, ut quidem videtur, diaconus; a Maximo vero presbyter ordinatur, habendisque catechesibus et plebi erudiendæ præficitur. Qua fide et sedulitate catechistæ munus impleverit.

10. Quos ordinum gradus pertransierit Cyrillus antequam ad diaconatum perveniret, nulla monumenta prodiderunt Diaconum a S. Macario ordinatum esse nulla certa ratio, sed probabilis conjectura persuadet. Narrat Hieronymus in chronico ad an. 349, Maximo Hierosolymorum episcopo mortuo, Acacium et cæteros Arianos episcopos Cyrillo, qui qui a Maximo fuisset presbyter ordinatus, ejus urbis episcopatum hac lege obtulisse, ut ordinationem Maximi repudiaret; Cyrillum conditione accepta diaconum in Ecclesia ministrasse, eamque ob impietatem sacerdotii mercede pensatum. Fabulæ hujus ab inimicis Cyrilli excogitatæ, idoneisque testimoniis confutatæ, falsitatem capite quinto demonstrabimus; nihil tamen prohibet quominus veri aliquid, quod ad calumniam Cyrilli non pertineat, in ea contineatur : nempe Cyrillum a Maximo presbyterum tantummodo, diaconum vero ab alio nimirum a Macario factum. Nam si diaconatum a Maximo recepisset, ii qui ordinationem sacerdotii a Maximo profectam horrebant, eamdem lege diaconatum ab illo collatum repudiare, si modo sibi vellent constare, debebant. Quod si a Macario diaconatus ordinem suscepit Cyrillus, serius id anno 334 vel inchoante 335 contingere non potuit : cum Maximum Macarii successorem anno 335 in concilio Tyrio adversus Athanasium coacto sedisse videamus apud Ruf. Lib. I *Hist. eccl.*, cap. 17, et Sozomenum lib. II, cap. 25. Tum Cyrillus ætatis annos habebat viginti vel circiter. Cur juveni gravissimum in Ecclesia munus commissum a sanctissimo præsule sit, nulla alia causa præter eximiam honestissimi castissimique adolescentis virtutem fingi potest.

11. Macario, cujus temporibus loca sacra expurgata Helenæ matris et filii Constantini pietate, et ornata sunt, successit, S. Maximus : quæ præsule, anno 335, jam perfecta Sanctæ Resurrectionis ecclesia, numeroso episcoporum concilio Hierosolymam convocato dedicata est. Ab eo præsule Cyrillum presbyterum creatum fuisse, teste Hieronymo commemoravimus num. præcedenti Quo vero præcise anno ea facta sit ordinatio divinare non possumus. Duo tamen nobis affirmare liceat : 1° Cyrillum anno 347, vel 348. quo, eas quas habemus, catecheses dixit, presbyterum exstitisse: 2° novum tunc presbyterum non fuisse, sed aliquot saltem ante annis eo honore auctum. Ac primum quidem probatu difficile non est. Sunt qui ad id vincendum eo trahant quod habet cat. 23, n. 2, de sacræ actionis initio loquens : *Vidisti diaconum aquam abluendis manibus tradentem sacerdoti et circumstantibus Dei altare presbyteris;* quorum numero se accensere videtur sequentibus verbis : *Nequaquam vero ad extergendas* [VII] *corporis sordes dabat; non propterea sane. Neque enim sordido corpore initio ecclesiam ingressi eramus.* Quod tamen non de presbyteris solum, sed et de audientibus omnibus dici potuit. At se ipsum significare videtur *presbyteri* nomine Procat. n. 13, dum illuminandos monens, ut suæ ad baptismum præparationis tempore vanas nihilque ad se pertinentes sollicitudines omitterent, vetat eos scitari *quid fecerit imperator, quid episcopus, quis presbyter.* Quem enim ea, quam modo vidimus, presbyterorum turba singularem presbyterum recenset, nisi eum qui illuminandorum institutioni, eorumdemque profectui indagando præpositus, ipsos speciatim respiciebat? Sed episcopi et presbyteri nomina hic sine articulo posita, facile possunt per enallagem numeri de quovis episcopo ac presbytero indefinite intelligi. Efficacius igitur presbyteratus Cyrilli, quando catecheses dicebat, argumentum ex hac ipsa functione desumitur : quæ cum in universa fere Ecclesia episcopi propria esset, ac Jerosolymis ab ipso Cyrilli successore exerceretur, ut ipse testatur apud Hieronymum epist. 61, nunc 38, a S. Maximo, non potuit nisi presbytero committi. Adde Cyrillum præter catecheseon curam, etiam homilias in synaxi eodem tempore pronuntiandi officium habuisse : ut etiam supersit ho-

milia ejus *in paralitycum*, vivente et præsente episcopo, qui postea concionaturus erat, dicta. At prædicandi ordinarium in ecclesia munus solis erat presbyteris illo tempore attributum. Ne quis autem dicat catecheses a Cyrillo postquam factus fuit episcopus peroratas obstant gravissimæ rationes, quibus in sequenti dissertatione cap. 2, num. 10 et 11, et cap. 3, n. 31, probamus eas anno 348, ut serius pronuntiatas, viventibus duobus imperatoribus Constantio et Constante. At episcopus Cyrillus non fuit nisi post Constantis necem.

12. Alterum probandum superest, Cyrillum aliquot antequam catecheses nostras diceret annis, jam presbyterum fuisse. Primo enim, quis credat presbytero adolescenti, qualem Hieronymus Cyrillum depingit, statim ab ordinatione sua Maximum confessorem gravissimum, præcipuum officii sui munus concredidisse, priusquam experimentum aliquod sui dedisset in ordinariis homiliis? Cyrillumita- que censeo simplici prædicandi munere aliquot annis functum, antequam ei catecheseon cura præterea imponeretur. Secundo, nec primas, istas quas habemus, a Cyrillo dictas catecheses putem Ut enim omittam, quod cat. 6, n. 21, quæ de Manetis historia dicturus erat: ea jam a se, iis quos ad baptismum instituebat præcedentibus annis dicta significare videtur, annotatio catechesibus post earum indicem in mss. præfixa et a nobis ante procatechesin edita declarat, Cyrillum non hos solas catecheses, sed singulis annis similes dixisse : istas autem a studiosis viris ex ore dicentis scripto exceptas. Verisimile est studiosos illos, non quas primum dixit Cyrillus statim scripsisse: sed præcedentium admiratione et fructu admonitos, istas anno aliquo subsequente, scripto ad posteritatis memoriam conservare voluisse. Tertio, ita [VIII] in toto catecheseon corpore loquitur quasi ex auctoritate summa, quasi solus auditoram institutionis et profectus curam sustinens, quasi in hoc genere dicendi subactus et exercitatus Nullibi suæ recentis ordinationis meminit, vel juventutis veniam deprecatur; quod vir modestissimus non videtur prætermissurus fuisse. Meliorum se ipso magistrorum, qui ea quæ dixisset sublimius et perfectius cogitarent meminit cat. 18, n 32, antiquiores vero et seniores non dicit. Quarto tandem, inter Cyrillianam homiliam *in paralyticum* ejusdemque catecheses, ea styli discrepantia deprehenditur, quæ homiliam a juvene et immaturo nec satis in arte dicendi exercitato profectam significet ; catecheses vero a robustiori maturiorique ingenio. Quæ cum ita sint, licet presse ac circumspecte annum ordinationis Cyrillianæ definire non possimus, conjicimus tamen eum anno 344 vel 345, non serius presbyterum factum esse; annis tribus vel quatuor antequam suas catecheses pronuntiaret: eumque tum annos natum triginta vel circiter ; quæ communis et legitima presbyteralis ordinationis ætas erat, ut patet ex concilii Neocæsariensis his fere temporibus celebrati canone 11. Nec multo ante annum a nobis assignatum presbyter est creatus, qui an. 347 vel 348, adhuc *in adolescentia* erat, si credimus Hieronymo.

13. Non simpliciter et vulgariter Cyrillum presbyterum fecit suus episcopus. Hunc, postea saltem, cæteris collegis præposuit, ita ut pel solus, vel omnium postremus, quod dignitatis erat, ante episcopum diceret. Id patet ex homilia *in paraliticum* in fine num. 20. Citius enim abrumpit orationem, ne prolixitas ejus subsequenti Patris concioni impedimentum aliquod afferret. Se in singulis synaxibus Dominica die orationem habuisse satis declarat, cum in una Quadragesima duarum Dominica die habitarum concionum meminerit ; alterius cat. 10, n. 14, alterius cat. 14, n. 24. Plura etiam commemorat a se non ita pridem pro suggestu tractata et exposita, quorum facile poterant auditores recordari *Vid.* cat. 12, n. 28 ; cat. 13, n. 9. Habitarum ab aliis concionum non meminit ; nec propterea tamen cæteros presbyteros mutos mansisse putem Nam eum morem, qui in plurimis Orientis saltem Ecclesiis servabatur, ut presbyteri unus post alium concionarentur et ultimus omnium episcopus, etiam Hierosolymæ retentum significare videtur his verbis Procat. num. 4, quibus admirari jubens præsentis ecclesiastici conventus ordinem et compositionem, simul recenset διδασκαλίας ἀκολουθίαν, *docendi ordinem et seriem* ; quod vix aliud præter subsequentes ex ordine conciones designare potest. Ex commissa tamen catecheseon et baptizandorum cura ad episcopum proprie pertinente, nec facile aliis commendata, una cum frequenti, et assiduo in synaxibus concionandi munere, optime colligitur, Cyrillum a sancto præsule presbyterorum principem, et quasi majorem ac generalem, uti dicimus, vicarium constitutum : qualis postea fuit Antiochiæ sub Meletio Joannes Chrysostomus, et Hippone sub Valerio Augustinus Intimam illam Maximi in Cyrillo [IX] fiduciam, dubitare non licet ex reciproco Cyrilli in Maximum affectu, obsequio, observantia, fidelitate, sententiarum unanimitate et concordi voluntate profectam, nutritam et corroboratam.

14. Quam de Cyrillo spem conceperat S. Maximus, non fefellit dignissimus presbyter. Non erat levis catechistæ functio, inter alia præsertim præsbyteratus munia, in occupatissima civitate. Totum ejus rei laborem Cyrillo resignasse videtur episcopus, cum de illo Cyrillus nullibi loquatur. Admittendorum qui se offerebant, et inscribendorum eorumdem nominum curam se solum habuisse significat Procat num. 4, cum se ad permittendum unicuique ingressum janitoris vice fungi ait. Erant autem plures qui erudiendi accedebant; non enim ex Hierosolymitana urbe solum, sed ex pagis et urbibus etiam episcopalibus habuisse videtur auditores; qui deinde vel ab episcopis vel a presbyteris vel a diaconis baptizandi erant; quos idcirco monet cat. 17,

num. 35, eamdem esse semper baptismi vim et gratiam, quicunque tandem ex illis præfatis ritum sacrum administrent. Singulorum voluntates explorandæ erant, ne quis vel doloso animo, vel prava alia animi inductione accederet: tum profectus indagandi, quod se sollicite examinaturum ait his verbis *Procat.* n. 15 : *Videbo studium unuscujusque viri, videbo unicujusque feminæ pietatem.* Ad hæc accedentium confessiones audiendæ, quæ omnia prorsus anteactæ vitæ peccata summa fide exprimere debebant, cat. 1, num. 5, sed præcipuus in dicendo labor. Præter ordinarias in synaxibus homilias, tres aut quatuor singulis hebdomadibus habebat catecheses; quarum multæ prolixæ, et sermonem in noctem traxisse videntur.

15. Hæc omnia admirabili diligentia et alacritate perfunctus Cyrillus. Præcipuam in Dei auxilio posuit fiduciam, cujus opem sibi auditorum precibus sæpe accersiri postulat. Vid. cat. 12 n. 4 ; cat. 13, n. 8. Tum ecclesiasticam doctrinam totam animo complexus, eam in tot quot oportuit catecheses divisam, per totam Quadragesimam indefesse auditorum animis instillavit, cat. 18, n. 32, omni argumentorum genere probatam ; et contra omnes Ecclesiæ hostes, gentiles, Samaritas, Judæos, hæreticos, propriis adversus unosquosque argumentis roboratam ; quod et *Procat* num. 10 facturum recepit, et diligentissime exsecutus est. Cogitanti quemadmodum securius et altius singula nostræ religionis dogmata in auditorum animis imprimerentur, succurrit in generalem prius et compendiosam omnium fidei capitum expositionem præmitteret in cat. 4. qua natione præparatus auditorum animus singula posthac suo ordine proprie explicanda facilius intelligeret. Et hæc una catechesis quasi perfunctorie et præparationis tantum gratia, a Cyrillo dicta, plura complectitur, quam omnes fere Patrum, quibus symboli traditionem et expositionem absolvunt conciones Hujus instituti, quod ejus successor sequebatur auctor videtur Cyrillus, cat. 4, n. 3. Maximum illum studium auditores adversum hæreticorum. eorum præsertim qui illis et locis et temporibus grassabantur [X], dolos et fraudes armare. Propterea diligenter eorum historiam et prava dogmata describit ; nec timebat os et linguam recensitis eorum blasphemis et impuris sive dogmatis, sive factis commaculare ; tantum, ne earum rerum ignari auditores eorum mendaciis et blandiloquentia caperentur. Vide cat. 16, n. 5 ; cat. 6, num. 13 et 34. Cumque omnium maxime Manichæi periculum crearent, hos majori opera et omnibus locis oppugnat. Non erudiendis et instituendis solum auditoribus officium suum finiri existimabat ; sed et ad pugnandum et ultro lacessendum hostes Ecclesiæ et ad prædicandum aliis quod didicerant, eos præparare sui muneris arbitrabatur. Vid. cat. 3. n. 13 ; cat. 12, n. 27 et 38 ; cat. 13, num 22 et 37 ; cat. 14, num. 15 ; cat. 15 num. 26 ; cat. 18, num. 10 et 11. Dum autem auditorum tædio et fastidio consulit, ac catecheson prolixitatem excusat, quod sæpe facit, suo ipse labori non parcebat ; imo ad patienter et perseveranter audiendum quod ad ipsorum utilitatem pertinebat, vehementer hortatur. Vid. *Procat.* num. 10, cat. 17, num. 20. Suum ea in re ipsis exemplum proponebat cat. 4, n. 20 ; nam *si doctores*, inquit, *non minimum deputant lucri sibi accedere quod hæc addiscas, tu quis addiscis non debes libenter multitudinem rerum quæ dicuntur excipere?* Alibi, nimirum cat. 13, n 22, ex ipsa in sanctis locis commoratione, eorumdemque conspectu, animos eorum ad sustinendam orationis de tropæis Domini prolixitatem exitat et roborat. Tantus ipsi baptizandorum respectus et cura, ut etiam in homiliis Dominica die ad totam plebem habitis, illos speciatim respiceret, et ad eorum institutionem orationem suam accommodaret, quod testatur cat. 14, n. 24. Utinam catechistæ nostri illam Cyrilli rudes instituendi plenam roboris et succi rationem sequerentur, non tam supina regnaret nostræ religionis ignoratio !

CAPUT VI.

Quæ fuerit Cyrilli et S. Maximi. Ecclesiæque Jerosolymitanæ, de dissidiis Ecclesiam eo tempore conturbantibus sententia.

16. Quo tempore Cyrillus diaconi et presbyteri gradu in Ecclesia ministrabat, gravibus illa procellis jactabatur ; quas ipse deplorat, et ut proximi Antichristi adventus prænuntias spectat, cat. 15, n. 7, 9 et 18. Episcopi adversum episcopos, clerici contra clericos, populi in populos tanto animorum fervore debacchabantur, ut ad sanguinem usque ea dissidia prosilirent ; ibid. n. 7. Nimirum Ario et sequacibus in Nicæna synodo damnatis et Ecclesia ejectis, Eusebius uterque Cæsariensis, ac præsertim Nicomediensis, una cum aliis factionis ejusdem cum Arii et personæ et dognatibus tecte, imo et satis aperte faverent : Athanasium, Eustathium, cæterosque fervidos consubstantialitatis defensores artibus omnibus oppugnare, et sedibus dejicere tentarunt. Hinc atroces jactatæ adversus eos calumniæ quibus dum plus æquo faciles ab imperatoribus, alioqui piis, aures accommodantur, ipsis assentientibus ac jubentibus, depositione, exsilio, variisque pœnis sanctiores [XI] vexantur episcopi. Inde inurbibus seditiones, dum novi in sedes charorum populis episcoporum armata vi intruduntur ; aut veteres principum favore vel conciliorum auctoritate sedes pristinas pulsis intrusis repetunt. Sed nusquam majori cum piorum offensione se prodidit illud episcopale dissidium, quam cum convocato amborum imperatorum Occidentis et Orientis consensu, Sardicensi concilio, episcoporum divortium factum est ; et major pars, Catholicorum videlicet, Sardicæ remanserunt ; Eusebiani tumultuaria fuga se Philippopolim recepere, privatum concessum celebraturi. Ambo concilia sese mutuis anathematis percellunt, datisque synodicis ad universos orbis episcopos litteris sese gravissimis criminationibus

onerant, Sardicenses Philippopolitanos Arianæ doctrinæ, Philippopolitani Sardicenses Sabellianæ : factarum cædium utrique alterosinsimulant. Auxit præterea et favit ea Ecclesiæ dissidia duplex ea tempestate, quæ ut plurimum verbi duntaxat fuit, sed animos tamen diverse movit controversia ; nimirum de consubstantiali et tribus hypostatibus.

17. Quid in his controversiis Cyrillo animi fuerit, quasve partes secutus sit, pretium operæ est diligentius inquirere. Hinc enim scriptis ejus non minima lux affulgebit, et probabiles de ejus consequentibus temporibus sententiis et gestis conjecturæ ducentur. Tum de Eusebianæ partis dolis, tum de Athanasiæ causæ justitia non satis edoctus, neutri parti quam alteri abdictior, et in utraque fraterni odii et fotæ hareseos suspicionem adhærere existimans, jubebat auditores eo scandalo minime perturbari, hæc in antecessum a Christo, tanquam proximi Antichristi adventus signa prænuntiata fuisse monens. Sic enim loquitur cat. 15. num. 7: *Si audieris quod episcopi adversum episcopos, et clerici contra clericos, et populi in populos ad sanguinemusque grassantur, ne perturberis ; prædictum enim ante fuit.* Inferius : *Si in apostolis deprehensa est proditio, miraris si in episcopis quoque fraternum odium reperiatur.* Monet ne magistrorum exemplum et auctoritatem ea in re sequantur ; quod ad se ipsum etiam si similia faceret extendit. *Neque etiam si ego qui te doceo peream, tu mecum una pereas ; fas* enim *est auditorem magistro meliorem fieri.* Schismata hæc populorum et Ecclesiarum ab variis et contrariis hæresibus quas utrique foverent, nata existimabat. Cat. 17, num. 33, commemorans illud sancti Spiritus vaticinium, *quod in novissimis temporibus discedent quidem a fide* [2], id factum observat non in antecedentibus solum temporibus, sed et in præsentibus schismatis videri, cum diversus et multis modis varius esset hæreticorum error. Cat. vero 15. n. 9, generalem a fide defectionem, sive apostasiam, quam Paulus Antichristi adventui præviam olim eventuram dixit, jam adesse monet. *Nunc vero,* inquit, *defectio est : defecerunt enim homines a recta fide. Et alii quidem Filio paternitatem prædicant, alii vero Christum ex non extantibus ad esse perductum dicere audent. Et prius quidem conspicui erant hæretici, nunc autem tectis hæreticis plena est Ecclesia.* Quod tectos [XII] et in Ecclesia latentes ait, quos supra commemoravit hæreticos ; argumento est eum de professis et publicis Sabellianis, Arianisve non loqui, sed de contrariis Eusebianorum et diversæ partis episcoporum factionibus. Nam Ariani hæresim palam et aperte profitentes, separatosque ab Ecclesia conventus tenentes eo tempore pauci, Nicænique concilii anathemate ab Ecclesia ejecti, occultum licet apud Eusebianos patrocinium reperirent, ab omnibus tamen derelicti exosique videbantur. Eusebianos igitur hic solos notat, qui adhuc A Ecclesiæ communione fruebantur. Sabellianos quoque ea ætate vel nullos omnino vel paucos novimus qui privatam sectam constituerent ab Ecclesia divisam. Sabelliique nomine gloriarentur. Non alios erga Filio paternitatem in Ecclesia prædicare dicit, quam vel Marcellum et Photinum certos Cyrilli sententia hæreticos ; sed quorum alter a Catholicis sustentabatur, alter, Sirmiensis episcopus ad annum usque 351 mansit ; vel tandem totam oppositorum Eusebianis episcoporum, et consubstantialitatem adversus eos propugnantium turbam. Postremum hoc suaderi potest eo catechesis 11, n. 17, loco ubi duas oppositas Sabellianorum et Arianorum hæreses rejiciens, de prima ait : *Deus verus est Filius, habens in se ipso Patrem, non in Patrem mutatus, nec* B *enim Pater hominem induit, Sed Filius ; dicatur enim libere veritas.* Quod hic se formidare Sabellianos negat ? Ulline sub Constantio Cyrillo timendi fuere ? An Marcellum Ancyratem solum et sequaces intelligit ? nec ii magis formidabiles. Præterea tectis hæreticis vel Filium creaturam docentibus, vel Filio paternitatem prædicantibus plenam Ecclesiam ait. Atqui Marcelliani Ecclesiam non replebant, nisi eos a quibus adjuvabatur et sustentabatur Marcellus, una conjunxeris. Palam igitur est eum consubstantialis defensores, quorum numerus et auctoritas erat magna, respicere.

18. Ad eam Sabellianæ hæresis, quam in illis vel in aliqua eorum parte suspicabatur, formidinem revoco, quod consubstantialis voce non est in catechesibus usus, quanquam eam nullibi reprehendit. C Similiter nec unius nec trium hypostaseon mentionem in explicanda Trinitate adhibet ; quasi utrumque prava autentium interpretatione suspectum. Nam incognita Cyrillo fuisse, quæ circa consubstantialem et tres hypostases Ecclesiam conturbabant dissidia versimile non reor. Quod autem in duabus illis Eusebianorum, et diversæ partis episcoporum factionibus, ut ipse censebat, et fraternum odium, et hæresis suspicionem hærere existimavit ; non id eum de omnibus et singulis qui eas partes sectabantur, episcopis sensisse crediderint, sed tantum de ducibus et principibus. Quamvis enim occultis hæreticis repletam Ecclesiam dicat cat. 15, num 9. observare tamen nos jubet cat. 16, num. 22, non apud exteras tantum nationes, sed et in Romano D imperio qua late patet, episcopos, presbyteros, diaconos. etc., a Spiritu sancto variis virtutum et donorum muneribus dilatos ; et cat. 18, num. 27, florentem post persecutiones Ecclesiæ statum depingit Aut ergo multos existimavit nullas in schismate et hæresi [XIII] partes habere, seseque in illis contentionibus medios tenuisse ; aut multos etiam in diversis partibus vere Catholicos et pios arbitrabatur. Certe cum *occulti* tantum ii essent *hæretici,* exteriorem cum utrisque Ecclesiæ societatem retinebat.

19. Peroptaremus sane ut Athanasii et conjun-

[2] I Lim. IV, 1.

etorum eidem episcoporum, qui se pro catholica fide tuenda discrimini dedere, causam magis perspectam; Eusebianorumque dolos, fraudes et calumnias perfectius ac penitus comprehensas habuisset; nec utrosque, et calumniatores Ecclesiæ fidem oppugnantes, et calumniam passos sanctæ Trinitatis defensores, uno ordine et loco habuisset. Non multo post eum ab errore liberatum videbimus. Interim multa ad sublevandas ejus suspiciones, judiciumque excusandum non desunt. Primum,nec illud sane parum est, quod cum cæteri fere in Oriente et Syria, Eusebianorum in Athanasium et socios calumniis suffragarentur,eorumque causam adjuvarent; Cyrillus in eis et fraternum odium, et gravissimæ hæresis patrocinium, et suspicatus sit et deprehenderit. Eusebiani sub catholicis in speciem professionibus delitescebant; quæ ad expugnandam hæresim revera invalidiores, et ipsæ ad hæresim si quis vellet non ægre flectendæ, nihil tamen nisi verum et catholicum sonabant; nec hæresim palam aperuere nisi post aliquot annos, sive in Mediolanensi concilio an. 353, sive potius in Sirmiensi an.357. Catholicos non directe propter divinitatem Christi propugnatam, sed aut accusationibus variis ad mores spectantibus, aut imposita Sabellismi criminatione oppugnabant. Multos etiam e sanctis episcopos, simulato orthodoxæ doctrinæ aut recti ordinis studio, in suas partes pertraxerant dolorum et fraudis iguaros, ut etiam confessorem S. Maximum Hierosolymitanum episcopum; non enim omnes qui Arianis illis conciliis intererant, fraudis principum et factionis socii. Haud tamen se et Eusebianorum artibus, et imperatoris hanc causam sustentantis auctoritate moveri passus est Cyrillus, ut eorum se societati et causæ addiceret; sed in eis hæresis Arianæ patrocinium subodoratus est, et inimicum in fratres animum exhorruit.Secundo, quod in adversæ partis episcopis eadem suspecta habuit, id temporum confusioni et calamitati tribuendum. Tam atroces in eos et tanta fiducia jactatæ ingerebantur calumniæ, ut prorsus innocentes eos arbitrari difficile videretur.Nondum erant editæ eximiæ illæ ab Athanasio apologiæ, Arianorum historiæ, orationes contra ipsos, quibus de tota Eusebianæ causæ iniquitate edocemur, Christi confessorum innocentia demonstratur,Athanasii et sociorum fides luculente explicatur et defenditur: quæ nisi nobis adessent auxilia, haud ita forte certum nobis esset quid de Arianis conciliis sanctorumque accusationibus nos sentire oporteret. Contra, viderat Cyrillus, siquidem post Sardicense concilium dicebat, utriusque concilii Sardicensis et Philippopolitani repugnantes et reciprocarum accusationum plenas litteras, quibus piorum animos, qui rem penitus non noverant, [XIV] adversus utrosque offendi par erat Tertio, Catholici passim ab Eusebianis uti Sabelliani infamabantur: hacac cusatione dejectus Antiochena Ecclesia Eustathius. Eam in omnes alios intentatam videmus in epist. conc. Philipp. apud Hil. fragm. 3, n. 23, apud eumdem Hilar. lib. x *De Trin.*, n. 5, et Socratem lib. I, *Hist. eccles.*, cap. 23. Nec deerat accusationi color et locus. Videbant primo Marcellum Ancyranum in eadem causa cum Athanasio conjunctum, Catholicorum favore et gratia sustentatum, eorum conciliis iterum ac semel absolutum, cum Eusebianorum conciliis damnatus esset. Atqui Marcellum Orientales in gravissimis erroribus deprehendisse se non dubitabant: eumque Cyrillus pro certo et indubitato hæretico habuit, Sabellismi et pejoris etiam erroris reo, cat. 15, n. 27. Hæc porro Marcelli defensio Catholicorum apud Orientales existimationi dudum nocuit, ut intelligimus ex epist. Basil. 10, qua præsidium illud hæresis Marcellianæ confirmationem appellat; et ep. 52, idque præcipuum fuit Philippopolitanorum, cur Sardicenses Sabellismi accusarent fundamentum,apud Hil.frag. 3,n. 23. Præterea, licet consubstantialis defensores nihil vulgo nisi catholicam doctrinam tuerentur, suspiciosa nihilominus Orientalibus vox erat, sive propter perversum ejus olim in ore Pauli Samosatensis usum, quapropter in concilio Antiocheno damnata ferebatur; sive propter nonnullos, quos Hilarius de synodis num. 67, confitebatur ea voce ita uti, ut *homousion impie magis quam pie prædicare viderentur*. Accedebat tandem triuin hypostaseon dissidium. Qui cum Athanasio conjuncti erant episcopi,unam vulgo hypostasim et tres personas admittebant; quod quidem Orientales passim nihil a Sabelliana confusione differre criminabantur. Quanquam autem Athanasius diu post hæc tempora in concilio Alexandrino an. 362 auditis utrorumque rationibus et fidei expositione, hanc verbi controversiam esse deprehendisset et notasset; dudum tamen mansit altercatio cum animorum fervore conjuncta: Basiliusque tantus vir, non hanc nominis et vocabuli, sed nullatenus contemnendam, et ad pietatis scopum pertinentem disputationem arbitrabatur, quæ schismati Antiocheno occasionem ministrasset. epist. 349, p. 345. Unius hypostasis assertione Sabellismum instaurari censebat epist. 64, pag. 100, unam hypostasim a Sabellio dictam aiebat epist. 349, p. 345, et a Marcello Ancyrano epist. 74, p. 126. Quapropter epist. 325, pag. 320, laudat Epiphanium quod scripsisset necessarium esse tres hypostases confiteri. Quod si ea Basilio venia datur, quanto æquius Cyrillo debetur, qui longe ante scripsit? quanquam ipse trium hypostaseon pronuntiatione abstinuit, Arianismum forte in hac professione suspectans. Si post Sardicense concilium catecheses dixit, videre potuerat expositionem fidei, quæ ad calcem synodicæ hujus concilii epistolæ cum ea continenter habetur apud Theodoretum lib. II, *Hist.* cap. 8, et ab nonnullis concilii Patribus, reclamantibus cæteris, profecta existimatur. In ea post vehementem trium separatarum hypostaseon [XV] refutationem,hanc se catholicam fidem ac traditionem accepisse aiunt, unam esse

trium hypostasim quam hæretici οὐσίαν, *essentiam* vel *substantiam* dicunt. Propter intempestivam forte hujus assertionis audaciam et adversæ partis criminationes factum ut auctoritate caruerit ea expositio, quam Athanasius, Eusebius Vercellensis aliique concilii Alexandrini an. 362. Patres omnino vel legi vel proferri vetuerunt, Athan. tom. *ad Antioch.* n. 5, cui rei, sicut et cæteris in eo concilio decretis sa- sensit et subscripsit Paulinus Antiochenus, ibid. n. 11. Hac expositione quæ ipsos unius hypostasis assertores offendit, si Cyrillus offensus est, mirari non debemus.

20. Illud quoque non parum ad excusandum Cyrillum valet, quod non proprios sibi de dissidiis ecclesiasticis sensus, sed quos a Maximo præsule acceperat, quique in Ecclesia Hierosolymitana et tota forte Palæstina communes erant, expressisse, ac meliores tandem eum iis sumpsisse videatur. Quis enim credat juniorem presbyterum, cujus fidei totam episcopatus sarcinam crediderat suus præsul, alios quam episcopum suum de rebus gravissimis cogitatus habuisse? Sed, ut id magis approbetur, juvat paulo altius de sancti Maximi et Palestinorum præsulum hoc tempore sententia inquirere. Maximus confessor cum aliis Pælæstinis episcopis Tyrio contra Athanasium concilio, Arianorum dolis delusus interfuit. Narrat Rufinis lib. I *Hist.*, c. 17, quod cum Paphnutius Maximum in concilio una cum Athanasii inimicis sedentem vidisset, pro nimia simplicitate nihil de illorum scelere suspicantem, prehensum manu abduxit e consessu, et de singulis instructum perpetua dehinc Athanasio communione sociavit. Idem factum Sozomenus lib. II, cap. 25, post decretam et pronuntiatam in concilio Athanasii damnationem refert, innuens Maximum eam hoc facto improbasse; de retenta tamen a Maximo Athanasii communione silet. Utut sit de illa Rufini et Sozomeni narratione, certum videtur Maximum et Palæstinos episcopos, sive in concilio Tyrio, sive postea, vi compulsos aliquid in nomen Athanasii subscribendo commisisse. Refert enim Athanasius in *Histor. Arianorum ad monachos*, num. 25, pag. 358, cum ipse an. 349 Palæstinam pertransiret, omnes Palæstinæ episcopos, duobus vel tribus exceptis, iisque suspectis viris, ita Athanasium suscepisse et communionem ejus amplexos esse, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἡσπάσαντο κοινωνίαν, ut etiam litteris se excusarent, quod ea quæ prius scripserant, non ex animo, sed vi coacti fecissent: Ὡς καὶ γράψαι καὶ ἀπολογήσασθαι, ὅτι ἃ πρότερον ἔγραψαν, οὐ κατὰ προαίρεσιν ἀλλὰ βιαζόμενοι πεποιήκασι. Horum vero episcoporum princeps Maximus fuit cujus nomen in litteris ad episcopos Ægypti et Ecclesiam Alexandrinam pro Athanasio scriptis cæterorum in capite habetur, apud eumdem Athanasium *Apolog. cont. Arian.* num. 57, p. 175. Si quis Maximum a communi cæterorum culpa liberare velit, per me licet. Idem tamen eodem anno, concilio Hierosolymis ad dedicationem basilicæ Resurrectionis congregato, ex eisdemque episcopis qui Tyri antea fuerant composito, interfuit; in [XVI] quo Arius et sequaces ad communionem sine pœnitentia recepti fuere. Num temerariæ illi et contra leges ecclesiasticas receptioni intercesserit, seseque opposuerit S. Maximus, incertum. Unus laudatur apud Sozomenum lib. II, cap. 33, Marcellus Ancyranus qui Arianorum admissioni consentire noluerit, nec consecrationi basilicæ interesse, dum horum episcoporum communionem refugit. Quod Arius in Ecclesia Hierosolymitana communioni restitutus sit, inde factum puto ut cum ejus hæresim Cyrillus variis locis graviter oppugnet, omnesque illius surculos persequatur, nunquam tamen Arium de nomine appellet; vel ejus hæresis sequaces Arianos dicat. Idem Maximus iis dubio procul assensit quæ contra Marcellum Ancyratem ab Eusebianis decreta sunt sive Hierosolymis an. 335, ubi causa ejus primum examinari cœpta, sive Constantinopoli anno sequenti, cum, uti plane convictus, abdicatus episcopatu est: nam Ecclesiæ suæ sententiam, ut videtur, exponens Cyrillus cat. 15, n. 27, de ejus hæresi verba faciens, hanc appellat novissimum draconis caput, quod in Galatia recens succrevisset. Convocato an. 341 ad Encænia Ecclesiæ Antiochenæ concilio, dedita opera Maximum abfuisse ferunt; pœnitentia ductum ait Sozomenus lib. III, cap. 6, quod fraude deceptus eorum qui Athanasium ejecerant episcopatu, sententiæ suffragatus esset. Socrates lib. II, c. 8, eadem confirmat. Nec aliis postea sive Eusebianorum sive Catholicorum conciliis interfuisse videtur. Nullo tamen ante annum 349 publico testimonio quæ in Athanasium erant gesta retractavit.

21. Cum autem Palæstinam ipse ex Galliis redux eo anno pertransiret, omnes, uti jam dixi, provinciæ illius episcopi, duobus vel tribus, Acacio nimirum Cæsariensi et Patrophilo Scythopolitano exceptis, Hierosolymis concilium cum Maximo celebrantes, Athanasii communionem amplexi sunt, quæque contra eum scripserant, vi adactos fecisse datis litteris sunt contestati. Insuper ad episcopos Ægypti, et plebem Alexandrinam litteras dederunt de reditu Athanasii gratulatorias; eisque aiunt se amore ecclesiasticæ pacis cum ipsis conspirantes Athanasium priores amplexos esse, per eumque cum ipsis communicare; apud Athanas., *Apol. cont. Arian.* n. 57, pag. 175, subscribit Maximus cum aliis quindecim episcopis. Eodem tempore factum videtur, quod iidem episcopi synodicæ ad omnes totius catholicæ Ecclesiæ episcopos et comministros concilii Sardicensis epistolæ subscripserunt; apud Athan., *Apol. cont. Arian.* n. 50, pag. 169. Eadem sunt enim episcoporum nomina eodemque fere ordine scripta, nisi quod num. 50 deest Macrini nomen, quique Theodorus appellatur num. 57, hic Theodosius dicitur. Ac Socrates lib. II, cap. 24, Sardicensis synodi decreta Maximo ab

Athanasio significata et nota facta dicit ; καταφανῆ ποιήσας τά τε ὑπὸ τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου γνωσθέντα· eique concilii Hierosolymis cogendi auctorem fuisse Ex his omnibus colligimus 1° Maximum, aut Palæstinos saltem episcopos contra Athanasium, sed vi adactos subscripisse ; 2° Eusebianorum fraudis et dolorum ignaros non fuisse, [XVII] quibus vis ut iniquis gestis consentirent adhibenda fuerit ; 3° nonnulla ipsos Eusebianis concessise, uti restitutionem Arii, Marcelli Ancyrani condemnationem ; 4° Maximum in posterum omnes episcoporum conventus effugisse,neque porro Sardicensi concilio interfuisse, quasi turbas evitantem, et utriusque partis episcopos suspectantem ; 5° Athanasii communionem palam saltem non tenuisse interim ; nam ex Athanasi *Hist. Arian.*, num. 25, et synodicarum Jerosolymitanæ synodi ad Ægyptios litterarum verbis, non obscure Palæstini tum primum an. 349 Athanasii communionem pridem interruptam amplecluntur. Unde Socrates lib. II, cap. 24, ait Maximum tum Athanasio communionem et dignitatem reddidisse : Ἀποδίδωσι καὶ αὐτὸς τὴν κοινωνίαν Ἀθανασίῳ καὶ τὴν ἀξίαν. Philostorgius quoque lib. III, num. 12, Maximum in eorum numero ponere videtur, qui prius a consubstantiali alieni, ad Athanasii sententiam postea declinarunt. Ante hæc tempora igitur Maximus medium se in his turbis tenebat; Athanasio nulla exteriore communionis nota conjunctus, Eusebianorum dolos et conventus exosus, neutrius partis præsules uti ab Ecclesia alienos spectans, hæreses oppositas, quarum utrique patrocinium alteri parti objiciebant, detestatus ; in utrisque forsitan vitii aliquid suspectans. Eadem, ut ostendimus num 18, Cyrillo stabat mens et sententia. Sed dubitari non potest quin Maximo se ad Athanasium adjungente, eadem secutus sit Cyrillus, et synodi Hierosolymitanæ in Athanasii gratiam decreta suo assensu, ac præsentia fortassis ipsa comprobarit. Unde id confirmem rogas? Primo, antiqua ferebat Ecclesiæ disciplina. Romæ, Alexandriæ, Antiochiæ, ut in conciliis provincialibus interessent una cum urbis in qua concilium celebrabatur episcopo ejusdem Ecclesiæ presbyteri et diaconi, quanto id verisimilius de præcipuo ac primo presbytero, qualis tum Cyrillus erat, cui et episcopalia munia, et totius pene Ecclesiæ administratio concredita? Secundo, id suadent consequentia Cyrilli gesta; nam uno ferme duntaxat anno postea ab episcopis provinciæ canonice in sede Hierosolymitana collocatus est. Idem erant episcopi qui concilio an. 349 interfuerant, nec in ejus electionem conspirassent quem sibi conjunctum sententia non novissent. Ipse initio episcopatus ad Constantium scribens in fine epistolæ consubstantialem Trinitatem intrepide professus est Tandem paucis post annis habuit cum Acacio dissidia, cum mutua violatæ fidei accusatione conjuncta. Ostendemus porro nihil Cyrillum Acacio præter negatam consubstantialitatem, nihil Acacium Cyrillo præter eamdem assertam objicere potuisse.

CAPUT V.

Mortuo vel exauctorato Maximo, Cyrillus post aliquantum temporis fit episcopus Hierosolymitanus. Canonica ejus ordinatio defenditur ab impactis calumniis Lucida crux Hierosolymis conspicitur, idque Constantio nuntiat Cyrillus.

22. Difficillimum et vexatissimum ingredior Cyrillianæ vitæ tempus, episcopalis nimirum [XVIII] ejus ordinationis ; quæ ab auctoribus etiam æqualibus magna varietate, ab nonnullis vero cum gravissima et incredibili prorsus Cyrilli criminatione conjuncta refertur. Ut cum aliquo ordine procedamus, plura habemus hic tractanda : 1° Num morte an depositione finierit episcopatum Maximus ; 2° quo anno Maximus episcopatum clauserit, et inierit Cyrillus ; 3° expendendæ variæ in Cyrilli ordinationem criminationes,eaque ab iis liberanda. Id porro præstabimus nudo veritatis amore, nullo Cyrillum præpostere purgandi studio occupati; sed auctoritatem, liberum de omnibus lectori judicium permittemus.

23. Hieronymus in *Chronico* ad ann. 349, p. 183 (qui quidem numerandus est 350 ; nam in *Chronico* illo uno anno æram nostram anticipat), Maximi mortem assignat *Quadragesimus*, inquit, *Maximus post Macarium Hierosolymorum episcopus moritur.* Deinde post aliquantum temporis quo sedem vacasse ait, ordinationem Cyrilli per Acacium Cæsariensem et cæteros episcopos Arianos potuit.Theodoretus quoque lib II *Hist. eccles.*, cap. 26, Cyrillum scribit apostolicæ doctrinæ propugnatorem acerrimum, S. Ma imo ad vitam senii expertem translato episcopalem gratiam promeruisse : Τούτου δὲ εἰς ἀγῆρω μεταναστάντος βίον, Κύριλλος τῆς ἐπισκοπικῆς χάριτος ἠξιώθη. At Socrates lib. II *Hist.*, cap. 38, scribit : *Acacius et Patrophilus Maximo Hierosolymorum expulso, Cyrillum adversus eum constituerant.* Iisdem fere verbis Sozomenus lib. IV, cap. 20. *Acacius et Patrophilus Maximum referentes, Hierosolymitanum Ecclesiam Cyrillo regendam permiserant.* Hæc alter ab altero exscripsisse videtur Amborum credo, auctoritate permoti, eadem repetunt Theophanes in *Chronographia*, pag 34 ; Metaphrastes in *Vita S. Athanasii.* qui ipsa Socratis verba transcribit num 11 pag. 149 ; incertus auctor alterius *Vitæ S. Athanasii,* ibid. num. 19, pag 120, qui Cyrillum tanto impietatis studio accensum dicit,quanto vel Maximus, vel potius Athanasius in pietatem ferebatur: auctor synodici libelli, qui synodo Hierosolymis ab hæreticis coacta, Maximum expulsum et Cyrillum subrogatum ait. Horum verba in *Testimoniis de S Cyrillo et scriptis ejus* a nobis suo ordine ascripta. Quorum sit ratio potior, inquirendum. Si auctoritatem sequimur, Socratem et Sozomenum (ex qui-

EMORY UNIVERSITY

bus, vel potius quorum ex altero cæteri qui similia scripsere, sententiam suam sumpserunt) tempore multum antecedit Hieronymus, gravitate autem et ecclesiasticarum Syriæ rerum peritia Theodoretus. Ad hæc Hieronymus, in eodem loco Cyrillo parum favorabilis, et inimicorum ejus maledicta transcribit, qui hanc quoque depositionis Maximi circumstantiam non omisissent. Quod illegitimam Maximi deturbationem narrant et ordinationis Cyrillianæ arbitros et dominos faciunt Acacium et Patrophilum longe superiori ac graviori Patrum concilii CP. auctoritate refelluntur, qui Cyrillum canonice ab episcopis provinciæ olim ordinatum fuisse testantur. Nec hujusmodi tempus erat, quo Acacius et Patrophilus sive in concilio servata [XIX] exterius juris forma, sive si aperta, atque imperatoris favore, Maximum expugnare possint. Omnes, uti vidimus, ex Athanasio sup. num. 20 et 21, Palæstinæ episcopi, duobus vel tribus, hoc est Acacio et Patrophilo exceptis, se in concilio, omisso Acacio metropolita suo, ad Maximum adjungentes, synodicis Sardicensis concilii litteris subscripserant; quibus Acacius ipse non episcopatu solum abdicatus, sed et ipsa fidelium communione privandus decernebatur, apud Athan. *Apolog. cont. Arian.* num. 49, pag. 167. An ipsi transitu mox ad Acacium facto, cum eo in depositionem Maximi conspirassent? et quam ob causam? Eam nimirum quæ ipsis cum eo communis erat, in qua propriæ conscientiæ stimulis satisfacerant, dum Athanasii damnationem, cui vi et metu erant assensi, retractarunt. Aliosne Acacius ex Syria acciverat suæ sententiæ episcopos? sed quo jure facere poterat? Præterea horum qui Athanasio infensi erant, quæ esset an. 349 et usque ad mortem Constantis sententia ac qui rerum status, his verbis aperit Athanasius *Hist. Arian.* num. 25 : *Ex aliis quidam ad Athanasii conspectum affecti pudore sint ; nonnulli coram se sistere non ausi, sese abdebant ; alii pœnitentia ducti, quæ adversus* [eum] *episcopum subscripserant, retractabant.* Sed vi aperta grassatus est Acacius. Parum favorabilia interciderant tempora ; ipse pronuntiata adversum se concilii Sardicensis sententia depositionis et excommunicationis infamis aut suspectus saltem. Reconciliato Constantii erga Athanasium et Catholicos animo, ac legatione Sardicensis concilii lenito, exsules passim revocabantur episcopi. Ipsi Ariani paulo ante Stephanum Antiochenum, propter structas ipso conscio catholicis præsulibus insidias, deponere per imperatorem coacti. Is rerum status an. 349. Revera Constante anni sequentis initio e vivis sublato, non diu postea recruduit persecutio, auctore Socrate lib. II, cap. 26, Marcellus Ancyra, et Paulus Constantinopoli eodem anno Constantii auctoritate pulsi. Sed alia erat apud Arianos Marcelli et Pauli, alia S. Maximi causa : illi diuturni et perpetui Arianorum hostes, sæpe ab ipsis suis Ecclesiis dejecti, et cædium, quas ipsi Ariani perpetrarant, accusati. Plura exstabant vetera in ipsos Eusebianorum judicia, quæ solum exsecutioni mandanda erant. Nihil simile de Maximo, haud ita Arianis inviso, cujus judicium aliquod saltem instruendum erat. Nec ullis satis certis monumentis constat Arianos sævitiam in alios a supra dictis episcopos exercuisse ante an. 351 et victoriam de Magnentio reportatam, post quam se Constantius Arianis magis addixit. Cum enim Socrates loco citato et Sozomen. lib. IV, cap. 2, nonnullas alias statim post obitum Constantis episcoporum catholicorum dejectiones assignet, ibi tam multa adversus rectam ordinationem temporum peccant, ut nihil certi possit ex sola eorum auctoritate constitui. Mihi vero persuasum est, Maximum ab Acacio neque anno 349 neque 350 depositum fuisse, vel deponi potuisse.

24. Quo anno vitam vel episcopatum clauserit Maximus, non satis definite affirmare possumus, quin Cyrilliani episcopatus initia primum assignaverimus. [XX] Cyrillus non serius an. 351 initio Hierosolymorum episcopus fuit. Eodem enim anno, mense Maio, die septima, epistolam ad Constantium dedit, ut idoneis argumentis probavimus in admonit. prævia ad hanc epistolam, num. 10. Nec etiam multo ante ordinatus erat, has enim primas esse litterarum ac sermonum suorum primitias, declarare videtur his verbis, num. 1 : *Primas hasce ex Hierosolymis ad te, Deo dilecte imperator, litterarum primitias mitto ;* et num. 7 : *Has tibi nostrorum sermonum, Deo dilectissime imperator, offerro primitias ; has ex Hierosolymis primas tibi eloquor voces.* Quæ tamen non nimium urgenda, quasi primas omnino hasce litteras a consecratione sua dedisset aut voces pronuntiasset; nec aliud forte significant, nisi has esse primas a se ad imperatorem conscriptas litteras. Non ibi notam facit Augusto ordinationem suam, nec verbo quidem recens acceptæ consecrationis meminit. Facile tamen in omnium fere judicio acquiesco, qui hanc epistolam initio Cyrilliani episcopatus datam pronuntiant. Sed nulla mihi videor ratione prohiberi, quominus illum mensibus aliquot vel anno etiam integro anticipem. Quare consecratum illum an. 350 crediderim, quando pax Ecclesiæ constabat. Jam de extremo Maximi anno agendum. Si Socratem, Sozomenum, aliosque, qui depositionem Maximi cum Cyrilli ordinatione conjungunt, audiverimus, Maximum nonnisi an. 351 vel 352, vita vel episcopatu cessisse, consequens erit. Sed horum a nobis jam explosa num. superiore sententia est. Hieronymus in *Chronico* ubi tempora digerit, Maximum an. 349 mortuum facit. Cui nihil certius ac fundatius opponi potest ; sub extrema anni 349 tempora decessisse illum oportet, aut potius anni sequentis initio, qui anno 349 concilium transeunte Athanasio celebraverat.

25. Sedem aliquandiu vacasse idem testis est Hieronymus, dum ait Maximo mortuo, Acacium et cæteros episcopos Arianos Cyrillo episcopatum pro

misisse, si ordinationem Maximi repudiasset: Cyrillumque conditione accepta diaconum administravisse, et ob eam impietatem sacerdotii mercede pensatum. Hujus fabulæ falsitatem non multo post idoneis, ut videtur, argumentis refellemus. Nihil tamen vetat aliquam sedis vacationem admitti, si quæ fundamentum aliquod occasionemque calumniæ præstiterit; sed nullus alius præter Hieronymum vacationis ejus meminit: quæ quidem optime cum Maximi mortis et Cyrillianæ ordinationis temporibus conciliatur. Quæ vacationis diuturnæ causa, incompertum. Possumus in ea quam Hieronymus innuit acquiescere. Nempe Acacium metropolitam cum Patrophilo aliisque fortassis moras nexuisse, dum idoneum suis consiliis, atque ad arbitrium sui versatilem episcopum quærunt, et quomodo sedi Hierosolymitanæ possint imponere laborant. Præterea omnes provinciales episcopi, non ita pridem concilii Sardicensis decretis subscribendo, se ab Acacii communione avulserant. Ille contra superbum erigebat caput, nec sua jura violari patiebatur. Dum illa componitur dissensio, tempus interfluxit. Hæc conjectura.

[XXI] 26. Hic etiam discutiendum quod Hieronymus in allegato jam sæpe *Chronico* de Maximo narrat: nimirum *eum morientem Heraclium in suum locum substituisse; quem Cyrillus episcopus factus varia fraude sollicitans de episcopo in presbyterum regradaverit.* Hæ S. Hieronymi voces non designatum simpliciter et indicatum, quod primis illis Ecclesiæ temporibus insitatum non erat, sed consecratum et ordinatum a Maximo successorem significant: quod uti liberæ plebis et cleri electioni, provincialium episcoporum et metropolitæ præsertim legitimis electionem firmandi et electum consecrandi juribus inimicum, ab Ecclesiæ consuetudine semper alienum fuit et ante annos septem concilii Antiocheni canone 23 damnatum. Rem itaque illam ab inimicis Cyrilli in ejus odium confictam puto. Primo enim de S. Maximo temere credi non debet factum ecclesiastico mori contrarium. Quod enim Ecclesiæ suæ præsentiebat ab Arianis impendens periculum? Tranquillis Ecclesiæ rebus moriebatur, compressis Arianis, revocatis summa gratulatione in suas sedes catholicis, separatis ab Ariana factione atque sibi et catholicæ parti recens devinctis, omnibus, si unum et alterum excipias, provincialibus episcopis. Secundo, si successorem sibi suum sufficere e re Ecclesiæ credebat, quem alium Cyrillo præponere potuit, cui a multis jam annis totam sui episcopatus sarcinam crediderat? Quem præoptasse dicitur Heraclium, idem sine dubio est, quem postea ab Arianis oppositum Cyrillo, et ejus loco substitutum apud Socratem, Sozomenum, Nicephorum legimus. An Maximus Ecclesiæ suæ cavens eum ipsi custodem præfecisset, quæ Ariani dignum suæ impietatis instrumentum repererint; aut Ariani ipsi hominem adhibuissent, quem ab Maximo capitali inimico adamatum et cæteris prælatum novissent? Tertio, si Heraclium a Maximo sibi substitutum concedimus, fatendum erit illegitimam hanc provincialibus episcopis ordinationem visam esse; cum ea neglecta canonice, ut modo videbimus, ordinarint Cyrillum. Tumque nihil adversus Ecclesiæ statuta peccaverit Cyrillus, si cum unus esset legitimus episcopus Heraclium, qui se dicebat episcopum, non vi, ut fatetur Hieronymus, sed suasione et piis artibus presbyteri gradu contentum esse perfeceril. Nicæna synodus, can. 8 Novatianos episcopos ad Ecclesiam redeuntes solum presbyterorum honorem habere jusserat, nisi episcopo placuisset, quod omnino ejus in arbitrio et potestate ponit, iis etiam episcopatus nomen permittere.

27. Tandem ad ipsam pervenimus Cyrilli ordinationem, quam sic refert in *Chronico* æqualis auctor et omni reverentia dignus Hieronymus, quem tamen incautius inimicorum Cyrilli maledicta transcripsisse remur. *Post quem*, Maximum, *Ecclesiam Ariani invadunt: id est, Cyrillus, Eutychius; rursum Cyrillus, Irenæus; tertio Cyrillus, Hilarius; quarto Cyrillus. Quorum Cyrillus, cum a Maximo fuisset presbyter ordinatus, et post mortem ejus ita ei ab Acacio episcopo Cæsariensi et cæteris episcopis* [XXII] *Arianis episcopatus permitteretur, si ordinationem Maximi repudiasset; diaconus in Ecclesia administravit*: ob quam impietatem *sacerdotii mercede pensatus, Heraclium*, etc. Leviora Rufinus, sed simile quidpiam insinuans, eadem cum Hieronymo, ut videtur, scribere veritus, lib. *Hist. eccl.*, c. 22, ait: *Hierosolymis Cyrillus post Maximum, sacerdotio confusa jam ordinatione suscepto, aliquando in fide, sæpius in communione variabat* Quam autem ordinationis confusionem narrat, sic intelligo: Cyrillum eo tempore ordinatum episcopum, quo Arianorum factione passim ordinationum episcopalium ordo et tranquillitas perturbabatur; hujusque confusionis partem aliquam in Cyrillianam ordinationem pervenisse. De illa vero Cyrilli fidei et communionis variatione alias. Illos omitto qui Acacii et Patrophili factione pulsum Maximum et Cyrillum institutum scribunt, quorum falsam, quantum ad expulsionem Maximi, sententiam ostendimus (*num.* 23). Hic porro ostendendum suscipimus, nec Acabitros exstitisse, nec Cyrillum sese ut episcopatum ab eis promereretur de presbyteri gradu dejecisse; sed ab episcopis provinciæ canonice ei de more ordinatum esse.

28. Primo enim illis omnibus scriptoribus opponimus longe superiorem Patrum concilii Constantinopolitani œcumenici II auctoritatem, qui in epistola ad Damasum et Occidentales ecclesiasticarum Orientis rerum statum exponentes ita de Cyrillo loquuntur apud Theodoret. lib. v *Hist.*, cap. 9: *Hierosolymitanæ autem Ecclesiæ, quæ mater est omnium Ecclesiarum, reverendissimum Deoque dilectissimum Cyrillum episcopum esse indicamus: qui et*

canonice olim ab episcopis provinciæ ordinatus fuit, κανονικῶς τε παρὰ τῶν ἐπαρχίας χειροτονηθέντα πάλαι, *et plurima variis in locis certamina subiit.* Hoc amplissimo illustrissimoque concilii, quod inter œcumenica numeratur, testimonio, caduntomnia quæ in ordinationem Cyrilli congeruntur probra. Præsens fuerat Cyrillus anno superiore concilio Constantinopolitano ex eisdem episcopis congregato, quibus ipse sine dubio ordinationis suæ rationem propter maledicta inimicorum exposuerat. Aderant episcopi complures sanctitate insignes et ecclesiasticis fastis ascripti : quorum plures e Syria, aliqui ex Palæstina fortassis, Orientales omnes de ecclesiasticis Syriæ rebus melius sane instructi quam Hieronymus, Latinus homo. Scribebant hæc in monumento authentico, in quo maxime intererat nihil nisi certi atque explorati proponi ; ne, si qua in re falsi convicti fuissent, Occidentalium jam non valde faventium querimonias augerent. Quis hanc auctoritatem non anteferat unius Hieronymi alioqui maxime suspiciendæ auctoritati? Ille chronicum suum junior anno superiore Constantinopoli ex variorum relatu aut vulgatis sermonibus scribebat; cum nondum in Syria satis versatus fuisset, ut Ecclesiæ in iis regionibus statum penitus pernosceret; sese Paulinianis ita partibus addixerat, ut omnia in deterius de diversæ partis hominibus acciperet; qui si post illud concilium scripsisset, illudque ejus de Cyrillo testimonium [XXIII] legisset, non dubito quin ipsi fuisset æquior. Ac re vera in *Catalogo scriptorum ecclesiasticorum* longe postea scripto nihil ad ejus laudem magnopere, at nihil ad criminationem refert. Secundo, quod diserte sine fuco atque ambage Cyrillum Arianis accenset, eumque cum cæteris Arianis Ecclesiæ Hierosolymitanæ invasoribus confundit; primum in eo peccat, quod hominem sectæ Arianæ facit, qui in catechesibus eam data opera et pluries et gravissime refellit, et multa postea ab Arianis expertus est incommoda ; deinde separandus erat ab iis, qui ipso in odium catholicæ fidei ab Arianis pulso, ab eis in sedem intrusi fuerant. Sed Arianos appellare solet Hieronymus quotquot Meletianis partibus addicti erant. Tertio, quod Acacium et episcopos Arianos post mortem Maximi Ecclesiæ Hierosolymitanæ arbitros, et episcopatus ejus quibus vellent permittendi dominos supponit, male omnino cum præsenti Palæstinæ Ecclesiæ conditione et statu conciliatur. Ariani episcopi duo tantum vel tres in quibus Acacius ; cæteri omnes numero quatuordecim, ipso quo Maximus obiit anno, ab Acacio se avulserant, ejusque et depositioni et excommunicationi subscripserant; quomodo illos ad sui arbitrium tam cito aversos flexerat, ut iniquis ejus molitionibus suffragarentur ?

29. Quarto, quam ab Acacio propositam Cyrillo refert conditionem, ut Maximi ordinatione repudiata ad diaconi gradum se dejiceret, ea supponit Arianos Catholicorum ordinationes rejecisse quasi nullas et iterasse: atqui nullum ejus rei monumentum istis temporibus reperitur : nonnisi longe postea eo amentiæ pervenerunt. Primum id tentatum a Georgio Alexandrino circa annum 356, apud Athan. *Apolog. ad Constant.* n. 31, et ex Marcello et Faustino libelli supplicis, p. 77, sed malum tunc non longe propagatum Cum enim Basilius inaudivisset Eustathium Sebastenum quosdam reordinare ausum esse, ὅτι καὶ ἀναχειροτονῆσαί τινας ἐτόλμησεν, verus ne rumor esset, qui hominem omnium horrori et detestationi objiceret, an figmentum ad calumniam compositum, dubitavit ; quod ad sua usque tempora nullus id hæreticorum fecisset, ὃ μέχρι σήμερον οὐδεὶς τῶν αἱρετικῶν ποιήσας φαίνεται, Basil. epist. 196, pag. 213. Cur autem præcipue Maximum oderat Acacius, ut presbyteralem Cyrilli ordinationem ab ipso factam repudiaret, diaconalem ejusdem a Macario probaret ? Num infensior Arianis Maximus quam Macarius, quo acriorem nullum pene hostem habuere ? quem Arius uti præcipuum sui adversarium notat, qui Nicæni concilii in Palæstina decreta promulgaverat; quem Sozomenus lib. II, cap. 20, ab Eusebii et Patrophili se communione ante mortem segregasse refert. Maximus contra multa Arianis seu fraude deceptus, seu vi adactus, seu animorum defectu gratificatus erat. Si postquam se Athanasio adjunxerat Cyrillum presbyterum fecisset, fuisset quidam Acacio repudiandæ hujus ordinationis prætextus. Sed eo tempore Cyrillum ordinaverat quo illum etiam Eusebiani inter suos numerare poterant. Quinto, si ab accipienda tam infami [XXIV] conditione Cyrillum non retrahebat religio et Christi sacramentorum reverentia, non tangebat illum pudor, non propriæ existimationis cura? qui multos annos uti presbyterorum primus totam pene Ecclesiam rexerat, sese in diaconi gradum et officium segnis abjiceret? quis in populo clamor, quæ apud provinciales episcopos infamia, omnium indignatio? Sexto tandem, incredibile non videri debet hanc ab inimicis ejus intentatam in eum calumniam. Meletianis partibus favebat, Meletio etiam fuit intima familiaritate conjunctus. Satis id, ut Paulinianarum partium operas in se concitaret; multaque ab illis, ut suo loco dicemus, perpetienda habuit. Nota porro quæ in Paulinianis partibus regnaverit de adversariis maledicendi licentia. Unum exemplum sufficit de Meletio et Eusebio Samosatensi ; qui, cum in concilio Antiocheno anno 363, consubstantialitem essent solemni decreto amplexi, inventus est qui petulanti scripto sub nomine *confutatio hypocrisis Eusebii et Meletii*, eos negaret ex animo et sententia se fidei Nicænæ addixisse ; cumque ambo Arianorum factione exsularent, perfecerunt tamen inimici, ut Romæ Damasus eos eodem tempore inter Arianos annumeraret, ex Basil. epist. 321. Similia credimus Cyrillum maledicta expertum, quæ Hieronymus recens a Paulino ordinatus, ejusdem partis hominibus plus æquo credulus transcripserit ; et Rufi-

nus earumdem partium studiosus non rejecerit.

30. Illud tandem Cyrillianæ ordinationi objicitur, quod sibi omnino ab Acacio, pravæ seu potius versatilis ac nullius fidei homine, nuper Sardicensis concilii anathemate perculso manus imponi permiserit. Primo ordinatum illum ab Acacio esse non ita certa res est ut in dubium vocari non possit, solidioraque hujus assertionis fundamenta postulari. Nam sola Hieronymi, Socratis ac Sozomeni, Theophanis ac similium auctoritate nititur, quorum in narranda Cyrilli ordinatione suspectam omnino fidem probavimus. Unum id constat, ab episcopis provinciæ canonice ordinatum esse Cyrillum. His tamen auctoribus assentire possumus Acacium ex metropolitico jure ordinationis administrum exstitisse : idque superstructarum in Cyrillum calumniarum fundamentum exstitisse : sed quamobrem in Cyrillo fraudi esse debeat non video. Nondum ea designaverat Acacius quæ æternam nomini ejus infamiam accersivere. In concilio Seleuciensi anno 359 et Constantinopolitano anni sequentis Arianorum princeps factus, mirum in modum in Catholicos et semi-Arianos sæviit, orbemque totum jussa Ariminensis formulæ subscriptione, labe infecit. Post hæc tamen scelera sanctos Meletium Antiochenum et Pelagium Laodicenum, Athanasium Ancyranum S. Basilii epist 53 et 66, encomiis celebrem, aliosque. pulsis episcopis bonis, extra propriam provinciam ordinavit. Quanto Cyrilli causa favorabilior, quem secundum canones ab provinciæ metropolita ordinari oportebat? Quod ab concilio Sardicensi exauctoratus fuerat Acacius, locum non habuit. Episcopatum ipse et communionem ecclesiasticam constanter tenuit, nullo in sui locum [XXV] subrogato. Nempe cum conciliorum Sardicensis et Philipoopolitani Patres, principes adversæ partis mutuis anathematis perculissent, de rei exsecutione non admodum solliciti sunt visi. Sardicenses legatis ad Constantium missis Euphrata Coloniensi et Vincentio Capuano, id tantum postulavere, ut quos synodus a culpa abesse judicarat episcopos, imperator ad suas Ecclesias redire permitteret, quando ipse ejecisset : Athan. *Hist. Arian.*, n. 20. De aliis vero in loca Theodori, Acacii, Ursacii et Valentis, depositione et excommunicatione mulctatorum substituendi, ne verbum quidem. Athanasius Acacium semper uti toleratum ab Ecclesia episcopum spectavit, *De syn.* n. 13. Basiliumque Ancyranum una cum aliis in concilio Sardicensi excommunicatum, ut fratrem habet, vivo licet Marcello, ibid. n. 41. Sed neque Eusebiani Julium Romanum, Protogenem Sardicensem, Osium, Gaudentium Ariminensem, Maximum Trevirensem quos vicissim eadem pœna damnarant, pro veris episcopis habere desierunt. Nam quod Socrates ait, lib. II, cap. 22, ruptam fuisse post concilium Sardicense Orientis cum Occidente communionem, id non paucis mutuæ communionis testimoniis refelli potest, nec necesse est ; cum eodem loco fateatur intra Orientem episcopos, tametsi diversæ fidei exsisterent, indifferentem tamen communionem habuisse. Cum nimirum Catholici, episcopos Arianismi suspicione laborantes et sub catholicis in speciem professionibus delitescentes, legitimo judicio convincere et ejicere non possent, necessariam cum illis communionem retinebant : id quod sufficit, ut ab Acacio Cyrillus legitime potuerit ordinationem recipere.

31. Cyrilliani episcopatus initia singulari Hierosolymis portento consignata sunt (2). Nimirum die Maii septima an. 351 circa horam dici tertiam, hoc est nonam nostram matutinam, magna crux ex luce, solis radios splendore superans, complures horas visa super montem Golgotha, ad Olivarum usque montem se extendens. Continuo totus populus civitatis, omnis ætatis, sexus, conditionis, non indigetes tantum, sed et exteri, Christiani et gentiles ad ecclesiam accurrere, uno animo et uno tanquam ex ore Christum laudantes, ac religionis ejus veritatem cœlesti viso comprobatam non dubitantes Cyrillus ipse signi oculatus testis redditis primum Deo gratiis, signum hoc per litteras statim Constantio significandum existimavit, ratus imperatorem in religionis Christianæ amore per illud magis ac magis confirmatum iri ; et novam ad debellandos hostes ex hoc divini erga se amoris et curæ signo, fiduciam et alacritatem concepturum. Epistolam fausta precatione concludit, quæ laudis in modum informata, Constantium tacite et officii et veræ fidei admonet. Multa circa hujus ostenti et Cyrillianæ epistolæ veritatem circa annum et diem quo visa crux, et diversas quæ ab aliis auctoribus referuntur circumstantias disputari solent : de quibus cum in admonitione prævia in epistolam ad Constantium satis nos dixisse existimemus, eo lectorem ejusmodi rerum curiosum remittendum judicamus.

[XXVI] CAPUT VI.

Qualis in episcopatus fuerit Cyrillus : dissidia ejus cum Acacio Cæsariensi ; et mutuæ utriusque accusationes.

32 Admodum pauca de Cyrilli episcopatu conservavit historia. Eum omnia sublimis ejus officii munia strenue adimplevisse certo æstimare possumus tum ex laboribus quos adhuc presbyter perfunctus, auxisse potius in episcopatu quam minuisse censendus est, tum ex florenti Hierosolymitanæ Ecclesiæ ejus temporibus statu. Quam enim multi illic essent sancti, quo in honore pietas, conjicere licet ex iis quæ Basilius in epist. 4 ad monachum lapsum ait, pag. 12 ; eum nempe cum Basilio ipso circa an. 357 Hierosolymam ivisse ; illic multos sanctos osculatum ; multos etiam manus ejus uti sanctas attrectasse et confovisse, genibus ipsius provolutos.

(2) Cyrill. epist. ad Constant., n. 4, 5.

Prædicationis officium per se adimplevisse Cyrillum illud probat, quod etiam exsul Tarsi apud hospitem Silvanum, concionandi officium episcopo permittente fungi voluerit ex Theodoret. lib. II, cap. 26. Quam largus in egenos et effusus fuerit abunde declaratum est decantato illo facto quod ipsi Acacius crimini vertit. Cum enim Hierosolymorum regionem fames occupasset, egentium multitudo necessariis alimentis destituta in Cyrillum, utpote episcopum, oculos conjecit. Cum autem pecuniæ deessent, quibus subveniri posset egentibus, Cyrillus thesauros Ecclesiæ et sacra vela divendidit. Hæc Sozom., lib. IV *Hist.*, cap. 25 : quid inde secutum postea narrabimus.

33. Non diu quietus in sede sua mansit Cyrillus. De primatu et metropolitico jure inter ipsum et Acacium oborta contentio, mutuas accusationes peperit. Arrepta criminandi causa Cyrillum Acacius in concilio ex episcopis sibi factione conjunctis deposuit circa anni 357 finem vel 358 initia. Quæ omnia a nobis accuratius indaganda. Ac primo quidem contentionem Cyrilli de primatu pene cum ipso Cyrilli episcopatu incepisse significare videtur Sozomenus lib IV *Hist.*, cap. 25, his verbis : *Post susceptum Hierosolymorum episcopatum*, ἐπεὶ δὴ ἐπετράπη τὴν Ἱεροσολύμων ἐπισκοπήν, *de jure metropolitano adversus Acacium Cæsariensem controversiam susceperat, tanquam apostolicam sedem obtinens.* Brevius rem explicat Theodoretus lib. II *Hist.*, cap. 26 : *Hi cum de primatu inter se contenderent, reipublicæ Christianæ gravissimorum malorum causam præbuere.* Quid Cyrillus apostolici throni obtentu sibi adversus Acacium arrogaret, aut Acacius ex metropolitano jure contenderet, inquirendum. Tria tantum sibi arrogare poterat Cyrillus : metropolitica in Palæstinas Ecclesias jura, vel superiorem Acacio consessus gradum, vel immunitatem suæ ecclesiæ ab Acacii jurisdictione. Cyrillum se metropolitanum Palæstinarum Ecclesiarum dici voluisse, nullus testis prodit : nec porro id contendisse verisimile est. Hierosolymitanos enim præsules honorificum sibi Nicæni concilii decretum can. 7 acceptasse et in eo acquievisse [XXVII] dubitare non licet. Illud Macarius unus e præcipuis concilii Patribus sine dubio Palæstinis Ecclesiis significavit et promulgavit ; ejusque, et successorum maxime intererat ut sartum integrumque conservaretur. Atqui concilium Nicænum can. 7, dum ex consuetudine et antiqua traditione, consequentem post tres majorum sedium episcopos [Romanum, Alexandrinum et Antiochenum, de quibus agit can. 6], Hierosolymitano honoris gradum tuetur, salva et integra metropolitanæ urbi jura manere decernit : Ἐχέτω τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς, τῇ μητροπόλει σωζομένου οἰκείου ἀξιώματος. Nihil ergo Cyrillum putamus metropolitici in Palæstinam juris sibi arrogasse. At ex consuetudine et jure superiorem Acacio consessus et dignitatis gradum sibi vindicabat : quem Acacius forte, qui nulla Nicænæ synodi reverentia tenebatur, Cyrillo negabat, poteratque nonnullis suorum decessorum exemplis se tueri, quos in Cæsariensibus aliisve suæ provinciæ conciliis supra Hierosolymitanum sedisse monumenta quædam fidem faciunt ; vid. Euseb. lib. V *Hist.*, c. 23, et lib. VII, cap. 5. Cyrillus præterea immunem se, et solutum a jurisdictione Cæsariensis episcopi asserere visus est. Nam, dum apostolicum thronum obtendit, quid aliud quam superiorem, et ab inferiori sede immunem suam ecclesiam statuit? Vocatus ab Acacio in jus per biennium continuum, sistere se Acacio judici recusavit non accusationes reformidans, ut visum Socrati lib. II, cap. 40 (illæ enim levissimæ, teste Theodoreto lib. II, cap. 26, Cyrilloque potius honorificæ quam timendæ, Sozom. lib IV, cap. 25), sed nullam Acacii in se jurisdictionem admittere volens. Joannem Cyrilli successorem sese pariter ab jurisdictione cum Cæsariensis metropolitæ, tum patriarchæ Antiocheni immunem propugnasse patet ex Hieronymo, qui graviter ea de re cum ipso expostulat, et Nicæni concilii auctoritatem allegat epist. 61, nov. edit. 38. Acacius sine dubio metropolitica suæ in Hierosolymitanam Ecclesiæ jura tuebatur, poteratque se synodi Nicænæ, siquidem ea auderet uti, protegere. Illinc proprium Cyrilli judicem agebat, eum vocando in jus ac denique judicando.

34. Cujusnam esset causa potior, Acacii an Cyrilli forte lector inquirat ; et utrum vere seu consuetudine seu jure immunis esset ab Cæsariensis episcopi jurisdictione Hierosolymitanus episcopus, quanquam ipse nullam in alios qui sibi subjecti forent exerceret ; an aliorum provincialium more Cæsariensi metropoli subesset, priore inter ipsos loco et gradu post metropolitanum contentus? Quæstio est eruditorum contentionibus maxime agitata et versata, quam definire non facile est. Eam litem componere nostri non est instituti nec virium nostrarum. Quam tamen prorsus intactam relinqui locus iste non patitur. Videtur nobis Cyrillus legitima Ecclesiæ suæ ab omni Cæsariensis episcopi jurisdictione liberæ jura sustinuisse. Id suadet primo apostolici throni titulus. Primum episcopum habuerat S. Jacobum fratrem Domini, qui ipse multorum opinione fuit apostolorum unus ; saltem propter eximiam viri [XXVII] virtutem et cum Domino consanguinitatem par ipsis apostolis censebatur. Eum Paulus ante Petrum etiam et Joannem nominans, tres illas Ecclesiæ columnas appellat [3]. Epistolam ejus Ecclesia cum cæteris apostolorum scriptis in divinorum librorum canonem contulit. Ab ipso Domino Hierosolymitanæ Ecclesiæ omnium matris gubernacula suscepisse nonnulli existimabant. Nullam vero in Romano imperio, neque porro in aliis orbis provinciis apostolicam

[3] Galat. II, 9.

sedem novimus, quæ alteri episcopo subjecta pareret. Secundo, quamvis civilis dispositio metropoles ecclesiasticas regeret, vulgo tamen ea metropolis censebatur, ex qua se ad alias urbes prædicato diffuderat: ex ea legem credendi et vivendi cæteræ sumebant. Cum imperii dispositio Hierosolymam Palæstinæ metropolim esse non sineret, saltem ea Ecclesia, quæ omnibus initium dederat, apostolosque et fidem orbi transmiserat, cæteris quæ ei filiarum loco erant, subdita esse non debebat. Tertio, peculiaris ejus Ecclesiæ status non parum ad eam rem volet. Ab cæteris Palæstinæ Ecclesiis victu et cultu segregata erat: per annos centum ex solis fere Hebræis constans, ex ea gente episcopos habens, circumcisionem et maximam legalium rituum partem retinens: pulsis Hierosolyma Judæis novam formam recepit Ecclesia, ex gentilibus solummodo composita. At etiam multos sibi peculiares ritus, quoad observationem Paschæ retinuit, teste Firmiliano epistola ad Cyprianum; adhucque sub Cyrillo peculiares habebat et a cæterarum Ecclesiarum more distinctas consuetudines, quarum plurimas suo loco observavimus. Erat autem id moris, ut Ecclesiæ aliis subjectæ earum ritus vulgo sequerentur. Quæ Alexandriæ disciplina vigebat, ea totius Ægypti censenda; quæ Antiochiæ, totius Orientis; quæ Romæ, Occidentis fere universi. Quæ ergo Ecclesia separatis moribus agebat, ea sui juris et soluta a cæterarum dominatu censenda. Quarto, S Jacobo vivente, quis crediderit Cæsariensem episcopum metropolitica in ipsum jura exercere contendisse? Eo mortuo cladem Hierosolymitanam ex C prophetia fugiens Ecclesia se Pellam in Arabiam contulit: nihil tum in eam paterat Cæsariensis. Post suum ad pristinas sedes reditum, an tum primum metropolitano parere incepit, cum haberet Simeonem episcopum non minus spectabilem quam Jacobum ipsum? Tandem cum in novam formam mutata est, elapsis centum annis, quibus libera fuerat, an putamus Cæsariensem episcopum, novum et decessoribus suis intentatum jus in Ecclesiam omni semper veneratione a Christianis habitam præsumpsisse? Quinto tandem, inusitatum in Ecclesia erat ut superior pareret inferiori. Superiorem Cæsariensi episcopo obtinebat Hierosolymitanus honoris et consessus gradum, quem ipsi ex antiqua consuetudine Nicænum concilium conservavit: D ab Cæsariensi igitur liber erat. Cum concilium Constantinopolitanum ejus urbis episcopo secundum in Ecclesia honoris gradum attribuit, simul ab Heracliensis episcopi metropolitæ quondam sui jurisdictione absolvit. Id ad exemplum Hierosolymitanæ Eccesiæ factum credere par est.

[XXIX] 35. Huic sententiæ quæ liberam asserit Hierosolymitanam Ecclesiam nihil fere opponi potest præter S. Hieronymi auctoritatem. Is epistola nunc 38, olim 61, de Joanne nostri successore conquerens, quod, cum eum inter et Hieronymum ac Epiphanium exorta esset controversia occasione A Pauliniani, ab Epiphanio citra Joannis consensum in monasterio quodam, quod iste Hierosolymitanæ diœcesis esse asserebat, isti negabant, ordinati; Joannes utriusque accusationibus circa fidem pulsatus, omisso Cæsariensi et Antiocheno episcopis, ad Alexandrinum quærens subsidia confugisset. Sic ait num. 63: *Tu qui regulas quæris ecclesiasticas, et Nicæni concilii canonibus uteris... responde mihi, ad Alexandrinum episcopum Palæstina quid pertinet? Ni fallor, hoc ibi decernitur, ut Palæstinæ metropolis Cæsarea sit, et totius Orientis Antiochia. Aut igitur ad Cæsariensem episcopum referre debueras, cui spreta communione tua communicare nos noveras; aut, si procul expetendum judicium erat, Antiochiam potius litteræ dirigendæ.* Verum in tota B hac epistola tanto animi fervore atque impetu in Joannem invehitur Hieronymus domesticis injuriis incensus, ut actor controversiæ magis quam æquus hujus dirimendæ arbiter ac judex esse videatur. Alias nata controversia erat de Hierosolymitanæ parœciæ finibus, num Hieronymi ac Pauliniani monasterium ad eam pertineret. Ejus rei judex non Alexandrinus præsul, sed provinciæ metropolita potius assumi debebat. Opponitur quoque quod in provincialibus Palæstinæ conciliis, Cæsariensis metropolita præsideret. Id patet de concilio in controversia Paschatis, cujus præsides ab Eusebio dicuntur lib. v, cap. 23, Theophilus Cæsariensis et Narcissus Hierosolymitanus. At idem cap. 27, eadem recensens Narcissum præponit Theophilo. Diu post Cyrilli tempora, cum Joannes Hierosolymitanus Dispolitano contra Pelagium concilio an. 315 interfuisset. S. Augustinus acta concilii, ut quidem videtur secutus lib. 1 *contra Julianum*, bis capite vide licet 5, n. 19, et cap. 7, num 31, Joannem post Eulogium Cæsariensem nominat. Sed nihil illa Cæsariensis in conciliis suæ provinciæ præsidentia adversus Hierosolymitanum concludit, cum ex ante dictis constet Joannem, qui secundo hic loco contentus erat, suam ab Cæsariensi, imo et ab Antiocheno immunitatem defendisse. Alioqui nihil prorsus ex ipsa præsidentia concludi potest. Nonne in concilio Nicæno ante Alexandrum et Eustathium, illum Antiochiæ, hunc Alexandriæ præsulem, sedit Osius nulla propriæ sedis dignitate in hunc gradum sublatus? Qui si negatur concilii præses exstitisse, honorem hunc consecutus videtur Eustathius, qui certe Alexandrino inferior erat. Idem Osius Sardicensi quoque concilio præfuit, cum omisso Athanasio qui actor erat, multi adessent metropolitani, quibus ipse inferior concedere debere videbatur. Sed, ut in Palæstinam revertar, cum Cæsariensis solus jurisdictionem in provincia possideret in conciliis sua auctoritate convocatis et celebratis neminem alium præsidere par erat. At in conciliis generalibus vel extra [XXX] provinciam, post Hierosolymitanum nulla altercation sedebat. Sic in Antiocheno contra Paulum Samosatensem concilio, post Helenum Tarsensem concilii, ut apparet, præ-

sidem, proximus in synodicis litteris appellatur Hymenæus Hierosolymitanus ante Theotecnum Cæsariensem, apud Euseb. lib. VII *Hist.*, cap. 30. Atque ipse Eusebius cap. 28, Patrum qui ad concilium convenerunt nomina recensens, Hymenæi nomen ante Theotecni refert. Sozomenus l. I, c. 17. apostolicarum sedium præsules, qui Nicæno concilio tanquam principes interfuere memorans, omnium primum Macarium appellat, etiam ante Eustathium Antiochenum et Alexandrum Alexandriæ. In rebus quoque ad provinciam Palæstinam pertinentibus priorem aliquando locum tenebat Hierosolymitanus. Eusebius lib. VI *Hist.*, cap. 19, de litteris communibus loquens, quas in favorem Origenis ad Demetrium Antiochenum dedere Alexan per Hierosolymorum et Theoctistus Cæsareæ, Alexandrum Theoctisto præponit. Constantinus dum litteras ad universos Palæstinæ episcopos scribit de ædificanda ad quercum Mambre ecclesia, quæ res ad Hierosolymitanam diœcesim nihilo magis quam ad alias spectabat, eas inscribit, *Macario et cæteris Palæstinæ episcopis*, apud Euseb. lib. III *Vitæ Constant.*, cap. 52. Atque ita habebat ipsum exemplar ad Eusebium metropolitanum transmissum, cum ex eo epistolam se transcribere testetur, c. 51 Ex quibus concludimus, si quando Cæsariensis episcopis ante Hierosolymitanum nominatur aut sedisse refertur, id hujus nec superiori consessui, nec immunitati adversari.

36. Cyrilli et Acacii de primatu ac metropolitico jure dissidia subsecutæ sunt mutuæ circa fidem accusationes, de quibus hæc apud Sozomenum non sine judicio admittenda. Sic ille lib. IV, c. 25, *Ex quo factum fuerat, ut inimicitias inter se susciperent, seseque mutuo accusarent quod recte de Deo non sentirent. Nam et antea uterque eorum in suspicionem venerat ; Acacius quidem quod cum Ario idem sentiret ; Cyrillus vero quod eos sectaretur qui Filium Patri similem secundum substantiam asserebant.* Quibus ex verbis sequeretur Acacium, cum ipse purus Arianus esset idque publice profiteretur, Cyrillo crimini dedisse quod Filium Patri similem secundum substantiam assereret. Longe aliter se rem habere modo probabimus. Nicephorus Callistus hunc Sozomeni locum in suam *Historiam* lib. IV, c. 46, transcribens de industria commutat his verbis : *Qua de causa in mutuum odium adducti, alter alterum quod non recte de Deo sentiret, est criminatus. Acacius enim prius Ariana dogmata prædicabat : Cyrillus vero eos, qui consubstantiali adhærebant, a principio sequebatur.* Quamvis et tempore et auctoritate Sozomeno longe inferior in historia Nicephorus, certius tamen amborum præsulum controversiæ statum videtur attigisse : 1° enim ut omittam illo Arianorum et semi Arianorum propter similitudinem substantiæ divortio, antiquiores videri mutuas duorum præsulum accusationes, natas ex contentione de primatu cum ipso pene Cyrilli episcopatu suspecta ; is erat hoc tempore [XXXI] Cyrilli et Acacii rerum status, ut Acacius Cyrillo consubstantiale posset objicere, similitudinem substantiæ non posset. Cyrillus una cum Maximo in concilio Hierosolymitano an. 349, Sardicensis concilii decreta, et consequenter Nicæni fidem verisimiliter assentiendo susceperat; idem initio episcopatus ad Constantium scribens Trinitatem confessus erat consubstantialem. Hæc plusquam sufficientia Acacio ad accusationem crimina. Sed ipse Acacius, quonam tandem modo similitudinem substantiæ Cyrillo crimini daret, quam ipse jam dudum pluries, et in libris hoc tempore editis tutabatur? In professione Antiocheni an. 341 concilii Filium in nullo dissimilem paterna divinitatis, substantiæ, consilii et potestatis imaginem asseruerat ex Athanasio. *De synod.* n. 36. Quæ quidem concilii Antiocheni formula ab ipsis semi-Arianis in concilio Seleucieusi, quando in Arianos a se divisos magno fervore, ferebantur, pro communi fidei tessero usurpata est. Ante concilium Seleuciense epistolam ad Macedonium scripserat, et librum ediderat, quo similitudinem substantiæ defendebat. Narrat enim Sozomenus lib. IV *Hist.*, cap. 22, orta in concilio Seleuciensi Acacium inter et semi-Arianos contentione de similitudine Filii, Acacium cum voluntate similem tantum profiteretur, a semi Arianis substantia similem fortiter defendentibus convictum ex libro, quem scripserat et ediderat, fuisse, quod similia cum ipsis ante sensisset : Καὶ κατ' οὐσίαν ὅμοιον αὐτὸν ἰσχυίζοντο καὶ τὸν Ἀκακιον ἤλεγχον διὰ τὸν λόγον ὃν συνεγράψατο καὶ ἐκδέδωκεν, ὡς ὁμοίως αὐτοῖς ἐδόξαζε πρότερον. Similia narrat Socrates lib. II, cap. 40 ; 2°, ut semi Arianorum et Arianorum divisio ante annum 357 vel 358 facta supponatur, semi Arianis tamen omissis ad Arianos se transtulisse non videtur Acacius ante Cyrilli depositionem. Epiphanius hæresi 73, n. 23, ait Acacium in concilio Seleuciensi pro eo quo in Cyrillum flagrabat odio, se Basilio Ancyrano, Sylvano Tarsensi et aliis quos semi-Arianos vocamus, cum aliis quos sibi devinxerat opposuisse, quasi tum primum contra illos se armasset, nimirum Sylvani erga Cyrillum hospitalitate offensus. Certum tamen est initio an. 328, Acacium jam tum Eudoxio Antiocheno adjunctum fuisse, quicum in concilio Antiocheno et consubstantiale et similitudinem substantiæ abrogavit. Sozom. lib. IV, cap. 12 Sed hæc prima legitur Acacii adversus similitudinem substantiæ molitio ; 3° etiamsi concesserimus Acacium, quo tempore Cyrillum criminabatur, jam tum in Arianorum partes concessisse, haud tamen illo tempore devenisse eo putem, ut similitudinem substantiæ criminis loco aliis imputaret. Nam etiam postea in concilio Constantinopolitano anno 360, cum Acacius factionis princeps, et conjuncti episcopi semi-Arianos fere omnes diversis causis episcopatu dejicerent, fidei causam non allegavere, auctore Socrate lib. II *Hist.* cap. 42. Rediens e concilio in locum exauctoratorum multos substituit, qui similitudinem substantiæ om-

nino ad sensum consubstantialis prædicabant, ut A Mel tium, Pelagium Laodicenum, aliosque qui in Catholicorum et sanctorum etiam [XXXII] numero censentur. Anno sequenti in concilio Antiocheno, cum coram Constantio concionaretur post Georgium Laodicenum, doctrinam exposuit quæ revera sincerum ac purum apostolicæ fidei characterem non tueretur, ab hujus tamen blasphemia longissimo intervallo sejunctam. Vid. Theodoret. lib. II *Hist.*, cap. 31. Atqui Georgius prius tanquam unus e semi-Arianæ partis principibus habebatur, ex Epiph. hæres. 73, n. 1. Credibile igitur non est Acacium Cyrillo similitudinem substantiæ quasi crimen objecisse, nisi dixeris eum similitudinem substantiæ velut idem cum consubstantiali habuisse. Quam quidem rationem Sirmiensis an. 357, formulæ auctores afferre solebant, teste Hilario *De synod.* n. 79 : *Excusant. se* (Ursacius et Valens) *idcirco homousion et homœusion taceri voluisse, quia unum atque idem significari verbo utroque existimarunt.* Eadem ratione adduci potuit Acacius, cum in concilio Antiocheno formulam Sirmiensem laudavit et secutus est, et auctoribus gratias agendas decrevit, apud Sozomen. lib. IV, cap. 12 Eam fuisse Arianorum sententiam dubitari non potest, ex Philostorgio qui ὁμοιούσιον et ὁμοούσιον pro uno habuit ; et Basilium Ancyranum, Eustathium Sebastenum aliosque ὁμοιουσίου defensores ubique pro ὁμοουσίῳ decertantes inducit. Vid. lib. III, n. 16; lib. IV, n. 9, 10, 12. Neque porro omnino fallebantur: nam Athanasio, Hilario et Basilio judicibus, recte intellecta substantiæ similitudo, qualem Cyrillus sine dubio propugnabat, idem est omnino cum consubstantiali. B C

37. Ex his abunde ut puto colligitur, Acacium nihil Cyrillo, nisi Nicænam fidem objecisse. Sed si Acacius, earum saltem accussationem tempore, similitudinem quoad omnia et quoad substantiam sequebatur, quid aliud Cyrillus in Acacio criminabatur nisi ex his duobus alterum ? aut insufficientem ad plenam et integram catholicæ doctrinæ professionem, similitudinem substantiæ pertendebat esse; aut, quoniam cum hujus sententiæ defensoribus et amicitia et communione conjunctus erat, Acacium accusabat quod eam confessionem dolo et fraude corrumperet, pravisque interpretamentis a legitimo sensu deflecteret. Utrumvis sequare, perspicuum est catholicæ Cyrilli doctrinæ argumentum. Quod si, ut vult Sozomenus, quodque nos cum illorum temporum historia ægre conciliari probavimus, similitudinem substantiæ sequens Cyrillus purum in Acacio reprehendebat Arianismum ; primum hoc Cyrillo præcipuum decus quod primus in Anomæos gladium strinxerit ; deinde cum certum ex ejus scriptis sit eum catholice prorsus et orthodoxe, tum de Filii, cum de Spiritus sancti divinitate sensisse; Anomæos ab ipso, non dimidiata, ut quidam forte semi Ariani et Macedoniani fecerunt, sed plena et integra catholicæ fidei defensione, impugnatos dicemus. D

38. Sive ob hanc Cyrillianæ fidei intentatam ab Acacio accusationem, sive ob alias quas historia non satis expressit, seseque ignorare fatetur Socrates, duobus annis continuis Cyrillum in jus vocavit Acacius. Sed frustra fuit, nusquam comparuit Cyrillus. Socrates ex quo hæc didicimus, lib. II, cap. 40, hanc causam affert, quon [XXXIII] Cyrillus accusationes formidaret: quod quidem, Socratis bona venia dictum sit, ne verisimile quidem est. Primum enim leves prorsus illæ accusationes erant, Theodoreto teste lib. II, cap. 26, qui levissimas eas Cyrilli deponendi causas ab Acacio arreptas ait : Ὁ μὲν γὰρ Ἀκάκιος μικράς τινας εὑρὼν ἀφορμὰς, καθεῖλε τὸν Κυριλλον, καὶ τῶν Ἱεροσολύμων ἐξήλασεν, ipsæ ob levitatem et futilitatem Socrati incognitæ. Suæ causæ adeo confidebat, ut ab Acacio depositus majus concilium appellaret ; in concilio Seleuciensi securus et fidens provocabat Acacium, qui judicium suum noluit ad concilii censuram revocari ; justa concilio visa est Cyrilli causa, eique honorifice adjudicata. Tandem Cyrillianæ depositionis causam affert Sozomenus lib. IV, cap 25, Cyrillo magis honorificam quam reformidandam, nempe Ecclesiæ pallium in egestate publica mercatori venditum a Cyrillo, et mulieri scenicæ a mercatore ; de quo sequenti capite dicemus. Non igitur accusatione metu judicium fugiebat Cyrillus, sed aut vim et fraudes nequissimi ac vaferrimi hominis verebatur, aut id quod ego verisimilius credo, absolutum se ac liberum ab Acacii jurisdictione pertendens, apostolici throni præsul, inferioris judicio se sistere recusabat, aut tandem inimici et a se accusati hominis judicium subire secundum leges detrectabat.

39. Per illud biennium factum puto, quod Cyrillus Melitinensi cuidam in Armenia concilio interfuisse narratur, apud Sozom lib. IV, cap. 25. Obscura prorsus hujus concilii memoria ; ante depositionem Cyrilli an 357, factam celebratum esse, significant Anomæorum in concilio Constantinopolitano an. 360, querelæ ; in quibus concilii hujus antequam abdicationis ipsius, mentionem faciunt. Cum inimicitiæ jam inter Arianos et semi Arianos, aut saltem divortii semina hujus tempore concilii exstitisse videantur, illud ante annum 357, collocandum non censemus. Arianos in eo dominatos, ejusque decreta a semi Arianis spreta et neglecta constat, ex Anomæorum in concilio Constantinopolitano illius concilii vindices atque ultores se profitentium de semi-Arianis propter eam rem expostulationibus apud Sozom, lib. IV, cap, 24 et 25. In eo depositus fuit Eustathius Sebastenus, ex Basilii epist. 74, qui se nihilominus ut episcopum habuit, et semi Arianorum conciliis postea interfuit, eorum legationibus ad imperatorem honestatus : Melitinensisque concilii decreta abrogare et evertere studeat: ap. Sozom. lib. IV, cap. 24. Elpidius Satalorum episcopus, qui concilio interfuisse videtur, Eusebium quemdam presbiterii gradu dejectum,

contra ejus concilii statuta, restituit. Cyrillum verisimile esthujus concilii decretis intercessisse et opposuisse se ; saltem ea in concilio Constantinopolitano ejus abdicandi causa ab Anomæis allegata est, quod cum Eustathio et Elpidio communicasset, qui Melitinensis synodi, cui ipse interfuerat, decreta abrogare studuerant. Non ipsi propria, sed cum aliis multis communis ea cum Eustathio et Elpidio communio. Oportet igitur ipsum Eustathii et Elpidii querelis suas adjunxisse, eorumque adversus concilium illud molitionibus favisse. Idque ad [XXXIV-XXXIX] laudem Cyrilli cedit, quod displicuerit ipsi concilium, Anomæorum laudibus et patrocinio infame. Eustathius porro et Elpidius his temporibus similitudini substantiæ addicti, adversus Anomæos fervide decertabant : et uterque postea Nicænam fidem amplexus est. Elpidius Basilii encomiis celebratur epist. 72 pag. 118. Vid. ep. 215 et 322.

CAPUT VII.

Cyrillus ab Acacio deponitur, appellat ad majus concilium, se ad Sylvanum Sarsensem recipit.

40. Acacius, frustra citato ad judicium per biennium continuum Cyrillo, illum præveniendum arbitratus, *una cum episcopis provinciæ qui idem cum ipso sentiebant, deposuit*. Ita Sozomenus lib IV, cap. 25. Adde ex Theodoreto lib. II, cap. 26 ; et Hierosolymis expulit. Ea Sozomeni verba, *præveniens deposuit*, φθάνει καθελών, significare videntur, Acacium, cum timeret ne Cyrillus se ad judicium appellaret, atque in concilio propterea de quibus accusabat Acacium, damnari procuraret. Cyrillum ipsum sine mora episcopatu dejiciendum, seque in tuto collocandum judicavisse. Concilium itaque ex episcopis suæ sententiæ si bique addictis coegit numerosum illud non fuisse inde colligitur, quod numerosius appellarit Cyrillus in eo sede dejectus, alioqui, cum octo ante annos quindecim in Palæstina episcopi essent Athanasianæ causæ addicti, utut quidam fato sublati, alii ab Acacio in suas partes illecti supponantur, nonnullos tamen Cyrillo et fidei favorabiles superfuisse credibile est : quare cæteri in angustum numerum contracti manent. In his numerare possumus Patrophilum Scythopolitanum, ex Arianorum pessimis unum; Eutychium Eleutheropolitanum, si jam tum cum Cyrillo suscepisset inimicitias ; Petrum episcopum Hippi, Eusebium Sebastæ, Charisium Azoti, qui Acacio in concilio Seleuciensi adjuncti reperiuntur apud Epiph. hæresi 73, n. 26. Eos solos concilio præsentes fuisse, verba Sozomeni initio capitis citata significare possunt. Cyrillum verisimile est judicio se sistere noluisse, cum per duos annos continuos venire in jus recusarit. Absens itaque et inauditus damnatus fuit. Quo loco celebratum sit concilium, historici silent. Hierosolymis celebrari postulabat Ecclesiæ consuetudo, ut in iis locis judicium instituatur, in quibus admissum crimen dicitur, possuntque testes audiri. Ibi quoque celebratum esse probare videtur quod ait Theodoretus lib. II, cap. 26, non depositum ab Acacio solum Cyrillum fuisse, sed et Hierosolymis expulsum. Non enim sine vi quadam et impetu præsentis Acacii illa peragi potuisse videtur expulsio. Concilium sub finem an. 357, vel initium 358, coactum putamus, circa idem tempus quo Leontius Antiochenus decessit. Narrat enim Theodoretus lib. II, cap. 26, Cyrillum statim ab sua abdicatione Antiochiam contendisse, eamque pastore orbatam offendisse, ποιμένος αὐτὴν ἐστερημένην εὑρών. Atqui Leontinus nonnisi sub finem an. 357, vel etiam anni 358 initia mortuus est : qui ab Athanasio quasi vivus recensetur in *Histor. Arian.* [XL] *ad monach.*, n. 4 ; quo in opere Liberii et Vosii lapsum hujusque mortem et in morte retractationem memorat, num. 41 et 45, quæ quidem ad summum sub extrema an. 357 contigere.

41. Causas depositionis Cyrilli ab Acacio sumptas Theodoretus lib. II, cap. 26, *levissimas* appellat. Socrates lib, II, cap. 40, depositum dicit, *propterea quod sæpius in judicium vocatus per duos continuos annos comparere detrectasset, accusationes reformidans*. Quibus verbis videtur significare Acacium hoc Cyrillo crimen intendisse quod suum tribunal non agnosceret ; vel potius, Cyrilli absentiam et fugam judicii, quasi tacitam impositorum criminum confessionem et agnitionem sumpsisse, atque a concilio suo approbari curasse, nullisque præterea conquisitis argumentis inauditum damnasse inimicum. Iniqua sane sententia Acacii erat si pendente Cyrillum inter et ipsum de metropoliticis juribus et de fide accusationibus lite, ipse judiciis in propria causa vices fungeretur, cum actor et accusator esset. Quod si Cyrillum legitimis causis judicio se sistere detrectantem, quasi crimina per judicii fugam confitentem damnabat; iniquius erat causas detrectati judicii, dissimulando adversarii innocentiam, opprimere. Diversam prorsus affert Sozomenus lib. IV, c. 25, abdicandi Cyrilli causam ab Acacio arreptam. *Cum Cyrillus in egestate publica thesauros Ecclesiæ et sacra vela divendisset, aiunt quemdam donarium suum agnovisse in muliere scenica quæ illo amicta erat, inquirentemque curiosus unde illud haberet, deprehendisse quod mercator illud mulieri vendidisset, mercatori vero episcopus.* Hanc ergo causam prætexens Acacius Cyrillum deposuit. Eadem profecto historia est, quam Acacius post concilium Seleuciense, diversis prorsus ad inflammandum in Cyrillum imperatoris animum circumstantiis, ornatam regessit. Rem ita narrat Theodoretus lib. II, c. 27 : *Sed præcipue imperatoris animum commoverunt ea quæ Acacius adversus Cyrillum commentus est : sacram enim vestem quam Constantinus omni laude celebrandus ad exornandam Hierosolymorum ecclesiam Macario ejus loci episcopo donaverat, ut ea indutus divini baptismi ministerium perageret (ea vestis aureis filis contexta erat), Cyrillum vendidisse*

dixit, eamque mercatum quemdam ex iis qui in theatro saltare solent, induisse quidem, sed inter saltandum collapsum, obtritumque interiisse. Hæc a prima narratione diversa, 1° res scenicis distracta, sacra vestis dicitur a Constantino ad usum baptismi data, cum Socrates unum ex sacris velis cortinisve significare videatur; 2° vestis illa a Cyrillo scenico ipsi vendita fertur, quam Socrates mercatori ab episcopo, mimo a mercatore venundatam refert; 3° dicitur scenicus ea indutus saltasse.cum ea mulierem in theatro indutam Socrates narret; 4° additur scenicum dum saltaret collapsum interiisse; nihil ea de re Socrates. Hæc narrationis diversitas quæ malitiam prodit Acacii, potest in totam rem illam fabulæ suspicionem aspergere. Sed si quid hic veri, magis in prima et simpliciori Socratis, [XLI] quam in altera Acacii dolo corrupta narratione acquiescendum. Cyrillum vero deposuit Acacius vel ob rerum sacrarum in egestate publica distractionem, vel ob earumdem in theatro profanationem et contaminationem. Sed non debuit imputari Cyrillo scelus alterius, vel scenici sacram vestem profanantis, vel mercatoris rem emptam mimo vendentis. Erit ad summum imprudentia Cyrilli, rei sacræ non satis caventis: quis autem credat eum necessarias cautiones neglexisse? Quod si hoc Cyrillo crimen intenderit Acacius quod Ecclesiæ thesauros ad egestatem pauperum sublevandam distraxerit: næ, quod illi scelus arbitrabantur, nos maximam Cyrilli laudem ducimus Quod enim Cyrillus, idem postea S. Ambrosius Mediolanensis ad redemptionem captivorum, quod cum Ariani Acacio similes criminarentur, facti sui defensionem suscepit lib II, *Offic.*, cap. 28, n. 136 et seqq. sanctique Laurentii se exemplo tutatus est Fecit idem S. Exuperius Tolosanus, ea de re laudatus a S. Hieronymo Rusticum hortante ut hujus sancti vestigia consectetur, epist. 95, alias 4, fecit S. Cæsarius Arelatensis. teste Cypriano Vitæ ejus scriptore, num. 17, fecit Meroveus Pictavorum episcopus, a Gregorio Turonensi commemoratus lib. VII *Histor. Franc.*, c. 24.

42. *Cyrillus cum depositus fuisset,* inquit Socrates lib. II, cap. 40, *nihilominus appellationis libello ad eos qui se deposuerant misso, ad majus judicium provocavit,* μεῖζον ἐπεκαλέσατο δικαστήριον. *Cui quidem appellationi Constantius imperator astipulatus est. Solus igitur ac primus omnium Cyrillus, contra ecclesiastici canonis consuetudinem, appellationem, sicut in publicis judiciis fieri solet, interposuit.* Ecclesiasticarum appellationum primam fuisse illam a Cyrillo interjectam, non omnes Socrati assentiunt; multas enim sive ad summum pontificem, sive ad majus concilium, sive ad imperatorem ipsum in hoc et superioribus sæculis præcessisse multi contendunt. Has alii non appellationes proprie dictas, sed vel confugia, vel revisendi judicii postulationes dici oportere contendunt. Eam litem componere nihil ad causam nostram pertinet, nam si appellare appellatione proprie dicta Cyrillo licuerit sive ex jure naturali, sive ex Ecclesiæ approbatione, parum interest utrum aliorum exempla secutus, an primus id fecerit; cum nullus ante eodem jure voluisset, aut rerum suarum necessitate coactus fuisset uti; eademque in eum, qui primus ante Cyrillum appellasset, querimonia intenderetur: sed hoc agitur, 1° utrum Cyrillo permissum fuerit pronuntiato adversum se judicio non stare, 2° dato primam omnium Cyrilli appellationem esse, utrum crimem illi fuerit forensem appellandi morem in Ecclesiam introducere, cum ante non appellationibus proprie dictis, sed revisionibus solummodo judiciorum episcopalium actum esset. Ac primam quidem quæstionem definire non difficile est: optabile sane ut judicia ecclesiastica hujusmodi semper essent, ut in eis nunquam innocentia opprimeretur. Quoniam tamen id divina Providentia ab Ecclesia arcendum non censuit, non solum concessum semper sed e re et utilitate Ecclesiæ [XLII] fuit, ut dejectus per injuriam episcopus præsidium innocentiæ quæreret; ne injustorum hominum violentia impunita, ad Ecclesiæ dedecus et perniciem, veritati et æquitati prævaleret. Idcirco probatæ Athanasii, Marcelli Ancyrani, Asclepæ Gazensis appellationes, sive ad Romanum pontificem confugia, et postulationes novorum conciliorum; ut ea, quæ in prioribus conciliis adversum se, seu vi seu ignorantia, statuta fuerant, emendarentur. Eorum præcibus concessa concilia Romanum et Sardicense. Idem Donatistarum importunitati semel et iterum, ac paucis ante annis hæresiarchæ Photino, datum. Concilia etiam ea de re leges condiderant, uti Sardicense canonibus 3, 4 et 7, et Antiochenum sex ante annos canonibus 12, 14 et 15. Atqui multæ et gravissimæ causæ Cyrillo exstiterunt, ne latæ adversum se Acacii et Acacianarum operarum sententiæ staret. 1° Acacium forte judicem non agnoscebat, uti ab ejus jurisdictione solutus et liber, imo ipso superior. Quanquam episcopus superior et metropolitana a subjectis sibi episcopis Ecclesiæ lege judicari possit, quemadmodum Stephanus Antiochenus ante annos decem ab Orientalibus episcopis damnatus fuerat; et Theophilus in controversia, adversus Joannem Chrysostomum, se, si judicandus esset ab Ægyptiis episcopis, judicandum esse fatebatur (*Pallad.*). 2° Itaque Cyrillus. Acacii tanquam professi inimici judicium, uti nullum et cassum, ipso jure repudiare poterat. Sic Cæcilianus Carthaginensis inimicorum concilio citatus comparere detrectavit, et ab iis condemnatus sede non cessit, sed ecclesiam suam constanter retinuit (Aug. epist. 43. n. 7). Sic Ægyptii præsules in concilio Tyriensi postulaverunt ut Athanasii hostes consessu submovenentur; apud Athan. *Apolog. cont. Arian.*, n. 77. Acacius autem cum Cyrillo publicas simultates exercuerat ab ipso fere Cyrilliani episcopatus exordio, propter metropoli-

tica jura,Nec Acaciano judicio majus robur accedebat ex præsentia aliorum episcoporum, quos sibi sententiis conjunctos eodemque jure Cyrillo, quo Acacius ipse, suspectos raptim et festinanter collegerat ille teste Sozomeno, lib. IV, cap. 25, Σὺν τοῖς τὰ αὐτοῦ φρονοῦσιν ἐπισκόποις φθάνει καθελών, exclusis sine dubio amicis et fautoribus Cyrilli. 3° Mutuis se accusationibus circa fidem petierant Acacius et Cyrillus: unde factum ut Acacius, tanquam accusatus, inimicus accusatoris sui censeretur, et judex esse non posset ; ut accusator, multo minus. Nam ut recte Optatus lib. VII, in append. pag. 370 : *Non potest quis in una causa eodem momento duas sustinere personas, ut in eodem judicio accusator esse possit et judex.* Acacius Cyrillum revera non judicavit ex ante intentatis circa fidem a se ipso accusationibus : at damnavit ut contumacem et suæ citationi per biennium obtemperare detrectantem ; quod erat suam ipsius causam judicare. 4° Levitas accusationem quibus damnatus erat Cyrillus, cum ob eam rem laudandus potius foret, palam Acacii iniquitatem publicabat, et legitimum Cyrillo huic sententiæ non acquiescendi ; imo et Acacium uti potestate sua abutentem in judicium vocandi jus dabat. Eadem accusationum levitate, sepositа etiam falsitate. Cæcilianus [XLIII] olim septuaginta episcoporum sententiæ contra se latæ parere detractaverat ; apud Optat. lib. I, n. 19. 5° Violentiam in judicio factam accusare poterat Cyrillus, cum eum Acacius non deposuisset solum, quod unum ecclesiasticæ potestati concessum ; sed Hierosolymis etiam expulisset,non sine vi et impetu. 6° Uti apostolicæ sedis præsul, et unus e majoribus Ecclesiæ proceribus, contendere poterat se non in exiguo quodam paucorum episcoporum concilio, quale illud fuerat Acacii, sed in multo numerosiore et ex pluribus provinciis coacto judicari oportuisse. Nam Paulus Samosatenus Antiochiæ episcopus superiore sæculo judicatus fuerat in concilio majori plurium provinciarum, ad quod etiam Dionysius Alexandrinus appellatus fuit. S. Eustathius Antiochenus depositus ante annos viginti septem fuerat, in concilio,quod Philostorgius lib. II, n. 7, memorat CCL episcoporum fuisse. Athanasius Alexandrinus in concilio Tyriensi numerosissimo, et ex toto fere Oriente collecto. 7° Denique, concilium Antiochenum can. 15, ratum et irrevocabile provincialis synodi judicium, adversus accusatum certis criminibus episcopum, eo tantum casu decreverat, *si accusatus condemnetur ab omnibus episcopis ejusdem provinciæ, cunctique consonanter eamdem contra eum formam decreti protulerint* Atqui Cyrillus non ab omnibus episcopis provinciæ condemnatus, sed ab nonnullis tantum, quos in suam factionem et sententiam olim pertractos raptim ac festinato collegerat Acacius.

43 Cum tam multæ Cyrillo suppeterent causæ, quominus informi judicio adversum se lato acquiesceret, quæritur num judicii revisionem ex usitato prius more ab imperatore postulare debuerit, non ex forensi consuetudine omnium primus ad majus concilium appellare. Loquor ex eorum sententia qui nullas ante Cyrillianam in Ecclesia auditas fuisse appellationes contendunt. Verum adeo tenue est rei utriusque discrimen, ut cum alterum Cyrillo concessum fuisse fateantur, quod alterum præoptarit, id criminis loco objicere ridiculum videatur. Hoc inter revisionem judicii et appellationem proprie dictam interest ex D. Petro de Marca, quod in revisione judicii iidem iterum judices esse non prohibeantur, contra in appellatione judicium iis, a quibus est appellatio, eripiatur. Ex eodem præterea lib. VII, *Concordiæ*, c. 2, n. 6. hoc in Ecclesia a temporibus Antiocheni concilii statutum vigebat, ut qui a judiciis appellarent, ante amnia impetrarent rescriptum pro revisione judicii sui ; in eoque versatam ait n. 10 innovationem a Cyrillo introductam, quod suis judicibus appellationem ex more forensi statim significarit nec imperatoris rescriptum postularit ac impetrarit,nisi post significatam appellationem. Qua in re a Cyrillo violata sit Ecclesiæ dignitas, ignoro. Illud sane episcopis non decorum, quod eorum judiciis non stetur, novaque uti æquiora præcedentibus postulentur. Sed sive appellatio interponatur, sive revisio judicii postuletur, idque ante vel post rescriptum principis fiat, idem est ad dedecus ecclesiasticorum judiciorum. At Cyrillus legitimas causas habuit ut non revisendum duntaxat judicium suum, sed [XLIV] etiam novum, a quo Acacius et sui judices excluderentur, postularet. Primo enim jure requirere poterat ne Acacius, ut inimicus, ut accusator, et a se accusatus, iterum de se judicaret postquam in priori judicio, contra omnes Ecclesiæ leges instituto, tam publica et perspicua dederat inimicitiarum adversum se argumenta. Secundo, non emendationem tantum judicii requirebat Cyrillus ; sed se actorem adversus Acacium et accusatorem professus, eum plurimis de sceleribus, de vi, de ecclesiasticarum legum contemptu de inflicta levissimis de causis gravissima depositionis et exsilii pœna,ac fortassis de usurpata adversum se auctoritate postulabat Id ex Cyrilli gestis in concilio Seleuciensi apparet. Athanasius enim de synodis,numero 12. perspicue tradit Acacium cum aliis accusatum fuisse eorumque principem, qui eum accusatorum suorum adversus se vociferantium criminationes timerent, adjunctis sibi Arianis secessionem fecerunt : aitque Socrates lib. II, cap. 40,Acacium a Patribus concilii (instante et persequente Cyrillo) in jus vocatum, ut causa ejus judicaretur. Eademque pene habentur apud Sozom. lib. IV, c. 22.

44. Cyrillus sive appellationis beneficio, sive perspicua judicii quo dejectus fuerat iniquitate,quæ legitima multis, hac et sequentibus ætatibus, sanctis episcopis gradus sui retinendi causa visa est,

se semper ut episcopum habuit, sive apud Sylvanum hospitem, sive in concilio Seleuciensi, in quo cum reliquis episcopis consedit, neque ut e consessu discederet ulla ratione potuit adduci : eodemque loco habitus est, nequidquam fremente et indignante Acacio, sive a Sylvano et conjunctis episcopis, sive a Patribus concilii Seleuciencis, *Pulsus Hierosolymis Acaciana vi, Antiochiam perrexit, quam cum pastore orbatam videret*, verba sunt Theodoreti lib. II, *Hist.*, c. 26 (*Leontio videlicet mortuo, necdum subrogato et Eudoxio*), *prætergressus est, et Tarsum profectus cum admirando Sylvano vixit. Quod cum Acacius rescivisset, litteras scripsit ad Sylvanum, eique depositionem Cyrilli nuntiavit. At ille et Cyrillum reveritus, et populum reformidans utpote qui Cyrilli concionibus admodum delectaretur, eum ab ecclesiastico ministerio haudquaquam prohibuit.* Communionem quoque ac forte consuetudinem tum fovit cum Basilio Ancyrano et Georgio Laodiceno, quæ ipsi ab Arianis crimini data est, et in concilio Constantinopolitano anni 360, ab eis in causis ejus depositionis allegata ; apud Sozomen. lib. IV, c. 25. Forte Cyrillus Georgium et Basilium consilio et opera adjuverat, in iis quæ ambo adversus Eudoxium illo tempore moliti sunt, cum coactum Georgii hortatu Ancyranum concilium Sirmiensem formulam ann. 357, ab Eudoxio in concil. Antiocheno probatam damnavit, et ab auctoribus retractari procuravit. Vid. Sozom. lib. IV, c. 12 et 13. Erunt contra qui Cyrillum accusent, quod ad semi-Arianos confugerit, eorumque societate et communione sit usus. Nam tres modo memorati episcopi Sylvanus, Basilius, Georgius, hujus factionis verbo consubstantialis inimicæ principes erant. His est breviter respondendum.

45. [XLV] Primo quo se reciperet, quem appellaret Cyrillus ? Liberius adhuc exsul agebat, sibi ipsi succurrendi impos ; atque hoc ipso tempore urbis amore Athanasium et Nicænum concilium turpi lapsu deserebat Alexandriæ incubabat lupus, Georgius, pulso per vim Athanasio sedis ejus scelestus invasor. Antiochia episcopo destituta erat. Veri et sinceri fidei defensores vel in exsiliis proscripti agebant, vel in latebris occultabantur Semi-Ariani quos dicunt, fervens tum adversus Arianos studium demonstrabant 2° Semi-Ariani extra Ecclesiæ communionem non erant. Nullo publico Ecclesiæ judicio, quod quidem exsecutioni mandatum fuisset, damnati aut proscripti fuerant. In Oriente, ut vidimus, promiscua communio erat. Omnes fere hujus partis erant, demptis Arianis numero paucis, ut apparet ex concilio Seleuciensi, in quo numero 105 fuerunt ex Hilar. lib. III, *cont. Constant.*, num. 12. Cum Occidentalibus ipsi communionem non recusabant. Ut enim omittant cætera communionis hujus, quæ semi-Arianorum ab Arianis divisionem præcesserunt argumenta, ex conciliis Philippopolitano, Mediolanensi ann. 349, Sirmiensi ann. 351, Mediolanensi ann. 355, sumpta, et quæ semi-Arianis sunt propria duntaxat recenseam : in concilio Ancyrano ann. 358, circa Pascha, Gallicanorum episcoporum qui Sirmiensem ann. 357 impietam condemnarant, fidei imperturbatæ inconcussæque fama incitati sunt ut eamdem sub anathemate proscriberent, et ab ipsis auctoribus eam in concilio Sirmiensi ann. 358 ejurari satagerent (*Hilar. De synod.*, n. 3). In proxime citato Sirmiensi concilio quatuor Africanos episcopos sibi conjunxere, ex Sozomeno lib. IV, c. 15, tumque fortassis ad Afros et Orientales omnes scripserunt, ut ejicerent a sancta Ecclesia ὁμοούσιον, dicentes secum sentire et Afros et Orientales omnes ; quod testatur Marius Victorinus lib I, p. 262, eoque referri potest quod de Basilio Ancyrano conquerebantur Acaciani in concilio Constantinopolitano, ann. 360, eum nempe Valentem et Ursacium apud episcopos Africæ datis ad eos litteris insinuiasse (*Sozom.* lib. IV, c. 24). In *concilio Seleuciensi, cum sanctus Hilarius eo cum cæteris convenisset, quæsitum ab eo*, ait Sulpicius lib. II, *Hist. sacr.*, p. 255, *quæ esset Gallorum fides : quia tum Arianis prava de iis vulgantibus, suspecti ab Orientalibus habebantur trionymam solitarii Dei unionem secundum Sabellium credidisse. Sed, exposita fide sua juxta ea quæ Nicæ erant a Patribus conscripta, Orientalibus perhibuit testimonium Ita absolutis omnium animis, intra conscientiam communionis, necnon etiam in societatem receptus concilioque ascitus est.* Post Seleuciense concilium, hujus legati Constantinopoli agentes, Ariminensis synodi legatis quos prava sentire nesciebant, impiam Aetii hæresim et occultas Arianorum ne illa damnaretur molitiones denuntiarunt; eaque omnia Occidentalibus Ecclesiis nuntianda suggessere, apud Hilar. Fragm. 10, n. 1. Post concilium Constantinopolitanum, anno 360, datis Hilario ad Gallicanos litteris, Arianorum triumphum et suscepta contra fidem consilia significarunt, quibus concilii [XLVI] Parisiensis episcopi fraternis et honorificentissimis litteris responderunt Hilar. fragm. 11, n. 1 et 4. Nec Occidentales penitus ab eorum communione abstinebant : id non solum ex modo memoratis Hilarii in concilio Seleuciensi, et Parisiensis concilii exemplis constat, sed et ante Hilarius lib. *De synodis*, n. 77, quos semi-Arianos dicimus, vocat *sanctos viros Orientales episcopos* ; n. 78, *studiosos apostolicæ atque evangelicæ doctrinæ viros* ; n. 79, *fratres charissimos* ; n. 80, 88, etc., *sanctissimos viros*, etc. Athanasius quoque *De synod.*, n. 41, Acacianis refutatis sic ad semi-Arianos convertitur : *Viros qui alia quidem omnia Nicææ scripta recipiunt, de solo autem consubstantialis vocabulo ambigunt, non ut inimicos spectari par est ; neque enim velut Ariomanitas aut Patrum adversarios homines aggredimur ; sed disputamus veluti fratres cum fratribus, qui eadem qua nos sunt sentientia, solo nomine in controversiam adducto.* Addit infra talem esse Basilium Ancyræ in suis de fide scriptis ; quibus, quoad externam saltem et oris

professionem, adjungendi conjuncti ipsi episcopi. Tertio itaque, tametsi de occultis hominum sententiis nullum judicium institui possit, et ex consequentibus Eustathii Sebasteni, Georgii Laodiceni, Eleusii Cyziceni, etc., gestis, qui in hæresim aut schisma lapsi sunt, ingens suspicio in eorum hoc tempore fidem aspergatur ; tamen ex eorum exteriori professione, quæ nihil a Nicæna nisi verbo tenus dissidebat, recteque intellecta eodem redibat judice Athanasio loco citato, et Hilario, *De synodis*, n. 72, 74, 77, 89, et ex eorum adversus Arianam impietatem studio, Cyrillus eos uti fratres et secum eadem sentientes spectare poterat, eorum communionem amplecti, et in rebus afflictis patrocinium quærere. Nec idcirco aut in fide, aut in communione variavit, quod ipsi a Rufino objicitur : quos enim Athanasius et Hilarius ut fratres habebant, an ipse pro inimicis habuisset ? Neque idcirco consubstantialis aut fidem aut vocem rejecit,sicut neque Hilarius cum eis in concilio Seleuciensi residendo, neque Dianæus Cæsariensis in Cappadocia, vel Gregorius Nazianzenus sancti patres in generali Orientis communione remanendo, tametsi ambo postea Ariminensi formulæ subscripserint ; neque multi alii in Oriente, ubi neminem his temporibus consubstantialis propugnatorem exstitisse incredibilis prorsus res est.

46. Quarto denique, ii quibuscum communionem aut societatem hoc tempore retinebat Cyrillus, majorem omnibus fidei ardorem demonstrabant. Quinque maxime ab historicis memorantur, Basilius Ancyræ, Sylvanus Tarsensis, Elpidius Satalensis, Georgius Laodicenus, Eustathius Sebastenus. De Basilio supra vidimus elogium Athanasii. Is omnium quæ Ancyræ et Sirmii adversum Anomœos gesta sunt actor et incitator ac conscriptor fuit ; similitudinem Filii cum Patre ad omnia prorsus eum extendisse fidem facit ejus subscriptio formulæ Sirmiensis ann. 359,apud Epiph. hæres. LXXIII, n. 22. Sylvanus Cyrilli hospes in concilio Seleuciensi confirmandæ formulæ Antiochenæ auctor fuit.Inde ad imperatorem delegatus cum Basilio, [XLVII] Eleusio, Eustathio, in collatione cum Eudoxio et Acacio coram imperatore habita, princeps disputationis fuit ; in qua Anomœos coegit ut multas Arianas blasphemias anathemate ferirent,et consubstantialem Patri Filium credendum esse probavit, siquidem Theodoreto fides adhibeatur, lib. II, *Histor.*, cap. 27. Nec minus in eo conflictu Eleusii et Eustathii eluxit constantia. Idem Sylvanus cum Eustathio et Theophilo Castabalensi, multorum aliorum, in quibus est Elpidius, nomine ann. 366 delegati ad Liberium pontificem, declarationem suæ fidei dederunt, in qua Nicænum symbolum amplectuntur, sesceque antea tenuisse profitentur, κεκρατηκέναι καὶ κρατεῖν, apud Socrat. lib. IV, c. 12. Eustathius postea in hæresim lapsus : sed nihil ad præsens tempus. Sylvanus demum, quem Theodoretus *admirandum* virum dicere non dubitat, sancti quoque Basilii elogiis honoratur epist. 82, pag. 151 ; epist. 79, p. 141 ; epist. 50, p. 78. Elpidius unus e concilii Seleuciensis legatis fuit, qui Occidentalium adversus Anomœos fidem imploravere ; et in eorum qui ad Liberium delegavere ann. 366 numero fuit, et a Basilio epist. 72, p. 118, laudatur· Vid. epist. 215 et 322. Superest Georgius Laodicenus, cujus initia et finem non damnare non possumus. At an. 358 fervens adversum Anomœos studium demonstrabat. Eudoxius enim, qui sine ejus et aliorum ad quos electio pertinebat consensu, Antiochenam Ecclesiam occupaverat,cum Arianam hæresim palam ac detecta fronte prædicaret (3), multos qui sibi adversabantur clericos ab Ecclesia ejecit : qui cum ad Georgium Laodicenum se recepissent, litteras ille eis dedit ad Macedonium, Basilium et Cecropium Nicomediensem ; quibus significat Eudoxium Aetii discipulos ab ipsis infamia multatos, in clerum promovisse, Aetium præ cæteris in deliciis habere ; hortatur ut quam maximo numero possint in unum conveniant, et aliorum episcoporum subscriptiones postulent,uti Eudoxius Aetium Ecclesia expellat, promotos in clerum ejus discipulos dejiciat,et desinat Anomœos dissimilitudinem prædicantes contraria docentibus anteponere His Georgii litteris factum, ut Basilius et alii in synodo Ancyrana et postea Sirmiensi,similitudinem substantiæ confirmarent, et impiam Sirmiensem ann. 359 formulam non damnarent solum, sed et ab Ursacio et Valente damnandam procurarent. His temporibus, quæ optima sane in vita hominis alioquin illaudati eluxerunt, Cyrillus consuetudinem cum eo habuit, quam abrupit sane, postquam se ille Acacii partibus reddidit, ante vel paulo post concilium Constantinopolitanum an.360 ex Epiph. hæres. LXXIII, n. 28.

(3) Soz., lib. IV, c. 12 et 13.

CAPUT VIII.

De successoribus Cyrillo diversis temporibus ab Ariana factione datis, ac potissimum de Eutychio.

47. Cyrillum tantisper Tarsi hospitantem relinquamus, ut Jerosolymam reversi in substitutos ipsi successores inquiramus.Cum Cyrillus sæpe depositus et Ecclesia pulsus sit [XLVIII] annis 358, 360, 367, quod ultimum exsilium annorum duodecim fuit ; diversi quoque ipsi diversis temporibus successores oppositi. In his recensendis non satis concors auctorum sententia. Hic eos omnes uno conspectu repræsentare juvat, ut liberius postea decurrat oratio. Eorum nomina et ordinem secundum diversos auctores sic habes :

Ex Hieronymo in Chronico, *ad ann.* 349.
Post Maximum, Cyrillus.
Eutychius.
Rursum Cyrillus.
Irenæus.

Tertio Cyrillus.
Hilarius.
Quarto Cyrillus.

Ex Epiphanio hæres. LXVI, *num.* 20.

Cyrillus.
Herennius.
Cyrillus alter.
Hilarionus.

Ex socrate, lib. II, Hist., *cap.* 45, *et Sozom. lib.* IV, *cap.* 30.

Cyrillus.
Herennius *Sozom. Socr.* Arrhenius.
Heraclius.
Hilarius.
Cyrillus Jerosolyma reversus.

Ex auctore antiquo catalogi patriarch. in cod. Coisl. 120, *pag.* 124.

Cyrillus annos 15.
Heraclius annos 6.
Helladius annos 12.
Cyrillus annos 35.

Nicephorus in Chronographia, *p.* 410.

Cyrillus.
Arsenius.
Heraclius.
Hilarius.
Cyrillus ab exsilio redux.

Ex Eutychio Alex. Annal. *tom. I, p.* 483 et 488.

Cyrillus.
Eraclius Arianus annos 3.
Arvis Manichæus annos 5.
Harius Arianus annos 4.
Cyrillus redux, annos 16. In totum 32.

Theodoretus, lib. v *Hist.*, cap. 40, nullum substitutorum Cyrillo nominat in indice Hierosolymitanorum episcoporum . Theophanes solum ex illis Hilarionem refert.

48. Hæc conferendo invenias, 1° Eutychium a solo Hieronymo inter Hierosolymitanæ sedis invasores numerari ; 2° Helladium pariter a solo auctore catalogi Coisliniani, qui sæculo septimo medio vixit ; nam Hierosolymitanorum pontificum postremum recenset Molestum, et Romanorum Honorium ; 3° Heraclium ab Hieronymo et Epiphanio æqualibus auctoribus prætermitti ; 4° Epiphanium solum esse qui Cyrillum alterum a nostro numeret ; 5° eumdem esse. qui Hieronymo Irenæus Epiphanio et Sozomeno Herennius, Socrati Arrhenius, Nicephoro [YLIX] Arsenius dicitur ; cujus proprium nomen Latinum fuisse videtur Herennius, ex quo Græci varia nomina finxerunt ; 6° quem Hieronymus, Socrates, Sozomenus, Nicephorus Hilarium appellant, eum esse qui Epiphanio dicitur Hilarionus, cum forte quem Coislin. auctor Helladium vocat. Jam de singulis pauca dicamus. Irenæus vel Herenius post concilium Constantinopolitanum, ann. 350, in quo depositus et Hierosolymis pulsus est Cyrillus, ejus sedi videtur impositus ; Socrates enim Herennium Cyrillo substitutum memorat, A lib. II, c. 45, postquam geeta non solum anni 360. sed etiam anni 361 retulit. Cum vero Hieronymus Irenæum Cyrillo sucessisse dicat, postquam iste sedem rursum conscendisset ; non ante concilium Seleuciense, quo restitutus est sine dubio Cyrillus, et proxime secutum concilium Constantinopolitanum, anno 360, quo est secunda vice depositus et exsultavit, vacuam sedem invadere potuit Herennius. Sub Juliano Cyrillus Hierosolymam revertit, et Ecclesiam mortuo vel pulso Herennio administravit, ad annum usque 367, quo pulsus Ecclesia et urbe fuit. Tumque plures nominantur ab auctoribus præfatis Ecclesiæ invasores. Heraclius, Helladius, Arvis, Cyrillus alter, Hilarionus ; quorum Hilarionus, Epiphanio teste hæresi LXVI, n. 20, Ecclesiæ præerat et Arianorum communione infamis B erat, ann, 376, quo adversum Manichæos scribebat Epiphanius. Hunc etiam Eutychius Arianum, anno Valentis septimo institutum, et post quatuor episcopatus annos mortuum ait. Heraclium nec Hieronymus nec Epiphanius memorant, quoniam annos forte vel menses paucos sedit. Ex ordine quem ei assignant auctores, eum sedisse colligimus ann. 367 post Cyrilli exsiliam sub Valente. Idem est sine dubio quem Hieronymus a Maximo ante montem successorem sibi substutum , et a Cyrillo in presbyterorum ordinem redactum testatur. Eum Eutychius Arianum fuisse ait, et anno imperii Juliani primo ab Arianis constitutum, tres post annos mortuum esse. Helladiam catalogi Coisliniani medio sæculo septimo scripti, eumdem cum Hilario censemus, cujus in ordine et loco ponitur ; nec multum discrepant nomina, ut commutari non ægre potuerint. Qui arvis ab Eutychio Alexandrino dicitur, facile a nobis ob levem non satis vetusti scriptoris auctoritatem potest omnino prætermitti. Hunc Eutychius primo Valentis anno constitutum, et Manichæum fuiise refert ; et post quinque episcopatus annos mortuum Eam Tillemontius eumdem cum Herennio putat, qui ab Eutychio omittitur. Sed repugnat locus ipsi post Hieracliam assignatus : quanquam accuratum ordinem in hujusmodi rebus non requirimus in Eutychio ; superest Cyrillus altera nostro diversus quem omisso Heraclio post Herennium ante Hilarionem ponit Epiphanius. Sunt qui existiment Cyrillum illum ab Epiphanio male statui quasi D a nostro diversum ; qui cum post Herennium sub Juliano sedem recuperarit, ut Hieronymus fidem facit, ab Epiphanio alium Cyrillum in locum ejus, quem exsulem putabat , excogitatum fuisse. Mihi autem ægre in animum induci potest Epiphanium in vicinio versantem in re tam aperta et inquisitu [L] facili falli potuisse. Non enim post Herennium modico temporis spatio, sed annos quinque totos Ecclesiam occupavit Cyrillus. Nec ignota fuit Epiphanio illa iterata Cyrilli episcopatus administratio, cujus nonnulla nobis eo tempore gesta retulit hæres. LXXIII, n. 37. Alterius a nostro Cyrilli, qui eiin sede successerit, meminit etiam Joannes Nicænus

in epist. ad Zachariam, etc., cujus fragmentum exstat a nobis editum, p. 370. Aut igitur Cyrillus ille dicendus est idem cum Heraclio, qui duo nomina habuerit; aut mendum in Epiphanii textu agnoscendum, qui loco ἄλλος scripserit πάλιν; aut tandem Cyrillus alter a nostro diversus et ejus sedis invasor confitendus. Is forte Cyrillus est senior, quem Epiph. hæresi LXXIII, n. 37, ait ab Eutychio vel amicis Cæsariensis Ecclesiæ episcopum factum pulso Philumeno, qui ei sedi a Cyrillo nostro impositus fuerat; qui cum a Gelasio Cyrilli sororio et Euzoio Cæsarea pulsus esset, Hierosolymam Cyrillo exsule vacuam dicendus erit occupasse. Proposita est mihi ab erudissimo nostro D. Bern. de Montfaucon ea de re conjectura: Vocem Ἱλαρίωνος in textu Epiphanii non in nominandi casu, quasi distinctum a cæteris Jerosolymorum episcopum constituat, positam esse; sed in gignendi casu, cum verbis Κύριλλος ἄλλος conjungendam, ut sit sensus: *Cyrillus alter Hilarionis* filius nimirum vel amicus. Nam Ἱλαρίωνος, ου, difficile Græcam terminationem videri, cum apud Græcos nomen hoc per Ἱλάριος vel Ἱλαρίων efferri soleat Non improbabilis suspicio: quam si sequimur, eumdem cum Hilariano Cyrillum illum alterum dicemus, ab Hilarione patre vel amico Hilarionem vel Hilarium dictum, eoque nomine magis apud auctores notum; quorum præter Epiphanium nullus Cyrillum alterum et Hilarium, uti duos Ecclesiæ Jerosolymitanæ invasores, distinguit. Hæc in antecessum dixisse juvat, quo expeditior deinde fluat oratio. Nunc ad Eutychium redeamus.

49. Eutychius ille, quem Hieronymus primoloco inter successores Cyrilli nimerat, idem Valesio, Tillemontio, etc., videtur esse cum Eleutheropolitano ejus nominis episcopo. Id suadent diuturnæ ejus cum Cyrillo inimicitiæ, quarum fidem facit Epiphanius ipsi alioquin Eutychio charus. Neque porro Eleutheropoli Hierosolymam translatus atque hujus Ecclesiæ episcopus proprie constitutus videtur; nam Eleutheropolitanum semper episcopatum retinuit, et hoc ipso an. 358 Eleutheropoli angebat, cum Luciferum Calaritanum in hac urbe exsulem multis atrocitatibus vehementer afflixit, testibus Fausto et Marcellino in libello supplici ad Theodosium pag. 89, adeo ut Lucifero clausis januis mysteria celebrante, in ipsum irruentes viri divina sacramenta veterint, fratres illuc convenientes impia cæde multarint sacra vasa cum sacris codicibus Lucifero per vim eripuerint. Forte tamen tum contigit quod ab concilio Constantinopolitano an. 360 narratur, Theophilum ab episcopis Palæstinæ Eleutheropoleos ordinatum episcopum, et jurejurando astrictum, ne alterum præter eorum sententiam ambiret episcopatum, ab Sylvano Tarsensi Castabalorum episcopum ordinatum fuisse. Fieri enim [LI] potuit ut, Eutychio Jerrosolymam translato, Theophilus ab Acacio Eleutheropolitanæ sedi impositus sit; qui perspecta Cyrilli injusta depositione, et futura Eutychii ad primam sedem reversione, hanc deseruerit pro Castabalitana. Si res non ita sit, Hierosolymitanæ Eutychius Ecclesiæ solam tanquam vicinior episcopus administrationem habuisse videtur; sive alium interim quæreret Accacius, quem Hierosolymitanum crearet episcopum; sive appellatione Cyrilli prohiberetur ne alium in ejus locum substitueret, donec causa in majori concilio quod appellaverat finiretur. Nam, jure Romano appellatione sententia suspendebatur (*Cod. Theod.* lib. II, tit. 30, legibus 41, 61, 66). Eutychius Epiphanio teste hæres. LXXIII, num. 23, a S. Maximo Hierosolymitano episcopo disertam rectæ doctrinæ professionem edoctus, propter suas adversus Cyrillum simultates, Acacii partibus in concilio Seleuciensi se adjunxit; catholicam fidem aliquanto tempore ἀχρι καιροῦ retinens, sed propriæ dignitatis retinendæ gratia dissimulans. Hieronymus epist. al. 61, nunc 38, eum testatur S. Epiphanii reverentia tactum, sancto illi viro, qui tantum monasterii presbyter erat, libenter aures præbuisse. Sed susceptis semel cum Cyrillo inimicitiis, Luciferum tractavit atrociter, cum Anomœis se adjunxit, atque in concilio Seleuciensi accusatus, tandiu suæ Ecclesiæ communione contentus esse jussus est, donec legitima satisfactione se ab impositis criminationibus purgaret; Cyrillumque ad extrema persequens, Philumenum a Cyrillo Cæsariensi sedi impositum pepulit, ejusque loco Cyrillum quemdam seniorem ei Ecclesiæ præfecit, ipse vel ejusdem factionis socii; οἱ περὶ τὸν Εὐτύχιον. Epiph. hæres. LXXIII, num 37. Sed ad Cyrillum revertamur.

CAPUT IX.

Cyrillus in concilio Seleuciensi sedet; Acacium in jus vocat, qui comparere detrectans deponitur, et Cyrillus Hierosolymitanæ Ecclesiæ restituitur.

50. Non diu majus illud concilium quod appellaverat exspectavit Cyrillus; seu occasione impietatis Aetii, seu ob alias causas (cum tamen necessariæ nullæ subessent, ut disserit Athan. *De synod.*, num. 5 et 6), concilium generale ex toto Romano imperio Nicæam primo cogere voluerat imperator, quod deinde Nicomediam indixit. Quæ urbs cum subito terræ motu collapsa esset, iterum proposita est Nicæa; sed Anomœorum dolis et arte factum est, ut unius concilii loco duo indicerentur, Arimini unum in quo Occidentales convenirent, alterum Seleuciæ in Isauria, quo Orientales cogerentur. Seleuciam convenerunt ex diversis Orientis partibus episcopi supra CXX, tres in partes vel factiones divisi. Prima et numerosior semi-Arianorum erat centum supra quinque ex Hilar. lib. III *cont. Const.*, num 12, hujus antesignani ac duces Basilius Ancyranus. Eleusius Cyzicenus, Georgius Laodicenus, Eustathius Sebastenus, Sophronius Pompeiopolitanus, Macedonius Constantinopolitanus, Sylvanus Tarsensis, ac Cyrillus noster. Secunda [LII] erat præsulum XLIII, apud Epiphanium hæres. LXXIII, num. 26, quorum tamen quadraginta duntaxat nomina recensentur. Sed prætermissi non-

nulli, quos vel ex ipso Epiphanio, vel ex aliis auctoribus una adfuisse constat. Hujus factionis principes, Georgius Alexandrinæ sedis invasor, Eudoxius Antiochenus, Uranius Tyriensis et Acacius qui etiam totius factionis incitator et actor, et moderator videtur fuisse, adjunctis sibi Patrophilo Scythopolitano et Eutychio Eleutheropolitano, cum tribus vel quatuor aliis e Palæstina. Acacium in odium Cyrilli segregatam factionem conflavisse dicere videtur Ephiphanius hæres. LXXII, num. 23 et 27 ; additque Eutychium iis se partibus adjunxisse *pro eo quo in Cyrillum flagrabat odio*. Philostorgius quoque præcipuam causam, cur Acacius sese Basilio et conjunctis episcopis opposuerit, hanc affert, quod illi Cyrillum haberent in honore lib. IV, cap. 12. Tertia tandem episcoporum divisio Ægyptiorum fuit, qui numero paucissimi erant, quindecim circiter ; qui soli teste Hilario *cont. Const.*, n. 12, homousion *constantissime obtinerent*. De prima vero factione in qua Cyrillus. sic ait : *Ex his qui homœusion prædicabant, aliqui nonnulla pie verbis præferebant, quod et ex Deo esset, id est de substantia Dei, Filius, et semper fuisset*. Favorabilius multo de omnibus primæ factionis episcopis loquitur Athan. *De syn* n. 12, aiens omnia prorsus Nicænæ fidei capita ab eis approbata, *excepta sola consubstantialis voce cujus obscuritatem prætexebant*. Neque id tamen de omnibus dictum velim; nullum enim in Oriente toto Nicænæ fidei defensorem exstitisse incredibilis res est. Hilarium certe in societatem concilii et communionem recepere, tametsi fidei Nicænæ se defensorem profiteretur. Credibile igitur est Cyrillum et alios consubstantialis professores, ne ab aliis separarentur, atque Acacianorum insidiis opportuniores forent, cum rem ipsam in tuto viderent, non magnopere de vocula laborasse. In tertia factione *nihil nisi profanissimum* audiebatur, eodem Hilario teste, *negabant quidquam substantiæ Dei simile esse posse, neque de Deo exsistere posse generationem, sed esse Christum creaturam ; ita quod creatus est, id ei nativitas deputaretur ; ex nihilo autem esse, et idcirco non esse Filium nec Deo similem*. Nec omnium hujus factionis fuisse censendum est blasphema illa decreta, sed Eudoxii tantum et similium ; nam impiæ huic sententiæ repugnant omnia Acacii ante et post concilium gesta : non ea erat Eutychii Eleutheropolitani sententia, qui tamen retinendæ dignitatis gratia catholicam fidem, in qua enutritus erat, tacitus suppressit: non tandem Meletii postea Antiocheni episcopi, si tamen in concilio Seleuciensi erat, Acacianæque parti adjunctus, quod Epiphanius hæresi LXXII, num. 23, dicere videtur. In ambabus vero primis factionibus erant accusati diversis criminibus episcopi et accusatores. In Acaciana factione multo plures accusati erant, in quos severe animadverterunt oppositæ partis episcopi. Acacius in primis a Cyrillo in jus vocabatur, sui in eum judicii rationem redditurus, ex Socrate lib. II, cap. 40. Cyrillus etiam cum Eustathio Sebasteno [LIII] in eorum qui accusabantur numero erat, eum uterque fuisset depositus (*Sozom.* lib. IV, cap. 22).

51. Concilium quinque actionibus intra quinque dies absolutum est, cujus historia a Socrate ex actis per Sabinum collectis compendio descripta est non indiligenter lib. II *Hist.*, cap. 39 et 40 : quæ autem ad Cyrilli res pertinent hic repræsentabimus. Prima sessione, quæ die 27 Septembris celebrata est, convenerunt omnium factionum episcopi ; de industria tamen abfuere nonnulli, quos Socrates ait accusationum sibi impendentium formidine varias cur abessent prætexuisse rationes. Notantur inter eos Macedonius, Patrophilus ; Cyrillum vero repræsentant historici non ut subterfugientem judicium, sed ultro provocantem et lacessentem adversarios: ejus itaque præsentia optimæ conscientiæ index. Qui aderant episcopi, negarunt quidquam in quæstionem vocari debere, priusquam ii qui aberant convenissent ; quod cum minime necessarium esse Leonas quæstor ad moderandum concilium ab imperatore missus, et in Anomœos propensior pronuntiasset, nata est inter Patres altercatio ; cum alii prius de vita et moribus eorum, qui accusabantur, inquirendum esse dicerent, quam de fide disceptaretur ; alii ante omnia fidei quæstionem agendam contenderent. Qui a priori sententia stabant erant potissimum Acaciani, quos ait Athan. *De synod.* num 12, prætextu quæstionis de fide habendæ capto, quam ab accusatoribus suis concepissent formidinem non obscuris indiciis aperuisse. Σχηματισάμενοι ὅτι θεν περὶ πίστεως ζητεῖν, οὐκ ἐλάνθανον τοὺς κατηγόμους δεδίοτες. Ait quoque Sozomenus lib. IV, cap. 22, Acacium disputationes de fide data opera protraxisse, ut dissensione partium, accusationum examen rejiceretur longius ac penitus tolleretur. Cyrillus sane ab eorum sententia stabat, qui causas accusatorum episcoporum primo agi volebant : cum ad concilium ea sola causa venisset, ut suam cum Acacio causam disceptaret. Vicit tamen ea sententia, ut fidei causa ante peculiarium causarum examen ageretur. Hinc graves altercationes, quas de industria protrahebant Acacius ejusque socii, dissolvendi concilii et accusationum examen tollendi occasionem captantes. Acacius enim novam fidem scribi, et abrogari Nicænum symbolum volebant ; et in primis nomen *substantiæ* e medio tolli, uti in Sirmiensi ejusdem anni confessione coram Constantio a principibus semi-Arianorum subscripta factum erat. Alii contra similitudinem substantiæ acriter tuebantur, omnia Nicæni concilii præter unam consubstantialis vocem, cujus obscuritatem criminabantur, approbantes. Pro homousio soli Ægyptii ex Hilario *constantissime* pugnabant ; quibus ipse Hilarius adjungendus. Silebant interim qui ex parte Orientalium consubstantiale admittebant, cum generalem tam semi-Arianorum quam Acacianorum in eam vocem conspirationem viderent, et alioqui de verbis digladiandum non

putarent, cum de re ipsa in majori concilii parte A conveniret. Hanc Cyrilli et aliorum forte nonnullorum in concilio sententiam fuisse puto (4). Cum ad vesperam usque [LIV] magna contentione altercati essent, clamavit Sylvanus nullam novam fidei formulam scribendam, sed in Antiochena acquiescendum esse. Quam ad vocem Acaciani secesserunt; reliqui vero supradictam formulam sibi prælegi fecerunt, ac perlecta discesserunt. Eam forte proposuerat Sylvanus, uti ad conciliandos omnium animos idoneam; hanc enim olim subscriptione sua firmaverat Acacius.

52. Postridie, Septembris 28 die, semi-Ariani soli, præsentibus tamen nonnullis adversæ partis episcoporum lectoribus et diaconis a suis præsulibus missis, in ecclesiam Scleuciensem convenere foribus B occlusis; tumque supradictam Antiocheni concilii in Encæniis formulam suis subscriptionibus approbavere; una cum iis lectoribus et diaconis absentium episcoporum, qui per illos suum definiendis rebus consensum accommodaturos contestati erant. Hæc ex semi-Arianorum parte. Num adfuerint Hilarius et Ægyptii, et una cum cæteris Antiochenæ formulæ subscripserint, non satis exprimunt historici. Nullus eos abfuisse dicit; et ex Hilario num. 14 patet eum quartæ omnino sessioni interfuisse; cur abesset a secunda et tertia, nulla ratio erat. At Acaciani seorsum convenientes, libellum seu contestationem composuere, quem Leonæ quæstori et Lauricio provinciæ præfecto obtulerunt. In eo primum querebantur quod in synodo e suis nonnulli contumeliis appetiti, alii loqui prohibiti, alii inviti e consessu exclusi fuissent; tum quod contra canonem ecclesiasticum recepti in concessum ab adversariis suis quidam ex diversis provinciis episcopi qui abdicati fuerant (in his primo ac præcipue Cyrillum notabat Acacius), et inde factum sit ut tumultu synodus plena undique fuisset. Fidem deinde suam profitentes, negant se fidem Antiochiæ in Encæniis expositam et his temporibus quibus edita fuerat opportunam defugere: sed quoniam voces ὁμοούσιον et ὁμοιούσιον cum præteritis temporibus Ecclesiam conturbaverint, tum etiam nunc conturbent, ac modo a quibusdam τὸ ἀνόμοιον, id est, dissimilitudo substantiæ innovari dicatur: idcirco se ambo priora uti a Scripturis aliena rejicere, et postremum anathemate damnare profitentur. Similem deinde cum Patre Filium probant, et symbolum suum subjungunt, in quo nihil de similitudine Patris et Filii. Habetur hoc instrumentum ex integro descriptum apud Socrat lib. II, cap. 40, et Epiph. hær. LXXIII, num. 25, apud quem num. 26 subjunguntur quadraginta episcoporum nomina; desuntque ad supplendum numerum præsulum XLIII, in fine notatum, nomina tria, Patrophili, Theoduli Chæretaporum episcopi, et Asterii, quos Socrates loco citato, et Athan. *De syn.* n. 12, cum Acacianis conjunctos memorant.

53. Tertio die qui 29 Septembris erat, Leonas operam dedit ut omnes convenirent: et adfuere tum primum Macedonius Constantinopolitanus et Basilius Ancyranus (5). Qui cum ambo in unam eamdemque oppositorum Acacio episcoporum partem se adjunxissent, Acaciani negarunt se accessuros, nisi consessu ejicerentur, qui vel ante abdicati fuissent, vel in præsentia accusati (6). Cyrillum maxime [LV] his verbis petebat, quem postea in exemplum coram imperatore adducens, concilium integrum criminabatur, quod eo in communionem recepto de aliis sententiam dicere aggressum esset (7). Contentione hac super re habita, concessum est Acacianis postulatum, suspicantibus oppositæ B partis episcopis, hanc Acacium dissolvendi concilii causam arripere, Aetianæque hæresis damnationem simul et accusationum adversum se intentatarum judicium maligne subterfugere. Egressi sunt itaque e concilio ii, qui vel depositi fuerant, vel accusabantur. Ex eis excipiendus est Cyrillus noster, de quo hæc Theodoretus lib. II, cap. 26: *Cum Seleuciam convenissent, Cyrillus cum Basilio, Eustathio, Sylvano ac reliquis consedit. Acacius vero et ipse quidem accessit ad episcopos illic congregatos, qui erant numero centum quinquaginta. Sed se cum illis consilium initurum negavit, nisi Cyrillus e concilio submoveretur; quippe qui episcopatu exutus fuisset. Ac nonnulli quidem eorum qui pacis studiosi erant, Cyrillum rogabant ut e concilio discederet, post doctrinæ fidei discussionem ejus causam examinaturos se esse pollicentes. Sed cum Cyrillus non obtemperaret, Acacius relictis illis abscessit.* Quod si discessit, paulo post rediit, nam in hac et sequenti die multa in frequenti concilio acerrime disputavit. Vereor ne Theodoretus qui acta plurium dierum compendio refert, aut potius in unum confundit et miscet, discessum Acacii qui vel prima vel quinta die contigit, in hunc locum per errorem retulerit. Cyrillum verisimile est, ne e concessu egrederetur, hanc causam allegasse, quod æquo jure inter se et Acacium agi oporteret; se ab Acacio depositum quidem fuisse; at sive a se sive ab aliis Acacium accusari; quamobrem vel concilio abstinerent ambo vel interessent simul. Iniquitatem præterea Acaciani D judicii, quod manifeste nullum et irritum esset, prætendere poterat, et appellationem suam, cujus auxilio et beneficio tandiu deberet frui, donec ejus causa legitime discuteretur. His rationibus dubio procul concessit Acacius. Quibus compositis Leonas libellum sibi ab Acacianis oblatum concilio prælegit: qua de re ingens excitata controversia est, Sophronio exclamante, si nova in dies singulos fidei expositio edatur, fieri non posse ut veritatis conservetur integritas. Ubi autem multa tum de hac

(4) Socr., lib. II, cap. 39.
(5) Ibid., cap. 40.
(6) Theodoret., lib. II, 27.
(7) Socr. lib. II, cap. 40.

re, tum de iis qui in crimen vocabantur episcopis ultro citroque agitata essent, concilium dimissum est.

54. Quarta die cum omnes iterum convenissent, de fide tota exstitit controversia, nihilo feliciore quam pridie exitu. Primum, cum Acacius, in præcedentis diei disputationem pergens diceret, semel mutata Nicæni concilii fide nihil obstare quominus nova post tam multas fidei formula constituatur: respondit Eleusius non convenisse concilium ut addisceret quæ non addidicisset, neque ut fidem acciperet quam non habuisset, sed fidem Patrum illud sequi, e qua ad mortem usque non discederet. Antiocheni in Encæniis concilii formulam intelligebat: quo sane Acacii argumentum parum [LVI] feliciter retundebatur. Altera exorta est contentio circa Acacianorum formulam pridie prælectam. Cum quæreretur quo sensu Filium Patri similem assererent, respondit Acacius non secundum substantiam sed secundum voluntatem duntaxat. Cujus responsionis impiissimum sensum, ex cujusdam ejus factionis episcopi sententia sibi præcedentibus diebus aperta, refert Hilarius *cont. Const.*, num. 14. Opposita Acacio ab adversariis propria sententia est, qui sive in litteris ad Macedonium, sive in libro a se conscripto, Filium fassus erat, cum aliis rebus omnibus, tum etiam substantia similem. Quibus ridicule respondit Acacius, neminem unquam ex his quæ scripsisset judicatum (8). Cum vero semi-Arianis objecissent, ut apparet, Acaciani, Sirmiensem ejusdem anni formulam a Basilio et Marco Arethusio conscriptam, qua substantiæ nomen ab iis paulo ante sublatum erat, respondit Eleusius: quidquid Casilius vel Marcus seorsim egissent, ac quidquid privatim sibi mutuo objicerent Acacius et adversæ partis homines, et recte ne an secus haberent editæ ab utrisque formulæ, nihil id concilii interesse; sed in fidei confessione Antiochena omnino acquiescendum esse. Cui sententiæ cum sui omnes, οἱ σὺν αὐτῷ πάντες, applausissent, nec certi quidquam inter oppositarum factionum episcopos statui potuisset, surgens Leonas concilium dimisit.

55. Postridie, nimirum prima Octobris die, rogatus quæstor ut ad concilium ex more accederet, negavit se adfuturum: missum enim se esse ab imperatore ut concilio concordi interesset. *Quando autem nonnulli dissentiant*, inquit, *adesse non possum. Abite igitur, et in ecclesia nugas agite.* Hæc ille favens Acacianis, quos in ejus ædibus offenderunt qui ad eum invitandum deputati fuerant. Ejus voces avide arreptæ ab Acacianis, ut quod ipsi optabant a concilio discederent (9). At partis adversæ præsules in ecclesiam de more convenerunt; ac nonnihil temporis interfluxit cum alii Acacianos citarent ad judicandam tum Cyrilli Hierosolymitani causam, tum reorum aliorum qui ad partes Acacii confugissent; alii modo postularent ut certi episcopi in ædibus Leonæ convenirent; modo sibi ab imperatore in mandatis datum dicerent, ut de aliis judicarent (10), Acaciani vero neque eamdem fidem cum aliis confiteri, neque objectis sibi criminibus respondere, nec ad examinandum Cyrilli negotium accedere sustinebant, quem ipsi deposuissent. Cum itaque sæpius accersiti non comparerent, tandem concilium sententiam dixit, qua primum omnium Acacium cum Georgio Alexandrino, Eudoxio Antiocheno, Pastrophilo Scythopolitano aliisque nonnullis deponunt; alios vero, in quibus Eutychius, tandiu propriæ Ecclesiæ communione contentos esse jubent, donec legitima satisfactione ab illatis sese criminibus purgaverint. Cyrillum restitutum esse a concilio, quamvis historici sileant, dubitari non potest. Eum Hieronymus in *Chronico* redditum suæ Ecclesiæ refert, antequam Herennius eo iterum pulso ejus sedi imponeretur. Herennii vero intrusionem non possumus nisi [LVII] post concilium Constantinopolitanum anni sequentis collocare. Igitur ante illud concilium Hierosolymam reverterat Cyrillus, auctoritate Seleuciensis concilii dubio procul fretus. Etiamsi nullum ejus concilii in favorem Cyrilli decretum proprie exstitisset, ipsa tamen Acacii depositio, quæ ad Cyrilli accusationes præcipue concessa videtur, pro Cyrillianæ causæ absolutione et ejusdem redintegratione haberi poterat. Sed certum est Cyrillum Acacii judicio interruisse, et una cum cæteris in ipsum sententiam tulisse; nam querebatur ad imperatorem Acacius, quod *eo assessore et consiliario Seleucienses judicare et de aliis sententiam ferre aggressi fuissent*, apud Theodor. lib. II *Hist.*, cap. 27. Ex quibus conjecturam ducimus concilium Cyrilli causam primum examinasse, eumque innocentem comprobatum ad consessum admisisse, et consiliorum omnium ac judiciorum, quæ in Acacium aliosve lata sunt, participem fecisse.

CAPUT X.

Acacius imperatoris animum adversus Cyrillum accendit, qui a concilio Constantinopolitano an. 360 *iterum deponitur, et in exsilium mittitur.*

56. Seleuciense concilium decem ad imperatorem episcopos ipsius jussu delegavit, qui de rebus a se gestis referrent, quibus nonnulli alii se adjunxisse videntur; cæteri domum rediere, et Cyrillus Hierosolyma reversus suæ iterum Ecclesiæ gubernacula capessivit (11). Acacianæ vero factionis principes Seleuciæ depositi, ad aulam ipsi quoque profecti sunt Constantinopolim; ac Seleuciensibus legatis citius appulsi, primum quidem eos qui in palatio plurimum poterant partim secum in dogmatibus sua sponte consentientes, partim oration is lenocinio in suam sententiam adductos, partim mu-

(8) Soz., lib. IV, cap. 22.
(9) Ibid.
(10) Soc., lib. II, cap. 40.
(11) Soz. lib. IV, cap. 23.

neribus ex opibus Ecclesiæ redemptos sibi devinxere, ut hoc pacto imperatoris auribus sese facilius insinuarent (12). Tum Acacius Seleucienses probris omnibus coram imperatore oneravit, improborum hominum cœtum appellans, ad perniciem et exitium Ecclesiarum collectum. Sed nulla re magis ejus animum adversum illos commovit, quam cum diceret eos consiliorum ac judiciorum participem habuisse Cyrillum Hierosolymitanum, qui vestem aureis filis contextam, a Constantino patre ad usum baptismi datam vendidisset mimo, qui ea inter saltandum amictus corruisset, et spiritum exhalasset, indignum eos teli consiliorum participe et consorte usos. Mitto quæ interim contigere, priorum concilii Ariminensis legatorum prævaricationem die Octobris decima, dum apud Nicen urbem Thraciæ omnia Arimini fortiter gesta in irritum deducunt, et novam formulam ad eliminandam substantiæ vocem scribunt, quæ Ariminum missa ab omnibus pene episcopis deplorabili casu subscripta est : disputationem geminam coram imperatore ; primam Seleuciensium legatorum, postquam in urbem regiam advenere cum Acacio et Eudoxio, in qua impias Aetii voces eum damnare coegerunt et consubstantialis etiam vocabulum fortiter, Thesdoreto teste lib. II, cap. 27, propugnavere : [LVIII LIX] alteram Basilii Ancyrani cum Aetio, in qua victus iste ex Soz. lib. IV, cap. 23, et in exsilium missus est : ex Theodoreti loco citato ; posteriorum concilii Ariminensis legatorum conjunctionem cum Acacianis initam, nequidquam se interponentibus Seleuciensibus legatis qui eos ad defendendam fidem hortabantur : denique Seleuciensiem ipsorum, dolis adversariorum et minis imperatoris succumbentium, coactam Ariminensis formulæ subscriptionem, extremo anni 359 die : hæc, inquam, omnia ut ad Cyrilli historiam extranea prætermitto indicasse contentus, quoniam concilio Constantinopolitano de quo jam agendum, occasionem dedere.

57. Acacio enim parum erat, quod prostratis in Occidente Catholicis omnibus, ex adversantibus sibi Orientis episcopis decem solummodo Seleucienses legatos subegisset ; nisi eadem a cæteris exprimeret, et suas contra adversæ partis principes injurias ulcisceretur. Concilium itaque an. 360 initio celebrant, accersitis ex Bithynia episcopis, quibus etiam alii accesserunt. Episcoporum numerus non satis constat, cum alii quinquaginta, alii septuaginta duos, alii ad quingentos numerent. Aderant omnes Arianorum principes ; totiusque concilii dux et interpres Acabius, qui teste Philostorgio lib. IV, cap. 12. Acta synodi, quæ non pauca fuere, unus digessit ac disposuit ; isque, ut citatus Philostorgius observat, quamvis ab Eudoxio diversa sentiret, eadem sentire simulabat in odium Cyrilli a Basilio Ancyrano et adversa parte sustentati. In hoc concilio Ariminensem formulam rejectis omnibus aliis probant (Soz., lib. IV, cap. 24), et toto orbe cum imperatoris mandato sub pœna exsilii subscribendam mittunt (Soz., lib. IV, cap. 26). Hujus subscriptionem exegerunt, tum ab semi-Arianis, quos ad sententiam suam induxere promissa quam non præstiterunt dissimilitudinis damnatione (Soz., lib. VI, cap. 7), tum etiam ab iis qui dissimilitudinem substantiæ prædicabant, ex Philostorg. lib. IV, cap. 12. Tum etiam Aetium diaconatu abdicant et Ecclesia excludunt, et in episcopos quosdam qui ejus damnationi subscribere noluerant, sententiam excommunicationis decernunt, nisi intra sex menses definitioni concilii assentiantur (Theodor., lib. II, cap. 28). Inde ad ulciscendum Seleuciense concilium accedentes omnes pene semi-Arianæ factionis principes, cum præsentes, tum absentes, variis ex causis deponunt Basilium, Eleusium, Sylvanum, etc., et Cyrillum nostrum, cui hæc duo tantum imputarunt ex Sozom. lib. IV, cap. 25, quod communicasset cum Elpidio et Eustathio, qui decreta concilii Melitinensis, cui Cyrillus ipse interfuerat, abrogare studuerant ; et quod post suam depositionem in Palæstina factam, communionem iniisset cum Georgio Laodiceno et Basilio Ancyrano. Quam insulsæ et injustæ essent hæ accusationes supra diximus ; de prima cap, 6, num. 39 ; de secunda cap. 8, n. 44. Ac manifesta erat hujus judicii, quo absens et inauditus damnatus fuerat Cyrillus, iniquitas. Nec cæterorum æquior condemnatio. Nam, ut ait Naz. orat. 21, pag. 387, in eorum vitam nulla servata lege inquisitum est, mercede redempti [LX] calumniatores, et ab eis testimonia pretio compacto vendita. Quos vero deposuerunt, eos etiam ab imperatore exsilio multari curarunt, ex Philostorg. lib. V cap. 1, eosque Parisiense concilium in sua ad Orientales epistola (Hilar., fragm. XI, num. 4) *indignissime exsulare* queritur. Quonam autem Cyrillus relegatus sit, nulli historici prodiderunt.

58. Depositi præsules sententiæ adversum se latæ non concessere, synodum eum appellantes synodum prævaricatorum, quos nec pro episcopis haberi volebant, utpote pravæ hæresis assertores. Litteras, ex Basil. ep. 73, adversus Eudoxium et totam ipsius factionem dederunt ad omnes Ecclesias, ut eorum communionem fugerent tanquam animarum pestem : contestantes se idcirco judicio, quo ab eis damnati fuerant stare non posse, quod ab hæreticis decretum esset, ab hominibus, quos ut idem refert epist. 182, pag. 137, negabant Spiritus sancti participes esse, ac per gratiam Dei Ecclesias gubernare, quippe qui humanæ potentiæ favore et inanis gloriæ desiderio gubernationes rapuerant. Talesne litteras suo nomine dederit Cyrillus incertum : sed id omnibus exauctoratis in commune tribuit Basilius. Qui vero Constantinopoli versabantur, per S. Hilarium litteras ad nostrates

(12) Theodoret., lib. II, cap. 27.

episcopos transmiserunt, quibus eis impia Aetii dogmata denuntiantes, suamque condemnationem significantes, rogabant ne pro episcopis agnoscerent eos, qui in sua loca fuerant substituti (Hil., fragm. XI, num. 4). Eis benevolentissime responderunt Gallicani episcopi in Parisiensi concilio an. 360 congregati, per epistolam, quæ fragmentum est S. Hilarii II, communionem cum ipsis amplius stringentes, contestantesque pro apostatis se habituros, qui in loca fratrum indignissime exsulantium substituti essent, ibid. n. 4. Hæc epistola proprie data est ad eos qui Constantinopoli per Hilarium Gallicanos convenerunt. Verum cum inscripta sit, *dilectissimis et beatissimis consacerdotibus episcopis Orientalibus omnibus per diversas provincias in Christo manentibus*, ad unumquemque Seleuciensium præsulum in concilio Constantinopolitano depositorum pertinere dicenda est; atque omnium sane, qui in eadem causa erant nomine data erat epistola, cui Gallicani respondent. Philostorgius notat lib. v, cap. 1, *dejectos præsules cum in exsilium ducerentur, subscriptiones suas, quibus Ariminensis concilii fidem confirmaverant, revocasse: atque hos quidem consubstantialem, illos vero similis substantiæ Filium iterum prædicasse.* Sed nullam Cyrillus subscriptionem retractandam habuit: idque ex depositione sua lucrum fecisse videtur, ut a communi et generali omnium pene Romani imperii episcoporum in subscribenda Ariminensi formula peccato immunis fuerit. Nam cum cæteri in eadem causa constituti, subscriptiones illas damnarent, ad quas Constantinopoli et dolis et vi compulsi erant; quomodo Cyrillus ultro ac sponte ei decreto subscripsisset, quod e concilio, in quo fuerat damnatus injuste, proficiscebatur? in locum depositorum episcoporum divina providentia multi dejectis etiam meliores [LXI] substituti. Horum plurimam partem constituit Acacius; a quo in Cyrilli locum subrogatum Herennium fuisse dubitare vix licet.

CAPUT XI.

Cyrillus sub Juliano Hierosolymam redit. Irritos fore Judæorum in templo instaurando conatus prædicit.

59. Ecclesia trahere ruinam in Oriente videbatur, triumphantibus Arianis, et nova in dies ad fidei catholicæ subversionem molientibus, pulsis ac de sede dejectis quotquot eorum audaciæ resistebant episcopis, innumeris partim vi, partim fraude, Nicænæ fidei condemnationi subscribentibus, cum longos ejus labores miseratus Deus Constantium sustulit, 3 Novemb. die an. 361, et Juliani successoris prava adversus Ecclesiam voluntate, ad instaurandam omnibus in locis orthodoxam fidem, usus est. Ille enim statim atque ad imperium evectus est, Ecclesiam intestinis dissidiis distrahere ac dissipare cogitans, omnibus quotquot religionis causa sub Constantio exsularant, sive Catholicis, sive Arianis aut alioqui hæreticis, liberam ad suas Ecclesias revertendi facultatem concessit an. 361 (Sozom., lib. v, cap. 5): quo factum ut Catholici sedes amissas recuperantes, pristinam in eis revocarint fidem. Cyrillus quoque una cum cæteris rediit, ut traduut Menæa, et firmat historia: ibique toto Juliani et Joviani tempore, ac Valentis initiis, pacifice degit usque ad an. 367. Quid de Herennio actum, mortuusne hoc tempore an pulsus fuerit, ignoratur. Cyrillum statim a reddita exsulibus libertate Hierosolymam repetisse probabile est: quod si ita est, dicendum eum non multo post Antiochiam ivisse; unde sub extremum anni 362 tempus Hieresolymam reverterit; tum enim fidei ejus credidit ac Hierosolyma abducendum tradidit Meletius juvenem quemdam Daphnitici flaminis filium, sui patris atque imperatoris iram fugientem. Is ad fidem Christianam diaconissæ cujusdam opera conversus, cum sese ad eam recepisset atque a Meletio occultatus in superiori cubiculo fuisset, a patre detectus est et abductus domum: ac verberibus cæsus, candentibusque veruculis pedes, manus ac dorsum inustus, in cubiculo, claustris exterius additis, inclusus gemebat; donec, absente patre, qui Daphnen redierat, omnia patris idola contrivit; et iram patris metuens Christum Dominum enixe rogavit, ut sibi laboranti opem ferret, contritisque claustris ipsi fores aperiret. Continuo cecidere repagula, apertisque januis ad diaconissam cucurrit; quæ illum muliebri habitu in blasterna collocatum ad Meletium rursus deduxit. Quem Meletius Cyrillo tradidit, quicum in Palæstinam ipsa nocte profectus est. Post mortem Juliani, patrem adolescens ad veram religionem traduxit. Hæc Theodoretus refert lib. III, cap. 14, sibi juveni ab ipso flaminis filio jam sene narrata. Cyrillus juvenem, qui nondum baptizatus erat, eruditum sine dubio sacro fonte lustravit. Hæc contingere dum Julianus Antiochiæ moraretur. Nam quo die juvenis primum se ad [LXII] diaconissam recepit. Daphnitico epulo præsente imperatore cum patre et fratre interfuerat; cumque ædituus esset templi, cibos ex more lustralibus aquis asperserat. Julianus porro Antiochiam venit mense Julio: et cum Daphniticum templum de cælo tactum an. 362, Octobris 22 die incensum sit, ante id tempus eam historiam contigisse necesse est. Ex ea discimus Cyrillum et communione et amicitia cum S. Meletio conjunctum fuisse: quod quidem Paulinianis partibus doluit; indeque Hieronymi et Rufini adversus ipsum maledicta. Juliani gratia usi quoque e præsulibus concilii Seleuciensis multi a concilio Constantinopolitano dejecti et relegati; conventusque in aliquot urbibus celebrarunt, in quibus damnatis Acacianis et Ariminensi formula, in Antiochena acquiescebant: mediamque se viam tenere gloriabantur, inter Aetianos dissimilitudinis professores; et Occidentales sub consubstantialitatis prætextu divinarum hypostaseon proprietatem confundentes (Sozom., lib. v, cap. 14). Hinc nati Macedoniani,

magna pars Spiritus sancti divinitati contumeliosi. Sed nulla Cyrilli in iis rebus consiliorum societas et conjunctio apparet.

60. Julianus omnes hostes Ecclesiæ ad eam evertendam armans, etiam Judæos incitavit ; non permittens solum, sed et hortatu, præcepto, subministratisque impensis, animos addens, ut Salomonæum in Jerosolymis templum, a Tito incensum et dirutum, diligentissime instaurarent. Continuo ex omnibus locis advolere Judæi, et operi perficiendo alacriter incumbere. Ipsæ etiam mulieres non solum monilia et ornamenta ad operis impensas conferre ; sed et pretiosarum vestium ac naturalis mollitudinis oblitæ, opus manu contrectare atque humum fodere. Restabant adhuc veteris ædificii grandia rudera, non fundamentorum solum, et exterioris ambitus templi, sed etiam interioris ædis qua constabat templum proprie dictum, ubi cherubim erant, ex Cyrillo cat. xv, n. 15, atque inde quotidie cives Æliæ lapides ad privata ac publicana ædificia sumere consueverant. ex Euseb. *Demonstr. evang.* lib. viii, pag. 406. Ac primum quidem Judæi vetera ædificia eruere et amoliri, sperantes se nova omnia constructuros ; tum novis substructionibus fundamenta effodere, ac cæmenta præparare. Sed cum fodere inciperent et aggerem exportare, tametsi multa hominum millia huic operi interdiu incumberent, noctu agger in fossam reportabatur. Infinitos quoque calcis et gypsi modios, quos in unum congesserant, repente oborti turbines et procellæ undequaque dissiparunt. Hæc Theodoret. lib iii *Hist.*, cap. 17. Permissum tamen eis a Deo est ut et vetera diruerent, et ad novum opus imponendum fundamenta denudarent. Interea Judæi insultare nostris, Rufini verba sunt lib. i *Hist.*, cap. 37. *ac velut reparatis sibi regni temporibus communicari acrius, ac sævitiam ostentare, prorsus immani tumore ac superbia agere.* Dum autem Theodoretus ait lib. iii *Hist.*, cap. 17, eos veteris ædificii reliquias diruisse, id de omnibus solo prominentibus ædificiis ac veterum etiam fundamentorum parte maxima intelligendum ; [LXIII] nam post hanc ætatem conspecta adhuc Salomonæi templi quædam saltem fundamenta auctores gravissimi testantur. S. Ephræm. hom. de margarita gr., pag. 398, Ἕως τῶν νῦν οἱ θεμέλιοι ἵστανται. *Ad hunc usque diem fundamenta subsistunt.* Chrysostomus homil. tom. I, 36 vet. edit., pag. 436, novæ tom. I *Adv. Jud.* v, num. 11, p. 646, historiam refert de qua agimus, aitque cum Judæi fundamenta nudare cœpissent, multumque aggeris exhausissent, jamjamque structuram essent aggressuri, multos, igne e fundamentis exsiliente, combustos fuisse cum lapidibus etiam loci illius. Unde colligimus eos non omnia eruisse fundamenta, sed quædam saltem addito a lateribus cæmento firmare voluisse. Idem hom. 75 *in Matth.*, pag. 794, ad hæc verba : *Non manebit lapis super lapidem* [3*], sibi objicit : *Quomodo igitur mansit?* tum respondet : *Et quid hoc ad rem?* neque *enim propterea* οὕτω *cecidit et irrita facta est sententia Domini. Aut enim his verbis integram et omnimodam solitudinem designabat, aut de loco illo in quo erat loquebatur ; hujus enim quædam partes ad fundamenta usque sunt exterminatæ* μέχρι τῶν θεμελίων ἠφανισμέναι. *Illud quoque præterea dicere possumus, ex iis quæ jam contigere pertinaciores quoque persuaderi oportere, ipsas quoque reliquias penitus abolitum iri.* Anonymus Vaticanus, qui Julianus Halicarnassæum citat, catena *in Marcum* laudatus ad cap. xiv, vers. 2, pag. 277. negat prophetiam Christ ide lapidibus intelligendam esse, sed de iis quæ in templo religiose fiebant ; nam stantes adhuc quasdam templi partes conspici, ὁρῶμεν γάρ τινα μέρη τοῦ ναοῦ ἑστῶτα. Victor Antiochenus ibidem pag. 278, sibi quemadmodum Chrysostomus objicit, nondum perfecte completum Christi de structuris templi vaticinium, sed adhuc illarum superesse vestigia, ἀλλ' ἔτι σώζεσθαι λειψάνων (leg. credo λείψανον) τούτων, quibus primum respondet Chrysostomi verbis supra relatis, sed paulum commutatis : tum alterius auctoris verba subjicit, qui hæc ad generalem omnium rerum in mundi consummatione ruinam et eversionem, in qua etiam templi lapides cum cæteris rebus dicuntur, refert. Tandem Guillelmus Tyrius *Belli sacri* lib. i, cap. 2, referens Homarum a Sophronio requisivisse quonam olim in loco Salomonæum templum exstitisset, ait : *Ostendentes ei locum designaverunt, aliqua vetusti operis exstantia vestigia demonstrantes.* Hæc paulo fusius a me tractata, quod ea jam invaluerit opinio, Judæos Juliani tempore omnia prorsus templi ædificia et fundamenta eruisse, suisque manibus Christi vaticinium adimplesse ; quod uti maxima ex parte verum, ita non est usquequaque ungendum. Nec minus propterea impleta est Christi vaticinatio : nam sive tum, sive aliquot sæculis postea, cum templum eodem in loco a Saracenis excitatum est, plenum et integrum sortita effectum est. Sed et alterum eo tempore adimpletum est ipsius Cyrilli vaticinium, quo ante annos decem et septem dixerat cat. xv, num. 15, futurum aliquando ut omnes templi lapides eruerentur ; idque fortassis aliis causis, fortassis etiam *ædificationis prætextu* eventurum [LXIV] esse. Quod autem addit, tum Antichristum venturum, id falsum esse ipso eventu comperit.

61. Postquam omnia novæ ædificationi necessaria evertere Judæi, sese ad nova construenda alacriter compararunt. *Apertis igitur fundamentis*, verba sunt Rufini, lib. i *Histor.* c. 37, *calce cæmentoque adhibitis, nihil omnino deerat, quin postera die veteribus deturbatis nova jacerent fundamenta (aut vetera novis substructionibus corroborarent),*

[3*] Matth. xxiv, 2.

Cyrillus vero imperterritus mansit, ac diligenti consideratione habita,vel ex illis quæ in Danielis prophetia de temporibus legerat,vel quæ in Evangeliis Dominus prædixerat,persistebat nullo genere fieri posse ut ibi a Judæis lapis super lapidem poneretur. Cyrillo certum erat templum Judaicum nonnisi sub finem mundi ab Antichristo reparandum,imo superfutura ad illud usque tempus, quo Christi prophetia de lapide super lapidem non mansuro tandem perfecte compleretur,veteris ædificii vestigia.Id docuerat cat. xv, num. 15 ; Antichristi autem plurimas in eodem loco designaverat notas,quas in Julianum cadere non posse observaverat.Decem simul juxta Danielem,ut quidem putabat,Romanorum imperatores diversis forte in locis uno tamen eodemque tempore exsurrecturi erant ; tres ab Antichristo humiliandi,septem reliqui ab ipso subjiciendi,cat. xv, n. 12. Nihil hujusmodi in Romano imperio et Juliani initiis deprehensum. Idola odio habiturus erat Antichristus, ibid. num. 15, summum autem idolorum studium præferri a Juliano videbat.Alias mitto Antichristi notas,nimirum sese Christum dicere,prosapiam sibi ex David accersere, ibid.n.15, quæ omnia Juliano alienissima. Non igitur ille Antichristus, a quo solo templum instaurandum arbitrabatur. Unde autem haberet templum ante finem mundi et Antichristi tempora reparari nullo hominum conatu posse, id ex ejus doctrina diligentius indagandum.Rufinus ait id eum ex Danielis et Christi vaticiniis collegisse. Exstat in Daniele, cap. ix, vers. 26 et 27, diserta secundum Vulgatam prophetia : *Post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus. . . et civitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo ; et finis ejus vastitas, et post finem belli statuta desolatio. Et erit in templo abominatio desolationis, et usque ad consummationem et finem perseverabit desolatio* Hæc,inquam,diserta: post mortem Christi dissipabitur a Romanis civitas, et templum sive *sanctuarium* per *abominationem desolationis* prius profanatum : et usque ad finem mundi perseveratura est illa civitatis et templi desolatio ; cum neque civitatem ad propriam rempublicam neque templum ad usus Judaicæ religionis unquam reparare potuerint. At Cyrillus Danielem legebat ex Theodotionis versione, quæ paulo diversa est. Pro his enim verbis, *occidetur Christus*, habetur *peribit unctio :* cætera parum discrepant, nam pro his verbis, *et finis ejus vastitas*, et, *post finem belli statuta desolatio*, legitur : *Concidentur sicut in diluvio, et usque ad finem belli abbreviati ordine, internecionibus :* unde Chrysostom., hom. 3 *adv. Jud.* primi [LXV] tomi 36,pag. 334, nov. edit., tom. 1, num. 10, pag. 644, ex hac prophetia concludit ad mundi finem usque duraturam Judæorum postremam sub Romanis captivitatem ; et in argumentum sumit quod irriti fuerint eorum et sub Adriano et sub Constantino sese in libertatem asserendi conatus, et sub Juliano cœlitus impedita templi instauratio. Verum Chrysostomus A prævium irreparabili templi ruinæ ejusdem profanationem, per abominationem desolationis factam agnoscebat sub Romanis, statua in templo collocata. Cyrillus contra ipsum Antichristum existimabat esse prædictam illam a Daniele desolationis abominationem, cat. xv, num. 9 et 15.Quamobrem perseveraturam illam templi desolationem non omnino poterat ante Antichristum ex Daniele ponere,nisi duplicem admitteret,quod ego credo,abominationem desolationis ; primam sub Romanis in templo Judaico,alteram Antichristum ipsum in reparato a se templo sedentem,ut prima desolatio ad secundam usque constanter perseveraret.Aliud exstat Danielis vaticinium,cap. xi,vers.34,quod Hieronymus hunc locum commentans, a nonnullis explicatum refert de præsenti eventu. Sic legitur : *Et cum infirmati fuerint sublevabuntur auxilio parvulo, et adjungentur ad eos multi in offensionibus.* Quæ quidem non male ad rem nostram accommodari possunt. Cum enim contriti essent Judæi, Julianus eis opem quamdam obtulit ; sed quæ nihil fere esset.Tum plurimi gentilium ad eos adjuncti, sed ita ut ipsi cum eis offensi caderent.

62. Christi autem vaticinium,quo adductus,teste Rufino, Cyrillus confirmavit irritos Judæorum conatus tore,exstat in tribus Evangeliis consignatum. *Non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur.* Prophetiam hanc jam adimpletam fuisse, cum templum a Romanis subversum fuisset, asserebat cat. x, n. 11. Idem tamen cat. xv, n. 15, eam perfecte non adimplendam dixit nisi sub finem mundi, proxime ad Antichristi tempora qui illico esset adfuturus.Nihil mirari debemus,quod duplex uni prophetiæ diverso tempore assignetur exsecutio. Idem epist. ad Constant., n. 6, de apparituro ex Christi prædictione lucido in cœlis crucis signo docet ; sed ut alterum Christi prophetiæ, post ruinam templi sub Vespasiano,in fine mundi assignaret eventum, fecit templi ruinæ prædictio conjuncta in Evangeliis cum novissimis temporibus,et cum Antichristi signis,ut Cyrillus intelligebat cat. xv, n. 5, 6, 7, 8, ac potissimum cum abominatione desolationis, quam non opinabatur aliam esse ab Antichristo ipso, qui templum esset instauraturus ut in eo se populorum adorationi, Dei loco proponeret,cat. xv, n. 9 et 15. Mansuras ergo ad tempus illud veteris templi ruinas, et inefficaces aliorum ad illud instaurandum conatus putabat ; donec semel impleri cœpta Christi vaticinatio plenum atque integrum effectum habuisset.Hunc autem duntaxat proxime Antichristi tempora erat habitura ; nullum vero proximi Antichristi signum spectabatur. Igitur timendum non erat, ne vel Julianus novum templi ædificium ad Judaicæ religionis usus excitaret, [LXVI]quod Antichristo servatum ; vel Judæi veteris ædificii lapides omnes eruerent, quod instante solum Antichristi adventu,nondum proximo futurum erat. Hæc quidem Cyrillo secundum doctrinam a se olim in catechesibus expositam et cogitanda et

dicenda erant. Verum Cyrilli dictum paulo aliter refert Socrates lib. II, c. 29, qui ex Rufino hausisse et commutasse videtur. Ait Cyrillum multis astantibus palam eo tempore prædixisse, *futurum brevi ut in templo lapis super lapidem non maneret, sed Salvatoris oraculum* penitus *compleretur*. Quod quidem Cyrillus suarum catecheseon doctrinam sequens dicere non potuit, nisi proximum supponendo mundi finem et Antichristi adventum. Nisi, cum videre æquata solo exstantia omnia veteris structuræ ædificia, et fundamentorum ipsorum maximam partem evulsam, suam illam correxerit, quam revera falsam comprobavit eventus sententiam, oraculum Christi de templo nonnisi in mundi fine et sub Antichristi tempora penitus complendum. At templum ad Judaicæ religionis usus nunquam instaurandum certo affirmare poterat, ex innumeris tum veteris tum novæ legis vaticiniis, quibus æterna antiqui fœderis abrogatio et commutatio, et ad finem usque mundi duratura Judaici populi sine sacerdotio sacrificioque dispersio portendebatur. Quo fit, ut neque in millenario Christi regno assertam ab Apollinaristis templi et veterum sacrificiorum instaurationem, æquo animo Patres audire potuerint.

63. Cyrilli vaticinium non fefellit eventus. Nam subsequenti nocte quæ ad incipiendum opus jam sola restabat (Rufini verbis utor lib. I, c. 38), *terræ motus ingens oboritur, et non solum fundamentorum saxa longe lateque jactantur, verum etiam totius loci pene ædificia complanantur. Porticus quoque publicæ, in quibus Judæorum multitudo, quæ operi videbatur insistere, commanebat, ad solum deductæ, omnes Judæos qui reperti sunt oppressere.* (13) Postquam motus terræ conquievit, qui supererant Judæi, cum imperatoris mandatis quibus parere nefas erat pressi, tum complaciti operis perficiendi desiderio stimulati, rursus instare operi. Ac dum denudare fundamenta, et ædificare apparant, metuendi flammarum globi, prope fundamenta ex Ammiano, vel ex fundamentis ipsis secundum Chrysostomum, Theodoretum ac Sozomenum, crebris assultibus erumpentes (Ammiani verbis utor lib. XXIII init.), *fecere locum exustis aliquoties operantibus inaccessum ; adeo ut plurimis fodientium consumptis, cæteri fuga salutem comparare coacti sint* Iidem ignes ex Chrysostomo lapides etiam loci illius combussere, quos nimirum terræ quassus nocte non excusserat. *Qui tum fugere, ad propinquam quamdam ecclesiam perrexerunt, partim orationis causa, partim, ut in ejusmodi rebus accidere solet, eo quod offerebatur ad periculi propulsationem utentes.* Quid iis factum referre pergit Nazianzenus. *Sunt*, inquit, *qui eos ne a templo quidem admissos fuisse commemorent ; sed cum ad apertas fores accessissent, repente easdem clausas pessuloque obductas offendisce potentia* [LXVII] *quadam invisibilii. Hoc autem uno jam ore omnes referunt ac pro certo habent, quod eos summa vi atque contentione ingressum sibi aperire conantes, ignis e templo occurrens inhibuit : eosque partim exussit et absumpsit ; partim præcipuis corporis partibus truncatos, vivam columnam divinæ adversum peccatores comminationis et motionis reliquit* (14). Nec ibi ultrix flamma constitit (15). Nam in parte alia, cum ad requirendos eos, quos noctu porticuum oppresserat ruina, prima luce concurrerent Judæi ; ex æde quadam et camera inferiori inter porticus dejectas aditum habente, in qua ferramenta aliaque operi necessaria recondebantur, subito globus quidam ignis emicuit ; qui per medium plateæ decurrens, adustis exanimatisque qui aderant Judæis, ultro citroque ferebatur. Quod quidem iterum, sæpiusque et frequentissime per totam illam diem continuatum (16). Socrates aliud prodigium ignis e cœlo delapsi narrat ; qui, cum frequens convenisset ad spectanda tot monstra Judæorum multitudo, iis præsentibus omnia opificum instrumenta consumpsit, malleos, scalpra, secures, ascias, etc., quo in incendio totus dies insumptus est. Neque hic divinæ iræ demonstratio conquievit, cum tot prodigiis necdum rebellis populi pertinacia frangeretur. Eadem enim et proxime insequenti nocte, lux in cœlo stetit crucem in orbem describens, quæ victoriæ adversus impios a Christo reportatæ tropæum signabat (17). Ea crux, ex Theophane *Chronogr.*, pag. 44, a Golgotha ad montem usque Olivarum protensa, multo splendidior ea, quæ sub Constantio visa fuerat, apparuit (18). Præterea in omnibus Judæorum vestibus inustæ divinitus ac consignatæ cruces, ex Theodoreto, atro colore suffusæ, quæ nullis lotionibus aboleri potuerunt, tantæque tenacitatis fuere, ut Nazianzenus miraculi testes et conscios postea contestaretur, uti proferrent vestes suas illas tum crucibus signatas ; non uno quidem in loco notatas, ex Theodoreto, sed iis signis repletas. Addit autem Nazianzenus, simul ac quispiam sive nostrorum, sive exterorum hæc narrabat aut narrantes audiebat, statim hoc miraculum in se ipso vel in vicino suo perspexisse : adeo ut vel ipse sese stellatum notisque distinctum, vel illum ita in vestimentis notatum intueretur ; ut omnem textorii artificii elegantiam, ac summa cura elaboratam picturam notæ illæ admirabili varietate superarent. Quod quidem monstrum non Hierosolymis solum, sed Antiochiæ reliquisque in urbibus evenisse refert ; nec in solis sive Judæorum sive Christianorum vestibus, verum etiam in altarium mappis, libris, cæterisque hujusmodi Ecclesiæ ornamentis.

64. His omnibus prodigiis deterriti cum Judæi, tum Julianus ipse opus incœptum dimittere coacti sunt. Multos Judæorum et paganorum eo tempore

(13) Sozom., lib. XLV, c. 21.
(14) Naz., orat. 4, p. 111.
(15) Rufin., lib. I, c. 39.
(16) Socrat., lib. III, c. 17.
(17) Naz., orat 4, p. 112.
(18) Rufin., c. 39.

veritate agnita ad Christianam religionem accessisse in confesso est Nazianzenus ait *omnes ferme quasi ex signo uno atque una voce Christianorum Deum invocasse, eumque multis laudibus ac precibus placare studuisse. Plurimos etiam non in longius* [LXVIII] *rem extrahentes, sed eodem ipso tempore, quo hæc acciderunt, ad sacerdotes nostros properavisse; adhibitisque multis precibus in Ecclesiam admissos, sublimioribus mysteriis imbutos, sacroque baptismate purificatos esse.* In ea re dubio procul emicuit Cyrilli nostri charitas et pia sollicitudo; ut cum nulla res ad gloriam Christi illustrior, ita nulla ad commendandam Cyrilli in divinis oraculis fidem, atque in amplificanda Dei Ecclesia sedulitatem honorificentior contingere potuerit Multos tamen exstitisse Judæos qui increduli et obstinati manserint, testatur Chrysostomus orat. 45. tom. V, pag. 510. Alii, ut refert Rufinus, cap. 39, qui ignem illum ex æde inferiori per medium plateæ discurrentem et obvios quosque adurentem viderunt, pavore ingenti et trepidatione deterriti, solum verum Deum Jesum Christum confiteri cogebantur inviti, sed, ut addit Socrates, voluntati ejus non idcirco gesserunt morem. sed opinione Judaismi mentibus antecepta omnino tenebantur astricti. Eventus ille tanti ad gloriam Christi et religionis ejus veritatem momenti, per se incredibilis, tam multis ac diversi generis testibus confirmatur, ut si fidem detrectare quis velit, nihil ille certi habere possit in historia. E Christianis testimonium ferunt sancti, quorum fidem ac perspicacitatem accusare sceleris est. Factum eodem, quo contigit, vel sequenti anno referebat Gregorius Nazianzenus, eorum qui conscii et testes fuerant fidem appellans. Chrysostomus qui non in uno sed in pluribus operum suorum locis, eamdem historiam regerit, rem ante annos viginti contigisse refert; nec senibus solum sed et maxime juvenibus notam et manifestam ait, ac nudata in testimonium fundamenta appellat. *Hujus*, inquit (19), *rei* nos omnes testes sumus. Ambrosius idem factum refert epist. 40, scripta anno 388, n. 12; his accedunt Rufinus in Hierosolymitanis locis diu versatus; Theodoretus, qui vixit non procul in Syria; Socrates, qui hæc omnium fama celebrata fuisse, et ad aures Juliani pervenisse memorat; Sozomenus, qui suo tempore fuisse ait, qui hoc ab ipsis spectatoribus audivissent; nec alia quæri oportere testimonia, præter ipsa rudera et imperfecti operis vestigia; ex Arianis Philostorgius lib. VII, num. 9 et 14. Tandem ex paganis Ammianus Marcellinus lib. XXIII, n. 1. Cum vero idem Ammianus eventum illud ad eum annum commemoret, quo Julianus tertium consul fuit cum Sallustio, anno 363 illud consignari necesse est. Cyrillo martyrii gratiam eripuit mors ejusdem imperatoris paulo post subsecuta. Præceperat enim, si Orosio referenti lib. VII, c. 30, fides, *amphitheatrum Hierosolymis exstrui, in quo reversus a Parthis, episcopos, monachos, omnesque ejus loci sanctos bestiis etiam arte quadam sævioribus factis objiceret, spectaretque laniandos.* Sed immania illa consilia ante vertit Deus, Juliano, divina clementia, vicesima sexta Junii ejusdem anni e vivis sublato.

[LXIX] CAPUT XII.

Cyrilli gesta primis Valentis temporibus.

65. Dulce et jucundum Ecclesiæ, sed diuturnum non fuit, Joviani, qui Juliano successit, imperium; is reconciliata Ecclesiis pace, revocatoque Athanasio ac rejectis Arianorum adversus eum supplicationibus, libertate Nicænæ fidei professoribus reddita, cujus sese sectatorem denuntiabat, omnia in statum optimum reparare satagebat. Nihil de Cyrillo ab historicis illo tempore proditum (20) Nulla ejus mentio in supplici libello a Basilio Ancyrano, Sylvano Tarsensi et quinque aliis a concilio Constantinopolitano dejectis, et eadem qua Cyrillus in causa versantibus, imperatori oblato; quo rogabant ut et Seleuciensis concilii decreta manerent, et quæ eis contraria facta erant abrogarentur, et Anomœis pulsis, ipsi in ecclesias ab eis invasas, eorum loco inducerentur. De eo etiam siletur in concilio Antiocheno ann. 363, in quo, ducibus Meletio et Eusebio Samosatensi, præsules amplius 25, et ipse etiam Acacius cum Eutychio Eleutheropolitano, aliisque ejusdem provinciæ factioni suæ conjunctis episcopis, Nicænam fidem approbarunt, et vocem *consubstantialis* (21); eo quod vox illa quæ nonnullis peregrina videbantur, a Patribus vera errorique non obnoxia interpretatione donata esset; ut significaretur Filium ex substantia Patris genitum, eidemque secundum substantiam similem esse. remoto omnis carnalis generationis vitio. Cyrillus Hierosolymis agebat pacifice: refertque Socrates lib. IV, c. 1, ipsum initio Valentis imperii, hoc est an. 364, Ecclesiam Hierosolymitanam tenuisse.

66. Jovianus quippe nocte quæ decimam sextam Februarii diem est insecuta, subita morte præreptus est. Valentinianus delectu militum summam rerum capessiit 26 mensis ejusdem; unoque post mense, die nimirum Martii 28 consortem ascivit imperii Valentem fratrem; cui reservato sibi Occidentis imperio, Orientis provincias regendas commisit. Valens, sive antequam ad imperium perveniret, hæresi jam Ariana contaminatus et ab Eudoxio baptizatus esset, quæ Socratis existimatio est lib. IV, cap. 1, sive postea tantum, ut refert Theodoretus lib. IV, c. 12, ab Albia Dominica uxore corruptus et ad Arianas partes translatus sit, atque ab Eudoxio baptizatus, ex Hieronymo in *Chronico* anno Christi 367, ab ipsis tamen imperii primordiis Arianis commodior, Catholicisque iniquior fuit. Sed post reportatam e Procopio tyranno victoriam an.

(19) Orat. 8 adv. Jud., t. I, nov. edit., n. 11.

(20) Socrat., lib. III, cap. 25; Sozom., lib. VI, c. 4.

(21) Iidem, ibib.

366, maximeque post susceptum an. 367 ab Eudoxio baptismum, gravissime in Asia primum, deinde Palæstina, post et in aliis imperii partibus Ecclesiam afflixit. Nihil ad Cyrillum attinet Lampsacense semi-Arianorum seu Macedonianorum concilium, quamvis a conjunctis ante in eadem cum ipso causa episcopis celebratum (22). Hi an 365, Valentis permissu Lampsacum convenientes, præmissa duorum mensium deliberatione, statuere Acta concilii Constantinopolitani opera ac studio Acacii et Eudoxii sancita abroganda esse : explodendam fidei formulam Ariminensem ; standum [LXX] in voce *similis substantiæ*, ad servandam personarum distinctionem necessaria : tenendam in omnibus Ecclesiis professionem Antiochenam in concilio Seleuciensi confirmatam. Decreverunt præterea ut ejecti per nefas ab Anomœis episcopi ecclesias suas reciperent ; ac si quis adversus aliquem ex illis episcopis accusationem proponendam haberet, ut ea lis coram episcopis provinciæ et finitimis, æqua lege ac pari accusatoris et accusati periculo dirimeretur. Eudoxium deinde et socios in jus citavere pœnitentiæ locum eis offerentes. Qui cum non comparuissent, adversus Acacium et Eudoxium tanquam jure exauctoratos tulere sententiam. Nulla Cyrilli pars in his decretis fuisse videtur. Quoniam tamen dubitabile est, num aliquid ad illum ex hujus concilii consectariis pertineat, hæc nos oportuit breviter attingere.

67. Acacio Cæsariensi haud dudum post Lampsacense concilium vita functo ann. 365 exeunte vel 366, (23) Cyrillus uti primarius ac nobilissimus provinciæ episcopus ejus Ecclesiæ curam suscipiens, ei sedi Philumenum quemdam imposuit. Quo vel sponte se ob turbas addicante vel per contrariam factionem sublato, Eutychius Eleutheropolitanus quem continuas cum Cyrillo exercuisse inimicitias legimus, aut ipsius mortui factio, Cyrillum quemdam seniorem ei Ecclesiæ præfecit. Non tulit injuriam Cyrillus ; sed Gelasium sororis suæ filium, virum omnibus virtutum et doctrinæ ornamentis insignem, pulso cognomine episcopum constituit. Is diu sedem non tenuit. Nam quo tempore Cyrillus ipse Valentis persecutione exsulavit, anno, ut putamus, 367, Ariani rerum domini depulso Gelasio Euzoium e suo grege in Cæsariensi sede collocarunt : qui toto deinde Valentis imperio Ecclesiam nullo turbante rexit, corruptamque Origenis et Pamphili bibliothecam (24) multo labore in membranis instaurare conatus est, ac varios multiplicesque tractatus, quos nosse perfacile erat, edidit; sed ad extremum sub Theodosio principe pulsus est ; Gelasiusque in sua sede restitutus, quam ad mortem usque circa an. 395 retinuit.

68. Contigit hoc anno LX pene episcoporum delegatio Romam, et per legatos suos conjunctio cum Romano pontifice Liberio : quos inter cum unus Cyrillus computetur, quem multi eumdem cum nostro existimant ; aliasque eorum principes ejusdem olim causæ societate conjuncti cum Hierosolymitano Cyrillo fuerint, hujus rei historiam præterire hoc loco non possumus, indagaturi postea aliusne a nostro an idem fuerit Cyrillus ille, cujus nomen inter episcopos, ad quos datæ sunt Liberii litteræ reperitur. Dum Valens bello adversus Procopium detinetur, Macedoniani qui anno superiore Lampsaci concilium celebrarant, nihil sibi magnopere timendum existimabant. (25) Verum sublata an. 366, 28 Maii, Procopii tyrannide, metuentes ne Eudoxius imperatorum et familiares suis partibus conciliaret, suisque adversarios calumniis premeret, conatus ejus prævertere et Acta concilii Lampsaceni Augusto significare statuerunt : ipsique e [LXXI] Thracia revertenti apud Heracleam obviam fiunt. Sed imperatorem et aulicos offenderunt jam artibus Eudoxii occupatos. Illos enim primum hortatus ne ab Eudoxio disjungerentur : cum illi repugnarent et fraudem in concilio Constantinopolitano factam, eversaque ibi Seleuciensis concilii decreta objicerent Eudoxio ; inflammatus iracundia jussit in exsilium ire, eorumque ecclesias aliis tradi (26). Concilio deinde Arianorum Nicomediam indicto, præsens ipse, metu exsilii et bonorum confiscationis, invitum et renitentem Eleusium coegit eorum dogmatibus assentiri. Qui pœnitens facti Cyzicum reversus propriam culpam fassus est; et abire volens plebis suæ charitate et amore retentus. (27) Macedoniani vero reliqui impendentium malorum metu, de civitatibus suis alter ad alterum legatos mittere, significareque sibi necessario confugiendum, cum ad Valentinianum imperatoris fratrem, tum ad Liberium Romanum pontificem : quorum fidem potius amplectendam, quam conjungendam, uti volebat imperator, cum Eudoxio communionem. Quoniam vero non licebat ipsis in unum convenire, diversis conventibus Smyrnæ, in Pisidia, Pamphylia et Lycia celebratis, tres in Occidentem legatos mittunt, Eustathium Sebastenum, Sylvanum Tarsensem ac Theophilum Castabalensem : quibus in mandatis datum, ne cum Liberio de fide contenderent, sed cum Romana Ecclesia communionem ineuntes, fidem consubstantialitatis assensu suo comprobarent. His litteras dedere tum ad Valentinianum imperatorem, quem in Galliis bello contra Sauromatas occupatum legati adire non potuerunt ; tum ad Liberium Romanum pontificem, reliquosque Occidentis episcopos, utpote qui fidem sinceram et firmam ab apostolis tenerent, et præ

(22) Socrat., lib. IV, cap. 2 et 4 ; Sozom., lib. VI, c. 7.
(23) Epiph., LXXIII, n 37.
(24) Hieron., *Catalog.*, c. 113.
(25) Sozom., lib. VI, c. 7.
(26) Socrat., lib. IV, c. 6.
(27) Socrat., lib. IV, cap. 11 ; Sozom., lib. VI. c. 10.

cæteris religioni prospicere tenerentur : orante ut legatis suis viribus omnibus præsto essent; cum ipsis quid factu optimum esset consultarent, ut status Ecclesiæ in melius restitueretur. Ii qui litteras illas scripserunt, sunt dubio procul quinquaginta novem illi episcopi, quibus per litteras suas respondet Liberius, omnium nominibus in inscriptione præfixis. Paucorum nota sunt et nomina et sedes. Cyrillus secundo loco recensetur : sitne noster an alius, mox indagabitur.

69. Legati tres Romam appulsi litteras suas pontifici obtulere. Ille primum respuere, quasi oblatas ab Arianæ partis hominibus qui Nicænam fidem abrogassent. Qui cum agnita veritate resipuisse se dicerent, Anomæorum hæresim jampridem rejecisse, et similem quoad omnia Patri Filium confessos quod nihil a consubstantiali discreparet : jussit eos scripto suam fidem ac sententiam profiteri. Illi dato ad Liberium libello declarant, se ab diversis episcoporum conventibus deputatos, tam suo quam delegantium nomine Nicænam fidem, in qua verbum consubstantiale sancte et pie adversus Arianam hæresim positum sit, et tenuisse, et tenere et ad finem usque servaturos. Damnant etiam Arium et doctrinam ejus cum discipulis et sectatoribus, hæresesque omnes Sabellii. Patripassianorum, Marcionistarum. Photinianorum [LXXII] Marcellinianorum, Pauli Samosatensis : anathemate feriunt doctrinam omnem Nicæno concilio adversantem, inprimis Ariminensem formulam, cui ex Nice Thraciæ apportatæ Constantinopoli subscripsissent dolis et parjurio subducti ; tum subjecta ex integro Nicæni concilii fide, hanc in extrema epistola clausulam adjiciunt, quod si quis in posterum adversus ipsos aut eos a quibus sunt delegati, crimen aliquod intendere voluerit, cum pontificis litteris ad quoscunque probaverit pontifex orthodoxos episcopos, veniat, et ipsis judicibus secum disceptet ; et quodcunque probatum fuerit crimen, in auctorem vindicetur. Hæc sponsione obstrictos Liberius in communionem recepit, datisque tum suo, tum Italiæ et Occidentis episcoporum nomine ad delegantes præsules, omnesque Orientis orthodoxos episcopos litteris dimisit. In iis gratulatur Orientis episcopis, quod tum ex eorum litteris ad se perlatis, tum ex trium legatorum professione intellexerit eos et secum et cum aliis Occidentis episcopis in eadem fide consentire, monitosque cupit, eos omnes episcopos, qui Arimini dolo et injuriis ac subscribendum fuerant compulsi revocata jam sententia formulam illam impiam anathemate damnasse, et Nicenæ fidei, magno Arianæ doctrinæ odio atque horrore, subscripsisse. Acta hæc Romæ ante 24 Septembris quo die Liberius obiit, Gratiano et Daglaifo coss., hoc est an. 366. Revertentes legati in Siciliam proficiscuntur : ubi concilio provinciæ convocato ac fide Nicæni concilii confirmata, litteras ab Orientis episcopis ejusdem cum Liberianis tenoris accepere. Non in Siciliam solum, sed in alias etiam Occidentis partes, eos vel simul, vel separatim alium in aliam partem contendisse credibile est ; cum ad Tyanense concilium attulerint ex Sozom lib. VI, cap. 12, cum Liberii et Siciliæ episcoporum litteris, alias Italiæ, Africæ et Galliæ præsulum litteras (28). Tyanense illud concilium anno 367 sequente, verno tempore celebratum est : in quo recepti ad communionem legati, datæque ad omnes Ecclesias litteræ ut eos in communionem admitterent, rogato etiam hujus rei et suffragiorum concordiæ in scriptis testimonio. Tarsum quoque concilium indixerunt ad certum diem, ut pax Ecclesiæ et concordia communi consensu stabiliretur. Concilium illud Tarsense impeditum est, cum ab imperatore per Eudoxium adversus Catholicos incenso, tum a pertinacioribus quibusdam Macedonianis episcopis, qui Antiochiæ in Caria ad triginta quatuor congregati, consubstantialis vocabulum nunquam admittere voluerunt, et in Antiocheno symbolo Seleuciæ confirmato acquiescere se professi sunt. Gravior deinde Valentis persecutio subsecuta est. Is Asiaticorum episcoporum ad Liberium delegationis finis. Nunc inquirendum, sitne Cyrillus noster qui in Liberii litteris secundus appellatur.

70. Eum esse mihi omnino persuadere nequeo. plurimis de causis. Primo enim, quid hæc Romana delegatio ad Cyrillum, qui Hierosolymis pacifice agebat, quemque nihil contigerat metus ille, qui delegantes impulit ut [LXXIII] in Occidente patrocinium quærerent? Metuebant sibi a concilio Lampsaceno, in quo male multaverant Eudoxium quem ne injurias suas ulcisceretur una Procopiani belli ratio remorata erat ex Socr. lib. IV, cap. 3. Denuntiaverat eis imperator, ut se cum Eudoxio conjungerent (Soz., lib. VI. cap. 7) ; quod malum ut averterent, Romæ et apud Valentinianum quærendum præsidium censuere. Nihil Cyrillo commune in illa Eudoxii offensione, nihil in illis Augusti de conjungenda cum ipso societate mandatis. Secundo, omnes illi episcopi ad eam Romani imperii partem pertinebant quam nos Asiam minorem nunc solemus dicere : quorum sedes et nomina novimus sunt ex Thracia, Lydia, Cilicia, Armenia Cappadocia, Isauria. Eorum conventus, teste Socrate lib. IV, cap. 10, unde ad Liberium litteras dedere. Smyrnæ, in Pisidia, Isauria, Pamphilia, Lycia, celebrati. Hæc distant maxime a Palæstina ; nec eo occurrere videtur potuisse Cyrillus, cum raptim et festinanter coacta sint hæc concilia. Nam ita celeriter transacta res est, ut mirum sit tam multis rebus satis temporis suppeditasse. Romam pervenit legatio non serius Septembris mensis initiis : nec decreta est nisi aliquanto tempore post mortem Procopii, quæ extremis Maii diebus contigerat. Nam Procopio in Phrygia debellato, et occiso, Va-

(28) Sozom., lib. VI, cap. 12.

lens fratrem Romam proficiscentem aliquot dierum viam comitatus est. Inde ei revertenti, Heracleæ obviam fiunt Lampsaceni concilii legati ; quibus male habitis, consultant inter se episcopi. legatis in urbes alter ad alterum missis, de quærendo in Occidente subsidio, tum in privatis conventibus quos in locis maxime dissitis celebrant, de mittenda in Occidentem legatione statuunt. Non potuere in his conventibus nisi finitimi episcopi interesse ; nec dissitos episcopos exspectandi tempus fuit, ut Cyrillus e Palæstina in Ciciliam et Isauriam adventaret. Tertio, ne eo Cyrillus adiret prohibebant occupationes in Palæstina ei ex Acacii morte natæ. Nam hoc anno duos Cæsareæ creavit episcopos, Philumenum, eoque statim expulso Gelasium. Quarto, illi omnes episcopi Nicænam fidem abrogaverant. quorum litteras ea ratione primo recipere detrectabat Liberius : cui responderunt legati, eos agnita veritate resipuisse Per illam Nicæni symboli abrogationem intelligebat Liberius, subscriptionem confessionis Arimensis, quam in sua ad eos epistola subscriptam ab eis fraude et perjurio deceptis ait. Atqui Cyrillum nullibi legimus huic formulæ subscripsisse ; secutumque ejus exsilium antequam ea per provincias deferretur, eum videtur ab hac subscriptione liberasse. Quanquam fateor verba Liberii ita urgenda non esse, ut nemo eorum ad quos scribit a subscriptione illa liber fuerit ; eademque ratione qua Cyrillum. quosdam in concilio Constantinopolitano absentes depositos, qui in litteris tamen Liberii comprehenduntur, subscriptionis hujus immunes agnosci posse ut Neonam Seleuciensem (29) Quinto, ex gestis concilii Tyanensis colligitur, episcopos de quibus agimus alienos fuisse a communione eorum præsulum, qui sub Joviano una cum Meletio consubstantialitatem [LXXIV] receperant. Legatos enim eorum atque ipsos ad communionem admisere, utque idem in omnibus ecclesiis fieret per litteras admonuere. Atqui Cyrillus jam ante Antiochenum sub Joviano concilium in Meletii et communionem et familiaritatem admissus erat, ut vidimus, cap. II, n. 59. His omnibus argumentis adducor ut alium prorsus a nostro Cyrillum in Liberii litteris commemorari existimem. Quis ille sit conjicere possumus, non affirmare : neque enim Cyrillos omnes qui id ætatis fuerunt novimus. Facile crederem illum esse Cyrillum in Armenia episcopum, de quo Basilius epistolis 58 et 187, si constaret eum fuisse ante hæc tempora ordinatum.

CAPUT XIII.

Cyrillus sub Valente tertium sede dejectus exsulat. Quis eo exsule Palæstinæ et in primis Hierosolymitanæ Ecclesiæ status.

71. Certum est Cyrillum sub Valente exsilio multatum Ecclesiam tertio amisisse. Epiphanius qui anno 375 scribebat, recenset episcopos qui eo depulso Ecclesiam ejus tenuissent ; et hoc tempore ab Hilariono occupatam testatur. Hieronymus et Sozomenus Cyrillum post Valentis mortem. Theodosio principe, Ecclesiam suam recuperasse tradunt ; amiserat igitur sub Valente. Quo autem Valentis anno, non satis constat ; sed cum diuturnum fuerit ejus exsilium, non uno sed pluribus interim ejus sedis invasoribus in historia memoratis ; expulsionem ejus non ad aliud possumus magis opportunum tempus revocare, quam ad annum 367, quo Valens ab Eudoxio baptizatus (30), singulis cujusque provinciæ præfectis mandatum dedit, ut abdicati, Constantii temporibus, episcopi, qui sub Juliano fuissent in sacerdotia sua restituti, ecclesiis expellerentur. Quo quidem mandato Athanasius abiit Alexandria, multique alii catholici episcopi suis civitatibus ejecti, in his Cyrillum nostrum numerare licet. Ejus sedem toto illo tempore tenuere secundum Socratem, Sozomenum et Nicephorum, Heraclius et Hilarius, qui idem est cum Helladio ab auctore Catalogi Coisliniani post Heraclium nominato : secundum Epiphanium, Cyrillus alter a nostro et Hilarionus idem cum Hilario. Hieronymus post restitutum secundo Cyrillum unum Hilarium qui ei successerit refert. Quo autem migraverit Cyrillus altum in historia silentium ; sed eum loca exsilii varia commutasse colligi potest ex concilii Constantinopolitani verbis, in quo Patres dum Cyrillum laudant, aiunt eum plurima variis in locis contra Arianos certamina subiisse : quorum omnium certaminum causas et modos tacuit historia.

72. Quam luctuosa, absente Cyrillo, Palæstinæ et Hierosolymitanæ Ecclesiæ facies fuerit, non tacuerunt scriptores. In eam enim influxerunt et Ariani et Apollinaristæ et Pneumatomachi et omnis generis hæretici eamque labem domesticæ turbæ consecutæ sunt. Gregorius Nissenus lib. II *in Eunom.*, pag. 315, Palæstinam numerat inter provincias quæ hæreticam vastationem et grassationem expertæ sunt. pulsis [LXXV] ecclesiarum præsidibus propter fidei defensionem insignibus. Cæsareæ pulso Gelasio, quem Cyrillus ei Ecclesiæ præfecerat, substitutus ex Arianorum grege Euzoius. Erant quoque alii ex eadem factione episcopi, ut Gemellinus Philippus Scythopolitanus Patrophili successor et Anastasius Philippi alii que. *Qui quidem*, ait Epiph. hæres. LXXIII, num. 37, *non occulte sed palam et audacter velut omnis bonitatis expertes, non Arii solum decreta docent, sed et suam ipsorum propugnant hæresim, ac veritatis professores insequuntur : quos non verbis modo niluntur evertere, sed hostilibus inimicitiis ac bellis lacessunt, et in rectæ fidei sectatores gladiis etiam animadvertunt ; nec in una duntaxat provincia, sed in plerisque nefarie bacchati sunt* Hæc ille circa an 375 ; addit n. 38, *eos publice prædicare non dubitasse, creatum*

(29) Soz., lib. VI, cap. 12.

(30) Ibid.

« esse Dei Filium, et creatum Spiritum sanctum, ac « Dei substantia alienum. » Idem num. 24, de illis ait: « Hodie audaciam ac licentiam nacti ac carnis bra- « chio freti, nulla re jam obstante, quorum consilium « inierant aperte illa prædicant. Nullus enim jam « pudor illos retardat, neque mandato ullo coerciti « simulationem quamdam ac speciem præ se ferre « coguntur, ne nova quædam et inusitata agere vi- « deantur. » Apollinariana etiam hæresis in eadem provincia grassabatur; cum enim post mortem Athanasii, episcopi Ægyptii nonnulli in Palestinam relegati essent, S. Basilius epist. 293, in litteris quas ad eos dedit, divinam Providentiam laudat, quod in eam provinciam ad comprimendam Apollinarianorum hæresim destinati videantur.

73. Mala hæc omnia sese in desertam a legitimo catholicoque episcopo Hierosolymitanam Ecclesiam propensius effuderunt. Cumque locus magna confluentium ex omnibus partibus Christianorum frequentia celebraretur, eo facilius sub episcopis Arianis, hæreticorum et cujusvis generis pestium patebat accessui. Dominabatur præsertim hæresis Ariana imperatoris auctoritate adjuta sub Hilariono, quem narrat Epiphanius hæres 66, num. 20 Arianæ communionis accusatum fuisse. Nulla communione jungebatur cum exsulibus propter fidem Ægyptiis Diocæsareæ versantibus. Joannem enim Cyrilli successorem, qui tum juvenis jam in clerum fuisse ascriptus videtur, his verbis castigat Hieronymus epist. 38, olim 61 : « Eo tempore quo totum Orientem, excepto papa « Athanasio atque Paulino, Arianorum et Eunomia- « norum hæresis possidebat, quando tu Occidenta- « libus et in medio exsilio confessoribus non commu- « nicabas; ille » (Epiphanium intelligit) « vel presby- « ter monasterii ab Eutychio audiebatur, vel postea « episcopus Cyri a Valente non tangebatur. » Sed quo tempore Epiphanius episcopus factus est anno nimirum 367, vix Joannes decennis aut duodennis erat. Quamobrem hæc Jerosolymitanæ Ecclesiæ ab Occidentis communione separatio, non potest ad ea tempora extendi, cum Epiphanius adhuc monasterii presbyter esset, et Ecclesiæ clavum teneret Cyrillus. Idem Hieronymus inferius in eadem epistola sciscitari non vult utrum [LXXVI] Joannes persecutionis Valentis tempore crederet, quod postea profitebatur, « SS. Trinitatem ejusdem substantiæ et coæternam, « ejusdem gloriæ et divinitatis esse; num amaret eos « qui talia prædicaverunt; cum quibus esset quando « ista dicentes exsilia sustinebant; » sed ipsi objicit, « quod Theone presbytero Spiritum sanctum Deum in « Ecclesia prædicante, clauserit auresforas, que cum « suis concitus fugerit, ne tantum audiret piaculum. Ex quo tamen colligimus non adeo deditam Arianis Ecclesiam fuisse, quin sanæ et orthodoxæ doctrinæ a Cyrillo traditæ generosos haberet professores; sed erant in eadem Ecclesia Pneumatomachi, quos ab Ecclesiæ communione extorres, post Cyrilli reversionem ab exsilio, Melania curis et sollicitudinibus suis Ecclesiæ reconciliavit, ut cap. seq. dicemus. Apollinarianæ quoque hæresis contagio eadem laborabat Ecclesia, unde turbæ inter fideles maximæ excitatæ. De iis post Cyrilli reditum maxime inflammatis, eodem capite a nobis agitur; sed antequam revocaretur ab exsilio, disputationes circa incarnationem ab Apollinaristis dubio procul exortæ, solitarios monasterii in monte Olivarum ædificati turbaverant et sciderant. Palladius et Innocentius ex eodem monasterio, Basilium rogarunt ut pacis sequester esse vellet. Qui respondit epistola 184, an. 372, cupere se vehementer arbitrum pacis esse, sed hoc voto non succedente, dolorem quidem ex ea re capare, haud tamen propterea cuiquam inimicum esse posse, cum bonum pacis jam dudum amissum esset. Idem de iis turbis ad Epiphanium scripsit epist. 325, anno 377, aitque Epiphanium fratrum in monte Oliveti dissensionem moleste excepisse, ac pacem inter eos conciliari cupivisse; nec porro ignorasse quæ a nonnullis male ad inventa turbas ingenerassent. Subdit deinde Palladium et Innocentium scripsisse sibi de addendis ad Nicænam fidem, præter articulum de Spiritu sancto, capitibus aliquibus circa incarnationem, quæ neque examinasset neque recepisset. In causa sine dubio erat eorum minime necessaria subtilitas. Cyrillo qui pacis sequester ex officio esse debebat, absente, Basilius et Epiphanius fuerant in subsidium appellati. His omnibus malis accedebat Catholicorum inter ipsos divortium, propter opositas Paulini et Meletii factiones. Paulinum sequebantur Occidentales, quorum multi Hierosolymis monasticam vitam exercebant. Hæc omnia Cyrillo cum ab exsilio revertit, multum negotii facessivere.

CAPUT XIV.

Cyrillus ab exsilio post mortem Valentis revertitur: Ecclesiam offendit maxime divisam.

74. Valente a Gothis prope Adrianopolim die 9 Augusti, an. 378, superato et exusto, Gratianus Asia et residua Africæ parte imperio suo adjuncta (31), malis Ecclesiæ a patruo illatis medicaturus, præcepit ut episcopi ab illo religionis causa in exsilium ejecti restituerentur, ecclesiæque illis redderentur, qui Damasi communionem amplecterentur. Vi legis hujus multi revera episcopi rediere. Unum ex illis [LXXVII] Cyrillum fuisse, probat tum id quod affirmat Sozomenus, quo tempore Gratianus Theodosium consortem ascivit imperii, nimirum 19 Januarii an. 379, Arianos omnes Orientis ecclesias patriarchales videlicet, Hierosolymitana excepta, etiamnum tenuisse; tum quod Socrates ait, lib. v, c. 3, eodem tempore Cyrillum Hierosolymitanæ Ecclesiæ præfuisse. Quod si præfatus Sozomenus alibi dicat lib. nempe IV, c. 30, Cyrillum Theodosio demum imperante ad Ecclesiam suam revertisse, ita intelligendum est, quasi tempus omne, quod ab obitu

(31) Theod., l. v, c. 1, 2; Socr., l. v, c. 1, 2; Soz., l. VII, c. 1.

Valentis exactum est, in Theodosii imperio compuet. Hieronymus ait in *Catalogo*, Cyrillum sæpe pulsum Ecclesia et receptum, ad extremum sub Theodosio principe octo annis inconcussum episcopatum tenuisse. Cum Cyrillus, anno 386, et Martio quidem mense decesserit, nisi ab anno jam 378 reverterit, non possunt octo anni inconcussi episcopatus numerari : qui ne sic quidem pleni et integri obtinentur, sex fere mensium spatio decurtati.

75. Perturbatam superiorum temporum confusione offendit Ecclesiam, dum omnia hæreticis licent, ac nullus est moderator. Ex domesticis turbis et scissionibus vitium in mores influit, qui tum Hierosolymis, ut infra videbimus, corruptissimi fuere. Turbas peperere Apollinaristæ, Pneumatomachi ; quibus accessere et Pauliniani et fervidi Catholici, Cyrillum propter vetera cum semi-Arianis fœdera suspectantes. (32) Hæ turbæ ecclesiis cognitæ causa fuerunt, cur concilium quoddam eo tempore celebratum, cum decerneret Gregorium Nyssenum ad reparandam Arabiæ Ecclesiam eo se cum publica auctoritate conferre, simul statuerit, ut cum esset Arabia, Hierosolymis conterminа Gregorius eam quoque urbem inviseret, cum ecclesiarum Hierosolymitanarum præsidibus consultaturus quid remedii turbatis rebus afferri posset; nam ibi mediatore opus erat. Quodnam fuerit concilium illud, cum inter eruditos disputetur, facile acquiesco in Baronii sententia, quam sequitur Tillemontius, nota 5 *in Greg. Nyssen* pag. 735, hic designari concilium Antiochenum anno 379, nono vel decimo post S. Basilii mortem mense, hoc est Septembri vel Octobri celebratum, teste Nysseno, *Vita S. Macrinæ*, p. 187. Non ex Antiochia Arabiam et Hierosolymam extemplo se contulit Nyssenus, sed in patriam remeavit, Macrinæ sororis funeri interfuturus, *ibid.*, quæ aiebat ipsi in extremis posita, eum ad auxilium et correctionem ab ecclesiis mitti et vocari. Sancta hæc virgo sub finem anni 379 decessit, nec ante annum sequentem destinatum iter peragere potuit. Interim Melania et Rufinus, post Ægyptiorum confessorum revocationem ab exsilio, Hierosolymam appulsi, monasterium ibi exstruxere : clerum Ecclesiæ donis plurimis et alimentis suppeditatis honoraverunt : reconciliandæque paci studentes, cura, studio, persuasione perfecerunt, ut omnes hæreticos Pneumatomachos, hoc est Spiritus sancti divinitatis hostes, ad Ecclesiam adducerent. Πάντα αἱρετικὸν Πνευματομάχον συμπείσαντες, εἰσήγαγον εἰς τὴν Ἐκκλησίαν. Hæc Palladius *Lausiacæ Hist.* c. 118. Hæretici illi, ut [LXXVIII] vidimus, cap. superiori, n. 73, in Ecclesia et fortassis in clero erant, dum abesset Cyrillus ; ita ut cum Joannes nostri postea successor, contrariam doctrinam in Ecclesia prædicari audiret a Theone presbytero, cum suæ hæresis sociis aufugerit. Hilarionum Arianæ communionis labe infamem, verisimile est mitiorem Ariana hæresim et ex ea natam non admodum dure insectatum esse.

(32) Greg. Nyss., *De eunt Hierosol.*, t. III, p. 653.

A Quamobrem illam Pneumatomachorum ab Ecclesia separationem et excommunicationem possumus in Cyrillum optimo jure conferre ; qui cum presbyter catecheses pronuntiaret, non semel adversus eos qui Spiritum sanctum a Trinitate separabant, strinxerat stylum. Pneumatomachorum porro conversionem ad hunc annum referimus; quoniam anno sequente Jerosolymam cum venisset Nyssenus, omnes in orthodoxa SS. Trinitatis fide concordes se reperisse testatur, epistola ad Eustathiam, etc., pag. 657. Ne Pauliniani schismatis finem, ejusdem Melaniæ curis perfectum, hoc quoque anno ponamus, obstant eæ quas idem Nyssenus postea offendit turbæ.

76. Gregorius anni sequentis verno tempore iter ingressus, lustrata Arabi, Jerosolymam pervenit. B Turbarum auctores sic incensos reperit, ut ipsius etiam Gregorii, qui pacis sequester venerat, communionem defugerent. *Cur*, inquit, epist. ad Eustath. pag. 660, *tanquam fugiendi et adversandi judicamur, et aliud contra nos, quasi sancta contaminemus, excitatur altare?* Nullum habebat Gregorius Jerosolymis altare, præter illud in quo catholicus episcopus loci sibi communione conjunctus sacrum faciebat, quodque omnibus unitatem Ecclesiæ catholicæ retinentibus commune erat. Hi ergo aliud contra Cyrillum, cui Gregorius communicabat, exstruebant altare, atque, ut loquitur Gregorius, pag. 657, « indivisam Christi tunicam lacerantes, Christi « nomen in Pauli et Cephæ appellationes secabant. » Cujusmodi essent schismatici illi, non satis aperit C Gregorius, sed ex notis, quibus eos ille depingit, conjiciendum Apollinaristas fuisse, vel qui ejus hæresis suspicione laborant. Primum eos nihil a catholica de Trinitate doctrina alienum tenuisse, satis probant hæ Gregorii querelæ, pag. 657, dum mirari se ait « unde nata sint divortia, cum omnes Patrem « et Filium et Spiritum sanctum, qui unam in in- « confusa et distincta Trinitate naturam, gloriam et « potestatem obtineant, pie glorificent et adorent. » Secundo eos eodem loci describit uti « homines divino « se zelo agi jactantes, qui sibi plus cæteris et scientiæ « et puritatis atque innocentiæ arrogarent cæterorum- « que simplicitatem adeo contemnerent, ut abomina- « biles spectarent cum recta quamvis Christi prædica- « tione ad se accedentes. » Tertio, hos patet præterea inani Arianismi formidine Cyrillum despexisse, quasi unum ex illis episcopis qui iniquis Ecclesiæ tempo- D ribus humana gratia et favore evecti essent; quos despuere et rejicere æquum esset ne humana potestas se- se efferret adversus veritatem. Id suadent illa Gregorii verba, quæ, ut puto, ad aliud pertinere non possunt pag. 657: « Hic quæ belli probabilis causa esse queat? « Tunc sane cum late obtinebant hæretica dogmata, « laudabilis etiam [LXXIX] res erat se periculo objice- « re adversus potestates, per quas adversariorum dog- « ma stabiliri videbatur, ne ab humanis potestatibus « salutaris doctrina vi opprimeretur. Nunc autem, cum « toto orbe terrarum ex æquo palam prædicetur pietas

qui cum hominibus piam doctrinam prædicantibus bellum gerit, non ille cum iis pugnat, sed cum eo qui pie ab iis prædicatur. Quarto, inter Gregorium et schismaticos illos videtur fuisse quædam circa incarnationem doctrinæ diversitas. Id patet ex Gregorii defensione, qua errores Apollinaristarum ita a se removet, quasi eorum vel schismaticos insimulet vel ab illis insimulatus fuerit. Nam in epistola ad Eustathiam, qua justos de infelici itineris sui successu dolores expromit, ait pag. 660, se alta voce prædicare Christum Dei virtutem, semper immutabilem et incorruptibilem (legendum enim ἄφθαρτος non ἄφραστος), licet in carne corruptibili et mutabili versetur; qui non inquinetur in carne, sed quod inquinatum est purificet; se nec alium Jesum adnuntiare, nec alterum Christum designare; se non, cum B. Virginem Deiparam vocet, etiam *Hominiparam* appellare, quemadmodum eorum nonnullos facere audivit; se non tres resurrectiones, non mille annorum ingurgitationes, non Judaicorum sacrificiorum ac terrestris Hierosolymæ instaurationem, similesque fabulas annuntiare. Quæ quidem duplicem sensum habere possunt: ut aut Gregorius ab illis schismaticis Apollinarianæ hæresis insimulatus eam a se ableget ac removeat, aut eos ipse tanquam hujus suspicione aspersos tacite notet et figat. Quod quidem multo mihi probabilius videtur; si enim primum concesserimus, fatendum erit schismaticos illos Apollinarismi odio in contrariam hæresim quæ postea Nestoriana fuit, abductos esse, dum alium et alium Jesum et Christum prædicarent beatamque Virginem *Hominiparam* dicerent; atqui longe postea Gregorius ad Theophilum Alexandrinum contra Apollinarem, pag. 262, dicebat hanc Apollinaristarum catholicæ fidei criminationem esse, quod nonnulli in catholica Ecclesia duos filios colerent, unum natura, alterum adoptione; se autem a nemine talia prædicari audivisse. Non ergo ea erat horum schismaticorum doctrina; sed potius Apollinaristæ cum essent, Gregorio, Cyrillo et Catholicis oppositam hæresim imputabant.

77. Existimo ergo 1° hos homines Apollinaristas fuisse, quibus optime convenit zelus ille, quo se erga SS. Trinitatem, et promotos Ariana factione episcopos agi jactabant. Nam hujus hæresis auctores inter fervidos consubstantialis et Athanasianæ causæ defensores habiti, qui Paulini, spreto Meletio, communioni adhæserant. Illa quoque scientiæ affectatio, et aliorum simplicitatis despectio ab Apollinaristis alienanon est, quorum hæresis multis subtilitatibus constabat. Quod autem B. Virginem contra omnem Catholicorum omnium usum, modo *Deiparam*, modo *Hominiparam* appellarent: ut id Nestorianæ hæresi oppositum, quæ, modo sibi cohæreat, *Deiparæ* nomen admittere non potest; ita Apollinaristis [LXXX] optime convenit, qui divinitatem in carnem, qua sola homine in Christo constare dicebant, conversam arbitrabantur. Hos tamen Apollinaristas magis suspicionem hæresis de se sparsisse, quam hæresim palam professos censeo: hos enim Gregorius non occulte et tacite quasi per ironiam fixisset solummodo, sed palam publiceque diffamasset; nec ad pacem prius quam errorem deposuissent, invitasset. Apollinaristarum vero nota versutia est, sub ambiguis professionibus delitescentium, ut in aliorum communionem irreperent, vel obtentam retinerent. Eos quoque mihi persuadeo, cum Hierosolymitanis Paulinianarum partium Catholicis fuisse conjunctos: ad Paulinianos enim mihi pertinere videntur illæ de ordinatione Cyrilli querelæ, iis quæ Rufinus et Hieronymus ab eis dubio procul hausta et accepta narrant geminæ et simillimæ. Nam Rufinus Cyrillum ait, *sacerdotium, confusa jam* propter Arianorum dominatum *ordinatione, suscepisse:* Hieronymus, de Acacii manu ejus voluntatibus obsecutum mercedis loco hanc dignitatem obtinuisse. Nihil propter inflexam schismaticorum pertinaciam promovere potuit Gregorius (33): quare mœrens et tristis, infecta re, domum abire coactus est, lustratis prius Sanctis locis. (34) Præter eam dissensionem, gravi morum corruptione deformatum offendit Ecclesiæ Hierosolymitanæ statum. Nullum impudicitiæ genus erat, quod apud eos non perpetraretur impune. Veneficia, adulteria, invidiæ, cædes, passim audiebantur. Tanta ibi ad trucidandum proclivitas et furor, ut frigidi lucelli gratia belluino more in sanguinem contribulium mutuo grassarentur. Hujus mali causam refundimus, primo in promiscuum peregrinorum confluxum; nam inter eos, qui pietatis causa, Loca sancta adibant, vagorum et sceleratorum hominum, ut fieri solet, admista colluvies suis urbem malis inficiebat. 2° Accedebat diuturna legitimi episcopi, et multorum forte ex optimis ministris absentia: cum Ecclesiæ invasores, suis magis quam Christi rebus intenti, nutantem auctoritatem suam tueri unice studentes, subditorum mores componere negligunt, aut defectu auctoritatis legitimæ forte non valent. Dubitari non potest, Cyrillum reliquo vitæ et episcopatus tempore reformando Ecclesiæ statui diligenter adlaborasse, nec revera tales postea de corruptis Hierosolymæ moribus querimonias legimus Hieronymusque epist. nunc 49, Paulinum ab itinere Hierosolymitano dehortans, nihil Hierosolymis reprehendit, nisi quod in cæteris magnis urbibus esse solebat: *curia*, videlicet, *aula militum scorta, mimi, scurræ, et omnia quæ solent esse in cæteris urbibus.*

78. Post Gregorii Nysseni discessum ponimus Paulinianæ factionis monachorum, qui ab Ecclesia separati degebant, reconciliationem, Rufini et Melaniæ studiis operaque perfectam. Narrat enim Palladius *Lausiacæ Histor.* c. 118, eorum curis quadringentos fere monachos Paulinianæ partis

(33) Nyss. epist. ad Eustath. p. 656.

(34) Id. epist. *De euntib. Jerosol.*, pag. 635.

schismate separatos, Ecclesiæ conjunctos fuisse. A Ἤνωσαν δὲ καὶ τὸ σχίσμα τὸ κατὰ Παυλῖνον ὡς ἀνδρῶν τετρακοσίων μοναζόντων. Monachos illos magnam forte partem Latinos [LXXXI] exstitisse probabile est. Certum multos Latinos ad monasticen profitendam Hierosolymam proficisci solitos esse. Eos ab amplectenda Cyrilli communione revocabant sine dubio sparsæ in illa parte Paulini adversus Cyrilli canonicam ordinationem calumniæ. Parum eis refellendis idoneus erat Rufinus, quem iis fidei nonnihil habuisse constat, et alioqui Cyrillo parum æquum fuisse apparet. Hoc quoque anno, saltem ante concilium Constantinopolitanum quo tantus ejus urbis episcopo concessus est honoris gradus, contigisse putamus historiam quæ in *Vitis Patrum* refertur lib. v, interprete Pelagio, libro seu § xv, *De humilitate*, n. 83. Duo nempe fratres in quodam Alexandrini episcopatus tractu monasticen professi, castitatis studio scientiæ ac discretionis experte castraverunt se, quasi propter regnum cœlorum. Quod cum rescivisset archiepiscopus Alexandrinus, ambos excommunicavit. Illi culpam ex Evangelio male intellecto defendentes, Hierosolymitanum episcopum adiere, ut per eum a vinculo excommunicationis solverentur ; qui illis patienter auditis idem responsum dedit : *Et ego vos excommunico*. Ab eo repulsi, Antiochiam primum ad episcopum perrexere, a quo non melius habiti, Romam profecti nihil aliud a summo pontifice præter responsum hoc retulerunt : *Ego vos excommunico, et segregati estis*. Nondum fracta tot repulsis pertinacia, quatuor illos episcopos honorem sibi invicem neglecta C æquitate deferre rati, Epiphanium Salaminensem quasi virum sanctum, prophetam, et ab humanis dissimulationibus alienum adire constituunt. Qui cum appropinquarent ad urbem, episcopus de cœlo admonitus, in occursum eorum misit, qui eis denuntiarent ne civitatem ingrederentur. Tot episcoporum concordia, propheticoque Epiphanii oraculo perculsi, culpam agnovere tandem, eamque confitentes in communionem recepti, et cum litteris commendatitiis ad proprium episcopum sunt remissi. Quod inter majores episcopos fratribus illis Constantinopolitani in mentem non venerit, argumento est ante concilium Constantinopolitanum contigisse hanc historiam, quæ alioqui eminentiam Hierosolymitanæ sedis haud parum declarat.

CAPUT XV.

Cyrillus concilio Constantinopolitano interest, cui ordinationem suam approbat, ejusque auctoritate commendatur.

79. Hoc anno Theodosius, ad componendum Orientalis Ecclesiæ statum, non hæreticorum tantummodo, verum etiam Catholicorum inter se divortiis scissæ, Constantinopoli concilium ex episcopis totius imperii sui coegit. (35) Centum et quinquaginta vulgo numerari solent episcopi, ex iis qui consubstantialitatem profitebantur ; aderant enim ex Macedonianis sex et triginta. Sed inter illos quinquaginta centum comprehenduntur ex Socrate (36) Ægyptii et Macedones, qui tamen nonnisi post Meletii mortem, ab imperatore potius quam a concilio vocati occurrere. Eo Cyrillus Hierosolymis accersitur cum Gelasio Cæsariensi, qui in subscriptionibus concilii Cyrillo postponitur, [LXXXII] Cyrillum Socrates et Sozomenus, dum episcopos concilii recensent, inter trium majorum sedium episcopos numerant ; quem etiam cum illis concilio præsedisse narrat Sozomenus, et ex eo affirmant Theophanes, Cedrenus, et Glycas. Sed contumeliosum Cyrillo, quod affirmant Socrates et Sozomenus, Cyrillum eo tempore consubstantiali adB hæsisse ex resipiscentia, cum ante, addit Sozomenus, Macedonii sententiæ adhæsisset. Nulla enim alia Cyrilli cum Macedonio præterquam in concilio Seleuciensi societas legitur. Jam ab anno 362 Meletii communionem sequebatur, qui tum omnem cum Arianis conjunctionem abjecerat, atque a Macedonio semper sejunctus videtur fuisse. Nihil unquam Cyrillo in Macedonianorum rebus, iis præsertim quæ adversus Nicænam fidem et divinitatem Spiritus sancti gessere, commune fuit : imo Pneumatomachos Hierosolymis, cum ab exsilio rediit, a communione Ecclesiæ tenuit alienos, donec hæresim emendassent ; Gregoriusque Nyssenus, cum Hierosolymis anno superiore versaretur, certum de integerrima Cyrilli circa SS. Trinitatem fide testimonium tulerat. Concilii gesta quæ omnibus nota sunt non persequar ; tantum commemorabo quod Cyrillo proprium videbitur. Cum synodus illegitimam Maximi contra Gregorium ordinationem pronuntiasset, summoque favore Gregorium in hujus sedis possessione confirmasset, subita morte præreptus est Meletius Antiochenus ; quem Gregorius Nyssenus unus e concilii Patribus, oratione in ejus funere coram concilio habita pag 387, *Patrem communem et ducem concilii vocat.* Justis ejus memoriæ persolutis, nonnulli, neglecto fœdere quod Meletium inter et Paulinum non ita pridem pactum fuerat, ut qui alteri superstes foret Ecclesiam obtineret solus, de successore Meletio subrogando ac concilium retulere, Gregoriique Nazianzeni qui tum concilio præerat, ea in re subsidium et operam rogavere. D Ille (*carm.* 1, p. 25, 27) « omnibus viribus ne id fieret « obniti, utque ea finiendi schismatis Antiocheni occasio arriperetur supplicare. Non audita est ejus « oratio ad pacem pertinens. Juniores adversus ipsum « etiam cum impetu exsurrexere, ab eisque seniores « nimis molliter passi sunt se abduci. Horum ratio « erat, quoniam Christus in Oriente natus esset, id« circo æquum esse ut præcipua auctoritas penes « Orientales maneret. » Quæ quidem ratio erat polissimum a Cyrillo urgenda, ejus loci præsule in quo totum illud Orientis decus positum erat. Certe ut

(35) Soz., lib. VII, cap. 7.

(36) Socr., lib. v, cap. 8.

esset Paulinianæ factioni infensior, perficere potuerant turbæ ab illa parte in ipsum annis superioribus excitatæ, sparsæque ab eis adversus ejus ordinationem calumniæ de quibus, ut infra dicemus probabile est eum ad concilium retulisse. Sed cum anno superiore Paulinianos Melaniæ et Rufini interventu sincere ad pacem admisisset, nihil nos cogit ut eum fervide adversus Paulinum egisse dicamus.

80. Ea concilii adversus optima Gregorii consilia reluctatio, tantum ejus animo doloris injecit, ut a conventibus se subducere, ac de secessu cogitare cœperit. Interim Ægyptii et Macedones advenere, qui Gregorium in locum Maximi a [LXXXIII] Timotheo Alexandrino in pretio habiti, ab Orientalibus in sedem Constantinopolitanam evectum fuisse inique tulere, et varios adversus hanc ejus ordinationem, quasi canonum vindices allegavere prætextus. Aliunde parum Ægyptiis et Macedonibus cum Orientalibus conveniebat. Quapropter Gregorius (*carm.* 1, pag. 26), id quod jam in solemni conventu proposuerat, ut se videlicet abdicaret episcopatu, exsequi decrevit, præsulesque exoravit, ut ad sedandam, quam ipse non excitaverat in Ecclesia tempestatem, sese Jonæ exemplo in mare præcipitari paterentur. Condicio a majori episcoporum etiam Orientalium parte excepta cum plausu, stupente et indignante Gregorio (pag. 29, 30) quamvis se onere absolutum gauderet. Fuere tamen permulti, qui dum ita facile Gregorio postulata concedi viderent, sibi aures occluserint, abierintque e consessu, neminem alium in ejus sedem induci patientes. Qui illi fuerint, tacet Gregorius. Cum in hoc concilio non pauci sederent sancti quos Ecclesia in sanctorum tabulas retulit, hos tanquam humanis affectibus minus obnoxios, melioribus consiliis obsecutos credibile est. Unus autem ex eis Cyrillus, quem saltem a turba plaudentium de abdicatione Gregorii episcoporum excipere licet. Ii enim, ipso teste, fuere, qui vel in Meletii successore designando, cui rei se ille opponebat, ardentiores erant (*carm.* 13, pag. 85), vel qui ejus eloquentiæ nonnulla invidentia torquebantur (*De episcopis*, pag. 302, col. 2), vel virtutem ejus invidis oculis intuebantur (*ibid.*), vel tandem qui doctrinæ ab ipso de Spiritu sancto prædicatæ iniquiores erant, aut saltem fiduciam et libertatem qua Spiritum sanctum Deum esse prædicabat, reprehendebant (*orat.* 32, pag. 519, et *carm.* 123, pag. 187). At nulla earum rationum ad Cyrillum pertinebat, qui sese Paulinianis Hierosolymæ etiam vivente Meletio reconciliaverat; qui virtutem et finem in discipulis etiam suis majorem et firmiorem sua et præcipiebat et optabat (*cat.* 5, n. 12, *cat.* 15, n. 7), cui adesset eloquentia, etsi Gregoriana inferior, at non pœnitenda, qua populos sui studio tenebat astrictos; qui denique longe ante Gregorium in catechesibus non minus diserte et A sanctissimæ Trinitatis unam deitatem, et Sancti Spiritus divinitatem prædicarat, Pneumatomachosque paulo antea judicaverat ab Ecclesia alienos nisi resipiscerent. Cum igitur duplicem illam ob causam, contentionem nempe de successore S. Meletio attribuendo, et exceptam facilius abdicationem Gregorii, factum sit ut ille concilium (*carm.* 1, pag. 27), *graculorum gregem et vesparum examen*, et (*carm.* 11, pag. 81) magnam ejus episcoporum partem *grues* et *anseres* appellaverit; Cyrillum possumus ab hoc grege segregare.

81. In locum Gregorii postea ordinatus est Nectarius Cyrillum etiam probabile est de Ecclesiæ Hierosolymitanæ statu retulisse; commemoratisque ac refutatis adversariorum in suam ordinationem calumniis, eam concilio approbasse, ejusque auctoritate confirmari sategisse. Id satis diserte significat hujus concilii Patrum iterum in concilium anno sequenti congregatorum testimonium, quod infra referemus. Ordinato [LXXXIV] ecclesiarum statu, quædam ad refellendas hæreses et sanciendam ecclesiasticam disciplinam decrevit synodus, quibus facile Cyrillus assensit (37). Confirmata est Nicæna fides, cujus doctrinam Cyrillus in catechesibus expresserat, ipsa voce *consubstantialis* jam ab initio sui episcopatus approbata, et in litteris ad Constantium prædicata. Hæretici pronuntiati non Ariani solum, sed et semi-Ariani, seu Pneumatomachi, jam ab ipso Ecclesia exclusi; Apollinaristæ turbarum adversus Cyrillum auctores; ipsi infensissimi Marcelliani quorum hæresim jam ante complures annos atque in ipsis initiis debellaverat (*cat.* 15, n. 27), symbolum Nicænum auctum articulis, quorum doctrinam in catechesibus jam docuerat, ac verba ipsa tantum non ex symbolo Hierosolymitano expressa. De cæteris canonibus, quoniam nihil ad Cyrillum pertinent taceo. Concilio exacto domum cum cæteris reversus est. In reditu autem astitisse videtur Antiochiæ, ordinationi Flaviani, quam Patres concilii Constantinopolitani anni sequentis factam affirmant apud Theodoret. lib. v, cap. 9, in concilio ab *episcopis provinciæ, et Orientalis diœcesis*, summo et unanimi Antiochenæ Ecclesiæ suffragio ac consensu. Una autem ex quindecim Orientis diœcesis provinciis Palæstina erat. Cum vidisset in concilio Constantinopolitano Patrum pene omnium conspirantem in attribuendo Meletio successore sententiam, et totius pene Antiochenæ Ecclesiæ ejus rei desiderium, suum etiam suffragium non denegandum judicavit, quidquid de re tota prius in concilio censuisset.

82. Eodem anno quo celebratum est concilium Constantinopolitanum, aliud Aquileiæ sub finem anni mense Septembri ab Occidentalibus celebratum est; qui audito Orientalium decreto ut alius neglecto Paulino in locum Meletii subrogaretur, datis ad imperatorem litteris, apud Ambr. epist. 12, rogaverunt, ut hac super re, generale concilium

(37) Conc. Constantinopolitanum, can. 1.

Alexandriæ cogeretur (Amb., ep. 12. n. 5). At imperator Theodosius Orientalibus præcepit tantum ut Constantinopolim accederent. Concilium tamen generale Romam indictum est. Quod dum exspectatur, Maximus veteribus Petri Alexandrini litteris munitus, quas in aliquo Italiæ concilio obtulit, Occidentales adversus cum Gregorii, tum postea Nectarii in sede Constantinopolitana ordinationem maxime commovit: hi ad generale concilium, quod Romæ celebrandum erat, causam ejus remittentes, imperatorem per litteras obsecrarunt, ut Romam mitteret Orientales de communibus Ecclesiæ rebus simul deliberaturos (Ambr., epist. 13, n. 6 et 7). Orientales ex Theodosii datis anno superiore mandatis Constantinopolim accedunt anno 382 (38). Erant hi, magna pars eorumdem præsulum, qui anno superiore Constantinopoli concilium celebraverant; Cyrillusne eodem accesserit, incertum. Ibi coacti, episcoporum, qui Romæ jam ad celebrandum concilium congregabantur, litteras, quibus ad eam synodum invitabantur, synodicas accipiunt, una cum imperatoris litteris idem jubentibus. At illi, qui Constantinopolim solum ab imperatore jam ab anno superiore convenire jussi erant, neque de illa Romana peregrinatione quidquam ante suum in regiam urbem [LXXXV] accessum audierant, ad iter longius imparati, nullaque episcoporum qui in provinciis remanserant consensione et auctoritate, ad alterius præter Constantinopolitanum concilii celebrationem muniti, definitique temporis augustiis præssi, synodicas ad Romanum concilium litteras per tres episcopos eo delegatos dedere, quibus absentiam suam, cum ex memoratis modo, tum ex aliis pluribus causis excusant. Tum fidei suæ rationem reddituri, summum aperiunt Nicæni symboli studium, ac compendiariam SS. Trinitatis et Incarnationis mysteriorum explanationem edunt, ad fusiorem a se factam, tum in Antiocheno an. 379, tum in Constantinopolitano, anni superioris concilio declarationem remittentes. Significant deinde ex Nicæni concilii præcepto apud se ecclesias administrari, et Constantinopoli in concilio generali Nectarium, Antiochiæ; Flavianum in concilio cum ex provincia, tum ex tota Orientis diœcesi coacto canonice ordinatos fuisse. Hierosolymitanæ vero omnium Ecclesiarum matris reverendissimum ac Deo dilectissimum Cyrillum episcopum esse declarant, olim ab episcopis provinciæ juxta canonum præscripta ordinatum, multaque in variis locis contra Arianos certamina expertum. Hæc de canonicis trium præsulum, Constantinopolitani, Antiocheni et Hierosolymitani ordinationibus tanto studio adjecta; quoniam prima Occidentalibus a Maximo fraude deceptis displicebat; altera ab eisdem contra fœdera et leges attentata dicebatur; Cyrilli tandem ordinationem noverant ab inimicis ejus, tam in Oriente quam in Occidente, injustis criminationibus infamatam.

(38) Theodoret., lib. v, cop. 8, 9.

CAPUT XVI.

Cyrilli obitus, et cultus in universa Ecclesia. Ejus formæ descriptio secundum Græcos recentiores. Effigies animi ex ejus gestis ac scriptis expressa. Præcipuæ ejusdem virtutes. Ab impactis calumniis fides ejus vindicatur.

83. De Cyrillo post concilium Constantinopolitanum, an. 382, nihil amplius auditur in historia (39). In concilio quod Theodosius an. 383 Constantinopoli coegit, cui sectarum omnium principes interesse voluit, erant Palæstini, Phœnices, et Syri, qui pro Flaviani Antiocheni partibus adversum Ægyptios, Arabes et Cyprios contentionem suscepere. Unusne ex illis Palæstinis fuerit Cyrillus, incertum. Nec multo post obiit: mortem ejus vulgo consignant an. 386; eam Sozomenus, lib. VII, cap. 14, post Rufinum cum Timothei Alexandrini morte conjungit, mortuus autem est Timotheus ex Socrate, lib. v, cap. 12, consulatu Arcadii primo, et Vadonis, qui est annus 385. Cum vero aliunde Hieronymus affirmet Cyrillum octo annis sub Theodosio principe inconcussum episcopatum tenuisse, non potest ejus obitus citius anno 386 consignari. Cumque Martio mense decesserit, ab extremis, an. 378 temporibus quibus sedem recuperavit, ad Martium usque an. 386 mensem, plenos et integros annos octo obtinere non possumus; sed menses sex saltem deficiunt. Die Martii octava decima mortem ejus consignant [LXXXVI] Græci tum in Menæis, tum in S. Sabæ Typico, quod secuti sunt ii, qui nomen ejus eadem die in Romanum Martyrologium intulerunt. In Synaxario Claromontano notatur ejus *memoria* ad undecimam diem Martii, quo die principue S. Sophronii festum celebratur. Sed aliud habetur in eodem libro Cyrilli elogium ad diem 18 Martii qua decessit. In calendario Syriaco, an. 1624 Romæ excuso, quod ecclesiastico gentis illius officio præfixum est, eadem Martii mensis dies mors Cyrilli nostri recolitur. At in Martyrologio Arabico-Ægyptio Roma ad Bollandistas misso, ad 20 diem mensis Martii habetur *memoria S. Cyrilli episcopi Jerosolymitani.* Mense quoque Martio, sed sine notatione diei habetur elogium Cyrilli in duplici Arabico calendario perantiquo: quorum in uno Cyrilli nomen cum elogio *divini* reperit illustrissimus Risius archiepiscopus Damascenus. In altero autem, quod ab Amabili Burzæo Ricomagensi Latine redditum est, quodque priori calendario fere respondet, continentur orationes quædam, multorum simul sanctorum commemorationem complexæ, quarum septima Martio mensi subserviens, circa medium habet hæc verba: *Magnificemus Cyrillum innocentem.* Ex his omnibus, quæ Bollandistarum fere diligentiæ debemus, patet Cyrilli memoriam in omnibus ecclesiis, Romana, Græca, Syriaca, Ægyptia, tanquam unius e sanctis celebrari. Qui quidem universalis cultus abunde

(39) Socrat., lib. v, cap. 10.

calumnias vivo et mortuo impactas refellit. Cum anni 351 initio episcopatum susceperit, fuit episcopus annos 35 e quibus anni fere sexdecim quibus absens fuit excipiendi : quamobrem annos novemdecim tantum Ecclesiam præsens rexit. Fuit autem ejus vita annorum fere septuaginta.

84. Græci in Menæo nonnulla de habitu ejus exteriore narrant, quæ vereor ut ex optimis monumentis accepta sint. Aiunt enim « Cyrillum statura « corporis mediocri fuisse, pallidum, promissis « capillis, simo naso ; lato ore, seu vultu quadrato, « superciliis in directum crispantibus ; canis den- « sisque pilis genas vestientibus, barba in duas « partes sub mentum divisa ; » adduntque « mori- « bus omnibus rusticitatem quamdam prætulisse ». Corpore laboris patientissimo fuisse facile crediderim, cum Hierosolymis magnum onus indefesse prædicandi alacriter sustineret. Si qua in illo rusticitas erat, tota vultus atque habitus erat, cum magna in eo ex ejus catechesibus erga subjectos comitas ac mansuetudo passim effulgeat.

85. Verum potior ejus imago ex ejus scriptis, gestis, ac virtutibus exprimenda. Fuit animo, quantum conjicimus, excelso et forti, quem præcipue in suscepta cum Acacio contentione prodidit. Nihil enim veritus versutum juxta ac audacem omnia aggredi virum, in aula imperatoris potentissimum, Ecclesiæ suæ jura firmiter intrepideque tutatus est; ab eoque injuste depositus et expulsus, majus concilium civili more, novo ut ferunt exemplo provocavit ; oratusque in concilio Seleuciensi, ut ad postulationem Acacii e consessu ad tempus discederet, gradu vel minimum cedere constantissime detrectavit. Emicuit etiam ejus fortitudo [LXXXVII] in præficiendo contra Eutychii et Arianorum factionem Cæsariensi Ecclesiæ episcopo, non uno tantum, sed et altero post depulsionem prioris, violentamque alterius invasionem. Fides illi firma, curiositatis aliena, vacillationis expers, ac interrita, cat. 5, n. 12. Symbolum traditurus monet, ut hanc intemeratam intactamque fidem toto vitæ tempore custodiant, neque ulla arte aut vi aliam sibi induci patiantur, etiamsi ipse mutatus alia doceret. Vitandam in divinis rebus curiositatem, et nihil ultra id quod in Scripturis Deus revelavit, inquirendum millies repetit. Quam negligenda rationis ipsius aut sensuum contra fidei mysteria reluctatio, tota catech. 22 et 23 docet; quanta vero in mediis, quæ in Ecclesia nascantur scandalis, constantia et fidelitate persistendum sit, cat. 15, n. 7. Firma in divinis oraculis fide, et divinarum promissionum exspectatione, negat se iniquissimis Antichristi temporibus de robore et nervis Ecclesiæ diffidere, cat. 15, n. 16, Judæorumque in templo instaurando sub Juliano conatus risit. Ecclesiæ traditionem et decreta uti inviolabilia habuit, et ne latum quidem unguem ab eis recedi posse persuasum habebat. Vid. cat. 4, n. 35, cat. 18, n. 16. Religione summa omnes usus et ritus Ecclesiæ suspexit; magnifica sunt quæ de vi exorcismorum, exorcisatarumque rerum, uti aquæ, olei, chrismatis, deque habenda in signo crucis, uti ad multa potentissimo fiducia, ac de sanctarum reliquiarum vi et efficacia passim disserit. Ex illo Ecclesiæ amore natum illud hæreticorum odium, quod ubique magno studio præcipit et inculcat. Vid. cat. 6, n. 13, 19, 33, 35, cat. 7, n. 1, cat. 16, n. 11. Quam alte animo imbiberat fidem, fortiter data occasione confessus est. Consubstantialem Trinitatem sui episcopatus initio prædicavit in litteris ad Constantium hujus doctrinæ inimicissimum datis : multa variis in locis pro catholica veritate contra Arianos certamina subiit, triplex exsilium passus; suæque quam cito licuit sese Ecclesiæ reddens, Apollinaristis et schismaticis ita restitit, ut gravem sibi ab eis vexationem concitarit.

86. Magnus in ejus scriptis passim effulget de Deo sensus : magnifica sunt quæ de re ea disserit catechesis sextæ initio. Hanc sequebatur vilis illa de se existimatio, demissioque sui, dictis et gestis declarata, in Evangelio et SS. Patribus tantis laudibus cumulata virtus ; ea fit primum, ut parum in nobis ipsis præsidii nobis putemus esse, spemque omnem in Deo collocemus. Hic in Cyrilli scriptis ubique sensus elucet ; in omnibus fere catechesibus de rebus præcipuis dicturus divinam se gratiam quæ sibi ad recte dicendum necessaria sit, exspectare ait, et auditorum precibus confisum sermonem aggredi. Vid. cat. 12, n. 4, cat, 13. n. 8, cat. 16, n. 1. Nolebat ab auditoribus quidquam sua unius auctoritate excipi ac credi ; ac nisi idonea ex Scripturis argumenta producat, æquo animo sibi fidem denegari patitur multis in locis, præsertim cat. 4. n. 17, cat. 12, n. 5, cat. 13, n. 8. Eadem humilitatis virtus facit, ut quorum ipsi bonorum nos inopes et indignos sentimus, ea non solum aliis non invideamus, sed ut illi habeant peroptemus, et habentibus gratulemur. Cyrillus auditoribus suis dona miraculorum et prophetiæ, [LXXXVIII] illis temporibus satis communia, frequenter apprecatur, cum ipse prophetiæ dono non se carere solum, sed et indignum esse profiteatur, cat. 15, n. 4. *Non prophetantibus*, inquit, *nobis ; indigni enim sumus*. Diffidens sibi monet, ne si ipse mutatus contraria doceret, ipsum sequantur, cat. 5, n. 12, aut si ipse culpæ succumbat, una cum ipso perire velint, cat. 15, n. 7. *Neque etiamsi ego qui te doceo peream, tu una mecum pereas. Sed fas est auditorem magistro meliorem fieri, et eum qui novissimus venit, priorem effici.* Is demissæ de se opinionis sensus tanto prædicabilior, quod non in tenui abjectoque ingenio, sed in excelso erectoque, forti ac grandi animo versabatur. Quo fit, ut eam quam in persequenda causa sua fortitudinem et constantiam retinuit, non pertinaciæ suique ipsius amori, sed officii conservationi ascribere debeamus. Magno ad promovendum Dei cultum studio æstuabat, ut suo labori non parceret ; indefessæ tum in sua,

quam ei Deus commiserat Ecclesia, tum in iis ubi hospitabatur, divini verbi prædicationi insistens. Amorem et beneficentiam ejus in pauperes declaravit illa in egestate publica, ad sublevandam eorum inopiam sacræ supellectilis distractio ; suscitata ipsi ab inimicis ob eam rem vexatione, et persecutione a Deo coronata. Pacis amans, et turbarum osor, primum Maximo vivente, medium se et nulli parti addictum in ecclesiasticis dissidiis gravissimis habuit : dein consubstantialitatem amplexus, eorum qui fide in tuto posita de voce sola ambigere videbantur, communionem non detrectavit; Meletioque ab inimicis suis ordinato, cum ille sinceram et orthodoxam fidem professus esset, eum non solum uti episcopum, sed etiam in familiarium numero habuit. Paulinianos quoque monachos, ab illa parte quamvis offensus gravissime, ad pacem sine detrectatione recepit. E conciliis tam multis quæ sub Constantio celebrata sunt, pauca sunt omnino quibus ille interfuerit, nulli rei se ducem atque intermedium ingerens. Cumque in concilio Constantinopolitano multis cum aliis depositus fuisset, illi et statim, et sub Juliano, Joviano, et Valente, multa adversus eos a quibus damnati fuerant, et concilia et conventus celebravere, quorum nulli Cyrillus legitur interfuisse. Multas alias ejus virtutes in ipsius Officio recensent Græci, aientes « eum animam suam virtutibus exornasse, mentem « corporeis rebus superiorem effecisse ; cum mentem haberet divino timore inflammatam, omnem « voluptatis fomitem in cineres redegisse ; lacrymarum imbribus affectuum flammas exstinxisse, « lampademque suam inexstinctam conservasse ; « ac denique desidiæ somnolentia ab palpebris « animæ constanter ejecta, in somnum justis con- « venientem placide obdormivisse ». Quæ omnia sintne communes loci quibus sanctorum omnium ornatur pietas, an ex peculiaribus ejus virtutum characteribus expressa sint, ambigi merito potest.

87. Patientiam sancti viri Deus toto ejus episcopatus tempore variis probavit modis : ter injustis accusationibus sede dejectus et in exsilium pulsus. In exsiliis suis, saltem in postremo, multa est ab Arianis passus. Domum redux intestinis dissidiis turbatam, et factionibus adversum se [LXXXIX] suscitatis offendit Ecclesiam, ordinationem suam doluit injustis suspicionibus infamari, quas etiam sancti et docti viri, ut Hieronymus et Rufinus, scripto posteritati consignarunt. Tria præcipue in Cyrillo reprehenduntur, ordinatio ejus, variatio in fide, et in communione. Ordinationem ejus Rufinus media temporum confusione factam ait, Hieronymus vero incredibilibus prorsus circumstantiis præditam refert. Hæc omnia nos ex melioribus auctoribus et monumentis suo loco dissolvisse speramus. Rufinus ait Cyrillum *aliquando in fide sæpius in communione variasse*. Astipulantur fere Socrates et Sozomenus, dum aiunt eum concilio Constantinopolitano interfuisse, tum ex *mutata sententia consubstantiali adhærentem*. Non credo illi alia de causa fidei variationem imputari, quam propter variationem communionis ipsi temere ascriptam. Sed prius agamus de fide. Dissentire non possunt ejus adversarii prima ejus et extrema episcopatus tempora cum sincera fide transacta esse orthodoxamque ejus in catechesibus de Trinitate doctrinam dissertationis tertiæ initiis invicte probabimus; ut idem de intermediis temporibus judicetur, nisi obstent diserta in contrarium argumenta, lex æqui justique postulat. Qualem certe num. 84 descripsimus Cyrilli fidem, in eam minime omnium variationis ac mutationis suspicio cadere potest, cum sese in antecessum judicio ipse suo damnaverit, si fidem mutaret unquam. cat. 5, n. 12. Alias, nullam aliam legitur Arianam formulam sua subscriptione approbasse, nisi Antiochenam forte cum aliis in concilio Seleuciensi ; at ei forte una subscripsit Hilarius ibidem præsens, qui saltem in libro *De synodis* jam probaverat eam nihil nisi verum et catholicum continere ; nec ad Arianum sensum flecti potest, nisi contortis et alienis prorsus ab obvio et legitimo sensu interpretamentis, Vocem *consubstantialis* primo suspectam videtur habuisse. Hunc ipsi sine dubio scrupulum excussit Athanasius an. 349 ; eo sane vocabulo fidem suam de SS. Trinitate professus est ad Constantium scribens, quod in sua cum Acacio de mutua utriusque fide contentione retinuisse videtur. Nec hujus abdicatio in formula Antiochena continetur, tantum prætermissio ac silentium. Non igitur ei subscribendo *consubstantiali* repudium dedit. Ad summum, cum in concilio Seleuciensi idoneorum testium auctoritate, de vocula solum, non de subjecta ipsi significatione ambigeretur ; si vocem deseruisse ad præsidium fidei positam peccatum est, non mutatæ fidei sed amissæ constantiæ peccatum est ; quod, inimicis fatentibus, pœnitentia diluit, et toleratis gravissimis ab Ariana factione pœnis.

88. Veniamus deinde ad objectam ipsi communionis variationem. Primum, cum adhuc vivente Maximo solum presbyter esset, Ecclesiæ suæ et episcopi morem et judicium secutus, communionem cum Athanasio in Tyriensi concilio sede dejecto, nec fovit proprie nec rupit, alienum et inexpertum a turbis ecclesiasticis illius temporis cum tota Ecclesia sua se habens. Ejus communionem amplexus est synodi Hierosolymitanæ an. 349 tempore. Utrum Acacii de manu ordinationem susceperit, dubitabile est; sed fac ita esse : non continuo cum Athanasio [XC] communionem rupit ; qui cum sedem suam illo tempore nemine turbante obtineret, ad eum sine dubio synodicas et communionis initio episcopatus litteras dedit, si jam tum ille mos obtinebat. Fuerat Acacius gravi Sardicensis synodi, quam Ecclesia Hierosolymitana receperat, fulmine percussus ; sed iniquitate temporum factum est, ut ea sententia effectu careret. Nec Acacii communionem tempore concilii Seleuciensis, cum ille priora multo

gravioribus crimina cumulasset, inire dubitavit S. Hilarius. Quanto innocentior Cyrillus, si, quod tamen incertum est, ejus manu consecrationem episcopalem recepit. Quæ certe ordinatio, judice concilio Constantinopolitano an 382, secundum canones peracta fuit. Ab Acacio præter jus fasque depositus, receptum habuit apud Sylvanum Tarsensem, iisque temporibus communionem, ac forte conciliorum societatem habuit cum semi-Arianæ partis principibus. At ii vel semper Catholici fuere, una voce a rigidioribus veritatis defensoribus discrepantes, vel eo tempore sanam et orthodoxam fidem profitebantur : quod enim aliqui hæresim, quam postea publicarunt, jam tunc fortassis in corde latentem premerent, id cognitori cordium Deo servandum judicium erat. Certe omnes quibuscum conjunctus videtur Cyrillus, magno tunc animo adversum Arianos decertabant, soliqne illos palam impugnabant ; cum id quod supererat fortium consubstantialis defensorum, in exsiliis aut in latebris occultati essent ; qui quidem semi-Arianos illo tempore pro fratribus charissimis, et sola a se vocula divisis habebant. In concilio Seleuciensi cum omnibus statim communicavit, sanctique Hilarii exemplo nimium tutus est. Sciderunt se postea ab semi-Arianis Anomœi, quibuscum nullam postea legitur societatem et communionem junxisse. Meletio sese adjunxit Antiocheno an. 362, qui jam propter generosam veritatis confessionem exsularet ; et omnem, quam prius fovisse cum Arianis videbatur, societatem abruperat. Nullam deinde in Macedonianorum rebus partem habuit nisi socium se eis præstiterit in delegandis ad Liberium episcopis, qui delegantium nomine in Nicæni symboli verba jurarent, cujus rei Cyrillum existimo participem non fuisse. Suum sub Valente exsilium non promeruit, nisi susceptis cum Ariana factione certaminibus, quorum etiam multa subiit in exsilio. Indereversus, tantum in largienda sua communione delectus ac judicii habuit, ut Pneumatomachos ab Ecclesia tenuerit alienos. Ex quibus omnibus, quæ in tota dissertatione fusius exposita sunt, apparet constanter ab ipso servatam hanc ineundæ communionis legem fuisse, ut eam nemini nisi sententia Catholico, aut exterius eam fidem profitenti concederet. Voluisset Rufinus credo, ut cum Acacio, Meletio, Eusebio Samosatensi abrumperet, et Latinorum communionem sectaretur. Verum ipse in Oriente positus longe melius earum partium statum perceptum habebat. Nec accusari Cyrillus potest, quin eadem criminatione plurimi sanctitate celebres includantur episcopi.

Nunc ut summa Cyrillianæ vitæ capita tota hac dissertatione sparsa, longeque a se avulsa colligam, hanc brevem illius synopsin uno conspectu repræsento.

CHRONOLOGICUM CYRILLIANÆ VITÆ COMPENDIUM.

[XCI] Nascitur Cyrillus Jerosolymis vel in vicinia circiter annum 315.

Monasticæ vitæ institutis imbuitur, et virginitati consecratur circiter annum 330.

Diaconus ordinatur a S. Macario, ut serius ann. 334.

Presbyter creatur a S. Maximo circa an. 345.

Homiliam *in paralyticum* dicit, nostra sententia, ante cathecheses et satis novus presbyter.

Catecheses 18 ad illuminandos per totam Quadragesimam, et 5 mystagogicas ad neophytos hebdomada Paschatis pronuntiat, an 347 vel 348.

In concilio Jerosolymitano Athanasius præsens in communionem receptus, et subscripta synodus Sardicensis an. 349.

Maximus moritur an 349 vel 350.

Sedes aliquandiu vacat.

Cyrillus ab episcopis provinciæ canonice ordinatur an. 350 vel 351.

Die 7 Maii apparet Jerosolymis crux in cœlo ex luce : quod statim Cyrillus Constantio nuntiat per litteras an. 351.

Ab ipso pene episcopatus exordio contentionem suscipit cum Acacio de metropoliticis juribus ; secutæ sunt mutuæ utriusque circa fidem accusationes circa an. 352 et seq.

Acacius per biennium Cyrillum ad suum tribunal judicandum appellat an. 356, 357.

Cyrillum interest concilio Melitinensi in Armenia, cujus decretis obsistentes Elpidium et Eustathium fovet an. 357.

Cyrillus ab Acacio in tumultuario concilio deponitur et Jerosolymis expellitur initio anni 358.

Substituitur in ejus locum Eutychius.

Cyrillus appellat ad concillium majus, et se ad Sylvanum Tarsensum recipit, apud quem in Ecclesia conciones habet.

Acacius illum Tarso frustra exturbare conatur. Cum Basilio Ancyrano et Georgio Laodiceno communionem, ac forte consiliorum societatem adversus Eudoxium et Acacium init.

Adest in concilio Seleuciensi, in quo, citato incassum Acacio, a Patribus sedi restituitur et Jerosolymam revertitur an. 359.

Acacius animum imperatoris adversus Cyrillum accendit.

Cyrillus secundo deponitur in concilio Constantinopolitano, et in exsilium mittitur an. 360.

[XCII] Substituitur in ejus sedem Heremius.

Mortuo Constantio Cyrillus ab exsilio revocatur, et sedem secundo recuperat an. 362.

Antiochiæ fuit cum Meletio hujus anni æstate : unde adducit Jerosolymam conversum ad fidem Daphnitici flaminis filium.

Prædicit inanes fore Judæorum in templo instaurando conatus an. 363.

Sub Joviano, et Valentis initiis, Jerosolymis pacifice degit.

Acacio mortuo Cæsariensi Ecclesiæ Cyrillus præficit Philumenum : eoque per Eutychianam factionem deturbato, Cyrilloque seniore in ejus locum substituto, Cyrillus iterum hoc pulso in ea sede substituit Gelasium sororis suæ filium an. 366.

Cyrillus noster, quorumdam sententia, cum multis aliis ad Liberium delegatur, ad suscipiendam Nicænam fidem an. 366.

Valentis mandato Cyrillus tertio ejicitur in exsilium an. 367.

Ipsi subrogantur, Heraclius, Cyrillus alter, et Hilarius, qui sedem obtinebat an. 475.

In variis exsiliis multa contra Arianos certamina subit.

Post Valentis mortem Jerosolymam revertitur, ac sedem tertio recuperat an. 378.

Ecclesiam suam hæresibus, schismatibus, et morum corruptelis deformatam offendit : petitque auxilium a concilio Antiocheno an. 379.

Rufinus et Melania ipsi Pneumatomachos omnes ab Ecclesia expulsos reconciliant an. 379 vel 380.

S. Gregorius Nyssenus concilii Antiocheni mandato Jerosolymam ad pacificandam Ecclesiam missus, prævalente schismaticorum et hæreticorum pertinacia, re infecta, abit an. 380.

Quadringenti monachi Paulinianæ partis, Rufini et Melaniæ opera, Cyrilli communionem amplectuntur an. 380.

Cyrillus duos monachos ab Alexandrino episcopo propter sui castrationem excommunicatos rejicit.

Interest concilio Constantinopolitano œcumenice II, an. 381.

Laudatur ejus vita, et a concilio Constantinopolitano omnium pene eorumdem Patrum qui concilium anni superioris celebraverant, canonica ordinatio defenditur an. 382.

Astitit forte in concilio Constantinopolitano anni 383.

Cyrillus moritur die 18 Martii anni 386.

DISSERTATIO SECUNDA.

De scriptis S. Cyrilli, ac potissimum de Catechesibus. In qua earum veritas et integritas defenditur : explicatur nomen, natura et ratio : annus, tempus et locus quo habitæ sunt, exponuntur : Cyrillianaque docendi ac dicendi ratio investigatur.

[XCIII] CAPUT PRIMUM.

Recensentur omnia scripta S. Cyrilli, genuina, dubia, deperdita, supposita, cum fragmentis.

1. De scriptis Cyrilli dicturus, eorum primo numerum instituam : deinde quoniam singulorum, præter Catecheses, opusculorum in præfixa eisdem admonitione, veritatem et sinceritatem defendo, quæque ad ea pertinent expono ; hic Catecheseon proprie examen suscipiam. Quarum veritatem, antiquitatem et integritatem adversus malevolam criticorum Protestantium calumniam, qua potero vi, asseram. Post de toto genere Catecheseon dicam, Cyrillianarumque imprimis naturam et intimam rationem exponam. Quæ sit earum inscriptionis ratio, quæ titulorum ipsis præfixorum auctoritas : quo præcise anno, et tempore, quibus diebus et horis, ac quibus circumstantiis dictæ. Tum de Cyrilliana docendi ac dicendi ratione, adjumentis ab ipso adhibitis, ac de stylo tandem loquar. Ab enumeratione scriptorum exordior.

2. Pauca ad nos Cyrilli scripta pervenerunt : nec multo plura ab eo composita fuisse, ullis certis monumentis testatum est. Quidquid ab eo genuini et sinceri habemus, ante episcopatum ejus aut in ipso episcopatus initio scriptum est. Mirum sane, hominem ab juventute ipsa in dicendo exercitatum ac subactum, nullum fere in tanta annorum serie, quibus nobilissimæ Ecclesiæ præfuit, sui ingenii monumentum reliquisse : aut eos qui catecheses ejus, dum presbyter esset, ex ore dicentis exceptas scripto consignarunt, nullas aut pene nullas ejusdem episcopatus gradu aucti homilias ac conciones posteritati conservasse. Tria tantum integra habemus germana et sincera Cyrilli opera : catecheses ad illuminandos decem et octo per totam Quadragesimam dictas, et mystagogicas quinque ad neophytos singulis Paschalis hebdomadæ diebus pronuntiatas. Sequitur homilia *in paralyticum* ad piscinam jacentem : quam uti a Cyrillo adhuc indubitate presbytero habitam, epistolæ ad Constantium præposuimus. Succedit demum illa ad Constantium epistola, quæ initio episcopatus ab ipso data est. Catecheseon veritatem in hac dissertatione vindicabimus : aliorum vero duorum opusculorum in monito eisdem præposito.

3. Deperditorum Cyrilli monumentorum memoria est in fragmentis modicis, quæ veteres [XCIV] conservavere. Concilium Lateranense, S. Maximus martyr, et auctor anonymus sæculo octavo antiquior in opere nondum edito, duo referunt testimonia Cyrilli nostri ex homilia quadam in illum Joannis Evangelii locum, in quo Dominus aquam in vinum ad nuptias commutasse memoratur. Aliud fragmentum citat Leontius in opere inedito *adversum Monophysitas*, ex homilia Cyrilli in illa verba Joannis XVI, 28, *Ego vado ad Patrem meum.* Quid

de illis fragmentis sentiendum, in Admonitione iis præfixa aperui. Si quis ea inter spuria aut dubia saltem Cyrilli opera accensere velit, non veto. Mihi nihil a Cyrillo alieni videntur habere ; eaque conjungendo cum homilia *in paralyticum*, non illegitima suspicio oritur, fuisse olim integrum Cyrilli in Joannis Evangelium homiliarum opus.

4. Deperditis ejus operibus accenseri possunt homiliæ quas presbyter dicebat, eodem tempore quo pronuntiabat catecheses, quæque nunquam fortassis scripto exceptæ sunt. Trium, imo et quatuor ex illis argumenta et memoriam in catechesibus conservavit. Catech. 10, n. 14, de sacerdotio Christi dicens, remittit ad homiliam quam in synaxi Dominica die præcedenti recitaverat, in illa verba: *Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec*, sive psal. CIX, 4, sive epistolam ad Hebræos cap. v, 6, interpretaretur. Magno nobis, ad intelligendam Cyrilli de æterno Christi sacerdotio sententiam, subsidio esset hæc homilia si superesset. Cat. 13, n. 16, se antea dixisse significat de silentio Domini cum judicaretur ab hominibus. Catechesi 14, n. 24, auditoribus compendiose repetit partem eorum quæ die præcedenti, ea Dominica erat, dixerat in synaxi de assumptione, seu ut nos dicimus, ascensione Domini, cum consuetudo lectionum in ecclesia ordini obsecutus, hujus diei lectione ad dicendum de sublato in cœlos Domino perductus esset. Cat. 13, num. 9, auditoribus in memoriam revocat expositionem non ita pridem a se factam *in psal.* LVIII, et in hæc illius verba: *Conversi sunt ad vesperam, et famem passi sunt ut canes, et circumdederunt civitatem* : quæ verba principibus Judaici populi, dum comprehensus est Jesus, accommodaverat. Catechesi demum 12, num. 18, testatur se alibi dixisse, per virgam ferream Romanum imperium significari ; quod in aliqua fortassis psalmi secundi expositione protulerat. Cyrillum singulis annis catecheses habuisse, notatur in observatione quadam amanuensis alicujus a nobis edita post indiculum Catecheseon [XCV] procatechesi præfixum : sed eas solas quas habemus scripto consignatas significat. In deperditis etiam numerari potest continuatio. *Historiæ ecclesiasticæ* Eusebii per Gelasium Cæsariensem, qui opus illud avunculi sui Cyrilli hortatu suscepisse testabatur, apud Phot. cod. 89, p. 210, imo ex Photio ambo in idem opus suam operam videntur contulisse ; sed quod ait Photius reperisse se in aliis monumentis, Cyrillum et Gelasium nullam sibi propriam historiam composuisse, tantum Latinam Rufini Græcam fecisse, nollem a tanto viro dictum ; nam Rufini historia longe post Cyrilli mortem, quæ in ea suo ordine memoratur, conscripta est.

5. Supposita Cyrilli nomini opera duplicis sunt generis ; alia enim optimorum, aut saltem non malorum sunt auctorum, per errorem Cyrillo nostro attributa : alia ab nebulonibus manifesta fraude ejus nomini supposita. In primo ordine numero homiliam *in occursum Domini*, quam cum nonnulli eruditi viri non alienam Cyrillo judicarent, ab auctore docto quidem et erudito sed multo recentiori profectam certis documentis approbasse me spero. Item *Historiam ecclesiasticam* et *mystagogicam*, seu sacræ liturgiæ explicationem, quæ in nonnullis mss. Basilio Cæsariensi, in aliis Cyrillo Jerosolymitano tribuitur : sed verus est fetus Germani Constantinopolitani patriarchæ, in Bibliothecis Patrum Græce et Latine editus hoc titulo, *Theoria mysteriorum ;* quem quidem Thomas Millesius in cod ms. bibliothecæ Bodleianæ repertum multo breviorem, et uti opinatur sinceriorem ad calcem Cyrilli operum dedit. Opus illud existimat Germani II Constantinopolitani patriarchæ qui circa annum 1226 sedem hanc occupabat. Libentius crediderim a Germano profectum, qui Leonis Isaurici temporibus an. 726 florebat ; quod quidem postea additamentis auctum in majorem molem excreverit. Sed cum certum auctorem habeat alterutrum ex illis Germanis, hic recudendum non existimavi. Tom. V *Conciliorum* Harduini editus est anonymi libellus *De sex synodis*, qui in ms. collectione Regia cod. 2931, fol, 219 appellatur Κύριλλος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων, *Cyrillus Hierosolymorum episcopus*, falsa perspicue attributio. Inter *varia sacra* edita a Stephano Le Moine tom. I, pag. 68, Germano Constantinopolitano tribuitur. Homiliæ *De occursu* subjeci brevem chronologiam quæ Cyrilli non est, ejus tamen nomine in aliquo ms. reperitur. His operibus non dolo malo, sed errore præfixum Cyrilli nomen. Sequuntur suppositæ Cyrilli ad Julium Romanum, et Julii ad Cyrillum de die Nativitatis Domini litteræ, quæ certe nunquam a Cyrillo Juliove prodiere. In alio exemplari non Cyrilli sed Juvenalis ad Julium, ejusdemque ad Juvenalem dicuntur litteræ, Juvenalis, non Julio sane centum ante annos mortuo, sed alicui ex Romanis pontificibus in eamdem sententiam scribere potuit. Sed utrum ista scripserit, dubium ; ne dicam falsum prorsus esse. Sed omnem fere impudentiam vincit, quod inscitus et imprudens nebulo Augustini ad Cyrillum, et Cyrilli ad Augustinum epistolas finxit de obitu et miraculis S. Hieronymi : quæ quidem flammis digniora quam typis num recuderem [XCVI] dubitavi. Vicit tamen sententia, ne in hoc opere desiderarentur, ut hoc uno exemplo, quantum mendacio licuerit declararetur. Ejusdem furfuris est fragmentum a S. Thoma sub nomine Cyrilli citatum, quo omnia sive germana sive spuria Cyrilli opera conclusi.

CAPUT II.

Catecheseon 18 *ad illuminandos veritas, antiquitas et integritas defenduntur.*

6. Adeo diserta sunt et luculenta quæ ad defensionem catholicorum dogmatum ex Cyrillianis Catechesibus proferuntur argumenta, ut Protestantes nonnulli, contortis ratiunculis, quibus ea eludere laborant diffisi, nodum hunc sibi inextricabi-

lem secandum potius quam dissolvendum judicarint, catechesesque nostras, injectis primum in Grodecii ac Prevotii fidem suspicionibus. Cyrillo nostro eripere, aut saltem uti interpolationibus et assumentis deformatas auctoritate omni spoliare laborarint. Rivetus Hieronymi auctoritate pressus, Cyrillum fatetur catecheses composuisse ; an autem illæ sint quas habemus, merito ait in dubium vocari. Cum autem ab Theodoreto, Joanne Damasceno, Joanne Cyparissiota ex nostris catechesibus uti ex Cyrillianis testimonia producantur, non vult præfracte negare Catecheses illuminandorum magna ex parte Cyrilli esse ; sed nullatenus dubitat nonnulla in illis esse detracta, nonnulla assuta : quibus argumentis, inferius aperiam. Cum autem mystagogicas quinque similibus veterum illas citantium testimoniis confirmari ignoraret, eas Cyrillo prorsus abjudicat, ut Joanni cuidam Jerosolymitano potius tribuat. Cæterum cujuscunque sint, puras non esse a corruptione interpolatorum pro certo habet, et rem ipsam loqui ait. In hujus judicio omnino acquiescit Albertinus. Jam dudum illa eritici utriusque, et eorum qui hanc auctoritatem sunt secuti, ejecta et explosa sententia est, etiam ab iis qui easdem partes eamdemque communionem amplexi erant. Quamobrem satius fortassis esset nos ab ea controversia, quæ in hoc tempore jam nulla est, abstinere. Ne tamen cuiquam in mentem postea veniat obsoletam illam et exsibilatam opinionem suscitare ; doctorum virorum judicio, catecheseon omnium veritatem et integritatem in tanta luce collocandam existimavi, ut si quis eam rem nondum satis exploratam habeat, eum pudeat de tam aperta veritate solummodo dubitasse. Ab decem et octo prioribus catechesibus exordior.

7. Cyrillum Jerosolymitanum catecheses composuisse dubitari non potest, propter Hieronymi scriptoris æqualis auctoritatem. Illas autem non alias a nostris esse, duplici argumento convincitur. Primum sumitur ab externis antiquorum testimoniis, quibus efficitur nostras catecheses jam ab ipso Cyrilli tempore, aut saltem proximis temporibus exstitisse, et Cyrillo Jerosolymitano nulla dubitatione tributas. Alterum internum est, et ex ipsis catechesibus depromptum. Nullæ pene veterum testimonio destitutæ sunt catecheses. Sed eas [XCVII] alii sub auctoris nomine citant, alii compilant et transcribunt tantum, suppresso auctoris, vel indicato generatim duntaxat SS. Patrum nomine. Secunda catechesis laudatur cum hoc secundæ Cyrilli catecheseos titulo, et verborum a quibus incipit designatione, a concilio VII œcumenico an. 787 celebrato ; quarta a Leontio, et ante ipsum a Theodoreto centum post dictas eatecheses annis scribente, cum designatione quartæ catecheseos *de decem dogmatibus*, et specialis tituli *de generatione ex Virgine*, qui citatis a Theodoreto verbis in catechesi præfigitur. Quinta citatur in catena *in Joannem* ; sexta a Photio et Petro Siculo ; septima ab Anastasio *Quæstionum* 153 sæculi sexti vel septimi auctore, a S. Maximo, et Philippo solitario : nona in catena *in Joannem* : decima a Joanne Cyparissiota ; duodecima a Joanne Damasceno : tertia decima pluries in catenis *in Lucam* et *in Joannem* : octava decima ab auctore *Quæstionum* sub Athanasii nomine. Elia Cretensi, Antonio Melissa. Hi omnes nostras catecheses sub Cyrilli, et pene omnes sub Jerosolymitani nomine laudant. Tantum Cretensis Elias sub nomine SS. Patrum generatim. Nec minor eis accedit auctoritas ab iis qui tacito auctoris nomine sententias ejus transcribunt et compilant. Inde enim efficitur eas illorum tempore exstitisse. S. Nilus, qui aliquandiu vixit cum Cyrillo nullam pene ejus catechesim intactam reliquit, e qua non aliquas, quandoque etiam prolixiores sententias ad verbum suis epistolis insereret, velut e procatechesi, cat. 2, 4, 7, 12, 16, 18. Rufinus, qui Jerosolymis diu Cyrillum vidit, en cat. 13 14, 15 et 18, plurima transtulit in suam symboli expositionem. Basilius etiam Cyrilli sententiis ex procat. et Gregorius Nazianzenus ex cat. 3, usi videntur. Proclus, Basiliusque Seleuciensis catechesim duodecimam interdum compilare videntur. Item *Cæsarianorum Dialogorum* auctor catechesim sextam decimam, Joannes Damascenus nonnullas ex cat. 1 et 15 suis libris sententias aspersit. Ex catechesi 15, nonnulla sumpsit pseudo-Hippolytus in libro *De consummatione mundi et Antichristo*. Catechesis nono exstabat in mss. nonnullis sæculo decimo, imo et octavo sub nomine homiliæ S. Basilii *De Deo incomprehensibili*. Alios omitto, quos in indice notatos reperire est.

8. Sed quo hæc tanta testium nubes ? unus omnino satis est. Nam si alicujus antiqui auctoritate, verbi gratia, Theodoreti vel Rufini constet unam tantum e nostris catechesibus, uti quartam vel tertiam decimam Cyrilli esse, illud de omnibus est probatum. Adeo omnes secum connexæ sunt, et in unum doctrinæ corpus efficiendum conspirant, ut ne una quidem a cæteris divelli queat. Id ipse monuit auctor, procat. n. 11, 'ex omnibus simul catechesibus, veluti totidem lapidibus ex ordine positis et coagmentatis, unum quoddam Christianæ institutionis ædificium confici, cujus nulla pars sine totius ædificii periculo prætermitti aut detrahi possit. Nempe avulsa catechesi una, vel etiam parte ejus aliqua, imperfectam et mancam habes, quæ in toto opere proponitur, Christiani candidati institutionem ac symboli expositionem. Is est omnium catecheseon [XCVIII] ordo, ut posteriora semper ab anterioribus dependeant, et anteriora posteriorum exspectationem complectantur ; subsequentes catecheses in antecedentibus promittitur, et in subsequentibus præcedentes citantur. Promittit auctor in procat. n. 11, plenam et integram de nostris dogmatibus expositionem, variis catechesibus

per totam Quadragesimam habendis. Pollicetur et cat. 4, n. 3, et cat. 5, n. 12, singulorum symboli capitum accuratam ac diligentem expositionem. At cat. 18, n. 32, id se diversis catechesibus perfecisse et absolvisse pro virili parte testatur. Primam, secundam et tertiam catecheses citat cat. 18, n. 22, aiens se in prioribus catechesibus de baptismo pœnitentiaque dixisse. Primam item et tertiam citat cat. 4, n. 32, et cat. 16, n. 30. Catecheses sextam, septimam, octavam, nonam, decimam, duodecimam, ac forte etiam tres sequentes citat cat. 17, num. 2. Præterea in catechesi 7, num. 1, citat sextam, in octava num. 1, septimam, decimam citat in catech. 11, n. 1, et in cat. 13, n. 9, undecimam in cat. 12, n. 4, et cat. 13, n. 9. Ad duodecimam remittit cat. 13, n 9. Tertiam decimam in memoriam revocat cat. 14, n. 1. Eamdem et decimam quartam memorat in cat. 16, n. 4. Promittit in decima sexta num. 32, septimam decimam, et in septima decima num. 1, variisque in locis citat et remittit ad sextam decimam. Ex his intelligis omnes catecheses unius manus esse : quod alioqui satis probaret unum omnium institutum et scopus, una in omnibus docendi et dicendi ratio, eadem doctrina sæpius inculcata et repetita, eædem sententiæ crebro iisdemque pene verbis repetitæ, idem Scripturas et citandi et interpretandi modus. Una igitur catechesi ex auctoritate veterum et æqualium auctorum Cyrillo asserta, ab eodem simul universas proficisci effectum et conclusum est.

9. Ad alterum argumentum venio, quod his duabus propositionibus includo. Prima est, catecheses nostras Jerosolymis certo certius habitas esse; altera, auctorem quarto sæculo, imo ante medium sæculum quartum scripsisse : qua ætate constat Cyrillum Jerosolymitanæ Ecclesiæ presbyterum fuisse, ac catecheses habuisse adhuc juvenem, et, ut cum Hieronymo loquar, *in adolescentia*. Catecheses Jerosolymis dictas esse omnes paginæ clamant. Auditores suos Jerosolymitanos appellat cat. 3. n. 7. *Cognoscite o vos Jerosolymitæ*. Cat. 12, n. 20. *Loca quod attinet, tu Jerosolymitanus cum sis jam ante novisti*, etc. ; cat. 18, num. 34, *illuminare nova Jerusalem*. Cum de mysteriis Christianæ religionis disserit, non omittit quæ Jerosolymis peracta sint, et inde urbi asserit dignitatem, vel ex ipsorum locorum conspectu veritatem illorum tuetur. Monet cat. 3, n. 7, Jerosolymam baptismi primitias accepisse, cum ad Joannis baptismum accederet : « Omnium enim, » inquit, « bonorum prærogativa « in Jerosolymis. » Catechesi 16. n. 4. « Spiritus sanc- « tus in Pentecoste super apostolos delapsus est, ist- « hic in Jerusalem, omnium enim apud nos sunt præ- « rogativæ. » Et cat. 17, n. 13, « Cum complerentur dies « Pentecostes, hic, in civitate ista Jerusalem (nostra « enim est hæc quoque prærogativa : loquimurque « non de his quæ apud alios contigerunt, sed de con- « cessis apud nos bonis) [XCIX] Pente coste igitur « cum esset, etc. Vide et ejusd. catech. n. 16 et 38. De sacra Eucharistia, cat. 18, n. 33, vocat eam mysreria ex altari sumpta, quæ *isthinc*, inquit, *initium acceperunt*, Jerosolymis videlicet primum instituta. Veritatem adventus Christi probans cat. 10. n. 19, in testimonium assumit *sanctum crucis lignum, quod*, ait, *ad hodiernum usque diem apud nos conspicitur :* palmam in valle sitam, quæ ramos pueris Christum encomio celebrantibus ministravit : Gethsemane locum, Judam adhuc quasi demonstrantem ; additque : *Sanctus iste Golgothas super cætera editus testatur, conspicuum se ostentans ; testatur monumentum per sanctum, et qui in hunc usque diem jacet lapis*. Cat. 13, n. 38, eadem iterum repetit testimonia, quibus nova superaddit, in primis præsentem Caiphæ domus vastitatem, et n. 39, Pilati prætorium *nunc*, inquit, *in solitudinem redactum*. Addit : *Golgothas iste sanctus supereminens, atque in præsentem usque diem fidem faciens quomodo petræ propter Christum eo tempore sunt scissæ*. Proximum quoque monumentum, et prope monumentum jacentem lapidem in testimonium appellat. Eadem cat. n. 22, ait se de tropæis Domini in ipso ter sancto Golgotha dicere. *Alii enim*, inquit, *tantummodo audiunt ; nos autem et videmus et tangimus ;* n. 23, crucifixum vere Dominum fuisse probans, *vides*, ait, *locum Golgothæ*. Secuta est acclamatio auditorum assentientium. Cat. 14, n. 22, iterum petram monumenti, et lapidem in diem usque præsentem conspicuum, et ipsam, in qua dicebat. Resurrectionis ecclesiam a Constantino ædificatam, in testimonium veræ Christi resurrectionis vocat Alia loca vide cat. 4, num. 10 et 12. Montem Olivarum in testimonium ascensionis citat cat. 14, num. 23 : *Multos testes habes. Habes hunc ipsum resurrectionis locum ; habes locum ascensionis nobis ad Orientem situm*. Montem etiam Olivarum ex ipsa urbe contemplari jubet auditores, cat. 12, num. 11. Sionis quoque vastitatem, subactum aratro et repletum cucumerariis locum, uti testis coram testibus describit cat. 16, n. 18. Se e regione et in conspectu Jerosolymitani templi orationem habere testatur cat. 7, n. 6, et cat. 10, n. 11. Ecclesiæ, cujus erat, primum episcopum fuisse Jacobum fratrem Domini, ait cat. 4, n. 28, et cat. 14, num. 21, septemque priores diaconos appellat *primogenitos hujusce aliquando sterilis Ecclesiæ filios*. Dicebat in ipso monte Golgotha, ut testatur ipse cat. 4, n. 10 et 14, cat. 10, n. 19, cat. 13, num. 4, 22. 39, cat. 16, n. 4, in ecclesia Resurrectionis ad ipsum sepulcri locum ædificata, cat. 14, num. 9, a Constantino et filiis structa et ornata magnifice, ibid. n. 56, 22 et 14. Imo in ipso Resurrectionis sacello se mystagogicas catecheses ait habiturum cat. 18, n. 33 Ut ex his omnibus constet catecheses nostras Jerosolymitani auctoris esse.

10. Jam difficile non est Catecheseon antiquitatem demonstrare, quæ medio quarto sæculo recentiores esse non possunt. Multa sunt hujus antiqui-

tatis sumpta in ipsis catechesibus argumenta. Primo enim auctor ab Isaiæ ætate ad suam, nondum mille annos integros et exactos numerabat; ait enim cat. 16, num 18, *Isaias ante annos prope mille erat.* Centum pene supra [C] mille revera effluxerant anni; is tamen error magis etiam auctoris antiquitatem prodit. Cat. 16, num. 9, ducentos a morte apostolorum ad Manetem usque annos numerat. At cat. 6, num. 20, a Manete ad sua tempora septuaginta annos ad summum ponit, addens suo tempore etiamnum in vivis superesse, qui Manetem suis oculis conspexissent. Annus quo prodiit Manes, apud chronologos constat, estque annus Christi 277, cui conjungendo elapsos inde annos septuaginta, habes annum, quo dictæ sunt catecheses, Christi 347. Secundo scribebat recenti persecutionum memoria. Cat. 16, num. 8, referens infanda Montanistarum mysteria infanticidio cruentata, ait: *Ad hæc usque nupera tempora* μέχρις πρώην *cum persecutio desæviret, nos horum facinorum suspicione laborabamus, quod Montanistæ communi nobiscum Christianorum nomine dicerentur.* Supererant qui in persecutionibus Christo contumeliam inferre potuerant. Cat. 3, num. 15, *Si quis vestrum blasphemis vocibus Christum crucifixit: si quis per ignorantiam coram hominibus negavit.* Et cat. 2, secundum aliud exemplar num. 19, pag. 37. *Si quis hic adest in vobis e gentilium numero, qui aut in Christianos aliquando convicium dixerit, aut persecutionum tempore sanctis Ecclesiis insidiatus sit.* Pace tunc quidem post persecutiones exactas, et honore a principibus exhibito gaudebat Ecclesia, cat. 18, num. 27, verum non conquieverat iterandæ persecutionis metus, cat. 13, n. 23. « Vide ne aliquando in tempore persecutionis neges. « Ne in tempore pacis solummodo adgaudeas cruci, « verum etiam in tempore persecutionis eamdem habeto fidem. » Tertio, dicebat non multo post exornata imperatorum pietate loca sancta, et auctam urbem Jerosolymitanam. Cat. 12, n. 20, ait *ante paucos annos* sylvestrem fuisse Bethlehemi locum; succiso nimirum Helenæ opera Adonidis luco, ibidem per Adrianum consito. Cat. 14, num. 9, loquitur de anteriore spelunca, quæ monumento Christi pro vestibulo erat, a Constantino ad ornandum facilius monumentum illud erasa et sublata. Vivebat sub iis imperatoribus, qui Resurrectionis ecclesiam ædificaverant, cat. 14, n. 14. « Hujus temporis imperatores « sanctam hanc, in qua sumus, Resurrectionis ec« clesiam exstruxerunt. » Hanc autem ædificationem et exornationem Constantino jam defuncto tribuit n. 22. Loquitur ergo in loco citato ex num. 14 de filiis Constantini, Constantio et Constante; cumque Constans sit anni 350 initio mortuus, ante id tempus scriptas esse catecheses necesse est. Loquitur procat. num. 16, de balneis recens Jerosolymæ ædificatis ἄρτι, et cat. 14, num. 9, de antemuralibus postea urbi additis. Quarto, stabant eo tempore grandia templi rudera, non exterioris tantum ambitus, sed et interioris ædis, in qua cherubim olim erant, cat. 15, num. 15. At Juliani tempore an. 363, tum ipsis manibus Judæorum, tum ignibus e cœlo delapsis, et terræ successibus, prostrata et dissipata sunt omnia quæ e solo prominebant ædificia; ut Greg. Nyssenus suo tempore diceret templum jam ne ex vestigiis quidem cognosci, τοῦ ναοῦ μὲν οὐδὲ ἐξ ἰχνῶν γινωσκομένου (*orat. catech.* cap. 18, tom. III, p. 75). Quinto, bellum [CI] erat in Mesopotamia Romanos inter et Persas cat. 15, n. 6, quod cum toto fere Constantii et Juliani imperio perseveraverit, hujus morte et fœda sed necessaria Joviani pactione an. 363 terminatum est.

11. Sexto, cum auctor accurate recenseat hæreses omnes circa argumentum quod tractabat enatas, non alias numerat quam vetustiores illas primi, secundi et tertii sæculi, atque in Manichaica quasi omnium recentiore recensionem suam concludere solet. Vid. cat. 6, n. 20, et cat. 16, n. 9. Sabellianorum quoque meminit, et Arianorum quasi suo tempore totam pene Ecclesiam occupantium, cat. 4, n. 8, cat. 15, n. 10, et aliis in locis; quæ videlicet optime in priorem illam quarti sæculi partem conveniunt: cum videlicet divisa pene ob consubstantiale in duas partes Ecclesia, altera pars alteram diversæ et oppositæ hæresis insimulatione vicissim insequeretur. Arianam hæresim ex nomine numquam appellat, sed eam tecte doceri et grassari queritur. Pauci revera erant illo tempore puræ Arianæ hæresis professores, iique ab Ecclesia ejecti et latentes. Sed post medium quartum sæculum aperte caput exseruere: iisque se gravissime opposuit Cyrillus. Eorum blasphemias passim refellit. De substilioribus cavillis ab eis non multo post inventis silet. De Arianis et eorum oppugnatoribus sic loquitur cat. 15, n. 7, quasi in utrisque culpa et fraternum odium hæsisset. Haud sane post sua cum Acacio dissidia ita fuisse locuturum puto. Ante hæc tempora igitur dicebat catecheses. Marcelli hæresim tanquam *recens enatam* scribit cat. 15, n 27, προσφάτως ἀναφυεῖσα. Hæc autem an. 335 primum audita. Pneumatomachorum vel Apollinaristarum nulla mentio, quanquam iis, posteaquam prodiere, Cyrillus maxime infensus fuit. Septimo, nullos auctores citat nisi vetustos, Clementem Romanum, et Irenæum. Utitur etiam Justino, Archelao, Eusebio Cæsariensi: sed nullum Eusebio recentiorem vel citatum ab eo vel compilatum reperias. Octavo, quo tempore dictæ catecheses, communia erant in Ecclesia sanationum, prophetiæ, miraculorumque dona. Hæc in baptismate pro mensura fidei et dispositionis cujusque donari consuesse, non uno loco testatur auctor. Vide imprimis cat. 1, n. 5, in qua remissionem peccatorum omnibus ex æquo dari ait, communicationem vere Spiritus sancti secundum proportionem fidei unius cujusque. *Si credideris*, inquit, cat. 17, n. 36, *non solum remissionem peccatorum accipies, verum*

etiam humanis viribus superiora efficies. Utinam vero etiam prophetiæ dono dignus habeare! Accipies tantum gratiæ, quantum capere poteris, et non quantum ego dico: fieri enim potest me parva dicere, te vero majora reportare. Et cat. 13, n. 23, *Accipis nunc peccatorum tuorum remissionem, et spiritualis donativi regis tui munificas gratias.* Cat. 5, num. 11, distincta duplici fide, una dogmatum et miraculorum altera, auditorem hortatur ut primam quæ ab assensu ejus pendet, ex se subministret, alteram quæ superiora humanis viribus molitur, accepturus a Deo. Cat. 10, n. 13, ait invocatione Christi sæpe morbos curari. Cat. 13, n. 40, testatur signo crucis suo tempore [CII] sanari morbos effugari dæmones, veneficiorum incantationumque imposturas everti. De ejusdem signi ad dæmones abigendos præsenti virtute, exorcismorumque in eam rem efficacia, loquitur passim. Vid. cat. 4, n. 13, cat. 13, n. 3, 36, cat. 16, n. 19. At ea dona quarto sæculo exacto jam rara erant. Denique alia vetustatis indicia in Catechesibus intermicant, publicus idolorum cultus, gentiliumque irrisio religionis Christianæ; Quadragesima diebus constans tantum 40, cum jam sexti sæculi initio Jerosolymis hebdomadibus septem constaret; Symbolum antiquum a Cyrillo expositum, quod sub finem quinti sæculi jam Nicæno vel Constantinopolitano commutatum erat; sacerdotium Christo ab æterno tributum; asserta Filii, etiam secundum divinitatem Patri obedientis subjectio; quæ vix post medium sæculum quartum apud catholicos scriptores audita: prætermissio vocum consubstantialis, hypostaseos, personæ, similiumque, quæ eo jam tempore communia, nullo post sæculum quartum in opere theologico prætereuntur. His argumentis, et iis potissimum, quæ primo, secundo, tertio, sextoque loco commemorantur, abunde demonstratum puto Catecheses ante annum 350 scriptas esse; quo præcise anno consignandæ sint, capite quinto disputabimus. Interim quid Rivetus ad auferendas Cyrillo Catecheses, vel corruptionis insimulandas adducat explorandum.

12. Nihil afferri poterat levius atque futilius. Primo sibi ægre persuadet catechumenorum institutionem publicam iis temporibus adolescenti fuisse commissam. Affirmat tamen Hieronymus illi ætati proximus, Riveto longe fide dignior. Quin Rivetus ipse in catechesibus ait *reperiri non pauca, quæ negligentius scripta, ab adolescente videantur profecta, et carere ea judicii firmitate, quam in provectiorum scriptionibus observamus.* Fateor me nihil hujusmodi reperire: sed suo se ipse gladio jugulat Rivetus, dum negat catecheseon curam adolescenti Cyrillo commissam, et Catecheses ejus adolescentis hominis vestigia conservare ait. *Adolescens* Hieronymi usu hominem annorum triginta et supra non raro significat. Cum Cyrillus pristinum locorum sanctorum statum ante eorum expurgationem conspexerit et observaverit; anno A 347 vel 348, quo catecheses dicebat, annos natus minus triginta non erat; qua ætate successor ejus Joannes ad episcopatum evectus est, Hieronymo teste ep. al. 61, nunc 38. Quis mirabitur ei presbytero creditam catecheseon habendarum curam, cui anno secundo vel ad summum tertio post, creditus urbis episcopatus? factus est an. 350, vel 351, episcopus. Non poterat an. 348 catecheseon curam suscipere? Ait secundo Rivetus Cyrillum Hieronymo teste catecheses *composuisse;* nostras autem extemporaliter pronuntiatas et ab ore dicentis exceptas; quod tamen de adolescente sibi ægre persuadet. Scilicet, si Rivetum audiamus, negabimus Ciceronem Catilinarias orationes *composuisse*, quia ex tempore effudit. Esto tamen, ut *composita* dici B non possit, quæ extemporalis est et nulla præmeditatione habita oratio, non licuit Hieronymo ignorare Cyrilli catecheses dictas [CIII] fuisse ex tempore? Quis autem Riveto asseveravit Cyrillum aut catecheses suas *nulla habita præmeditatione pronuntiasse*, nec ante animo meditatum fuisse et ordinasse dicenda? aut quas sine scripto fuderat, non postea digessisse et litteris consignasse? Tertio tandem ait in ms. cod. Bibliothecæ Augustanæ catecheses τῶν φωτιζομένων 18, et mytagogicas quinque Joanni cuidam Jerosolymitano tribui. Ejus hac in re negligentiam miror, ne malam fidem accusem. Eo in codice catecheses illuminandorum nulli neque Joanni neque Cyrillo tribuuntur, sed Marcus Welserus sua auctoritate inscriptionem posuit: *Catecheticæ institutiones episcopi Jerosolymitani, quem Cyrillum esse puto.* Ex codice Græco forte sumpsit verba *catecheticæ institutiones episcopi Jerosolymitani* quamvis Græca verna non ascribat. Revera mystagogicæ in eo libro Joanni tribuuntur, sed de his infra. C

13. Nec felicior Rivetus in oppugnanda Catecheseon integritate. Plura se assumenta in eis deprehendisse confidit, quæ non ex manuscriptorum codicum prætermissione, styli dissimilitudine, cum veris et certis Cyrilli sententiis comparatione, aliisve critices argumentis æstimat; sed ex præjudicatis suis opinionibus, quas Cyrillum lædere non ausurum fuisse supponit; et illo unico argumento, quod detractis iis sententiis, quas optaret scriptas non fuisse, maneat integer auctoris sensus, et contextus series. O admirabilem licentiam, et miserabilem inscitiam disserendi! Quæ ratio si valeat, parentheses omnes, ampliores ejusdem sententiæ declarationes et confirmationes, etc., quando ad libitum fuerit assumenti nomine repudiare, et veterum scripta impudentissime concerpere licebit. Sed proposita ab ipso assumentorum exempla breviter expendamus. Primum est ex cat. 12, n. 25, quo loco Jesum probat Cyrillus ex virgine nasci decuisse, quoniam ii qui in ipsius lege sacerdotium præclare obeunt, a muliere abstineant. Illud *præclare* si attendisset, pepercisset sane sententiæ, quæ communi licet sacerdotalis continentiæ consuetudini suffra- D

getur,eam tamen ab exceptionibus non omnino liberam fuisse significat. Pepercisset et alteri in eadem catechesi,n 33,sententiæ, si eam intellexisset, vidissetque nihil in ea de B. Mariæ virginis cultu et veneratione contineri. Sed interpretatione non bona deceptus, et sensum ipse Cyrillianis verbis penitus absurdum affingens,ea merito qualia perimperitiam concipiebat. Cyrilliana esse negavit. Tres quoque sententias, seu eamdem sententiam ter repetitam, cat. 4, n. 10, cat. 10, n. 19, cat. 13, n. 4, de ligno crucis Jerosolymis ostenso, et *in hodiernum usque diem* asservato, uno impetu oppugnat. Primum, quod fabulosa sit crucis sub Constantino inventio et detectio. Secundo, quod verba *usque in hodiernum diem* de prolixiori temporis spatio dici soleant,non de breviori ac viginti circiter annorum, quod a reperta cruce ad Cyrilli tempus effluxit. Veritatem repertæ crucis uno Eusebii silentio oppugnat; cui longe præponderat Cyrilli æqualis et indigetis auctoris testimonium,ter diversis locis repetitum,ab eodem etiam in epistola ad Constantium num· 3, [CIV] confirmatum. Nego autem verba *in hodiernum usque diem* longam temporis moram declarare, quæ a S. Matthæo evangelista XXVII, 8, annorum ad summum decem spatio applicantur, et a Cyrillo ipso cat. 17, num. 10, spatio sane non multo, quod ab imperatorum ad religionem Christianam conversione exactum erat.Sed quod nodum penitus et secat et solvit, illud est: Cyrillus quod de servata cruce, idem de lapide monumenti ad suam usque ætatem demonstrato dicit cat. 10, n. 19, cat. 13, n 39, cat. 14, n. 22, ubi iisdem verbis *in hodiernum usque diem* utitur. Atqui uno et eodem tempore reperta crux, et detectus cum sacro monumento lapis. Quanquam non ab repertæ crucis et detecti lapidis epocha, sed ab ipso usque passionis et sepulturæ tempore,suum illud in utroque loco *ad hodiernam usque diem* spatium numerasse censendus est. Postremum Rivetus assumentum numerat, id quod cat. 18, num. 16. de v sanctorum defunctorum corporibus et ossibus,imo et eorumdem vivorum pignoribus ad mirabilium effectionem inhærente dicit Cyrillus; quod Rivetus contrarium putat ipsius Cyrilli doctrinæ cat 17, num. 30, ubi ad præsentem Spiritus sancti virtutem revocat horum sacrorum pignorum efficaciam: perinde quasi illud catechesi 18 neget. Explicandus fuerat unus ex altero locus, non alter ex altero criminandus.

14. Sed liberaliter ego agere volo cum Riveto, fateorque assumentis nonnullis depravata fuisse Cyrilli scripta. Procatechesis et catechesis nona, sub nomine S. Basilii cum insignibus varietatibus et additamentis in quibusdam mss.reperiuntur.Duplex iidem mss. secundæ catechesis exemplum repræsentant:amboque inter sese diversa non parum. In cat. 16, num. 3, magnum legitur apud Coislinianum codicem assumentum; aliudque eadem catachesi apud diversos mss., num. 23. Vox ὁμοού-σιον in diversa exemplaria irrepsit cat. 4, n. 7, cat. 16, n. 3 et 23, cat. 17, n. 32 et 34. Diversæ etiam lectiones in mss. nonnullis de industria commutatæ videntur, cat. 4, n. 16, cat. 11, n. 5 et 20. cat. 17,n.5, cum imperitis librariis vel a catholico sensu recedere, vel non satis diserte illum exprimere viderentur. Verum ecquis liber antiquus ab hac temporis injuria immunis? Non desunt certa argumenta, cum ex mss. sinceriorum auctoritate, tum ex artis criticæ regulis, quibus assumenta discernantur. Ad summum, in paucis admodum sententiis hærebit dubium, et suspicio; quæ operi toti, quod omnis generis testimoniis approbatum est auctoritatem adimere non possunt, nisi universe libris omnibus et instrumentis veteribus fidem omnem detrahere volumus.

CAPUT III.

Mystagogicæ quoque catecheses Cyrillo asseruntur; earumque integritas vindicatur.

15. Quod de catechesibus illuminandorum timide et dubitanter,id de mystagogicis certe pene fiducia pronuntiantRobertus Cocus, Andreas Rivetus,Edm. Albertinus, eas [CV] Cyrilli nomini suppositas esse: liberaliterque Catholicis annuendo Cyrilli esse, insignibus saltem assumentis depravatas esse sibi omnino concedi oportere confidunt. Hanc eorum opinionem triplici argumento evertere tentabo. Primum ex testimoniis veterum, alterum ex Cyrillo ipso, tertium ex ipsis catechesibus desumam. Ea adversariorum nostrorum fiduciæ causa fuit, quod nondum producta in favorem mystagogicarum catecheseon, veterum testimonia fuissent. Repertum postea fuit eas sub Cyrilli nomine ab antiquis auctoribus laudatas. Eustratius qui Justiniani ætate vivebat, ducentis post Cyrillum annis, longum ex cat. 23 testimonium recitat. Anastasius sexti vel septimi sæculi auctor cat. nonam decimam laudat. Nico monachus decimi fere sæculi scriptor in Pandecte ms. cat. 23 testimonio utitur. Auctor inediti libelli de divinis mysteriis, multa ex cat 22 et 23 testimonia profert. Idque mirabile, quod ea sola citant Eustratius, Nico, auctor libelli præfati, quæ adversarii nostri, uti certissima assumentorum exempla producunt.

16. Sed dandus est ipse Cyrillus operis sui assertor et vindex. Nam et in catechesibus ad illuminandos, mystagogicas se habiturum promittit, et in mystagogicis se catecheseon ad illuminandos auctorem profitetur. Catech. 18, n. 33, mystagogicas singulas, commemorato cujusque argumento, se in ipso sanctæ Resurectionis loco dicturum profitetur: ibidem revera dictæ sunt, ut patet ex cat. 20, num 7 et 4, ubi Domini monumenti tanquam *coram positi* meminit. Hujus argumenti vim elevasse se putat Rivetus, totum hunc locum cat. 18 asserendo intextum esse. Quæ quidem alioqui nulla responsione digna, in monito ad cat. 18, num. 9, abunde refellimus. Cyrillus præterea catechesi 13, n. 19, promittit catechesim quæ de Eucharistia tractet, in

qua explicaturus sit quomodo Christus in Eucharistia figuram gerebat panis: quod præstitum est cat. 22, n. 3. Idem catechesi 16, n. 26, pollicetur vicesimam primam; dum ait se auditoribus suo tempore explicaturum, quomodo Spiritus sancti gratia in eos ventura sit: quod est totum vicesimæ secundæ catechesis argumentum. At in catechesi 19 se priorum cateheseon auctorem profitetur, n. 9. Recitato enim breviori symbolo, quod post abrenuntiationes in Jerosolymitana Ecclesia pronuntiabatur; quodque trium Trinitatis personarum, et unius baptismi pœnitentiæ confessionem continebat; hæc subjicit: «De quibus in prioribus catechesibus, quemadmodum divina gratia concessit, dictum est tibi «prolixius.» Idem auctor, iidemque auditores utrarumque catecheseon. In cat. 23 omnium postrema num. 1, se eo die spirituali auditorum institutionis ædificio coronidem impositurum ait; quod mystagogicis solummodo catechesibus restringere ac concludere, nimis angustum restrictumque videatur. Porro si unam ex catechesibus mystagogicis Cyrilli esse constet, omnium auctorem esse una probatum est. Nexæ, devinctæque secum sunt omnes, unumque Christianæ de tribus sacramentis doctrinæ corpus conficiunt. In nona decima num. 11, promittitur vicesima et sequentes; in [CVI] vicesima num. 1, remittit ad nonam decimam. In vicesima tertia, n. 1, citantur omnes præcedentes. Quamobrem si hanc, Eustratii, Niconis, etc. auctoritate, Cyrilli nostri esse constiterit, omnes eodem actu uni auctori asseruntur. Addendum, mystagogicas cum catechesibus illuminandorum in unum Christianæ institutionis scopum conspirare, ut a se vicissim separari non possint.

17. In ipsis tandem mystagogicis cathesibus exstant plurima, quæ eumdem utrarumque catecheseon auctorem astruant. Primo, eadem est in utrisque catechesibus docendi et disserendi ratio: primum pro themate ponit, textum Scripturæ, cujus commemorationem in catechesi data occasione injicere non prætermittit. Quemadmodum deinde in catechesibus illuminandorum, symboli verba vel singulas mysteriorum Christi partes, particulatim explicat, ita in mystagogicis, singulas cæremonias sacras ex ordine quo peractæ sunt, assignatis cujusque causis et rationibus explanat. In utrisque singula capita ex Veteri Testimento asserit et probat; cumque aperta testimonia desunt, ad typos et figuras recurrit. Tandem utrasque similiter morali exhortatione brevi, voto ac desiderio favorabili, et SS. Trinitatis Christive simillima glorificatione concludit. Secundo, eadem est utrobique Scripturæ allegandæ et explanandæ ratio. Proprium Cyrillo, prolixiora quandoque testimonia proferre; eaque paraphrasis in modum explanare; brevem, quasi per parenthesim, subjiciendo singulis dictis expositionem, per quam Scripturæ verba interrumpit et in iis mediis interloquitur. Obvia sunt in catechesibus illuminandorum exempla; in mystagogicis habes alia, cat. 21, n. 7, cat. 22, n. 7 et 8, et ad eumdem modum explicat abrenuntiationum formulam cat. 19, n. 4, 5, 6, 7, 8. Tertio, eadem sunt in utrisque singularis Cyrillo doctrinæ capita, vel singulares communis alioqui doctrinæ explanandæ astruendæque rationes. Joannis baptismo vim dimittendi peccata tribuit, cat. 3, n. 7, ut tamen Spiritum sanctum non conferret, ibid. n. 9. et cat. 17, num 8. Utrumque repetit cat. 20. n. 5. Cibos idolis immolatos per invocationem dæmonum ex communibus impuros effici ait iisdem pene verbis, et cat. 3, n. 3, et cat. 19, n. 7. Vim baptismalis aquæ ad sanctitatem efficiendam repetit cat. 3, n. 3, ab invocatione Trinitatis. Idem tradit cat. 20, n. 3, de oleo exorcizato, cat. 21, n. 3, cum de sacro chrismate, tum de pane et vino eucharisticis per invocationem in corpus et sanguinem Christi commutatis. Quo in loco animadvertendus idem in utrisque catechesibus similium comparationum usus. Nam sicut cat. 3, n. 3, exemplo ciborum qui dæmonum invocatione impuri fiunt, explicat quomodo aqua simplex per Ecclesiæ preces sanctitatis efficiendæ capax evadit, ita cat. 19, n. 7, cibos præfatos dæmonum invocatione impuros reddi probat, exemplo eucharisticæ mutationis: eodemque iterum exemplo accedentem per Ecclesiæ preces sacro chrismati vim Spiritus sancti conferendi astruit. Cat. 3, num. 5, observat Aaronem prius lotum quam consecratum per unctionem sacerdotem [CVII] fuisse. Eadem observatio cat. 21. n. 9. Ait cat. 18, n, 33, chrismatis unctione nos sacerdotum in morem consecratos, quod mox citato cat. 21 loco confirmat; dumque ab hac unctione nos christorum appellationem jure consecutos ait, ibid. n. 5, suam confirmat quam catechesi 10, n. 11 et 14 asseruerat doctrinam, Dominum ab sacerdotio Christum esse dictum. Christi humanitati datum fuisse Spiritum sanctum docet, ut ab eo exuberaret in nos cat. 17, num. 9, eadem doctrina cat. 21, n. 6. Ante perceptum baptisma et unctionem nos Christianorum nomine nondum proprie dignos fuisse ait, cat. 21, n. 5; sic procat. n. 15 auditores baptismi tempore Christi appellationem sumpturos refert. Ante utrumque sacramentum, militiæ Christi nondum idoneos, nec satis ad pugnam cum diabolo comparatos affirmat cat. 3, n. 13, et cat. 17, n. 36. Idem tradit cat. 21, n. 4, quod in utroque loco ab exemplo Christi confirmat, prius baptizati et Spiritum sanctum recipientis quam luctam cum diabolo susciperet. Unctionem chrismatis vocat spiritale corporis et animæ amuletum cat. 21, n. 7. Vide similia cat. 17, num. 37, Plura alia prætermitto similia de vi exorcismorum ad urendos et effugandos dæmonas, procat. num. 9, cat. 16, n. 19, et cat. 20, n. 3. De pompis Satanæ variisque superstitionibus cat. 4, n. 37, et cat. 19, num. 6, 8. De cibis immolatis, cat. 3, n. 3, ac cat. 4, num, 28, et cat. 19, n. 7. De tumulatione Christi, quam appellat plantationem veræ vitis cat. 13, n. 35, et cat. 14, num. 11, uti cat. 20, n. 7. Quarto

tandem eadem est in omnibus styli simplicitas,idem orationis color, nullæ figuræ, exclamationes, antitheses, apostrophæ.similes passim locutiones ; aliquot exempla dabo. Cat. 19, num. 2, baptisterii vestibulum vocat, προαύλιον τοῦ βαπτιστηρίου οἶκον· procat. num. 1, πρόαυλιν τῶν βασιλείων. Cat. 19, n. 8. de diabolo sibi subjectos complectente, ὡς οἰκεῖον περιέποντος· et cat. 1, n. 3, de angelis justos protegentibus, οἱ δὲ περιέπουσιν ὡς οἰκεῖοι. Cat.19, n. 1, de baptismi cæremoniis, et consecutis eo tempore donis, ait τὴν ἔμφασιν τὴν πρὸς ὑμᾶς γεγενημένην, et procat. n. 15, λάβητε ἐνέργειαν θείων πραγμάτων. De Eucharistia cat. 22, n. 3, ἐν τύπῳ ἄρτου δίδοταί σοι τὸ σῶμα· cat. 13, n. 19, τὸ σῶμα αὐτοῦ τύπον ἔφερεν ἄρτου· cat. 23, n. 22, οὐ πολλῷ μᾶλλον ἀσφαλέστερον. Eadem locutio passim in prioribus catechesibus occurrit : cat. 12, n. 28, ποῖον μᾶλλόν ἐστι δυσκολώτερον· cat. 4, n. 30, οὐ πολλῳ μᾶλλον καὶ εὐκοπώτερον. Dæmones vocat cat. 20, num. 3, *Mali virtutes*, τοῦ Πονηροῦ δυνάμεις· cat. 17, n. 30, *Mali spiritus*, τὰ τοῦ Πονηροῦ πνεύματα· cat. 29, n. 2, *adversarias virtutes*, αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις· diabolum vero, cat. 15, n. 22, *adversariam potestatem*, δύναμις ἐναντία. Diabolum et dæmones vocat cat. 20, n. 3, ἀντικειμένην ἐνέργειαν, et procat. n. 10, τὰς ἀντικειμένας ἐνεργείας. Plures alias Cyrillo familiares colligere possem locutiones, quæ in utrisque catechesibus occurrunt. His abunde probatum puto eumdem utrarumque catecheseon auctorem esse : quid objiciant adversarii nunc expendendum.

18. Palmare Coci, Riveti et Albertini argumentum desumitur ex codice Augustano, qui mystagogicas quinque catecheses non Cyrillo, [CVIII] sed Joanni Jerosolymitano episcopo tribuit. Quibus etiam hoc addo liberaliter, in Ottob. codice ambobus adjudicari, et *Cyrillo et Joanni*. Sed quæ unius codicis, alteriusve auctoritas, adversus cæterorum omnium consensum, veterumque auctorum suffragium, et sumpta ex ipsa re argumenta ? atqui primo inde constat, non ignoti auctoris nostras esse catecheses, sed Jerosolymitani alicujus episcopi, Quanquam alioqui satis constet ex ipsis catechesibus eas Jerosolymis dictas : cum ex diserta auctoris asseveratione, cat. 20, n. 7, Christum eo ipso in quo dicebat loco sepultum testantis, ἐνταῦτα πεφύτευται ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή, et Domini monumentum coram positum indice demonstrantis, ibid. num. 4, ἀπὸ σταυροῦ ἐπὶ τὸ προκείμενον μνῆμα : tum ex his verbis brevioris symboli cat. 19, num. 9, *Et in unum baptisma pœnitentiæ ;* quæ propria Ecclesiæ Jerosolymitanæ hujus articuli enuntiatio. Secundo, cum plures Jerosolymis sederint antistites Joannis nomine, non in unum aliquem e posterioribus conferri possunt nostræ catecheses ; sed aut in Joannem primum Cyrilli nostri successorem, aut in Joannem secundum qui post Eliam sedebat anno 514 ante Petrum ; nam Joannes tertius qui sub ejus sæculi finem vivebat, Eustratio posterior, citati ab Eustratio operis auctor esse non potest. Ne Joanni secundo tribuatur, obstat primum liturgiæ in catechesi 23 descriptæ simplicitas, quam sæculo sexto constat ampliorem multo ac prolixiorem exstitisse. In commemoratione mortuorum n. 9, fit solum mentio episcoporum ; nondum introductis in liturgiam archiepiscoporum et patriarcharum nominibus. Obstat etiam publicus ille idololatriæ cultus, conventus illi ac mercatus in idolorum solemnitatibus ; aut, ut in nonnulis codicibus legitur, *in idolorum delubro et solemnitatibus* ; suspensæque ibidem carnes,panes, esculentaque alia ; de quibus fit mentio cat. 19, num. 7, sæculo enim sexto nulla ejus rei vestigia remanserant. Eadem ratio facit ne Joanni etiam proximo Cyrilli successori possint tribui catecheses. Num enim talia post annum 386 auderent idolorum cultores, merito dubitatur. Tertio, quod si concesserimus Joannem hunc earum catecheseon auctorem esse, nihilo minor in controversiis nostris earum futura est auctoritas, eadem pene antiquitate. Sed ut Cyrillo præclarum opus eripiatur, non cogit unius codicis auctoritas ; obstant contra adductæ superius a nobis ineluctabiles pro unico omnium catecheseon auctore rationes.

19. Alia Riveti argumenta sunt, quod a veteribus non citentur mystagogicæ. Falsum id et imperite assertum, veterum testimonia producendo ostendimus : « Quod catecheses illuminandorum ex variis « Scripturæ locis quasi centones sint consutæ, et in « rebus etiam non necessariis ad nauseam usque pro« lixæ, mystagogicæ vero in rebus arduis, magnis, et « non ita vulgo notis brevissimæ;Scripturarum testi« moniis in plerisque suis assertionibus destitutæ ; « quas si aliquando usurpant,id plerumque fit ridicu« le. » Nihil de priorum catecheseon prolixitate dico: quarum pene singulæ argumentum continent pluribus sæpe libris,grandibusque voluminibus,a sanctis Patribus tractatum et expositum, quanquam [CIX] exstant multæ quavis mystagogica breviores, ut cat. 1 et 8, ne quid dicam de tertia, quinta, septima, nona, quæ non sunt vicesima tertia prolixiores. Cyrillus orationem pro rei tractandæ ubertate et copia, ac dati temporis mensura, nunc producebat, nunc contrahebat. Mystagogicæ cujusque argumentum sufficientissime,et ut nihil desit,tractat; nec paulo uberiores videas aliorum Patrum de eodem argumento tractatus. At temporis angustia cogebatur, qui post synaxim, totoque populo dimisso, ad horam prandii dicebat, cat. 18, n. 33. Cumulatis Scripturarum testimoniis ubi res postulabat, utebatur; multæque sunt illuminandorum catecheses in quibus reperiantur pauciora quam in mystagogicis : testes procatechesis, catechesis prima, quarta, nona, etc. Tractandos habebat in mystagogicis secretos quosdam, et sine scripto ab apostolis Ecclesiæ traditos ritus ; quos Basilius lib. *De Spiritu sancto*, cap. 17, docet sola sine scripto traditione servari. Quanquam Cyrillus suæ consuetudinis retinens, Vetus Testamentum et propheta-

rum vaticinia, quotiescunque licet, in testimonium vocat; nostrisque ritibus ea Scripturarum loca veteresque typos ac figuras accommodat: ut cæteri Patres in eodem argumento solent. Quod si Riveto ridicule factum videtur, non illi Cyrillus unus, sed et omnes pene Patres ludibrium debent. Sed alia libens Riveto argumenta subministrabo, quibus, ad distinguendos utrarumque cathecheseon auctores, non sine colore aliquo ac prætextu inductus visus esset, Cyrillus cat. 2, n. 10. agnoscit in beatis angelis peccata, quæ Dei condonantis benignitate indigeant. At cat. 23, n. 14, supponit ab angelis in cœlo Dei voluntatem nunquam prætermitti. Præterea cat. 10, n. 4, ait Christum ex omni æternitate a Patre unctum esse: quem cat. 12, n. 2, docet Spiritu sancto unctum a Patre, illum totius mundi servatorem constituente, quod ad humanitatem perspicue pertineat. Idem autem psalmi XLIV locus ad utrumque sensum illum accommodatur. Dissolvenda est duplex illa apparens contradictio. Quas in angelis agnoscit culpas, eæ sine dubio leves; quas non Deus, uti Luciferi et sociorum rebellionem, irrevocabili supplicio plectit, sed pro facilitate condonat; quæ idcirco non impediunt ne precemur Deum, ut ita faciamus ejus voluntatem in terris, sicut ei in cœlo angeli obsequuntur. Nonne quotidie rogamus, ut ita Deo fideles simus, quemadmodum sancti nobis ad imitationem propositi, eidem, quando in terris degerent, fidelitatem præstiterunt? nec propterea illos a peccatis omnibus idcirco immunes fuisse censemus. Quod ad alterum caput; si constiterit, quod non ego prorsus certum existimo, unctionem Christi de qua sermo est, cat. 21, n. 2, temporariam esse, et ad humanitatem pertinere (nam verbum προχρισάμενος optime possit ad æternitatem referri, qua ex æterno Deus Filium suum mundo servatorem destinavit: sed non ago pugnaciter); si, inquam, constiterit hæc ad humanitatem Christi referenda, duplex erit Christi unctio Cyrilli mente distinguenda. Una ab æterno, qua Filius sacerdos est constitutus a Patre; unctio Patris solius generantis, nulla Spiritus [CX] sancti mentione. Altera temporaria, qua humanitatem Christi Pater unxit, et exornavit Spiritus sancti donis abunde cumulatis; cum eam divino Verbo sociavit: quæ unctio visibiliter declarata est baptismi Christi tempore, cum ad pugnandum cum diabolo prædicandumque Evangelium agressus est.

20. Unum Rivetus in totis catechesibus mystagogicis assumentum numerat: ea nempe quæ in cat. 23, num. 8, 7 et 10, continentur, ab his verbis initio num. 8, « Obsecramus Deum pro communi «Ecclesiarum pace,» etc., quorum verborum loco, ista num. 8, 11: « Tum vero post hæc illam recitamus « orationem, quam Salvator propriis discipulis tradi« dit,» etc., conjungenda arbitratur his quæ num, 8 occipiunt: *Postquam vero perfectum est spirituale sacrificium.* Ac primam quidem partem quæ num. 8 continetur, ex perturbatione constructionis, quæ in præcedentibus editionibus obtinebat, suspectam facit. At ea perturbatio jam nulla est, a nobis mss. codicum auctoritate sublata. Quæ vero numeris duobus sequentibus comprehenduntur, de iis prorsus conticescit, nec ullam cur ea oppugnet rationem affert. Male factum, quod ex mystagogicis catechesibus, ea pene sola quæ Rivetus assuta pronuntiat, a veteribus auctoribus sub Cyrilli nomine in testimonium adducantur. Cæterum iis detractis quæ Riveto displicuere, præcipua ecclesiasticæ liturgiæ pars detruncatur; quæ quidem in nulla unquam Ecclesia quovis tempore prætermissa est. Nihil moror suspicionem corruptionis quam injicit Albertinus, ex eo quod in libello inedito de divinis mysteriis, nonnulla mystagogicarum testimonia detruncata et decurtata proferantur, cum nonnullis varietatibus. Quis enim Græcorum recentiorum in catenis et pandectis conficiendis, aut alioqui citandis veteribus morem ignorat, ut testimonia ad arbitrium detruncent, ad sumendum illud unum, quo opus habent ad præsens argumentum? ut omittam tantam in librario opusculi hujus exscriptore, atque in ipso auctore fortassis imperitiam deprehendi, ut ne divinando quidem sensum ejus orationis assequi possis. Male certe de omnibus scriptoribus mereremur, si eorum opera ex hujusmodi exscriptorum fide emendaremus.

CAPUT IV.

De catechesis nomine et variis significationibus: ac de catechesibus diversis. De Cyrillianarum catecheseon duplici genere, earumque inscriptionibus, ac titulis, Scripturæque lectionibus in titulo indicatis.

21. Catechesis nomen Latinis pene inusitatum, nullus ignorat Græcum esse; quod a voce ἦχος, *sonus*, et κατηχέω, *insono*, derivatum, proprie significat insinuatum auribus sonum; et cuivis institutioni animo per aures datæ accommodatur. Sic Paulus I Cor. XIV, 17, *In Ecclesia malo quinque verba meo sensu loqui ut alios instruam*, ἵνα καὶ ἄλλοις κατηχήσω, *quam decem millia verborum in lingua.* Sermo erat de quavis oratione ad ædificationem comparata. Eodem sensu Theodorus Studita catecheseon nomine [CXI] inscripsit morales suas ad monachos suæ curæ subjectos exhortationes. Sic catechistæ nomen cuivis præceptori tribui potest, ut facit Hieronymus epist. 51, vet. ed. p. 32, dum ait: « Gregorium Nazianzenum et Didymum in Scripturis ca« techistas habui.» In epistola Clementis ad Jacobum num. 13, Petrus Clementem sibi in episcopatu successurum, dicit post se catechizaturum, μετ' ἐμὲ κατηχεῖν μέλλοντα. Cyrillus procat. n. 6, ludens in derivatis verbi ἠχέω, verba κατηχεῖσθαι et περιηχεῖσθαι ad exterioris soni auditionem refert, verbum ἐνηχεῖσθαι interpretans de interiori sono quem Spiritus sanctus menti infundit. Minus subtiliter Gregorius Nyssenus *catechesis* quoque verbum interiori sancti Spiritus inspirationi tribuit, lib. II *in Psalmos*, cap. 10. pag. 323, Ἐνηργεῖτο ἡ κατήχησις, ἡ κατὰ τὸ ἀπόῤῥητον τῇ ψυχῇ παρὰ τοῦ Πνεύ-

ματος ἐγγινομένη, « Operabatur catechesis, a Spiritu « sancto animæ secreto infusa. » Quemadmodum tamen apud profanos auctores *catechesis* designare solet primam illam institutionem, qua scientiæ alicujus elementa et rudimenta traduntur, ita ecclesiastico usu catechesis assumitur ad significandam primariam sacræ doctrinæ institutionem. Sic Paulus Galat. VI, 6: « Communicet is qui catechizatur verbum, ei « qui se catechizat, in omnibus bonis. » Clem. Alexandrin. lib. V *Strom.* pag. 750, *catechesim* appellat *lac* quoddam, *veluti primum animæ alimentum* : Γάλα μὲν ἡ κατήχησις, οἱονεὶ πρώτη ψυχῆς τροφὴ, νοηθήσεται. Eo sensu Pamphilus martyr in expositione capitum Actuum apostolorum, bibl. Coisl. cod. 23, catecheses appellat illas Petri ad Judeæos conciones quæ habentur Act. XI, 14; IV, 8; X, 28. Cyrillusque Paulum dicit cat. 17, n. 26, Romam catechizasse : Κατηχήσαντα δὲ καὶ τὴν βασιλίδα Ῥώμην.. A catechesi dicti *catechumeni*, qui primis Christianæ doctrinæ præceptis imbuebantur. Latius tamen apud Cyrillum et Hierosolymitanam Ecclesiam patebat catechesis quam catechumeni nomen. Ut enim omittam quod institutiones de sacramentis post baptismum neophytis datæ, catecheses apud Cyrillum appellantur, priores etiam catecheses iis dictæ sunt, qui dato ad baptismum nomine, catechumenorum appellationem, proprio fere Ecclesiæ Hierosolymitanæ usu deposuerant, fidelesque fidebantur.

22. Ut autem duplex erat Christianam religionem profiteri cupientium sors sive gradus, ita duplex catechesis. Primus catechumenorum gradus, in quo quidem solo Hierosolymis catechumenorum nomen retinebatur; eorum erat qui sive sponte sua, sive clericorum aliorumve fidelium, quibus speciale ad eam rem donum vel studium contulerat Deus, opera et hortatu adducti, suum de profitenda Christiana religione votum declarabant. Horum voluntas dudum explorabatur ; exploratæque, signo crucis, ac precibus, aliisve pro locorum diversitate cæremoniis initiati, catechumenorum nomine censebantur, cumque auditis in synaxi lectionibus et concionibus dimitterentur, *audientes* in utraque Ecclesia appellari consueverant. Vid. *Const. ap.* lib. VIII, cap. 5 et 12, Conc. Laod. can. 5 : ad eam appellationem alludere videtur Cyrillus, procat. n. 6. Interim in manus catechistæ [CXII] alicujus tradebantur. Catechistæ illi aliquando ad id munus ex officio deputati: aliquando nemine potissimum designato, quivis fidelium proprio studio incensus eo munere fungebatur. Commune est apud veteres catechistarum κατηχητῶν nomen. In falsa Clementis ad Jacobum epistola, n. 13, οἱ κατηχοῦντες distinguuntur ab episcopis, presbyteris, et diaconibus. Eodem modo in Clementina homilia 3, n. 71, dicitur : *Honorate presbyteros, catechistas, diaconos.* In Alexandrina Ecclesia erat schola catecheseon, cui Pantænus, Clemens, Origenes, aliique successive præfuerunt. In Ecclesia Carthaginensi, ei muneri præpositus est a Cypriano lector Optatus, ut testatur his verbis epist. Pamel. 24, Oxon, 29, « Op- « tatum inter lectores audientium doctorem consti- « tuimus. » Eumdem locum tenebat ducentis pene post annis in hac Ecclesia Deo gratias ille diaconus, qui petitis ab Augustino ad ministerium suum digne fungendum documentis, ab eo impetravit librum *De catechizandis rudibus.* Eodem quoque de argumento catecheticam orationem scripsit S. Greg. Nyssenus ad catechizantium utilitatem et subsidium. Vides huic officio modo lectores, modo diaconos in eadem Ecclesia, modo laicos, ut erat Origenes, præfectos esse. Ad id enim non ordinis gradus, sed eruditio vel speciale donum requirebatur. Certis vero in Ecclesiis nulli ad id munus speciatim deputati videntur fuisse. Cyrillus prioris hujus catechésis mentionem faciens cat. 15, num. 18, ait : « Si quem per catechesim genuisti, hunc cautum redde: » quo loco quemvis de auditoribus alloquitur. Alibi(39*) eos invitat, ut certamen cum Ecclesiæ hostibus strenue suscipiant, atque etiam Evangelium prædicent : quique ad lucrandas Christo animas apti sunt, id sollicite elaborent. Quæ quidem omnia non excludunt deputatum ex officio ad catechumeos instituendos virum ; at relictam hanc unicuique, prout ferebat voluntas, aut se dederat occasio, specialem curam insinuare videntur. Nullum Augustinus Mediolani ad id officium destinatum, suæque conversioni præpositum memorat; nullum Romæ hujus catechistæ vestigium observatur: deque multis Ecclesiis dici idem potest. Quidquid sit, præter catechistas, patrini et matrinæ horum catechumenorum animum Christianæ doctrinæ præceptis informare solebant. At iis catechumenis non interiora religionis nostræ dogmata aperiebantur. Tantum ethnicæ superstitionis vanitas, gentilisque mythologiæ et philosophiæ absurditas probabatur. Moralia Evangelii præcepta docebantur illi, ut se generalia nostræ fidei dogmata de Dei unitate, judicio et resurrectione generali; una cum sacra utriusque testamenti historia. Verum Cyrillus negat ipsis declaratum fuisse Trinitatis mysterium, cat. 6, num. 29, aitque, si si quando catechumenis præsentibus de ea re sermo occurat, id tectis omnino verbis fieri suetum. Quare summopere cavet procat. n. 7, ne ea quæ in catechesibus audita fuerint, coram catechumenis efferantur. Symbolum ipsis etiam magna religione occultari præcipit cat. 5, num. 12. Gregorius tamen Nazianzenus orat. 40, quo catechumos invitat ad danda nomina et baptismum sine mora [CXIII] suscipiendum, sub finem eis et Trinitatem, et symbolum sed aliis verbis integrum explanat. Alias quoque communis legis exceptiones afferri posse novi.

24. Alter catechumenorum ordo eorum erat, qui

(39*) Cat. 3, n. 13, cat. 15, n. 26.

baptismum proximo Paschate suscepturi, nomina dabant diversis secundum locorum consuetudinem diebus. Ad eos dictæ sunt priores decem et octo Cyrilli catecheses. Hi apud Latinos *electi competentes*, quasi simul petentes baptismum dicebantur; apus Græcos, φωτιζόμενοι, βαπτιζόμενοι, μέλλοντες φωτίζεσθαι, φωτισθησόμενοι ; de quibus appellationibus agam sequentibus numeris. Et hæc quidem nomina assumebant, retento adhuc tamen catechumenorum nomine. At in Ecclesia Jerosolymitana, singulari usu catechumenorum nomen deponebant, *fidelesque* ejus loco dicebantur, procat. num. 6, cat. 1, num. 4. cat. 5, num. 1, cat. 6, n. 29. Peccatorum confessione, jejuniis, precibus, exorcismis ad baptismum disponebantur. In Ecclesia Latina diversa subibant scrutinia, in quibus post exorcismos, abrenuntiationes profiteri jubebantur; sal in eorum os immittebatur; saliva aures et nares tangebantur, etc. Conciones sive catecheses ad eos habebantur triplicis generis : 1° morales, quibus admonebantur ne baptismum sine sincera voluntate et fide susciperent: utque sese dignis pœnitentiæ laboribus ad eam gratiam præpararent. Hujusmodi sunt procatechesis, et catechesis prima S. Cyrilli, duæ S. Joannis Chrysostomi catecheses πρὸς τοὺς μέλλοντας φωτίζεσθαι, quæ habentur vet. edit. tom. I, orat. 60, p. 705, et 21, pag 255, quæque in nova editione simul conjunctæ sunt tom. II, pag. 224 et 234 : prior triginta ante baptismum diebus habita est, posterior post dies decem. Habentur quoque similis argumenti sermones plurimi *ad competentes* apud Augustinum. 2° Exponebatur baptizandis symbolum. Paucas et pene nullas habemus apud Græcos *catecheses in traditione symboli* : multos vero de eodem argumento Latinorum sermones. 3° Apud Latinos alio sermone tradebatur et exponebatur oratio Dominica. Sed apud Græcos ea consuetudo non erat ; nec oratio Dominica nisi post baptismum audiebatur. Omitto brevem singulorum sacramentorum expositionem, quæ in ipsa Paschatis vigilia tum fiebat, cum ad ea accessuri essent qui baptizabantur. Harum mentionem facit Cyrillus cat. 18, n° 32, ejusque argumenti quosdam Gaudentii Brixiensis sermones habemus. Sed fatendum nulla in Ecclesia æque diligentem ac in Jerosolymitana baptizandorum institutionis curam observari. Una vulgo aliis in locis sub Quadragesimæ finem concione symbolum tradebatur, duabus ad summum; semel tantum occurrit ut explicatio symboli in tres quatuorve sermones dispertiatur. At in Ecclesia Hierosolymitana totum huic negotio Quadragesimæ tempus insumptum, et septemdecim catecheses attributæ. Nullum in tota antiquitate simile exemplum habemus. Nullum opus reperi in quo tota baptizandorum instituto simul eollecta, et in unum volumen compacta sit. Esset aliquid Cyrilliano operi finitimum, se posteritati conservatum esset opus, de quo testatur Gennadius *Catalog.* [CXIV] *virorum illustr.*, cap. 23 : ait nimirum *Niceam Romanæ civitatis episcopum* (in cod. Sancigyranensi pro *Niceas*, scribitur *Anechitus* ; et in ms. San-German. pro *Romanæ* fertur *Romacianæ*) « composuisse simplici et nitido sermone sex compe- « tentibus baptismum instructionis libellos; in qui- « bus primus continebat qualiter se debeant agere « competentes, qui ad baptismi gratiam cupiunt per- « venire; secundus agebat de gentilitatis erroribus; « tertius erat de fide unicæ majestatis; quartus adver- « sus genethlelogiam; quintus de symbolo; sextus de « agni paschalis victima. » Nihil hic attinet quærere qui sit ille Niceas, vel Anechitus, aut Anicetus, Romæ vel Romacianæ civitatis episcopus. Tantum observa librum primum argumento similem fuisse procatechesi et catechesi primæ Cyrillianæ; secundum et tertium catechesi sextæ ; quartum diversis catechesis secundæ, quartæ et nonæ locis ; quinti argumentum toto pene catecheseon opere tractari ; sextus autem legi vel pronuntiari tantum debebat in ipso Paschatis pervigilio : similis nonnullis Gaudentii habitis in illa nocte sermonibus, et institutionibus illis quas Cyrillus pro tempore se daturum promittit cat. 18, n. 32, dum sacramentum baptismi et sequentia auditoribus administrabuntur. Cæterum baptizandorum institutio, propria episcopi vel vices ejus agentis presbyteri cura erat; nec ut simpliciorum catechumenorum, catechistis illis de quibus num. sup. diximus credebatur. Nullos pene ad competentes sermones habemus, præterquam episcoporum. S. Ambrosius se symbolum competentibus tradidisse testatur. Id agebat per se Augustinus post episcopatum, et ante episcopatum ex imposito sibi ab episcopo in ipsius locum dicendi officio. In Romana Ecclesia symbolum tradebat presbyter ; sed ne id ageret pontifex negotiorum mole prægravabatur. Constantinopoli patriarcha e suggestu die Parasceves symbolum baptizandis propenebat explicabatque, Thodoro teste *Hist.* pag. 563. Joannes Cyrilli successor catecheses habebat, teste ipsomet apud Hieron. epist. 38, nov. edit. Chrysostonus Antiochiæ duas ad illuminandos orationes habuit. Totum concionum pondus ipsi a Meletio et Flaviano impositum. Eadem de causa Cyrillum adhuc presbyterum catechesibus et homiliis ad populum dicendis præfectum fuisse censemus. Quod de Eusebio quoque dicendum, qui in epistola ad Cæsarienses suos num. 2, symbolum Ecclesiæ suæ proponens, ait eam se fidem enuntiare, quam cum in presbyterio tum in episcopatu credidit et docuit. Symbolum igitur ita docebat presbyter, ut episcopus quoque doceret. Rufinus invectiva 1 *in Hieronymum* de diacono Eusebio ait, pag. 262 : « Alius diaconus, simulque pater mihi et doctor sym- « boli ac fidei fuit. » Indicat, ut arbitror, patrinum et susceptorem, qui privatis instructionibus symbolum ac fidem sibi exponebat ; non exclusa publica et solemni institutione episcopi, cum cæteris competentibus in Ecclesiæ conventu audita.

24. Catecheses Cyrilli duplices habemus : decem

et octo priores ad eos qui baptismo proxime susci- A piendopræparabantur;quinque mystagogicas[CXV] ad neophytos que de tribus sacramentis simul collatis disserunt. Priores inscribuntur, *catecheses* φωτιζομένων, ad litteram *eorum qui illuminantur*. Hæc certissima Jerosolymis baptizandorum appellatio; eos enim ab initio procatechesis hoc nomine compellat Cyrillus : Ἤδη μακαριότητος ὁσμὴ πρὸς ὑμᾶς, ὦ φωτιζόμενοι, nec illic solum, sed et cat. 11, n. 9, et cat. 13, n. 21. Eadem voce designantur baptizandi in *Constit. apost.* lib. VIII, cap. 7, 8 et 35; in conc. Laod. can. 46 et 48; in conc. Trullano can. 78; demum in *Euchologio* pag. 343. De hujus vocis vi et potestate non una sententia est. Thomas Millesius censet idem significare ac *eos qui cognitione imbuuntur*, nec desunt probabiles ita B existimandi rationes : nam ea est vulgata verbi φωτίζειν significatio in Bibliis LXX, IV Reg. XII, ℣ 2, de Joiada pontifice regem Joas puerum suis consiliis ac præceptis instituente et monente dicitur, ἐφώτισεν αὐτὸν Ἰωδαὲ ὁ ἱερεὺς, et cap. XVII, ℣ 28, de sacerdote Samaritano ad Chutæos legem Domini docendos misso, ἦν φωτίζων αὐτοὺς πῶς φοβηθῶσι τὸν Κύριον, Ecclesiastici XLV, ℣ 17, gr. Vulg. de Aarone : Ἔδωκεν αὐτὸν διδάξαι τὸν Ἰακὼβ τὰ μαρτύρια, καὶ ἐν νόμῳ αὐτοῦ φωτίσαι Ἰσραήλ. «Dedit illum Dominus ut doceret Jacob testimonia, et « in lege sua illuminaret Israel.» Hinc verbo φωτιζεῖν Patres pro *erudire* passim utuntur. Vid. Cyrill. Alexandr., lib. I *in Joan.* cap. IX, p. 73; synopsim Athanas., n. 17, pag. 145; Theodoret., in lib. II C Paralip.. pag. 384. Cyrillus ipse in hunc sensum cat. 18, n. 32, loquens de necessaria institutione a se danda accessuris ad mysteria, ait, τῆς ὑμετέρας ψυχῆς διὰ τοῦ λόγου τῆς διδασκαλίας φωτιζομένης. « Anima vestra prius per doctrinæ verbum illumina- « ta.» Proprius adhuc ad rem nostram S. Maximus ad hæc verba pseudo-Dionysii *De cœlesti hierarch.* c. 3, n. 2, Ἐπειδὴ τάξις, hæc habet p. 46 : Τοὺς προσιόντας δεῖ φωτίζεσθαι τῇ γνώσει τῶν θείων Γραφῶν. « Accedentes ad baptisma illuminari oportet co- « gnitionem divinarum Scripturarum.» Ac paulo inferius ad verba auctoris τοὺς μὲν φωτίζεσται, iterum ait : Σημείωσαι ὅτι τὸ φώτισμα πρὸ τοῦ βαπτίσματός ἐστιν. *Nota illuminationem præcedere baptismum* ubi videtur alludere ad nomen et statum φωτιζομένων, qui necessariis institutionibus ad baptismum D parabantur. At ego magis crediderim Maximum ad hanc loquendi rationem inductum esse, ex usu ecclesiastico baptizandos φωτιζομένων nomine compellandi quam appellationem ipsam hanc ab institutione baptizandis data derivatam. Mihi enim semper placuit, φωτιζομένους hic significare *eos qui baptizantur* : qua me in sententia gravissimæ rationes confirmaverunt. Primo, celebris illa et præ omnibus usurpata baptismi nuncupatio, qua φωτισμός seu *illuminatio* dicitur, proprio sibi nomine et per excellentiam attributo, ut ait Naz. orationis 19 init., pag. 638. Cyrillus communem usum secutus verbo *illuminare* passim utitur pro *baptizare*; procat. n. 2, cat, n. 21, cat. 18, n. 32. Ex illo publico hujus vocis usu factum, ut Cresconius in *Breviario can. CLXXXIII*, verbum φωτιζόμενοι Laodiceno canone 46, verterit *eos qui baptizantur*; adeoque ad significandum baptismum ea consecrata vox est, ut Chrysostomus hom. 13 *in Epist. ad Hebr.* pag. 828, baptizatos [CXVI] et catechumenos distinguens, priores appellet φωτιζομένους. *Bona vita* inquit, *nihil melius* καὶ ἐπὶ φωτιζομένων, καὶ ἐπὶ κατηχουμένων. Secundo, iidem qui φωτιζόμενοι, altero nomine dicebantur βαπτιζόμενοι. In *Constit. apost.* modo hoc, modo illo nomine compellantur lib. VIII, cap. 8, et lib. III, cap. 17. Facundus lib. IX. c. 3, citat Theodori Mopsuesteni librum *Ad baptizatos*; B qui actione 4 concilii V, perpetuo inscribitur *Ad baptizandos* : habetur nimirum πρὸς τοὺς βαπτιζομένους. Apud Cyrillum nostrum in titulo cat. 1, loco φωτιζομένων, fertur in codd. Roe et Casaub. βαπτιζομένων, atque in titulo catechesis 7 legebat Grodecius φωτιζομένων ἢ βαπτιζομένων, quando vertit, *illuminatorum seu baptizatorum*. Quid quod Cyrillus ipse, qui auditores suos φωτιζομένων vocabulo compellat, altero etiam eos convenit, cat. 16, n. 26, Μέλλει ἐπὶ σὲ, τὸν βαπτιζόμενον, φθανεῖν ἡ χάρις. *Ad te quoque qui baptizaris*, vel βαπτιζόμενος *diceris, perventura est gratia*. Tertio φωτιζόμενοι hic dicuntur, ii apud Chrysostomum orationibus num. 22 a nobis citatis appellantur οἱ μέλλοντες φωτίζεσθαι, *illuminandi*. Auctor homiliæ in evangelicam parabolam de operariis in vineam conductis, Operum Chrysost. tom. VI, p. 539, baptizatos distinguensia baptizandis, illos vocat πεφωτισμένους, *illuminatos*, hos φωτισθησομένους, *illuminandos*. Tandem in *Euchologio*, cum baptizandi appellentur φωτιζόμενοι, quasi ad explicationem hujus vocis pag. 195, 196, 343, 344, dicuntur οἱ πρὸς τὸ φώτισμα εὐτρεπιζόμενοι, *qui ad illuminationem præparantur*. Ex quibus omnibus constat baptizandos dici *illuminandos* a baptismo cui instruebantur.

25. Rogabit aliquis, eccur φωτιζόμενοι et βαπτιζόμενοι temporis præsentis appellatione dicerentur. Nulla forte alia requirenda ratio est, præter promiscuum non in Scriptura solum sacra et sanctis Patribus, sed etiam apud profanos et in omnibus pene linguis præsentis pro futuro temporis usum. Qua licentia neminem auctorem novi qui liberius abutatur, quam Cyrillus noster; quæ res in interpretando non parum mihi facessivit negotii. Alia tamen afferri causa potest, quæ in Ecclesia Jerosolymitana majus adhuc pondus haberet; nimirum, baptizandi certa spe atque exspectatione baptismi, quasi jam baptismum susciperent, spectabantur : vel potius eorum status, quo exorcismis, pœnitentiæ laboribus, aliisque pietatis exercitiis purgabantur, et secretiorum Christianæ religionis doctrinarum communicatione erudiebantur, velut anticipatus quidam baptismus, ac quædam baptismi inchoa-

tio habebatur. Certe baptizandos Cyrillus sic multis locis alloquitur, quasi baptismi bona jam prægustarent ac perciperent. Catechesim primam ab his verbis inchoat. *Novi Testamenti discipuli, ac mysteriorum Christi participes nunc quidem vocatione, paulo post vero etiam gratia.* Ait procat. n. 1, *eos jam Spiritus sancti flagrantia aspiratos*; et num. 6, *Spiritum sanctum inhabitantem, mentem ipsorum divinam domum efficere*; n. 13, *Ecclesiæ filios factos esse* postquam *nomina dedissent*; catechesi 11, n. 9. jam filios Dei effici. *Non*, inquit, *sicut vos o illuminandi, nunc efficimini filii Dei, efficimini enim* [CXVII] *et vos filii Dei.* Catechesi 13, n. 23, ait jam accipere remissionem peccatorum. *Accipis nunc remissionem peccatorum*, etc., quo in loco præsenti tempore, meo judicio, utitur pro futuro. Nempe animam ipsorum per exorcismos a peccatis purgari ait, procat. num. 9. Imo etiam cat. 18, n. 26, non timuit eos jam regeneratos in Ecclesia dicere. Mirari ergo jam desinamus, si etiam cat. 12, num. 1, videatur eos dicere jam Christi immolati carnibus vesci; tametsi id de solis fidelibus dictum existimem. Tandem, cum in Ecclesia Jerosolymitana, catechumenorum dimisso nomine, communi cum baptizatis fidelium nomine censerentur; quasi eorumdem cum ipsis bonorum participatione conjuncti, uti jam baptizari incipientes spectabantur. Atque ea quidem ratio probat optime et feliciter factum, in Ecclesia in primis Hierosolymitana, quod baptizandis appellatio φωτιζόμενοι et βαπτιζόμενοι, non futuri sed præsentis temporis attributa sit: at eam rationem in ipsa appellatione sancienda provisam et consideratam, ut eo potius modo vocarentur fecisse, valde addubito; et ex adductis a me numero superiori vocis φωτιζόμενοι ad veriorem sensum reducendæ rationibus, in hac præsens tempus pro futuro simpliciter poni existimo.

26. Fixa hujus vocabuli significatione, jam facilis determinandæ hujus interpretationis Latinæ ratio. Ac primum omnino amolienda est Grodecii, quæ in sequentibns editionibus retenta est, interpretatio *illuminati*. Fallit enim Græce nescientes; quæ non verbo φωτιζόμενοι præsentis temporis, sed verbo πεφωτισμένοι præteriti, respondet, ac præteritam et peractam, non præsentem illuminationem designat. Præterea eadem est vis et idem usus ambarum vocum φωτιζόμενοι et βαπτιζόμενοι. Quam autem huic loco alienum sit, ut βαπτιζόμενοι vertatur per *baptizati*, et de iis qui nondum sunt baptizati dicatur, nemo non videt. Idem de altera similis significationis voce judicium. Tandem apud Latinos vox *illuminati*. propria neophytorum appellatio erat. Aug. tom. V, serm. 120, num. 3, de iis loquens, *isti albati, illuminati, audiunt per me verbum tuum : illuminati, enim tua gratia assistunt tibi.* Latinæ linguæ inopia facit ut passivo præsentis temporis participio deficiamur, nec uno verbo ad litteram voces φωτιζόμενοι et βαπτιζόμενοι reddere possimus. Utendo circuitione dicere possumus *eos qui illuminantur*, vel *baptizantur*; aut ut non indiligenter a Bollandistis observatum, *illuminari* vel *baptizari incipientes* : quæ nuncupatio maxime conformis est alteri a me numero superiori allatæ rationi, cur vox Græca non futuro sed præsenti tempore posita sit. At in appellatione communis usus, vitanda circumlocutio, et vocabulo uno utendum fuit, ne dicam, præsens illud tempus ad futurum reducendum esse. Restabat ergo vox *illuminandi*, in qua acquievi. Coteleriique auctoris maxime accurati auctoritate me protego, qui vocem φωτιζόμενοι in *Constit. apost.* lib. VIII, c. 7, 8 et 35, ita interpretatus est. Clarum ex auctoritatibus n. 24 adductis φωτιζόμενοι, idem esse cum μέλλοντες φωτίζεσθαι, φωτισθησόμενοι πρὸς τὸ φώτισμα εὐτρεπιζόμενοι. [CXVIII] quæ omnia futuri sunt temporis. Hieronymus quædam verba commemorans in epistola sua 38 epistolæ a Joanne Cyrilli successore ad Theophilum datæ, vertit *iis qui baptizandi sunt*, Græcam vocem, quam ex usu Ecclesiæ Hierosolymitanæ fuisse existimo φωτιζομένοις vel βαπτιζομένοις. Sed jam nimium de *illuminandis*.

27. Alteræ catecheses Cyrilli, post Pacha et suscepta una nocte tria baptismi, sacri chrismatis, et Eucharistiæ sacramenta, ad neophytos dictæ sunt, ad explicandam eorum mysteriorum, quæ nonnisi baptizatis declarari fas erat, vim et potestatem. Habitæ sunt singulis hebdomadæ paschalis diebus incipiendo a feria secunda. Duæ catecheses explanandis baptismi cæremoniis tributæ, sacramento chrismatis una : Eucharistiæ, duæ reliquæ; quaram prima veritatem præsentiæ Christi in Eucharistia, altera ordinem sacræ liturgiæ explicat. Sextam catechesim promisisse videtur cat. 18, dum. 33, quæ tota in moralibus documentis, quomodo vita in posterum digne transigenda esset, versaretur; at eam non habemus. Credo exhortationem fuisse, Sabbato paschali, cum albæ vestes deponerentur, habitam: quales apud Latinos multæ exsistunt, et nonnullæ adhuc Græcorum supersunt: quæ quoniam nullam sive dogmatum sive sacramentorum expositionem contineret, absoluto in catechesibus viginti tribus Christianæ instructionis ædificio, ut ipse Cyrillus ait cat. 23 initio, in collectione catecheseon videtur prætermissa. Inscribuntur *catecheses mystagogicæ*, quasi mysteriorum seu sacramentorum secretiorem notitiam tribuentes. Catecheseon titulo eas compellat Cyrillus cat. 18, n. 33; at in ipsis catechesibus nonnisi *mystagogicarum* nomine designare solet. Utraque sub appellatione citantur ab auctoribus. Multos habemus similis argumenti Latinorum Patrum sermones, pauciores ac nullos pene Græcorum. Sunt Gaudentii Brixiensis et nonnullorum aliorum ad neophytos, Augustini aliorumque sermones *ad infantes de sacramento altaris*, et de ponendis albis vestibus. In appendice Augustiniana exstant sermones aliqui *de mysterio baptismatis* post Pascha dicti, sed nullum opus est, Cyrilliano simile, quod

omnem neophytorum institutionem ex ordine contineat, dilucide expositam, præter S. Ambrosii librum *De mysteriis*, et sex apud eumdem *Sacramentorum* libros ; quibus in volumen unum digestæ sunt conciones diversis diebus consequenter habitæ.

28. Singulis catechesibus tam illuminandorum quam mystagogicis, præfixi initio sunt tituli catecheseos argumentum continentes: una cum primis verbis lectionis illius ex scriptura, quam auctor prius in conventu lectam sibi pro orationis themate præfixit. Tituli illi simul collecti redacti sunt in indiculum, qui in manuscriptis corpori catecheseon præponi solet. Procatechesis et argumento et lectione caret;in nonnullis tamen indicibus hoc ipsi affigitur argumentum, περὶ τοῦ μὴ πειράσαι, *de non tentando*.Catechesis 19 et 23 lectionem habet argumentum nullum.In argumento recitari solent verba symboli, quæ in subjecta catechesi exponuntur. [CXIX] Plurimis id unum pro argumento est ; in paucis recitantur et verba symboli quæ exponuntur et materia quæ tractatur. Id pene sextæ ac quintæ decimæ catechesi proprium: sunt catecheses quædam, quæ præter majus et generale argumentum, peculiares habent ac minores titulos, singulis catechesis sectionibus præfixos earumque argumentum indicantes. Id in sola pene catechesi quarta, et in sexta, in qua unus est tantum minor titulus circa medium catecheseos, *de hæresibus*. Titulorum illorum eadem est cum catechesibus antiquitas, et ab iis qui primi catecheses descripsere sunt positi. Nam ab antiquis citantur, in primis a Theodoreto, qui quartam catechesim citans, non solum argumentum generale *de decem dogmatibus*, sed etiam peculiarem sectionis a se citatæ titulum *de generatione ex Virgine* commemorat.Præterea in iis continentur ipsa verba symboli Jerosolymitani,qualia a Cyrillo referuntur. Deinde vero quas unicuique catechesi lectiones assignant, eæ sunt revera quæ ante catechesim lectæ fuerant: quas, ut infra dicam, ad arbitrium catechistæ delectas,descriptores rescire non poterant, nisi ipsi audivissent. Eas autem inscriptiones Cyrilli ipsius non esse,his duabus rationibus approbari videtur: 1° quod verba symboli aliter interdum in iis titulis atque ab ipso Cyrillo referuntur; 2° quod ipse auctor quandoque suæ argumentum digesturus aliter fuisse videatur. Nam in nonnullis catechesibus,argumento generali et totius catechesis scopum continenti additur argumentum peculiare, quod nonnisi obiter et ex occasione in catechesi tractatur. Secunda catechesis inscribitur, *de pœnitentia et remissione peccatorum* : hoc generale et completum orationis argumentum. Additur tamen *et de adversario*, diabolo videlicet; qua de re solum in peccati causas inquirendo ex occasione dicit auctor numeris 3 et 4. Sextæ catechesis inscriptio est *de monarchia Dei*, quod revera ipso Cyrillo teste cat.7, n. 1, hujus orationis argumentum est ; additur *et de hæresibus*. Fuse revera Cyrillus agit de hæresibus qui unitatem Dei oppugnaverant : sed ex consueto more suo,quo dum singula doctrinæ nostræ capita exponit, simul et oppositas hæreses recenset. Qui idcirco titulus singulis pene catechesibus eadem de causa fuisset quoque ascribendus. Adhæc non solas hæreses in catechesi sexta impugnat Cyrillus, sed ante eas etiam paganorum multiplicatas divinitates: dicendum igitur fuerat, *et de polytheia et de hæresibus*. Tandem catech. 15, pro argumento habet verba symboli de Christo venturo judice, etc., quibus totus continetur orationis scopus ; additur tamen *et de Antichristo* ; quæ res a Cyrillo prolixe re vera, sed occasione et ex respectu ad præcipuum scopum tractatur. Cyrilli ergo non putem eos inscriptiones, sed librariorum, ac notariorum, qui catecheses ex ejus ore exceptas scriptis consignarunt.

29. Quod ad lectiones Scripturæ attinet, eas optime in inscriptionibus assignatas esse fidem facit Cyrillus ipse, qui eas plerumque in ipsa catechesi suo testimonio confirmat, lectumque fuisse ait, quod in inscriptione lectum commemoratur. [CXX] Sola procatechesis lectionem initio præfixam non habet, quamvis certissime præcessissent lectiones sacræ, ut apparet ex n. 4. propriam tamen lectionem non habuit : cujus rei causam hanc esse conjicio, quod in Dominica die ad dimissionem illuminandorum habita fuerit, post recitatas ex ordine et explicatas in concione publica Veteris et Novi Testamenti lectiones,quod sane suffecisse videbatur. Eæ catecheseon lectiones, non ex consueto lectionum in Ecclesia habendarum ordine sumptæ, sed ad concionantis arbitrium pro tractandi argumenti qualitate selectæ. Id unus confirmare potest Cyrilli locus cat. 14, n. 24, quo ait, divina providentia factum esse, quod cum postera die secundum ordinem verborum symboli de Ascensione Domini dicturus esset, lectio in synaxi Dominica die ex ordine annuarum lectionum habita, ipsi anticipandi hujus argumenti occasionem et locum præstitisset. Ex quo consequitur cæteras lectiones, quæ in cujusque catechesis argumentum mire quadrant, extra ordinem annuarum lectionum delectas esse,ac revera nullus in iis lectionibus librorum ordo observatur : modo ex prophetis, modo ex apostolo Paulo, modo ex Jobo, modo ex Catholicis Epistolis, nulla certa serie sumuntur ; sed omnes ad rei dicendæ argumentum accommodatæ. Lectiones eæ non videntur admodum fuisse prolixæ. Breviores præsertim catecheseon mystagogicarum.Cum enim in tribus primis initium et finis lectionis assignetur, catechesis nonæ decimæ lectio sex nostris versiculis absoluta : catechesis vicesimæ, et vicesimæ primæ, versiculis octo. Paulo longiores priorum catecheseon lectiones : verbi gratia, cat. 11, cum in titulo indicetur lectionem ab ipso Epistolæ ad Hebræos exordio inchoatam, ex ipsa catechesi constat, non solum versiculum sextum, n. 4, sed et

octavum et nonum, n. 15, lectum fuisse. Ante catechesim 13, totum Isaiæ caput LIII, quo prophetia passionis Christi continetur, videtur lectum fuisse. Ex catechesi 15, n. 13 et 21, constat totum fere Danielis caput septimum fuisse prælectum. Item ex cat. 18, num. 11 et 15, totum Ezechielis caput tricesimum septimum. Inutile est monere lectiones illas per lectorem recitatas fuisse.

CAPUT V.

Quo anno præcise et anni tempore dictæ sunt catecheses : quibus diebus, et horis, et quo in loco ; ac de tota conventuum illorum forma.

30. Non una est seu veterum seu recentiorum auctorum, de anno quo Cyrilli dictæ sunt catecheses, sententia. Auctor adnotationis chronologicæ indiculo catecheseon a nobis edito subjectæ, numerat annum ab adventu Christi secundum Augustanum codicem 352 : secundum codicem Ottobonianum et Grodecianum, 332. Quomodo hic auctor annos a Christi adventu numeret, incertum. Itaque inutilis cum per se, tum ex varietate lectionis, hujus scriptoris alioqui recentioris auctoritas. Theophanes dictas catecheses putat occasione crucis sub Constantio in cœlo visæ, cum multi hoc miraculo permoti baptismum requirerent. Apparuit crux [CXXI] Maio mense an. 351, et cum catecheses in Quadragesima dictæ sint, in hac hypothesi ad annum 352 revocandæ. Bollandistæ auctoritate chronologicæ adnotationis secundum Grodecii versionem lectæ adducti, annosque ab adventu Christi, de annis ab ejus ascensione interpretantes, catecheses conferunt in annum 364 vel 365. Thomas Millesius catecheses ad an. 350 refert, propter bellum Mesopotamicum cat. 15, num. 61: Tillemontius ad annum 347, propter septuaginta annos quos Cyrillus a Manete elapsos momorat cat. 6, n. 20. Has sententias omnes non operose refutabo. Theophanis et Bollandistarum jam rejecta opinio est, cum probavimus supra cap. 2, num. 10 et 11, ætatem catecheseon medio sæculo quarto tardius assignari non posse. Ne anno etiam 350 eas attribueremus, obstare diximus Constantis mortem hoc ineunte anno interfecti (Jul. orat. 1, p. 47), quæ ad Constantium in Oriente degentem sub hiemis finem perlata est. Porro Cyrillus eo tempore dicebat, quo plures simul imperatores reipublicæ Romanæ præerant. Nam cat. 23, num. 8, ait in liturgia sacrificium offerri *pro imperatoribus* ὑπὲρ βασιλέων, iique imperatores erant, qui sanctam Resurrectionis ecclesiam, cum patre Constantino exstruxerant et exornaverant cat. 14, d. 14. Ne anno 344 antiquiores existimentur, obstat, quod ait cat. 10, n. 19, Persas pro Christi nomine mori. At Persica persecutio cœpit tantum an. 344, secundum meliorem computandi rationem. Cyrillus cat. 6, n. 20, a Manetis exordio annos numerat 70, qui additi ad annum 277, quo Manem in Romano imperio primum prodiisse constat, annum dant A nobis catecheseum 347, in quo propterea acquiescit Tillemontius. Non ita tamen præcise Cyrillum annos numerasse crediderim, ut annum unum ultro citrove nobis excurrere non liceat ; quamobrem anno magis 348 habitas esse catecheses crediderim, his de rationibus.

31. Prima, quo anno Cyrillus catecheses habuit maturum Pascha fuisse videtur. Nam catechesi 18, quæ Sabbato sancto certissime est pronuntiata, sic loquitur num. 7, quasi adhuc in media hieme positus, quod certe in illis meridionalibus partibus mirabile est. *Hibernum*, inquit, *tempus est, ut vides : stant nunc arbores veluti mortuæ : ubi enim nunc folia ficus, ubi vitis uvæ?* Nec alio fere modo initio Quadragesimæ locutus erat, integrum ante mensem, cat. 4, n. 30. *Vides ut arbores nunc tot mensibus sine fructus et foliis perstant.* Non ergo tardum illo anno Pascha erat. Atqui an. 347 incidebat Pascha in diem Aprilis duodecimam : quo tempore arbores et ficus in Palæstina foliis adhuc destitutas fuisse prorsus incredibile est ; cum alioqui annus extraordinaria hieme, atque ultra terminos producta, insignis non esset. Nam Cyrillus cat. 14. n. 10, paucis post æquinoctium diebus loquens, tellurem floribus plenam, et omnem herbam modo germinantem observare jubet. Si paulo tardius Pascha fuisset, sese ab illo tempore frondibus arbores vestiissent. Anno autem 348, Pascha die tertia Aprilis erat ; quod cum illis hiemis reliquiis minus disconvenit. Multo minus in annum 349 conjicere catecheses [CXXII] possumus : quo anno Pascha 23 Aprilis celebratur. Anno 346 Pascha erat 23 Martii, vel ex Victorii laterculo die ejusdem mensis tricesima. At catechesis decima quarta cum diceretur, jam ante paucos dies æquinoctium transactum erat, et inchoatus Xanthicus mensis ; cujus initium 25 Martii citius poni non potest. Quod si Pascha eo anno 30 Martii ponatur, catechesi 14, quæ feria secunda pronuntiata est, num. 24, non alia poterit assignari dies præter vicesimam quartam Martii, quæ extra Xanthicum erat. De anno 345, quo Pascha in diem Aprilis septimam incidit, nihil dico ; eadem ratione refelli potest qua annus 347. Itaque in anno 348 acquiescendum videtur. Secundo, bellum Romanos inter et Persas cat 15, n. 6, commemoratum, melius anno 348 convenit. Nam auctores gravissimi secundam Nisibis obsidionem anno 346 consignant : hanc porro secutæ inter Romanos et Persas induciæ, quibus non multo post Persarum perfidia violatis iterum recruduit bellum, et commissum ad Singaram prælium anno 348 ex *Fastis* Idatii et Hieronymi *Chronico* ; quamvis Juliani Augusti orat. 1, pag. 47, repugnet auctoritas, pugnam hanc sex ante Constantis necem annis collocantis: sed in numeralem notam vitium fortassis irrepsit, Cyrillum autem loqui putamus de apparatu belli, qui pugnam ætate commissam antecesit. Singariticæ vero pugnæ in annum 347 confe-

rendæ nulla ratio est: alioqui nullum pene induciis post solutam Nisibis obsidionem pactis relinquis locum. Sed ipsa Nisibis obsidio anno 347 collocari potest, ac bellum illud de quo Cyrillus loquitur, existimari. Eam revera obsidionem Hieronymus in *Chronico* ad annum 347, decimo Constantii anno consignat. At in nonnullis mss. pro *decimo* legitur *nono*. Theophanes quoque Nisibitanam obsidionem ponit ante eclipsim, quæ anno 346, sexta Junii die contigit. Censemus igitur anno 347 bellum nullum fuisse in Mesopotania, servata interim induciarum anno sequente violatarum fide. Hoc autem argumentum præcipue Tillemontium petit; qui cum in *Historia imperatorum* Nisibitanæ obsessionis solutionem anno 346, et Singariticam pugnam anno 348 ponat, suam catecheseon anno 347 in mediis induciis necessario habitarum epocham tueri non potest. Tertio, Cyrillus commemorat cat. 15, n. 7, gravia episcoporum, clericorum et Ecclesiarum dissidia, ad sanguinem usque animorum fervore producto: satis, fateor, ante annum 347, turbarum in Ecclesia fuit, ut ita posset Cyrillus loqui. Verum sub finem hujus anni, scisso in duas partes Sardicensi concilio, cum episcopi ambarum partium sese mutuis anathematis perculissent; major adhuc piorum offensio, cædesque multo quam antea violentius consecutæ. Quod Cyrillus ibid. n. 9, utramque partem accusat; hanc quidem Christi ad creaturarum ordinem relegati, illam vero Filio paternitatis assertæ; nonnullam ut ita loqueretur occasionem ipsi submi- C nistrare potuerunt, mutuæ ea de re Sardicensium et Philippopolitanorum præsulum in litteris suis synodicis accusationes, atque ut meliori causæ non satis æquus videretur, efficere potuit Marcelli ab Sardicensibus magno studio suscepta defensio; quem [CXXIII] Cyrillus pro certo et explorato hæretico habebat, cat. 15, n. 27. His rationibus annum 348 cuivis alteri catecheseon epochæ præferendum existimavi. Liberum tamen relinquimus, ut anno 347 consignentur.

32. In Quadragesima dictas esse catecheses, omnes pene paginæ clamant. Quanquam autem sexti sæculi initio, constaret Hierosolymis Quadragesima septem jejunii hebdomadibus, ut fidem facit Petrus hujus Ecclesiæ antistes, in fragmento ab Damasceno ad calcem orationis de jejuniis citato tom. I nov. D edit. p. 504, quod de Ecclesia etiam Alexandrina dici potest ex aliis auctoritatibus ab eodem una productis, Cyrilli tamen tempore, utraque Ecclesia et Alexandrina et Hierosolymitana, sex hebdomadis, et quadraginta solummodo diebus constante Quadragesima utebatur, uti probavimus extrema ad catechesim tertiam nota. Totam Quadragesimam occuparunt decem et octo catecheses. Quibus autem diebus singulæ pronuntiatæ sint, licet nonnihil ea de re in monitione cuique præfixa dixerimus, omnia tamen hic, novis aucta observationibus seu potius conjecturis, colligenda judicavimus. Pro catechesim A existimamus prima quam vocamus Quadragesimæ Dominica pronuntiatam; quod suasit illa species cœtus ecclesiastici descripta num. 4, quæ nonnisi synaxi majori convenire videatur. Præter hanc autem, nullam Dominica die habitam censemus: nullum certe hujus rei exstat vestigium. Contra catecheses ita Cyrillus videtur distinguere a synaxibus, ut diversas prorsus actiones; ac studium baptizandis utrarumque rerum commendat, cat. 1, n. 5 et 6, et procat. Catechesi decima quarta num. 24, ait se in homilia Dominicæ diei, cum propter omnes diceret, specialius tamen ad baptizandorum profectum et instructionem, orationem suam accomodavisse. Quod de hac Dominica, idem de cæteris dicendum reor; in quibus non aliter pro baptizandis B diceret, quam orationi ea intermiscendo, quæ illis utilia fore prospiciebat. Eadem de causa nullam quoque Sabbatis dictam catechesim puto, cum his diebus jejunium solveretur, celebrareturque liturgia. Catechesis 18 Sabbato sancto habita est, sed unum illud toto anno Sabbatum jejunabatur; nec ulla est in cæteris catechesibus nota, qua ullam Sabbato pronuntiatam colligi possit. Catecheses primam, secundam, tertism, et quartam in priore hebdomada ponimus, quoniam in quarta num. 3, inter hanc catechesim et baptismum auditorum, *intercessurum*, ait, *totius Quadragesimæ intervallum*. Quinta etiam catechesis in eadem hebdomada fortassis comprehendenda. Catecheses sexta, septima et octava, consequentibus diebus pronuntiatæ; et C consequenter secundæ, vel tertiæ Quadragesimæ hebdomadi assignandæ. Notam nullam habemus diei, qui catechesi nonæ attribuendus sit. Ea forte sola tertiæ hebdomadi adjudicanda. Sed decima, undecima et duodecima tribuis continuis diebus declamatæ; atque idcirco in tertiam vel quartam Quadragesimæ hebdomadam conferendæ. Inter decimam tertiam et quartamdecimam catechesim dies aliquot intercessere, ex catech. 14, num. 1. Catechesis [CXXIV] tertiadecima forte una per totam hebdomadam quintam dicta. Catechesim quartamdecimam quæ postridie Dominicæ habita est ineunte mense Xanthico, paucis post æquinoctium vernum diebus, feriæ secundæ majoris hebdomadæ assignamus, sequendo constitutam a nobis, ut omnium maxime probabilem, catecheseon epocham anni D 348. Ac consequenter eadem hebdomada ponendæ sunt sequentes omnes, usque ad decimam octavam quæ Sabbato sancto dicta est certissime. Nulla est quo die catechesis quinta decima et sexta decima dictæ sint nota. Septima decima paucis diebus ante festum Paschatis habita, num. 20 et 34. Quod si cui displicet tot catecheses una majori hebdomada peroratas, in annum 347 eas conferat per me licet, et in extremas Quadragesimæ hebdomadas, omnes a quarta decima ad octavam decimam catecheses distribuat. Quod ad mystagogicas attinet, omnes in Paschali hebdomada pronuntiatæ sunt, a feria secunda ad sextam, qua die pronuntiata est postrema

33. Jam quibus horis catecheses dixerit auctor, indagandum mystagogicæ post synaxim habitæ circa meridiem, cat. 18, num. 33. E catechesibus illuminandorum, decima octava matutinis horis sub finem sacræ vigiliæ peroratu. Procatechesin die Dominica In media liturgia dictam putamus : cæteras quæ ferialibus diebus habitæ sunt sub vesperam. Quamquam autem in Quadragesima conciones interdum quotidie duæ, altera matutinis horis, altera sub vesperam haberentur; ut ex homiliis Basilii *in Hexaemeron*, et nonnullis S. Chrysostomi patet: consueta omnibus fere locis habendæ synaxis hora erat a nona ad vesperam, seu, ut numerare solemur, a tertia post meridiem hora. Epiphanius *Expos. fidei*, num. 22, ait, synaxes quadragesimales ab hora nona ad vesperam usque celebrari solitas. Palestinæ ac Cypri consuetudiues exprimebat. Joannem Chrysostonum Antiochiæ in Qnadragesima pomeridianis horis concionari solitum probant ejus homiliæ ad populum Antiochenum nona et decima ; quarum initio vanam eorum superrtitionem tollit, qui cum præpediente infirmitate non jejunarent, pransi ad synaxim et audiendum Dei verbum accedere formidabant. Idem tamen homilia de diabolo tentatore, num, 1, nov. edit. tom. II. pag. 261, meminit sermonis a se ante duos dies matutinis horis habiti ad baptizandos, de abrenuntiatione et pactione cum Christo. Ὃν καὶ ἔωθεν πρὸς τοὺς μυσταγωγουμένους εἴπαμεν ὅτι περὶ ἀποταγῆς καὶ συνταγῆς διελεγόμεθα αὐτοῖς. In eodem sermone superius, se jam secundo eadem die orationem habere commemorat, cum etiam matutinis horis disseruisset, Erat autem Quadragesima. At nonnulla in catechesibus Cyrillianis serotinæ horæ occurrunt indicia. Familiare ipsi est de horæ ac temporis sibi ad dicendum reliqui angustiis conqueri, uti cat. 5, n. 20, cat. 13, n. 8, quo loci ab ipso orationis exordio angusto tempore premi se semel et iterum repetit. Item n. 22, cat. 14, n. 27, cat. 15, n. 33, ubi provectam jam diem ait, διὰ τὸ πολὺ τῆς ἡμέρας, cat. 17, num. 20. Quæ quidem ut matutinis horis in jejunii diebus diceret, causa nulla fuisse videtur. Existimo post [CXXV] catecheses, subsecutas fuisse illas Hierosolymis consuetas ad vespertini luminis accensionem preces, de quibus Socrates lib. v *Histor.*, cap. 21.

34. De loco jam nulla dubitatio esse potest, quin in Resurrectionis Ecclesia pronuntiaverit Cyrillus omnes catecheses. Innumera hujus rei testimonia fidem faciunt, quorum aliquam partem produxi hujus dissertationis capite 2, num. 9 sub finem. Si qua, teste Cyrillo ipso, extra ecclesiam Resurrectionis habenda fuisset catechesis, duæ illæ ex omnium forte excipiendæ fuissent, in quibus de Spiritu sancto disseritur; quas, ut ait, decere videbatur, ut in superiore Apostolorum montis Sion ecclesia dicerentur, quæ Spiritus sancti in die Pentecostes descensu consecrata erat. At eam rationem satis idoneam fuisse negat, ut suam in ecclesia montis Golgothæ dicendi consuetudinem propterea dimitteret, cat. 16, num. 4. Sed illud quæritur, in ipsane Resurrectionis ecclesia et navi, an in porticu ejusdem. quod nonnullis placuit, aut potius in baptisterii vestihulo dictæ sint catecheses. Tota eorum, qui in porticu dictas autumant, ratio est quod catechumenis in ecclesiam ingredi non licet; qua re nescio an quidquam dici possit inscitius. Nam omnibus, etiam gentilibus, licebat in ecclesia sacras lectiones et conciones audire : tantum a missa fidelium excludebantur. Id innumeris auctorem locis probari posset, sed unum adduco ex Cyrillo testimonium procat. num. 4, in quo, si quis forte mala voluntate dedisset ad baptismum nomen, hortatur, ut ex conspecto cætus ecclesiastici ordine et compositione, assistentium modestia, lectionum et sacrarum præceptionum ordinata serie, reverentia tactus meliorem animum sumat. Captizandis ergo aditus dabatur ad conspiciendas synaxes. Num. 15 ejusdem ait *clausam esse ecclesiam*, eosque *omnes intus*. Hæc porttcui patenti et apertæ prorsus repugnant. Probabilior forte videbitur altera de vestibulo baptisterii sententia. Cyrillus ab ipso procatechesis initio, num. 1, hæc habet: *Jam circa vestibulum regiæ constitistis* : quod ex loco parallelo cat. 19, num. 2, de vestibulo baptisterii intelligendum. Præterea, mos ille in pluribus Ecclesiis erat, ut non in ecclesia, sed in baptisterio, aut ejus vestibulo symbolum traderetur. De Mediolanensi Ambr. epist. 20, num. 4, *Post lectiones atque tractatum, dimissis catechumenis, symbolum aliquibus competentibus in baptisteriis tradebam basilicæ*. De Orientalibus quibusdam Anastasius Sinaita *Anagogicarum in Genesim contemplationum* lib. IV, sacerdos *eos in vestibulis*, inquit, *catechesi initiat et insufflat ventum qui expellat dæmones, qui habitant in generatione peccati* : demum in eodem conventu patet Hirosolymis celebratos fuisse exorcismos et catecheses, procat. num. 14. Cum vero in eadem ecclesia abrenuntiationes ante baptismum factas constet in vestibulo baptisterii ex cat. 19, num. 2, idem quoque de exorcismis toto Quadragesimæ tempore factis existimandum videtur. Nihil isthæc necessario concludunt. Locus ex procatechesi num. 1, nihil aliud forte est præter translationem ac metaphoram, qua significat auctor baptizandos datis nominibus velut in baptisterii vestibulum introductos, uno tantum gradu ab ipso [CXXVI] baptisterio ac baptismo separatos. Si quid concludit, illud concludit ad summum, in vestibulum illud ad scribenda nomina ingressos : nam in ipsa ecclesia procatechesin dictam, adducta paulo ante testimonia certissimam fidem faciunt. Abrenuntiationes hierosolymis ante baptismum in baptisterii vestibulo factas non dubitamus, at exorcismos quadragesimales in ipsa ecclesia celebratos, testis ipse Cyrillus procat. num. 14, qui exorcismorum tempore jubet baptizandos silentio sedere in ecclesia clausa, viros seorsim a mulieribus ; quomodo in arca clausa erant Noe et filii ex una parte, et utrorumque uxores ex altara. Nec

peculiaris Hierosolymis erat usus, ut exorcismi publice in ecclesia haberentur. Eodem modo in Romana Ecclesia fiebant scrutinia, uti Ecclesiæ hujus varios ordines inspicienti patet. Idem quoque mos Ecclesiæ Africanæ, teste auctore libri II *De symbolo ad catechumenos*, num. 1, apud August. tom. VI, pag. 555. « Quid est quod in hac nocte circa vos actum est? ut ex locis secretis singuli produceremini in «conspectu totius Ecclesiæ, ibique cervice humiliata «in humilitate pedum, cilicio substrato, in vobis celebraretur examen, » etc. Quidquid sit de Ecclesia Mediolanensi illisque Orientalibus, quarum usum respicit Anastasius, qui quidem non consuetos per totum Quadragesimæ spatium exorcismos, sed prævios baptismo duntaxat referre videtur; constat in aliis multis Ecclesiis symbolum in ipsa ecclesia publice traditum fuisse. Id de Romana certum ex Romanis ordinibus; de Gallicana ex ejusdem sacramentariis et missalibus antiquis; de Africana ex Augustini et Africanorum sermonibus ad competentes inter Augustini opera et in appendicibus ejus, editis : de Constantinopolitana ex Theodoro lectore, *Hist.* p. 463. Sed ut ad Ecclesiam Hierosolymitanam veniamus, ita loquitur Joannes Cyrilli successor apud Hieronymum epist. 38, nov. ed.: « Consuetudo apud «nos istius modi est, ut iis qui baptizandi sunt per quadraginta dies publice tradamus sanctam Trinitatem. » Idem loquens de catechesi a se habita de universis nostris dogmatibus Cyrillianæ quartæ simillima, ait eam se pronuntiasse *audiente S. Epiphanio et universa Ecclesia*, Cyrillus ipse se in media ecclesia Resurrectionis dicere significat plurimis in locis, verbi gratia, cat. 14 num. 14 : *Hujus temporis imperatores sanctam hanc in qua sumus Resurrectionis ecclesiam argento inductam et auro infuso distinctam exstruxerunt*, etc. ; et n. 22 : *Isthæc ecclesiæ sanctæ domus, ab imperatore Constantino ex propenso amore Christi ædificata, et ut cernis ita exornata*. Quod ad catecheses mystagogicas non in ipsa Resurrectionis sive Sanctæ Crucis basilica, sed ad monumentum Domini in ipso Sancti Sepulcri sacello, quod Anastasis dicebatur, pronuntiatæ sunt, ex cat. 18, num. 33, et cat. 20, n. 4 et 7.

35. Jam ut de tota catecheticorum conventuum forma dicamus ; primum observamus non solos illis interfuisse baptizandos, verum etiam omnes ordines Ecclesiæ. Quod non solum de procatechesi constat ex numero hujus orationis quarto, sed et de aliis catechesibus. Monet auctor procat. n. 13, *Cum viderint fideles inservientes* [CXXVII] *et sollicitudine expeditos*, ne eorum securitatem imitentur ; cum illi gratiam acceperint, ipsi autem adhuc in bilance dubii consistant. Erant igitur fideles baptizati, exorcismis, lectionibus, aliisque circa baptizandos ministeriis inservientes. Ac revera psalmistas sive cantores compellat cat. 13, n. 6, quorum aliquos e baptizandorum numero fuisse concedere possumus ; de omnibus negamus plane. Cat. 4, n. 24, et cat. 12, n. 33, ad monachorum et virginum ordinem sermonem convertit : quinimo ab ipso orationis initio tria auditorum genera facta videtur compellare, virginitatis professores, fideles omnes baptizatos, omnes deinde auditores. Cat. 4, n. 3, baptizatos exorare videtur, ut accommodatam rudibus et doctrinæ nostræ imperitis orationem æquo animo audiant. Cat. 15, n. 18, iis qui alios per catechesim genuere commendat, ut spirituales filios de Antichristo diligenter erudiant. Non alii præter baptizatos aliorum patrini : nec aliis Evangelium prædicare permittit cat. 3, n. 13. Clausa erat ecclesia, procat, n. 14, exclusique diligenter catechumeni, ne quid de gentilibus dicam ; cat. 6, n. 29, ecclesiæ fores quæ ad urbem pertinebant, occlusas certum. Eas tamen quæ ad sanctum sepulcrum respiciebant, e quibus templi veteris ruinæ, mons Olivarum, mons Golgothas, ac veteris Hierosolymæ rudera conspici poterant, patentes relictas esse, suadent plura testimonia, in quibus hæc propriis oculis contemplari jubet auditores, cat. 13, n. 23. *Vides*, inquit, *locum Golgothæ*. Secuta est acclamatio auditorum assentientium. Catechetici conventus aliquando satis prolixi, et in multam diem continuati, ut vidimus n. 33. Ab ipso quandoque orationis exordio deesse sibi tempus conqueritur cat. 13, n. 8, quod non in prolixitatem lectionis refundo ; sed in exorcismos, a quibus inchoati videntur isti conventus. Non affirmaverim toties dictas catecheses, quoties exorcismi celebrati. Imo vero plures et numerosiores exorcismos fuisse concesserim ; de quibus in Clementina hom. 3, num. 73, dicitur ad baptizandos, καθ' ἡμέραν χειροθετεῖσθε, *singulis diebus manus impositionem suscipite*. At exorcismos et catecheses sæpe conjunctos fuisse fidem faciunt Latina scrutinia, et veterum testimonia. Certe Hierosolymis ante procatechesin exorcismos susceperant auditores, quod constat ex hujus orationis n. 9. In eadem Ecclesia præcedebant exorcismi catechesim, cum ex loco mox citato, tum ex alio num. 13, ubi præscribit quid faciendum iis qui ante horam exorcismorum diligentiores cæteris accesserint, nempe ut sodales perquirant, ut amputatis otiosis sermonibus et percunctationibus, quæ ad pietatem pertinent secum loquantur. Alius in Antiochena Ecclesia mos erat. Catechesis exorcismum præcedebat. Chrysostomus in prima *ad illuminandos* catechesi, nov. edit., n. 2, p. 227: Μετὰ τὴν παρ' ἡμῶν διδασκαλίαν, ὑπολύσαντες ὑμᾶς καὶ ἀποδύσαντες, γυμνοὺς καὶ ἀνυποδέτους μετὰ τοῦ χιτωνίσκου μόνου πρὸς τὰς τῶν ἐξορκιζόντων παραπέμπουσι φωνάς. « Post auditam a nobis institutionem, «discalceatos vos et nudatos, nudis pedibus unaque «opertos tunica ad exorcizantium voces transmittunt «Patres nostri. » Contraria Romanæ [CVXVIII] Ecclesiæ consuetudo, quo symbolum postremo loco post scrutinium tradi jubebat. Contraria Africanæ Ecclesiæ ; ex qua auctor lib. II *De symbolo ad catechumenos*, n. 2: hæc ait : *Purgata* per exorcismum *familia Redemptoris, posteaquam cantavit canticum*

saluti, accipit symboli remedium. Nihil Hierosolymis in exorcismis peculiare. Velabantur exorcizatorum vultus procat. n. 9. Nihil Cyrillus de dimissis vestimentis aut calceis, nihil de substrato cilicio. Cum longa esset exorcismi cæremonia, singuli nimirum unus post alium ad exorcizantium manum succedebant; præcipit Cyrillus, procat. n. 14, ut separatis virorum et mulierum subselliis, quandiu alii exorcizantur, cæteri sedentes pium aliquem librum præ manibus habeant, vel alio audiente alius legat; aut si desit liber, alius oret, alius utile aliquid loquatur; virginum vero conventus vel legat vel psallat, ita tamen ut nulla vox exaudiatur: quod et de nuptis præcipit. Exorcismos consequebantur forte vel preces, vel cantus aliquis. Tum legebatur ex libro Scripturæ ad arbitrium concionantis accommodata ad futuræ catechesis argumentum lectio, quam sequebatur catechesis. Hæc a sedentibus audiebatur. Cat. 11, n. 22, ait Cyrillus: *Cogita, quot nunc assidetis, quot animæ adsumus.* Acclamationibus aliquando interrumpebatur orator, ut cat. 13, num. 23. Qui familiaris in Oriente usus, ut multa Chrysostomi loca fidem faciunt; in Africa quoque, ut ex Augustino patet, usitatus. Catechesim sine dubio consequebatur gratiarum actio pro auditis documentis. Sic Casilius hom. 7 *in Hexaem.*, p. 82, hortatur auditorem: Ἀναστάντες δὲ εὐχαριστήσωμεν ὑπὲρ τῶν εἰρημένων. *Surgentes vero pro iis quæ dicta sunt gratias persolvamus.*

CAPUT VI.

De Cyrilliana docendi et dicendi ratione.

26. Ea fuit Cyrilli et docendi et dicenti ratio, quæ proposito sibi candidatos Ecclesiæ erudiendi scopo una maxime conveniret. Accurata nimirum et necessariis præsidiis munita doctrina; simplex et alienus ab omni fuco ornamentoque stylus, qui nudam exponat veritatem, rudesque animos alia pro aliis intelligere non patiatur. Primum, qualis in exponendis, comprobandis, et ab hostium Ecclesiæ impetu vindicandis nostris dogmatibus Cyrillus fuerit exponam; tum de stylo et modo orationis ejus loquar. In exponenda fide hæc ejus methodus esse solet; ut primo oppositam doctrinam referat; tum catholicam illi veritatem objiciat, eamque necessariis Scripturarum aliorumve argumentorum præsidiis muniat, deinde adversantium objecta confutet. Ordinem hunc aliquando perturbat ab objectionum dissolutione incipiens, sed hæc omnia præstore nunquam omittit. Necessarium existimavit una cum catholico dogmate contrarios omnes gentilium, Judæorum et maxime hæreticorum sensus eperire, ut eo documento præmuniti auditores, nunquam in eos ex ignorantia præcipitari se paterentur. Id sæpissime repetit; quodque cœnum attingat, rerumque vel dictu nefandarum commemoratione [CXXIX] suam ipse linguam et aures audientium commaculare videatur, hac præmuniendorum ipsorum necessitate sese defendit ac purgat.

A Vid. cat. 6, n. 13 et 34; cat. 7, n. 1; cat. 16, n. 5. Duplex illi ita agendi causa fuit. Prima, quod certa opinionum monstra exposuisse, confutasse est. Propterea catechesi 6, excerpta ex Manichæorum libris horum vesaniæ capita, per sese cordato cuivis horrorem incutientia absque ulla alia confutatione recenset, num. 33 et 34, satisque censet cum his Manichæorum probris Ecclesiæ sanctitatem ac castitatem comparare, ut quid eligendum sit perspiciat auditor. Altera erat, Ecclesiæ hostium, et hæreticorum in primis, ac maxime Manichæorum in provincia præ cæteris grassantium, in occultandis sectæ suæ vitiis fraus et dolus, cat. 4, num. 2, qui ne imperitis blandiloquentia sua imponerent, quales essent retegendi erant. Cum autem fidem B exponit, id electis et ex usu communi sumptis verbis facit. Nullas theologicas voces admiscet, eas in primis quæ hoc tempore magnis in Ecclesia contentionibus locum dabant, studiose vitat; qualia erant, essentiæ, hypostasis, personæ, et alia ejusdem generis vocabula. Religiosior etiam fuit, ne fidei privatas opiniones admisceret. Quidquid in Scripturis revelatum, fidenter proponit: quod in eis aperire noluit Deus, attingere veretur omnino. Ita, postquam id quod de divina generatione credendum proponit Ecclesia, explicavit: hujus nativitatis arcanum a nemine indagari patitur. Vid. cat. 11, n. 10 et 11. Eodem modo intactam de ipsa Spiritus sancti substantia quæstionem cupit. Vid. cat. 15, n. 1, 5 et 24; cat. 17, n. 1 et 17. Dum Christi C mysteria exponit, singula adjuncta persequitur et explanat; dum vero sacramentorum cæremonias edisserit, singularum vim et potestatem declarat.

37. Quod ad probandorum fidei nostræ dogmatum institutam a Cyrillo rationem attinet, religioni habuit quidquam asserere, quod e Scripturis Veteris et Novi Testamenti non approbaret; adeo ut sibi fidem nullam haberi consentiat, nisi singularum rerum ex Scripturis perspicuam afferrat demonstrationem. cat. 4, n. 17. In dissertatione tertia probo nihil ex hoc principio concludi ab hæreticis posse, pro integra et absoluta solius Scripturæ necessitate et sufficientia, seclusa nimirum traditionis et Ecclesiæ auctoritate; interim autem animadverto triplicem ita loquendi et agendi Cyrillo causam fuisse. Prima est quod solis ratiociniis et probabilitatibus D Scripturarum auctoritate destitutis, inefficaciter prorsus theologiæ decreta persuadeantur; cum nimirum ratiocinationibus quibusvis ratiocinationes oppositæ non desint, quibus contentionis funis sine fine producatur. At disertis Dei vocibus e Scriptura depromptis omnem verborum et sententiarum apparatum concedere necesse est. Ita cat. 13, n. 8. Præterea sophismatis deludi facilis res est, cat. 12, n 5, cavendumque in divinis rebus, ne probabilitatibus temere abducamur, cat. 4, num. 17. Quod quidem Gnosticis, Manichæis, aliisque hæreticis contigerat, qui magno verborum et subtilitatum apparatu divinam generationem ac mundi [CXXX] creationem

pessumdederant. Secunda : persuasum erat illi symbolum quod totis decem et octo catechesibus explanat, nihil aliud esse præter selecta quædam ex omnibus Veteris et Novi Testamenti Scripturis doctrinæ capita ; quæ proinde ex iisdem Scripturis asserenda essent, cat. 5, n. 12. Tertia tandem : certum illi erat nullas actionum ac mysteriorum Christi partes esse, quæ non longe ante essent a prophetis prænuntiato, cat. 13, n. 8 et 13. Nihil ergo mirum, si nihil dici ac credi de Christo vult, quod veterum Scripturarum testimoniis non studeat confirmare, cat. 21, n. 5. Cæterum ratiocinationibus non adeo inimicus fuit, ut illis ipse non uteretur. Nam et unitatem Dei adversum Manichæos, cat. 6, num. 12 es 13, et carnis resurrectionem adversum gentiles cat. 18, n. 34 et seqq., validissimis rationibus e Scriptura non depromptis convincit. Veritatem incarnationis, crucis, resurrectionis Christi, domestico monumentorum Hierosolymis conspectorum testimonio roborare non omittit. Quæ etiam ex Scriptura approbari non poterant, apostolicæ et ecclesiasticæ traditionis auctoritate defendit, ut Scripturarum ipsarum canonem, cat. 4, n. 33 et 35. Cæremonias et ritus Ecclesiæ in catechesibus mystagogicis contentas, cum licet ex testimoniis Scripturæ aut allusionibus probat. Cum iis argumentis deficitur, sufficere putat auctoritatem Ecclesiæ ; in qua universaliter et sine defectu doceri censet, omnia quæ in hominum notitiam venire debent dogmata, cat. 18, num. 23. Dum autem Scripturas ad confirmationem dogmatum nostrorum adducit, eas ex inspirata divinitus ut putabat, cat. 4, num. 34, Septuaginta Seniorum interpretatione allegat: nec ad vim Hebraici textus expendit : quo factum, ut cum plura ad rem pertinentia, optimeque quod probandam susceperat concludentia proferat ; multa quoque, quæ vim eamdem non habeant, alleget. Sed hoc illi commune cum cæteris Patribus Græcis et Latinis vitium : nec facile reperias testimonium a Cyrillo ad probandum aliquod dogma allegatum, quo non similiter usi fuerint vel anteriores vel subsecuti rerum ecclesiasticarum disceptatores. Sensum vero litteralem ad faciendam fidem divinorum dogmatum solum sequi se profitetur, cat. 13, n. 9 ; in allegoricum tamen et mysticum data occasione non invitus excurrit. Vide inter loca innumera cat. 13, n. 18 et 21 ; cat. 14, n. 8 et 11 ; cat. 17, n. 10. Sed id majoris declarationis, non argumenti probandi gratia. Allegoricum et moralem sensum liberius adhibet in homilia *in paralyticum*, quam ab ipso juniore dictam puto, se quoque in homiliis hoc Scripturæ allegandæ genere familiariter usum indicat cat. 13, n. 9, quo in loco aliam tractandæ Scripturæ rationem præsenti argumento convenire docet. Condonabitur illi facile, id quod eorum temporum consuetudo non solemne duntaxat et usitatum, sed et laudabile efficiebat.

38. Venio tandem ad Cyrillianam dogmatum nostrorum defendendi, Ecclesiæque hostes oppugnandi rationem. Ea pro diversitate hostium varia utebatur. Triplex vel quadruplex hostium genus toto opere catecheseon sibi confutandum [CXXXI] proponit pro-cat. n. 10: gentiles, Samaritanos et Judæos, atque hæreticos: quorum singuli diverso armorum genere debellandi. Adversum gentiles qui Scripturas nec recipiunt, nec norunt, omissis Scripturis, solis ratiocinationibus utendum monet, cat. 18, n. 10, sic et resurrectionem generalem illis eo loci et possibilem et necessariam eomprobaverat. Ipsis quoque impias et riduculas ineptæ eorum theologiæ fabulas objici præcipit, cat. 12, n. 27, et cat. 13, n. 37, quibus locis, et possibilem Virginis partum fateri, et Crucifixi adorationem non illegitimam, si suas ipsi fabulas sequantur, concedere eos oportere convincit. Quamobrem ad refellendum idolorum cultum cat. 6, n. 10 et 11, satis habet eorum cultoribus, deorum quos adorabant probra et vitia recensere. Quando autem Christiano de cruce contra infideles disputare contigerit, monet ut prius manu signum crucis efficiat, et eum qui contra nititur ad silentium redactum iri pollicetur, cat. 13, n. 22. Quod si argumenta imperito defuerint, ne propterea conturbetur, sed immotam fidem conservet. Ibid. num. 37, Samaritanis, qui solam Mosis legem recipiunt, librum hunc unum objiciendum monet cat. 18, n. 11 ; Judæos vero qui omne Instrumentum Vetus agnoscunt, ex omnibus ejus libris oppugnat. Illis quandoque opponit apostolorum gentilium suorum testimonium et longam quindecim Hierosolymitanorum episcopornm ex Hebræis sumptorum seriem, cat. 14, n. 15. Pauli in primis olim persecutoris, ab ipsa veritate sero agnita expressum testimonium urget, cat. 10, n. 17, 18, 19, et cat. 14. n. 21. Jacobi quoque primi Hierosolymorum episcopi testimonium præcipue erga fideles Hierosolymitanos commendat, cat. 4, n. 28, cat. 14, n. 21. Judæis quoque deplorabilem objicit suæ reipublicæ statum, cat. 12, n. 17, ac veteris sui templi secundum Christi vaticinium ruinam, cat. 10, n. 11. Tam vero Judæis quam gentilibus Christianæ religionis demonstrat veritatem, ex Christi cultu et nomine totum in orbem propagato, cat. 10, n. 16, ex gentibus ferissimis ejus religione mansuefactis, et quo eo mortem oppetere non dubitantibus, cat. 10, n. 19, cat. 13, n. 40, ex Christi invocationis et crucis ejus signi virtute in effugandis dæmonibus, morbis depellendis, evertendis magiæ fraudibus, ibid. et aliis passim in locis. Hæreticos tandem ex omnibus utriusque Testamenti Scripturis diligentissime confutat ; aliquando ex ipso naturalis luminis ductu, et validis ratiocinationibus ; interdum sola ridiculorum et impiorum dogmatum expositione : quandoque ab ipsa eorum novitate, ut cat. 6, n. 20, cat. 16, n. 9 ; tandem ex hac vel una ratione fugiendos

demonstrat, quod Ecclesiæ quamvis nomen usurpent, Catholicorum tamen nomine uni veræ Ecclesiæ proprio destituantur, cat. 18, n. 26. Cum de moribus agit Cyrillus, ut in procatechesi et catechesi prima, nullum pene certum ordinem sequi videtur ; sed utilia ad salutem monita, prout animo occurrunt, audientibus ingerit. Fugam paganarum et Judaicarum superstitionum, spectaculorum et ludorum gravissime inculcat ; vitanda cum hæreticis commercia præscribit ; orationis studium, corporis castigationem, utilium [CXXXII] librorum ac maxime sacræ Scripturæ lectionem, successum, Christi sacramentorum reverentiam, magno commendat affectu. Virginitatis et monasticæ vitæ propositum summis laudibus extollit ; atque hæc omnia tanto Spiritus fervore agit, ut calens virtutis et divinarum rerum amore pectus possis agnoscere. En qualis fuit in docendo Cyrillus.

39. De stylo ejus ac dicendi ratione superest ut dicam. Oratoriæ artis magistri triplicem orationis figuram assignant, gravem, mediocrem, et extenuatam, quæ nimirum dimissa est usque ad usitatissimam puri consuetudinem sermonis; in hoc postremo genere Cyrilli versatur oratio, qua nullum ad instituendos rudes animos accommodatius. Non hic graves sententiæ quales in magnarum rerum amplificatione adhiberi solent; non exornationes sententiarum copiosæ ac figuris variatæ ; non exclamationes, apostrophæ cæteraque orationis lumina : sed simplex ac familiaris sermo, facilis, perspicuus, non obvolutus ; sed uti patris ac magistri filios ac discipulos erudientis; ut tamen in aridum et exsangue orationis genus nunquam dilabatur. Nam et unumquemque locum pro rei dignitate tractat, et varietate sermonis interdum utitur non inconcinna, ut etiam, si quando locus postulat, grandi et elato genere sermonis utatur. Vide quæ in Manichæos detonat, cat. 6, n. 33 et 35. Brevibus vulgo sententiis mentem suam includit, atque in compendiario rerum expositione excellit. Una catechesi quarta de omnibus fidei nostræ dogmatibus ita disseruit, ut in illa brevi declaratione prætermiserit nihil, nihil obscuri reliquerit. Adhortatio ejus plus lenitatis quam vehementiæ habere solet : dictio non venusta atque elegans, atque ad Attici sermonis nitorem expolita: facilis illa quidem ac perspicua vulgo ; sed sine multo verborum delectu, aut exquisito constructionis cura, ita ut improprias quandoque, aut saltem improprie constructas voces adhibeat. Eodem verbo sæpe diverso sensu utitur in variis locis Longas non raro atque implicitas periodos habet ; nec aliis fere constat ejus ad Constantium epistola. Pendet aliquando constructio, inchoata nec absoluta periodo, verbi gratia, cat. 20, n. 6, verbis ἀκριβῶς εἰδότων ἡμῶν absoluto casu positis nihil postea respondet. Idem fere observes epist. ad Constant. n. 3, simile quidpiam habes cat. 6, num. 9, ubi posito ἐπεὶ οὖν initio numeri multa discurrit, tandem diu suspensam orationem absolvit verbis in fine numeri ascriptis, τοῦτο μὲν οὖν σοί. Parenthesibus crebris gaudet, iisque aliquando prolixis. Digreditur non raro, sed legitima plerumque oblata occasione. Habetur in ejus *ad paralyticum* homilia digressio prolixior, in qua pene oblitus propositi sui videatur. Translationibus et comparationibus utitur parcissime, ut Syrum ac Palæstinum vix agnoscas.

40. Quæ in Cyrillo sermonis vitia notavi causam hanc habere possunt, quod non ante scripto digesserit, sed ex tempore fuderit catecheses. Hujus rei fidem facit non solum auctor adnotationis chronologicæ catecheseon indiculo subjectæ, qui eas ab ore dicentis exceptas a studiosis viris ait, verum etiam ipse multo antiquiores ac majoris auctoritatis catecheseon inscriptiones, quæ [CXXXIII] initio uujusque catechesis ferunt σχεδιασθεῖσα, *ex tempore pronuntiata*, quamquam id verbum in nonnullis mss. deest. At in ipsis catechesibus non pauca deprehendas extemporalis orationis indicia. Primum est, perturbatus plerumque ordo dicendi. Dum symboli verborum aut dogmatum vel temporum continuatio, vel Scripturarum quas recenset, aut ecclesiasticarum cæremoniarum explicandarum series, orationi quemdam modum et ordinem præfigebant ; satis distincta et ordinata oratio est. At ubi hoc dirigendæ orationis subsidio deficiebatur, pleramque nullo servato ordine excurrit, prout menti se offerebant præmeditatæ res, unamquamque pronuntians. Id maxime reperias in catechesi, catechesibusque prima, tertia, quinta. Idem quoque in singularum orationis sectionum tractatione observare licet ; ordinatæ enim ex verbis symboli sectiones ; at in ipsa sectione nullus fere interdum ordo. Hinc crebræ non tantum in diversis catechesibus, sed et in una et eadem, ejusdem rei iisdemque sæpe verbis repetitiones ; multas ad marginem textus indicavi. Vide præsertim quam sæpe ad idem redit argumentum cat. 11, de Filii æterna, incomprehensibili, et nullis humanæ generationis defectibus obnoxia nativitate ; et cat. 16, et 17, de uno et indiviso Spiritu, eodemque separatim subsistente. Secundo, ea quandoque se dixisse in catechesibus ait, quæ tamen in præcedentibus frustra quæsieris, Sic cat. 14, n. 3, se in superiori sermone attulisse ait locum Isaiæ ; *Erit in pace sepultura ejus*, qui tamen in cat. 13 non occurrit. Item cat. 17, n. 5, testatur se in præcedenti catechesi locum psal. L allegasse, *Spiritu principali confirma me*, qui nusquam illic reperitur. Hæc nimirum dicere præmeditatus erat, quæ dicens ex tempore prætermisit, nec se oblitum postea existimavit. Tertium extemporalis orationis argumentum est, allegatio Scripturarum indiligens, uniusque et ejusdem testimonii in diversis locis recitatio diversa. Sic cat. 1, n. 2, legit apud Paulum Ephes. IV, 22, φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας, et cat. 20, num. 2, ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις. Danielem aliter citat cat. 4, n. 31, ac cat. 18, num, 15. Verba Christi, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua*

et Spiritu sancto (Joan. III, 6), etc., aliter cat. 3, n. 4, aliter cat. 17, n. 11; Scripturas interdum alias pro aliis sumit. Sic sub nomine Christi citat. cat 2, num. 4, testimonium quod est ex Joannis epistola I. simile quiddam revera occurrit in ejusdem Evangelio, cap. VIII, ỳ 44. Sed neutrum locum ex fide repræsentat. Item cat. 6, num. 3, sub nomine Domini Jesu laudat verba *Deum nemo vidit unquam*: quæ in Evangelio Joannis vel Joannis Baptistæ sunt, vel si vis ipsius evangelistæ, Christi autem nullo modo, cat. 16, n. 18. Isaiæ nomine duo testimonia producit, quorum prius Malachiæ est, secundum tantum Isaiæ. Plura aliquando similia loca confundit, et in unum permiscet. Inter multa insigniora sunt hæc testimonia, istud cat. 14, n. 20, *Qui eduxit de terra pastorem magnum ovium*, ex confusis Isaiæ et Apostoli ad Hebræos scribentis verbis informatum; aliud cat. 18, n. 18, ubi verba [CXXXIV] Danielis, et Christi in Evangelio, nonnullis de suo intersertis permiscet. Aliud eamdem cat. 34, quo loci duo Pauli ex eadem ad Philippenses testimonia conjungit. Vid. et cat. 5, n. 2, duo etiam ex Epistolis ad Timotheum permista. Quarto, eodem referri possunt peccata in historia hæreticorum quos cat. 6 memorat, admissa, atque in primis multis capitibus deficiens Valentinianæ doctrinæ expositio. Hæc et plura alia quæ reperias, demonstrant Cyrillum revera catecheses ex tempore effudisse. Eodem modo videtur dixisse homilias *in paralyticum*, digressionibus, parenthesibus, impropriis locutionibus et constructionibus abundantem; ac epistolam ad Constantium scripsisse, quam raptim ac festinanter exaratam cum ipse testis est num. 5, tum longæ et intricatæ periodi fidem faciunt.

41. Iisdem argumentis mihi persuasum est, Cyrillum fusas ex tempore orationes scripto postea non digessisse, quod e Patribus permulti fecere, vel a librariis exceptas non recognovisse. Quæ enim adnotavimus, in otio dubio procul maximam partem emendasset. Nec propterea, quidpiam de catecheseon laude ac pretio deperit. Ut enim omittam, auctorem optimis studiis imbutum, ac plurium annorum consuetudine in erudiendis catechumenis exercitatum ac subactum, nihil nisi optimi quamvis ex tempore efferre potuisse; haud putandum Cyrillum imparatum prorsus ac impræmeditatum, maximis de rebus dicturum temere in suggestum ascendisse, juvenem præsertim. Nec enim tanta Scripturæ testimoniorum copia, tanta argumentorum ac probationum moles, sine ulla præparatione ac præmeditatione memoriæ succurrere potuit; nec tam accurate ac circumscripte de theologia dicere, tam diligenter præcipere de moribus, tam erudite ac quandoque subtiliter de variis Scripturæ sensibus disserere, sine præcedenti dicendarum rerum in animo præparatione ac dispositione potuisset Cyrillus. Rivetus in eis catechesibus multum diligentiæ desiderat; haud scio an paulo plus auctor addidisset, si in otio scripsisset. Quæ attulimus sermonis vitia in argumentum extemporalis orationis, si ad magnitudinem et præstantiam totius operis spectes, nævi sunt in pulcherrimo alioqui corpore. Querebatur aliquando Cyrillus Alexandrinus lib. VIII *De oratione*, etc., p. 267, quod aliqui fideles extemporales doctorum conciones litteris mandarent non sine magno existimationis illorum ac famæ periculo; cum veluti elaborata studio traderentur in publicum opuscula, quibus diligens industria defuisset. Non est quod de Cyrillianarum catecheseon scriptoribus similiter expostulemus: ipsi siquidem extemporales esse adnotaverunt. Quod si indicare omisissent, vix deprehensum a nobis fuisset; nec ejus rei ignoratio ullum Cyrillianæ existimationi attulisset detrimentum. Quid autem quiete et otiose scribendo posset, extemporalis nos ejus facultas docet. Maximam sane illis gratiam habemus, quod suo opere ac labore. pretiosissimum suique generis unicum Ecclesiæ monumentum conservaverunt.

[CXXXV] DISSERTATIO TERTIA.

De variis Cyrillianæ doctrinæ capitibus.

1. Studiosius hic aggredimur S. Cyrilli doctrinæ examen: quam alii malevolo animo, ad conflandam nomini ejus invidiam, in deterius accepere: alii sectæ suæ præjudicatis opinionibus occupati, ne tantum catholicæ Ecclesiæ præsidium relinquerent, pravis interpretamentis corrumpere, et ad suas opinationes inflectere magnis conatibus laboraverunt. Vindicanda adversum priores sancti præsulis fides: retinenda Ecclesiæ catholicæ, et eripienda ejus hostibus, in quam temere ausi sunt invadere, possessio. Cyrilli autem doctrinam operosius inquirere, multis de causis interest plurimum. Primum, quod in opere catechetico, non privatas opiniones, non subtiliores quæstiones; sed nudam et communem Ecclesiæ fidem, qualis esset ab omnibus credenda, proposuit et explicavit: atque inde legitimam conjecturam informare licet, quid toto pariter orbe catholico doceretur. Nec illud prætereundum, Cyrillum eo tempore ab Arianis quidem alienissimum, ab Athanasii vero et fervi-

diorum Nicænæ fidei defensorum causa sejunctum, evitatis quæ controversiam tum movebant vocabulis, communibus et usitatis quæ eodem redeunt verborum formulis doctrinam suam expressisse, ut intelligamus quænam communiter ab omnibus ecclesiarum magistris, fidei nostræ candidatis institutio traderetur; ne Arianis quidem exceptis, quorum etiam plurimi usitatum Ecclesiæ sermonem commutare non ausi, subtilibus interpretamentis eludere nitebantur; quidem rudis populi captum cum superarent, aut ei celabantur, episcoporum ac doctorum disputationibus reservata; aut si ei proponerentur, ille plerumque in obvio ac naturali simplicis instructionis sensu, omissis quæ non intelligeret acquiescebat. Altera studiosius explorandæ Cyrilli doctrinæ ratio est, Ecclesiæ Hierosolymitanæ cujus fidem exponebat auctoritas. Inde *exivit lex, et verbum Domini, quod illinc pluviæ in morem universum orbem irrigavit*, ut loquitur Cyrillus ipse cat. 18, n. 34; hæc omnium ecclesiarum mater, ibi fons ecclesiasticæ traditionis: hanc ubi melius quam in ipsa origine quæsieris? Accedit antiquitas Cyrilli, et proxima felicibus Ecclesiæ sæculis ætas. Quo fonti proprior, hoc purior et minus pravarum opinionum cœno turbatus traditionis rivus. Hujus puritati diligentissime invigilarant omnes pene ad illam usque ætatem sanctitate ac doctrina celebres hujus urbis episcopi. Florebat Ecclesia illa tum castissimis moribus, ascetarumque ac monachorum ac virginum gregibus; tum abundanti specialium sancti Spiritus domorum participatione, quæ nimirum sua ætate communia et pervulgata fuisse, testis est Cyrillus [CXXXVI] sexcentis locis. Hæ ratione effecere ut in Cyrilli doctrinam quam maximo studio inquirerem. Multa in Notis capita explicavi. Hic ea indaganda supersunt, quæ diligentiorem operam postulabant, quam ut Notarum brevitate includerentur. Ordinem sequor dogmatum, quem ipse catechesi quarta præfixit Cyrillus.

CAPUT PRIMUM.

Quæ sancti Cyrilli de sanctissima Trinitate sententia fuerit.

2. Sancti Cyrilli fides circa sanctissimam Trinitatem vivo ipso accusata. Eum Hieronymus in *Chronico* Arianorum gregi fideuter adnumerat. Rufinus in fide aliquando, sæpius in communione variasse scribit. Socrates et Sozomenus concilii Constantinopolitani tempore ad fidem consubstantialitatis ex pœnitentia reversum aiunt. Erant Theophanis tempore, qui Arianæ opinionis suspectum, Ἀρειόφρονα calumniarentur, propter *piissimi* nomen εὐσεβέστατον Constantio in epistola de crucis apparitione tributum, et consubstantialis vocem in catechesibus prætermissam. Metaphrastes in *Vita* S. *Athanasii*, et alius *Vitæ* ejusdem sancti scriptor, eum maximo impietatis ardore incensum scribunt. His calumniis locum dedere, vel sparsæ dum viveret in ejus ordinationem calumniæ, vel fota ab eodem cum iis qui semi-Ariani dicti sunt commercia. Quæ ad utrumque caput pertinent, in variis nostræ de ejus vita dissertationis locis abunde diluisse speramus. Quæ autem ex scriptis ejus defendendi aut accusandi causa proferri possunt, ea tantum hic inquiro; ac primum integerrime de SS. Trinitate disseruisse probo; tum de Filii et Spiritus sancti divinitate, idem specialius ostendam.

3. Ac primo quidem, duos, cum de Trinitate agitur, oppositos errores vitandos monet. Primus, ne Sabelliana personarum confusio inducatur: alter, ne ipsa Trinitas separetur ac distrahatur; ac vel dii plures, vel sejunctæ natura personæ admittantur, cat. 16, n. 4, « Spes nostra in Pa- B « trem et Filium et Spiritum sanctum est. Non « tres deos annuntiamus, conticescant enim Marcio- « nitæ. Verum cum sancto Spiritu, per unum Filium, « unum Deum prædicamus. Indivisa est fides insepa- « rabilis pietas, neque separamus sanctam Trinita- « tem, velut nonnulli faciunt: neque confusionem jux- « ta Sabellium facimus. » Docet igitur primo, *spem nostram in solo Deo collocari posse*: hom. *in Paralyt.* num. 9, hanc in tribus personis poni jubet; unamquamque igitur Deum esse censet. Secundo, dum tres deos negat, vel Filium, et Spiritum sanctum Dei titulo privat, vel [CXXXVII] eos unum cum patre Deum efficere censet. Illos divinitate privare, Trinitatem separare est, quod severissime cavet: alias Filium saltem ex verbis symboli verum Deum pronuntiat. Unum ergo cum Patre Deum ambos efficere C existimavit. Tertio, quod de hic vitanda trium confusione aut separatione monet, idem de Patre et Filio innumeris pene locis repetit: in primis cat. 4, n. 8; cat. 11, n. 16, 17 et 18; cat. 15; n, 9; quibus in locis idem de Spiritu quoque sancto supponendum esse probat, quod in citato catechesis 16 testimonio eamdem illi sententiam applicavit. Quid vero sit, Cyrilli sententia, Trinitatem vel personas separare, perspicue explicat cat, 11, n 17; nimirum personam aliquam in creaturam numerum relegare. Hic enim, quod de oppositis erroribus dixerat explanans, ait: « Neque « Filio deferre honorem rati, Patrem eum nuncupe- « mus; neque dum Patrem honorare arbitramur, Fi- « lium unum ex rebus conditis suspicemur. » Id alioqui res ipsa clamat. Sabellianos ex æquo refutat, qui D tres in unam personas confundebant; et Arianos, qui Filium et Spiritum sanctum in creaturarum numerum referebant: neutra illi placet sententia; Filium ergo et Spiritum sanctum eximit a creaturis. Tres ita conjungit, ut vitandam tantummodo unius personæ in tres aliquando mutatæ confusionem moneat. Nihil aliud reliquum est, nisi ut tres personas in una natura conjunctas admittat.

4. Secundo, unam tribus personis divinitatem ex æquo communem facit. Cat. 6, num. 5, de Filio loquens: *Paternæ divinitatis, cum Spiritu sancto particeps est unigenitus Filius.* Θεότητος τῆς πατρικῆς ἐστὶ σὺν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ κοινωνὸς ὁ Υἱὸς

ὁ μονογενής. Idque in argumentum affert ut probet Deum a Filio et Spiritu sancto perfecte comprehendi, quoniam ambo divinitatis ejus participes sint. Catechesi quoque 4, n. 16, de Spiritu sancto ait : « Qui cum Patre et Filio divinitatis gloria conde- «coratur,» τῇ θειότητος δόξῃ τετίμηται. Tertio, ut divinitate ita et concessu tres semper jungit, procat. n. 15, de baptismi tempore loquens: «Animo vobis infor- « mate universorum Dominum Deum sedentem, et «unigenitum Filium a dextris una sedentem, et Spiri- « tum simul præsentem, συμπαρόν. Thronos vero et «Dominationes ministrantes ; » quam longo a tribus intervallo separatos! Cat. 15, n. 24, « Aderit tunc in «judicio Deus omnium Pater, una sedente Jesu Chris- «to, et simul præsente, συμπαρόντος, Spiritu sancto.» Cat. 17, n. 5, de Spiritu sancto *vivens*, inquit, *et subsistens, semperque Patri et Filio una* præsens, πάντοτε Πατρὶ καὶ Υἱῷ συμπαρόν. Quarto, quos una natura, divinitate et consessu, eosdem et una operatione conjungit. Cat. 15, num. 24, « Pater per Filium cum « sancto Spiritu omnia donat: non alia sunt Patris «dona, et alia Filii, sanctique Spiritus alia: una enim « salus est, una potestas, fides una. Cat, 7, n. 7, A «servitute in adoptionem Patris gratia, per Filium et « Spiritum sanctum translati sumus. Cat. 17, n. 5, «Indivulsa est et concors, unicaque salutis erga nos «dispensatio, quæ ex patre et Filio et Spiritu sancto «existit; » vel, ut ferunt mss. nonnulli, *quæ ex Patre per Filium in* vel *cum Spiritu sancto exsistit :* quod idem est. Et cat. 18, num. 29, *Vita et Pater*, qui « per Filium omnibus in Spiritu sancto (CXXXVIII) «cœlestia dona profundit.» Ferunt nonnulli codices: *Vita, Pater est et Filius et Spiritus sanctus*, vel *cum Spiritu sancto* etc. Vides societatem actionis particulis æqualitatis notatam.

5. Quinto, divinos characteres creaturæ negatos, tribus indistincte personis tribuit, easque æquali potestate, naturæ incomprehensibilitate, et cognitionis infinitate donat. Cum doceat cat. 8. n. 5, ex auctoritate Psalmistæ, *omnia Dei serva esse*, ab illo verbo *omnia* excipit Filium et Spiritum sanctum, quibus una cum Patre *omnia* servire docet. *Omnia*, inquit, ***serva sunt illi : unus porro ac solus ejus Filius, et unus sanctus ejus Spiritus extra omnia sunt positi ; et omnia illa quæ serva sunt, per unum Filium in sancto Spiritu serviunt Domino.*** Diserte per omnia intelligit creaturas ; et aliunde cat. 10, n. 3, et cat. 11, num. 21, domini ac regis titulum in creatoris auctoritate constituit ; ac consequenter oppositam servitii rationem in creatæ rei subjectione ac dependentia. Cum ergo Spiritus sanctus et Filius a servitio exempti sint, imo illis serviant omnia ; uterque a creaturarum numero exemptus. Divinam naturam a se sola comprehendi asserit Cyrillus, nulli creatæ rei comprehensam. Vide in primis cat. 6, n. 2 et seqq.; cat. 9, n. 3. Quod autem de incomprehensa Dei ac Patris natura docet citatis locis, idem de Filio et æterna ejus nativitate tradit multis locis, at præsertim cat. 11, n. 11 et 12; idem de Spiritus sancti substantia cat. 16, n. 5 et 24; cat. 17, n. 17, et iisdem fere verbis quibus de æterna generatione locutus erat. Ut autem incomprehensam amborum naturam, ita divinam utrique summe perspectam et comprehensam docet. Cat. 6, n. 6, cum probasset angelos, alios aliis excellentius Deum videre, nullos tamen perfecte ; addit, « Unus « videre potest sicut oportet, una cum Filio Spiritus « sanctus: ille enim omnia scrutatur et novit, etiam « profunda Dei, ut certe et unigenitus Filius Patrem « quantum oportet novit una cum Spiritu sancto.» Et rationem subdit, quoniam uterque *paternæ divinitatis est particeps* ; cat. 7, num. 11. *Dei faciem vident angeli unusquisque* secundum proprii ordinis et loci mensuram : « purus vero paterni splendoris con- « tuitus, proprie ac sincere, Filio una cum Spiritu « sancto reservatus est. » Cat. 11, num. 11, fuse probat divinæ generationis arcanum, terræ, cœlo, hominibus, angelis et universæ generatæ naturæ, καὶ πάσῃ γεννητῇ φύσει, incompertum esse. At eam notitiam primum concedit Spiritui sancto, num, 11, « Ecquid « aliud est, quod cognoscat profunda Dei nisi solus « Spiritus sanctus qui divinas Scripturas elocutus « est? at neque Spiritus sanctus de Filii generatione « ex Patre in Scripturis est locutus. » Deinde Filio, num 14, « Qui genuit, solus novit eum quem genuit, et « qui ab ipso genitus est novit genitorem.» Utrumque igitur ab generata seu creata natura longo intervallo discernit.

6. Sexto denique, ex una trium natura, divinitate, operatione, concessu. infinita a creaturarum statu et modo separatione, una sequitur trium gloria, una reddenda adoratio. Cat. 6, n. 1, « Indivise « Patris et Filii cum sancto Spiritu glorificatio cele- « bretur. Non enim aliam gloriam Pater, aliam Filius « habet; sed unam et eamdem cum [CXXXIX] sancto «Spiritu. Cat 16, n. 4, Spiritus sanctus cum Patre et Fi- « lio honoratus est, et sancti baptismatis tempore in « sancta Trinitate simul comprehenditur ; num. 19, « Pretiosa res vere Spiritus sanctus : merito baptiza- «mur in Patrem, et in Filium, et in Spiritum sanctum.» Ex hac Filii et Spiritus sancti cum Patre in baptismatis formulo indistincta conjunctione, nata est in ecclesiis glorificanda Trinitatis formula, quam Cyrillus in omnibus pene catecheseon clausulis, particulis æqualitatis *et cum* exprimere solet. Cat. 11, n. 17, Patris et Filii adorationem dividi vetat. Quam adhibet rationem ne videlicet in oppositam Sabellianæ hæresim incidamus, ea de Spiritu sancto quoque valet ; quem ejusdem hæresis metu ne a Trinitate separemus, iisdem pene verbis prohibet cat. 16, n. 4. Quid aliud desideret lector nescio, nisi apertam fortassis consubstantialis Trinitatis professionem. Hanc habes in extremis epistolæ ad Constantium verbis, quibus orat ut Deus Augustum multos annos soepitem servet, « glorifican- « tem semper sanctam et consubstantialem Trinita- «tem verum Deum nostrum.» Frustra lectionem hanc sollicitari, in Præloquio ad eam epistolam, num, 10.

admonui. Sed totam vim ejus vocabuli et sententiæ in adductis supra catecheseon sententiis contineri, nemo qui æqui judicii sit, diffiteri valet.

7. Unum est, quod adversus expositam de Trinitate doctrinam ex Cyrillo opponi possit; nimirum illum externas Trinitatis actiones separasse, unde etiam sequatur naturæ separatio. Creationis actionem, verbi gratia, uni Filio tribuit: Patri mandatum tantum creandi, et subministrationem exemplaris rerum efficiendarum : Spiritui sancto solam rerum nutu Patris per Christum effectarum sanctificationem tribuere videtur. De Patre mandante et exemplar rerum condendarum Filio subministrante, ac Filio condente, exstat ejus doctrina cat. 11, n. 22 et 23, quam declarat exemplo regis qui civitatem struere volens, Filio suo pariter secum regi mandatum et exemplar urbis condendæ tribuat; quam deinde filius ex mandato patris ad exemplar sibi suppeditatum ædificet : quo exemplo concludatur mundi effectionem solius Eilii esse. Quæ quidem Arianorum sententia erat, creaturas actionem Patris portare non potuisse aientium, intermediæque naturæ attemperatiori manu opus fuisse. Hanc doctrinam fuse exponit Eusebius Cæsar. orat. *De laudibus Constant*, c. 9, ac refutat Athanasius orat. 2, *cont. Arian.*, n. 24, et *De decr. Nicæn.*, n. 7 et 8. De Spiritu autem sancto res creatas tantum sanctificante cat. 16, n. 3. « Est, inquit, Spiritus sanctus, « sanctificator rerum omnium a Deo per Christum « effectarum; cat. 17, n. 2. Est rerum omnium ratione præditarum, quæ a Deo per Christum factæ sunt, « sanctificator. » Quod si hanc vere Cyrilli sententiam fuisse concesserim, quid porro inde sequatur? Illud ad summum : Cyrillum unum aliquod catholicæ doctrinæ consectarium non vidisse ; nimirum, quorum una est natura et divinitas, eorumdem necessario unam esse quæ extra prodeat actionem ; illum in distinctione personarum, indivisa quamvis natura, satis inesse fundamenti arbitratum, ut operationes cuique separatæ assignari [CXL] possent. Hæc, inquam, sola concludere liceret, non autem diserte constitutam ab eo de inseparabili Trinitate doctrinam evertere, si concederemus externas Trinitatis operationes separavisse, quanquam alia prorsus ratione et causa quam Ariani atque Eusebius, creationem Filio tribuit. Illi propter paternæ naturæ majestatem, quam nec ad creandum demittere se posse, nec a creaturis sustineri potuisse dicebant: Cyrillus vero hanc unam causam allegat, cat. 11, num, 22, quod Pater æquali sibi Filio creatarum rerum potestatem ac dominium communicare volens, opus ipsi creationis commiserit. Verum ea defensione uti nihil nos cogit ; probandumque suscipimus ex Cyrillo, tam Patrem et Spiritum sanctum cum Filio creavisse, quam eumdem Patrem et Filium cum sancto Spiritu sanctificationis auctores esse.

8. Ac primo quidem, quis credat ad simplicem nutum atque mandatum creandi, revocanda esse A quæ tam magnifice Cyrillus de Deo Patre omnium creatore pronuntiat multis locis. in primis cat. 4, num. 4, 18 et 22 ; cat. 6, n. 9 et 12 ; cat. 7, n, 6, et tota catechesi nona ? quibus in locis Marcionitas, Manichæos, aliosque hæreticos diligentissime refellit, qui mundum hunc negabant Patris Christi opificium esse. Adversum eos probat cat. 7, n. 6, eumdem esse Patrem Christi cum mundi conditore et auctore Veteris Testamenti. Atqui illi Deum Veteris Testamenti proprie ac vere mundi conditorem æstimabant : non id refellit. sed ut eumdem quoque Christi Patrem agnoscant, obtinere nititur. Secundo, duos in Patre titulos et actiones distinguit, unam Patris, alteram Createris, cat. 4, n. 4. « Unus « Deus solus qui et animarum et corporum factor « est ; unus est opifex cæli et terræ, angelorum et « archangelorum factor. Qui multarum quidem re- « rum opifex est, unius vero solius, Domini nostri Jesu « Christi Pater ante sæcula ». Nota Græcam vocem quam per *opifex* reddidi, esse δημιουργός, quæ artifici et operario manibus suis opus attingenti et formanti propria est ; cat. 7, n. 5: « Est Deus multorum quidem abusive Pater, unius vero solius Filii Jesu Chri- « sti natura et veritate Pater. Quomodo autem abusive creaturarum sit Pater, nempe propter creationem, explicat n 8, duobus Veteris Testamenti locis, altero Moysis Deut. xxxii, 6: « Nonne ille ipse Pater « tuus possedit te, et fecit, et creavit te ? » et altero Isaiæ: « Domine, Pater noster tu, nos autem lutum; « opera manuum tuarum omnes. » Tertio, suis manibus Patrem creationis opus attigisse multis locis docet ; cat. 4, num. 5: « Opera digitorum ejus sunt cœli, et « universa terra in pugno ejus continetur: » cat. 9, in qua de Patre totus sermo est n. 14, eum esse dicit, qui « nervis et ossibus nos connexuit, pellemque et carnem circumduxit ; qui indeficienti cor agitat motu, « qui oculorum teneritudinem palpebrarum amplexu munivit, » etc. ; cat. 12, n. 26, « Deus est, qui in utero « hodiernum usque diem hominum fetus construit. » Quarto, cat. 18, num. 6, ejusdem qui nos fecit, ait esse ut nos collapsos et mortuos resuscitet; quemadmodum statuarii, ut collapsam statuam in eamdem rursus formam conflet. Id autem de Deo conditore, ibid. et num. 3, nulla Christi mentione tota catechesi dicit. Quinto, Patrem semper operari, [CXLI] et Filium cum Patre operari docet homil. « in « paralyt. n. 3 : Pater ejus semper operatur, et ipse « cum Patre una operatur, συνεργάζεται, et omnium, « nutu Patris, factor erat. Idem ait cat. 7, num. 6. Ait quoque catech. 6, n. 7, Patrem *cum unus et idem sit*, diversis licet nominibus appellatus, « innumera- « biles divinitatis operationes emittere, » μυρίας ἐκπέμπει τὰς τῆς θεότητος ἐνεργείας. Quid tandem multa quærimus ? En disertum consociatæ Filii et Patris operationis testimonium cat. 10, n. 6, « Ut declara- « retur hominem non solius Dei opus esse, sed Do- « mini quoque nostri Jesu Christi. » Hæc ex multis sufficiant, ut ne Patrem a Cyrillo propriæ in creando operationis expertem relictum credamus.

9. Quod opponitur ab exemplo, quo Cyrillus utitur, regis civitatem construere volentis, totamque tradito exemplari operis curam in Filium deponentis, infirmum est, cum Cyrillus ipse imbecillum prorsus, nec ad divinitatem accurate transferri posse exemplum fateatur; quod tamen, si Pater nihil in creatione præter mandatum atque exemplar contulit, æquum et ad veritatem exactum omnino et perfecte est. Eccur autem Cyrillus Patri exemplarem causam, Filio proprie efficientem tribuerit, diligentius indaganti hæc occurrit conjectura, quam lectoris judicio libens submitto. Marcellus Ancyras, certus et indubitatus Cyrillo hæreticus, suam de mundi creatione sententiam apud Eusеb. Cæsar. lib. II *cont. Marcell.*, sic exponit pag. 41: Deum orbem conditurum comparat statuario signum effingendum apud se delineanti, qui cum manuum operi admovere incipit, rationem suam qua omnia componit tanquam alteram personam ita affatur; *Age, effingamus statuam.* Qua quidem comparatione stricte accepta, Verbum quæ æterna Patris ratio est, non magis a Patre distingueretur quam ab statuario mens et ratio ipsius, illudque in Patre conditum operationis expers remaneret. Huic forte doctrinæ exemplum suum Cyrillus opponit, quo Filius studiose a Patre secernitur, propriaque subsistentia et operatione prædituς demonstratur. Hanc vero Cyrillus demonstrati Filio exemplaris doctrinam, quæ illi cum multis ejus ævi Patribus communis est, hauserat sine dubio ex divinis Scripturis, et illo in primis Christi dicto, Joan. v, 19: « Non potest Filius a se fa«cere quidquam nisi quod viderit Patrem facientem.» Quæ verba interpretatur Gregorius Nazianzenus prorsus ad sententiam Cyrilli, orat. 36; exclusa enim prius illa opinione, quod Filius ea tantum faciat quæ a Patre jam facta viderit, sic ipse suam aperit, pag. 584: Ἦ δῆλον ὅτι τῶν αὐτῶν πραγμάτων τοὺς τύπους ἐνσημαίνεται μὲν ὁ Πατήρ, ἐπιτελεῖ δὲ Λόγος· οὐ δουλικῶς οὐδὲ ἀμαθῶς, ἀλλ' ἐπιστημονικῶς τε καὶ δεσποτικῶς, καὶ, οἰκειότερον εἰπεῖν, πατρικῶς; « Nonne perspicuum est earumdem re«rum formas a Patre quidem designari, a Filio autem «peragi; non serviliter et indocte, sed perite et herili«ter, atque, ut aptius loquar, paterne?» Hanc exemplaris demonstrationem similiter explicat Hilarius non de exemplo operis ante facti, sed de communicatione paternæ voluntatis, *quia*, inquit, *opus Patris in voluntate est*, in ps. XCI, n. 6. Deinde subdit: « Ergo voluntatem Patris Filius tamquam (CXLII) exemplum operatio«nis introspicit; quia intra paternarum cogitatio«num providentiam, quadam futurarum rerum præ«destinatione formantur.» Hæc ad supradictum Christi testimonium; quod operosius expendens lib. VII *De Trinitate*, ait n. 19, demonstrationem hanc operum faciendorum esse *ipsam nativitatis substantiam*. Prorsus ad eumdem modum Basilius lib. *De Spiritu sancto* cap. 6, pag. 309, mandati et *voluntatis* paternæ de rebus creandis *communicationem* Filio factam, *quomodo Deum decet intelligere nos* jubet: nimirum *uti formæ cujusdam impressionem in speculo a Patre in Filium sine tempore dimanantem.* Θεοπρεπῶς νοῶμεν βελήματος διάδοσιν, οἷόν τινος μορφῆς ἔμφασιν ἐν κατόπτρῳ ἐκ Πατρὸς εἰς Υἱὸν ἀχρόνως διηνουμένην. Eadem sine dubio Cyrilli doctrina fuit; cujus principium est, omnia Filio a Patre æternum in generatione tradita esse, cat. 10, n. 9. Nam cum Domini titulum et auctoritatem in Christo repetat ab titulo creatoris, dominium hoc ipsum accepisse dicit *ab æterna naturaliter*, ibid. et n. 4 et 5. Nullam igitur apud Cyrillum demonstratio operum faciendorum separationem Filii a Patre, imo intimam et æternam in una natura conjunctionem arguit.

10. Quid autem propriam Filio rerum creationem ex mandato Patris facere videatur, Patris actionem non excludendo, ut probavi supra num. 8, eo Patrum omnium vox est Scripturæ testimoniis, *Omnia per ipsum facta sunt*, et similibus confirmata, atque in symbolis pene omnibus consignata, dum ferunt *per quem omnia facta sunt*. Ante Nicænorum Patrum, quorum aliquando minus accuratæ videri possint dicendi formulæ, nullos citabo ut eorum auctoritate Cyrillum protegam. Insigniores tantum et fervidiores catholicæ fidei adversum Arianos defensores producturus sum. Cum Ariani dicerent Filium mandato Patris omnia creavisse, non id negarunt Patres; sed prava tantum consectaria repulerunt, quæ ex mandato illo ac creatione, in qua Pater nullas præterquam præcipiendi partes haberet, adversus Filii æqualitatem concludebant. Vide Athan. *De decr. Nic.* n. 7, 9, 12 et 18, ubi ait Deum per Filium uti per manum et sapientiam suam omnia condidisse; ac orat. 2, n. 64, docet Verbum, cum initio crearet omnia, rebus factis se attemperasse ut fieri possent; non enim ejus naturam ferre potuissent, nisi se ad illas paterna benignitate accommodans, sustinuisset, ac sustinendo ad exsistentiam perduxisset: quod nimirum Arianis opponit, Verbum sua natura rebus creandis contemperatum asserentibus. Vide et Hilarium *in psal.* CXVIII, litt. 14, num. 10, et lib. IV *De Trin.*, num. 15; Ambros. lib. II *Hexaem.*, cap. 5, num. 18, et lib. II *De Spir. sancto*, cap. 1. Basilius *De Spiritu sancto* cap. 16, pag. 325, describit in creatione « mandantem Dominum, creans Verbum, et confirmantem Spiritum sanctum. Greg. Naz. Carm. arcan. » 8, p. 171, Ἦν ποτε, ἦν ὅτε κόσμον ἐπήξατο Νοῦ λόγος κἀπιὼς, ἐσπόμενος μεγάλοιο νῷ Πατρός· « Fuit aliquan« do cum mundum constituit magnum Mentis ver«bum, obsequens magni Patris menti » Vid. Cyrillum Alexandrinum *Thesauri* lib. XXIX, pag. 255. S. Maximus confessor, quæst. 2 *in Scripturam*, in operibus divinis tribuit Patri εὐδοκίαν, *beneplacitum*, [CXLIII] Filio αὐτουργίαν, *ipsam auctoris per se agentis effectionem*, Spiritui sancto complementum substantiale utriusque, *beneplaciti* nimirum cum Patre, et *effectionis* cum Filio. Ex his et infinitis aliis quæ omitto, concludi potest communem inter Patres sententiam fuisse, proprium aliquid Filio incompertum nobis, in creatione, quamvis tribus personis

communi, reperiri; ut specialius per ipsum res condi- A tas fuisse, ipsumque creatorem et factorem dicerent. Qua in sententia nihil certe catholicæ professioni adversans deprehendas. Eodem enim aut alio simili modo Filius, quamvis cum aliis communiter operans creationis auctor dici possit, quomodo vox *Hic est Filius meus* [4], a tribus certe personis efformata, soli tamen Patri imputatur.

11. Venio tandem ad Spiritum sanctum, cui nec solam sanctificationem, nec soli a Cyrillo attributam probo. Primo enim suas in creatione sancto Spiritui partes conservandas probat, quod cum cat. 12, num. 26, Filio tribuat ut in Maria quam assumpsit carnem formaverit, id cat. 17, n. 6, Spiritus sancti in Mariam superventui tribuere videatur. Idem in Spiritum sanctum tanquam in au- B ctorem confert, donorum in altari propositorum transformationem in corpus et sanguinem Christi, cat. 21, n. 3; cat. 23, n. 7 et 19. Quam quidem operationem Patres ad summam Creatoris in res subjectas omnipotentiam pertinere docent; ac Cyrillus ipse Filio tribuit cat. 22, num. 1, et toti Trinitati cat. 19, num. 7. Ut omittam Spiritum sanctum, ex doctrina Cyrilli, communi cum Patre et Filio in creaturas dominio gaudere, cat. 8, num. 3, cujus dominii jus sola creandi actione acquiritur, ex eodem cat. 11, num, 21. Quod autem Patri et Filio, juxta ac Spiritui sancto sanctificandi munus tribuat, ex omnibus pene catecheseon clausulis colligitur, in quibus sanctificationem auditorum a Patre apprecatur. Vide in primis procat. n. 17, C cat. 3, n. 16; cat. 6, n. 36; cat. 14, n, 30; cat 15, num. 33; cat. 18, n. 35; cat. 20, n. 8, et cat. 23, n. 23, quam ita concludit: *Deus pacis sanctificet vos integros.* Haud tamen inficiandum, non a Cyrillo tantum, sed et ab omnibus Patribus, imo et a Scriptura sacra, sanctificationem Spiritui sancto, uti proprium ac specialem effectum tribui, dum aiunt per eum in cordibus charitatem diffundi, pias cogitationes immitti, infirmitatem nostram adjuvari, purgari animam a peceatis: hæc et multa alia magnificentissime a Cyrillo totis catechesibus 16 et 17 disseruntur. Ipsi sacrorum baptismi et confirmationis characterum impressionem, animæ custodiam, adoptionis donum attribuit: ipsi sanctificationem aquæ baptismalis aceeptam refert cat. 3, n. 4, et sacri chrismatis cat. 21, n. 3, vim exorcismorum, procat. n. 9, cat. 16, n. 18, 19, ut infinita alia omittam: eamdemque aliorum SS. Patrum doctrina est. Ex quibus gravissimi theologi colligere se non immerito existimaverunt, licet communem tribus personis fateantur animorum sanctificationem, in illa tamen proprium aliquid Spiritus sancti intercedere, ut veluti sanctificationis hujus causam atque formam in se unus sustineat. Videsis Petavium hæc doctissime et copiosissime disputantem lib. *De Trinit.* VIII, c. 4 et seqq, *Dogm. theol.* tom. II.

[4] Matth. III, 17; XVII, 5.

[CXLIV] CAPUT II.

Specialius probatur ex Cyrillo Filii divinitas.

13. Constituta ea quam ex Cyrillo exposuimus de SS. Trinitate doctrina, eodem actu probata est Filii et Spiritus sancti divinitas et æqualitas cum Patre. Propria tamen de unoquoque apud Cyrillum documenta sunt, quæ hic colligere ac repræsentare juvat; ut quantum ab Arianis ac Pneumatomachis, quorum ipsi est objecta communio, ejus disconveniat sententia demonstretur, a Filio incipiam. Non catholicam solum de Verbi divinitate doctrinam accurate copioseque et proposuit, et explicavit, et probavit, verum omnes Arianæ impietatis surculos diligentissime persecutus stirpitus evulsit. Ac primo quidem Filium a creaturis stu- B diose discrevit, refutatis nominatim blasphemis ca de re Arianorum decretis, genitumque vere ac proprie, et naturalem Patris Filium asseruit. Sic catechesi 11, n. 17: « Neque Filio deferre honorem rati, « Patrem eum nuncupemus; neque dum Patrem ho- « norare arbitremus, Filium unam ex rebus conditis « suspicemur. Cat. 15, n. 9, Nunc vero defectio est; et « alii quidem Filio — paternitatem prædicant, alii ve- « ro Christum ex non exstantibus ad esse perductum « dicere audent. Cat. 11, n. 14, Et sicut persæpe dic- « tum est, nequaquam ex non ente ad esse Filium « transduxit, neque eum qui non erat in adoptionem « adscivit, verum æternus exsistens Pater, æternum « genuit et inenarrabiliter unum solum Filium. » Quamobrem in Patre studiose distinguit duas actiones, duosque respectus. Unum creatoris erga res Omnes ex nihilo erutas, alterum Patris et generatoris erga solum Filium. Duo ejus rei testimonia citavimus capite præced. n, 8, ex cat. 4, n. 4, et cat. 7, n. 5. Generationem in Patre admittit veram ac propriam, qua non adoptivus, sed naturalis et proprius Filius exsistat, Cat. 11, n. 2: « Filium cum audis, ne adop- « tivum existimes, sed naturalem Filium, Filium muni- « genitum; et n. 4, Filium iterum cum audis, ne ab usi- « ve solummodo dictum puta, sed Filium vere, Fi- « lium naturalem, initii expertem; non ex servitute ad « adoptionis gradum evectum, sed Filium ab omni æ- « ternitate genitum. » Magnam inter adoptivos Dei filios et Christum differentiam constituit: 1° quod temporaria sit hominum adoptio, Filii nativitas æterna: 2° quod hi fiant filii Dei verbo et gratia, D his natura. « Illi, » ait eodem loco, « Dei voce et dicto « adoptionem quam non habebant acceperunt. » Hic vero, non « cum aliud quidpiam esset aliud factus est; « sed Filius Patris ab exordio natus est, superior quo- « vis initio et sæculis existens; » n. 9, de adoptivis Pauli filiis loquens: « Hic, qui secundam naturam filius « non erat, per disciplinam filius est factus: illi vero « naturalis filius, verus filius. Non sicut vos, o illu- « minandi, nunc filii Dei efficimini, sed adoptione per « gratiam... non autem ita natus est Christus ea Pa- « tre: » et id probat, quod cum in tempore baptismatis de unoquoque nostrum dicere possit Deus, *hic nunc factus est filius meus*; de Christo dixerit

hic est Filius meus, quod etiam cat. 3, num. 14, A diffusius explicat: « In te quoque descendet Spiritus « sanctus, et paterna vox tibi desuper [CXLV] audie- « tur, non » hic est filius meus, *sed* hic nunc factus est filius meus. « De illo solo dictum » est, « quando qui- « dem « in principio erat Verbum[5], » etc., « illi inquam « convenit vox » est, « cum sit semper Filius Dei; tibi « vero competit, » nunc factus est; « quoniam ut filius « sis non per naturam habes, sed per adoptionem filii « appellationem consequeris: ille sempiterno est, tu « vero ex profectu gratiam acquiris. » Idcirco alio prorsus modo dixit Christus Deum esse Patrem suum et Patrem nostrum. Observat Cyrillus cat. 7, n. 7, Christum non dixisse « ascendo ad Patrem nostrum; « sed divisione, » inquit, « adhibita, primum edixit « quod sibi proprium est, » ad Patrem meum, » id quod B « nimirum natura erat: tum subjunxit, et » Patrem vestrum, « quod erat per adoptionem. » Idem repetit cat. 11, n. 19. « Ne existimes illum eodem modo Filii et « creaturarum esse Patrem, non dixit » ascendo ad Pa- trem nostrum, « ne creaturarum cum unigenito com- « munitas induceretur: » sed Patrem meum et Patrem vestrum, ait: « aliter meum, secundum naturam; et « aliter vestrum, secundum adoptionem. » Quam- obrem Patris nomen respectu Filii proprie sumi ju- bet. Cat. 7, num. 5, ait: « Est igitur Deus, multorum « quidem abusive Pater, unius vero solius unigeniti « Filii natura et veritate Pater; » ac severe interdi- cit n. 3, ne Deo, qui gignendi vim omnibus impertitur, patriam dignitatem auferamus. En Filium a creaturis secretum prorsus; en Filium Dei verum, C divinam a vero Patre per generationem veram trahentem naturam.

13. Ne autem in ipsa generatione divina quod- dam ad verum et perfectam filii divinitatem exsisteret impedimentum, tria docet: 1° generationem hanc nullam temporis moram postulare, et esse ab æterno perfectam: 2° nullam in re generata imperfectionem, vel ad perfectionem obicem adferre. Cat. 11, n. 8: « Cum Deus et Pater generat, neque « ignorantia neque consultatio in medio .. dicere « quod cum temporibus deliberasset, Pater deinceps « effectus sit, ejusdem impietatis est. Non enim prius « Deus absque liberis existens, postea in tempore Pa- « ter est effectus, verum semper Filium habet; sup. « n. 7, In gignendis corporibus necesse est moram tem- « poris intercedere, nullum vero in generatione Filii D « ex Patre intermedium reperitur tempus; et cat. 7, « n. 5, Non temporum successu adeptus ut Pater sit, « sed Unigeniti Pater sempiterno existens. Non enim « cum esset antea sine prole, postea mutata sententia « factus est Pater; verum ante omnem substantiam et « ante sensum omnem, ante tempora et sæcula omnia « paternam dignitatem habet Deus, qua magis quam « reliquis omnibus titulis gaudet. » Sicut autem ab æterno Pater, ita et ab æterno Filius; ut enim ait n. 4: « Patris nomen sua ipsius appellatione Filii no- « tiliam subjicit animo... simul ac Pater cogitatur, « eodem actu Filium cogitemus. Filium enim ac Pa- « trem nihil prorsus eorum quæ sunt medium inte- « rest. Cat. 11, n. 14. Nec secum deliberans postea ge- « nuit, verum sempiterno generavit, et sermonibus « cogitationibusque nostris multo celerius, ut sane « consentaneum est, generavi... Cum de divina potes- « tate sermo est, temporis expers est generatio, » et cat. 11, n. 5, ea verba interpretans « Filius meus es tu, « ego hodie genui te[6]: Illud, » inquit, hodie, « non re- « cens, sed sempiternum: hodie temporis expers, « [CXLVI] ante omnia sæcula. » Vid. cat. 4, n. 7. Ut tem- poris expers, ita et defectus omnis eamdem genera- tio, qua Filius ab æterno perfectus providit. Cat. 9, num. 5, de Patre ait: « Non ex passione ac demutatio- « ne sui factus est Pater, non ex complexu, non per « ignorantiam, non fluxionem passus, non deminu- « tus, non alteratus. Pater perfectus perfectum ge- « nuit Filium, omnia contra dans ei quem genuit. » Monet cat. 11, num. 7, in humanis ac terrenis generationibus, id quod generatur imperfectum nasci, ac tempore profectum et incrementum comparare: contra autem, inquit, « Filius Dei perfectus « est natus; quod enim nunc est, id et a principio est, « natus absque initio: » et rationem subdit: « Nullam « generantis infirmitatem accuses; nam si ille imper- « fectum generavit, quod accessu temporis perfectio- « nem assecutum sit, infirmitatis arguis genitorem; « si id quod tempus postea largitum est, hoc tua « sententia genitor ab initio non dedit; n. 13: Neque « generans ulla re deminutus est, neque deest geni- « to quidquam... non in temporibus genitus, sed ante « sæcula genitus; non ex profectu auctus, sed hoc ip- « sum natus quod nunc est; n. 19: Pater... Deum « generans nec ipse deitate spoliatus est, nec « quidquam ipse deperdidit imminutus vel muta- « tus; nec ille qui genitus est, defectus quidquam « habet: perfectus est qui genuit, perfectum quod « genitum est; Deus est qui genuit, Deus qui ge- « nitus est. » Hæc autem omnia capita Cyrillus opponit totidem impiis Arianorum sententiis, ut in notis nostris studiose observavimus.

14. Generationis veræ ac proprie dictæ effectus est ut id quod nascitur, per omnia atque in primis natura simile sit genitori. Hinc Cyrillus concludit Filium quia ex Patre genitus sit, similem D esse in omnibus Patri; Deum verum et Dominum verum, sicut Pater Deus verus est et Dominus verus. Cat. 4, n. 7, « Crede... in Filium Dei unum et « solum... Deum de Deo genitum, vitam ex vita « genitum, lucem de luce genitum, similem per omnia « genitori: cat. 12, n. 4, Filius Patris ab exordio « natus est... Filius Patris in omnibus similis geni- « tori, æternus ex æterno Patre, vita ex vita genitus. « et Deus ex Deo; n. 18, In omnibus genitori similis « est Filius, vita ex vita genitus... et Deus ex Deo, « et nulla in re differentes sunt deitatis notæ et cha-

[5] Joan. I, 1. [6] Psal. II, 7.

« racteres in Filio. » Tandem n. 8 et 9, « Genuit eum « Pater ante omnia sæcula Deum verum. Cum verus « Deus sit Pater, similem sibi genuit Filium Deum ve- « rum. » In symbolo Hierosolymitano habebatur Christum esse, Deum verum ; articulum hunc fuse exponit et probat. Sic ait c. at. 11, n. 14: « Credimus in « Filium Dei unigenitum Deum verum ; verus enim « Deus non generat falsum; n· 17, Deus igitur verus « est Filius, habens in se ipso Patrem, non in Patrem « mutatus. » Veram hanc esse et cui nihil desit divinitatem affirmat his verbis cat. 4, n. 7, *Nihil ei ad divinitatis dignitatem deest.* Alias divinæ naturæ veritatem in Christo ab ejus generatione probat : quæ cum in Deo sit vera et propria, ut quisque similem sibi in natura generat, ita Deus verus Deum verum. Id nimirum opponit Arianorum impietati, qui cum Filio nomen anferre non possent, verum saltem ac proprie dictum Deum inficiabantur. Cum porro una sit vera divinitas, unum quoque cum Patre Deum Filium esse necesse est [CXLVII] Quapropter, num. 16, illud Christi dictum exponens, *Ego et Pater unum sumus*[7], quadruplicem assignat Patris et Filii unitatem : divinitatis, regni, voluntatis, et operum ; contra totuplicem Arianorum divisionem. De prima loquens ait : Unum, « propter divinitatis dignitatem, siquidem « Deus Deum genuit. » Eamdem prorsus in ambolus residere divinitatem asserit his verbis, n. 18: « Nulla « in re differentes sunt deitatis characteres in Filio; « quique Filii divinitatem ut videret dignus est habi- « tus, idem ad fruendum genitorem evectus est. » Illa una divinitas ex intima Patris in Filio ut ita dicam immanentia desumitur; ait n. 17: « Deus igitur ve- « rus est Filius habens in se ipso Patrem; » quod probaverat num. 17, uno Isaiæ et altero Christi testimonio, unde concluserat: « Vides Deum Filium, ha- « bentem in semetipso Deum Patrem. » Propter hanc alterius in altero immanentiam, sequitur ut duo non sint principia, sed unum, Pater videlicet qui se totum in Filium infundit. Quod ait num. 14 : « Ne- « que sunt duo principia, sed caput Filii pater unum « est principium; Pater enim genuit Filium Deum ve- « rum. » Ut autem Christus verus est Deus, ita et verus Dominus. Cat. 10, num. 4: « Dominus vocatur « non abusive, ut ii qui in hominibus sunt; sed tan- « quam naturalem et æternum habens dominatum ; « num. 5: Cum sit Dominus secundum veritatem, non « ex profectu adeptus id quod Dominus est, sed ex na- « tura dominatus dignitatem habens. » Vid. et num. 9, quo loco dominium Filii ab æterno acceptum docet. Inde et refutat multis locis hæresim, quæ Christum docebat, non ab æterno et vi generationis seæ Dominum et regem esse, atque ad dexteram Patris consedisse, sed id ex profectu tempore acquisitum. Vid. cat. 4, n. 7 ; cat. 11, n. 17 ; cat, 14. n. 7 et 30.

15. Quod si Filius verus est Deus et verus Dominus, æque cum Patre habet proprios et alteri negatos divinæ naturæ characteres. Omnium primus judicio Patrum est æternitas ; nec efficacius Ariani Filium divinitate dejicere se posse consuerunt, quam si æternitatem ejus auferrent ; nec Catholici robustius se divinitatem tueri, quam vindicata æternitate. In hoc fere totum incubuit Catholicorum adversum Arianos certamen. Nominem autem facile reperias, qui æternitatem Filii et studiosius et copiosius inculcarit. Multa jam ejus attuli testimonia num. 14. En alia quædam de multis. Cat. 11, num. 17: « Nec usquam illud dicamus: erat, quando « non erat Filius; n. 5, Filius Davidis est in consum- « matione sæculorum, Dei vero Filius ante omnia sæ- « cula sine initio Et illud quidem assumpsit quod non « habebat; hoc autem quod habet, sempiterno habet « ex Patre genitus. Atque illud quidem quod secun- « dum Davidem est, tempore subjicitur, et contrecta- « tur, et prosapiam habet quæ recenseatur: quod vero « est secundum deitatem, neque tempori obnoxium « est neque loco, neque genus habet quod recenseri « possit; n, 20: Non cum in Bethlehem natus est, tunc « esse cæpit, sed ante omnia sæcula... Ne attendas ad « eum qui modo ex Bethlehem ortus est: verum adora « eum qui sempiterno ex Patre genitus est. Ne quem- « quam patiare, qui temporale Filii principium dicat: « principium namque Filii temporis nescium, princi- « pio carens, Pater est. » Postea [CXLVIII] probat Christum « æternum regem esse, et æterna apud Patrem « gloria frui. » Uno verbo, omnia in Filio æterna statuit: nativitatem, dominium, quorum utrumque supra probatum est; sedem a dextris Patris, cat. 4, n. 7; cat. 11, n. 17. cat. 14, n. 27 et 30; tandem sacerdotium, cat. 10, n. 14; cat. 11, n. 1, Alterum divinæ naturæ attributum est ut se ipsam cognitione comprehendat, a creatura nulla comprehendi possit : æqualem in utroque Filium Patri statuit. Cat. 4, num. 7 : « Ni- « hil ei ad divinitatis dignitatem deest, eumque a quo « genitus est cognoscit, sicut ipse a genitore cogno- « scitur ; » alia produximus testimonia cap, 1, n. 5, Sicut autem incomprehensibilem omnibus creaturis Patris naturam affirmat, cat. 6, n. 3, 4, 5 ; ita et incomprehensam creaturis omnibus et soli Trinitati notam, Filii generationem probat, cat. 11, n. 11, 12 et 13. Quo in loco, post multa in hanc rem disputata subdit : « Non te pudeat ignorantiam « confiteri, siquidem tibi cum angelis communis est. « Qui genuit solus novit eum quem genuit, et qui ab « ipso genitus est novit genitorem. » Quemadmodum etiam invisibilem mortalibus oculis Deum Patrem asserit, cat. 9, num. 1 et 2, ita et invisibilem Filii naturam iisdem pene argumentis et verbis probat, cat. 12, num. 13 et 14, aiens oportuisse ut Filius humanam carnem suæ deitati velamentum prætenderet, ne præsentiæ ejus fulgore interiremus. Dei solius est in omnibus locis esse, nullo concludi omnia etiam latentiora videre. Cat. 4, n. 5. cat ,

[7] Joan. x, 30.

n. 7. Eamdem immensitatem et latentium cogitationum inspectionem Filio tribuit, cat. 14, n. 30 : « Qui in superis sedet, et nobis hic una præsens adest; « uniuscujusque compositionem et fidei firmitatem « contuens. Quod enim carne nunc abest, ne idcirco « judices abesse etiam Spiritu; medius hic adest, au- « diens quæ de se dicuntur, et quæ apud te cogitas « videns, scrutans renes et corda. » Omnipotentiam ejus in dubium revocare non poterat, qui ipsi condendi orbis opus attribuit tam multis locis. Intimam ejus virtutem in miraculis sui nominis invocatione efficiendis, fugandis dæmonibus, morbis curandis, gentibus immanitate barbaris eicurandis, et ad fidem canvertendis multis locis commendat, ut cat. 4, n. 13; cat. 10, num. 19; cat. 13, n. 3 et 40. Unum restat, ut si Filius æque ac Pater increatus est, Deus et Dominus verus, una et eadem divinitate ipsi conjunctus, uno quoque et æquali cultu cum ipso adoretur. Ea quoque Cyrilli sententia. Cat. 11, n. 17 : « Unus Pater per unum Filium ado- « retur, neque dividatur adoratio. Cat. 10, n. 12 : Si « quis pius in Deum esse velit, Filium adoret; alioqui « cultum ejus non est admissurus. » Alia citavimus loca cap. 1, n. 6. Hæc omnia quæ superius produxi testimonia, etiamsi a Cyrillo non ita dilucide et copiose, ut facit, explicarentur, naturali et obvio sensu essent sumenda. Hæc enim non subtiliter cum peritis disputata, sed a rudes Ecclesiæ candidatos simpliciter exposita, qui singula verba, prout sonant, usurpaturi erant. Nec enim duas harum vocum, *Deus*, *generatus*, *Filius*, *adoratio*, ideas ac notiones, sed unam communis ac vulgatæ significationis habebant. Deum cum audiebant, unicum et summum numen intelligebant. Generatum concipiebant, qui ex Patris substantia constaret; [CXLIX] Filium, qui natura referret Patrem; qui adorandus proponebatur, hunc summo, qui unico ac vero Deo debetur; prosequebantur cultu. Hanc auditorum cogitationem notam habebat Cyrillus, atque ad eam omnino sermonem tuum accommodasse et exegisse dubitari non potest.

CAPUT III.

Expenduntur ea quæ ex Cyrillo adversus Filii divinitatem objici possunt.

16. Qui apud Theophanem Cyrilli fidem suspectam habebant, hæc duo tantum afferre solebant: quod Constantium Arianum imperatorem immeritis laudibus ad eum scribens extulisset: quodque in catechesibus *consubstantialis* vocem subticuisset. Primam querimoniam diligenter excussimus et refellimus, in prævia ad epistolam Constantium admonitione, num. 8 : de secunda igitur superest ut hic dicamus. Ac primo liceat hic de prætermissa simpliciter a Cyrillo voce dicere, quod de eadem ab Ariminensibus non excusando lapsu proscripta et sublata ait Hieronymus « Dialog. adv. Lucifer. « n. 34 : Non erat cura episcopis de vocabulo, cum « res esset in tuto; » non enim in verborum sono, sed in sententiis est veritas, ut optime animadvertit Nazianz. epist. 26. Quidquid porro consubstantialis voce continetur, diserte agnovit et prædicavit Cyrillus. Dum consubstantialem Patri Filium dicimus, intelligimus Filium ejusdem naturæ et divinitatis esse cum Patre, cumque non ex nihilo conditum, sicut creaturas, sed ex substantia Patris generatum. Sed cum Cyrillus Filium asserit, ut vidimus crp, 2, n. 14, vi suæ generationis « similem « in omnibus Patri, Deum verum ex Deo vero, » diversamne in utroque naturam ac divinitatem vel cogitare potuit? an duplex est divinitatis, et quidem *veræ* ac proprie dictæ species? Præcipua, quæ inter generantem et genitum exsistit, similitudo, naturæ est; quæ sublatis etiam aliis omnibus similitudinibus sola necessario vi generationis remanet. Nec proprie similitudo est, sed ταυτότης, identitas, ut ita dicam, naturæ. Quod si Filius vere genitus est, ex substantia utique Patris genitus est : aliam enim nec Cyrillus habuit, nec haberi veritas patitur verræ ac proprie dictæ generationis notitiam; in qua sola, cum de Deo agitur, removendi omnes, ut Cyrillus studiose facit, humanæ generationis defectus. Quod igitur Catholici omnes verbo *consubstantialis* intelligebant, id voce prætermissa prædicavit Cyrillus. Quod si S. Basilio licuit certis de causis, cum Spiritus sancti divinitatem asseruit, Dei nomen reticere, rem ipsam aliis et æquivalentibus verbis exprimendo, quanquam, vox illa in Scripturis sacris Spiritui sancto tribuatur; quamobrem Cyrillo fraudi erit, vocem tametsi œcumenico concilio consecratam, Scripturæ tamen incognitam, non sine probabili causa tacuisse? Si Athanasio judice in epist. ad Rufinianum ejusdem vocis sublatæ consentaneam excusationem attulerunt Ariminenses, cur ejusdem solummodo tacendæ legitimas Cyrillo rationes defuisse dicemus? Secundo itaque, silentii hujus multiplicem in [CL] Cyrillo causam assignare possumus. Catechesim et institutionem rudium existimare potuit, verbis ex usu communi sumptis, siquidem illa sufficerent, informandam; nec admiscendas voces auribus ipsorum insuetas, quæ præsertim novæ essent, necdum usu solemni et trito auctoritatem acquisivissent. Eo animo ipsum existimo non ab hoc solum, sed aliis etiam, naturæ, substantiæ, οὐσίας, personæ, hypostaseos, etc., vocabulis in explicando Trinitate abstinuisse. Præterea non satis fixa et certa hoc tempore videri poterat *consubstantialis* vocabuli significatio; alia enim ejus apud Athanasium et Catholicos explicatio erat; alia Eusebii Cæsariensis in epistola ad suos num. 3; alia in Marcelli in discipulorum ore, siquidem de Trinitate prave sentirent; quod Cyrillo dubium non erat. Cur ergo incertæ significationis vocabulo rudium aures conturbasset? Accedit, quod eo tempore contentiosa vox erat, magnis in Ecclesia disputationibus agitata : aut ergo, quod visum Theophani, offensionem plurimorum huic voci infensorum vi-

tans Cyrillus, aut, quod ego magis crediderim, nolens his contentionibus vel se vel Ecclesiæ candidatos immiscere, ab hujus vocabuli usu abstinuit. Addo, suspectam forte in ore utentium visam illi vocem ; cum in contentionibus hujus temporis utramque partem ex æquo damnare, et hæresis suspectam habere videatur, cat. 15, n. 7 et 9, et cat. 11, num. 17. At anno sequente, nimirum 349, Athanasio Jerosolymis transeunte, de toto rerum ecclesiasticarum statu plenius eruditus. Tardicensis et Nicæni conciliorum definitionem amplexus, vocem « consubstantialis » simul recepit, et episcopatus sui initio in epistola ad Constantium professus est. Plura de his in ejus Vita disseruimus.

17. Aliud ex Cyrillo objici potest adversus Filii æqualitatem. Nimirum ait cat. 11, n. 19 et 20, Christum pro Deo suo Patrem agnoscere, non secundum humanitatem solum, sed etiam secundum superiorem naturam ; 2° cat. eadem num. 14, unum principium ait esse Patrem, qui « Filii sit caput ; » eodem modo cat. 13, n, 23, « Caput est omnis potestatis, quod cruci affixum, quod tamen Patrem habet pro capite. » Caput Christi Deum negare non possumus, sed secundum humanam naturam ; 3° Filium Patri subjectum et obedientem ait esse ab æterno, cat. 10, num. 7, et cat. 15, n. 30. Filius vero, quatenus Deus est, Patri nec obediens, nec inobediens est, sed unius est cum ipso voluntatis et potestatis. Ex ipsis Cyrilli verbis difficile non est respondere, Filium sola origine Patri inferiorem a Cyrillo affirmari ; si tamen hæc vera, et non ad humanum usum concepta inferioritatis ratio est ; nam sola vera ac proprie dicta subjectio est creaturæ ad Creatorem, quam Cyrillus a Filio longissime robustissimeque propulsat : ac revera æterna generatio necessariam inter Patrem et Filium æqualitatem constituit, veramque Filio communicat divinitatem, cui, Cyrillo judice cat. 6, n. 13, omnis dependentia atque inferioritas repugnat. Minorem tamen Patre Filium, vel ut emendatius loquar, majorem Filio Patrem propter ductam ab eo Filii originem, non ante-Nicæni solum Patres uno concensu, sed etiam post-Nicæni pene [CLI] omnes dicere non timuerunt explicantes illam Christi vocem, « Pater major me est[8] ; » quod tamen nusquam apud Cyrillum reperias. In eam sententiam de sola originis subjectione explicanda sunt omnia in objectione commemorata Cyrilli dicta : quorum non catholicus tantummodo sensus ex Cyrillo ipso, sed et expressio similibus post-Nicænorum Patrum locutionibus vindicatur, et ab omni suspicione liberatur. Sed ad singula venio.

18. De primo capite, audiendus est solummodo Cyrillus ipse. « Deus est qui genuit, » inquit cat. 11, n. 18, « Deus qui genitus est ; omnium quidem Deus, « Deum tamen suum, Patrem ascribens ; non enim ve- « retur dicere, « Ascendo ad Patrem meum, etc. Deum « meum et Deum vestrum[9]. » Deinde observat, ne ullam Filii cum creaturis societatem suspicaremur, dictum non esse, Patrem nostrum, sed « Patrem « meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum ve- « strum. » Quæ postrema verba commentans scribit : « Deum meum et Deum vestrum » ait, aliter « meum, » « tanquam unigeniti Filii ; et aliter « vestrum, » tan- « quam opificiorum. Deus igitur verus est Filius Dei. Non alio igitur modo Patrem dixit Deum Filii, nisi tanquam auctorem originis. Hanc forte locutionem satis emendatam ac castigatam negaturus es, cum « Deus alicujus » dici non soleat nisi de creaturis, ac verba citati loci « Deum meum ad humanitatem assumptam a Patribus referri soleant. Id de posterioribus sæculis libens concedo, at in tribus primis pervulgatum apud Patres est, ut Patrem Filii Deum et Dominum dicant. Non utar in re aperta testibus minime necessariis ; sed in notis ad locum quem excutimus, S. Hilarii eadem ætate qua Cyrillus ac decem pene post annis scribendis, pauca de multis testimonia produxi. Nec sequentibus sæculis minus emendata visa est ista locutio, cum Paschasius Ratbertus sæculo nono eadem ac similia Hilarii verba in suos commentarios transtulerit : nam lib. II, « in psal. » XLIV, 8, ad verba, « Unxit te Deus, « Deus tuus, ait : Idcirco Deus Pater qui unxit eum « Deus ejus est, quia ex Deo natus in Deum est. » Hilarii autem lib. IV « De Trin. » n. 35, verba sunt : « Unxit te « Deus, Deus tuus. » Id enim quod ait « tuus, » « ad nativitatem refertur, cæterum non perimit natu- « ram (supp, divinitatis.) Et idcirco Deus ejus est, « quia ex Deo natus in Deum est. » Ex eodem Psalmorum loco doctrinam eamdem sumpsisse Cyrillum, perspicuum est cat. 11, num. 15. Hoc enim testimonium ad naturam Christi divinam et ad æternitatem refert, atque ex eo probat Christum ante incarnationem Deum esse. Ad alterum caput similis responsio. Patrem Filii caput esse, quia « principium » ejus et « Pater est : » diserta hac de re in objectis locis Cyrilli asseveratio. Quod si Patribus omnibus ante et post Nicænum concilium dicere licuit, Filium esse manus et brachium Patris, cur Cyrillo noxæ erit Patrem Filii caput affirmasse ? Nec unus est ita locutus. Eadem cognominis Alexandrini doctrina est lib. III « De recta fide, » pag. 131, quod Christus ut homo nostrum sit caput, ut Deus vero Patrem habeat pro capite tanquam sui principium. Rufinus in « Expos. Symboli » ad secundum articulum explicat quomodo Deus sit caput ; [CLII] nimirum « quod Pater a nullo, Filius a Patre sit. » Œcumenius « in I Cor. » cap. XI, vers. 3, Κεφαλὴ τοῦ Χριστοῦ ὁ Θεός καὶ Πατήρ, ὡς γεννήτωρ καὶ προβολεὺς καὶ ὁμοούσιος αὐτῷ. « Caput Christi Deus » et Pater, tanquam « genitor, et emissor ejus, et ipsi consubstantialis. »

19. Ad tertii capitis explicationem sufficit ipsa Cyrilli verba adducere. Cat. 10, n. 9, « Omnium « Dominus est unigenitus Filius ; Filius vero est Patri,

[8] Joan. XVII, 28. [9] Joan. XX. 17.

« ipsi morem gerens; cat. 15, n. 20: Filius Patri « subjicietur (post judicium), non quasi tunc Patri pa- « rere incipiat, ab æterno enim quæ placita sunt ei « facit semper; sed quia tunc quoque obediet, non « coactam præstans obedientiam, sed spontaneam ob- « sequendi voluntatem; non enim servus est, ut ex « necessitate subjiciatur: sed Filius est, ut ex animi « sententia et ex amore obsequatur. » Quodnam sit obedientiæ genus, primum explicat, servilem omnem ac creaturæ propriam obedientiam excludens. Deinde, Patrem et Filium «unum» esse ait voluntate, cat. 11, n. 16. « Unum, inquit, quod nulla sit dissonantia « aut sententiarum diversitas. Non enim aliæ Patris « voluntates, aliæ Filii;» et expressius cat. 15, n. 25: « Non sunt alii Patris, aliique Filii nutus, sed unus et « idem: » ἓν καὶ τὸ αὐτό. Ex quo consequitur, cum una sit amborum voluntas, obedientiam Filii in voluntatis et nutus ταυτότητι, hoc est ut cum scholis loquar, identitate constare. Quæ quidem voluntas a Patre una cum substantia per æternam generationem communicatur; nam Pater in generando omnia Filio tradidit, cat. 10, n. 9; cat. 11, num. 10; eademque ut a Patre communicata, Patris imperium, latiore quodam sensu dici potest, et ut a Filio accepta, obtemperatio et obedientia. Sed merito dubitari potest, num unam in Patre et Filio voluntatem admiserit Cyrillus ratione objecti duntaxat ac rerum voluntati propositarum, sive ut in scholis dicitur « volitarum, » quod non esset proprie nisi consensus voluntatum: an ratione ipsius subjecti ac principii volendi, ita ut in ambobus una sit voluntas, quemadmodum una divinitas. Quidnam secutus sit Cyrillus non satis apparet. Unitatem tamen voluntatis agnovisse inde probari potest, quod in eo cat. 11 loco ubi Patrem et Filium unum esse ait in voluntate, triplicem aliam unitatem commendet, divinitatis, regni, opificiorum. Atqui veram ac proprie dictam divinitatis unitatem admisisse perspicuum est; non enim plus una est vera divinitas. Idem quoque et unum utriusque regnum, non regnatarum tantum rerum unitate, ita ut eædem res utriusque regno subjectæ sint; sed potestatis unitate, quia regnum illud ab æterno per generationem a Filio acceptum, cat. 4, num. 7, « Ex quo est (est autem genitus ex omni æternitate) « regiam habet dignitatem. » Quod iterum confirmat aliis locis. Eadem denique utriusque opificia; non in eo tantum quod « alia non sint Christi opificia « et Patris alia, « cat. 11, n. 16, sed etiam quod «una « sit omnium architectatio, » μία ἡ πάντων δημιουργία utroque ea conjunctim operante; sicut ait cat. 11, num. 23, hæc Christi loca commemorando: « Non « potest Filius facere a semetipso quidquam nisi quid « viderit Patrem facientem. Quæ enim ille fecerit, « hæc et Filius similiter facit [10]; » et iterum. « Pater « mens usque modo operatur, et ego operor [11], » nulla « prorsus in his qui operantur [CLIII] contrarietate. « Mea enim omnia tua sunt, et tua mea, ait in Evan- « geliis Dominus. » Quod si Cyrillus in Patre et Filio distinctionem voluntatis agnovisset, non continuo unitatem divinitatis et naturæ sustulisse dicendus sit, sed tantum in distinctione hypostaseos et personæ, satis existimasse ad distinctionem voluntatum fundamenti. Cæterum, eodem modo quo Cyrillum, de subjectione et obedientia Filii locutos esse Hilarium, Phœbadium, et Paulinum, in notis ad objectum ex cat. 10, n, 6, locum sufficienter ostendimus.

20. Venio ad tertiam objectionem, ex æterno Christi sacerdotio petitam. Cyrillus ita loquitur cat. 10, n. 4: « Christus vocatur, non humanis linitus « manibus, sed æternum a Patre in sacerdotium hu- « mana sorte superius perunctus. Cat. 11, n. 1: Illi « erant typici et figura tenus Christi. Hic autem Chri- « stus est verus, qui non ex hominum numero, profectu « quodam ad sacerdotium evectus est, sed acceptam a « Patre sempiterno habet sacerdotii dignitatem. » Disertius autem cat. 10, n. 14: « Christus est summus « sacerdos, non transferendum habens sacerdotium; « qui neque in tempore sacerdos esse cæpit, neque al- « terum habet pontificatus sui successorem. Quemad- « modum nos Dominica die in synaxi disserentes au- « divistis, in illud: « Tu es sacerdos in æternum [12]. » Non « ex corporea successione adeptus pontificium, ne- « que factitio oleo unctus, sed ante sæcula a Patre. » At- qui sacerdotium res est inferioris loci ac dignitatis, cujus functiones omnes creaturæ propriæ, nimirum adorare, λατρεύειν, orare, sacrificium offerre: cum Dei sit orationem, cultum ac sacrificium suscipere. Idcirco et Ariani ad minuendam verbi dignitatem sacerdotium in ipsum Verbum, non in assumptam humanitatem conferebant; et Catholici a Verbo in hominem tota vi transferebant. Vid Athanas. orat. 2, *cont. Arian.* n. 7; Epiph. *hæres.* 79, n. 38. Tantus erat ea de re, quod sacerdotium Christo secundum inferiorem naturam solummodo conveniat, quinto sæculo consensus, ut cum Cyrillus Alexandrinus in anathematismo nono Verbum pontificem nostrum factum esse dixisset, id Nestorius tanquam Verbi dignitati contumeliosum gravissime criminatus sit, ac Cyrillus, pontificiam dignitatem in natura assumpta hærere fassus, Verbo, nonnisi propter mutuam naturæ utriusque proprietatum communicationem, a se attributam defenderet. Nec facile post Cyrillum nostrum reperias, qui æternum dixerit Christi sacerdotium.

21. Hanc Cyrilli sententiam, e minus accurata sacerdotii notione profectam, ac veræ idcirco theologiæ contrariam, excusatione magis quam defensione dignam ultro concedimus. Cujus excusationis erunt tria hæc caqita: 1° quod ea doctrina nulla in re Filii majestatem ac divinitatem minuerit ac læserit; 2° quod eam ab antiquioribus Patribus acceperit, tenuerintque post eum auctores, in quos nulla violatæ Verbi dignitatis possit cadere suspi-

[10] Joan, v, 19. [11] ibid. 17. [12] Psal. cix, 4.

cio ; 3° quod eam in sacra Scriptura reperisse ac censuerit. Principio, illud statuo, duas in sacerdotio res distingui debere, dignitatem et functiones. Sacerdotalis dignitas, gentium omnium cujusvis cultus ac religionis [CLIV] unanimi consensu, semper æstimata est omnium post divinam maxima, quavis alia, etiam regia, superior ac sublimior. Sacerdotis functiones duplicis iterum generis : aliæ sunt legatione fungentis pro hominibus ad Deum, aliæ pro Deo ad homines : ac priores quidem cum humilitate ac dejectione conjunctæ, adorare, supplicare, sacrificare ; aliæ multo nobiliores, nec ipso Dei Verbo indignæ, Dei mandata ad homines deferre, dona et beneficia cum ipsis communicare. In æterno Christi sacerdotio Cyrillus unam dignitatem atque honoris prærogativam spectasse videtur. Quas enim sacerdotii functiones Filio ante orbem conditum assignaret? sed neque ullas a mundi conditu ad incarnationis usque tempora tribuit ; nisi forte quod Dei Patris nomine hominibus apparuerit, ac legem dederit, cat. 12, num. 13. At dum sacerdotium illud sempiternum «humanis rebus superius» dicit, cat. 10, n. 4, ab eo humiles illas, quæ homini et creaturæ propriæ sunt, functiones removere videtur. Ac revera quomodo Patrem adoret, qui eidem in una adoratione conjungendus est? cat. 10, n. 10, et cat. 81, n. 17 ; quomodo supplicet Patri, de quo illud in prophetis scriptum refert : « In te supplicabunt, quo« niam in te Deus est, et non est Deus præter te [13] ? » cat. 10, n. 16 ; quomodo sacrificium offerat, quod servitutis professio ac protestatio est, cui ab omni servitute alieno, una et conjunctim cum Patre serviunt omnia? cat. 8. num. 5. Nullam ergo Dei Filio humilium sacerdotii functionum tribuit : ne itaque nos vocabuli offendat invidia, cum nulla in ipsa re sit offensio.

22. Ab antiquioribus et commendatissimis Ecclesiæ scriptoribus, hanc sempiterno Christi sacerdotio hauserat doctrinam. S. Polycarpus epist. ad Philipp. n. 12, « Deus et Pater Domini nostri « Jesu Christi et ipse sempiternus Pontifex Dei Filius « Jesu Christus ; » et in oratione ante martyrium fusa apud Euseb. lib. IV « Hist. » cap. 15 : « Te glorifico per «æternum Pontificem Jesum Christum. » Aliter tamen in integra Ecclesiæ Smyrnensis epistola a Ruinartio edita habetur : « Te glorifico cum sempiterno et cœles« ti Jesu Christo » Justinus « Dialog. » pag. 343, ait Filium a Patre accepisse quod rex, Christus, sacerdos, et angelus sit, et quæcunque alia habet aut habuit. Porro rex, Christus, et angelus ante incarnationem Justini sententia Filius fuit, igitur et sacerdos. Clemens Alexandr. lib. II « Strom. » n. 9, pag. 380 : « Colens Deum universorum per summum pontificem «Verbum ; » et lib. VI, pag. 391, « Descendit in bar« bam Aaron [14]. » hoc est magni sacerdotis per quem «omnia facta sunt. » Prophetici II, 12, pag. 74, « Æter« nus ille Jesus unus, magnus sacerdotum princeps « Dei unius, » etc. Auctor Const. apost. » lib. VIII, cap « 46, Primus igitur, natura summus sacerdos, » τῇ φύσει ἀρχιερεύς, « unigenitus » Christus... « qui homo fac« tus, » etc. Methodius in « Symposio » orat. 1, num. 13, Christum vocat « archiprophetam, archangelum et ar« chisacerdotem. » Origenis nota sententia est lib. VIII, « cont. Cels. » pag. 386, et « De oratione » n. 50. Dum negat preces nostras ad Christum ipsum dirigendas, sed ad Patrem duntaxat per Christum uti sacerdotem offerendas ; Filium ex natura sua plusquam sacerdotem esse inficiatur ; nullaque ratio prohibet quin [XLV] id ipsam Verbi naturam sacerdotium conferat. Eusebius Cæsariensis doctrinam de æterno Christi sacerdotio diserte tenet ac diffuse probat lib. I « Demonst. » cap. 10, pag. 38 ; lib. IV, cap. 15, pag. 174 et seqq. usque ad pag. 180, et pag. 194, et lib. V, cap. 3, pag. 223, et lib. I « Hist. eccles. » cap. 4, sed ab Origenis et Eusebii causa plurimum Cyrilli nostri ratio ac sententia sejuncta est. Novi in hoc doctorum virorum desudasse industriam, ut rectam ab utroque de Christi divinitate sententiam propugnatam ostenderent, et utrumque bene defensum cupio ; sed minus accuratas et explicatu difficiles ambobus excidisse loquendi rationes, quibus Verbi majestas imminuta videatur, ne defensores quidem eorum possunt inficiari, quibus simile nihil in Cyrillo reperias.

23. Venio ad scriptores Arianis temporibus posteriores. S. Antonius, epist. 2 ad Arsenoitas, Bib. PP. Lugd. tom. IV, pag. 79 : « Omnis sanctorum cho« rus collectus in unum petiit Patris bonitatem de sa« lutari [leg. de salvatore] nostro, ut calcaret in terris « pro nostra cunctorum salute : ipso utpote exstante « nostro magno et fideli pontifice ac medico vero, qui « solus sanare posset hanc enormem plagam. Unde et « voluntate Patris exinanivit se propria gloria, et Deus «existens formam servi assumpsit, » etc. Diadochus in libello « contra Arianos, » ad calcem Origeniani « De « oratione » libri edito, num. 5, pag. 171 : « Sacerdotio «fungitur ut Christus, dilectionem in dilectione sacri«ficii ritu administrans ut Verbum. » Ἱερεύει δὲ ὡς Χριστὸς, τὴν ἀγάπην ἐν ἀγάπῃ ἱερεύων ὡς Λόγος. Interpolator Ignatianarum epistolarum, ep. ad Magnes., num. 4, de Christo dicit « solum esse natura pontifi« cem, » μόνος φύσει ἀρχιερεύς, et epist. ad Smyrn. n. 9, Θεὸν καὶ Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν πρωτότοκον, καὶ μόνον τῇ φύσει τοῦ Πατρὸς ἀρχιερέα. « Deum et Christum « Jesum, primogenitum solumque natura pontificem « Patris. Ex Constit. Apost. » supra citatis hanc Christi «natura pontificis» sententiam expressit, quæ mihi nihil aliud sonat, nisi ex propria, non autem ex assumpta natura pontificem esse. Ambrosium ultimo loco reservavi, eo quod fontem nobis aperiat, ex quo doctrinam hanc ipse et alii fortasse, saltem nonnulli subra memorati auctores hausere. Sic autem ille « De fuga sæculi » c. 2, n. 13 : « Quis est iste « magnus sacerdos, nisi Dei Filius Verbum Dei, cujus

[13] Isa. XLV, 14. [14] Psal. CXXXII, 2.

«advocationem pro nobis habemus ad Patrem, qui ex-
« sors est omnium voluntariorum et accidentium de-
« lictorum in quo consistunt omnia quæ in terra sunt
« et quæ in cœlo? Vinculo enim Verbi constricta sunt
«omnia». Hæc expressit ex Philone « De profugis, » p.
466: Λέγομεν τὸν ἀρχιερέα οὐκ ἄνθρωπον, ἀλλὰ λόγον θεῖ-
ον εἶναι, πάντων οὐχ ἑκουσίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀκου-
σίων ἀδικημάτων ἀμέτοχον... Ὁ τε γὰρ τοῦ ὄντος λό-
γος, δεσμὸς ὢν τῶν ἁπάντων, καὶ συνέχει τὰ μέρη
πάντα, καὶ σφίγγει, καὶ κωλύει αὐτὰ διαλύεσθαι. « Di-
«cimus summum pontificem, non hominem, sed Ver-
« bum divinum esse ; quod omnium non voluntario-
« rum solum, sed involuntariorum quoque delicto-
«rum expers est.» Hujus deinde Patrem dicit Deum, et
post pauca subjungit: « Entis enim Verbum cum om-
«nium rerum vinculum sit, partes omnes continet et
«constringit, impeditque ne dissolvantur,» Ambr. eo-
dem lib. cap. 3, n. 16, « Accipe quia princeps est [Cl. VI]
« sacerdotum; magnus Pater de eo juravit: « Tu es sa-
«cerdos in æternum[15].» Recte æternum; quia alii tem-
« porales sunt omnes sub peccato, hic autem impræ-
« varicabile habet sacerdotium. Hoc est igitur Ver-
« bum, quod supra cœlos habitans illuminat omnia.
«unde et unctus naturaliter legitur a Deo Patre, quia
«lumen est verum quod« illuminat omnem hominem
«venientem in hunc mundum[16].» Hoc est Verbum Dei
« in quo est magnum sacerdotium, cujus Moyses in
« illo vestimento principis sacerdotum indumenta
«describit intelligibilia, quod virtute sua induit mun-
«dum et tanquam eo amictus fulget in omnibus.» Phi-
lo loco jam citato : Διότι τὴν κεφαλὴν κέχριται ἐλαίῳ.
λέγω δὲ τὸ ἡγεμονικὸν φωτὶ αὐγοειδεῖ περιλάμπεται ὡς
ἀξιόχρεως ἐνδύσασθαι τὰ ἱμάτια νομισθῆναι. Ἐνδύεται
μὲν ὁ πρεσβύτατος τοῦ ὄντος λόγος ὡς ἐσθῆτα τὸν κόσμον.
« Idcirco caput unctus est oleo. Nimirum mentem ac
«rationem splendenti lumine collustratam habet, ut
« digne vestimenta induisse censeatur. Mundum
«enim uti vestem induit Verbum ente antiquius. Eam-
dem de Verbo sacerdote sententiam alibi etiam docet
Philo, uti lib. «De somniis,» pag. 597, Δύο γάρ, ὡς ἔοικεν,
ἱερὰ θεοῦ· ἓν μὲν ὅδε ὁ κόσμος, ἐν ᾧ καὶ ἀρχιερεὺς ὁ πρωτό-
γονος αὐτοῦ θεῖος λόγος.« Duo sunt, ut videtur, tem-
« plum Dei : unum, mundus iste, in quo sacerdos est
«primogenitum ipsius divinum Verbum. Ut Ambro-
sium constat suam a Philone sententiam expressisse,
ita Origenem, Eusebium, Justinum, auctorem « Apo-
«stolicarum constitutionum» ex eodem fonte hausis-
se suspicari fas est. Quid ego autem vetera revolvo ad
excusandum Cyrillum? Memini me apud interpretes
hujus ac nostræ ætatis maxime approbatos, et e
catholicorum numero eamdem de æterno ante incar-
nationem Filii sacerdotio doctrinam legere ad ver-
siculum Psalmi: « Juravit Dominus, etc., et ad Ep. ad
Hebr., cap. VII, qui sententiam hanc optime cum
divina ejus majestate conciliari senserunt.

24 Cyrillo ignota esse non potuerunt nonnulla sal-
tem ex his veterum testimoniis: sive autem suam ab
ipsis sumpserit doctrinam, sive ipse sibi informave-

[15] Psal. CIX, 4. [16] Joan. I, 9.

A rit ; duorum præsertim Scripturæ testimoniorum
auctoritatem secutus fuisse, aut in aliunde accepta
opinione animum confirmasse videtur. Primus est e
psalmo XLIV, «Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo
«lætitiæ,» etc. Verba hæc non prophetice ac de futuro
tempore, sed historice intellexit : cumque ante in-
carnationem fuerint scripta, inde probat, cat. 11,
num. 15, Christum ante incarnationem et ab æterno
Deum esse. Inde Christum ab æterno unctum esse
sumpsit, inde Christi appellationem non assumptæ
humanitatis, sed superioris naturæ vocabulum exi-
stimavit. Qua in re non tantum omnes pene su-
periorum temporum, sed ætatis etiam suæ quam
plurimos auctores assentientes habebat, ut pro-
bavimus longa serie, ad catechesim 10, num. 14,
B nota 2. Christum autem ab sacerdotio ita dici pro
re certa et indubitata supponit, cat. 10, num. 4, 11
et 14 : nec ea in re fallebatur. Præterea ambas
regis et sacerdotis dotes, per unctionem ex qua
dicitur Christus, et ipso ejus nomine conjunctim
significari censebat cat. 10, num. 11, eaque Pa-
trum pene omnium vox est. Cum ergo Christum
ab æterno regem esse graviter et copiose propu-
gnet, cat. 4, num. 7; [CLVII] cat. 11, num. 21; cat.
14, num 27 (qui tamen titulus vulgo Christo, ut
homini tribuitur), idem de sacerdotio sentiendum
judicavit. Alterum quo in hanc sententiam indu-
ctus est testimonium, illud est tritum ex psalmo CIX,
« Tu es sacerdos in æternum, » etc., quibus de verbis
C disserens in synaxi Dominica die, copiosam eo de
argumento disputationem habuit, ut ipse testatur,
cat. 10, num. 11. Cumque nonnulla adducens ex
Epistola ad Hebræos testimonia, ea velut ex pristina
disputatione in memoriam revocare videatur ; veri-
simillimum judicavi Cyrillum in synaxi exposuisse
quintum Epistolæ ad Hebræos caput, in quo hæc
leguntur, vers. 5: « Christus non semetipsum clarifi-
« cavit ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum :
« Filius meus es tu, ego hodie genui te. » Quemadmo-
dum et in alio loco dicit : « Tu es sacerdos in æter-
« num, » etc., quem locum recitat cat. 10, num. 11.
Hanc sententiam Pauli ita intellexit Cyrillus, Chri-
stum tum pontificem a Patre constitutum esse, cum
illi dixit : « Filius meus es tu, ego hodie genui te, »
quem sane Apostoli sensum esse libens concesserim.
D At verba, « ego hodie genui te » (quæ quidem mea te
plurimorum sententia Paulus ad incarnationem ac-
commodat in hoc loco) Cyrillus de æterna generatio-
ne dicta censebat, et ita exponit cat. 11, num. 5; simul
ergo genitum et pontificem factum Dei Filium Davidis
et Pauli auctoritate collegit. Ut omittam, quod locum:
«Tu es sacerdos in æternum,» uti ante incarnationem
scriptum, de illo tempore, et omni consequenter æ-
ternitate intelligendum putavit. Is enim ejus de Chri-
sti dignitate ex Veteri Testamento disserendi mos est.

CAPUT IV.

25. Tanto magis considerari ac ponderari Cyrilli

de sancto Spiritu doctrina debet, quod annis duodecim Pneumatomachorum exortum præcedunt ejus catecheses. At Ariana hæresis in Spiritum etiam multo quam in Filium contumeliosior, sufficientem Cyrillo præbuit ejus asserendæ divinitatis occasionem. Luculenta est hujus rei professio cat. 4, n. 7, his verbis expressa, quibus septimum de Spiritu sancto dogma orditur: « Crede et in Spiritum sanc-« tum: deque eo eamdem sententiam habe, quam ut «haberes de Patre et Filio edoctus es.» At hujus lectionis vim maxime imminui fatemur altera simpliciori lectione: « et rectam de eo sententiam habe; » quæ in pluribus mss. occurrit et minus emendationis suspicione laborat. Priorem tamen retinuimus, ut Cyrillianæ doctrinæ conformem, tametsi forte ab illo pronuntiata non sit. Sed aliorum argumentorum abundantia fisi, illud seponi non ægre assentimur. Ac primo quidem Cyrillus longo intervallo Spiritum separat a creatnris. seu cum in Trinitate, cui nihil alieni et creati immiscendum, comprehendit; seu cum eximit ab omnium creatarum rerum servitio generali, ipsi quoque tanquam Domino ab eis exhibito; vel ei intimam Patris comprehensionem, et divinæ generationis notitiam [CeVIII], utraque cuivis rei creatæ negata, tribuit; vel divinitate, præsentia, operatione et cultu Patri et Filio conjungit: quarum omnium rerum certa ex Cyrillo documenta hujus dissertationis primo capite attulimus. Sed propria hoc loco sunt producenda. Cat. 16, n. 23: «Nulla generatarum,» hoc est creatarum rerum Cyrilli stylo, « ipsi honore par; nam omnia angelorum ge-« nera et exercitus simul collecti nullam cum Spiritu « sancto comparationem æqualitatemque susti-«neant. Hæc omnia tegit et obscurat summe bona Pa-« racleti potestas. Illi siquidem in ministerium mit-«tuntur, hic vero scrutatur etiam profunda Dei.» Res omnes creatas, quocunque nomine sive in cœlo vocentur, per Filium factas, et ejus potestati subjectas ait cat. 11, num. 21 et 23. Spiritum sanctum in eis non comprehendit, sed ut æqua potestate præditum, rerum per Christum a Deo effectarum sanctificatorem dicit cat. 4, num. 16; cat. 16, num. 3; cat. 17 num. 2.

23 Hinc divinitatis titulum ipsi sæpe tribuit. Ait, « Cum Filio paternæ divinitatis esse participem, » ac propterea Deum perfecta notitia comprehendentem cat, 6, num. 6. « Cum Patre et Filio divinitatis gloria « condecoratum,» cat. 4, num. 16, sicque de illo loquitur cat. 16, num- 3, « Est igitur Spiritus sanctus, « maxima potestas, divinum quiddam et investigabi-«le,» et cat. 21, num. 3, præsentem ait sacro chrismati Spiritus sancti divinitatem. Πνεύματος ἁγίου, παρουσίᾳ τῆς αὐτοῦ θεότητος ἐνεργητικὸν γενόμενον. Chrisma, « Spiritus sancti, præsentia divinitatis ejus, «efficiens factum est.» Ait tandem Spiritui sancto vim deificam convenire, τὸ πάντων ἁγιαστικὸν καὶ θεοποιόν. Quod sane nonnisi Deo convenit. Quis magis A disertam de divinitate sancti Spiritus sententiam requirat? Hanc a Cyrillo Spiritui sancto tribui minime miraberis, cum eum uti Filium nonnisi ex ipsa divinitatis substantia prodire et constare doceat. Ait, cat. 16, num. 24, « Et Pater quidem dat « Filio, et Filius communicat Spiritui sancto. » Ejusdem generis ac naturæ utraque communicatio. Atqui primam illam communicationem Patris ad Filium, de æterna substantiæ per generationem communicatione intelligendam esse, extra dubium est; idque unum argumento esse potest, quod eam communicationem loco citato probat his Christi verbis: « Om-« nia mihi tradita sunt a Patre meo [17]; » quæ ad sempiternam generationem constanter refert, cat. 7, num. 5; cat. 10, num 9; cat. 11. num. 10. Similem ergo ex Filio tribuit Spiritui sancto originem, cum Filium ait ea in Spiritum transferre, μεταδίδωσιν, quæ ipse a Patre accepit. Et hanc Filii cum Spiritu communicationem probat in eodem loco his Christi verbis: «Ille me glorificabit, quoniam ex meo accipit [18]; » quæ veteres Græci Patres juxta ac Latini de Spiritus processione a Filio intellexerunt. Quemadmodum autem Cyrillus Filium Patri similem, ita Spiritum similem Filio profitetur. Nam cat. 21, num. 1, notans Spiritum sanctum in Christum descendisse, ait «similem in simili acquievisse, » τῷ ὁμοίῳ ἐπαναπαυομένου τοῦ ὁμοίου. Quæ similitudo ex parte Christi, nonnisi divinitatis respectu intelligi potest. Ejus naturæ sublimitatem et perfectam cum Patre et Filio similitudinem et æqualitatem id probat, quod quemadmodum unus est Pater, [CLIX] et unus Filius, ad eumdem modum unus est Spiritus; nam ex hac unitate fit, ut singulis personis proprii insint characteres, quibus nihil vel extra Trinitatem vel in Trinitate ipsa simile sit, utque nulla persona sit alteri superior, suum unaquaque sibi proprium characterem obtinente. Unde Basilius « De Spiritu sancto, » c. 18, hanc unitatem personalis proprietas Spiritui quoque sancto convenientem, in ejus divinitatis argumentum offert. Hoc autem Cyrillus sæpe et gravissime inculcat, unum esse Spiritum sanctum, quemadmodum unus est Pater et Filius unus. Vide cat. 16, num. 3 et 24; cat. 17, num. 2; cat. 4, num. 16.

27. Quod uni Deo proprium. Spiritui sancto passim attribuit Cyrillus. Primo Dei solius est, cum a nullo dependeat, agere ex summa potestate. Id Cyrillus passim ac summo studio urget et inculcat: sic cat. 17, n. 9, eum in Christum baptismi tempore descendisse memorans, monet descensum fuisse ex propria motione profectum, αὐτοκινήτῳ καταβάσει· sic cat. 16, n. 14, probans Spiritum sanctum per se subsistere, adducto Actorum loco, « Dixit Spiritus sanctus, Segregate mihi Paulum et « Barnabam [18a], » etc., subjungit: « Vides Spiritum vi-«ventem, segregantem, advocantem, et cum potestate «mittentem, » ἐξουσιαστικῶς ἀποστέλλον, quemadmo-

[17] Matth. XI, 27. [18] Joan. XVI, 14. [18a] Act. XIII, 2.

dum de Filio dixerat, cat, 11, n. 1, Λόγος λαλῶν καὶ λέγων... Λόγος ἐξουσιαστικός. « Verbum quod loquitur, et dicit, etc. Verbum potestate plenum. » Quapropter Spiritum sanctum ubique repræsentat, ut bonorum omnium in terra et in cœlos auctorem, donorumque dispensatorem ex voluntate. Vid. cat. 16, n. 12, 22 et 23. Secundo, divinitatis unius proprium est omnibus locis per immensitatem adesse, omnia contueri, etiam latentes hominum cogitationes, et in humanis cordibus efficaciter operari, illustrando mentem, voluntatem ad opera bona applicando. Cyrillus porro Spiritum sanctum Patri et Filio ubique præsentem adesse docet, in locis cap. 1, citatis; prætereaque sic loquitur, cat. 16, n. 21, « Cogitate, quot nunc his assidetis: unicuique « convenienter operatur, et medius astans uniuscu- « jusque compositionem videt; videt et cogitationem « et conscientiam, quidque et loquamur, et mente agi- « temus. » Eadem de Christo dixerat cat. 14, n. 30, « Qui « in superis sedet, et nobis hic una præsens adest, « uniuscujusque compositionem et fidei firmitatem « contuens. Medius hic adest, audiens quæ de se di- « cuntur, et quæ apud te cogitas videns. » Deinde Cyrillus in præfato cat. 16 loco, asserta Spiritus sancti in medio auditorio præsentia, jubet auditores totum orbem mente complecti; Spiritumque sanctum, omnia in omnibus locis, quæcunque ab hominibus fiunt, bona opera inspirantem et operantem contemplari. Post n. 23 in cœlos assurgere præcipit, eumdemque angelorum omnium in diversis cœlis exsistentium præfectum, doctorem, et sanctificatorem animo conspicere. Alibi docet eum Ecclesiam regere, cat. 16, n. 22, et per apostolos et diaconos tam multa mirabilia operatum esse, cat. 17, n. 21 et seq., animas in baptismo obsignare, aquas baptismales vi sanctitatis replere, chrisma ex communi elemento sanctum reddere, panem et vinum eucharisticum [CLX] superventu et attactu suo in Christi corpus et sanguinem transmutare; ut vim in eo omnipotentem agnoscas, quam et diserte profitetur cat. 16, n. 22 his verbis: « Magnum quiddam omnipotens in donis, » παντοδύναμον ἐν χαρίσμασι, « et admirabile, Spiritus sanctus. » 3° Divinæ naturæ propria est summa unitas, singularitas, simplicitas et immutabilitas cum multiplici ac diversi generis operatione conjuncta. Id tanquam Deo proprium tribuit Cyrillus Patri, cat. 6, n. 7, ubi ait eum, cum « uniformis sit substantiæ, » μονοειδῆ τὴν ὑπόστασιν, « innumeras tamen divinitatis operationes emittere; » similia docet de Filio cat. 10, n. 3. At idem de Spiritu sancto fuse copioseque confirmat, iisdem pene verbis quibus de Patre loquens usus erat. Cum, quemadmodum unus est Pater, et unus Filius, ita et unum Spiritum esse ait. Cat. 4, n. 16, « Disce unum esse hunc Spiritum sanctum in- « divisum, multipotentem; qui cum multa efficiat, « ipse tamen non dispertitur; » ait cat. 16, n. 3, « cum « unus, et uniformis et individuus sit, » ἓν ὂν καὶ μονοειδὲς καὶ ἀδιαίρετον· « gratiam unicuique prout « vult dividere, et multas virtutes operari, » quos longo ordine commemorat, cat. 16, n. 12. Idem repetit n. 25, et cat. 17, n. 3, 4 et 5. Quarto, remissionem peccatorum largiri, sanctificare, justos remunerare opus est solius divinæ potestatis. Hæc omnia Spiritui sancto Cyrillus attribuit. Sanctificatio quidem, proprius ejus personæ character. At cat. 14, n. 22. apostolos a Christo « condonandorum in « virtute Spiritus sancti peccatorum potestatem acce- « pisse dicit; » cat. 16, n. 17, n. 15, de Spiritu sancto hæc ait: « Hic ad vos quoque modo venturus est; ac « dum peccata vestra spinarum instar concidet et ab- « sumet, pretiosum animæ vestræ fundum magis ni- « tentem effecturus est. » Spiritus quoque sanctus Cyrilli sententia characteres tum baptismi, tum confirmationis in anima inurit, adoptionis donum tribuit, et Filii Dei characteres et formam in anima nostra renovat et imprimit, cat. 12, n. 1. Tandem cat. 17, n. 13, hos ei cumulat titulos: « Custos et san- « ctificator Ecclesiæ, animarum moderator, eorum « qui tempestate jactantur gubernator, errantium « collustrator, certantium pugnæ arbiter, et vincen- « tium coronator. » Quinto, certum Cyrillo Deum inspirasse Scripturas, et utriusque Testamenti auctorem esse. Unus sufficiet locus ex cat. 4, n. 33, « Ista nos do- « cent divinitus inspiratæ Veteris et Novi Testamenti « Scripturæ: unus est enim utriusque fœderis Deus; « qui Christum in Novo conspicuum factum prænun- « tiavit in Veteri. » Scripturarum autem inspirationem et conscriptionem Spiritui sancto tribuit ex auctoritate agenti. Eadem cat. n. 16, « Unus est Spiritus « sanctus qui in lege et prophetis, in Veteri et Novo « Testamento est locutus. Cat. 11, n. 12, Ecquid aliud « est quod cognoscat profunda Dei, nisi solus Spiritus « sanctus qui divinas Scripturas elocutus est? Cat. 16, « n. 2, Ipse Spiritus sanctus elocutus est Scripturas; « ipse de se ipso quoque dixit quæcunque voluit; et « num. seq., Spiritus sanctus per prophetas de Christo « prædicavit, et post adventum Christi descendit, » etc. Denique cat. 17, n. 29. eidem attribuit Novi Testamenti institutionem. « Idem Spiritus sanctus, qui « ex consensu Patris et Filii Novum Nestamentum in « Ecclesia catholica excitavit, liberavit [CDXI] nos ab « difficilibus ad ferendum legis oneribus, » etc.

28. Magis vereor ne tanta argumentorum moles lectori importuna, et in re aperta et constanti citra necessitatem cumulata videatur, quam ne parum sibi approbatam ex Cyrillo existimet Spiritus sancti divinitatem. His omnibus maximum robur accedit, quod nihil in Cyrillo, ad minuendam specie tenus Spiritus majestatem pertinens reperire possis. Unum objici potest, quod cat. 16, n. 21, Spiritum sanctum pro nobis apud Deum intercedere dicat, et cat. 17, n. 10, doceat eum suis precibus ad remissionem peccatorum et spiritualium filiorum generationem concurrere; cum intercessio inferioris naturæ argumentum sit, aut saltem diversitatem voluntatum inferat, Spiritus vero sanctus una cum Patre voluntate conjunctus, inter-

cessiones cum eo admittat, non ad eum dirigat. At in primo loco Cyrillus Pauli verba, intercessionem hanc Spiritus affirmantis simpliciter refert, nec alium eis sensum subjecisse censendus est, præter illum verissimum sane, quicunque ille sit, qui in Apostoli testimonio continetur : quod nimirum, ut Patres interpretantur, formans in hominibus gemitus et orationes, ipsè gemere et postulare censeatur. Quæ interpretatio alteri loco ex cat. 17, cujus sensus est maxime incertus et obscurus, accommodari potest ; siquidem ibi de Spiritu, non autem de Christi humanitate sit sermo. Sed esto ut Spiritus sanctus, ex Cyrilli doctrina, per se ipse intercedat apud Deum ; quid inde ? Non magis hæc derogaret Spiritus majestati intercessio, quam Filii dignitatem minuit ejusdem sententia, qua æternum Christo tanquam Verbo imputat sacerdotium. Satis nempe, salva naturæ unitate, in personali distinctione ad distinguendas quoque voluntates causæ ac loci existimavit esse. Cæterum Spiritum sanctum non secus ac Patrem orandum esse et orationes recipere, manifesta Cyrilli doctrina est qui tam sæpe de solemni Ecclesiæ in suis precibus Spiritus invocatione loquitur. Ait cat. 3, n. 3, aquam simplicem per Spiritus sancti, Christi, et Patris invocationem, vim sanctitatis acquirere. Cat. 19, n, 7, panem et vinum eucharisticum per Trinitatis invocationem, Christi corpus et sanguinem fieri ; quod quidem solius Spiritus invocationis mentionem faciens, repetit cat, 21, n. 3. Ipse Spiritum sanctum invocat, cat. 16, n. 25 ; cat. 17, n. 14.

CAPUT V.

De angelorum peccatis Cyrilli sententia.

29. De angelis et dæmonibus pauca admodum certa et indubitata fide tenenda accepimus : nonnulla, sive ex veteri ecclesiarum traditione, sive ex consentanea fidei ac rationi opinione tandem in Ecclesia longo usu præscripta, eam auctoritatem obtinuere, ut in iis uno pene consensu acquiescamus omnes ; alia tandem opinioni et disputationi permissa. Hinc tam diversæ cum apud veteres, tum apud recentiores theologos de angelis sententiæ : quarum multæ ex apocryphis libris, vel philosophorum gentilium et in primis Platonicorum fontibus [XLXII] haustæ, quamvis et multos et nobiles suffragatores habuerint, ipsa tandem sua vanitate et futilitate ceciderunt ; aliæ caducis inconsultæ philosophiæ fundamentis superstructæ, jam meliori judicio explosæ et ejectæ sunt ; aliæ tandem cum nostræ ignorationis confessione in utramque partem libere agitantur. Quæ fuerit Cyrilli sententia de angelorum et dæmonum natura, et utrum corporei necne sint, de eorum numero, ordinibus ac perfectionibus diversis, sedibus quas incolunt, etc., in nostris, prout occasio se dedit, notis aperuimus. Unum, quoniam prolixiorem disputationem requirebat, in has dissertationes rejecimus ; nimirum id quod ait auctor cat. 2, n. 10, Deum, quod etiam fidelibus « angelis condonet habere. « Nescimus, inquit, quanta ille angelis quoque « condonaverit ; nam et illis condonat, quando- « quidem unus est solus sine peccato, qui nos a « peccatis purgat Jesus.

30. Quadruplicem ea de re apud veteres observo sententiam. Prima, quam certa ratione et sufficienti auctoritate subnixam jam omnes uti certam et unice veram tenemus, ea est : angelos bonos postquam fidei gratiæ usu pravo rebellium sodalium exemplo restitere, in suæ perseverantiæ præmium adeptos a Deo, ut perfecta beatitudine ac Dei conspectu donati, nec cadere nec peccare ultra possent, idque ipsi certissime scirent. Angelos Dei præsentia et visione frui, certis Scripturarum asseverationibus scimus ; Dei mandata et voluntates fidelissime et constantissime adimplere, eadem auctoritate constat, et Ecclesiæ voce in solemnibus suis precibus consignata. Tandem peccare non posse, ipse visionis beatificæ status, qui cum peccandi potestate rectæ rationis judicio conciliari non potest, ostendit. Cyrillus de primo nobiscum consentit. Nam et angelos divinæ faciei contemplatione frui concedit, cat. 6, n. 6, et cat. 7, n. 11. De secundo partim convenit, partim dissentit. Nam in cœlis Dei voluntatem ab angelis adimpleri, uti rem certam et compertam tradit cat. 23, n. 14, hanc orationis Dominicæ petitionem : « Fiat « voluntas tua sicut in cœlo et in terra [19], » ita interpretans, quasi postulemus, ut « sicut in an- « gelis Dei fit voluntas, ita et in nobis fiat. » Verum cum in eis admittit peccata, levia quidem illa et veniabilia ; voluntatem Dei ab illis quandoque prætermitti necesse est ut fateatur. Qualenus vero non cum peccandi potestate solum, verum etiam cum peccato ipso visionis beatificæ statum conciliet nihil ad nos.

31. Secunda opinio Origenis est, vel ei imputata (non enim hæc hujus loci disquisitio est) ; nimirum, cum sive angeli sive dæmones liberi arbitrii sint, primum angelos bonos cadere posse et dæmones fieri ; id diserte docet lib. I *De princip.*, cap. 5 et 6, et lib. II, c. 3 ; secundo dæmones ipsos postquam supplicia consentanea luerint, variis profectus decursis gradibus ad pristinum statum reversuros, lib. I *De princip.*, cap. 6. Vide et tom. XII, *in Matth.* pag. 332. At de diabolo ipso affirmat lib. I, cap. 8, ita eum se habere, ut revocari magis nolit quam non possit ; at lib. III, cap 6, revocandum quoque asseverat ; t. XVIII *in Joan.* p. 254, existimat aliquos ex dæmonibus, Christi potentia et divinitate]CLXIIII] obstupefactos, ad eum per fidem et pœnitentiam confugisse. Hic de salute et restauratione

[19] Matth. VI, 10.

dæmonum error jam dudum ab Ecclesia proscriptus et ejectus est. De diabolo Cyrillus diserte pronuntiat cat. 4, n. 1, nunquam eo reversurum ubi fuit, sed incudis instar inflexibile cor gerere, et pœnitere nesciam in posterum habere animi inductionem. Quod de diabolo, idem de dæmonibus sentiendum, quos Cyrillus ubique tanquam ejus famulos ac satellites ipsi fidelissime obsequentes repræsentat; cumque æterna et sine fine damnatorum hominum supplicio definiat, cat. 18, n. 19, idem fortiori ratione de dæmonibus sensisse existimandus est. At nonnulli Patres Origenianum illud de futura dæmonum purgatione et per Christum salute incautius in suis libris aspersisse videntur. In primis Greg. Nyss. *Catech.* cap. 26, ne ipsum quidem «malitiæ inventorem,» diabolum videlicet, excipiens. Vide et «De anima et resurr. tom. II, p. 643 et 644: alia multa hujus auctoris loca prætermitto. Auctor quoque Commentariorum «in Epistolas Pauli» sub Ambrosii nomine «in Ephes.» c. III, vers. 10, asserit per ecclesiasticam prædicationem invitari dæmones, « ut «deserant assensum tyrannidis diaboli,» et insinuat nonnullis eam profecisse «ut desinant ab errore.» Hieronymus «in Ep. ad Ephes.» c. IV, vers. 16, hæc habet: « In restitutione omnium, quando corpus totius «Ecclesiæ nunc dispersum atque lacceratum Christus «Jesus sanaturus advenerit, unusquisque secundum « mensuram fidei et agnitionis Filii Dei, quem ideo «agnoscere dicitur quia prius noverat et postea nosse «desivit, suum recipiet locum et incipiet id esse quod «fuerat. Ita tamen, ut non juxta aliam hæresim omnes «in una ætate sint positi, id est, omnes in angelos re- « formentur; sed unumquodque membrum juxta « mensuram et officium suum perfectum sit, » verbi gratia, « ut angelus refuga id esse incipiat quod crea- « tus est, et homo qui de paradiso ejectus fuerat, ad «culturam iterum paradisi restituatur. Idem lib. III in «Epist. ad Galat., cap. V, vers. 22, ait, nullam rationabi- « lium creaturarum apud Deum perire perpetuo. » Lectorem his obstupescere credo. Vide et Didymum «in I Petri Epist. cap. I. Notabo singularem sententiam auctoris Commentarii «in Isaiam» sub Basilii nomine, pag. 258, nimirum diabolum fortassis ante procuratum hominis lapsum, locum habuisse resipiscendi et pristinum locum recuperandi, at postea nullum.

32. Sed revertor ad primum Origenianæ doctrinæ caput de bonis angelis, quos a suo statu per peccatum deflectere posse putat. Inter alia peccata, quibus eos contaminari posse censet, illud præsertim numerat, si aliquem ex parvulis credentibus offenderint, si commissam sibi hominum salutis curam negligentius egerint. Ait tom. « in Matth. » edit. Erasm. p. 322, «invisibiles potestates quæ aliquem ex «parvulis credentibus offenderint, puniri per assum- « ptionem corporis corruptioni obnoxii, animam in « hujus sæculi negotia gravantis: in quo postquam « pœnas luerint, quod sibi utile est consequantur. «Hom. 35 in Luc. pag. 283, ait: Si per curam et industriam angelorum, salus hominibus sibi commissis «comparatur, faciem Patris semper visuros; si autem « per negligentiam eorum homo corruerit, non « [CLXIV] id manere impune; nam secundum meri- «tum eorum quorum angeli sunt, aut semper aut nun- «quam, vel parum vel plus, faciem Dei angeli contemplabuntur.» Hom. 20 «in Num.» docet custodes angelos nobiscum Dei judicio repræsentatum iri, de concredita sibi nostræ salutis procuratione judicium subituros; quod ex descriptis in Apocalypsi cap. III et in angelorum Asiæ ecclesiis præpositorum accusationibus, et intentatis per Christum in eos minis probare conatur. Vide et homiliam ejusd. « in Ezechiel» IV, pag. 110; hom. 24 «in Num.,» pag. 295; hom. 13 « in Luc., » p. 253. Hanc ejus doctrinam Hieronymus « in Michææ » cap. VI, vers. 1, transcribit, et eadem ex Apocalypsi probatione utitur, hisque verbis hanc disputationem concludit: « In judicio Dei ad «angelos (quibus, ut ait sup. rerum humanarum com- « missa est procuratio) crimen referetur si non ege- « rint cuncta, quæ ad suum officium pertinebant. » Cumque alias de proposito sibi ad explanandum prophetæ loco interpretationes afferat, hanc uti suam in qua acquiescat primam proponit. In hoc autem ab Origeniana differt Cyrilli sententia, quod Origenes angelos male officio functos, pro culpæ gravitate diverse, atque etiam divinæ visionis amissione privet; Cyrillus vero leves culpas tantum agnoscere videatur, quas Deus facile condonet, nec sui conspectus subtractione plectat. Non enim ob eas culpas Dei judicium subibunt, quos Cyrillus uti judicii testes et administros semper, nunquam uti in eo judicandos repræsentat. Ait eos Christi in judicium venientis satellites futuros, cat. 15, n. 1 et 22, tubis suis omnes homines ad judicium vocaturos, et studiose ex locis omnibus collecturos n. 19, 21, 23, peccatores, ne effugere possint, suis exercitibus cincturos, num. 22, testes judicii futuros, n. 24, libros e quibus judicemur a se conscriptos repræsentantes, cat. 4, n 24; cat. 15, n. 23: cat. 19, num. 5. Angelos etiam judicii tempore ut insigni fulgore collucentes describit, cat. 16, n. 23; Quæ omnia probant, ea quibus angeli, Cyrilli judicio, interdum implicantur peccata, a judicii generalis censura liberari.

33. Tertia opinio eorum est, qui angelos vel nondum, vel serius tandem in gratia et boni prosecutione confirmatos docent. Eo revocari potest illa tam multorum quatuor primis Ecclesiæ sæculis scriptorum sententia, qui cum diabolum ab initio et ante hominis peccatum lapsum esse fateantur, dæmones ex bonis angelis paulo ante diluvium duntaxat factos, et amore mulierum corruptos felicitatem status sui amisisse docent. Illi, ut omnibus notum est, magno numero et gravis in Ecclesia auctoritatis sunt. Justinus martyr « Apolog. » I, p. 44; Athenagoras «Apolog.» pag. 27; Irenæus lib. IV, cap. 16, num. 2, et cap. 36, n. 4; Clemens Alexandrinus lib. III « Pædag., » cap. 2, pag. 222, et lib. III «Strom.,» pag. 450, et lib. V, pag. 550; Tertullianus «De

idolatr., cap. 9. et *De velandis virg.*, cap. 7 ; Origenes hom. 15 *in Jesum Nave*, pag. 353. et lib. IV *cont. Celsum*, pag. 226 ; Commodianus, num. 4, Lactantius, lib. II, cap. 14 ; Severus Sulpicius, lib. I *Hist. sacræ* ; Ambrosius, lib. *De Noe*, cap. 4, n. 8 et 9 ; *Apolog. David*, cap. 1, n. 3 ; *in ps.* CXVIII, serm. 8, n. 58 ; lib. I *De virginibus*, c. 8. n. 52 et 53 ; Nazianzenus, carm. 3. pag. 64. Hac [CLXV] autem opinionis absurditate deludi se passus non est Cyrillus noster, qui revera corporeos, et sacrificiorum liguritores, cum omnibus pene Patribus dæmones agnovit ; at eos una cum diabolo, seductosque ab ipso initio cecedisse docet, his verbis cat. 2, n. 4, *Istc cadens multos secum abstraxit.* Unde dæmonas, uti imitatores et satellites diaboli ipsique subjectos, vocare solet *mali spiritus* vel *mali potestates* Ad alios venio. S. martyr Ignatius angelos bonos nondum Christi adventus tempore certam in suo felici statu firmitatem assecutos fuisse, satis declarat his epistolæ suæ ad Smyrnæos num. 6 verbis. Μηδεὶς πλανάσθω· καὶ τὰ ἐπουράνια, καὶ ἡ δόξα τῶν ἀγγέλων, καὶ οἱ ἄρχοντες ὁρατοί τε καὶ ἀόρατοι ἐὰν μὴ πιστεύσωσιν εἰς αἷμα Χριστοῦ, κακείνοις κρίσις ἐστίν· ὁ χωρῶν χωρείτω. *Nemo fallatur. Etiam cœlestia, et gloria angelorum, et principes cum visibiles tum invisibiles, nisi crediderint in sanguinem Christi, ipsis quoque judicium est. Qui capere potest, capiat.* Gregorius Nazianzenus in carmine arcano 6, pag. 169, agitata quæstione num angeli boni empeccabiles sint, id statuit, φύσιν ἀγγελικὴν εἰς κακίαν δύστροπον εἶναι, *angelicam naturam difficile ad malum verti* ; non ausus dicere ἄτρεπτον, *inconvertibilem*. Item orat. 34, pag. 560, angelos cum dubitatione dicit, πρὸς τὸ χεῖρον ἀκινήτους ἢ δυσκινήτους, *ad deteriora immobiles, vel difficile mobiles.* At oratione 38, p. 617, Luciferi lapsu prohiberi se ait ne ἀκινήτους, *immobiles*, dicat, Πείθει δέ με μὴ ἀκινήτους ἀλλὰ δυσκινήτους καὶ ὑπολαμβάνειν ταύτας καὶ λέγειν, ὁ διὰ τὴν λαμπρότητα ἑωσφόρος, σκότος διὰ τὴν ἔπαρσιν καὶ γενόμενος καὶ λεγόμενος. Nondum igitur ab illo tempore in bono confirmatos censebat. Exstat memorabilis Synesii locus epist. 57, pag. 199, *Si angelus potuisset supra triginta annos cum hominibus ita consuescere, ut nulla ex materia contagio malorum in eum redundaret, quid necesse fuerat Dei Filium descendere?* novi et imperiti theologi sententia. Hieronymus, lib. III *in Galat. Epist.* ad cap. VI, vers. 1, ait : *Sciens Paulus, excepta Trinitate, omnem creaturan, licet non peccet, tamen posse peccare.* Auctor *Dialogorum de Trinitate* sub Athanasii nomine, Dialog. 1, n. 24, pag. 487, cum sibi proposuisset quæstionem num angeli peccare possint, respondet posse ; idque probat quia nonnulli ex eis olim peccavere. Nemesius, *De natura hominis*, cap. 41, Bibliothecæ Patrum Græco-Lat., tom. II, pag. 547, naturas immateriales in duos ordines distinguit : et eas quidem, quæ Deo per naturæ præstantiam propinquiores sunt, immotas manere ait quanquam liberæ potestatis ; quæ vero A circa terram versantes humanis negotiis occupantur, alteris esse mutabiliores. Ad eumdem modum S. Maximus, in scholiis ad librum *De cœlest. hierarch.*, ad cap., 11 pag. 157 ait : *Angelicas quidem potestates, superiores videlicet, præ vehementi voluntate habitum quemdam ad bonum contraxisse, quo fiat ne cadere possint : angelos vero, hoc est postremos et circa mundum occupatos, posse fortassis in malum perverti.* Τοὺς δὲ ἀγγέλους, τουτέστι τελευταίους, διακόσμους, ἐνδέχεσθαι ἴσως καὶ ἐπὶ τὸ χεῖρον τραπῆναι. S. Ephræm, in reprehensione sui et confessione, Latinæ edit. pag. 602, Græcæ pag. 86, *Naturas constituit Deus*, hominum [CLXVI] et angelorum intellige, *ipsasque utpote mutabiles misericordiæ indigere deprehendit ; novit enim eas ampliori* B *gratia subsistere : naturæ enim, ut subsistat, sui participationem admensus est. Uberiora vero dona parcens ipsis et consulens reservavit. Pro cujusque viribus tribuit intelligendi facultatem, ne illis superbiæ occasionem subministraret. Quod capere poterant dedit, quod non poterant condonavit.* Sunt qui angelos bonos firmitatem et immobilitatem in bono, adventu Christi assecutos esse censuerint. Hippolytus Portuensis, vel quisquis auctor est fragmentorum contra Beronem et Helicem ab Anastasio collectorum, et a Sirmondo editorum, ait fragmento 2, *Christum Deum in carne mira fecisse*, ἵνα καὶ τὰ κατ' οὐρανοὺς ἅγια τάγματα τῶν νοερῶν οὐσιῶν στομώσῃ πρὸς ἀτρεψίαν τῷ μυστηρίῳ τῆς αὐτοῦ σωματωσεως. *Ut, et sanctos in cœlis intellectualium sub-* C *stantiarum ordines firmaret ac duraret, ita ut converti non possint, suæ incarnationis mysterio.* Nicetas, in orationem Gregorii Nazianzeni 42, nota 2, hanc proponit opinionem : *Angelos bonos, qui ante resurrectionem Christi difficulter ad malum moveri poterant, per eam assecutos, ut ne moveri quidem gratiæ adjutorio possint.* Nihil ex Christi meritis ad angelos Cyrilli sententia pervenisse, ex alto ejus ea de re silentio colligere licet. Plura de beneficiis Christi in angelos secundum diversorum opiniones paulo post dicam.

34. Quarta tandem sententia Cyrilli nostri est, qui angelos bonos sine status sui periculo, in levia quædam, quæ Deus facilis condonet, labi interdum peccata docet. In eam sententiam adductum se significat ex illo generali effato, *unum solum a pec-* D *catis liberum esse, qui nostra peccata, purgat, Jesum.* Innumerabilia patrum testimonia produci possunt, qui solum Deum vel Christum peccato carere definiunt. Clemens Alexandr., lib. I Pædag., cap. 2, et lib. III, cap. ultimo, solum Christum vocat ἀναμάρτητον, quod intelligit de vacuitate peccati. Idem asserit Ephræm *De secundo adventu*, Gr. p. 355, et Origenes hom. 3 in Cantic., pag. 616 ; Theodoret. Quæst. 9 *in Num.*, pag. 144. Plerique ex illis de hominibus solum locuti videntur ; cum tamen generali utantur sententia, quid prohibet quominus aliqui, ut Cyrillus, eam ad angelos etiam extendisse censeantur ? Sed producenda testimonia quæ rem

nostram specialius attingant. Ita aliqui Deum solum peccati expertem esse pronuntiant, ut id tanquam ipsi proprium et nulla cum creatura communicabile spectare videantur. Tertullianus, *De anima*, cap. 41, *Solus Deus sine peccato, et solus homo sine peccato Christus, quia et Deus Christus.* Prudentius in *Apotheosi*, cap. 5, de natura animæ, vers. 108, *Miraris peccare animam, cum peccet et ipse Angelus... Solus labe caret peccati Conditor orbis* Ambros., *in ps.* CXVIII ser. 22, num. 27 : *Nemo sine peccato est : negare hoc sacrilegium est, solus enim Deus sine peccato.* Quam sententiam generatim ad omne quod Deus non est extendendam, demonstrat ejus argumentatio lib. III *De Spiritu sancto* cap. 18, num. 133, et seq., qua probat Spiritus sancti divinitatem ex eo quod sine peccato sit, nam sine peccato neminem esse nisi unum Deum. [CLXVII] Hieronymus, in Dialogo 3 *contra Pelagianos*, superbam horum assertionem quod homo sine peccato esse possit, hoc argumento retundit : *Si et ille*, de Deo loquens, ἀναμάρτητος, *et ego* ἀναμάρτητος, *quæ inter me et Deum erit distantia?* Sanctus Athanasius, orat. 2 *contra Arianos*, n. 6, inde probat Verbi divinitatem, quod omnis creatura ante Dei conspectum judicanda stabit, Filius autem non judicandus sed judicaturus aderit. Eodem argumento utitur Ambrosius, lib. V *De fide*, cap. 11, num. 142, et Cyrillus Alexandrinus, *Thesauri* assert. 21, pag. 213. Quod argumentum leve est, si judicandi cum hominibus non stabunt angeli. Sed ut a generalibus sententiis ad specialia veniam, multi nec ipsos bonos angelos peccati expertes esse definiunt. Origenis sententia fuit Christum non pro hominibus tantum, sed et pro omnibus rationabilibus substantiis passum, ut omnium peccata purgaret : tom. I *in Joan.*, pag. 38: *Absurdum est pro hominum peccatis ipsum gustasse mortem, et non pro quovis alio præter homines in peccatis exsistente ; velut pro astris, quæ non sunt prorsus pura coram Deo.* Lib. VIII *contra Celsum*, pag. 417 : *Christus magna potentia seminavit toto orbe verbum pietatis purissimum non soium hominibus, sed etiam, citra mendacium dico, aliis creaturis rationalibus quibuscunque opus est correctione, sanatione, mutatione que a vitiis ad virtutem.* Vide homil, ejusdem 1 *in Levit.*, p. 115, homil. 29 *Num.*, p. 293 : *Indigent*, inquit, *purificatione non solum quæ in terra sunt, sed et quæ in cœlis, imminet namque et cœli perditio.* Ait homil. 10 *in Luc.* præsentiam Domini Jesu et dispensationem illius, non solum terrena, sed etiam cœlestia juvisse, eamque et in cœlis et in terra profuisse. Lib. V *in Epist. ad Rom.*, ad cap. VI, refellens eos qui aiebant necesse esse ut Christus in futuris sæculis eadem vel similia pateretur, ut liberarentur etiam hi quos in præsenti vita dispensationis ejus medicina sanare non potuit : ait tantam esse vim crucis Christi, ut ad sanitatem et remedium non

A Solum præsentis et futuri, sed etiam præteritorum sæculorum, et non solum humano huic ordini sed etiam cœlestibus virtutibus proficiat. Cæterum haud clam me est Origenis stylo, *cœlestia, cœlestes virtutes*, non solum angelos bonos, sed etiam dæmones significare. Verum nihil nos prohibet ambiguitate testimonii uti, cum alioqui sciamus eum in angelis etiam bonis admittere.

35. Didymus Origenis assecla ab hac magistri doctrina non recessit. In I Petri Epist., cap. III, hæc habet : *Sicut per Filium Dei essentiam cuncta rationabilia habuerunt; sic per eum omnium eorum salus effecta est. Quia enim non substantialiter sed acquisitive sanctitatem habent, cum creaturæ sint, jure purgatio facta est circa cuncta hoc modo habentia* B *bonitatem, unde etiam sublimiora correctionem recipiunt. « Pacificavit enim Jesus per sanguinem crucis suæ, sive quæ in terris sive quæ in cœlis sunt*[20]*. » Subjecti sunt ei angeli... sicut enim homines abstinentes a peccatis subjecti sunt Christo, ita et superiora rationalia, correcta spontaneis culpis quas forsitan habuere, ei subjecta sunt, completa dispensatione habita pro salute cunctorum.* Hieronymus eamdem doctrinam sequitur et ad Didymique et Origenis [CLXVIII] interpretationem nos juvat in Epist. ad Ephes. cap. I, vers. 22: *Cur autem*, inquit, *omnia, id est angeli, throni, dominationes, potestates, et virtutes cæteræ, quæ nunquam fuerunt contrariæ Deo,* C *ejus pedibus subjiciantur, videtur obscurum. Potest itaque responderi, quod absque peccato nullus sit, et sidera ipsa non sint munda coram Deo, omnisque creatura paveat Creatoris adventum. Unde et crux Salvatoris, non solum ea quæ in terra, sed etiam ea quæ in cœlis erant purgasse perhibetur.* Vide eumdem in cap. II, vers. 16. Olympiodorus catenæ *in Job* pag. 149, 150, ad illud Job, IV, 18, secundum LXX: *Si pueris suis non credit, et contra angelos suos obliquum quid et malum cogitavit ;* hæc habet : *Angeli reprehensione non carent, nam et ipsi mutabilis naturæ.* Οἱ ἄγγελλοι μὴ ἄμεμπτοι, τρεπτῆς γὰρ φύσεως καὶ αὐτοί. *Ac divinæ quidem perfectionis respectu, ne ipsi quidem veri ac sinceri ejus servi et ministri in omnibus fidelitatem ac firmitatem habent. Et hunc quidem sensum Symmachus expressit, cum vertit; « In servis ejus inconstantia, et in angelis suis reperiet vanitatem. »* Finitima peccato ignorantia est. Patrum D vero permulti angelos usque ad adventum Domini et prædicationem evangelicam, in maximarum rerum ignoratione versatos arbitrati sunt ; quas sive a Christo sive ab hominibus prædicantibus tandem didicerint. In iis rebus sunt incarnatio, vel saltem ejus modus, passio et resurrectio Christi, ejusdem ascensio, vocatio gentium ; hæc indico tantum, quia eruditis satis nota.

36. Ex his omnibus quæ disputata sunt, quædam corollarii more colligenda. Primo, hanc de bonorum etiam angelorum peccatis, multos apud Patres

[20] Coloss. I, 20,

suffragatores habuisse. Secundo, hanc ex multis Scripturæ sententiis informatam fuisse ; in primis ex illo modo memorato Jobi testimonio : iterumque ex alio cap. xv, vers. 15, qui sic legitur in LXX : *Si sanctis non credit, cœlumque purum non est in conspectu ejus :* quod Symmachus vertit : *Ecce in sanctis ejus nullus immutabilis, neque cœlum maculæ expers ; quanto magis homo.* In codice autem Alexandrino sic habet postrema pars versiculi : *Cœlum autem purum non est in conspectu ejus, et astra non reprehensionis expertia.* Quam, vel ei omnino finitimam lectionem secuti sunt Origenes, Hieronymus, aliique multi Patres. In eamdem sententiam de angelorum hominis custodiæ præpositorum peccatis, modo laudati Origenes et Hieronymus reprehensionibus angelorum in Apocalypsi contentis adductos se non obscure insinuant : utque in omnibus creaturis peccata agnoscerent a Christo purganda, fecere nonnulla Apostoli verba quæ redemptionem Christi et apostolicam prædicationem cœlo et terris profuisse significant : nimirum Coloss. I, 20 ; Ephes. III, 10, etc. Generalis quoque sententia de creaturis omnibus in judicio Christo sistendis, fecit ut angelos etiam judicio comprehenderent. Tandem maxime valuit generale illud effatum, solum Deum ac Christum delicti expertem. Tertio : Huic quodammodo tolerabili de levibus ac venialibus angelorum fidelium peccatis et malis, absurda multa Origenes, aliique ipsum incautius secuti superstruxere ; quæ Cyrillus noster prudentissime evitavit ; ut opinionem illam [CLXIX] quæ nunc generatim falsa existimatur, intra angustissimos limites continuerit, ab omnibus pene contra Scripturam, traditionem, et rectam rationem erroribus liberam.

CAPUT VI.

De peccato originali.

37. Unum ex præcipuis Christianæ fidei documentis originale peccatum est, quod disertis Scripturarum testimoniis assertum, antiquissimis Ecclesiæ cæremoniis consignatum, constantique Patrum traditione præditum, nulli unquam Catholico vel in dubitationem adducere, vel etiam ignorare licuit ; cum, ut observat Augustinus, lib. *De peccato originali*, in causa duorum hominum, quorum per alterum perditi, per alterum liberati sumus, salus nostra consistat. Sed quod Augustino ipsi adversus Manichæos disputanti, idem Cyrillo eosdem adversarios oppugnanti contigit, ut nonnulla contra doctrinam originalis peccati effudisse videatur. Antequam eas difficultates discutiamus, totam ejus de hoc argumento doctrinam repræsentare juvat. Quod ea de re docet Ecclesia, illud est, omnes homines nasci quoad animæ vitam mortuos, et novæ nativitas egentes ; Deo propter peccatum, unam divinæ iræ causam, exosos et inimicos ; ac reconciliatore ac liberatore opus habentes ; sub diaboli potestate atque imperio degentes ; alienos a salute, et nisi baptismi remedium succurrat, vitæ et regni cœlorum extorres absque ulla spe. Hæc qui docuerit, is etiamsi originale peccatum non nominet, rem tamen totam originalis peccati tenet ; et si peccatum libera ac voluntaria transgressione definiens, homines sine peccato nasci pronuntiet, tota nominis ac vocabuli quæstio futura est. Ea porro capita omnia gravissime et copiose propugnavit Cyrillus, homines etiam omnes nemine excepto *peccatis mortuos* definiens.

38. Primo enim ita explicat ruinam humani generis propter peccatum Adæ, ut eo nos deceptos periisse, cecidisse, excæcatos esse, claudos effectos, in summa mortuos esse dicat. Nam cat. 2, cum commemorasset, n. 4, primi parentis lapsum ejusque ejectionem ex paradiso, continuo subjicit n. 5 : « Quid igitur, dixerit aliquis, decepti perivimus ; nulla« ne deinceps salus ? Cecidimus ; num non licet resur« gere ? Excæcati sumus ; fas non est visum recupera« re ? Claudi sumus effecti ; spes non est aliquando re« cte incedendi ? In summa dicam, mortui sumus ; non « licet ut resurgamus ? » Fatetur hos omnes primi peccati effectus, tantum negat immedicabile malum esse. Alio in loco omnes in mundo homines repræsentat, uti peccatis mortuos, ignorantiæ fame per universum orbem tabescentes, peccatorum vinculis constrictos, peccato detentos. Catechesi videlicet 13, n. 1 : Τί δὲ πρὸς τοὺς ἐν τῇ οἰκουμένῃ ταῖς ἁμαρτίαις νενεκρωμένους ; τοὺς λιμώττοντας ἐν ἀγνωσίᾳ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ;... Τί πρὸς ἡμᾶς πάντας, τοὺς ταῖς σειραῖς τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν καταδεδεμένους ; *Nos omnes* ait peccatorum nostrorum vinculis constrictos : quod iterum repetit, ut neminem prorsus excludat ; ait enim Christum expedivisse omnes sub peccato detentos, et universum mundum [CLXX] hominum, seu universos homines in mundo degentes liberavisse. » Ἔλυσε πάντας τοὺς ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας κατεχομένους, καὶ κόσμον ὅλον ἀνθρώπων ἐλυρώσατο. Fateor hic potissimum actualia et commissionis peccata respici. Ne autem quisquam ex ruina quam deplorat ductor excipiatur, universum sæpe genus periisse dicit. Cat. 12, n. 5, diabolum exhibet post Adami lapsum homini dejecto insultantem, Ἐπέχαιρεν ὁ ἐχθρὸς πεπτωκότι τῷ φθονηθέντι· quod ne de solo Adamo intelligatur, subjungit, æquum non fuisse, ut homine in hac ruina derelicto, diabolus eadem semper gaudere permitteretur. Ἆρα ἐβούλου μενειν χαίροντα τὸν ἐχθρόν ; Eadem catech., num. 13, universum hominum genus peccato obligatum dicit, ἡ ἀνθρωπότης ἁμαρτωλός, *peccatrix humanitas*. Peccatum dicit, num. 7, *maximum humani generis vulnus*, μέγιστον ἦν τὸ τραῦμα... τὰ τῆς ἀνθρωπότητος τραύματα. Genus nostrum in interitum extremum abiens a Christo non despectum atque insuper habitum gratulatur, numer. 8, οὐχ ὑπερεῖδεν τὸ γένος ἡμῶν ἀπολλύμενον. Vulnera porro humani generis nihil aliud potissimum sunt præter peccatum, quod satis in superioribus testimoniis expressit ; ac definite pronuntiat cat. 2, n. 1, qua ait : *Dira res est peccatum*,

et morbus animæ atrocissimus, iniquitas; quæ quidem et nervos illius succidit, et æternum ignem ipsi conciliat.

39. Secundo, cat. 13, n. 33, universim pronuntiat omnes homines inimicos Deo fuisse propter peccatum, et idcirco morti a Deo addictos. Ἐχθροὶ ἦμεν Θεοῦ δι' ἁμαρτίας, καὶ ὥρισεν ὁ Θεὸς τὸν ἁμαρτάνοντα ἀποθνήσκειν. Cum igitur nullus a morte sit immunis, nullum quoque a peccato insontem existimavit. Quærit deinde quid Deo faciendum erat; an, ut decreti sui firmitatem servaret, omnes homines funditus tolleret? Ἢ ἀληθεύοντα Θεὸν πάντας ἀνελεῖν; an benignitate sua sententiam commutaret? Ait eum invenisse viam, qua, manente mortis sententia, homines salvi efficerentur: Christum nempe peccati supplicium, mortem nimirum in se sumpsisse, tumque propter superabundantem, et peccatis hominum majorem sui justitiam, Deum placavisse. Én omnes homines Christi pro peccatis hominum morientis beneficio reconciliatos. Non loquitur hic de morte corporis, qua Christus neminem liberavit, sed de morte extremâ et gehennæ suppliciis. Tertio, Christum omnes prorsus homines liberavisse et redemisse constans est Cyrilli sententia. Cat. 13, n. 1, *Universum hominum mundum redemit;* n. 4, *Passus est Jesus vere pro omnibus hominibus;* num. 6, *Nosti, quamobrem benignus Dominus mortem non declinarit? Ut ne totus,* vel, *in totum peccatis interiret mundus.* Ἵνα μὴ ὅλος (alii libri ὅλως) ταῖς ἁμαρτίαις ἀπόληται ὁ κόσμος En Christum et pro omnibus mortuum, et pro peccatis solum mortuum; omnes igitur peccato obnoxii. Ejusdem catechesis num. 2 dicit, primum hominem universalem mortem attulisse, ὁ πρωτόπλαστος ἤνεγκεν οἰκουμενικὸν θάνατον· Christum vero cum sese in pretium pro hominibus tradidisset, ἑαυτὸν ἀντίλυτρον παραδούς, Dei iram dissolvisse. Mors hæc universalis non est solius corporis: neminem enim ab ea liberavit Christus: mors est totius hominis, mors absque ulla spe, qua homo funditus [CLXXI] interit. Mors per iram Dei propter peccatum inflicta, ut in secundo argumento observavimus.

40. Quarto, homines omnes ante baptismum sub Satanæ potestate esse, doctrina est totius Ecclesiæ, exorcismis, insufflationibus, aliisque cæremoniis, quibus dæmon e baptizandis anima et corpore abigitur, testata. Nemo harum precum effectus Cyrillo disertius expressit. Procat. n. 9, exorcismi describens potestatem, dum homo exorcizatur: *Fugit,* inquit, *inimicus dæmon, et anima a peccatis repurgata salutem consequitur*; et supra definit, *absque exorcismis animam purgari non posse.* Idem de oleo exorcizato, quo baptizandi priusquam demergerentur in fontem, toto corpore inungebantur, ait cat. 20, n. 3: *Oleum hoc exorcizatum, per invocationem Dei et orationem, tantam vim assumit, ut non solum urendo vestigia peccatorum expurget, sed et omnes invisibiles mali potestates in fugam agat.* Eæ cæremoniæ tam parvulis quam majoribus adhibebantur. At Cyrillus nullum alium exorcismi et unctionis effectum commemorat, quam ut peccata purgarentur, abigerenturque dæmones; eadem cat., n. 2, ait auditoribus suis, ante eorum baptismum in eorum membris stabulasse dæmones. Τοῖς μέλεσι τοῖς ὑμετέροις ἐνεφώλευον αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις. At nonnisi per peccatum homo a Deo suis inimicis deditur; id significat cat. 2, n. 11, dum Davidem dicit sua prius justitia protectum, post peccatum hostes habuisse ad invadendum eum paratos, nisi id pœnitentia antevertisset; speciatim vero homines se diabolo propria voluntate mancipasse tradit cat. 7, num. 12. Quinto, neminem etiam bonis operibus instructum absque baptismo vitam æternam et regnum cœlorum adipisci docet, exceptis martyribus solis, qui proprio sanguine baptizantur. Cum vero Cyrillus medium nullum inter gehennam et cœlorum regnum admiserit locum, quod patet ex cat. 1, n. 2, in qua ad sinistram ponit cum hædorum grege; omnes qui lavacri regenerationis expertes fuerint, necesse est ut eos qui baptismo nulla sua culpa fraudati decesserint, gehenne addicat. Atqui exclusionem a regno cœlorum, et damnationem in gehennam solis illis decernit cat. 18, n. 20, et cat. 15, n. 23 et 24, qui peccatorum notas in anima et corpore in judicio gestaverint. Restat igitur, ut omnes prorsus qui sine baptismo decedunt, ex Cyrilli doctrina peccatorum notis deformes sint.

41. Sexto demum, baptismi effectus sæpe describit, et in omnibus locis illis remissionem peccatorum vel ut solum, vel ut primum ac præcipuum baptismi fructum recenset. Procatech. num. 16, multa cumulat baptismi nomina vel elogia, quæ omnia pene remissionem peccatorum unice sonant: « Baptismus, inquit, captivis pretium, peccatorum remissio, mors peccati, animæ regeneratio, luminosum indumentum, signaculum sanctum indissolubile, vehiculum ad cœlum, paradisi deliciæ, regni obtinendi causa, adoptionis donum. » Quatuor priores appellationes ad remissionem peccatorum directe pertinent. Eodem etiam cæteras spectare facile ex Cyrilli doctrina probatur. Baptismus *indumentum est luminosum*, novi nimirum hominis induti, loco veteris secundum erroris desideria corrupti, in [CLXXII] quo stabulabant ac nidulabantur inimicæ potestates, cat. 20, n. 2, *signaculum sanctum est*; quod ovibus ad dexteram in judicio sistendis conceditur, ut eæ ab hædis peccatorum asperitate villosis et horridis, qui in sinistra parte constituendi sunt, discernantur; cat. 1, n. 2, *vehiculum est ad cœlum*, paradisum, et regnum; quæ loca nobis solo peccato occlusa, cat. 1, n. 2; cat. 2, n. 4: cat. 17, n. 15. Adoptionem tandem conciliat, qua ex filiis diaboli efficimur Dei filii, cat. 7, n. 13 et 14. Hinc omnes baptismi cæremonias sic exponit quasi uti ad remissionem peccatorum pertineant. Exorcismis animam a dæmone liberari et a peccatis regurgari

docet procat. n. 9. Abrenuntiationes interpretatur, quasi diaboli tyrannidem deseramus ; cui sponte eramus subjecti, cat. 19, n. 8, sub onere peccatorum laborantes, n. 3 ; pactis cum Satana et inferno fœderibus, n. 9 ; denudationem baptismum antecedentem spectat uti symbolum veteris hominis cum suis actibus exuti, cat. 20, n. 2 ; qui quidem vetus homo nihil aliud est nisi dominans cupiditas : qua in re ipsa forma et ratio peccati consistit. Inunctionem ex oleo exorcizato ad expurganda peccatorum vestigia et abigendos dæmones dari ait ibid., num. 3, immersionem et emersionem trinam de morte et nova vita interpretatur num. 4, aitque cat.3,n.12,descendere nos in piscinam peccatis mortuos, et ascendere vivificatos in justitia. Porro baptismus non adultis solummodo,sed et parvulis dabatur, nec in eis baptizandis quidquam de solitis cæremoniis remittebatur. Ipsi igitur parvuli remissionem quoque peccati consequebantur,quod præter originale nullum aliud erat.

42. Huic doctrinæ nonnulla ex Cyrillo opponi possunt. Primum,ejus definitio peccati quam affert cat. 2, Ibi enim de mali origine disputans,ac quid sit peccatum inquirens, peccatum in libera voluntatis transgressione, ac prava delectione constituit. « Malum, inquit n. 1, ex libero delectu, voluntariæ « animi inductionis germen. Nam quod propria sponte arbitrioque peccemus palam dicit propheta,etc.; «n.2, Quidnam tandem est peccatum ? animal ne est, « an angelus, vel dæmon? quæ res est hujus effectrix? « Non est hostis, o homo, qui te exterius invadat,sed «mala soboles a te ipso procrescens. »Secundo,cat.4, num. 16, animam cum in corpus venit, peccati expertem esse pronuntiat. « Hoc quoque addisce,quod « priusquam anima in hunc mundum veniret, nihil «peccavit;sed cum absque peccato ἀναμάρτητος venerimus, nunc ex libera voluntate peccamus. » Animam antequam usu liberæ voluntatis peccet, ἀναμάρτητον, a peccato liberam diserte statuit.Tertio, catech. 2,n.4,docet diabolum,« non ex natura,peccati « quadam necessitate obligatum,peccavisse; alioqui «in eum qui talem illum fecisset,ipsa peccandi causa «recurreret. » Porro peccati originalis ea est natura, ut ab ipsa nativitate et conceptione, peccati necessitate obligati et astricti simus. Hæc igitur culpa, Cyrillo judice. in Deum ipsum a nobis transferenda esset.

43. Non tamen deest his difficultatibus idonea responsio. Ad primam enim eadem confutatione uti possumus, qua Pelagianos Augustinus refellit, cum sibi adversus peccatum originis [CLXXIII] illas peccati definitiones objicerent, quos ipse in suis contra Manichæos libris attulerat : « Peccatum non «est nisi voluntas retinendi et admittendi quod justi« tia vetat, et unde liberum est abstinere. Et : usque « adeo peccatum voluntarium, malum est, ut nullo «modo sit peccatum nisi sit voluntarium.»Respondit Augustinus definitum a se esse peccatum, quod tantummodo peccatum sit,non autem pœna peccati; nimirum primum illud Adæ peccatum cæterorum omnium fontem et radicem, de quo solo agendum fuisset, cum ipsa peccati ratio, causa, et origo quæreretur : hoc autem quo omnes postea obligati fuimus primi parentis peccatum, plane liberum,et nulla necessitate commissum fuisse. Hæc Augustinianæ responsionis summa,quæ fusius exprimitur lib. 1 *Operis imperf.*, cap. 104 et seqq., et *Retractationum* lib. 1, cap. 13, n. 5 ; capite 45, n. 2, 3, 4, 6, et cap. 17, n. 2, et aliis in locis. Quæ autem Augustini, eadem et Cyrilli causa. Uterque adversum Manichæos disputat; uterque de ipso peccati ac mali primordio inquirit, uterque ante natam hæresim Pelagianam securius loquitur. Vereor tamen ut hæc responsio Cyrillo sit applicanda ; tota enim inter ipsum et Manichæos de peccato quod actuale dicimus disputatio fuit Manichæi doctrinam Ecclesiæ de peccato originali funditus ignorasse videntur ; nusquam enim videas eam ab illis catholicæ Ecclesiæ objectam, quod non videntur prætermissuri fuisse, si novissent. Cum itaque malum dicerent necessarium, non peccatum originis respiciebant ; sed voluntaria illa mala, quibus humana natura deformatur,peccataque illa quæ ab hominis voluntate proficisci nec ipsi negabant. At ipsam voluntatem pravorum hominum ad peccandum cogi aiebant,vel ipsius naturæ a principibus tenebrarum formatæ vitio, vel siderum natalitiorum, aut fati dura et ineluctabili necessitate. Nihil igitur mirum, si ii qui eos refellunt Patres de unis illis peccatis, circa quæ tota versabatur controversia,locuti sunt; nec aliter ac Cyrillus adversus eos ullus Patrum disputavit. Secundum difficultatis caput non ægre quoque dissolvitur. Agitur de illa Platonicorum, quam Origenes secutus existimatur,opinione, qua putabant animas, cum dudum, antequam corporibus illigarentur, exstitissent, in voluntaria peccata cecidisse, quibus iram Dei commeruissent,quorum in pœnam in hæc terrestria corpora fuissent relegatæ. Merito asserit Cyrillus animam in hunc mundum venire, ab omni peccato pravæ electionis liberam : ac tum primum divinæ legis sponte violatæ ream fieri, cum libere voluntatem suam malo applicat, ac corpore sibi ad bonorum operum exercitium dato fœde ad voluptatem et peccatum abutitur, cat. 4, num. 23. Tandem, quod ad tertium objectionis caput pertinet, longe dissimilis diaboli, si malus natura a Deo creatus fuisset, et hominis primi parentis peccato vitiati et corrupti causa.Diabolus si malus conditus esset,nullius illa præterquam auctoris ac creatoris culpa; homo vero sua ipse sibi ruinæ artifex, cum nolente, ac severis mandatis prohibente, minasque intentante Deo, in prænuntiatum sibi exitium ruit.

[CLXXIV] CAPUT VII.

De divinæ gratiæ auxiliis, eorum necessitate. gratuita et prævenienti largitione, efficacitate ae distributione vel subtractione.

44. Nonnulli scriptores, cum prioribus paginis

Cyrillum de gratia baptismali loquentem dicere animadvertissent, Deum ad benefaciendum nobis voluntatem nostram exspectare, gratiam suam, nisi ubi sincerum propositum videat, non conferre, etc., non satis explorato atque expenso auctoris proposito ac mente, Cyrillum semi-Pelagianis, aut saltem hæresis ejus præformatoribus continuo accensere non dubitarunt. Qui si auctorem totum ea qua par est attentione legissent atque essent commeditati, nullum fere Patrum accuratius de gratia et sensisse et dixisse facile concessissent. Totam ejus de hoc præcipuo Christianæ doctrinæ articulo doctrinam accurate repræsentabo, quam ad hæc quatuor capita reducam : ad gratiæ necessitatem, ejus gratuitam ac prævenientem largitionem, efficacitatem et vim, ac demum distributionem vel subtractionem.

De gratiæ necessitate sententia Cyrilli.

Divinam gratiam ad omnia pietatis opera Cyrilli sententia necessariam esse, decursis omnibus recte factorum generibus approbare facile est. Ut a Dei cognitione incipiam : cum dixisset cat. 6, n. 6, neminem præter Filium et Spiritum sanctum perfectam et integram habere Patris notitiam, eam ab utroque cum hominibus pro cujusque modo communicari docet. « Deum, inquit, quantum oportet vi- « det Filius, eumque cum Spiritu sancto et per Spiri- « tum sanctum revelat, quantum quisque capere po- « tis est. » Inter diversas hominum de religione opiniones, negat quemquam sine divina gratia rectam doctrinam capessere, et accurate effari posse. Catech. 6, n. 1, postquam admonuit diabolum pravis doctrinis veritatem simulantibus unam rectam fidem opprimere conari, ait: « Opus est igitur nobis divina gra- « tia, vigili cogitatione, et acutum videntibus oculis: « ne lolium pro tritico comedentes ex ignorantia vi- « tium incurramus. » Quamobrem cat. 16, n. 1, de Spiritu sancto verba facturus sic incipit : « Spiritali vere « opus est gratia, ut de Spiritu sancto disseramus; « monensque grave periculum esse si quis aut ex ignorantia aut ex opinata pietate de illo male sentiat, concludit n. 2: « Ipsius itaque gratiæ Jesu Christi est concede- « re, et nobis ut absque defectu dicamus, et vobis ut in- « telligenter audiatis: ne nimirum alia audientes, alia « in mente prave conciperent. » Imo ne tædium pareret auditoribus prolixitas orationis, et ut eamdem ipse fortiter continuaret, sancti Spiritus præsidium petit his verbis n. 25: « Ipse de quo loquimur vim unicui- « que nostrum largiatur, et nobis qui dicimus, et vobis « qui auditis. » De Christi passione fœderis antiqui testimonia allegaturus, cat. 13, n. 8, jubet auditores alia multo plura proprio studio et oratione ad Deum fusa in Scripturis ipsos requirere ; dehinc orationem continuaturus ait: « qui (Deus) precibus « vestris exoratus et nobis qui verba facimus, dicere, et « [CLXXV] vobis qui auditis, credere concedat. » En fidem agnoscit Dei munus esse. Idem affirmat, et spem una conjungit cat. 14, n. 30 : « Præstet autem « omnibus vobis » (multi mss et veteres editiones, « nobis) credere in eum qui resurrexit, exspectare vero « qui ascendit et iterum veniat. » Perseverantiam in fide, et fidem ipsam a Deo donari iterum agnoscit procat. n. 17, « Potens est autem Deus... eum qui « sincerus est servare, qui vero hypocrita est, fidelem « efficere. Potest enim Deus etiam infidelem fidelem « facere, si modo cor illi præbuerit. » Adversus hanc de dono fidei doctrinam unum opponi potest, quod nempe cat. 5, n. 11, scribit. Postquam duplicem distinxit fidem, unam dogmatum quæ in assensu propositis veritatibus dato consistit, et miraculorum alteram, de illis sic loquitur: « Habeas itaque « eam fidem quæ a te pendet, et in illum (Deum) fer- « tur; ut etiam accipias ab illo eam, quæ supra vires « humanas operatur. » In eumdem sensum supra dixerat, num. 7: « A te ipso aliquid habes, » fidem nempe dogmatum; « ab ipso vero aliqnid quo multum conti- « neur accipis, » nempe alteram miraculorum fidem. Responsionem per se lector videt. A nobis pendet fides dogmatum; quæ cum in libero voluntatis assensu consistat, hoc cujus domini sumus sublato consensu, nulla esse potest. Non ita est de miraculorum dono, quod dogmatum fidei conjunctum fidem miraculorum appellat Cyrillus. Est enim donum illud in nobis sine nobis. Divina largitio et operatio est in nobis et per nos, a Dei voluntate unice dependens ; in quam nullum voluntas nostra imperium habet, sicut in actus suos. Quamvis autem a nostro consensu dependeat fides dogmatum, non hinc sequitur ab eo unice dependere, nec ad efformandum hunc assensum nos nobis ipsis sufficere.

45. Oratio fidei fetus est, et exercitium ; hanc quoque Spiritui sancto in nobis operanti tribuit cat. 16. n. 20 : « Vocatur Paracletus, eo quod con- « soletur, hortatu erigat, et sublevet infirmitatem « nostram ; siquidem hoc ipsum quid oraturi simus « sicut oportet, non novimus: sed ipse Spiritus inter- « cedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus, apud « Deum nempe. » Deinde ipsam fidei confessionem et martyrti tolerationem viribus humanis adimens, soli Spiritus sancti in nobis agenti virtuti ac potestati adjudicat his verbis : « Martyrium imminet, tor- « menta undique, ignis, et gladii, et bestiæ et præci- « pitium, sed Spiritus sanctus suggerit dicens: Sustine « Dominum, etc. Homini depingit regnum cœlorum, « demonstrat et deliciarum paradisum. » Non hic simplex mentis illustratio, sed excitatio petens et roboris plena, et efficax. Subjungit enim : « Ac martyres « corporeo vultu judicibus necessario præsentes, vir- « tute tamen et potentia in paradiso jam versantes, « dura illa quæ videntur contemnebant. » Suam illam de necessorio ad martyrium Spiritus sancti adjutorio thesim probat n. 21, ex Christi testimonio Luc. XII, 11 : « Cum traxerint vos ad synagogas, Spiritus « sanctus docebit vos in ipsa hora quæ vos oporteat di- « cere. Tum subdit: Impossibile est namque pro Chri- « sti testimonio martyrium perpeti, nisi per Spiritum « sanctum quis perpetiatur. Si enim nemo potest dice- « re Dominum Jesum Christum nisi in Spiritu sancto ec

quis suam ipsius vitam pro Jesu daturus est nisi in Spiritu [CLXXVI] *sancto?* Totum nostrum adversus tentationes præsidium in Spiritus sancti auxilio reponit cat. 16, n. 19 : *Magnum a Deo habemus auxiliatorem ac protectorem magnum Ecclesiæ doctorem et pro nobis propugnatorem. Ne formidemus dæmones neque diabolum ; major est enim qui pro nobis decertat.*

46. Creditam et confessam a Cyrillo divini auxilii necessitatem, ut divina mandata cum observemus, tum observare perseveremus, efficacissime probant ejus catecheseon conclusiones, quibus apprecatur auditoribus ut eos Deus in omni bono constituat et conservet. Cat. 1, n. 6, *Deus vos omnes sibi placentes custodiat;* hoc est, faciat vos sibi placentes, et in tali habitu conservet ac tueatur. Cat. 6, n. 35, de Manichæorum errore ac seducendi arte loquens: *Nos Dominus a tanto defendat errore; eaque vobis adversus draconem inimicitia tribuatur, ut quo modo ipsi calcaneum vestrum observant, ita et vos caput illorum conculcetis.* Cat. 14, n. 16, 30 : *Deus custodiat animas vestras ; inconcussam immutabilemque vestram in eum qui resurrexit spem conservet ; simul exsuscitet vos ex mortuis peccatis vestris ad donum suum cœleste ; dignos vos efficiat qui rapiamini in nubibus in occursum Domini.* En donum perseverantiæ, et optimarum ad baptisma dispositionum, ac bonorum operum quibus salutem meremur auctorem. Cat. 15, n. 33 : *Universorum Deus vos omnes custodiat, signorum consummationis memores, et invictos ab Antichristo manentes.* Cat. 17, n. 38, *Deus Spiritum sanctum ad vos emittat, perque hunc et nos custodiat, communem omnibus nobis beneficentiam impertiens, ut omni tempore sancti Spiritus fructus reddamus : charitatem, gaudium, pacem, lenitatem, benignitatem, bonitatem, fidem, mansuetudinem, continentiam.* En omnes illas virtutes, fructus et effectus Spiritus sancti in nobis agentis. Cat. 18, num. 20, *Æterno regno vos omnes sua ipsius gratia dignos Deus efficiat;* n. 31, *Vita æterna utinam uos omnes, et qui docemus et qui auditis, Dei gratia potiri contingat ;* et n. 35, *Deus det vobis spiritum sapientiæ et revelationis in agnitione sui, illuminatos oculos mentis et custodiat vos per omne tempus in operibus, et sermonibus, et cogitatis bonis.* Nihil prætermisit quod Deo non referret, cognitionem Dei, opera, dicta, et cogitationes bonas. Catech. 20, n. 8 : *Potens est Deus, qui vos tanquam ex mortuis vivos repræsentavit, vobis dare ut in novitate vitæ ambuletis,* Cat. 23, n. 23 : *Deus pacis sanctificet vos totos, et integrum vestrum corpus, et anima et spiritus in adventu Jesu Christi servetur.* Epistola ad Constant., n. 7 : *Hujus te gratia ac potentia protectum atque lætantem, illustrioribusque ac majoribus pietatis officiis condecoratum... Deus totius boni largitor conservet ;* n. 8, *Valentem te et omni ornatum virtute, consuetamque cum Romani imperii tum sanctarum Ecclesiarum curam gerentem, et amplioribus pietatis præmiis exsplendentem... Deus nobis concedat ; glorificantem semper sanctam Trinitatem,* etc. Preces illæ tanto amplioris momenti sunt, quod ex Ecclesiæ consuetudine et stylo sumptæ, non Cyrilli solius, sed totius Ecclesiæ mentem et sententiam de divini auxilii necessitate efficacitate repræsentent ; inanisque et derisoria potius quam vera et sincera, ut observat Augustinus, [CLXXVII] oratio nostra futura est, si id a Deo petimus, quod ipse in liberi nostri arbitrii potestate reliquerit. Hic etiam locum habere possunt diversæ, quarum vim ac sensum Cyrillus exponit cat. 23, n. 11 et seqq., orationis Dominicæ petitiones. Ait enim, n. 12, a Deo peti ut *sanctificetur in nobis ejus nomen:* quod tum contingit *cum nos sanctificamur, et sanctificatione digna opera facimus ;* num. 14, ut sicut *in angelis Dei voluntates facientibus fit voluntas Dei,* ita super terram in nobis fiat; n. 17, ut a tentatione non obruamur, sed generose et fortiter evadamus ; n. 18, ut liberemur a diabolo. Eodem referri possunt gratiarum actiones. Ait cat. 23, n. 5, *Vere gratias agere debemus, quod cum inpigni essemus, ad tantam ac talem nos vocavit gratiam : quod cum inimici essemus, nos reconciliavit ; quod Spiritu adoptionis est dignatus.* En vocationem nostram, reconciliationem, adoptionem, dona Dei gratuito et immerentibus concessa, sed quid moror, singula Christianæ vitæ officia particulatim probans ex Cyrillo, divinæ gratiæ adminiculo perfici? Sic ille omnia enumerat, cat. 16, n. 12, *Anima peccatrix, per pœnitentiam Spiritus sancti dono dignata, justitiæ racemos portat. Cumque ille unius et ejusdem modi sit, multiplices tamen virtute operatur. Nam alterius quidem utitur lingua ad sapientiam, alterius mentem prophetia illustrat, huic fugandorum dæmonum potestatem impertit, illi divinas Scripturas interpretari largitur. Alterius temperantiam* (vel aliter *castitatem*) *corroborat, alium quæ ad misericordiam,* vel eleemosynam *pertineant docet; alium jejunare et asceticæ vitæ exercitationes tolerare docet, alium commoda corporis contemnere ; alium ad martyrium præparat.* Quid in animam hominis veniens faciat Spiritus exponit n. 16, *Venit salvare, sanare, docere, monere, roborare, consolari, illustrare mentem primum ejus a quo suscipitur, dehinc et aliorum hujus opera ;* et n. 22, *Conspice cujusque gentis episcopos presbyteros, diaconos, monachos virgines, et reliquos laicos : et vide magnum rectorem ac præsidem donorumque largitorem, quomodo in orbe toto illi pudicitiam isti perpetuam virginitatem, huic misericordiam, alii paupertatis studium attribuit.* Atque hæc plane sufficiunt, ut intelligatur Cyrilli sententia bonum nullum esse, quod a Dei auxilio non proficiscatur. Quæ quidem pluribus aliis testimoniis sive a me inferius adducendis, sive ob nimiam copiam prætermissis plane confirmantur.

De gratuita ac prævenienti gratiæ largitione.

47. Præcipua gratiæ dos est, quæ ejus etiam nomine continetur, ut gratuita sit, et immerentibus sola Dei benignitate concessa : ut meritis nul-

lis ab homine comparetur, sed ipsa voluntatem humanam præveniat: nullaque hominis præparatione, studio, aut pio desiderio præveniatur ; ita ut si posteriores et ampliores gratias pietatis profectu promereatur et acquirat homo, meritum illud prioribus gratiis nobis donatum,et in nobis effectum sit. Quo fit, ut totum salutis nostræ opus divinæ misericordiæ debeatur, et vita æterna, quanquam solis bonorum operum meritis justitiæ titulo concessa, ipsa etiam gratia sit ; quoniam merita quibus [CLXXVIII] comparatur, gratuita sunt Dei dona. Hæc omnia Cyrillus noster et agnovit et prædicavit. Primo enim si ad omne opus bonum efficiendum necesssria sit gratia, ut modo ex Cyrillo probavimus,sequitur gratiam nullis bonis operibus præveniri, et sub meritum non cadere, quoniam nihil aliud eam nisi bona opera promereri possunt. Præterea meritum omne fide et oratione comparatur; donaque sua omnia Deus ab oratione suspendisse videtur, ut et Cyrillus ipse homil. *in paralyticum*, num. 4, docet : at fidem et orationem ipsius sententia gratiæ fructus esse probavimus hujus capitis num. 44 et 45. Sed jam diserta Cyrilli de gratuita ac merita prævenienti gratiæ largitione testimonia proferenda sunt. Jam attulimus locum ex cat. 23, n. 5, quo explicans verba Liturgiæ *Gratias agamus Domino*, ait nos gratias agere debere *quod cum indigni essemus, ad tantam nos vocavit gratiam ; cum inimici essemus nos reconciliavit et adoptionis Spiritu dignos effecit*, simili modo populi responsionem, *Dignum et justum est*, explicans, ejusque vim aperiens : *Dum gratias agimus*, inquit, *rem dignam agimus et justam ; ipse autem non juste sed præter justum agens nobis benefecit, tantisque bonis dignos effecit*. Misericordiæ igitur solius opus est et immerentibus concessum, id totum quod nos ad justitiam et salutem deduxit. Quapropter in laudatis jam. num. 46, duobus ex cat. 18, locis, sua gratia Deum nos ad vitam æternam perducere confitetur. Atque ut ab ipsis salutis initiis incipiam, ad unam viventis et triumphantis crucifixi virtutem refert, quod baptismum requisituri ad catechesim auditores sui convenerint, cat. 13, n. 40 : *Hoc ipsum quod nunc ades, Crucifixi virtutem tibi persuadeat. Quis enim te nunc ad hunc cœtum adduxit? qui milites? quibus es vinculis coactus? quæ te nunc adursit judicis sententia? verum salutare Jesu tropæum, crux, omnes huc coegit*. Notat procat. n. 5, *multos* qui ficte et simulate pravisque voluntatibus ad baptismum accederent, Christi hamo captos, Spiritu salutem consecutos. *Hami*, inquit, *illecebram sumo, ac recipio te malo quidem proposito venientem, at spe bona salvandum. Quo venires, cujusmodi te rete excipieret, forte nesciebas. Incidisti in retia ecclesiastica, vivus capiare, ne fugias. Capit enim te hamo Jesus.* (Ita quidem locum intelligo, qui tamen hunc sensum pati potest : Venisti prava mentes inductione : at ego te nihilominus admitto, sperans nostro labore et Christi gratia, pravo animi habitu abjecto, te ad meliora conversum iri.) Cat. 16, num. 19, multa prævenientis gratiæ exempla commemorat: *Si quando sedenti tibi de castitate aut virginitate succurrit cogitatio, Spiritus sancti doctrina est. Nonne multoties puella jam ad nuptiates thalamos constituta aufugit, illo de virginitate erudiente? nonne persæpe homo in palatiis conspicuus, opes et dignitatem conspuit a Spiritu sancto edoctus? nonne plerumque adolescens, speciosam formam conspiciens, oculos compressit, et videre declinavit, et inquinomentum effugit? unde illud factum, rogas? Spiritus sanctus adolescentis mentem edocuit. Tot sunt avaritiæ cupiditates in mundo, et paupertatem voluntariam ectantur Christiani: quamobrem? propter sancti* [CLXXIX] *Spiritus intimam præceptionem*. De pio latrone, cat. 13, n. 31, post recensitam et expositam demissionis ac pœnitentiæ plenam pii latronis orationem ad Christum, in hæc verba exclamat : *Quæ te, o latro, illuminavit potestas? quis docuit ut contemptum et tecum una crucifixum adorares?* respondet : *O lucem æternam quæ jacentes in tenebris illuminat!* Deinde Christum sic loquentem inducit: *Veni ut pascam in hortis, ovem perditam inveni, eam in humeros meos accipio ; credit enim.*

48. Quæ ex Cyrillo adversus prævenientem gratiæ vim vel objecta sunt, vel possunt objici, facile diluuntur. Primo ait procat. num. 1 : « *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum* [21]. » *Liberalis est Deus ad benefaciendum ; cæterum exspectat cujusque sinceram voluntatem : propterea subjecit Apostolus, « his pui secundum propositum vocati sunt* [22], » *Sincérum propositum cum adfuerit, facit ut vocatus sis ;* num. 8 : *Nihil aliud a nobis requirit Deus præter inductionem animi bonam.* Cat. 1, n. 3 : *Ut ii qui milites conscripturi sunt, allegendorum ætates et corpora explorant ; ita Dominus delectum faciens animarum, voluntates inquirit : ei si quis hypocrisim abditam gerat, hunc veluti ad veram militiam ineptum rejicit ; si vero dignum deprehenderit, huic promptissime confert gratiam.* Et infra... *Ut enim calamo scriptorio vel telo necessaria utentis opera est, ita et gratia credentibus opus habet.* Secundo, de gratia Spiritus sancti, ait eam paratam omnibus se dare si recipere velint, pulsare et exspectare dum illi ostia aperiamus. Cat. 16, num.19, De Spiritu sancto ait: *Tantum illi ostia aperiamus ; circumit enim quærens dignos, et requirens quemnam muneribus impertiat ;* et n· 22 : *Quemadmodum lux uno radii conjectu omnia collustrat sic et Spiritus sanctus eos qui oculos habent illuminat. Nam si quis cœcutiens gratia minime donatur, ne Spiritum ille, sed suam ipsius incredulitatem accuset.* Cat. 17, num. 19 : *Spiritus sanctus personas non respicit ; non enim dignitates quærit, sed animæ pietatem.. tantum unusquisque se apparet ad susci-*

[21] Rom. VIII. 28, [22] ibid.

piendam cœlestum gratiam. Tertio, Deum et ad conferendam gratiam initia quædam a nobis exspectare, et gratiam semel datam arbitrio nostro ad conservandum reliquisse, his testimoniis forte videbitur existimasse. Procat. num. 17 : « Meum est «dicere,tuum vero aggredi ad opus,»hoc est voluntatem et sedulitatem ad imperata facienda adjungere,«Dei vero perficere.»Et infra,aiensDeum«posse « ex infideli fidelem facere, subjungit: si modo cor « illi præbuerit. » Cat. 1, num. 4 : « Ejus quidem est « (Dei) plantrre et rigore, tuum vero fructum fer- « re : Dei est gratiam conferre, tuum vero accipe- « re et custodire. Cat. 17, n. 34 : Nostrum est con- « testari, tuum vero cavere ; et num. 37 : Quid- « nam igitur est, dilecti, gratiam tueri ? » quod ita malim vertere per admirationem, « quantum «est,» quam utilis et proficua res gratiam tueri ! cujus conservatio tanta nobis,ut modo descripta sunt, bona conciliat. « Parati estote ad suscipiendam « gratiam, semelque susceptam ne abjiciatis. » Horum testimoniarum sensus penitus jam aperiendus.

49. Ac primo quidem, nulla est in commemoratis priori argumento testimoniis difficultas. Non hic agitur de prima quæ homini advenit [CLXXX] gratia, sed de gratia baptismali, quæ nonnisi sincere conversis, ac credentibus, pœnitentibus, et longo bonorum operum exercitio digne præparatis a Deo conceditur. Id procatechesim et catechesim primam vel perfunctorie legenti, ac sancti Patris in utraque oratione propositum consideranti per se patet. Homines novum statum ingressos, et baptismum petentes alloquitur, qui ex more Ecclesiæ duris per totam quadragesimum laboribus purgandi et ad baptismum præparandi erant : his hujus præparationis necessitatem exponit, quæ tanta sit,ut cum digne præparati bonis innumeris cumulentur, qui male dispositi sint inemendabili malo se obligent. Eo pertinet quidquid in utraque oratione de præparatione ad gratiam afferenda continetur. De gratia vero quam actualem vocant, nec sermo est, nec dicendi locus erat. Hunc primi testimonii sensum esse probant et antecedentia verba, quæ de vocatione ad baptismum et datis nominibus agunt, et subsequentia, quæ Simonis sortem corpore quidem abluti, anima vero non baptizati comminantur ei, qui similiter ut ille per dolum accesserit. Vocatio illa ad baptismum cui omnia cooperantur et succedunt in bonum, ex bono et confirmato accedentis proposito veniens, maxime distinguenda ab illa, qua nos immerentes et inimicos ad fidem et consequentes gratias vocatos esse ait Cyrillus in testimodio ex cat. 23. num. 5, et aliis quæ superiori numero a nobis commemorata sunt. Secundi ex num. 5 testimonii idem ac præcedentis sensus est; perspicue enim de lavacro, et remissione peccatorum per illud data agitur. Idem dicito de tertio ex cat. 1, num. 3, in quo sermo est de animæ per baptismum regeneratione, A sanctoque baptismatis signaculo. Secundo argumento eadem pene accommodanda responsio. Tertium enim in eo commemoratum ex cat. 17, n. 19, testimonium, perspicue agit de donis Spiritus sancti, baptismatis vel confirmationis tempore suscipiendis, idemque duorum priorum sensus esse potest. At etiamsi de simplice Spiritus sancti gratia agatur, in his veritas continetur a nemine in dubium revocanda ; Christianum nempe adultum, qui vel baptizatus sit, vel fidei nostræ mysteria noverit, Spiritus sancti gratia non carere nisi ob culpam et infidelitatem suam. Si enim ex fide, supplici aratione Spiritus sancti dona postularet, et non negarentur. At prævenientis est Spiritus sancti gratiæ ut orare nos doceat, quomodo orandum sit B ignaros, ut ipse asserit Cyrillus cat 16, num. 45. Agi autem de fidelibus perspicuum est : hos solos habebat in auditorio. Hos si Spiritus gratia privantur, infidelitatem suam accusare jubet : cujus reprehensionis immunis est is, qui nihil unquam audivit de Deo. Non ergo hic agitur de prima gratia per quam sequentes meremur, sed de illis consequentibus quas Deus fidei, orationis et bonorum operum merito illigavit : quod ipsum meritum alioqui a Deo nos mereri faciente proficiscitur.Nihilo plus est in tertio argumento roboris. In adductis ibi testimoniis, quid nostri officii sit describit Cyrillus, non quod in nostra potestate sine divino auxilio esse putet.Officium prædicatorum esse ait recte monere ; auditorum, imperata facere. [CLXXXI] At quam multis locis sup. num.44, com- C memoratis dixit. divinæ gratiæ opus esse, et ut præco sacer recte doceat, et ut auditor recte intelligat, et intellectis assentiatur? Si nostræ est sine gratia potestatis, et imperata facere. et fructum ferre, et acceptam gratiam conservare, quorsum in fine catecheseon pene omnium a Deo gratiam hanc suis auditoribus apprecatur, ut eos auditarum rerum memores, iisque dociles faciat, cat. 6, n. 35, et cat. 15, n. 33, ut sancti Spiritus fructus reddant, cat 17, n. 38, ut eorum animas custodiat, et virtutes conservet? cat. 14, num. 30. Quæ omnia testimonia ex integro retuli, num. 46. Quod in primo testimonio argumenti tertii dicitur, *Dei esse ut perficiat*, id non de prima gratia, sed de D gratia baptismi intelligendum est. Item quod in secundo dicitur, *Dei esse plantare et rigare, et gratiam conferre*, sensus est Deum multa nobis in baptismo et ante baptismum prævenienti gratia conferre, quæ nostra fidelitate, Deo tamen adjuvante, conservare et augere debeamus. Dum ait Cyrillus Deum ex infideli fidelem efficere posse,si modo cor illi præbuerit, non hoc vult. hominem prius cor docile offerre debere antequam Deus agat : quomodo enim Deo cor suum homo committat nisi ex quodam initio fidei? sed Deo in se operanti hominem resistere non debere, et liberum suum consensum, sine quo nihil fieri possit, obe-

dienter accommodare ; qui tamen consensus ipse quoque divinæ gratiæ fetus est, ut modo probrbitur.

De divinæ gratiæ efficacitate.

50. Cum theologos inter omnes conveniat, gratiæ, ut efficax sit, nec vacua et infructuosa ad opus bonum excitatione ejus terminetur effectus, uti tam sæpe contingit, humanam cooperationem adjungi oportere, ab liberum voluntatis, quem nunquam non potest, si velit, denegare ac supprimere, consensum : illud ulterius quæritur, gratiane illam cooperationem ac consensum exspectet, an ipsa vi sua præpotenti exprimat et expugnet ; idne solum in nobis præstet ut agere possimus, an ut etiam vel velimus agere et revera agamus facial ; utrum munus ejus simplici excitatione ac permotione finiatur, cui deinde voluntas de suo assensum adjiciat, an ipsa nolentem et repugnantem flectat ut velit et assentiatur; uno verbo, determinetne et applicet voluntas gratiam, an gratia voluntatem ? Mihi semper definita visa res est ex Scripturis, quæ humanum cor a Deo quocunque voluerit inclinari docent ; Deum in nobis operari velle et perficere, scribere leges suas in cordibus nostris, facere ut in præceptis suis ambulemus, dare nobis cor novum, facere in nobis quod placeat coram se ; ex Ecclesiæ quoque precibus, a Deo postulantis ut det et faciat nos et posse et amare quæ præcipit, rebelles nostras compellat voluntates, sui amoris affectum infundat, amorem sui nominis pectoribus nostris inserat, spiritum cogitandi et agendi quæ recta sunt largiatur, faciat nos quæ sint sibi placita postulare, devotam sibi genere voluntatem, ejusque majestati sincero corde servire ; quibus omnibus non solum possibilitas actionis, [CLXXXII] sed ipsa voluntas et actio rogatur a Deo : addo ex conciliis, quibus decernitur, per gratiam nobis præstari, ut quod faciendum sit facere diligamus atque valeamus ; Deum jubere homini ut velit, sed operari et velle ; jubere ut faciat, sed operari et facere; Deum ut a peccato purgemur voluntatem nostram non exspectare, sed facere etiam ut purgari velimus ; merita nostra esse dona Dei cum meritum omne per liberum gratiæ excitanti consensum comparetur : ex Romanis etiam pontificibus, statuentibus Deum in cordibus hominum atque in ipso libero arbitrio operari, ut sancta cogitatio, pium consilium, omnisque bonus voluntatis motus a Deo sit ; illum agere in nobis, ut quod vult et velimus et agamus ; gratiæ domum esse, ut [ipsi gratiæ] obedientes et humiles simus: ex Augustini tandem sententia, quæ totius Africanæ Ecclesiæ doctrina fuit, et a Romana et omnibus Ecclesiis comprobata ; qui nimirum a Pelagio ut Catholicus demum haberetur exegit, ut eam gratiam confiteretur, qua futuræ gloriæ magnitudo non solum promittitur, verum etiam creditur et speratur ; nec solum revelatur sapientia, sed et amatur ; nec solum suadetur omne quod verum et justum est, verum et persuaderetur; quæ non solam possibilitatem, sed ipsam quoque voluntatem et actionem, id est ut bene velimus et agamus, quæ non sunt in homine nisi quando bene vult et bene agit, dono suo complectatur. Divina hæc doctrina, totius orationis et spei, atque humilitatis Christianæ fundamentum, mirabor si ab antiquis Patribus ac Græcis præsertim, ut vulgata fert opinio, ignorata aut oppugnata fuisset. Hanc certe in Cyrillo me deprehendisse spero non obscuris argumentis.

51. Id nimirum probant primo ea testimonia quæ supra num. 47, allata sunt, quibus jubet Cyrillus unumquemque Deo gratias agere, quod indignus et inimicus cum esset, Deo reconciliatus sit et adoptionis gratia dignatus. Cum enim, ut fides docet, priorum gratiarum usu subsequentes promereamur, suamque justificationem adulti precibus, laboribus et operibus bonis comparent ; si usus ille gratiarum bonus a Deo non detur, sed gratiæ per liberum arbitrium superadjiciatur ; primo, non veraciter Deo de toto nostræ justificationis opere gratiæ redduntur, dimidiatæque duntaxat debentur ; secundo falsum est Deum nos inimicos et indignos sibi per adoptionis gratiam reconciliare; falsum, cum nobis benefacit, præter justum agere ; contra, in remissione peccatorum concedenda digna res et justa ab ipso fieret. Cum etiam vita æterna per gratiam Dei nos potiri doceat auctor cat. 18, n. 20 et 31 : quæ tamen diversis operum meritis datur ; ipsa oportet merita, quæ ab assensu nostro proficiscuntur, per gratiam dari. Gratiæ quoque vim, quæ nos volentes ex nolentibus facit, probat hamus ille ex procat. num. 5, ibidem commemoratus, quo nihil tale cogitantes, et contrariis animi inductionibus affectos capit Jesus ad vitam. Eamdem vim habent illa ex cat. 13, num. 40, verba, quibus ad Crucifici virtutem revocat Cyrillus, quod sui auditores ad audiendum Dei verbum ac petendum baptisma convenerint, [CLXXXIII] nullis vinculis protracti, nulla vi compulsi, sed a Christo de cœlo in eorum cordibus agente adducti et in unum collecti. Quando cat. 16, n. 19 subitam narrat sancti Spiritus impulsu nuptiarum paratarum fugam, aut repentinum hominis in palatiis dignitate et opibus conspicui secessum, aut adolescentis ad speciosæ formæ conspectum oculorum compressionem, periculosique visus declinationem, aut Christianorum tot exemplis avaritiæ circumseptorum voluntariam paupertatem ; nonne Spiritum sanctum repræsentat non docentem et excitantem duntaxat, sed ipsi operi applicantem, bonæ voluntatis auctorem, et tam contrarios naturæ affectus largientem et dantem ? Idem dicito de oratione, quæ adeo tota Spiritus sancti effectus est, nobis quid aut quomodo orare oporteat prorsus inscientibus [23], ut ipse spiritus intercedere dica-

[23] Rom. VIII, 26.

tur, cat. 16, n. 20. Idem de præstita a Spiritu sancto martyribus vi, quos licet in terris degentes virtute et potentia jam in paradiso constituere dicitur eodem loco ; quæ duo testimonia supra num. 45, a nobis allata sunt. deum non ipsam tantum boni operis possibilitatem, sed et ipsam voluntatem et actionem præstare eo Cyrilli sententia, argumento sunt preces ejus, quibus auditoribus apprecatur, ut Deus *præstet illis credere in Christum,* eumque iterum venturum exspectare cat. 13, n. 8 ; cat. 14. num. 30. Relata sunt hæc testimonia n. 44, *Ut Deus eos sibi placentes custodiat,* eis inimicitiam contra diabolum tribuat, dignos regni cœlestis efficiat, invictos a tentationibus conservet, Spiritum sanctum emittat ut sancti Spiritus fructus reddant, ut in novitate vitæ ambulent, hujus rei testimonia ex integro descripta sunt num. 46. Nihil horum sine voluntatis consensu fieri potest, seu potius hæc omnia sunt pii voluntatis affectus ac determinationes effectu adimpletæ. Cum hæc postulantur a Deo, aguoscitur ille piarum voluntatis affectionum ac inductionum auctor.

52. Eadem res est piam voluntatem infundere et malam auferre, cum mala voluntas nonnisi bonæ introductione pellatur. Malam autem voluntatem et inductionem animi a Deo auferri agnoscit Cyrillus, cat. 6, n. 30. Quod de Deo infideles excæcante dicitur, a nonnullis refert non incongrue explicari in hunc sensum, ut Deus pravas eorum cogitationes excæcet et tollat, *Excæca*, inquit, *scortatoris scortandi cogitationes, rapacitatem et furacitatem : et servatus est homo. Excæca furis* τὰ πορνικὰ νοήματα, τὸ ἁρπαστικὸν καὶ λῃστρικόν, *et salutem consecutus est homo.* Latina non satis exprimunt Græcarum vocum vim et potestatem ; his enim significatur totum illud pravum ingenium, ac deliberata in malum propensio et adhæsio, qua scortator homo a casto, et fur a justo distinguitur. Id ex homine tollere Dei est. Simile illud est quod Cyrillus ait crucem seu crucifixi virtutem, pravos a gentibus superbis, feris, et idolorum amore insanientibus affectus sustulisse et contrarios indidisse. *Hoc*, inquit cat. 13, n. 40, *crucis tropæum Persas subfugavit et Scythas cicuravit, hoc Ægyptiis, in locum fellium et canum ac multiplicis erroris, Dei notitiam gratificatum est. Ad virtutem Christi similiter* revocat cat. 10, n. 19, [CLXXXIV] *quod Persæ et Gothi et omnes a gentilibus conversi pro Christa, quem carnis oculis nunquam consgexere, mortem oppetere non dubitent.* Christi resurrectionem probat cat. 4, n. 18, cum ex plurimis orgumentis, tum vero ex ejus qui surrexit in hodiernum usque diem efficacia, τοῦ ἀναστάντος ἐνεργείας. In hac efficacia comprehendit vim nominis ejus ad effugandos dæmones, morbos pellendos ; sed potissimum numerat orbis conversionem, cat. 14, n. 14, ait milites qui resurrectionis conscii, veritatem pretio redempti occultaverunt, ipsos absconditos et obscuros mansisse : *Qui vero*, inquit, *eam recepere, publicam in lucem emerserunt, excitati virtute Salvatoris, qui non modo ex mortuis surrexit ipse, sed secum quoque mortuos excitavit.* Ad eamdem nimirum virtutem revocat, quod et surrexit ipse, et mortuos suscitavit, et qui resurrectionem suam tum prædicarent, tum crederent et confiterentur excitavit. Cat. 4, num. 14, Christum vivere et in cœlum vere ascendisse inde convincit, *quod a toto orbe adoretur ;* et cat. 13, n. 1, quod crux magna et supra naturam gratia ac potentia, *eos qui in universo orbe peccatis morbi urant excitavit,* ignorantiæ fame in toto orbe pressos aluit, peccatorum catenis constrictos liberavit, cæcos ex ignorantia illuminavit, et omnes sub peccato detentos solvit. Quæ omnia efficacem ex omnipotentia Dei in cordibus actionem eorumque mutationem, quæ tota ad gloriam crucis pertineat, perspicue significant. Ait cat. 10, num. 16, *Christi nomen universam terram corripuisse,* περιεδράξατο, vi nimirum propria; ac quærens cur, cum Judæi unius regionis finibus determinati fuerint, Christiani ad fines terræ propagati sint ; rationem subdit : *Quod enim annuntiatur unigeniti Filii Dei est nomen.* Jam de universi conversione stupendum non est. Muniri posset hoc argumentum multis similibus Græcorum et Latinorum Patrum testimoniis.

53. Spiritus sancti vim et potestatem in donis suis, quæ sicut vult unicuique peculiariter distribuit, et in operationibus suis omnipotentem et ex potestate summa agentem, bonaque in hominibus per se efficientem, passim exhibet et describit Cyrillus. Cat. 16, n. 22, *Magnum quiddam et omnipotens in donis et admirabile Spiritus sanctus.* Cum deinde ejus in hominibus effecta enumeret, ut et eadem catechesi, n. 12, eodem loco eademque serie ac tenore recenset et opera virtutum quæ nobis inspirat, et dona miraculorum quæ in nobis operatur ; ut ad idem potentiæ et efficacis operationis genus utraque revocemus ; quamvis illo a nobis propter liberum consensum dependeant, hæc puræ sint ejus operationes, secundum ejus doctrinam, cat. 5, n. 9 et 11. Post descriptas in duabus catechesibus passim et promiscue diversas sancti Spiritus in utroque Testamento effectiones, sive illæ ad humanorum morum conversionem et informationem, sive ad miracula et res supra naturam gestas pertineant, sermonem sic concludit cat. 17, n. 44 : *Ex quibus omnibus, et iis quæ prætermissa sunt longe pluribus, commendatur intelligentia præditis, subsistens, sanctificatrix, et efficaciter operatrix,* [CLXXXV] ἐνεργητική, *virtus Spiritus sancti.* Innumerabilia scilicet percurrerat sancti Spiritus effecta, summa ab ipso potestate et efficacia peracta. Quæ ad humani cordis conversionem pertinent, sola ad rem præsentem spectant : nonnulla prius commemoravimus ; quædam adhuc subjungenda, nam omnia nimis longum esset recitare. Cat, 17, n. 15, de apostolis illapsu Spiritus sancti in die Pentecostes sanctificatis ait: *Ignem receperunt salutarem qui peccatorum spinas exterminans animam nitentem reddit.* H ic ad

quoque modo venturus est, ac dum peccata vestra spinarum instar conciaet et absumet, pretiosum animæ vestræ fundum magis nitentem effecturus est. Hæc de sanctificante gratia potissimum intelligenda fateor. Cum vero spinæ peccatorum pravi sint affectus et habitus, hi sine gratia quam actualem vocant, ab adulto auferri et exterminari non possunt. Monet, n. 17, per donum linguarum *restitutas et a Deo adunatas mentium sententias*; cum in Babelica linguarum divisione et confusio animorum ac voluntatum divisio fuisset. Ait, n. 20, *Spiritus sancti gratiam in Petro et in omnibus simul apostolis efficaciter operatam esse*, χάρις ἐνήργησε, quod sexcenties postea repetit, et septem diaconis et Paulo in consequentibus applicat. Triplici vero effectu hanc gratiæ operationem definit: uno interiore, quo nimirum apostolis firmitas et patientia inspirata est; altero exteriore, in miraculorum effectione, ac resistentibus sacræ doctrinæ convincendis, vel exteraendis; tertio denique exteriore simul et interiore, nimirum in convertendis ad fidem cordibus, et credentium moribus sanctiore disciplina componendis. Tres illos effectus promiscue recenset, et ad eamdem sancti Spiritus efficaciter operantis virtutem et actionem refert. Pauca ex his quæ ad primum et tertium spectant referam. Docet nempe., num. 21, *Petrum in virtute Spiritus sancti stetisse* post Pentecosten *cum undecim, et exaltasse in fortitudine vocem, ac spiritali sermonum reti animas ter mille cepisse; tantam in eis gratiam operatam esse, ut ex ipsis qui Christum crucifixerant multi crederent, et perseverarent in doctrina apostolorum et orationibus. In eadem virtute Petrum et Joannem* post claudum ad portam templi curatum, *spirituali doctrinæ sagena quinque simul credentium millia comprehendisse, ac summos sacerdotes arguisse et convicisse. Tantam per eos in iis qui crediderant operatam esse spiritus gratiam, ut esset illorum cor et anima una, ac promiscuus bonorum usus; possessoribus prædia vendentibus, ac pretia religiose offerentibus.* Ad eamdem causam refert, n. 23, *quod intrepide principes sacerdotum coarguerint: et cæsi verberibus, abirent gaudentes, nec docere ac Christum prædicare cessarent.* De Paulo ait, num. 26, *Spiritum sanctum* in eo *operatum, eumque cum persecutor olim fuisset, præconem et servum bonum effecisse*: Τόν ποτε διώκτην, κήρυκα καὶ δοῦλον ἀγαθὸν ἀπειργάσατο, qui mille labores pertulit. Enumerat, num. 30, Pauli labores, conciones, patentiam, quæ vocat *admiranda ejus ex Spiritus sancti operatione gesta*: Τὰς ἐκ τῆς ἐνεργείας τοῦ ἁγίου Πνεύματος θαυμασίους αὐτοῦ πράξεις. Inter eas hanc numerat: *Tanta super eo gratia Spiritus erat, ut non solum contactus ipsius sanitatem impertiret, verum etiam delata a* [CLXXXVI] *carne ejus sudaria et semicinctia morbos curarent. Quin et ii qui curiosas artes exercuerant, comportantes libros coram omnibus exurerent:* hoc uli majus priori miraculum habet. Ait, n. 31, *ex Spiritus sancti virtute ipsum Hierosolymam,* quamvis ibi dura ex prophetia exspectaret, *properasse, et Christi doctrinam cum fiducia prædicasse. Mediis etiam in judiciorum subselliis* coram præsidibus *et Agrippa rege, victricis in sapientia gratiæ tantum habuisse*, ut permotus *Agrippa* diceret, *Parum abest quin mihi persuadeas ut fiam Christianus*, Tandem quod in Paulo et in apostolis, idem in omnibus qui recte credant, operari Spiritum sanctum, docet, n. 32. Hæc omnia, quam in istis jejunis excerptis melius in ipso Patris textu leguntur et intelliguntur: idque abunde evincunt, ex Cyrilli sententia Spiritum sanctum eadem potestate et efficacitate, qua mira per apostolos efficiebat, eorum quoque fidei, constantiæ, patientiæ, etc., auctorem esse; insuper et conversionis et rectarum sententiarum actionumque, eorum qai per apostolos convertebantur.

54. Ut tamen Cyrillus sua gratiæ, ita et humano arbitrio sua jura servavit, agnovitque, quamvis potenti gratia prævenlum hominem, sui tamen actus domlnum esse, gratiæ libere assentiri, ac dissentire quandoque. Fidem Dei donum esse cum constanter doceat, a nobis tamen pendere ait, cat. 5, num. 9 et 11. Deum ex infideli fidelem efficere posse ea demum lege et conditione decernit procat. n. 17, *si modo cor illi præbuerit.* Pium latronem prævenienti gratiæ consensum denegare potuisse, his quæ Christi in ore ponit verbis indicat cat. 13, n. 31: *Hodie mecum eris in paradiso, quandoquidem hodie audivisti vocem meam, et non obdurasti cor tuum.* Paulo ante regis Agrippæ exemplum retulimus ex cat. 17, n. 31, qui operante per Paulum victrice Spiritus sancti gratia eo usque permotus est, ut sese pene ad suscipiendam Christianam religionem persuasum fateretur; qui tamen in veteri obdurationc permansit. Statuit cat. 4, n. 21, liberam et sui juris animam esse; diabolum suggerere quidem posse, haud tamen præter voluntatem cogere; suggestiones ejus a nobis admitti si velimus, si nolimus non admitti; si ex necessitate peccatum committeretur, nulla de causa gehennam a Deo præparatam esse; si natura, non arbitrio recta faceremus, Deum incassum coronas ineffabiles apparasse; nullum ovi mansuetudinis præmium esse, quia quod mansueta sit, non id ex animi voluntate, sed ex natura habeat. Ex quibus duo consequuntur: primo in hoc naturæ nostræ statu, peccare nos vel recta facere libero plane cum arbitrio atque oppositum agendi potestate; hincque meritum nostrum vel contra demeritum, ut vocant, proficisci. Secundo, in eodem statu si natura et cæco quodam brutarum animantium instar instinctu, ad malum vel ad bonum cogeremur, nullum laudi vel supplicio futurum locum. Alia res est, si de altero quodam statu sermo esset, in quo non ex cæco naturæ instinctu, qualis ille est quo omnes beati esse volumus; sed ex perfectissima cognitione rectissimaque voluntate, qualis in Christo fuit, et in angelis atque in beatis est, recta faceret [CLXXXVII] homo. Nam, si in illo felici statu locum merito facere vellet Deus, quid prohibeat non

intelligo. Et certe in actu amoris paterni libertate proprie dicta non fuit liber Christus, meruit tamen. Nec adversus gratiam per se efficacem opponi possunt descripta superius Cyrilli de libertate decreta, quæ omnes hujus gratiæ defensores ex certa fide amplectuntur, et adversus hæreticos fervide defendunt. Gratiæ efficacitatem Cyrillus in ejus supra cupiditatis resistentiam superabundantia reposuisse videtur. Nam cat. 10, n. 17, quærens *qua virtute* sit factum, ut Paulus qui ad persequendum egressus erat, post triduum Damasci præco visus sit, ille ante persecutor; post multa, ad finem n. 18, respondet his Pauli ipsius verbis, *superabundavit gratia Dei in me* [24]. Quæ divinæ gratiæ superabunbantia si Agrippæ regi, non magis indigno et minus adversum Christi religionem fervido collata fuisset, haud dubie resistentiam ejus perfregisset. Cat. 12, n. 15, cum notasset diabolum carnis instrumento ad nos debellandos uti solitum, idque probasset his Pauli verbis: *Video aliam legem in membris militantem adversum legem mentis meæ* [25], etc., ait idcirco Christum carnem nostram assumpsisse, ut quibus nos diabolus debellabat et superabat armis, iisdem salvi fieremus: cum *ei* carni quæ *defectum* et infirmitatem patiebatur, *majorem Dominus* suæ incarnationis merito *conferret gratiam*; et addit: *Ubi enim abundavit peccatum superabundavit et gratia* [26]. Cujus sententiæ vis est: cum resistendo concupiscentiæ salutem consequimur, id superabundanti gratiæ abundantiam cupiditatis et peccati superanti deberi. Quibus positis facile est intelligere, quomodo cum infirmior gratia cum abundantiori et fervidiori cupiditate confligit, sponte ac libere consensum suum gratiæ deneget homo, ut, verbi gratia, memoratus rex Agrippa: cum autem gratia superior majorem non dissentiendi voluntatem inspirat, homo gratiæ libere et sponte assentiatur, dissentire cum possit et posse se sentiat, sed nolit, ut pius latro et Paulus.

De gratiæ distributione aut subtractione.

55. Multa a Deo humano generi collata externa et generalia ad salutem capessendam auxilia recenset Cyrillus, quorum alia ad omnes passim homines, adultos intelligo, alia ad fideles, aliaque ad justos specialius pertineant. In primis cat. 18, post enumeratas num. 30, quæ in Evangeliis continentur diversas vitæ æternæ assequendæ rationes, sic eum sermonem concludit, n. 31: *Cum hominum amans sit Dominus, non unam nec alteram tantum, sed plures ingressus in vitam æternam aperuit januas*, ut omnes, *quantum in ipso est, ea nullo impediente perfruantur*. Christum pro omnibus mortuum docet cat. 13, n. 1, 2, 3, 4, num. 28, quod quidem eo sensu interpretatur quod primo Christus pro toto hominum genere Deo propter peccatum inimico ac mortis sententia condemnato, pretium non sufficiens solum sed superabundantissimum sua morte persolvit, et iram Dei placavit. Ita hujus catech. n. 33 et 2. Secundo, quod in orbe toto [CLXXXVIII] ignorantiæ fame et nocte pressos satiavit et illuminavit, peccatorum catenis constrictos solvit, et peccatis mortuos vitæ reddidit: ita num. 1 et 2. In hoc sensu non sufficientiam pretii, sed ejusdem applicationem spectat; quam in Ecclesia per totum orbem fusa ac credentibus in Christum concludit; quos catechesis ejusdem, n. 40, vocat *mundum credentium in crucifixum hominum*. Tertio, quoad hanc pretii mortis Christi applicationem per baptismum et Christianam fidem, omnes ad quos Dei verbum prædicatione ministrorum defertur, ad gratiam vocari et invitari ait. Cat. 1, n. 1, *Ad redemptionem vestram paratissimus adest unigenitus Dei Filius: « Venite, inquiens, omnes qui laboratis* [27], » etc.: cat. 3, num. 2, *Sponsus omnes sine discrimine vocat, quoniam liberalis et larga est gratia, et alta præconum voce omnes colliguntur; ipse vero deinceps discernit eos qui in nuptias ingrediuntur.* Nuptialem videlicet et candidam vestem postulat, hoc est eos animi virtutes, quas cum conferre Dei sit, auditoribus suis Cyrillus toto catecheseon opere apprecatur a Deo. Justis præterea, quandiu perseverant in justitia, docet adesse vigilem Spiritus sancti custodiam et tuitionem, cat. 17, num. 37, quem sacramentis chrismatis effectum esse ait cat. 21, n. 7. Additque citato catechesis 17 loco: *Daturus est tibi omnis generis gratiarum dona, si non illum per peccatum contristaveris.* Ac definite pronuntiat in testimoniis ex cat. 16 et 17, supra recitatis, num. 48, paratum esse Spiritum sanctum omnes suis donis impertire, *modo illi ostia aperiant*, per fidem oculorum cæcitatem deponant, ad eum suscipiendum se præparent. Quæ non de prima Spiritus sancti gratia dicuntur, sed de subsequentibus et amplioribus, quæ fidei, orationis, et bonorum operum merito impetrantur. Nam ad primam ac prævenientem ejusdem gratiam fides, et oratio, ac meritum pertinent, uti ex Cyrillo probavimus. Infidelibus propter indignitatem, quia suos ipsi oculos occluserunt, gratiam et Evangelii lumen auferri ait Archelaus, et in hunc sensum explicat quod in Scripturis dicitur, Deum excæcare cogitationes infidelium; referente et probante Cyrillo cat. 6, n. 28. Additque: *Ubi voluntaria pravitas adest, ibi et gratiæ subductio,* ἀποχὴ τῆς χάριτος. Quod de infidelibus oblatam sibi veritatis lucem rejicientibus dictum totus significare videtur contextus. Duas mitiores affert Cyrillus interpretationes num. 29: prima est Deum prava infidelium cogitata excæcare et auferre, et hominibus per id salutem impertiri; altera, Deum imbecillis et obtusis infidelium cordibus Evangelii fulgorem occultare. Cat. 15, num. 17, exponens Pauli verba: *Mittet eis Deus operationem erroris* [28], illud *mittes*

[24] I Thim. I, 14. [25] Rom. VII, 23. [26] Rom. V, 20. [27] Matth. XI, 28. [28] II Thess. II, 10.

pro *fieri concedet* positum existimat: ac sentire videtur Deum non permissurum esse eos qui Antichristum sequentur falsis ejus miraculis in errore confirmari, nisi quia prius ipsi increduli Christo qui veritas est, *approbaverunt injustitiam, hoc est Antichristum.* Ex quibus ea Cyrilli sententia colligitur, nec fideles donis sancti Spiritus privari nisi propter fidei defectum, nec infideles oblatam lucem respuentes in obdurationem Dei permissu cadere, nisi in pœnam incredulitatis. Gratia [CLXXXIX] vero fidei et orationis, qua cætera drinceps impetrantur, divinæ munificentiæ donum est ex Cyrillo, indignis et inimicis concessum, et a Spiritu sancto, dona sua sicut vult distribuente, quibus velit misericorditer datum. Quod donum cum multis ex superabundantia gratiæ efficax sit, nonnullis interdum suæ cupiditatis vi gratiæ resistentibus datur.

56. Hæc forte quam par erat copiosius ac diffusius persecutus sum; sed magni interest Ecclesiæ traditionem de gravissimo doctrinæ Christianæ capite diligenter enucleare. Quod si quis in cæteris Patribus diligenti studio et accusatione præstet, non tantum quantum vulgo putatur, Græci Patres a Latinis dissentire fortassis deprehendentur. Ante Augustinum, fateor, non erant collata simul, diffusius explicata, cum omnibus suis conclusionibus comparata, et in unum doctrinæ corpus coagmentata principia illa quibus suffulcitur et constat Augustinianum et catholicum de gratia systema. Exstabant tamen Ecclesiæ precibus consignata, et fidelium ore confessa, et Patrum prædicatione tradita ipsa principia.

CAPUT VIII.

De baptismo et confirmatione, distinctis sacramentis. Vis baptismi Joannis, Christianique supra ipsum præstantia. De baptismi aquei citra casum martyrii omnimoda ad salutem necessitate; et baptismi ab hæreticis dati validitate.

57. Quotuor hæc capita, de quibus in notis pro argumenti dignitate et copia disserere non licuit, hoc uno capite conjungimus.

Baptismus et confirmatio diversa Cyrillo teste ac judice sacramenta.

Millesius Protestantium suorum premens vestigia, in suis ad Cyrillum nostrum notis, præsertim 1 et 2, in cat. 21 nota, sacri chrismatis unctionem quæ post baptismum dabatur, *baptismi ritum esse, ad eum solum pertinentem* affirmat; qualis erat uncto catechumeni ex oleo exorcizato, quæ baptismum præcedebat. At unctionem chrismatis diversum omnino a baptismo esse ex Cyrilli sententia sacramentum, facile omnino demonstratur. Non illud hic urgebo, quod Cyrillus de unctione catechumeni obiter et expedite paucis verbis cat. 20, num. 3, disserit, integram catechesim chrismatis sacri unctioni attribuit; quod cum mystagogicas catecheses pollicetur cat. 18, n. 33, de priori unctione silens, posteriorem, ut gravissimum Christianæ institutionis mysterium, sibi explicandam proponit; quod cat. 20, n. 4 et 5, absolutam in trina demersione, per neophytorum regenerationem, datamque illis passionum Christi participationem, baptismi actionem significat; quod cat. 21, n. 1 et 4, quemadmodum res duas numerat, *Christi baptismum, et sancti Spiritus in eum adventum, ita et in nobis sacrum baptisma, et mysticum unguentum*; quod ut locis citatis sacrum chrisma cum baptismo componit, ita et illud cum Eucharistia comparat cat. 21, n. 7; cat, 22, n. 7, 8 et 9: quod denique cat. 23, num. 1, sacramenta recensens, quæ in quatuor præcedentibus mystagogiis explicarat, sic loquitur [CXC]: *Abunde in præcedentibus synaxibus, Deo, clementer largiente audivistis tum de baptismate, tum, de chrismate, et participatione corporis et sanguinis Christi*; verbis quibus indicatur eamdem inter chrisma et baptisma differentiam intercedere, ac inter idem chrisma et sacram Eucharistiam; ac duabus primis mystagogicis catechesibus omnem baptismi rituum et effectuum absolutam expositionem fuisse. Hæc, inquam, omnia prætermitto, ut rem totam una hac argumentatione confician. Sacramenta vocamus, sacros ritus et cæremonias gratiæ effectrices; quorum nonnulla præter gratiam quam conferunt, imprimunt quoque in anima characterem. Qui itaque sacri ritus distinctam gratiam ac distinctum characterem habent, distincta sunt sacramenta. Sacrum chrisma distinctum et separatum a charactere baptismi, sibique proprium Cyrilli sententia characterem imprimere abunde probavimus ad procatechesin, n. 16, nota 2, pag. 12: nunc ex eodem probandum distinctam ab utroque gratiam produci.

58. Primo quidem, remissionem peccatorum spectat Cyrillus uti proprium ac præcipuum baptismi effectum; communicationem vero sancti Spiritus, uti peculiare sacri chrismatis munus, qua in communicatione comprehendit etiam dona gratiarum, quæ illo tempore secundum uniuscujusque fidem ac devotionem animi satis vulgariter a Deo concedebantur. Atqui utramque gratiam magno discrimine feparat: tum quod ea in re maxime distinguit Joannis et Christi baptismata; tum vero etiam magis his disertis testimoniis cat. 1. n. 5: *Remissio peccatorum ex æquo datur omnibus, communicatio vero Spiritus sancti ad proportionem fidei uniuscujusque conceditur.* Similis habetur locus cat. 13, n. 23: *Accipis nunc peccatorum tuorum remissionem, et spiritualis donativi regis tui munificas gratias.* Spiritus sancti gratiam in confirmatione comparat donativo militibus ab imperatore supra stipendium dato; et cat. 17, num. 37: *Si credideris, non solum remissionem peccatorum accipies, verum etiam humanis viribus superiora efficies... Tantum gratiæ accipies, quantum capere poteris.* Gratiam baptismi spectare videtur ut in omnibus æqualem; confirmationis, uti pro diligentia ab unoquoque apportata diversam. Omnes baptismi ritus catechesibus prima et secunda mystagogicis

descripti ad remissionem peccatorum pertinent; cum ad chrisma transitur, de ea nihil auditur amplius. Fatendum tamen quod cat. 17, num. 15, Spiritui sancto attribuit, quod in baptismate spinas peccatorum concidat et absumat, et animam nitentem reddat et splendidam. Sed nihil nos cogit id ad chrismatis gratiam referre, cum sit hic regeneratisnis ad baptismum proprie pertinentis effectus. Secundo itaque, propria baptismi gratia regeneratio est, et transitus a morte peccati ad vitam. Hoc effectu, et communicatione passionum Christi, jus nobis et spem ad resurrectionis et gloriæ Christi participationem tribuente propter imitationem quam baptismus gerit mortis, sepulturæ ac resurrectionis ejus, totum Cyrillus concludit mysterii baptismatis effectum, coque solo ejus cæremoniarum expositionem terminat cat. 20, num. 4 et 5. Addit revera quod [CXCI] Spiritus sancti donum et adoptionis gratiam conciliet; at id intelligendum de jure per illum nobis dato ad sacrum chrismo, quod baptismum confestim consequebatur, et in eo quodammodo comprehendi poterat; hic enim ex Cyrilli sententia proprius sacramenti chrismatis effectus, ut modo probabitur, alia nempe a regeneratione gratia est, quam chrismate conferri docet cat. 21, primum ipse Spiritus sanctus, cujus divinitas in ipso chrismate præsens illud reddit *Spiritus sancti effectivum*, num. 3, permittatur scholastica illa vox, sola vim Græcæ ἐνεργητικόν reddens: tum deinde ait, dum corpus visibili unguento perungitur, *animam Spiritu sancta vivificoque sanctificari.* 2° Spiritum ad hunc nobis effectum conferri ait ut nos adversus salutis hostes armet totos, n. 4, ut sit animæ et corporis præsidium et tutela, et doctoris vices teneat, n. 7, hi certe distincti ab regeneratione effectus. 3° Cum baptisma mortis Christi communicationem tribuat ex Cyrilli mente, aliam nobis cum Christo communicationem per sacrum chrisma conferri docet; nimirum communicationem unctionis ejus, qua a Spiritu sancto super se visibiliter illapso perunctus est post baptismum. Cat. 21, num. 1: *Vobis*, inquit, *similiter postquam ex sacrorum laticum piscina ascendistis, datum est chrisma illius antitypum quo unctus est Christus: quod est Spiritus sanctus*; et n. 2: *Quemadmodum Christus vere crucifixus est, et sepultus et resurrexit; vobis autem in baptismate per quamdam similitudinem una cum ipso crucifigi, et sepeliri et resurgere divina dignatione datum est, ita et de chrismate contingit. Ille intelligibili exsultationis oleo peructus est, id est, Spiritu sancto..., vos vero unguento uncti estis Christi participes et consortes effecti.* En diversam ab ea quam baptisma confert, cum Christo societatem. Hujus effectus est communicatio nominis ejus, ut ipsi Christi dicamur, n. 1, quique ante Christianorum nomine proprie digni non eramus, sed eo tantum contendebamus, veritatem hujus nominis per sacrum chrisma consequamur, n, 5, ut demum aliquam in Christi sacerdotio partem comparemus, cat. 18, n. 33; cat. 21, n. 6. 4° Adoptionis gratiam Cyrillus sacro chrismati velut propriam attribuere videtur. Id suadet, quod cat. 20, n. 6, Spiritus sancti donum, et adoptionem pro una eademque re habet: quod cat. 3, n. 14, et cat. 11, n. 9, ait quemadmodum Christus post baptismum et visibilem in ipsum sancti Spiritus superventum paterna voce cælitus audita declaratus est Filius Dei; ita descendente super nos post baptismum Spiritu sancto, paternam vocem auditum iri de unoquoque dicentem, *hic nunc factus est filius meus*: quod cum Joannis baptismo donum spiritus collatum neget, eodem actu adoptionis quoque gratiam eidem aufert: ejus effectum sola et nuda peccatorum remissione concludens, cat. 20, n· 6, quod tandem ibid., n. 1. per donum Spiritus sancti, formam Christi in nobis imprimi ait; per quam illi similes facti, dictique cum ipso Christi, adoptionem quam Deus in illa similitudine constituit, consequimur. Hæc autem, quanquam maxime probabile efficiant, Cyrillum adoptionis gratiam sacramento [CXCII] chrismatis propriam adjudicasse; haud tamen ut ita dicamus, penitus cogunt; possunt enim de solenni adoptionis per Christi baptismum datæ declaratione et absignatione intelligi. Nam cat. 21, n. 1, ex quo in Christum baptizati ipsum induimus, similem cum ipso formam nos comparasse docet. At baptismo dicto nos Christum induere, doctrina ejus est, cat. 19, n. 10, et cat. 20, n. 2.

59. Hæc ad distinguendas utriusque sacramenti notas et proprios characteres abunde sufficiunt. Haud tamen inficior, Cyrillum cum Patribus permultis confirmationem interdum in actione baptismi comprehendisse: seu quoniam ipsa baptismi perfectio et complementum est; seu potius quoniam uno tempore cum baqiismo conferebatur; ac baptismi nomine generalius sumpto includebatur quidquid illud comitaretur et consequeretur. Eodem quoque modo eademque ratione Eucharistiæ quoque bona et fructus nonnulli Patres in baptismi actione et effectu complectuntur: quod Albertinum sæpe fefellit, ad ipsum baptisma proprie dictum referentem, quod de sacra communione, post baptismum et confirmationem in ipsa paschali vigilia neophytis data dictum fuit.

De Joannis baptismi efficacia, et Christiani baptismi super ipsum excellentia.

60. Joannis baptismo Cyrillus vim remittendi peccata et ab igne æterno liberandi attribuit. Cat. 3, n. 7, sic loquitur de suscipientibus illud baptisma: *Primum ostendebant vulnera* (per confessionem peccatorum); *deinde ille medicamenta apponebat, et redemptionem ab igne æterno credentibus conferebat*: quod Scripturæ auctoritate probpre satagit. Idem cat. 20, n. 6, *Nemo ergo putet baptisma in remissionis peccatorum duntaxat et in adoptionis gratia consistere; sicut erat baptismus Joannis, quod solam peccatorum remissionem conferebat.* Non hæc Cyrillo singularis opinio, sed ipsi cum antiquissimis

et noblissimis Patribus communis. Ita censet Eusebius Cæsar. lib IX *Demonst.*, cap. 5, pag. 430, et in Isaiæ cap. XXXV, vers. 2; Juvencus *Hist. evang.* lib. I, vers. 367, et lib. III initio; Hilarius, qui *in ps.* CXVIII, litt. 3, n. 5, supponit Joannis baptismo datam peccatorum remissionem, quemadmodum per baptismum Christi: Optatus, lib. V, n. 5, qui et Joannis baptisma ante resurrectionem Christi collatum, iteratum fuisse negat; Basilius, hom. 13, pag. 409; et lib. I *De bapt.*, cap. 2, pag. 559; Greg. Naz., orat. 34, pag. 694; Gregorius Nyss., homil. *in Basilium fratrem*, pag. 482; Ambrosius, qui *in ps.* XXXVII, num. 3, per illud baptisma, *hominem peccatum omne deposuisse docet, ne obnoxius incipiat esse suppliciis*; Prudentius poeta, in hymno jejunantium, stropha 15, vers. 960; Paulinus, poemate 6, vers. 263 et seqq.; Cyrillus Alexandr., *Thesauri* assert. 11, p. 106, quanquam contrarii aliquid habere videatur *in Joan.* lib. II, p. 157; Basilius Seleuciensis, orat. 18, p. 103; Petrus Chrysologus serm. 13; Auctor sermonis de Theophania, apud Chrysost., tom, VI, p. 253; Titus Bostrensis qui in Lucæ III caput ait: *Joannis baptisma licet peccatorum remissionem adjunctam habebat, non eam tamen ex se habebat, sed ex pœnitentia.* Distinguit [CXCIII] hic auctor vim sacramenti, ut loquuntur theologi, *ex opere operato, et ex opere operantis*; solam hanc postremam dimittendi peccata virtutem Joannis baptismo attribuens. Eademque forte nonnullorum, quorum nomina supra retulimus, sententia fuerit. Multos tamen ex eis hac subtilitate omissa nulloque facto discrimine, eodem modo quo per baptismum Christi, dimitti Joannis baptismo peccata censuisse, diserta eorum testimonia dubitare non sinunt: in his Cyrillum possumus accensere. Hanc sententiam Augustinus, qui cum Patribus permultis auctoritate et antiquitate gravissimis adversariam tuetur, improbare non audet, ac sequi permittit; tantum, ne par Joannis baptismo cum Christi baptismate vis et potestas attribuatur. Sic ille lib. V *De bapt. cont. Donat.*, cap. 10, n. 12: *Si baptismo Joannis peccata dimittebantur, quid amplius præstare potuit baptismus Christi eis, quos Paulus post baptismum Joannis Christi baptismo baptizari voluit? Tamen, ne quisque contendat etiam in baptismo Joannis dimissa esse peccata, sed aliquam ampliorem sanctificationem eis quos Paulus jussit denuo baptizari per baptismum Christi fuisse collatam, ago non pugnaeitor.* Augustini ratio omnes qui secuti sunt theologos ita commovit, ut deserta in scholis jam dudum illa opinio sit, quæ baptismo Joannis remittendi peccata vim adjudicat. Sed in notanda opposita sententia, eadem moderatione qua Augustinus, usa est synodus Tridentina sess. 7, can. 1. Cum enim non ignoraret eam a gravissimis Patribus olim propugnatam fuisse, unum illud in fidei definitione proscripsit, quod unanimi Patrum omnium, etiam qui Joannis baptismate remitti peccata docuerunt, assensu et conspiratione proscriptum erat: nimirum *baptismum Joannis eamdem vim habuisse cum baptismo Christi.* Nihil certe a Cyrilli sententia magis alienum.

61. Eam enim inter ambo baptismata differentiam constituit, quæ inter eorum auctores Joannem et Christum. Cat. 3, n. 9, *Quid amplius de homine verba faciam? magnus Joannes, sed quid is ad Dominum? vox quidem est altisona, sed quid ad Verbum? Bonus ille qui in aqua baptizat; sed quid ad illum qui baptizat in Spiritu sancto et igni? Spiritu sancto et igni baptizavit apostolos Salvator, quando factus est repente de cœlo sonus*, etc. Primum hic adumbrat utriusque baptismi discrimen, et primam Christiani baptismatis super Joannis baptismum prærogativam, quod ille Spiritum sanctum conferat, alter non conferat. Id docet cat. 17, n. 8: *Joannes ad hoc sanctificatus est ut Dominum baptizaret, non conferens Spiritum, sed eum qui Spiritum conferebat annuntians*, et cat. 20, num. 6, Joannis baptismi vim sola et nuda peccatorum remissione concludens, Christi baptismo ut proprios effectus attribuit Spiritus sancti donum et adoptionis gratiam, quæ quidem pro uno habere videtur; et communicationem passionum Christi. Donum illud sancti Spiritus baptismo Christi proprium, nihil mihi videtur aliud præter gratiam confirmationis. Illud enim donum est quod apostolis in die Pentecostes concessum est; ut ipse significat jam citato catechesis tertiæ [CXCIV] loco. Sed, inquies, donum illud alienum est a baptismo, distinctumque ab ipso sacramentum est: quamobrem nullam potest baptismi nostri super Joannis baptismum exsuperantiam constituere. Respondetur primo, in comparatione utriusque baptismi, Cyrillum Scripturæ vestigiis inhærentem non solum baptisma stricte et proprie dictum respicere, sed illud omnibus suis adjunctis et appendicibus comitatum; quorum confirmatio est, quæ sacramentorum alterum est quo prius perficitur et consummatur. Et sane quoties vel Joannes suum comparat baptismum cum baptismo Christi, Matth. III, 11; Marc. I, 8; Luc. III, 16; Joan. I, 33; vel suum itidem Christus cum Joannis baptismo, Act. I, 5, vel Paulus utrumque, Act. XIX, 2, 7, omnes præcipuam Christi baptismatis excellentiam in dono Spiritus sancti, apostolis in die Pentecoste dato, et nobis post baptismum per impositionem manuum communicato constituunt. Secundo, licet ad baptismum proprie dictum, quod aquæ perfusione absolvitur confirmationis gratia non pertineat; ad eamdem tamen ille jus nobis tribuit, ac proxime disponit. quod Joannis baptismus non præstabat. Tertio, quanquam in dono Spiritus sancti specialius ac præcipue spectetur gratia confirmationis, sunt tamen alia ejusdem Spiritus sancti dona per baptismum proprie strictequе sumptum communicata; ut remissio, et abolitio integra peccatorum; characteris impressio, adoptionis concilia-

tio, de quibus, modo dicetur, n. 62, 63. Objectio altera : si Joannis baptisma Spiritus sancti donum non conferebat, quomodo remittebat peccata? Jam respondi donum illud Spiritus sancti baptismo negatum, ex Cyrilli mente primo ac præcipue confirmationis gratiam esse ; deinde alia ejusdem dona Christi baptismo stricte sumpto proprio quæ infra describentur. Cum autem remissio peccatorum sine Spiritus sancti operatione, Cyrilli etiam sententia, perfici non possit, Joannis baptismus qui illam conferebat, non poterat ex eodem omnino donis Spiritus sancti carere. Remissio peccatorum animæ sanctificatio est. Atqui Cyrillo pronuntiante Spiritus sanctus rerum omnium sanctificator est, cat. 16, num, 3, cat. 17, num. 2. Ait apostolos peccatorum *in virtute Spiritus sancti* condonandorum potestatem accepisse, cat. 14, n. 22, idem ex ejus sententia de Joanne dicendum ; Spiritui sancto in auditores baptismatis tempore venturo tribuit, quod spinas peccatorum consumpturus in eis sit, et animam nitentem ac splendidam redditurus, cat. 17, n. 15 : eidem igitur remissionem peccatorum adhibuit.

62. Secunda Christiani baptismi supra Joannis baptismum prærogativa a Cyrillo numeratur adoptionis donum, cat. 20, n. 6. Eadem Basilii sententia est : Ἰωάννης, inquit ille, hom. 13, pag. 409, ἐκήρυσσε βάπτισμα μετανοίας . . . Κύριος κηρύσσει βάπτισμα υἱοθεσίας. *Joannes prædicabat baptismum pœnitentiæ... Dominus prædicat baptismum adoptionis*, subjungit : *Illud introductionis baptisma*, εἰσαγωγικόν. *Hoc perfectionis*, τελειωτικόν. *Illud, secessio a peccato : hoc, familiaris cum Deo conjunctio*, οἰκείωσις πρὸς Θεόν. Eadem laudatæ jam n. 60 de Theophania [CXCV] orationis auctor apud Chrysostom. tom. VI, pag. 253, qui Joannem sic loquentem inducit. *Ego pœnitentiæ prædicator, ille* (Christus) *adoptionis dator. Ego vos baptizo in aqua, tanquam vasa peccatorum sordibus inquinata præmundans : ille gratiæ unguentum infundet.* Ammonius in caten. *in Joan.* ad cap. III. ŷ 26, ait Joannis baptisma voluntaria sincere pœnitentibus dimisse peccata : Christi baptismum omnium peccatorum remissionem contulisse, ac præterea Spiritum sanctum et adoptionis dignitatem. Sed illud quæritur, possitne a remissione peecatorum; adoptionis et familiaritatis cum Deo donum sejungi, iisque qui a peccatis mundati fuerint, jus cœlestis hæreditatis cernendæ negari? Nam peccata solum infusione charitatis dimittuntur, I Joan. III, 14, charitas vero Dei filios nos facit. Ibidem ŷ 10. Primum, non agitur quo jure res natura conjunctas illi Patres separaverint. Satis separatas existimarunt, ut magnum propterea inter utrumque Joannis et Christi baptismum intervallum admitterent. Id ad cognoscendam de præstantia Christiani bapbismi supra baptismum Joannis traditionem sufficit : nec omnium hujusmodi dictorum pressius ac severius exigenda ratio est. Deinde non soli illi adoptionem a remissione peccatorum distinxerunt. Ita Isidorus Pelusiota lib. III, epist. 395 : *Ne existimes, amice, baptismum peccata duntaxat anferendi vim habere ; verum etiam et adoptionis et divinæ cognationis, et innumerabilium aliorum, sive jam commemoratorum sive prætermissorum bonorum efficiens esse.* Ita Theodoretus *Hæret. fabul*, lib. V, cap. 18, de baptismo loquens : *Non solum veterum peccatorum remissionem donat; verum etiam spem nobis inserit promissorum bonorum, et Dominicæ mortis ac resurrectionis consortes nos constituit, et sancti Spiritus doni participationem largitur, et filios Dei facit.* Omitto eos qui medium inter gehennam et regnum cœlorum locum distinxerunt ; quam multorum Patrum sententiam fuisse notum est, ut infra dicemus num. 65, illi remissionem peccatorum et liberationem a gehenna possent ab adoptione et jure cœlestis hæreditatis adipiscendæ suo jure sejungere ; primumque baptismo Joannis, alterum Christi baptismo tribuere. Verum ab hac medii ac tertii loci distinctione Cyrillus abest longissime : quanquam Ambrosius qui ab eadem alienus videtur fuisse, *in psal.* XXXVII, n. 3, baptismo Joannis solam immunitatem a suppliciis tribuit ; Christi baptismo præterea gratiam, hoc est, ut ego intelligo et Ambrosiani textus consequentia significant, jus ad vitæ cœlestis hæreditatem. Quod si utrasque res pœnitus discutiamus, licet divina nunc misericordia conjunctæ sint, magno tamen intervallo sejunctæ sunt. Cum enim sub Deo justo judice nemo, nisi mereatur, miser esse possit, id justis et pœnitentibus qui peccata absterserunt, eorumque remissione donati sunt, ex justitia debet Deus ne eos in gehennam præcipitet; hic Cyrilli aliorumque sententia baptismi Joannis, qui peccata dimittebat, effectus. Ut autem liberatis a gehenna, jus insuper ad cœlestis hæreditatis consecutionem attribuat, misericordiæ est. Quanquam enim justis operum bonorum merito vita [CXCVI] æterna ex justitia debeatur, jus tamen illud non aliud, præter divinam eamque gratuitam et ejus ex beneplacito profectam promissionem, fundamentum habet. Augustinus *in psal.* XXXII, num. 9 : *Teneamus Deum fidelissimum debitorem, quia tenemus misericordissimum promissorem.* Quia tamen res natura separatæ, Deo volente conjunctæ sunt, ut qui remissionem peccatorum et sanctificationis gratiam accepit, suo jure tanquam Dei Filius æternæ vitæ hæreditatem exspectare possit ; nec Cyrillum nec alios ejusdem sententiæ, ita remissionem peccatorum ab adoptione distinxisse putem, ut hæc segregata seorsim subsistere voluerint : quare quod de adoptione ad remissionem peccatorum in Christi baptismo addita docent, non de ipsa proprie et stricte dicta adoptione, quæ in remissione peccatorum includitur. intellexerim ; sed de solemni ejus declaratione et obsignatione. Id ut, omissis cæteris, de Cyrillo sentiam facit, quod illud adoptionis donum a peccatorum remissione distinctum, sacramento chrismatis proprium facere videatur, ut

supra dixi num. 58. Qui ergo baptismum solum sine chrismate accepisset, quod iis contingebat qui in oppidis vel pagis a presbytero vel diacono baptizabantur, cat. 17, n. 35, is adoptionis dono tandiu caruisset. Hunc tamen solo baptismo accepto, Christo insitum, et participem mortis Christi factum jus ad ejusdem resurrectionis gloriosæ participationem consecutum docet cat. 20, n. 7, jus illud sine adoptione esse non potest. Simile jus ad gloriam acquisivisse qui et liberationem a gehenna per Joannis baptismum adeptus esset, necessario debuit existimare Cyrillus ; qui cum nullum medium inter gehennam et regnum cœlorum agnoscat, eum qui a gehenna liberatus sit, regno cœlorum idoneum necessario debet confiteri. In hoc autem ad regnum jure adoptionis potissimum sita prærogativa est.

63. Strictim absolvo cæteras ex Cyrilli mente Christiani baptismi supra Joannis baptimum prærogativas ; quæ quidem ad baptismum proprie dictum pertinent. Tertia itaque consistit in imitatione mortis, sepulturæ et resurrectionis Christi ; per quam ejus passionum meritum et effectus nobiscum communicatur : ita ut Christo insiti per similitudinem mortis ejus a nobis in baptismi actu expressam, jus et spem communicandæ quoque gloriosæ resurrectionis ejus adipiscamur, cat. 20, n. 6 et 7, et cat. 3, n. 12 ; hoc munere caruit Joannis baptisma, ibid. num. 6. Quarta est characteris impressio : quem si Joannis baptismus animæ impressisset, non fuisset iteratus. Characteris vero impressionem ad Spiritum sanctum pertinere docet Cyrillus, cat. 3, n. 3 ; cat. 4, n. 16 ; cat. 16, n. 24, etc. ; cat. 17, n. 35. En igitur donum Spiritus sancti a confirmatione distinctum, quod Joannis baptismo negatum baptismi proprie dicti effectus est. Quinta prærogativa : cum Joannis baptismus Cyrilli sententia nudam et solam remissionem peccatorum præstaret, quam non idcirco sequeretur maculæ cujusdam post peccatum dimissum superstitis, et pœnæ vel in purgatorio vel in igne judicii luendæ abolitio, baptismus Christi, idemque solus omnes peccatorum cicatrices et notas in anima et corpore etiam post sanationem [CXCVII] residuas abolet, cat. 18, num. 20, omnem apud Deum delictorum memoriam abstergit, cat. 15, num. 23, cat. 3, num. 15, homo velut resuscitatus ac conformatus Christo, nihil veteris hominis retinet, cat. 3, num. 12, cat. 20, n. 3. Hanc plenam peccatorum purgationem Spiritui sancto tribuere videtur, in apostolis primum die Pentecostes effectam, deinde in nobis simili ejusdem spiritus illapsu efficiendam cat. 17, n. 15, ut hunc quoque effectum Joannis baptismo tributum a Cyrillo dicamus nihil nos cogit : contra solius Christi baptismi esse ait, cat. 18, n. 20, et cat. 15, n. 23, et alioqui hunc Christi mortis et resurrectionis in eo expresse effectum esse non obscure indicat, citatis ex cat. 3 et 20 locis. Alias, præclare agitur cum baptismo Joannis, si eamdem vim illi cum nostro pœnitentiæ sacramento tribuamus. At Patres multi quod ad cat. 18, n. 20, citavimus, huic sacramento cicatricum abolitionem vel plane negant, vel attribuere non audent : quorum sententiæ suffragari videtur Cyrillus, hunc solius baptismi effectum esse affirmans.

De omnimoda baptismi ad salutem necessitate.

64. Tantæ ad salutem necessitatis baptismum re et effectu susceptum existimavit Cyrillus, ut solis martyribus sine aqua regni cœlestis ingressum aperiat. Ita cat. 3, n. 10 : *Si quis baptisma non recipiat, salutem non habet ; solis martyribus exceptis, qui etiam sine aqua regnum accipiunt ;* et num. 4, adducto Christi testimonio : *Nisi quis natus fuerit denuo ex aqua et Spiritu sancto, non potest iutroire in regnum Dei* [29] ; ait *sine ambobus, aqua* nimirum *et spiritu*, neminem *posse perfectionem bonsequi*, ac subjicit : *Neque si qnis aqua baptizetur at Spiritum non accipiat* (pravæ videlicet animi inductionis causa, procat. n. 2, cat. 17, n. 36), *grattam perfectam habet ; neque, si quis etiam virtutum operibus instructus signaculum per aquam non recipiat, ille cœlorum regnum ingressurus est.* Vehementer cupiam hæc de eo, qui se justum putans baptismum contemnat, intelligere. Sed quo tandem modo, cum infra in exemplum producat Cornelium, baptismatis sane non contemnentem, et quo pacto eum qui illud contemnat virtutum operibus instructum, ἔνάρετος τοῖς ἔργοις, vocaret ? cum dicat eadem cat. n. 10 : *Si Filius Dei est baptizatus, ecquis baptismum poterit salvo pietate contemnere?* Deinde in citato ante ex n. 4 loco, sententiam suam asperam fatetur, *audax videatur hæc oratio, sed non mea :* cujus asperitas nulla respectu adultorum erit, si votum ac desiderium baptismi, non secus ac martyrium, baptismi defectum suppleat. Nanc sententiæ asperitatem non mitigat ; contra probat tum auctoritate Christi *qui eam sententiam tulit ;* tum Cornelii exemplo, qui quanquam *justus vir et angelorum visione habitus dignus precibus*, et eleemosynis acceptus Deo ; insuper post adventum Petri ad eum cœlitus missi, Spiritus sancti linguarum et prophetiæ dono dignatus, et in anima per fidem regeneratus, baptizari tamen jussus est, ut corpus quoque per aquam gratiæ particeps efficeretur. Hujus sententiæ rationem repetit cat. 3, n. 10, et cat. 13, n. 21, duplici ex causa, 1° ex eo quod, Christi [CXCVIII] latere post ejus mortem in cruce perfosso, fluxit sanguis et aqua, duplicis baptismatis, nec plurium, symbolum. Id Patrum turbam secutus pronuntiavit ; 2° ex necessitate confessionis fidei ; quæ cum in baptismo rogantibus Ecclesiæ minisris fiat, in martyrio fit rogantibus tyrannis.

[29] Joan. III, 5.

65. Non hæc propria et singularis Cyrilli animo insedit opinio. Citantur in eam rem aut citari possunt auctor *Recognitionum* sub nomine S. Clementis lib. I, n. 55, et lib. VI, n. 8; auctor Clementinarum homiliarum, homil. 11, n. 25 et 26; Gregorius Naz, orat. 40, pag. 652, et commentator ejus Nicetas in eum locum; Gregor. Nyssenus, tom. II, *Oratione in Differentes baptisma*, pag. 126; Chrysostom., homil. 24 *in Joann.*, pag. 159, et homil. 62, pag. 402, et homil. 3 *in Epist. Pauli ad Philipp.*, pag. 32 et 33; auctor sermonis *De cæco nato et latrone*, apud eumdem, tom. VI, pag. 441, et auctor sequentis homiliæ *in triduanam resurrectionem*, pag. 445; Gennadius, *De ecclesiast. dogmatib.*, cap. 41; Fulgentius, lib III *De veritate præd. et grat.*, cap. 19, in libro *De fide ad Petrum*, cap. 3, num. 41, et in epistola ad Ferrandum *De baptismo Æthiopis*, cap. 2: Arnobius junior, *in psal.* CXXIX; Hesychius, lib. II *in Levitic.* ad cap. VI, ℣ 27; auctor. *Histor. de Barlaam et Josaphat*, cap. 8; Rabanus Maurus, qui lib. IV *De univers.*, cap. 10, Gennadii sententiam laudat et probat. Eadem ad Orientales sectas doctrina pervenit. Joannes patriarcha Alexandrinus Jacobita, laudatus a clarissimo viro, locupletissimoque universæ eruditionis penu, Eusebio Renaudot, tom. V *Perpetuitatis fidei*, lib. II, cap. 2, de adulto sine baptismi gratia decedente rogatus, respondet illum etiamsi Jeremiam precibus, Jobum eleemosynis, Abraham hospitii gratia superarit, in flammas gehennæ præcipitatum iri. His addi possent ii, qui duplicem tantum aquæ et sanguinis baptismum distinxere, ut Tertullian., *De baptismo*. cap. 13; Cyprian., *De exhort. martyrii*, pag. 168; Hieronymus, lib. XIII *in Isa.* cap. XLVIII, ℣ 21; Prudentius, hymno *Demiraculis Christi*, stroph. 29, et *Peristephanon*, carm 8, vers 15 et seqq. Ii quoque, qui cum alibi disertis testimoniis doceant baptismum expetitum ad salutem sufficere; aliis tamen in locis, sive sibi ipsi contradicentes, sive ad præsentem quæstionem non attendentes, generales de omnimoda baptismi re suscepti ad salutem necessitate sententias protulerunt. Quem in locum abeant ii qui nulla sua culpa baptismi expertes ex hac luce secesserint non inter eos omnes convenit. Alii gehennæ nulla misericordia addicunt. Gregorius uterque Nazianzenus et Nyssenus. et Nicetas medium quemdam ut felicitas ita et supplicii, expertem locum eos excipere docent. Ambrosius, lib. II *De Abrah.*, cap, 11, n. 84, *infantem* et adultum *aliqua præventum necessitate*, ne baptismum suscipiant, a regno cœlorum excludit; et subdit: *Habeant tamen illam opertam pœnarum immunitatem: nescio an habeant regni honorem.* In eodem fortassis ordine locari possunt, qui infantes sine baptismo decedentes in hoc medio loco constituunt; ut auctor *Quæstionum ad Antiochum*, quæst. 115, tom. III, Athanas., pag., 296; Severus Antiochen, catena *in Joan.*, ad cap. III, ℣ 3; [CXCIX] Cosmas Ægyptius, lib. VII, pag. 295; auctor *Quæstionum ad orthodoxos*, apud Justinum quæst, 13, etc. Sed ab ea causa Cyrillus abest longissime. Duas enim tantum post extremum judicium, hominum sortes novit, gehennam et regnum cœlorum. Vid. cat. 15, n. 26; cat. 18, n 19, et cat. 1, n. 2, quo loco ait: *Sancto ac ratione prædito Christi gregi accenseamini, ut olim ad ejus dexteram segregati paratam vobis vitam hæreditate consequamini. Quibus enim adhuc peccatorum asperitas adhœrescit, illi a sinistris constituentur; eo quod ad gratiam Dei, quæ in lavacri regeneratione per Christum datur, non accesserint.* Superest ergo ut igni æterno addicat eos quibus baptismus nulla sua culpa defuerit.

60. Quam ego sententiam omnibus ejus dictis ac decretis adversantem comperio. Primo enim cat. 18, n. 31, statuit: *Cum hominum summe amans sit Dominus, non unam nec alteram tantum, sed plures ingressus in vitam æternam januas aperuisse, ut omnes, quantum in ipso est ea nullo impediente perfruantur.* Sed is, qui ad suscipiendum baptismum legitime præparatus, eo nulla sua culpa privatur; nullum ex se ad vitam æternam affert impedimentum, peccatorum pœnitens, baptismum expetens, eumque quantum in se est recipiens. Deus ergo solus impedit ne ad vitam æternam perveniat. Inter eas, quas longo ordine Cyrillus enumerat n. 30, a Deo subministratas vitæ æternæ obtinendæ rationes, recenset mandatorum observationem, secessionem a peccato, omnium derelictionem propter Christum, fidem. Atqui fieri potest ut omnia hæc impleverit, qui sine baptismo, morte præventus decesserit. Secundo, desiderium efficax bonorum operum efficiendorum, cum ipsa opera morte ac necessitate præoccupati exsequi prohibemur, sufficere, ac fidem ipsorum vicem adimplere docet cat. 13, n. 31, de pio agens latrone, sicque de eo loquentem Christum inducit. *Vult justa opera facere latro, sed mors eum præoccupat. Non tantum opus moror, sed et fidem acceptam habui.* Desiderium igitur baptismi, baptismi ipsius locum tenere debet; eoque favorabilior hominis baptismo nulla sua culpa privati causa est; quod non, sicut latro, recens conversus, sed longo forte bonorum operum exercitio probatus sit, ac *virtutum operibus instructus*, ut loquitur Cyrillus cat. 3, n. 4, cum tamen a regno cœlorum propter baptismi defectum illum excludat. Tertio, cat. 5, n. 6, ait Abrahamum, cum filium sacrificaturus colligarit et lignis imposuerit, *voluntate* ac merito *sacrificasse*, Deo sacrificii exsecutionem impediente. Nonne similiter martyrii voluntate ac desiderio, ac sincera animi præparatione, martyrii ipsius meritum comparari potest? Ambros. lib. II *De Isaac*, c. 8, n. 76, *Cujus*, inquit (mortem martyrum intelligit), *non est impar charitas, quæ adæquatur martyrum passioni, ut auferat meritum delictorum.* Hanc ad martyrium præparationem, quæ martyrii meritum contineat, supponere possumus in homine, qui baptismi gratia nullo suo vitio ac negligentia fraudatur; Cyrillus autem non dubitat martyrium vicem

baptismatis adimplere. Quarto, meritum et vim ad salutem sive baptismi suscepti sive martyrii Cyrillus ponit in fidei confessione, [CC] ut ex ipsi vidimus sup. num. 64. Atqui homo nulla sua culpa baptismo privatus, potuit fidem confiteri vel coram tyrannis aut hæreticis, aut alioqui fidei inimicis, vel in Ecclesia coram sacerdotibus Symbolum recitando. Habere igitur debet vel martyrii vel baptismi meritum. Ea me permovent ut credam, quod si Cyrillus his suis principiis attendisset, aut specialius de causa hominis sine baptismo nulla sua culpa decedentis rogatus fuisset ; responsurum illum fuisse, hominem illum si alioqui peccata digne emendasset, salutis expertem non futurum. De Ambrosii et Augustini circa expetiti baptismatis sufficientiam sententia dubium nullum esse potest. Vix tamen apud Cyrillum expressiores occurrunt adversus eam opinionem sententiæ. Ambrosius, lib. II. *De Abrah.*, cap. 11, num. 79, *Nemo ascendit in regnum cælorum nisi per aquam baptismatis* ; et num. 84, « *Nisi quis renatus fuerit* [30], » etc, *Utique nullum excipit, non infantem, non aliqua præventum necessitate. In psal.* CXVIII, serm. 3, num. 13, triplicem baptismum distinguit : Ecclesiæ baptismum per aquam et Spiritum sanctum ; baptismum sanguinis ; et baptismum ignis purgatorii in die judicii. De mysteriis, cap. 4, n. 20, *Credit etiam catechumenus in crucem D. Jesu. Sed nisi baptizatus fuerit in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, remissionem non potest accipere peccatorum, nec gratiæ spiritualis munus haurire.* Augustinus quoque multa habet suæ ipsius sententiæ de sufficienti ad salutem baptismi voto contraria. Serm. 4, num. 9, cap. 8, *Catechumenos usque ad baptismum persequuntur peccata* ; tract. 13 *in Jean.*, n. 17, *Quantumcunque catechumenus proficiat, adhuc sarcinam iniquitatis suæ portat. Non illi dimittitur, nisi cum venit ad baptismum ; De symb. ad catechumenos*, tract. 1, cap. 8, n. 15, *Catechumeni quandiu sunt, super illos sunt peccata eorum* ; serm. 27, n. 6, pro occulto Dei judicio habet, quod *ille cum catechumenus bene vixerit, subita ruina mortuus est et ad baptismum non pervenit.* Epistola 228, consultus de pastorum fuga tempore persecutionis, notat eo tempore potissimum ad Ecclesiam concurri solere, cum alii baptismum, alii in pœnitentia constituti vel admissorum peccatorum conscii, absolutionem a peccatis requirant : tum ne ministri huic necessitati desint, eos considerare jubet, n. 8 : *Quantum exitium sequitur eos qui de isto sæculo vel non regenerati exeunt, vel ligati. Quantus luctus fidelium, qui eos secum in vitæ æternæ requie non habebunt.* Idem tamen longe ante lib. IV *De baptismo*, cap. 22, n. 29, expresse declarat, *non tantum passionem pro nomine Christi id quod ex baptismo deerat posse supplere, sed etiam fidem conversionemque cordis ; si forte ad celebrandum mysterium baptismi, in angustiis temporum succurri non potest.* Nihil prioribus Augustini et Ambrosii testimoniis apud Cyrillum expressius. Potuisset ergo, si quæstionem nostram accuratius examinasset, a sua sententia discedere.

De baptismo ab hæreticis collato.

67. Hunc Cyrillus nullum et invalidum, et ab Ecclesia iterari declarat his procat. num. 7 verbis : *Non licet bis aut ter lavacrum suscipere. . Unus enim Dominus, et una fides, et unum baptisma* [31]. [CCI] *Hæretici namque solummodo rebaptizantur ; siquidem prius illud baptisma non erat.* In his verbis duo distinguenda : Cyrilli opinio de invalido hæreticorum baptismo, et Ecclesiæ Hierosolymitanæ in illis rebaptizandis usus. Hæc, inquam, distinguo ; potuit enim Cyrillus generalem sibi de nullo et casso hæreticorum omnium baptismo informare sententiam, ex eo quod nonnullos in sua Ecclesia viderit, dum ad catholicam revertuntur, rebaptizari. Primum itaque de Cyrilli sententia ago. Vix dubitari potest quin generalem de omnibus hæreticis sententiam pronuntiet ; hoc enim testimonio, quo revera ille error evertitur, *unus Dominus, una fides, unum baptisma*, ad eumdem errorem confirmandum utitur cum Cypriano : concludens, sicut extra Ecclesiam nec vere Dominus colitur, nec reperitur vera fides, ita nec verum ac ratum baptismum inveniri. Non utar hoc loco ad excusandum Cyrillum ea defensione, quam Theodorus Studita lib. I ad epist. 40 *ad Constitutiones apostolicas* et Basilium adhibet, cum ambo hæreticorum baptisma rejiciunt : nimirum *Apostolico canone eos hæreticos vocari, qui in nomen Patris et Filii et Spiritus sancti nec baptizati sint nec baptizent.* Alienam enim a Cyrillo censeo insuetam hanc ac restrictam hæresis notionem ; nec ab eo reprobatum universim hæreticorum baptismum miror. Celebratum revera jam fuerat plenarium illud concilium tantopere apud Augustinum decantatum, quo agitata Stephanum inter et Cyprianum de valido invalidove hæreticorum baptismate contentio finita erat. Sive enim Arelatense, sive Nicænum, obscurum illud concilium dixeris, utrumque jamdudum terminatum fuerat. Verum longe etiam post illa tempora notum est multos Patres hæreticorum baptisma pro nullo habuisse : sive nondum satis cognita et evulgata in Oriente hujus plenarii concilii definitio, quod de Arelatensi concilio dictum sit ; sive non satis diserta expressaque visa sit, quod ad concilium Nicænum pertinet. Cum enim in eo Novatiani reverteutes sine novo baptismo recipi jubeantur can. 8, sequitur revera baptismum hæreticorum non esse ob unam causam hæresis nullum ; sed potuit illa consecutio non attendi ; præterea non deerat exceptioni locus, cum Novatiani passim pro schismaticis magis quam pro hæreticis haberentur, ratamque baptizandi formulam nec verbis nec mente corrumperent. Nam plurimis visum est, non solam quæ

[30] Joan. III, 3. [31] Ephes. IV, 5.

verbo fiebat, sed eam quoque, quæ prava duntaxat interpretatione inducebatur, formæ baptismalis corruptionem, irritum et nullum baptismum efficere. Ita sensisse videtur Athanasius, orat. 2, n. 42 et 43, aiens multas hæreses in baptismo SS. Trinitatis personarum nomina quidem pronuntiare : verum cum recte non sentiant, inutilem esse quam donant aquam. Nicæno ille concilio interfuerat Optatus, quanquam Africanus, quam provinciam proprie respiciebat Arelatensis concilii canon 8 : Optatus, inquam, Milevitanus, lib. *cont. Parmenianum*, n. 12; schismaticorum baptisma probans, hæreticorum diserte rejicit. At lib. II, n. 8, et lib V, n. 1 et 3, omne datum in nomine Trinitatis baptisma probare videtur, modo tamen adsit recta (ex parte [CCII] saltem suscipientis quem *credentem* vocat, ab *operante* seu ministro distinguens) in eamdem Trinitatem fides. Quam quidem suscipientis fidem cum tam studiose requirit, videtur ad mentem concilii Arelatensis facere. Basilius, epist. 1 canonica can. 1, pag. 20, cum parasynagogarum baptismum admittat, schismaticorum pro consuetudine locorum recipi vel rejici jubeat; hæreticorum constanter uti nullum cassumque repudiat, tametsi in Patrem et Filium et Spiritum sanctum baptizent. Nazianzenus, orat. 40, n. 25, pag, 637, quemvis baptismi ministrum probat, modo catholica fide informatum, S. Ephræm, orat. de S. Basilio, Gr. ed., p. 403, Arianos ait, cum Valentis filium parvulum (sexennis erat) baptizarent, *aqua baptizasse, non Spiritu*. Epiphanius Anacephalæosi, num. 5, p. 151, *aliquos ex Catholicorum partibus, privata sibi factione conflata, præter Ecclesiæ consuetudinem et citra concilii generalis decretum, eos qui ab Arianis ad suas partes transeunt iterum baptizare non vereri*, ait ; *cum ea res universalis synodi judicio decisa non sit*. Non ergo Nicænam synodum arbitrabatur causam illam finivisse. Ambrosius, *De mysteriis*, cap. 4, num. 23, *Non sanat baptismus perfidorum ; non mundat, sed polluit ;* Asterius Amasenus. *in psal.* VI ; *Monum. Eccl. Gr.* Coteler., tom. II, p. 61, parvulum ab hæreticis baptizatum, *non baptizatum, sed in hæresim immersum*, et ab ipso vitæ ingressu *naufragium jam passum esse decernit* ; Hieronymus, quanquam in Dialogo *contra Luciferianos* hæreticorum baptisma diserte defenderit, in multis tamen locis pro nullo irritoque habere videtur, ut *in Ecclesiasten*, cap. VII, ℣ 27, lib. I *in Oseam*, cap. II, ℣ 5, et lib. III, c. X, ℣ 10, et cap. XIII, ℣ 4 ; et *in Ephes.*, cap. IV, ℣ 6. Hæc ad excusandam Cyrilli opinionem abunde sufficiunt : quam certe, si non citius, saltem anno 381 correxit, cum in concilio Constantinopolitano una cum cæteris Patribus, canone 7, multos ex hæreticis sine baptismate novo recipi decrevit. De Ecclesiæ Hierosolymitanæ ante hæc tempora in rebaptizandis hæreticis usu, jam pauca.

68. Hanc Ecclesiam repræsentabat olim Firmilianus ad Cyprianum scribens, uti diversis in consuetudinibus ac præcipue circa celebrationem Paschatis a Romana dissidentem. Non refert utrum in baptismatis hæreticorum causa eadem quoque diversitas locum haberet, cum tamen id esset de quo agebatur : silentiumque illud nonnullam subministrat contrarium præsumendi causam : quanquam exemplo, quod in ipsum retorquere in promptu esset, non videtur usurus fuisse Firmilianus. Eusebius tamen, lib. VII *Hist.*, cap. 2, de nata inter Asianos et Romanum pontificem controversia circa baptismum hæreticorum, agens ait *antiquam consuetudinem invaluisse, ut in hominibus ad catholicam reversis sola manuum impositio cum precationibus adhiberetur*. Id sine dubio provinciæ suæ Palæstinæ usu æstimabat. At *Constitutiones apostolicæ* ad usum Ecclesiarum Syriæ et Palæstinæ maximam partem *expressæ* lib. VI, cap. 15, baptismum hæreticorum uti nullum rejiciunt. Utut sit, Ecclesiam Hierosolymitanam Nicæni concilii decretis adhæsisse merito jure supponitur ; quosque concilium illud hæreticos sine novo baptismate recipi jubet, non [CCIII] rebaptizasse. Pauci in ea se ad conversionem offerebant hæretici, qui non vitato baptismo uterentur. Nullos alios ab hæreticis conversos notat Cyrillus præter Manichæos, quod ad baptismum una cum cæteris præparabat cat. 15, n. 15, quo loco ad eos sermonem convertens ait : *Erudiantur qui ex Manichæis conversi sunt, nec amplius luminaria divinitate donent*, etc., quæ ad conversos jamdudum, ac fidelibus diuturno tempore aggregatos, non videntur dici potuisse. At Manichæi baptismum habuerunt a legitimo Ecclesiæ ritu adeo discrepantem, ut etiam quæstio sit non facile explicabilis, num omnino baptismum agnoscerent. Eorum certe baptismus tanta impuritate ac fœditate contaminatus erat, ut ne illius modum enarret, pudore se prohiberi Cyrillus dicat cat. 5, n. 33. Cum totis catechesibus Manichæos præ oculis habeat, studioseque omni loco exagitet, quod in nullis aliis hæreticis facere deprehenditur, concludi inde possit hos pene unos hoc tempore in Hierosolymitana parœcia conspectos. Fuisse Marcionistas in Palæstina testis est Epiphanius, hæresi 42, num. 1, deque eorum conventiculis ac Dominicis loquitur Cyrillus cat. 18, n. 26, eos cum Manichæis conjungens. De Marcionistis dubia res num consuetam baptismi formam commutarint. Horum baptisma Basilius, epist. 1, can. 1, ab initio rejectum testatur sicut Manichæorum, Valentinianorum et Pepuzenorum ; aitque, epist. 2, can. 47, Marcionistas ab Ecclesia [sua] non recipi, nisi in nostrum baptismum baptizati fuerint. Inde non injuria dubitatur num vera baptismi formula uterentur. Hanc certe, Cyrilli sententia, si non verbis, at mente et intelligentia gravissime corrumpebant : unius Trinitatis loco tres deos prædicantes cat. 16, num. 4 et 1, Patremque et Spiritum sanctum, quorum in nomen baptizamus, a Creatore mundi et Spiritu qui prophetas inspiravit separantes. Quæ quidem secundum intelligentiam baptismalis formæ corruptio, sufficiens ut

vidimus n. 67, nonnullorum opinione rebaptizationis fundamentum. Nihil itaque miri si, quod tamen nullo monumento probari potest, Jerosolymis rebaptizarentur Marcionistæ. Cataphrygum quoque seu Montanistarum et Pepuzenorum meminit Cyrillus, cat. 16, num, 8, quos concilium Nicænum, can. 17, Laodicenum, can. 8, et Constantinopotitanum, can. 7, novo cum baptismate admitti præcipiunt: nec mirum, si non sensu solum, verum etiam verbis, in Patrem et Filium et Montanum baptizabant, ex Basil. epist. 1 can. 1. Sabellianos ex nomine sæpe appellat Cyrillus; Paulianistarum errorem aliquando, nomen nunquam recenset. Hos concil. Nicænum, can. 19, illos Constantinopolitanum, can. 7, ad Ecclesiam revertentes baptizari jubent. Nihil de veteribus hæreticis ab Cyrillo commemoratis dicam, Simone Mago, Menandro, Basilide, Gnosticis, Valentinianis, etc., quorum illa ætate pene exstinctæ hæreses, adhuc vitiata vel verbis vel intelligentia certe baptismi formula utentes. Arianos Cyrillus a diversis exsiliis redux sine dubio multos in Ecclesiam recepit: eorumque multos ab invasoribus Ecclesiæ suæ Arianis baptizatos offendit. At eorum nullos novo baptismate initiasse igitur: [CCIV] seseque suppponendus est conformasse legi per totam Ecclesiam constitutæ, ut sola Nicæni concilii subscriptione, eaque professione quod Spiritus sanctus creatura non sit, reciperentur. Præceptum id erat in conc. Alex. sub Athanasio an. 362, et a Paulino Antiocheno assensum; a Basilio, epist. 203, pag. 222, et a Liberio post concilium Ariminense, teste Siricio epist. 1, ad Himerium Tarracon., can. 7, *quod*, inquit Siricius, *totus Oriens Occidensque custodit.* Pneumatomachos Cyrillus an. 380, agente Melania et Rufino, Ecclesiæ reconciliavit; ambo Romanæ Ecclesiæ consuetudinis astricti, rebaptizari eos nec probavissent nec assensissent. Idem eodem tempore suam schismaticis Apollinaristis per Gregorium Nyssenum communionem efferebat; novus sane baptismus non proponebatur. Ex his omnibus id probatum et confectum reor, Ecclesiam Jerosolymitanam tempore Cyrilli, ac Cyrillum ipsum, non omnes ad Ecclesiam revertentes hæreticos baptizasse: nec probari posse alios ab eis rebaptizatos, præter eos quos vel concilia de novo baptizari præcipiunt; vel vitiata saltem quoad sensum baptismatis formula usos esse constat.

CAPUT IX.

De reali Christi præsentia in Eucharistia et transsubstantiatione; in quo inanes Albertini ad elevandam vim testimoniorum Cyrilli argutiæ refelluntur; generales in Albertinianam respondendi rationem observationes.

69. Ea testimoniorum Cyrilli pro utroque catholico dogmate multitudo, ac perspicuitas est ab omni fuco aut ambage, aut metaphorico genere locutionis aliena, ut e Protestantibus sinceriores sententiæ suæ adversarium se habere Cyrillum candide ingenueque profiteri æquitatis esse duxerint. Unus ex eis est, quem ego honoris causa nomino, Ernestus Grabius, cujus tamen Cyrillianæ sententiæ explicationi in omnibus assentire non possum: qua de re sub finem capitis 11, num. 91, nonnihil dicturus sum. Aliunde ea Cyrilli antiquitas et Ecclesiæ Hierosolymitanæ auctoritas est, ut si Catholicis dedatur, hæretici sibi causa cecidisse videantur. Quamobrem nullum non lapidem movit Albertinus ut Cyrillum nobis eriperet: salebrosisque in locis cum se versari non ignoraret, tantum nihilominus in speciem sibi sumit fiduciæ, ut nullo magis loco se jactet, adversariosque suos omnes bardos, stupidos, imperitos, nihil videre dicat. Ex illis est videlicet quibus nihil intra est oleum, nihil extra in nuce duri. Adeo perstrinxit oculos Thomæ Millesii jactantia hæc, ut abunde fracta ab illo existimans deprompta a Catholicis ex Cyrillo in Protestantes tela; nihil in suis ad catecheses mystagogicas notis ad illa Cyrilli testimonia de se respondeat, sed verum illorum sensum ex Albertino requiri jubeat: cujus integrum caput secundum ex libro secundo *De sacramento* vel potius contra sacramentum Eucharistiæ, præclaræ instar appendicis ad calcem suæ Oxoniensis editionis appinxit. Mihi fidei quoque meæ vindicandæ exemplum dedit; ac [CCV] necessitatem imposuit, ne minus in propugnandis catholicæ doctrinæ præsidiis studiosus videar, quam ille in oppugnandis. Parato itaque in ejus editione toxico necessarium in hac nostra antidotum opponere officii mei esse duxi: et quanquam ad prolixam Albertini catholicorum argumentorum confutationem brevi oratione responderi non possit, mihi liberum non fuit onus illud effugere. Non ignoro Albertini cavillationes jamdudum in libris eximia eruditione et rationum vi conscriptis explosas atque ejectas esse, ut eorum diligentiæ vix quidquam adjici posse videatur; nosque ex eorum industria multum profecisse, ac multa ab eis delibata huc fatemur contulisse, horum vestigia sequi laudi ducentes: verum eorum causa nonnihil a nostra dissimilis. Illi ampliori in stadio positi, causam Patrum omnium tuendam habentes, non suscepta singulorum indagatione, generalia solummodo principia atque argumenta protulere, quæ singulis applicata vim sententiarum ab ipsis profectarum aperiant, et falsas omnes interpretationes ejiciant. Nobis augustius spatium et in contracto labor est. Unius enim Cyrilli sententia nobis, ex accuratiori verborum ejus examine ac toto ejusdem doctrinæ scopo et instituto aperienda, illustranda ac propugnanda est. Quod, Deo propitio, ita nos præstitisse speramus, ut nullum jam de Cyrilli doctrina circa transsubstantiationem dubium cujusquam animo hærere posse videatur. Eumdem cum Albertino ordinem sequemur. Ille descripta apud Bellarminum ex Cyrillo argumenta sibi singulatim objicit, suamque eisdem confutationem subjicit; nos iisdem argumentis iterum propositis

ac nova interdum robore confirmmatis, quis reponat Albertinus referemus, cavillationumque ejus futilitatem demonstrare satagemus· Sed antequam ad rem accedamus, ipsa generatim Albertiniana respondendi ratio ac forma proponenda est, generalesque in eam observationes præmittendæ: quæ quidem universalis confutationis locum tenere possint, et nos importuno eadem ad singulas argumentationes repetendi et ingeminandi onere liberent.

70. Ac primo quidem Albertinus tametsi causæ suæ se maxime præfidentem ostentet, Cyrillianorum tamen testimoniorum vim totam sentiens, nihil prætermittit, quo pondus illis omne detrahat. Cyrillum ipsum invidia omni onerat: communicationis cum Arianis, variationis in fide et communione, zeli erga impietatem, contentionis ambitiosæ de primatu accusat. A sanctissimi præsulis persona, in ejus scripta impetum faciens, catecheses *in adolescentia* auctoris scriptas non sine certo consilio notat, Romanorum codicum e quibus Prevotius catecheses Græcas edidit, suspectam sibi fidem, Danaumque fraudes et inimicorum dona metuere se ait. Eas in variis locis corruptas esse pro re demonstrata indubitabilique supponit. Mystagogicarum nec eumdem stylum nec eamdem auctoritatem se teste ac judice decernit. Dato tamen eas Cyrilli vere esse, nihil in eis contineri quod catholicæ causæ faveat, ostendere aggreditur, Nihil hic dicam de imprudenti et frivola Albertini accusatione in Cyrillum, catecheses [CCVI] ejus, et qui eas edidere; hæc enim a nobis partim in Præfatione generali, partim in dissertationibus de vita et scriptis Cyrilli repulsa et rejecta sunt: ejus tantummodo ad Catholicorum argumenta respondendi rationem specto: quæ tota in subtilitate consistit. Cum sibi objicit ex Cyrillo, non esse dubitandum quin panis et vinum eucharisticum sint corpus et sanguis Christi, respondet *mysticum et symbolicum corpus*, hoc est, *sacramento et virtute*: quod nimirum eucharistica dona figuram referant corporis Christi, ejusque vobis virtutem et efficaciam sua sumptione communicent: quemadmodum aqua baptismalis et sacrum unguentum, ejusdem Cyrilli sententia, nuda non sunt elementa, sed vim sanctificandi continent Si objicias ex miraculo conversionis aquæ in vinum, Cyrillum confirmare mutationem panis et vini in Christi corpus et sanguinem; parata responsio ex multis mutationibus metaphoricis in ore Patrum communibus. Aiunt enim sanctos homines in angelos transmutari, impios in bestias: sanctorum animas per justitiam in divinam naturam, imo et corpora in resurrectione in spiritalem animæ naturam, et in ipsam divinam naturam transmutari; Christum sive in incarnatione, sive post ascensionem totum Deum factum, humanitatem in divinam naturam transisse: aquas baptismi Christi sanguine rubricatas. Sibi objicit Albertinus quod Cyrillus dicat sub typo et figura panis dari in Eucharistia ipsum corpus Christi. Ita intelligendum reponit, panem esse typum corporis, seu corpus typicum; ac multa cumulat loca in quibus res ipsa quæ est typus et signum, voci typus in regimine subjicitur: quemadmodum dicitur, *signum circumcisionis*, *typus Jonæ*, pro circumcisio *signum*, *Jonas typus*. Aitque sic Christi corpus in typo panis nobis dari, sicut a Patribus dicitur Christus in typo manna patribus datus, in imagine et figura bestiarum omnium in Veteri Testamento sacrificatarum immolatus. Nihilo magis moratur quod per Eucharistiæ participationem, Christo consangues et concorporei effici dicamur. Idem enim de baptismo dictum a multis Patribus pertendit: qui quidem fere omnes id de Eucharistia cum baptismo sumpta loquuntur. Nec plus difficultatis reperit in eo, quod sumpto et distributo in membra nostra Christi corpore et sanguine Christiferi efficimur. Negat enim dici posse quod verum Christi corpus in membra nostra distribuitur. Christiferos autem pios homines eo quod Christum in mente gerant vulgariter appellari. Si objicias Cyrillum dicere, non credendum sensibus panem et vinum in Eucharistia renuntiantibus, sed fidei Christi corpus et sanguinem esse docenti, qui enim videtur panis, panem non esse, etc., respondet Patres eodem modo in aquis baptismalibus sensuum judicio non esse standum affirmavisse: panem et vinum id acquisixisse ut corpus typicum et sanguis sint, quod gustus non deprehendit. Cum denique objicit sibi, quod Cyrillus in sacra communione regem Christum suscipi dicat et jubeat adorari: in promptu habet, Christum suscipi in signo suo seu sacramento, quod rei significatæ nomine passim appelletur; et adorationem rebus a Deo maxime diversis tribui solere. [CCVII] Hoc generale Albertinianarum responsionum a nobis peculiariter exponendarum specimen et exemplum. Interim generales ad eam respondendi rationem has observationes habe, quæ possint pro omni responsione sufficere.

71. Prima itaque sit observatio: Si Albertiniana Cyrilli vocum et sententiarum interpretatio veram S. Patris mentem, et ejus auditorum intelligentiam repræsentet, duo juxta ridicula, ab omni humana consuetudine abhorrentia, ac rerum naturæ plane contraria consequentur. Primo necesse est Cyrillum, eum nempe doctorem qui in exponendis apte, breviter et dilucide nostris dogmatibus singulari facultate præditus fuit, ut vel sola testatur quarta catechesis, cum rudibus neophytis ecclesiasticam de Eucharistia doctrinam presse, simpliciter ac circumscripte proponendam ac declarandam haberet, in hoc solo capite, tantum a sua dicendi et exponendi facilitate desertum, tam elinguem et imperitum subito evasisse, ut nulla quibus mentem ac sententiam suam diserte expediteque proponeret verba invenire potuerit: contra iis verbis et sententiis usum, quibus alienam prorsus, et ex toto oppositam ei, quam habebat in animo, doctri-

nam enuntiaret, ut e nostris Catholicis vix quisquam disertius quam Cyrilli verbis, catholicum dogma exprimere ac declarare voleat. Quid facilius Cyrillo quam dicere : Mystici panis et vini participes facti estis, quæ corporis et sanguinis Christi appellatione donata sunt; non quod panis et vinum esse desierint; reclamant enim sensus panem et vinum ut prius demonstrantes; sed quod, precibus Ecclesiæ et Spiritus sancti superventu sanctificata, panis nudus et nudum vinum non sint amplius; verum figuram gerant corporis Christi, occultamque sensibus eorumdem virtutem et efficaciam in se contineant? Quid Calviniano vel imperitissimo hac oratione facilius ac promptius? Eodem pene modo Cyrillus vim aquæ baptismalis, olei exorcizati, sacri chrismatis aperte planissimeque proposuit, nulla verborum pompa et ambage quidquam amplius de horum elementorum vi ac potestate disputans, quam eorum conditio ferebat. At in Eucharistia, pro simplici illa oratione, quam supra descripsimus, in contraria fertur omnia : nempe panem et vinum post invocationem jam transmutata, panem et vinum ultra esse negat, quidquid sensus contra renuntient; sed corpus et sanguinem Christi esse affirmat, quæ in figura panis et vini nobis ministrentur: id ex disertis Christi et Pauli verbis citra dubitationem ullam credendum; eademque potestate factum qua Christus aquas in vinum convertit. Quam elinguem et insanum qui ita loquatur Calvinianum? Secundo, si tanta in Cyrillo doctore ac magistro infantia aut potius mentis emotio supponenda : admirabilior e contra in auditoribus calliditas ac solertia supponenda est, ut ipsi doctoris sui orationi sensum ei quem verba præferebant contrarium, eum summa subtilitate excogitatum, a nullo edocti, communi consensu et conspiratione affingerent. Erant hi neophyti de cæteris Christianæ doctrinæ mysteriis præclare quidem docti et instituti; sed qui de [CCVIII] Eucharistia sibi diligentissime occultata nihil unquam inaudierant ante ipsam noctem Paschalem, in qua cum essent ad altare sacrum accessuri, breviter a catechista, et quantum per tempus licebat moniti fuerant, quænam esset mysteriorum inde ipsis distribuendorum ratio, cat. 18, n. 32. Quod si Cyrillus ipse per se præstitit, his fere verbis usus videtur : *In figura panis dabitur vobis corpus Christi, et in figura vini dabitur vobis sanguis ejusdem?* cat. 22, num. 3. Præterea, hanc sibi administratæ communionis formulam audiverant *corpus Christi, et sanguis Christi*, quæ significabat, id quod ipsis sumendum præstabatur, esse Christi corpus et sanguinem. Cui rei jussi erant subscribere respondendo *amen*, hoc est, *verum est.* Ante catechesim audierant prælectam sibi ex Paulo 1 Cor. XI, 23, lectionem, in qua frequens et inculcata corporis Christi mentio, figuræ efficaciæve nulla. Hinc male sane comparati erant, ut orationi Cyrillianæ eam accomodarent interpretationem quam ex Albertino attuli n. 70. Ea adeo a naturali verborum sensu recedit, tantumque subtilitatis complectitur, ut non ex re natam ac menti ex significatione vocum oblatam, sed studio et sagacitate conquisitam, et ad effugiendam vim veritatis laboriose excogitam agnoscas. Hæc quomodo sese neophytorum mente offerre potuit nulla prius, ne dicam contraria prorsus admonitione præparatæ, quæ subtilibus et eruditis adversariorum nostrorum ingeniis multo fortassis labore ac studio constitit?

72. Ad secundam observationem gradum facio. Dum perspicuis Cyrilli de reali Christi præsentia, vel elementorum in ejus corpus et sanguinem transmutatione sententiis alias Albertinus vel Cyrilli vel Patrum comparat sententias, quas in metaphoricum sensum intelligendas esse constat, ut ex hac similitudine priores illas metaphorice quoque sumi vel posse vel debere probet; multa peccat Albertinus. Primo multa sunt, ut inferius ostendam, Cyrilli testimonia, quibus nulla similia in metaphoricum sensum accipienda producit : illorum igitur vis tota et integra manet. Secundo locutiones quasdam uti motaphoricas proponit, quæ ad litteram sumendæ. Isthæc, verbi gratia, Isidori Pelusiotæ, lib. III : *Natura nostra Unigeniti cohæres effecta est, ac per sanctorum mysteriorum participationem concorporea ipsi reddita, et in ipsius carnem censetur, et quemadmodum corpus capiti, eodem modo ipsi copulatur*: et aliæ similes ab eo allatæ Cyrilli Alexandrini et S. Leonis sententiæ, ad litteram intelligendæ sunt de Christi carnis cum nostra commistione : atque in hoc peccat quod ad baptismum proprie dictum transtulit, quod ii Patres de tota baptismi actione, in qua Eucharistiæ continebatur participatio, dictum voluere. Tertio, cum sententiæ omnis ac dicti interpretatio ab adjunctis fere dependeat; quæque alioqui anceps videretur oratio, ex loco quem obtinet, antecedentibusque ac consequentibus ad sensum non dubium certo fixa determinataque sit; Cyrilli sententias discerpit Albertinus, avulsasque partes singulatim excutiens, ad metaphoricum sensum flecti posse exemplis probat. verbi gratia, quod concorporei et consangues [CCIX] Christi fieri dicamur; ait id a Patribus dictum de incorporatione nostra in mysticum corpus Christi, id est Ecclesiam per baptismum, nec ad ejus carnis participationem necessario pertinere. Quod *Christiferi* dicimur, Patres eam vocem vulgo de Christo in mente per amorem gestato interpretati : quod divinæ consortes naturæ fieri nos affirmat Cyrillus, id ad divinæ gratiæ in nobis inhabitantis effectum ab eis referri solere. Quod adorationis in modum proni Christi sanguinem sumere jubeamur, nihil hac voce *adorationis* magis ambignum, quæ angelis, hominibus, inanimis etiam rebus adhibeatur. Sed non observat, cum Cyrillus nos concorporeos et consangues Christi effici ait, factum id asseverare, *cum corpus et san-*

guinem Christi sub typo panis et vini nobis oblata sumpserimus. Cum *Christiferos effici;* addere, *distributo in membra nostra corpore ejus et sanguine.* Cum *divinæ fieri consortes naturæ;* id eodem in loco dicere, postquam omnibus argumentis et enuntiandi modis confirmasset Christi Dei corpus a nobis recipi: quæ sententiarum series et colligatio nullam circa singularum sensum dubitationem hærere permittit. Sic et conjuncta adorationis mentio cum Christo rege suscepto, illam ad supremum cultum omnino determinat. Quarto, cum multæ sint in Cyrillo et aliis Patribus sententiæ, quæ rem unam et eamdem diversis modis confirment et enuntient; nempe alibi dicit Christi corpus et sanguinem citra dubitationem ullam et repugnante licet sensuum testimonio credi debere; alibi panem et vinum in Christi corpus et sanguinem conversa esse; alibi, Christum regem a nobis suscipi, et idcirco adorari debere, etc. Albertinus singulis illis testimoniis similia opponit quæ metaphorice sumi debeant, sed ex diversis argumentis petita; cum eam metaphoricarum locutionum in uno et eodem argumento continuationem reperire non potuisset. Sic ad primam respondet, ut panis et vinum eucharistica dicuntur corpus Christi, ita pauperes a Patribus dici ipsum esse Christum, Christum esse petram. Ad secundam, Patribus familiare esse imo et Scripturæ ut dicant carnales homines in bestias transmutari. Ad tertiam, Evangelium, templa, etc., adorari dici. Sed tria illa sententiarum genera, quæ cum multis aliis uni Eucharistiæ tribuuntur, uni pariter ex propositis a se exemplis accommodata probet; ostendat dictum vel ab eodem Patre vel etiam a diversis Patribus, pauperes ita ipsum Christum esse, ut id ipsa Christi affirmatione pronuntiatum nemini liceat in dubium revocare, ac dicere pauperes non esse Christum: licet sensibus videantur distincti a Christo homines, in Christum ipsum, animam, corpus, et divinitatem ejus divina omnipotentia cui naturæ obediunt mutatos esse; in domum pro Christo recipiendos, et debita Christo adoratione ac cultu prosequendos. Idem dicas de altera sententia quod homines transmutentur in bestias: impudici, verbi gratia, in equos, iracundi in leones, deque similibus quas protuli. Nec vero sufficeret ut ad totidem Cyrilli sententias, totidem in eodem argumento opponeret metaphoricas locutiones: ad alias quoque Patrum de Eucharistia enuntiationes, alias quoque iis in eodem argumento [CCX] respondentes ipsum objicere oporteret. Cum Patres permulti dicant, verbi gratia, eucharistiam non esse figuram corporis Christi vel antitypum solummodo, sed corpus ipsum; similes afferat eorum sententias, qui negent pauperes esse figuras, imagines, repræsentationes quasdam Christi, locum ejus nobis ipso absente tenentes: affirmentque ipsos vere esse Christum. Quis enim nesciat aliam esse vim sententiarum multarum quæ diversis modis rem eamdem proponunt, declarant, et confirmant; qua in re nullus esse potest figuræ ac translationi locus; aliam separatæ cujusdam sententiæ quæ ad ornatum sermonis velut projicitur, secura et in tuto posita ejus intelligentia; haud tamen similibus congeminatis confirmari atque inculcari potest, quin aut a veritate aut ab humana loquendi consuetudine recedatur? Quamobrem ne vim alicujus catholicæ sententiæ effugisse se putet Albertinus, cum ei contrariam opposuit figuratam locutionem; nisi aliis deinde alias similiter ex eodem argumento locutiones opposuerit: quod neque fecit, neque porro facere potuisse securi affirmamus.

73. Tertia hæc erit observatio: quæcunque cumulat Albertinus metaphoricarum locutionum exempla, ea ad rem præsentem inutilia, nec ulla ratione possunt cum Eucharistia comparari. Eæ nempe ne ad litteram sumerentur ab auditoribus, vetabat vel rei ipsius absurditas et impossibilitas perspicua, vel Ecclesiæ fides et doctrina in auditorum animis præsens, et earum locutionum sensum dirigens: quæ cum ad litteram sumptæ sunt, continuo reclamatum est et rejecta falsa figuratæ sententiæ interpretatio. Exempla afferamus. Quantacunque vi orator Christianus in pauperibus Christum ipsum suscipi declamet, et quamvis multis modis illam sententiam ornet et verset: quantumcunque intonet iracundos homines leones esse; rapaces, lupos; impudicos, equos in feminam insanientes; hæcque omnia ex Scripturis confirmet: quamvis homines justos in baptismo angelos effici, imo et deificari dicat: nemo adeo imprudens futurus est, ut hæc omnia ad rigorem litteræ interpretetur. Idem dicito de istis quoque locutionibus Christum olim in omni sacrificio veteris legis mactatum, in typo manna Patribus exhibitum, addere poterat istas, eum in Abel occisum, in Isaac sacrificatum, in Joseph a Judæis venditum? quomodo enim hæc ad litteram passus crederetur qui nondum corpus habebat? aquas baptismales Christi sanguine rubras esse; hujus enim propositionis judices sensus qui contrarium renuntiant. Alias propositiones fides Ecclesiæ et doctrina animo præconcepta vetabat sumi ut sonant; nempe homine in resurrectione in angelos transmutatum iri; corpus in spiritualem et ætheream, imo in animæ substantiam evasurum, et divinum efficiendum esse: carnem et sanguinem non amplius futura; carnem Christi in divinitatem mutatam; corpus ejus divinis qualitatibus donatum; Deum in hominem mutatum: hæc enim omnia pie et innocue dicebantur, dirigente intelligentiam fide, a populis recte audita et intellecta. Cum autem hæc omnia hæretici proximo et obvio ac litterali sensu intelligenda [CCXI] affirmavere, continuo reprehensi et ab Ecclesia ejecti. Jam ut integra sit inter has sententias, et quas cum illis confert Albertinus comparatio; ostendat vel adeo insana et absurda esse nostra de reali præsentia et transsubtantiatione

dogmata, ut cum ea Patribus in speciem proponi et asseri viderentur, nemini venire possent in mentem vel statim atque deprehensum est nonnullos exteriori sententiarum sono deceptos, eas ad litteram de nostris dogmatibus intellexisse, redargutos et pro hæreticis habitos fuisse. Ne prius dicat Albertinus, obstat ille, fatente ipso, jam ab octo sæculis Latinæ Ecclesiæ in Patrum verbis ad eum modum intelligendus consensus: obstat Orientalium quoque Ecclesiarum omnium præsens saltem suffragium disertis earum testimoniis comprobatum : ne quid dicam de anteactis temporibus, cum non minus disertis monumentis perpetuam hanc earum fuisse fidem evidentissime demonstratum sit; tam multa hominum millia qui insaniæ accuset, is ipse suam insaniam proditurus sit. Non impediebat realis præsentiæ et transsubstantiationis impossibilitas ne crederetur, cum possibilem ipsi adversarii ultro fateantur : neque si possibilem negent, horum judicium norma cæterorum fuit, qui Deo nihil impossibile arbitrentur. Restat ut probet Albertinus ab Ecclesia reprehensos et hæreticorum numero habitos, qui primi realis præsentiæ et transsubstantiationis dogmata asserere sunt deprehensi : quemadmodum damnati, qui metaphoricas quas recenset Patrum locutiones ad litteram sumpsere. At contra prorsus evenit : sæculis fere omnibus, qui præsentiam Christi in Eucharistia ad figuram solum restrinxere, aut hujus opinionis suspicione afflati solummodo; diligenter emendati, vel in hæreticorum numero habiti. Quarto jam sæculo, qua de ætate tractamus, Theodorus Heracliotes, catena *in Matth.*, ad cap. XXXI, ℣ 26, pag. 340, et Macarius Magnes, in fragmento Græce a Turriano in lib. V *Clementin.*, et Latine a Coccio, tom. II, pag, 607, edito, hanc opinionem rejecerunt. Quinto sæculo, Theodorus Mopsuest., catenæ citatæ pag. 350 ; Patres scetiotæ hunc in monacho quodam per simplicitatem incredulo errorem, impetrato etiam miraculo emendarunt ; apud Coteler., tom. I *Monum.*, in apophthegmatis abbatis Danielis, n. 7, pag. 421, et apud Rosweid., lib V *Vit. PP.*, cap. 18; num. 3, Sexto, Leontius, lib. III *De Nestorianorum impietate* in occulto tradita, hanc in eis sententiam condemnabat. Septimo, Anastasius Sinaita eam, etiam sub nomine Gaianitæ gravissime propulsat et rejicit. Octavo, Damascenus, lib. IV *De orthod. fide*, cap. 14 ; concilium Nicænum, an. 787, act. 7; Elias Cretensis, in orat. 1 S. Greg. a Naz., not. 161, p. 200, 201. Nono, Nicephorus, in *Antirrhetico* 2, Theodorus Studita, *Antirrhet.* 1, *Cont. Iconoclost.* num. 10, Paschas. Ratbertus, etc. Sequentibus demum cum Græca tum Latina Ecclesia eos, qui figuram corporis Christi solummodo in Eucharistia agnoscerent, tanquam in gravissimo errore versantes pro hæreticis habuit. Idem ergo judicare debemus de iis qui litterales Patrum de Eucharistia sententias ad figuram detorse ac de iis qui metaphoricas Patrum de aliis rebus locutiones [CCXII] ad litteram intellexere : eaque regula qui ad litteram, quid sensu metaphorico intelligendum sit planissime designat, ac proinde æqua non est Albertini inter res adeo disparatas comparatio.

CAPUT X.

Afferuntur ex Cyrillo argumenta, quibus realis Christi in Eucharistia præsentia et transsubstantiatio comprobantur ; et a cavillis Albertini liberantur. Primum et secundum argumentum.

73*. Possent ad refellendum Albertinum sufficere, quas modo huic disputationi præfixi observationes. Sed ipsa catholica doctrina jam ex Cyrilli verbis ac sententiis diligentius excussis asserenda, et ab impetu adversariorum defendenda. Id diversis argumentis ex ordine præstabo.

PRIMUM ARGUMENTUM.

Sumitur ab his catechesis 23 verbis, quibus post prælectam ex Apostolo I Cor. XI, 23 et seqq. sectionem, sic orationem ingreditur : *Vel hæc sola beati Pauli institutio abunde sufficiens est, ut certam vobis de divinis mysteriis fidem faciat : quibus digni habiti, concorporei et consangues Christi facti estis. Ille enim modo clamabat : quod in ea nocte qua tradebatur Dominus noster Jesus Christus, sumpto pane et gratiis actis, fregit et dedit discipulis suis dicens : Accipite, manducate, hoc est corpus meum. Et sumpto calice ac gratiis actis, dixit : Accipite, bibite, hic est sanguis meus. Cum igitur ipse pronuntiaverit et dixerit de pane : Hoc meum est corpus, quis audebit deinceps ambigere ? et cum ipse asseveraverit et dixerit, Hic* (vel *hoc) meus est sanguis, quis unquam dubitaverit, aiens non esse ejus sanguinem ?* Commentario nostro tam perspicua verba non indigent : sed refellendus adversariorum commentarius. Primo, *abunde sufficiens* Cyrillo visa est *Pauli* de Eucharistia *institutio*, quæ in Calviniana sententia specie verborum fallit, ac præcipuo capite deficitur. Deest enim apud Paulum interpretatio necessaria illius modi quo Eucharistia dicitur corpus et sanguis Christi, *sacramento nimirum ac figura, et virtute atque efficacia.* Necessaria plane interpretatio, ne primo ac simplici verborum sensu, et congeminata inculcataque in consequenti Pauli contextu corporis et sanguinis Christi mentione in errorem adducamur ; necessaria, inquam, cum hujus interpretationis defectu, in realis præsentiæ ac transsubstantiationis sententiam Christiani pene omnes iis Pauli verbis adducti sint. At eam Cyrillus interpretationem necessariam non judicavit, qui contrariam plane toto virium conatu urget et inculcat. Secundo namque ait, *divinis mysteriis dignatos, concorporeos et consangues Christi factos nos esse.* Quod iterum repetit n. 3 : *In figura panis datur tibi corpus et in figura vini datur tibi sanguis, ut cum sumpseris corpus et sanguinem Christi, concorporeus et consanguis ipsi efficiaris.* Duobus modis ex Patrum doctrina unum corpus cum Christo efficimur pro ratione duplicis corporis Christi. Per baptismum enim, etiam a sacra communione se-

paratum, Ecclesiæ quæ mysticum Christi corpus est conjungimur et [CCXIII] incorporamur: idque Albertino concedimus perlibenter. At per Eucharistiam unum cum vero ac naturali Christi corpore, corpus efficimur Christi corporis ac nostri contactu, et utriusque commistione atque conjunctione corporea: quod per figuram et efficaciam a vero Christi corpore separatam fieri nequit. Quod de conjunctione corporis nostri cum vero Christi corpore loquatur Cyrillus; primum adjuncta omnia, antecedentia nimirum et consequentia, *dati et sumpti ac distributi in membra nostra corporis ejus et sanguinis* mentio, nihil aliud cogitare nos sinunt. Deinde de proprio Eucharistiæ et superaddito ad baptismum effectu agit; spiritalem vero in Christi corpus mysticum incorporationem jam in baptismi effectibus recensuerat, dum cat. 20, n. 7, per eum Christo veræ viti nos insitos, et cat. 3, n. 2, Christum induisse, et *similis cum Filio Dei, formæ συμμόρφους* factos ait; imo et ante baptismum per olei sacri unctionem, Christi sinceræ oleæ ejusque pinguitudinis participes effectos, in eamque oleam insertos, et per sacri chrismatis unctionem, Christi et unctionis ejus ex qua nomen invenit, participes et confortes factos docet, cat. 20, n. 3. Quid quod Ecclesiæ quæ sponsa Christi est, cat. 18, n. 26, auditores suos statim a datis ad baptismum nominibus filios factos ait, procat. n. 13. Quid post tam multas Christi spiritus ac mystici corporis participationes Eucharistiæ præstandum superat, nisi ut vero Christi corporis nos conjungeret?

74. Tertio, vis illa et constantia affirmationis qua Cyrillus præter morem utitur, congeminatis verbis, *cum* ipse *pronuntiaverit* et dixerit ἀποφηναμένου καὶ εἴποντος, *de pane hoc est*, etc., et *cum ipse asseveraverit et dixerit* βεβαιωσαμένου καὶ εἰρηκότος, « Hic *est sanguis meus* [32]: » et illa repellendæ dubitationis cura ac sollicitudo, *quis audebit, deinceps ambigere? quis unquam dubitaverit?* hæc, inquam, significant de re per se incredibili, quæque nuda sui expositione dubitationem in animum injiciat, agi. Quæ ut præclare catholicæ sententiæ conveniunt, ita nullum habent in Calviniana locum. Quid enim miri et incredibilis, si Deus pani figuram corporis sui et spiritualem quamdam efficientiam attribuere voluerit? non fuisset id Cyrilli auditoribus novum et insolens; qui audierant in Veteri Testamento attributum Christi corpori panis nomen, his verbis apud Jeremiam sibi in hunc sensum a Cyrillo explicatis cat. 13, num. 19, *Venite, injiciamus lignum in panem ejus* [33]: qui centies cat. 13, n. 19; cat. 14, n. 11; cat. 17, n. 19; cat. 20, n. 7, audierant ab eodem, Christum se veram vitem dixisse; unde consequens erat sanguinem ejus vino figuratum: qui denique sacramentorum elementis assistentem spiritualem gratiam ex magistri institutis ascribere insueti erant. Docuerat enim eos aquam baptismalem per Trinitatis invocationem *vim sanctitatis* acquirere, cat. 3, n. 3, oleum exorcizatum, vim peccatorum vestigia depurgandi et dæmones abigendi, cat. 20, n. 3, et sanctum chrisma, vim sancti Spiritus, in eo *per suæ divinitatis præsentiam* exsistentis, *efficiendi*. Hæc omnia simpliciter docuerat Cyrillus nulla affirmationis vi, sine ulla dubitationis abigendæ, reive incredibilis [CCXIV] argumentis confirmandæ cura. Hæc auditores, ut nihil nisi Deo facile continentia, sine molestia ulla crediderant. At hic Cyrillus, ut rem per se incredibilem et dubitationi obnoxiam persuadeat, nervos omnes contendit. Quarto, quodnam dubitationis genis in animis ex eucharistici dogmatis propositione nasci significat Cyrillus? an illud unum quod Albertinus fatetur in Calviniana doctrina suboriri; num panis eucharisticus *sit simplex et communis panis, an mystice quoque et virtualiter sit Domini corpus*: hoc est eodem interprete, *an panis et poculum sint signa et sacramenta virtualia corporis et sanguinis Christi*, quod unum a Cyrillo doceri affirmat. Alia prorsus dubitatio in catholico dogmate suboritur; ea est dicentis, eucharistiam *non esse Christi* corpus et *sanguinem*. Ea est præcise quam rejicit Cyrillus: contrarium ergo, quod est Catholicorum, dogma affirmabat. Quinto, sed quomodo dubitationem illam repellit? nihil in Calviniana sententia facilius ac promptius. Adhibe solam figuræ et efficaciæ interpretationem, omnis dubitatio, si qua in hoc systemate concipi potest, plane conquiescit. At Cyrillus, omisso omnis benignæ interpretationis lenimento, in eo totus est, ut id de quo dubitatur, quodque dubitando pernegatur confirmet a Dei ipsius, cui nemo fidem derogare debeat asseveratione constanti cat. 22, n. 1 et 6, ab ejus in naturis mutandis omnipotentia, et similibus exemplis, n. 2, ab ejus benignitate et liberalitate in suos, ibid. a testimoniis Scripturæ, n. 3, 4, 7, a Novi Testamenti supra Vetus excellentia, num. 5, a Spiritus sancti mirabilem illam conversionem operantis potestate summa, cat. 23, num. 7. Deinde in ipsam dubitationis originem inquirens, nimirum sensuum repugnantiam omnem illis auctoritatem cum loquitur fides adimere satagit, cat. 22, num. 6 et 9, et cat. 23, n. 20. Inutilis in Calviniana hypothesi ad probandam rem per se facilem tanta argumentorum moles.

75. Nihil pene ad hæc omnia Albertinus: Christi affirmationem quod sacra mysteria corpus et sanguis Christi sint, intelligendam ait de *sacramento et virtute*. Id patere tum ex Augustino qui contra Adimantum cap. 12, n. 3, scribit: *Non dubitavit Dominus dicere*, « *Hoc est corpus meum*, » *cum signum daret corporis sui:* tum ex Cyrillo ipso, qui cum dicat Dominum *pronuntiasse de pane*, « *Hoc est*

[32] Matth. XXVI, 26. [33] Jer. XI, 19.

corpus meum, » sensum ejus verborum hunc esse, *Hic panis est corpus meum*. Omisso Augustini testimonio nihil ad rem nostram pertinente, quodque id unum probat de quo nulla controversia est, signis rerum suarum nomina imponi posse, sive illa res suas contineant, sive excludant; nam utriusque generis in eo loco exempla commemorat Augustinus: quod ex Cyrillo objicitur, leve est; panis quanquam mutatus in corpus Christi, propter speciem externam quam gerit, pristinum quem deposuit statum, et effectus sensibiles quos parit, ab ipsis etiam Catholicis in publicis Ecclesiæ precibus, in ipso sacrosancti sacramenti officio, adhuc panis appellatur: *Panis angelicus fit panis hominum*, etc., priorem ob causam angeli in Scripturis homines vel juvenes appellantur: propter secundam [CCXV] aqua jam in vinum mutata, cum a ministris hausta est architriclino offerenda, adhuc vocatur aqua, Joan. II, 9. *Ministri autem sciebant qui hauserant aquam;* Exod. VII, 12, virgæ Aaronis et maleficiorum in serpentes versæ, adhuc virgæ appellantur, ut et vers. 21 et 24, aqua fluminis a Moyse in sanguinem versa, *aquæ fluminis* appellationem retinet; et collegium apostolorum post Judæ casum, *duodecim* adhuc ab evangelista et Cyrillo ipso vocatur: propter tertiam omne esculenti genus panis nomine in Scriptura censetur. Propter tres illas causas conjunctas eucharistia *panis* appellationem retinet; et insuper verus est animæ panis. Si autem ex Cyrillo quæras, panisne ob pristinum nomen retentum, post consecrationem adhuc sit panis? respondebit tibi his verbis cat. 22, n. 6: *Ne tanquam nudis et communibus elementis pani et vino* (eucharisticis) *attende*; *sunt enim carpus et sanguis Christi secundum Domini asseverationem, ne judices rem ex gustu.* Quod si dixeris, accessione figuræ et virtutis, retenta priore natura, corpus Christi et sanguinem vocari: audies eum cat. 23, num. 7, ea Spiritus sancti illapsu *transmutata esse.*

76. Sed explodendum jam illud figuræ et efficaciæ separatarum commentum. Illud ultro concedimus, quod et doctrinæ eucharisticæ pars est, Eucharistiam esse corporis Christi, non solum naturalis, verum etiam mystici figuram. Cyrillus ipse cat. 23, n. 20, Eucharistiam vocat *antitypum corporis et sanguinis Christi*. Figuram esse ab ipso corpore separatam, hoc vero probandum fuisset. Ostendat Albertinus horum alterutrum; aut nullam Cyrillo figuram cognitam esse, nisi quæ rem suam excluderet; aut a figura corporis ipsum corpus separatum esse. Primum plane contrarium Cyrillo, qui aquam baptismalem agnoscit internæ mundationis figuram; sanctum chrisma, antitypum Spiritus sancti in eo per suam divinitatem præsentis. Probandum ergo Eucharistiam Cyrillo teste figuram et signum absentis corporis Christi. Sed contrarium jam multis modis a nobis jam demonstrabitur; et in ipso loco, quo Eucharistiam vocat *antitypum corporis et sanguinis Christi*, panem et vinum esse negat. Venio ad efficaciam. Quam agnovit Cyrillus in Eucharistia efficaciam, ea ita præsentem corpore Christum supponit, ut sine hac præsentia nulla sit. 1° Enim ait cat. 22, n 3, per eam nos fieri Christi *concorporeos et consangues*, quod nisi corporum contactu effici non potest. Vid. sup. n. 73; 2° Christiferos effici, non spiritu Christi in nobis gestato, *sed distributo in membra nostra corpore ejus et sanguine*, ibid. prius esse potest sine præsentia corporis, alterum nullo modo; 3° *Fieri divinæ naturæ consortes*. Ibid. quod non de sola voluntatis et affectuum, sed de *naturali* unitate intelligunt Patres; cum carnem in nobis recipimus a verbo hypostatice, et a tota Trinitate propter circuminsessionem, inhabitatam; 4° docet num. 5, pane cœlesti animam simul et corpus sanctificari, *panem* nempe corpus Christi, corpori nostro sanctificando attribui: *verbum* divinum animæ uti naturalem cibum. Adest igitur pani eucharistico *verbum*, ipsi hypostatice [CCXVI] conjunctum; 5° panem eucharisticum eo sensu *substantialem dici* ait, *quod ad substantiam animæ ordinatus ac destinatus sit: in omnem nostri compagem distribui ad animæ et corporis utilitatem.* Non hic, ut in baptismate aquam quæ corpus abluit, et spiritum qui animam obsignat cat. 3, n. 4, vel ut in chrismate unguentum quo corpus illinitur, et spiritum qui animam sanctificat, cat. 21, n. 3, ita panem qui corpus alat, et gratiam spiritualem qua mens pascatur, distinguit: sed panem eumdem, rem prorsus eamdem quæ corpus sanctificat, animam quoque adjuvare tradit. Id uni corpori Christi proprium, quod in se habet unde ad utrumque perveniat. Nec enim, ut ad proposita exempla redeam, vel aqua vel chrisma ad animam pertingunt: horum effectus, in contactu et perfusione corporis absolvitur; velut in Eucharistia, si panis materialis esset, hujus effectus in nutritione corporis finiretur, adjuncta virtute sola ad animam pertingente; 6° Eucharistiam in sacrificium oblatam, *Christum mactatum, victimam* in altari *jacentem*, a nobis pro peccatis nostris quasi gratum Deo munus præsentatam, Deum demereri ac propitiare sive pro vivis sive pro defunctis ait cat. 3, n. 8, 9, 10. At totam in propitiando Deo Christi virtutem in conjuncta divinitate residere docet, cat. 13, num. 2, 3, 20. 33. Victima igitur in altari jacens *Deus* est *inhumanatus*, cui uni tribui possunt effectus ei victimæ assignati. Plura ex aliorum Patrum dictis adjicere possem; sed Cyrillo continebitur hæc disputatio.

77. Logicum deinde agit Albertinus, (sed huic quam imperitum et imprudentem, qui omnem humanæ orationis ac sermonis consuetudinem perversum eat!) et duo hæc bimembria ratiocinia proponit. Cum Cyrillus dicit Dominum affirmasse de pane *hoc est corpus meum*; vel his verbis, ut Catholici sentiunt, ejus consecrationem peractam esse

censebat ; vel jam ante per gratiarum actionem a Christo consecratum arbitrabatur. Secundam autem sententiam Cyrillum sectatum putat, de quo c. 12, infra. Primam autem cum Ecclesiæ catholicæ fidem esse supponit, fallitur ; de verbis enim quibus consecratio peragitur, nihil dum ex fide decretum. Ait ergo : si primam sententiam sequebatur, pronomen *hoc* propositionis subjecium ante peractam consecrationem pronuntiatum supponit pro pane materiali et non consecrato : quæ barbara et scholastica locutio idem sonat ac significat panem materialem et non consecratum. Sensus ergo propositionis Christi a Cyrillo intellectus est, *Panis materialis est corpus meum :* quæ propositio Catholicis falsa, adversariorum opinione vera est, supponendo tantum *sacramento et virtute*. Ita enim argumentum informatur. Id Christus affirmavit corpus suum, quod declarabatur per pronomen *hoc*. Id pronomen significabat cum pronuntiaretur panem materialem. Affirmavit ergo Christus corpus suum de pane materiali (poterat brevius argutari : *hoc* significat panem non consecratum, ergo propositio Christi est : *Panis non consecratus est corpus meum*). Si alteram secutus est sententiam, intelligit Cyrillus Dominum corpus suum affirmasse de pane, quem Paulus ait illum [CXXVII] accepisse, gratiisque actis fregisse : atqui panem materialem sumpserat Christus, non corpus suum ; nec suum corpus fregerat, sed panem. Ergo de pane materiali, ex Cyrilli sententia affirmavit Christus, quod esset corpus suum. Quærit iterum a nobis, Cyrillusne intellexerit Christum corpus suum prædicasse de figura externa panis, sive de accidentibus ; an de substantia panis cœlestis, id est de proprio corpore suo ? si prius, falsum accidentia esse corpus Christi. Si alterum, tantologica et inepta propositio est cujus hic sensus, *hoc corpus meum est corpus meum*. Ridiculo melius quam acri secabitur male implicata difficultas, quæ omnem demonstrativarum propositionum ac definitionum usum subvertit. Si quis Tobiam juniorem de Raphaele comite admonuisset, *hoc*, vel *hic* (nihil interest), *est angelus :* quæro num angelum prædicasset de specie externa hominis a Raphaele assumpta, an de ipso angelo ? si prius, falsum externam hominis speciem angelum esse, si posterius, propositio est tautologica, *hic angelus est angelus*.

78. Ad hæc omnia Albertini argumenta unum respondeo : Cyrillum cum aliis hominibus in propositione Christi, *hoc est corpus meum*, pronomen *hoc* non intellexisse neque de pane non consecrato distincte ; neque de accidentibus distincte, neque de ipso Christi corpore distincte ; sed generatim et confuse de re sensibus subjecta, quam Christus manibus tenebat, et offerebat apostolis, quæque statum mutans, alio tempore panis, alio corpus Christi fuit ; atque hunc sibi sacræ propositionis sensum efformavit si consecrationem ipsis verbis *hoc est*, etc., factam putabat ; *hoc*, ea res quam manibus gesto A nunc quidem panis est, sed absoluta meæ propositionis enuntiatione, sui demutatione jam *est corpus meum*. Si consecrationem jam ante verborum pronuntiationem factum arbitrabatur : *hoc* quod paulo ante panis erat, nunc *est corpus meum*, ex pane in illud corpus mutatum. Facile est jam hæc propositis argumentis applicare. Ad primum id Christus affirmavit corpus suum, quod declarabatur per pronomen *hoc* significatione permanente et fixa, concedo : significatione transeunte et post finem propositionis abolenda, nego. Sed et pronomen *hoc* declarabat cum pronuntiaretur panem materialem, significatione transeunte et abolenda, conceditur : fixa et permanente, negatur : adeoque negatur consequentia. Ad secundum. Id Christus suum corB pus affirmavit, quod sumpsit et fregit, et interim mutationem passum est, conc. quod sumpsit et fregit, nec ullam postea mutationem subiit, negatur. Atqui Christus panem materialem sumpsit, qui postea mutationem passus est, conc. qui nullam mutationem subiit, neg., et negatur consequentia. Ni ita respondeatur, possumus in omnes sive miras sive naturales rerum mutationes cavillari. Sic cavillabor in miraculum virgæ Aaronis in serpentem mutatæ, quæ serpentes ex virgis Ægyptiorum magorum factos, vel, si cui placet, earum loco furtim suppositos devoravit ; Exod. VII, 9, 12. Ad exemplum Albertini argutans : id devoravit virgas magorum quod tenens manu projecit Aaron : sed virgam [CCXVIII] amygdalinam ex concessis, non serpentem tenebat manu et projecit Aaron. C ergo virga amygdalina et non serpens verus virgas magorum devoravit. Cavillabor et in propositionem Christi, Matth. XI, 5 : *Cæci vident, claudi ambulant, surdi audiunt, mortui resurgunt :* neque enim cæci viderunt ; sed qui ante cæci, sani oculis facti, etc. Ad tertium, tametsi *hoc* in propositione Christi non designet distincte accidentia, quia tamen de signo corporis Christi ipsum potest corpus affirmari ; ita respondeo : Non potest verum Christi corpus affirmari de eo quod significat rem quæ Christi corpus minime sit : distinguo, quæ nec sit, nec significet ac contineat, concedo ; quæ non sit ipsa Christi corpus, illud tamen significet ; nego. Atqui *hoc* significat accidentia quæ Christi corpus revera non sunt, sed tamen significent et contineant, conD cedo ; quæ Christi corpus nec sint, nec significent ac contineant, nego ; sufficit quippe ut res aliqua signum sit alterius, ut hæc de illa affirmari possit. Nec repugnabit Albertinus, qui suo illo argumento totam Calvinianam hypothesim evertit imprudens. Ad eumdem enim modum adversus ipsum arguere licet. Non potest affirmari corpus Christi de eo quod minime Christi corpus sit. Hanc propositionem supponit ejus argumentatio. Sed signum corporis Christi ejusdem exclusivum, qualis apud eos est panis eucharisticus, non est corpus Christi : non potest igitur de pane eucharistico, nudo Christi corporis signo, Christi corpus affirmari. Non effu-

giet,nisi dato a me ad suum argumentum responso. Ad quartum ejus argumentum venio. Tautologica et inepta propositio est quæ idem de eodem affirmat. Sed si in Christi propositione, *hoc* significat corpus Christi, idem de eodem affirmatur : *Corpus Christi est corpus Christi.* Igitur *hoc* in propositione Christi corpus ejus significare nequit. Respondeo, tautologica propositio est, quæ idem distincte cognitum de eodem distincte cognito affirmat,concedo; quæ idem distincte cognitum de eodem confuse tantum et indistincte cognito et indicato, nego.In propositione autem Christi,si *hoc* significet corpus ejus, idem distincte cognitum de eodem confuse cognito et indicato affirmatur,concedo ; aliter;nego. Nempe inscienti quid sit Eucharistia, vel non satis scienti, dicitur, *hoc* quod vides et tibi præsens est, corpus est Christi. Si valeret hoc argumentum,ex oratione humana tollendæ forent omnes propositiones demonstrativæ ac definitiones : in quibus idcirco tautologia evitatur,quod in prædicato datur notio distincta subjecti,cujus vel nulla, vel confusa tantum nec satis explicata, haberi censebatur notitia. Sed nimis plura de tricis logicis,in quibus dum Catholicos impedire nititur Albertinus, se ipse magis inextricabiliter implicavit. In primo hoc argumento prolixius versatus sum : cætera brevius expediam.

SECUNDUM ARGUMENTUM.

79. Ab his Cyrilli verbis depromitur cat. 22, n. 3, *Aquam olim in vinum quod sanguini affine est, in Cana Galilææ transmutavit : et eum parum* [CCXIX] *dignum existimabimus cui credamus cum vinum in sanguinem transmutavit ? Ad nuptias corporales vocatus, stupendum hoc miraculum effecit : et non eum multo magis filiis thalami nuptialis* (hoc est apostolis, Matth. IX. 15) ; *corpus et sanguinem suum fruenda donasse confitebimur ?* Primo diserte ait, *vinum in sanguinem* a Christo *transmutatum ;* deinde, mutationem hanc comparat mutationi aquæ in vinum : hæc autem mutatio substantialis est. Igitur et illa eucharistica. Quæ autem mutatio a Calvinianis agnoscitur,panis nimirum id quod est manentis, in panem corporis Christi figuram et efficaciam continentem ; ea primum mutatio non est,sed novæ tantum qualitatis adjectio. Præterea similis est plane, imo et inferior, mutationi quæ ex Cyrilli sententia baptismalibus aquis et sacro chrismati per Ecclesiæ preces accedit ; his enim adest ipsa res quam figurant ; baptismalibus undis gratia Spiritus sancti animam abluens, cat. 3, n.4, sacro chrismati sancti Spiritus antitypo, cat. 21, n. 1, ejusdem divinitatis præsentia, ibid. n. 3. at figuratum a Calviniano pane Christi corpus, tota cœli distantia ab eo abest.Nunquam tamen Cyrillus gratiæ accessionem, quæ baptismalibus undis sacroque chrismati advenit, ulla *mutationis* appellatione designavit. Tandem ne eam in Eucharistia mutationem intelligamus e qua Christi corpus et sanguis absit,obstant diserta cum in ipso loco, tum in anterioribus et consequentibus testimonia de præsentia corporis et sanguinis Christi, in quæ panis ac vinum mutata dicuntur. Secundo, mutationem vini in sanguinem ea ratione credibiliorem reddit, quod si aqua transmutata est in vinum, disparatum a se elementum ; facilior quodam modo altera vini in sanguinem mutatio,cum inter naturas ambas multa intercedat necessitudo,tum naturalis tum mystica. Ea præterea vini et sanguinis oppositio, et utrarumque rerum necessitudinis mentio, argumentum est agi ut de vero et naturali vino, ita et de vero ac naturali sanguine,in quem vinum transmutatum sit : nulla enim inter vinum naturale et vinum quod denominatione sola sanguis sit,naturarum oppositio et necessitudo ; una eademque natura est. Tertio. Cum *Christus ad corporales nuptias vocatus,stupendum miraculum* exterorum nulla sibi familiaritate conjunctorum in gratiam *fecerit ;* decuisse significat Cyrillus ut apostolis, sodalibus et amicis suis, suarumque ipsius spiritalium nuptiarum participibus (ii enim sunt filii thalami sponsalis Matth. IX, 15), magnificentius quoddam divinæ suæ potentiæ munus impertiret.In Calviniana sententia, major est divinæ potentiæ effectus aquam in vinum convertere,quam panem et vinum figura et virtute Christi corporis et sanguinis donare.Plus igitur esset in nuptiis Canæ quam in Eucharistia divinæ potestatis exsertum.Illud vero amplius quod thalami filiis a Christo concessum ait Cyrillus, est *sui* ipsius *corporis et sanguinis fruitio*, participatio, possessio. Ii quoque *filii thalami, amici sponsi,* erant præterea sponsæ Christi ; quorum spirituales cum Christo nuptiæ,ex doctrina Patrum per Eucharistiæ participationem consummatæ sunt.Quibus in nuptiis [CCXX] *non fide sola, sed re ipsa nos unum cum Christo corpus effici docent.* Ita Chrysost., *in Matth.*, hom. 83, pag. 868. Vide Patres alios a nobis laudatos in nota ad hunc Cyrilli quem expendimus locum. Hæc causa cur Cyrillus *filiis thalami* concedendam fuisse a Christo dicat sui corporis et sanguinis fruitionem. Vis hujus argumenti ex objectionum confutatione magis elucescet et confirmabitur.

80. Albertinus hujus argumenti vim prava primum Cyrilli verborum interpretatione, deinde variis objectionibus eludere conatur.Sic Cyrilli verba refert : *Ad nuptias corporales vocatus, miraculose id opus filiis thalami sponsalis paradoxum operatus est.* Canæ convivas filios thalami sponsalis facit, qui sunt apostoli Christo ipso interprete Matth. IX, 15 ; et hac interpretatione argumenti Cyrilliani vim aufert, qua S. Pater Christum majora suis apostolis ac sodalibus, quam ignotis Canæ convivis præstare debuisse docet. Sed ignosco codicem forte aliquem verba τοῖς υἱοῖς τοῦ νυμφῶνος transponentem secuto ; quod quidem saltem indicare oportuerat. Ad argumentum reponit, 1° tum ex vocabulo *transmutationis in sanguinem*, tum ex comparatione Eucharistiæ cum aqua in vinum conversa, substantialem vini in sanguinem Christi transmu-

tationem certum colligi non posse: quoniam : 1° Patres eodem transmutationis vocabulo passim utuntur in rebus, quas non substantia, sed sola qualitate mutari certum est. Sic aiunt spirituales homines in angelos transmutari, carnales in belluas, etc., multaque generis ejusdem testimonia cumulat. Secundo autem, quod Cyrillus res duas comparet, non idcirco æquam et ad amussim exactam comparationem dici oportere, cum ipse res dissentaneas secum contendere soleat: et alioqui illa ipsa aquæ in vinum conversio, ab Ambrosio sermone 19, qui Ambrosii non est, cum resurrectione carnis, ab Augusto cum mutatione corporis terrestris in corpus gloriosum in beata immortalitate. Respondeo, nos omne præsidium in nudo et solo *transmutationis* vocabulo, atque in nuda et sola B comparatione Eucharistiæ cum aquæ in vinum conversione non reponere. Sed ut vocem *transmutationis* obvio et naturali sensu sumamus, similimasque mutationis a Cyrillo comparatas credamus, duabus causis adduci: prima, quod nihil nos cogita litterali sensu, et adæquata comparationis intelligentia recedere; secunda, quod contra adjuncta omnia quæ antecedunt et subsequuntur, quæque vel apud Cyrillum alibi, vel apud alios Patres Cyrilli doctrinæ similia legimus, verba ejus ad substantialis mutationis sensum omnino determinent, et accidentalem solum mutationem excludant. Testimoniorum quæ Albertinus adducit, ut *mutationis* vocabulum rebus solo accidente mutatis accommodari probet, examen non instituo, tantum res omnino disparatas ab eo comparatas esse moneo: eamque disparitatem superiori capite in observationibus II et III, n. 72 et 73, abunde demonstravit; ut verbum amplius addere necesse nihil sit. Liceat tamen ad specimen advertere, ipsum abuti Augustini testimonio, *contr. Adimant.*, cap. 12, [CCXXI] in quo ait: *Cum induerit homo incorruptionem et immortalitatem, jam non caro et sanguis erit, sed in corpus cæleste mutabitur*; supponit Albertinus Augustinum voces *caro et sanguis, de naturali carne et sanguine* intelligere, quæ idcirco mutata dicat, quia cœlestibus qualitatibus aucta. Fallitur. Alludit perspicue Augustinus ad verba Apostoli, I Cor XV, 50; *Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt:* quæ ait non significare *carnem secundum substantiam*, sed *corruptionem et mortalitatem carnis et sanguinis*; ejusque propositionis sensus est, corruptionem carnis et sanguinis, quæ revera sui abolitione mutabitur, in Dei regno non futuram. Vid. epist. 205, n. 15 et 16. Cum etiam in metaphoricæ mutationis exemplum adducit adversarius eam quæ in corporum resurrectione fit, ludificatur: nulla enim magis substantialis mutatio, quam ea quæ resoluti corporis, et varia suarum partium sorte in omne corporis genus transmutati, in humanam formam redintegratione fiet.

81. Reponit 2° solam a Cyrillo qualitatis mutationem in Eucharistia agnosci, tribus ejusdem testimoniis patere. Nulla poterat ad catholicam fidem confirmandam efficaciora producere; mirum si everterint. Primum est ex cat. 23, num. 7, *Deum benignum exoramus ut emittat Spiritum sanctum super dona proposita: ut faciat panem quidem corpus Christi, vinum vero sanguinem Christi, omnino enim quidquid attigerit Spiritus sanctus, id sanctificatum et transmutatum est.* Falso affirmaret Cyrillus quidquid attingit Spiritus, id substantialiter immutari; nam et aquam baptismalem et chrisma sacrum quæ attingit, substantialiter mutari consequeretur. Solam ergo qualitatis in hoc loco mutationem significat. Respondeo generalem sententiam *omnino enim*, etc., per causalem particulam *enim* superioribus verbis conjunctam a Cyrillo allegari ad probandum recte Spiritum sanctum ad consecrationem et mutationem elementorum invocari, eaque revera ejus superventu sanctificata et transmutata esse; quoniam *quidquid ille attigerit*, ejus virtute continuo *sanctificatum et transmutatum sit.* Sed operationis sancti Spiritus qualitas et ratio ab prece et postulatione Ecclesiæ determinatur; qualem illa postulat transmutationem, talem ille efficit; accidentalem in aqua et oleo, quoniam non petit Ecclesia ut fiant aliud ab eo quod sunt; substantialem in Eucharistia, cum petat Ecclesia ut Spiritus sanctus *faciat panem corpus Christi, et vinum sanguinem Christi;* quod panis et vinum fieri et esse non possunt sine suæ naturæ demutatione. Alterum testimonium ab Albertino sumitur ex his duobus locis. Cat. 19. n. 7, *Quemadmodum panis et vinum Eucharistiæ ante sanctam adorandæ Trinitatis invocationem nudus panis et vinum erat; invocatione autem peracta panis fit corpus Christi, vinum vero sanguis Christi: ita et hujusmodi esculenta* (cibi idolis immolati) *ad pompam Satanæ pertinentia, cum ex natura sua nuda et communia sint, invocatione dæmonum profana et contaminata redduntur*; et cat. 21, n. 3, de sacro chrismate, *Sicut panis Eucharistiæ post invocationem sancti Spiritus non est communis panis, sed corpus Christi: ita et sanctum istud unguentum,* [CCXXII] *non amplius nudum, neque, si quis ita appellare malit, commune unguentum est post invocationem; sed Christi donarium, et Spiritus sancti, præsentia divinitatis ejus, efficiens factum.* Sicque argumentatur post Rivetum: Talis est Eucharistiæ mutatio, qualis ciborum idolis immolatorum, et sacri unguenti. Hæc nova tantum qualitatis accessione mutata Nihil igitur amplius in Eucharistia. Quod Albertinus ad objectam sibi aquæ in vinum ad nuptias conversæ, et vini in Eucharistia in sanguinem transmutati comparationem respondit; per eum liceat nobis quoque hic respondere, non esse institutam a Cyrillo rerum plane similium et gemellarum comparationem. (Nec diffiteri potest Albertinus, cum in cibis immolatis Cyrillus invocatorum dæmonum præsentiam cat. 22, num, 7, et in chrismate divinitatis Spiritus sancti per illud figurati præsentiam admittat; Albertinus

in Eucharistia figuratæ per eam rei præsentiam neget.) Sed ut in Cyrilliana comparatione Eucharistiæ cum aqua in vinum versa nullum disparitatis apparet vestigium, ita in citatis duobus locis continetur ipsa rerum comparatarum dissimilitudo. Hanc inter omnia similitudinem constituit, ut sicut immolati cibi post invocationem dæmonum, et sacrum chrisma post invocationem Dei non sunt nudi et communes cibi, nec nudum et commune unguentum ; ita panis eucharisticus et vinum post invocationem Trinitatis non sit nudus panis et vinum commune. Hæc omnibus communia. Sed cibos immolatos et chrisma non dicit fieri aliam naturam, cibi semper manent id quod sunt, et unguentum semper unguentum. At panem eucharisticum et vinum docet *fieri* aliud prorsus a pane et vino, *corpus* nimirum *et sanguinem Christi*. Quod de pane et vino consecratis ait, ea panem et vinum non esse, licet id sensus renuntient, nunquam adeo imprudens est ut de cibis immolatis similiter dicat, non esse amplius panes aut carnes : aut de chrismate non esse amplius unguentum materiale.

82. Tertium quod adducit testimonium, ex ipso quem expendimus loco depromit. *Ad nuptias corporales vocatus*, etc., *et non eum multo magis filiis thalami nuptialis corpus suum et sanguinem fruenda donasse confitebimur ?* Ait Albertinus Cyrillum a difficiliori ad facilius concludere. Eam enim loquendi formulam, *multo magis*, tantummodo locum habere in comparatione quæ fit actionum inæqualium ; ex quarum difficiliore, quandoquidem de ea constat, legitime concluditur eam quæ facilior sit *multo magis* esse credendam. Ergo, ex Cyrilli sententia facilior erat mutatio eucharistica, quam aquæ in vinum conversio, contra autem apud Catholicos illa æque difficilis, imo et majoribus difficultatibus implicata : non eam igitur significat Cyrillus. Ut negare non possum Cyrillum aliquando a difficiliori ad facilius argumentari, ita mihi ista concedi necesse est. 1° Cyrillum cum ita argumentatur, ad reborandam argumenti sui vim, majoris facilitatis mentionem prætermittere non solere ; tumque his verbis utitur οὐχὶ πολλῷ μᾶλλον εὐκοπώτερον ; τί μᾶλλον δυσκολώτερον ; exempla habes frequentissima, [CCXXIII] et illud præsertim ab Albertino commemoratum, cat. 2, n. 5 : *An vero qui Lazarum quatriduanum fetentemque excitavit, non potius viventem te facilius excitabit* a peccati morte ? Vid. cat. 4, n. 30 ; cat. 12, n. 28 et 39 ; cat. 18, n. 3, 6, 9, 12, 13 : his omnibus locis a difficiliori disputat ; sed majoris facilitatis mentione non solum facta, verum etiam copiosissime et gravissime inculcata. Cur in præsenti argumento non minus necessariam omisit ? 2° Cyrillum sæpe argumentari ab æque difficili ad æque difficile. Sic ex triduum conservatione non minus difficili, resurrectionem Christi probat, et cat. 12, n. 28, virginis partum, a sterilis mulieris partu æque difficili. 3° Eum quoque a faciliori ad difficilius sæpe argumentari. Sic cat. 12, num. 28, ab virga Aaronis efflorescente, partum virginis probat, cat. 14, n, 25, Christi ascensionem sua vi factam in cœlum ipsum, ex Enochi translatione externa, et ex Eliæ raptu non in cœlum, sed *tanquam* in cœlum. Et cat. 18, n. 10, resurrectionem mortuorum, ex menstrua lunæ reparatione ; n. 12, ex virgæ Aaronis efflorescentia, et leprosæ manus Moysis redintegratione ; 4° Cyrillum aliquando omissa majori vel minori rerum difficultate, a minus digno ad convenientius ac Deo dignius argumentari, etiamsi illud difficilius sit. Sic cat. 13, n. 2 et 3, vim sanguinis Christi ad universalem salutem afferendam, probat a primi hominis peccato mortis universalis causa ; Phinees sacerdotis zelo iram Dei pacante ; paschalis agni sanguine vastatorem arcente ; cum Dei Filio convenientior et dignior res sit humanæ salutis operatio. Sic cat 18, num. 6, 7, 8, ex specie quadam resurrectionis in arboribus, in frumento, in animalibus, et ratione destitutis rebus propter hominem creatis conspicua, hominis ratione præditi, et propter quem illa effecta sunt, resurrectionem generalem probat omnibus allatis a se exemplis difficiliorem quidem, sed congruentiorem et magis necessariam ; 5° Cyrillus a faciliori ad difficilius sæpe propter ipsam difficultatem majorem rei argumentatur, cum Deo conveniat aliquid grandius ac difficilius moliri. Sic epistola ad Constantium, n. 3, cum datum Constantino dicat ob pietatem ut sanctam crucem reperiret, quod donum esset e terra ; ait Constantio filio paternam pietatem superanti, prodigium majus e cœlo dari decuisse ostensæ crucis ; 6° ut tandem ad propositum argumentum veniam, Cyrillus in loco quem expendimus a convenienti ac Deo digno, ad convenientius et Deo dignius concludere videtur ; imo ad faciliori ad difficilius propter ipsam difficultatem majorem. Nam si exteris Christus *stupendum miraculum* aquæ in vinum concessit, sodalibus et amicis suis *filiis thalami* majus aliquid et stupendum magis illum facere debuisse significat ; 7° verum esto, a difficiliori ad facilius concludat, in hoc tota illa facilitas major hærebit ex Cyrilli sententia, quod cum sit aliqua vini cum sanguine, affinitas, facilius illud in sanguinem, quam aqua in vinum nulla sibi societate conjunctum verti videatur.

[CCXXIV] CAPUT XI.

Reliqua argumenta proponuntur et vindicantur.

TERTIUM ARGUMENTUM.

83. Quintuplici parte constat hic locus Cyrilli, cat. 22, num. 3, 1° *Quare cum omnimoda persuasione tanquam corpus et sanguinem Christi illa sumamus ;* 2° *nam in figura panis datur tibi corpus, et in figura vini datur tibi sanguis ;* 3° *ut cum sumpseris corpus et sanguinem Christi, concorporeus et consanguis ipsi efficiaris ;* 4° *sic enim et Christiferi efficimur, distributo in membra nostra corpore ejus et sanguine,* 5° *sic secundum B. Petrum divinæ*

fimus consortes naturæ [34]. Nexa secum sunt hæc omnia, et cum præcedentibus verbis de vini in sanguinem transmutatione per particulam *quare* initio præfixam conjuncta : quo nexu observato, certus et determinatus singularum propositionum sensus efficitur, ut futiles Albertini cavillationes evanescant. Nihil pene ad declarandam argumenti vim, et ejus objectiones dissipandas addendum habeo iis quæ in antecessum notavi hoc capite n. 73, in secunda parte argumenti primi. et num. 76, et cap. 9 observatione 2 et 3, n. 72 et 73. Pauca tantum in ejus ad primam, secundam et quartam argumenti partem responsis illic intacta observabo.

Ad primam propositionem respondet Albertinus, Cyrillum velle eucharistiam sumi, non ut proprium Domini corpus et sanguinem, sed ut corpus et sanguiem mysticum et symbolicum. Mirum si rei tam facilis creditu requiratur et commendetur *omnimoda persuasio* animi et convictio, μετὰ πάσης πληροφορίας, suam interpretationem constare ait his verbis, cat. 23, n. 20. *Qui gustant, non panem et vinum degustare jubentur ; sed antitypum corporis et sanguinis Christi.* Prius erat probandum Albertino, *antitypum* de se rem quam significat excludere. Ea sane Cyrilli existimatio non erat, qui cum sacrum chrisma Spiritus sancti antitypum appellet cat. 21, n. 1, illud *Spiritus sancti efficiens* appellat *propter præsentiam divinitatis ejus*, n. 3, eucharistiam vero ejusmodi antitypum esse in ipso loco docet, quod panis et vinum non sit. *Qui gustant*, inquit, *non panem et vinum degustare jubentur, sed antitypum*, etc., cujus natura non ex sensuum testimonio æstimanda, sed ex fide dubitationem omnem. quæ ex contraria sensuum significatione proficiscatur, excludente. *Ne corporeis*, ait, *faucibus hujus rei judicium æstimationemque permittite, non, inquam, sed fidei omnis dubitationis experti.* Antitypum in quo *rex* ipse Christus *suscipiatur*, ibid. n. 21, *prono* corpore *adorandus*, n. 22. Antitypum denique, quod sit *corpus et sanguis Christi, in figura panis et vini data ; et cum omnimoda persuasione pro Christi corpore et sanguine sumenda*, cat. 22. n. 3. Hæc autem in verba, quæ secundam argumenti partem continent, sic cavillatur. *In figura panis*, intellige, *in pane figura.* Multa inutiliter ex Patribus acervat similis acceptionis exempla : *signum circumcisionis*, pro, circumcisio signum ; *typus Jonæ*, pro *Jonas typus.* Quid multa? sufficiebat *sacramentum eucharistiæ*, pro, eucharistia sacramentum. Non negamus dici posse [CCXXV] *figuram panis*, pro, panis qui est figura ; sed utrum hæc isti loco de quo agimus interpretatio conveniat, hoc quæritur. Eam certe accommodare non potest, quin ridiculam hanc et ineptam Cyrillo affingat sententiam : *In pane typo*, corporis Christi nimirum, *datur tibi corpus Christi typicum ;* hoc est, typus corporis Christi. Verum eamdem, si potest, huic parallelo et gemino accommodet testimonio ex cat. 13, n. 19, ubi de Christi corpore in crucem acto interpretans verba Jeremiæ : *Mittamus lignum in panem ejus* [35], ait Cyrillus : *Si te Dominus dignum habuerit, in posterum cognosces quod corpus Christi secundum Evangelium figuram gerebat panis*, τύπον ἔφερεν ἄρτου· interpretatur Albertinus, figuram gerebat panem. Ex his autem verbis sic argumentum instituo : Corpus Christi quod in cæna figuram referebat panis, est corpus eucharisticum; non idem corpus in statu suo naturali exsistens, quod eucharisticum corpus distribuebat : illud enim nullam figuram referebat panis ; at corpus referens panis figuram, illud est, ex Cyrillo quod a propheta panis nomine designatum in crucem actum fuit. Corpus igitur eucharisticum idem est cum corpore crucifixo. Quam autem aliam panis figuram referre poterat corpus naturale et crucifixum, præter speciem externam panis sibi ad velamen circumdatam? quod quidem Cyrillus dum auditores suos olim cognituros monet, id ipse in his verbis declarat, cat. 23 : *In figura panis datur tibi*, etc Eadem ergo in utroque loco figuræ acceptio pro figura nuda, externa specie, apparentia pura. Ecquid enimvero in pane *transmutato*, qui *panis* jam *non est tametsi* adhuc *esse videatur*, cat. 23, n. 9, de quo, quidquid *suggerat sensus*, sola audienda est *fides corpus Christi esse* confirmans, n. 6 quid, inquam, in ejusmodi pane, præter nudam prioris status figuram et speciem superesse potest?

84. Suam Albertinus sententiæ Cyrillianæ interpretationem munit diversis Cyrilli Alexandrini testimoniis, quæ cum sensum perspicuum habeant a nemine sano ad litteram sumendum,et idcirco cum eucharistia comparari non debeant, prætermitto. Unum ex illis solum Cyrillianæ propositioni similem, quo abutitur, excutio, ait Cyrillus lib. III *in Joan.*, cap. 6, pag. 312 : Ἐπιδείξομεν δὲ διὰ πάντων, ὅτι τὸ μάννα τὸ ἀληθινὸν αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ὡς ἐν τύπῳ τῷ μάννα χορηγεῖσθαι τοῖς ἀρχαιοτέροις νοούμενος παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. *Ostendemus autem per omnia* in sequenti disputatione dicenda, *quod manna verum ipse est Christus, qui in manna figura veteribus a Deo et Patre datus intelligitur.* Atqui Christus in manna veteribus non dabatur realiter. Nec ergo ex Cyrilli Hierosolymitani sententia consequitur, in typo panis (quem possumus intelligere panem typum) Christum vere dari. Omissa ambarum Alexandrini et Jerosolymitani locutionum disparitate ; quod altera de tempore incarnationem antecedente agat, in quo Christum hominem nondum exsistentem, jam tum dari in mentem venire non poterat ; altera vero de tempore incarnationem subsecuto : quodque alteram adjuncta omnia ad figuratum sensum, alteram ad litteralem determinent ; [CCXXVI] suffragante

[34] II Petr. I, 4. [35] Jer. XI, 19.

Alexandrino ipso, qui hac in ipsa disputatione manna dicat eucharistiæ figuram fuisse in qua Christus vere et corporaliter recipiatur, disertis testimoniis ipsa pag 312, et pag. 316, 317, 319, 322, his, inquam, omissis, dico 1° Alexandrinum suam ipsius orationem interpretari, tum præcedentibus locum in objectione citatum verbis pag. 312, ubi ait manna typum fuisse rerum futurarum ; sed cum veritatis tempus adveniet, *Patrem dedisse nobis panem de cælo, qui per mannæ subministrationem veteribus tanquam in umbris describebatur.* Ὃς διὰ τῆς τοῦ μάννα χορηγίας, τοῖς ἀρχαιοτέροις ὡς ἐν σκιαῖς κατεγράφετο· tum sequentibus pag. 319, *Ipse nobis manna verum exhibitus est Christus, veteribus tanquam in imagine per typum declaratus.* Αὐτὸς ἡμῖν τὸ μάννα τὸ ἀληθινὸν ἀνεδείχθη χριστὸς, ὡς ἐν εἰκόνι τοῖς ἀρχαιοτέροις διὰ τύπου δηλούμενος, tum deinde cum manna dicit evangelicæ doctrinæ figuram pag. 318. Ita nempe nuda Christi figura erat, ut rem quoque alteram figuraret. Ostendat Albertinus similes in Hierosolymitano, de eucharistico pane ad imaginem et figuram redacto locutiones. Dico 2° Alexandrini in objecta propositione sensum esse, per manna veteribus datum, Christum adumbrari ; qui quidem tanquam verbum omni creaturæ rationali, ut proprius ac naturalis intellectualium substantiarum cibus, jam tum et angelis et veteribus ad sanctificationem dabatur, pag. 314, 312, tanquam homo vero olim in eucharistia largiendus erat, ad *vivificandum spiritum nostrum, et corpus in incorruptionem continendum*, et per fidem atque amorem in cordibus nostris inhabitat, pag. 312 ; *cessantibus enim tum legis figuris, ipsam veritatem nobis in cibum* vel *in delicias* (lego τροφήν non τρυφήν, quamvis perinde sit) *et fruitionem propositum iri*, p. 316. *Christum* videlicet, *qui nos ad longævam vitam alit, cum per subministrationem sancti Spiritus, tum participatione propriæ carnis, quæ nobis Dei participationem indit et inserit,* μεθέξει τῆς ἰδίας σαρκὸς, ἐντιθείσης ἡμῖν τὴν τοῦ Θεοῦ μετοχήν, pag. 323. Qui denique *omni virtute et gloria nos replet, in interiora cordis per fidem rectam et charitatem perfectam illatus et reconditus*, pag. 319. Hunc objectæ propositionis sensum esse inde conficitur, quod sit hæc tota Cyrillianæ disputationis summa, cujus thesim et argumentum sibi in verbis objectione contentis proposuit.

85. Nihil moror quod ad quartam argumenti uostri partem reponit, cum *corpus et sanguis Christi in membra nostra distribui* dicuntur, id soli corpori ac sanguini typico convenire ; de proprio Christi corpore, neque ab ipsis Catholicis affirmari. Fatemur ipsum Christi corpus in membra nostra non dividi. Sed humanæ orationis consuetudinem ac totius traditionis exemplum secuti, illud merito de Christi corpore affirmamus, quod speciebus sub quibus delitescit proprium est : qua quidem oratione non liceret uti, nisi sub illis speciebus contineretur. In Scriptura tribuuntur angelis omnes actiones corporeæ, quæ extremæ speciei ab ipsis assumptæ propriæ erant Quid ? ipse Christus pronuntiavit, *quis est qui me tetigit ?* Luc. VIII, 45. cum extremam [CCXXVII] tantum, non interioris tunicæ, sed pallii exterioris fimbriam mulier attigisset. Atqui, instat Albertinus, ne Cyrillum de proprio Christi corpore locutum credamus, obstat 1° quod cat 14, n. 30, Christum *a nobis carne abesse* pronuntiet ; 2° quod paulo post laudata in argumento verba, n. 4, Judæis vitio vertit, quod verba Christi, *« Nisi manducaveritis meam carnem, » non spiritualiter acceperint ;* sed *offensi abierint retro, existimantes illum se ad manducandas carnes hortari.* Ea igitur verba non ad litteram sed *spiritualiter* et sacramento tenus intelligenda : nec propria Christi *caro* in eucharistia manducatur. Nec nos Catholici, qualem illi concipiebant animo carnium Christi manducationem credimus. Ita se *sub figura panis* composuit Christus, ut quamvis ibi sit *corpus ejus*, cujus participatione *Christum* in nobis *ferimus*, in unum cum ipso corpus compaginemur, et divinæ naturæ huic corpori cum nostro commisto hypostatice conjunctæ participes efficiamur, absit tamen sensibilis manducatio carnium. Quod autem *carne abesse* dicitur a terris Christus, intellige de sensibili et corporali præsentia ; quæ quidem fidei locum et sacramenti rationem auferret.

QUARTUM ARGUMENTUM.

86. Ex his verbis informatur cat. 22, n. 5 : *In Novo Testamento panis est cælestis, et poculum salutaris animam et corpus sanctificantia. Quemadmodum enim panis corpori conveniens est, ita verbum animæ consentaneum*, n. 6. *Quamobrem ne tanquam nudis* (clementis) *pani et vino* (in eucharistia) *propositis attende. Sunt enim corpus et sanguis Christi secundum Domini asseverationum ; nam etiamsi illud tibi suggerat sensus, fides tamen te certum et firmum efficiat. Ne judices rem ex gustu ; sed ex fide citra ullam dubitationem persuasus esto, te corporis et sanguinis Christi dono dignatum fuisse.* Tandem n. 9 : Isthæc edoctus et *certissima imbutus fide quod qui videtur panis, panis non est tametsi gustu sensibilis sit, sed corpus Christi ; et quod videtur vinum, vinum non est etiamsi ita gustui videatur, sed sanguis Christi*, etc. Qua alia verborum formula uteretur Albertinus, si cui nescienti probare vellet oricalchum quod tenet, aurum non esse ; angelum externa hominis specie vestitum, hominem non esse ? vim argumenti per se perspicuam paucis explicabo. Primo, *panis* ille *cælestis animam et corpus sanctificans verbum* divinum est, *animæ conveniens* uti proprius ac naturalis ejus cibus. De verbo divino sermonem esse probat, tum hujus sententiæ cum subsequenti conjunctio per particulam *quamobrem ;* tum aliena huic loco sermonum Dei mentio, ad quam nihil ante auditoris animum præparavit. Panis ergo eucharisticus est *verbum Dei*, nimirum corpori Christi hypostatice conjunctum. Secundo, *ita panem et vinum* eucharistiæ nuda ele-

menta esse negat, ut aliam prorsus naturam *secundum Domini asseverationem*, nempe corpus et eucharistiam Christi esse affirmet. Tertio, asserit eucharistiam non esse *quod suggerit sensus* ; quod *oculis et gustui videtur esse* : sed illud, quod dubium ex contraria sensuum renuntiatione [CCXXVIII] videtur. Quod suggerit sensus, quod gustui sapit et videtur oculis est, eucharistiam *panem* esse materialem *ac vinum* : hoc igitur non est. Id de quo dubitare facit sensuum testimonium, illud est, sitne corpus et sanguis Christi Hæc enim apud Cyrillum catechesis hujus n. 1, dubitantium oratio, *non esse Christi corpus et sanguinem* : hoc igitur eucharistia.

87. Cum Albertino paucis absolvam. Ait ille ad secundum Cyrilli testimonium in argumento laudatum, cum duo sint in eucharistia, alterum substantia panis et vini eucharistici, alterum sacramentalis eorum ratio quæ in significatione consistit ; nullo modo circa priorem partem Cyrillum velle sensuum testimonium recusari, sed tantum circa posteriorem : quæ cum sit præter et supra testimonium sensuum qui ad eam non perveniant, recte monet in hac parte rem non esse judicandam ex sensuum testimonio. Suam hanc responsionem munit, similibus, ut quidem putat, Cyrillianæ sententiæ Patrum testimoniis, qui aiunt baptismi sacramentum non oculis æstimandum esse sed mente, magis attendendum ad id quod in eo non videtur, quam ad id quod videtur, etc. Hebetes nos putat Albertinus, cum persuadere vult Cyrillum sensuum testimonium non recusare circa partem eucharistiæ visibilem ? ea præcise res est de qua negat sensus audiendos. Pars illa Albertino est *panis et vinum* materiale. Atqui hoc ipsum est quod Cyrillus eucharistiam existimandam esse negat, licet ita sensibus videatur. Ubi apud illum vel levissima panis et vini visibilis, et illis superadditæ figuræ et efficaciæ invisibilis significatio ? deerantne illi verba quibus rem necessariam ac præcipuam pure ac diserte exprimeret ? aut tam alienam naturalis verborum suorum sensus interpretationem rudibus candidatis subjungendam relinquebat ? ex tam multis quæ Albertinus cumulat Patrum de baptismo sententiis, quas cum Cyrilliana contendit, estne una in qua illi negent aquam baptismalem aquam esse ; cumque sensibus videatur aqua naturalis, hos tamen non audiendos confirment ; sed ex fidei testimonio longe certiori credendum esse, quod videtur aqua gratiam esse invisibilem, in quam, sicut olim in vinum, ipsa ecclesiastica prece transmutata sit ? non distinxit Albertinus duo dissimillima rerum genera : unum in quo est aliquid *præter et supra* sensuum testimonium ; alterum quod est *contra* idem sensuum testimonium. Primum est cum *præter* rem subjectam sensibus aliquid aliud est quod sensum fugit et superat. Sic in baptismo et chrismate, præter aquam et unguentum, adest Spiritus sanctus. Alterum cum res sensibus subjecta aliud est ab ea quod esse videtur. Sic oricalchum non est aurum, quod hujusmodi rerum imperitis videtur, sed alia species. Angelus externa hominis specie contextus, homo non est, tametsi nescienti ita videatur, sed angelus : sua cuique rerum generi enuntiando peculiaris convenit oratio. In primo genere non negatur audiendum esse sensuum testimonium ; sed tantum nihil supra audiendum ; ut nihil in re esse affirmetur nisi quod eorum testimonio contineatur ; in secundo negatur plane [CCXXIX] sensui credendum esse, et removetur a re quod ejus testimonio continetur. Permutari non possunt utriusque generis enuntiationes : sicut enim de angelo in hominis specie conspicuo dici non potest, præter naturam hominis esse in eo naturam angelicam ; ita de homine, quia præter visibile corpus animam habeat invisibilem, dici non potest eum non esse corporeum, quamvis ita sensui videatur. Comparet quisque locutiones ab Albertino cum Cyrillianis comparatas : illas reperiet ad primum genus, has ad posterius pertinere. Notandum vero rebus primo genere contentis non difficile ab hominibus, ac præsertim Christianis, accommodari fidem ; præterquam enim quod sensus non reluctantur, norunt multa esse sive in natura sive in religione, quæ sensuum sagacitatem effugiant et superent. Nec revera Cyrillus multum laboravit ut auditoribus persuaderet aquæ baptismali et sacro chrismati adesse vim sancti Spiritus invisibilem. At in altero genere, cum sensuum testimonium rei affirmatæ contrarium sit, dubitationem maximam patimur ; neque enim id quod videmus facile nobis persuadere possumus aliud esse ab eo quod videmus. Certa oportet adsint et superiora sensibus in contrarium documenta. Hinc Cyrillus tota catechesi rem propositam confirmat et et inculcat ; et ex Dei testimonio, ejusque omnipotentia dubitationem omnem ab auditorum animis amoliri contendit.

88. Ad tertium Cyrilli testimonium in argumento commemoratum, duo respondet adversarius : 1° verba, ὁ φαινόμενος ἄρτος, *qui videtur panis*, non significare, qui apparet et existimatur panis, sed *panis visibilis* ; ac multa congerit verbi φαίνεσθαι eodem sensu accepti exempla. Possem et multo plura alterius ejusdem verbi significationis, pro eo quod *apparet et existimatur* proferre, cum duplex sit hujus vocabuli potestas et significatio. Sed aliam in hoc loco, præter eam quam ei attribuimus habere non potest : nisi hæc ridicula Cyrillo affingatur oratio, panis visibilis et materialis panis non est, tametsi sensibus ita videatur. At supponendum, inquit, panis communis non est. Ostendat quam apud omnes auctores sententiam, in qua supponatur in simili loco, quod erat exprimendum. Ad hoc exemplum verbi gratia, quod videbitur corpus in resurrectione, non erit corpus, licet sensibus ita videatur : ut vox *carnale et terrestre* neque in ipsa propositione neque in adjunctis exprimatur. Se-

cundo, ne illa Cyrilli verba *panis non est et vinum non est*, verum panem et verum vinum ab eucharistia excludere fateatur; multa producit Patrum loca ad metaphoram intelligenda, quibus de re negatur id quod ipsa res est; cumque substantia negari videatur, sola negatur qualitas; uti quod dicunt: *Aurum non sinit homines esse homines, sed aut feras et dæmones reddit. Ira hominem non concedit hominem esse. Baptismi virtus non sinit homines esse homines, sed angelos pro hominibus facit. Quando homo temperans est, caro non amplius caro est, sed caro in spiritum mutata est. Corpus regenerati fit coro crucifixi.* Prostremum hunc locum ex metaphoricis locutionibus excipio; nihil enim aliud significat quam corpoream baptizati, post [CCXXX] sacram communionem, cum Christo conjunctionem. In cæteris autem, ut perfectam habeant cum Cyrilliana similitudinem, deest verbum illud Cyrillianum, *licet sensus aliter renuntient*. Desunt adjuncta omnia, quibus Cyrilliana propositio, *panis qui videtur panis non est, tamen gustu sentiatur*, etc., ad veram panis et vini exclusionem determinatur. Alioqui illarum locutionum cum Cyrilliana dissimilitudinem satis in observationibus 1 et 2 capitis 9 aperuimus.

QUINTUM ARGUMENTUM.

89. His continetur cat. 23 verbis, num. 21: *Adiens* ad altare, *ne expansis manuum volis, neque disjunctis digitis accede; sed sinistram velut thronum subjiciens dexteræ, utpote Regem susceturæ; et concava manu suscipe corpus Christi, respondens, Amen. Postquan autem caute oculos tuos contactu sancti corporis sanctificaveris, illud percipe, advigilans ne quid ex eo tibi depereat: quod enim iutercidere patieris, id tibi tanquam ex propriis membris deminutum puta... quod est auro ac gemmis longe pretiosius.* Num 23: *Tum vero post communionem corporis Christi, accede et ad sanguinis poculum: non extendens manus, sed pronus et adorationis ac venerationis in modum, dicens, Amen: sanctificeris ex sanguinem Christi quoque sumens. Et cum adhuc adhæret labiis tuis ex eo mador, manibus attingens, et oculos, et frontem, et reliquos sensus sanctifica.* Non immoror in frequenti et ad singulas pene lineas repetitione *corporis et sanguinis Christi*, nulla unquam figuræ et efficaciæ mentione facta; primum observo panem eucharisticum, qui *Christi corpus dicitur*, *Regem* Christum appellari; cui tanquam vero regi thronum præparari deceat. Magnifica sane de particula panis, nuda Christi figura, locutio. Christus aliter quam corpore per fidem animo suscipi potest, fateor: in manu autem quomodo nisi per corpus suum? 2° illud *Amen* ad sumptionem utriusque speciei, responsionem esse communicantis ad antiquam et simplicissimam administrandæ communionis formulam *corpus Christi, sanguis Christi*. Quid illa formula significat, nisi, *esse corpus et sanguinem Christi*? per verbum autem, Amen, quod est assensionis verbum, cat. 23, num. 18, quodque significat *fiat* aut *verum est*, prout cum voto aut cum re assentienda conjunctum est; communicans assensum præbet ministrantis sibi communionem propositioni. Tertio, cautio illa ne quid ex sacro pane intercidat, quam in aqua baptismali, oleo, sacro chrismate, tam severe inculcatam non legimus; jacturæ ejus comparatio cum ipsorum corporis membrorum detruncatione; severæ animadversiones Ecclesiæ, pœnitentiæque illis impositæ, quorum e manibus nulla aliquando culpa sua lapsa esset, aut alioqui in manibus ipsorum profanata eucharistia; hæc, inquam, omnia pl s aliquid ipsam esse, quam materialem ecclesiastica prece consecratum panem, clare demonstrant. Quarto, adorationem suscipiendo Christi sanguini et corpore præscriptam, ad Deum in euchristia præsentem pertinere, et idcirco supremi cultus adorationem esse, dubitare non sinit ejus cum præcedenti et [CCXXXI] consequenti doctrina conjunctio. Quinto, ea præceptio ut Christi corpus oculis ad sanctificationem imponatur, utque collectus post sumptionem calicis ex labiis mador, fronti et reliquis sensibus admoveatur; significat sane inhærentem quamdam in ipsa re sanctificationem inesse, cujus virtus non in suscipientis fide posita sit tota; quale in eucharistia efficaciæ genus solum ab adversariis admittitur. Ridiculum est cum Albertino respondere sanguinem Christi, cum in venis ejus contineatur, nulla posse humiditate suscipientum os et labia perfundere: nam et sanguini vere et merito tribuitur, quod speciebus suis convenit; et alioqui vini consecrati particulæ non solum sanguinem Christi continent, sed ejus integrum corpus, cujus est ex sola cnnjunctione cum verbo ad sanctificandum corpus nostrum virtus vivifica.

90. Albertini omnes ad hoc argumentum objectiones occupavi. Sed prætereunda non est objectio quam cum sibi proposuisset Perronius et dissolvisset, instaurandam suscipit adversarius: eaque a nobis in sextum catholicæ doctrinæ argumentum convertitur. Petitur ex his verbis cat. 23, n. 15, ubi hanc Dominicæ orationis petitionem explicans, *Panem nostrum substantialem da nobis hodie* [36], ait: *Panis iste communis, non est substantialis. Iste autem panis qui sanctus est substantialis est. quasi dicas, ad substantiam animæ ordinatus et institutus. Hic panis non in ventrem vadit atque in secessum ejicitur* [37], *sed in omnem tui compagem dividitur ad animæ et corporis emolumentum.* De pane eucharistico hic agi certum est, quidquid velit Albertinus, non enim spiritualis panis gratiæ in omnem hominis *compagem ac constitutionem* dividitur, ut una cum anima corpus quoque suo contactu sanctificet. Hinc duo argumenta conficio. Primo, eucharistiam non negat Cyrillus in ventrem descen-

[36] Matth. VI, 11. [37] Matth. XV, 17.

dere, quam in *omnem* nostri *compagem* dividi hic ait, et *in membra nostra* sic *distribui* ut inde *Christum ferentes, eidemque concorporei et consangues efficiamur*, cat. 22, n. 3, corpori nimirum Christi tribuens, quod speciebus proprium ; eoque sensu addere poterat cum Justino et Irenæo, ex eucharistia sanguinem, et carnes nostras per transmutationem nutriri, sanguinem nostrum ex Christi sanguine, et corpus nostrum ex ejus corpore augeri : quæ uti commode et ex humana consuetudine corpori Christi tribuuntur, cum speciebus illud obtegentibus tantum conveniant ; ita nisi Christus in eis contineretur, nunquam dicere licuisset. Negat ergo tantum Cyrillus panem eucharisticum *in ventrem descendere*, ut ibi communium ciborum more concoquatur et conficiatur, ac deinde *in secessum eat*. Quam autem sortem Christi corpus, ipsam panis eucharistici substantiam, subire negat, de speciebus non inficiatur ; cum experientia constet esse aliquid in eucharistia, quod velut cæteri cibi in stomacho digeratur, et in secessum eat : alias *corpus Christi in membra nostra distribui*, et per eucharistiam *consangues ipsi nos effici*, affirmare non potuisset, nisi species, sub quibus occultatur, in membra nostra ac totam compagem distribuerentur, cumque nostro sanguine commiscerentur. Dico [CCXXXII] ergo : panis eucharisticus, in se propria substantia consideratus, nec in ventre digeritur nec in secessum abit : perspicuum id in doctrina catholica. At in Calviniana sententia falsum panem eucharisticum, ipsam panis hujus substantiam, nec in ventre concoqui, nec in secessum ire, cum sit panis materialis ; nec inficiantur adversarii ; ridiculum vero id monere de figura et efficacia huic pani adjuncta, quod nec *vadat in ventrem nec in secessum ejiciatur*. Non ergo panem eucharisticum Cyrillus Calvini sensu, sed secundum Catholicorum intelligentiam accipiebat. Secundo, panis eucharisticus sua *ordinatione et institutione ad substantiam animæ pertinet. Substantialis* habet nomen ex Cyrillo et Patribus non paucis : idem quoque non ad *animæ* solius, sed etiam ad *corporis emolumentum, in totam humanam compagem distribuitur*. Non ut in baptismo cat. 3, n. 4, et in chrismate cat. 21, n. 3, sic in eucharistia duplicem partem distinguit Cyrillus, quarum una ad corpus solum, altera ad animam pertineat : nec ait, dum pane et vino materiali corpus alitur, gratiam eisdem ex invocatione Trinitatis adjunctum, spirituali cibo ac pinguedine animam alere. Uni et eidem rei utrumque effectum assignat ; ut et corpus suo attactu sanctificet cum in omnia membra distribuatur, et animam ut proprius cibus pascat. Ea est doctrina catholica, qua Christus idem per suum corpus nostrum vivificat, vi ex conjunctione verbi ipsi insita ; et per divinitatem suam animam alit et sanctificat. Contra in hypothesi Calviniana, aliud prorsus ad corpus pertinet ; et hoc ipsum est contra Cyrilli sententiam ipsa eucharistici panis substantia ; panis nempe materialis et vinum quo constat : aliud ad animam, nempe gratia illa quam pani suo et vino liberaliter adjungunt. Catholicum igitur dogma non Calvinianum explicat Cyrillus. Non ignoro Patres aliquando in figuratis et exornatis de baptismali aqua, chrismate, oleo sacro locutionibus, ista usos oratione, *aquam cor abluere, animam sanctificare* At iidem cum pressius et accuratius horum mysteriorum vim et rationem declarant, singularum partium quibus constant fines limitesque circumscripte determinant : neque id ullus Patrum Cyrillo nostro diligentius præstitit, aquæ baptismalis effectum corporea purgatione definiens, et spiritui cordis appersionem ac purgationem reservans cat. 3, n. 4. Quod iisdem ferme verbis repetant Greg. Naz., Greg. Nyss., Cyrilli. Alex., et alii multi. Eodem modo loquitur cat. 17, num. 36. Et hanc solam perfusionem corporis. sine ulla gratia sancti Spiritus, attribuit iis qui ficte accedunt tum hoc loco tum procat. n. 1 et 4. Ostendant velim, ut dixi, sive apud Cyrillum sive apud alios, hanc duplicis partis in eucharistia distinctionem, qua fiat : 1° ut corpus, hoc solum ex attactu eucharistiæ consequatur, ut pane et vino materiali alatur, dum gratia ad animam perveniat, quo panis pertingere non possit ; 2° ut indigne communicantes solum panem materialem et materiale vinum degustent ; nec sacri corporis pollutis manibus et ore recepti rei fiant, atque a condemnatione Judæ proditoris ac crucifigentium Judæorum absolvantur. [CCXXXIII] Occupata sunt istis Albertini responsa. Una superest objectio Riveti ex quodam testimonio catech. 12, num. 1, desumpta, cui abunde in ipso loco satisfecimus.

91. Septimum argumentum ex sinceriorum adversariorum confessione desumi posest. Vir cl. Ernestus Grabe non minus animi candore atque honestate morum, quam eruditione orbi litterario notus, vi veritatis compulsus fassus est Cyrillum nostrum, Gregorium Nyssenum ac Joannem Damascenum, panem ac vinum eucharistiæ in corpus et sanguinem Christi transmutari sensisse. Ita ille in suis ad Irenæum a se editum, ad lib. v, cap. 2, notis, pag. 399 : *Illi*, inquit (*Patres quos nominavi*), *persuasi erant, Spiritum sanctum cœlitus descendentem pani non modo virtutem corporis Christi communicare, sicque eumdem ratione qualitatum mutare : sed et divina potentia ipsam ejus substantiam in carnem transformare, quæ Christi caro sit, et cum illa quæ ex B. Virginis utero prodiit, ac cruci suffixa indeque in cœlum sublata fuit, eadem fiat per* ἐπαύξησιν (hoc est augmentum), *quodque eumdem spiritum vitæ in se habeat : sicut panis quem Servator in terris comedit, vi naturalis coloris in carnem ejus vertebatur, et noster panis quotidianus in substantiam corporis nostri transit : quod corpus hodie a nobis gestatum, idem dicitur cum illo in quo ante plures annos versati sumus, quoniam eadem anima vegetatur ; licet particulæ ejus [sint prorsus diversæ, et*

nulla forte ex prioribus superstes exsistat. Vellem hæc distinctius explicavisset. Illud per ἐπαύξησιν, sumptum non ex Damasceno vero, sed ex epistola Damasceni nomine inscripta ad Zachariam Doarorum episcopum nov. edit. pag. 656, quam eruditus et sagacissimus P. le Quin optime probavit Joannis Damasceni nomini suppositam esse, cum verius sit Petri cujusdam Damasceni. Qui quidem auctor alias in gravissimo errore versatur dum Christi corpus in eucharistia anie sumptionem, et cum a nobis frangitur et comeditur, corruptibile; postquam autem a nobis sumptum fuerit incorruptibile evadere ait: additque in subjecta oratione, cujus idem auctor est, num. 2, pag. 658, Christi corpus immortale et incorruptibile sanguine carere, nec carnem quidem jure appellari. Hujus auctoris sententiam de corpore Christi, ex pane et vino in carnem et sanguinem transsubstantiatis aucto, transfert Grabius ad Joannem Damascenum, Gregorium Nyss. et Cyrillum nostrum, qui ne verbum quidem habent de hujusmodi ἐπαυξήσει et accretione. Quod si ἐπαύξησιν hanc intelligat de eximio quodam, et secundum nostrum concipiendi modum, accretionis et extensionis genere; quo fiat ut per omnes orbis ecclesias sit præsens, et a fidelibus unum et idem manens Christi corpus, substantialis jam accretionis incapax, recipiatur; quemadmodum benigne auctorem epistolæ ad Zachariam interpretatur P. le Quien; Cyrillum ista sensisse ultro concedimus. Si autem hoc Cyrillo tribuit (nam de cæteris auctoribus quos in eadem conjungit, ad me nihil pertinet), ut veram ex pane et vino transsubstantialis Christi corpori accessionem fieri existimaverit, valde repugnem. Et hoc iterum quæro, [CCXXXIV] cum non satis mihi perspectus sit viri clariss. verborum sensus: utrumne accretionem hanc naturali et in cœlo versanti Christi corpori accedere putet; tantumque illi novæ substantiæ supervenire dicat, quantum panis et vini transsubstantiatum sit, hoc est pro mensura panis et vini, carnis et sanguinis plus minusve: an ex pane et vino in carnem et sanguinem et humana omnia membra mutatis, fieri arbitretur humanum quoddam corpus a cœlesti ac naturali corpore Christi cum verbo divino conjuncta informatum, unum et idem corpus cum cœlesti censeatur; non materia quidem, quæ physice diversa sit, sed æstimatione ob animæ unitatem; quemadmodum ab illa unitate fit, ut caro Christi ex Virgine nata, una et eadem cum crucifixa censeatur, quamvis nihil forte prioris illius materiæ reliquum esset. Si primum censuit, quomodo cum præsenti statu corporis Christi in cœlo quod ex hac hypothesi in immensum cresceret id componi possit non intelligo: alias, id quod negat vir clariis. a Patribus illis creditum, Christi corpus e cœlo descendere oporteret, ut a fidelibus sumeretur. Si alterum arbitratus est, fateor ex unitate animæ Christi, cum cœlesti tum eucharistico corpori adjunctæ, fieri posse, ut unus et idem homo Christus et in cœlis versaretur, et in terris ore fidelium sumeretur: unum autem et idem corpus fore plane inficior. Plura essent corpora ab una anima informata, quæ unum hominem efficerent diversis corporibus utentem; quemadmodum in corpore plura sunt membra, quæ propter informantis animæ unitatem, unum corpus humanum constituunt. Sed quemadmodum de capite dici non potest quod sint pedes, licet una anima informentur; ita de corpore Christi eucharistico dici non posset, quod sit corpus ejusdem cœleste: nec verum esset quod affirmant Patres in eucharistia nos, non alium alio, sed uno omnes et eodem corpore vesci; ita ut quod ab uno sumitur idem prorsus sit ac quod ab aliis. Ex omnibus porro quas huc usque produximus Cyrilli sententiis apparet, eum res non ita subtiliter rimatum esse; sed cum ipsum tum auditores simpliciter et candide intellexisse unum Christi corpus quod in cœlo est, in terris a fidelibus modo quodam nobis incomperto et inexplicabili vere ac realiter comedi.

CAPUT XII.

De sacrificio eucharistico, et invocatione ad consecrationem.

92. Pfaffius Augustanæ confessionis professor, quem honoris et amicitiæ causa nomino, in dissertatione *De oblatione veterum eucharistica*, editis a se D. Irenæi fragmentis subjuncta, cap. 38, pag 327, sententiam Cyrilli de sacrificio eucharistico his verbis exponit: *Præcipua itaque oblatio, eaque quæ sacrificio eucharistico essentialis est, juxta Cyrillum dici debet quæ vocatur* λατρεία ἀναίμακτος, *panem vinumque in corpus et sanguinem Christi transmutans; ita ut sacrificium consecratione perfectum, sit* Θυσία τοῦ ἱλασμοῦ, *sacrificium propitiatorium;* [CCXXXV] *post consecrationem quoque pro aliis offerendum. Nec negari omnino potest sententiam Cyrilli placitis Ecclesiæ Romanæ proximam esse.* Notandum tamen alios Patres a Cyrillo plurimum dissentire. De aliis Patribus nostra res non est: mirum tamen si in re præcipua et communis ac quotidiani usus, non una fuit omnium Ecclesiæ Patrum, eorumdemque vulgo summorum sacerdotum, de sui sacerdotii functione sententia. Sed in Cyrillo consisto; cujus sententiam Romanæ Ecclesiæ placitis non *proximam*, sed geminam ac simillimam eamdemque plane dicere debuisset. Cum ex eo quærerem, quid tandem diversi inter ambas Cyrilli et Catholicorum de sacrificio eucharistico sententias deprehendisset, ne plane consentaneas fateretur; respondit multo plura quam apud Cyrillum, doctrinæ de sacrificio eucharistico capita recenseri a nobis Catholicis; sive in doctrina concilii Tridentini *De sacrificio missæ* sess. 22, sive apud Jacob. Bossuetium Meldensem episcopum in Gallico libro *De explicatione quarumdam cæremoniarum missæ*. Hæc responsionis meæ summa fuit: fidem nostram de eucharistiæ sacrificio totam Cy-

rilli oratione contineri ; pleniorem ejus intelligentiam et explicationem ab iis auctoribus dari, collectam tum ex variis SS. Patrum ejusdem doctrinæ enarrandæ modis, tum ex necessariis ejusdem consectariis ; hisque omnibus secum comparatis atque compositis. Fidei catholicæ de sacrificio summa est, per consecrationem a sacerdote Christi et Ecclesiæ ministro factam, poni in altari Christum mactatæ instar victimæ jacentem ; ut ab Ecclesia Deo in propitiationem pro vivis et mortuis offeratur, et ejus carnibus sacrificio participantes vescamur. Hæc omnia fatente Pfaffio agnoscit Cyrillus. Hinc omnia catholicæ doctrinæ consectaria ultro consequuntur. Primo, verum et proprium eucharistiam esse sacrificium, in quo primum panis et vinum Deo oblata per transmutationem sui destruantur : deinde imponatur altari victima pro salute humani generis oblata ; nec ponatur tantum, sed ad victimæ mactatæ modum jacens constituatur ; ita ut dicat simpliciter cum multis aliis Patribus Cyrillus, cat. 23, num. 10, *Christum mactatum*, ἐσφαγιασμενον, *pro peccatis nostris a nobis offerri.* Qui quidem victimæ status, vel ex ejus sine voce ac motu præsentia desumitur, vel ex separata corporis ac sanguinis consecratione, qua corpus et sanguis uti per mortem divisa et disjuncta repræsentantur. Qua ex actione factum ut Patres passim dicant sacerdotem *voce sua quasi gladio corpus et sanguinem Domini incruenta sectione dividere*, Greg. Naz., epist 240. *Nos agnum immaculatum cædere in holocaustum Domino, immolantes mystice et offerentes.* etc *Non mentiri nos dum in sacramento Christum immolari dicimus*, Aug., ep. 98, ad Bonif., num. 9. Secundo, Christum in hoc sacrificio non victimam solum esse ab Ecclesia oblatam, sed pontificem se ipsum pro Ecclesia offerentem. Christus enim sacerdotali sua dignitate privari non potest, et ob hoc a sacerdote in altari ponitur, ut quod in cœlis agit, in terris faciat, nempe assistat *vultui Dei pro nobis* [38], passionis suæ symbola efficacius præferens. [CCXXXVI] Tertio, sacrificium eucharisticum commemorationem esse sacrificii crucis, imo et idem continuatum ; in eo enim eodem adest victima, idemque pontifex, eadem offerens Deo, eademque pro causa : tantum in cruce vere immolatus Christus, in eucharistia mystice et repræsentative cæsus et immolatus. Hæc a Chrysostomo, hom. 17 *in Epist. ad Hebræos*, pag. 856, admirabiliter explicantur : qui ambo sacrificia crucis et missæ sic comparat, ut et sacrificium eucharisticum sacrificii crucis, et sacrificium crucis eucharistici figuram dicat Quod autem Christus in sacrificio eucharistico per commemorationem præteritæ mortis præstat, hoc in cœna fecit per commemorationem mortis futuræ. Quarto, in sacrificio eucharistico Christum se et Ecclesiam, Ecclesiam se et Christum per sacerdotum manus offerre Deo Se offert Christus ut victimam ; Ecclesiamque, cujus figuram gerit sub speciebus panis et vini contentus, nam ut panis et vinum ex multis granis in unum contusis, ita Ecclesia ex multis fidelibus in unum conjunctis componitur. Eademque ratione Ecclesia dum Christum offert, se quoque offert ut ipsi conjunctam et in eucharisticis speciebus repræsentatam. Hæc ex multis Augustini sententiis collecta. Vid. in primis lib. x *De civ. Dei*, cap. 6 et 20.

93. Plura alia possem ex SS. Patribus catholicæ de sacrificio doctrinæ consectaria producere, quorum nullum, admissa semel Cyrilli sententia, realique Christi sub panis et vini speciebus in altari præsentia, negari potest. Sed quod Cyrillus tacuit, non idcirco ignorasse, vel quod pejus, rejecisse dicendus est ; imo aliorum Patrum scita et sententias sibi propositas approbaturus fuisse dicendus, ni certis documentis de contrario constiterit. Hocque pace viri clarissimi mihique conjunctissimi dictum sit, in toto Pfaffii opere vitium deprehenditur, quod singulorum Patrum alterius post alterum sententiam examinans, id unumquemque solummodo et cogitasse et sensisse putet quod ejus verbis continetur, cætera rejecisse : cumque in expendendis profanorum auctorum scriptis, quibus nulla idem sentendi lex fuit, aliorum ex aliis verba et mentem declarare et illustrare soleamus ; id pene nobis in SS. Patribus interdicit, quorum una mens atque consilium fuit, ut communem Ecclesiæ doctrinam pro suo quisque captu ac facultate declararet : perinde quasi licuerit illis in rebus gravissimis (non in dubiis vel minoris momenti), suam sibi cuique, omissis et inconsultis aliis sententiam informare ; impositamque sibi quod traditum antiquitus, et in Ecclesia communiter creditum, tenendi et affirmandi necessitatem ignoraverint.

De invocatione ad consecrationem.

94. Quæritur hic 1° num Cyrillus eucharistiæ consecrationem, soli, exclusis evangelicis verbis, invocationi in liturgia contentæ attribuerit ? 2° Si ita senserit quid de illa ejus existimatione sentiendum ; errorne sit an legitima doctrina ? 3° Liceatne necessarias ad consecrationem invocationem preces existimare ? Ac [CCXXXVII] de prima quæstione fatendum, quotiescunque de consecratione loquitur Cyrillus, hanc ab ea, nullius alterius rei facta mentione, ad SS. Trinitatis vel Spiritus sancti invocationem referri solere, *Panis et vinum eucharistiæ*, cat. 19, n. 7, *ante sanctam adorandæ Trinitatis invocationem nudus panis et vinum erat ; invocatione autem peracta panis fit corpus Christi.* Cat. 21, n. 3, *Panis eucharistiæ, post invocationem sancti Spiritus non est communis panis, sed corpus Christi.* Cat. 23, n. 19, exponens verba, *Sancta sanctis*, ait : *Sancta sunt quæ in altari proposita jacent, recepto Spiritus sancti superventu.* Sed, quod caput est, num. 7, ordinem liturgiæ recensens, cum ad

[38] Hebr. x, 24.

consecrationem devenit, verborum evangelicorum ne meminit quidem : non quod in liturgia prætermissa essent, id enim ne cogitare quidem permittitur ; sed quod historice tantum recitata, nullam habere in sacra actione vim existimasse videatur. Solius autem invocationis mentionem facit in hæc verba : *Postquam nosmetipsos per has laudes spirituales* (trisagium intelligit) *sanctificavimus, Deum benignum exoramus ut emittat sanctum Spiritum super dona proposita ; ut faciat panem quidem corpus Christi, vinum vero sanguinem Christi. Omnino enim quodcunque attigerit Spiritus sanctus, id sanctificatum et transmutatum est.* Quæ quidem Pfaffio in altera dissertatione *De consecratione veterum eucharistica* plane sufficere visa sunt, ut eum iis annumeret, quos in sola invocatione consecrationem reposuisse pertendit. Dico 1° unum Cyrilli silentium non sufficit, ut ab eo vim evangelicorum verborum sublatam existimemus : quod exemplo confirmo. Si ea tantum S. Chrysostomi opera haberemus, in quibus solius invocationis tanquam consecrationis causæ meminit, ut lib. III *De sacerd.*, cap. 4, pag. 32, et lib. VI, cap. 4, pag. 93, et serm. 32, tom. V, pag. 487, et serm. 36, pag. 353, nullam eum evangelicis verbis efficaciam reliquisse suspicaremur. Sed his quæ diserte dicit serm. 30, *De proditione Judæ*, pag. 463, ne ita de eo sentiamus prohibemur. Hæc ostendunt utramque sententiam optime componi, ut et verba evangelica suavi transsubstantiationem operentur ; ut eorum tamen operatio et applicatio a precibus ecclesiasticis tanquam ab impetrante causa dependeat ; Christo et Spiritu sancto una operantibus. Quam quidem Cyrilli fuisse sententiam ut non affirmo, ita, non fuisse nemo, ut opinor, probare potest. Dico 2° nonnisi post invocationem Cyrillus peractam elementorum transmutationem sensit. Ea de re, ut mihi quidem videtur, dubitare non permittunt laudatæ superius illius sententiæ, quibus *ante invocationem* affirmat *panem et vinum eucharistiæ nudum esse panem et vinum : eaque peracta* jam tum *Christi corpus et sanguinem esse.* Quid de hac ejus existimatione sentiendum sit rogas ? paucis aperio.

95. Ac primo quidem fatendum est totam hanc controversiam ad fidem nihil pertinere. Quamvis Græcos inter et Latinos theologos in concilio Florentino ea de re acrius disputatum sit, in decreto tamen unionis nihil statutum fuit de utravis sententia. Concilium Tridentinum hanc disputationem ne attigit quidem : [CCXXXVIII] sess. 13, cap. 2, statuit, *statim post consecrationem ex vi verborum*, et can. 4, *peracta consecratione*, corpus et sanguinem Christi sub speciebus panis et vini una cum anima et divinitate exsistere : sed quæ *verba* illa sint quibus *consecratio peragitur*, non decernit. Secundo, si Cyrillus vim evangelicorum verborum sustulisset, et in nuda invocatione totius consecrationis causam reposuisset, dicerem sententiam hanc videri mihi, Latinæ primum Ecclesiæ traditioni, deinde et veterum Græcorum Patrum, imo et recentiorum Græculorum existimationi adversantem. Recentiores enim Græci uti calumniam sibi impactam longe rejecere, quod nullam in consecratione verbis evangelicis partem tribuere dicerentur. Tertio, in liturgiæ Græcæ usu, quæ evangelica verba invocationi præmittit, dubitari non posse existimo quin Græcorum omnium et ætatum et locorum sententia fuerit Christum non statim post evangelicorum verborum pronuntiationem, sed tantum post invocationem peractam adesse ; Patrum auctoritates non allego, quæ omnibus notæ sunt, nec in re aperta utor testibus non necessariis. Nata ea opinio est ex ipsis liturgiarum et sacræ invocationis verbis, quibus postulatur a Deo, ut id quod *panis* et *vinum* est *a Spiritu sancto mutatum, fiat corpus et sanguis Christi.* Verba hæc detorquere ad effectus eucharistiæ in nobis postulandos, Ecclesiam luculentissimo, et constantissimo transsubstantiationis testimonio privare est. Alioqui verborum illorum sensum, per se patentem et conspicuum, e quibus certius accipiemus, quam ab iis qui per omnes ætates illis usi sunt ? Non mirum scholasticos nostros ea sententia offensos fuisse : persuasi erant (et merito quidem si ad liturgiam Romanam qua utebantur spectes), Christum statim post evangelicorum verborum recitationem nulla mora sub panis et vini speciebus contineri. Sed hæc ad Græcam liturgiam transferri iniquum erat ; in Romana enim, Mediolanensi, et omnibus pene Latinis veteribus liturgiis, invocatio illa, *ut nobis corpus et sanguis fiat* Domini nostri Jesu Christi, vel similis oratio verbis evangelicis præmitti solet ; quare nulla dubitatio relinquitur quin iis recitatis consecratio peracta sit. Quare, ut Græci Patres post invocationem tantum, absolutam consecrationem existimantes, ita loqui solent quasi invocatio illa sola consecrationem efficiat ; ita Patres Latini post evangelicorum verborum recitationem tantum, finitam consecrationem arbitrati, de his verbis ita loqui videntur perinde quasi illis solis transmutatio elementorum tribuenda sit ; sed neque illi verborum evangelicorum, isti multo minus precum necessitatem et efficaciam sustulisse dicendi. Quod quidem de utrisque, generatim duntaxat, non de omnibus et singulis ad rigorem intelligi volo. Latinos autem permultos de vi precum in sacrificio testatos esse notum est, nec veteres tantum dico, ut Hieronymum, Augustinum ; sed etiam recentiores, ut Agobardum epist. ad Bernard. Vienne., Paschasium Ratbert. qui in lib. *De corp. et sang. Domini*, cap. 3, ait : *Spiritum sanctum panis et vini substantiam, invisibili potentia per* [CCXXXIX] *sacramenti sui sanctificationem, operari carnem et sanguinem Christi*, et cap. 12, De Christo, *ipse est qui per Spiritum sanctum hanc suam efficit carnem.* Omitto theologos multos, præsertim e Scholis, qui necessitatem precum ad hæc nostra tempora constanter asseruere.

96. Invocationis sane in consecratione eucharistiæ efficaciam quamdam esse, eamque non parvam ut ait Basilius, lib. *De Spiritu santo*, c. 27. duo mihi semper maxime persuaserunt. Primum est, verissimum illud Augustini principium, sacramentorum efficaciam ab Ecclesiæ precibus dependere. Quamvis et minister per exteriorem sacramenti administrationem, et Christus per gratiam quæ sacramentis rite collatis ex ejus divina promissione nunquam non adest, baptizet et peccata remittat : Ecclesia quoque, non tantum quia claves a Christo immediate accepit, quas per ministros cum a se, tum a Christo deputatos exercet; verum etiam alio sensu, per orationum suarum nunquam deficientium efficaciam, vere dici potest et baptizare et peccata remittere : quod ab Augustino centies decantatum. Vid. lib. III *De bapt.*, cap. 17, lib. IV, cap. 4, num. 6; serm. 99, n. 9, serm. 295, n. 2. Vid. similes locos apud Ambros, lib. V *in Luc.*, num. 11, et lib. I *De pœnit.*, c. 13, n. 81, et insigne testimonium Ambrosii Ansperti *in Apoc.* c. II, 1. Qui enim sacramentis suis se adfuturum pollicitus est Christus, cum gratiam suam per illa fluentem ab Ecclesiæ precibus dependere voluerit, facit ut nunquam in Ecclesia sanctorum oratio deficiat ; eamque per ministrum, Ecclesiæ votorum interpretem, expressam nunquam non exaudit. In omni sacramentorum administratione continentur Ecclesiæ preces, sacramenti effectum a Deo postulantes : quæ non pura ac nuda cæremonia, sed Ecclesiæ vere orantis votorum expressio sunt a ministro Ecclesiæ sub ejus nomine fusæ ; idcircoque propter ministri indignitatem affectu nunquam fraudatæ. His principiis Augustinus, totis contra Donatistas operibus baptismi ab indignis et ab hæreticis dati validitatem defendit. Idem de precibus Ecclesiæ ad consecrationem in liturgia contentis sentiendum. Sacramentalium precum efficaciam Patres uno ore enixe commendant, nec robustius quisquam quam Cyrillus noster : qui iisdem precibus et aquæ baptismalis vim, cat. 3, n, 3, et olei exorcizati efficaciam cat. 20, n. 3, et chrismatis sacri potestatem, cat. 21, n. 3, et eucharistiæ denique transmutationem tribuit.

97. Alterum, quod eucharisticæ invocationis efficaciam necessitatemque non minimum demonstrat, est quod ab secreta apostolorum traditione petita, judice Basilio, in omnibus prorsus tuam antiquis et usu abrogatis, quam usitatis nunc liturgiis reperitur ; non iisdem verbis concepta nec eidem loco affixa ; sed modo verbis evangelicis præit, modo ea subsequitur ; modo ad totam Trinitatem, modo ad Spiritum sanctum ; modo ad Filium, modo ad Patrem directa : eumdem tamen effectum postulans, ut oblatio in altari proposita in corpus et sanguinem Christi transmutetur. Et in omnibus quidem liturgiis tam Græcis quam Orientalibus a viro doctissimo D. Eusebio Renaudotio editis, [CCXL] eadem pene invocationis forma, idem locus, post evangelicæ nimirum cœnæ recitationem, ut A per eam absolvatur consecratio, in Latinis vero nec forma eadem, nec idem locus ; evangelicis tamen verbis vulgo præmittitur. Sic in liturgia Romana his verbis expressa est ad Patrem : « Quam oblatio-« nem (panis et vini) tu Deus, in omnibus, quæsu-« mus, benedictam, ascriptam, ratam, rationabilem, « acceptabilemque facere digneris, ut nobis corpus et « sanguis fiat dilectissimi Filii tui Domini nostri Jesu « Christi. Qui pridie quam pateretur, » etc. Similis pene Ambrosianæ liturgiæ formula, si non ad Romanam posterius inflexa et accomodata sit. Certe Ambrosius communem quamdam Trinitatis invocationem in sacrificio adhibitam testis est his verbis lib. III *De Spiritu sancto*, cap. 16, n. 112 : « Cum Pa-« tre et Filio a sacerdotibus in baptismate nomina-B « tur (Spiritus sanctus), et in oblationibus invoca-« tur. » Sed aliam forte orationem respexit. Auctor librorum *De sacramentis* apud Ambrosium, qui non Mediolanensis quidem sed vicinæ Ecclesiæ ritus exponebat, hanc Romanæ similem invocationem refert lib. IV, cap. 5, num. 21 : « Dicit sacerdos : Fac « nobis hanc oblationem ascriptam, ratam, ratio-« nabilem, quod figura est corporis et sanguinis Do-« mini nostri Jesu Christi : » quod ita intelligendum ut ex pane et vino fiat figura et sacramentum corporis et sanguinis Christi præsentium. Liturgiæ Hispanicæ consecrationis formam sic exprimunt Beatus et Ætherius lib. I « cont. Felicem et Elip., « Bibl. PP. Lugd. *tom. XIII, pag.* 371 : Sexta succe-« dit (*Liturgiæ oratio*) confirmatio sacramenti, ut C « oblatio quæ Deo offertur, sanctificata per Spiritum « sanctum Christi corpori et sanguini confirmetur. » Hoc hodie in Missali Mozarabico visitur oratio ad Filium directa : « Adesto, adesto, Jesu, bone pontifex, in medio nostri, sicut fuisti in medio discipulorum tuorum ; sanctifica hanc oblationem, ut « sanctificata sumamus per manus sancti angeli tui « sancte Domine ac Redemptor æterne. » Sequuntur verba evangelica. In liturgia Africana expressior sancti Spiritus invocatio habita videtur ex his Africanorum auctorum verbis. Optatus, lib. I « cont. Parmen., *n.* 1 : Altaria in quibus vota po-« puli (*oblationes panis et vini*), et membra Christi « portata sunt : quo Deus omnipotens invocatus « sit ; quo postulatus descendit Spiritus sanctus, « unde a multis pignus salutis æternæ et spes resur-D « rectionis accepta est. » Aug., epist. 149, n. 19, totam liturgiam in quatuor partes distribuens, secundam definit « orationes cum benedicitur, et sanctifi-« catur, et ad distribuendum comminuitur (*supp.* « illud quod est in Domini mensa) quam totam peti-« tione mfere omnis Ecclesia Dominica oratione con-« cludit ; *et lib.* V De baptismo, *cap.* 20, *n.* 28 : Quo-« modo exaudit Deus homicidam deprecantem, vel « super aquam baptismatis, vel super oleum, vel su-« per eucharistiam, vel super capita eorum quibus « manus imponitur? ut nempe rata sint ea sacra-« menta. *Fulgentius, lib.* II ad Monimum, *cap.* 6 : Jam « nunc etiam illa est nobis de Spiritus sancti mis-

« sione quæstio resolvenda, cur scilicet si omni Tri-
« nitati sacrificium offertur, ad sanctificandum
« oblationis nostræ munus sancti Spiritus tantum
« missio postuletur; *et cap.* 7: Spiritus [CCXLI]
« sanctus ad consecrandum sacrificium a Patre
« poscitur; *et cap.* 9: Sancti Spiritus ad sanctifi-
« candum totius Ecclesiæ sacrificium postulatur
« adventus, *Inter multas hujus rei causas hanc as-*
« *signat c.* 10: Quando autem congruentius quam
« ad consecrandum sacrificium corporis Christi,
« sancta Ecclesia quæ est corpus Christi, Spiritus
« sancti deposcat adventum, quæ ipsum caput
« suum de Spiritu sancto noverit natum, » ut idem nimirum qui Christi corpus in Virgine formavit, illud in eucharistia ex pane et vino conficiat. Utrum in Africana missa invocatio verbis evangelicis præiret, nullo ex testimonio colligere potui. In liturgiæ Gallicanæ a Mabillonio editæ missis compluribus invocatio reperitur, ad Patrem semper eumque solum directa aliquando ut sanctificet dona oblata; interdum postulans ut modo Verbum suum, modo ut Spiritum sanctum, modo ut utrumque ad sanctificandum sacrificium emittat, Hæc autem habetur oratio, modo ante, modo post evangelica verba. Aliquando autem in totum prætermittitur: quod ad nullam aliam causam refero præter istam, quod imperfecta sit illa missarum collectio, in qua sæpe multæ partes desunt, ex usu communi ut puto supplendæ. Quod si quis multas illic perfectas missas contineri pertendat, in quibus nullum invocationis vestigium appareat, quod vix negari potest; dicam illam ex votis fidelium tota mysterii actione supponi. Ille autem liturgiæ Gallicanæ usus, ut modo evangelicis verbis præeat invocatio, modo evangelica verba invocationi, probat nihil maxime ad rem pertinere quo in loco ea collocetur. Duas res præstandas in sacramento habet Ecclesia, ut et Christi verba recitet, quæ ut olim in cœna ipsius ore, sic nunc quoque ab ipso ministrorum ejus personam sustinentium ore recitata mirabilem eucharistiæ conversionem operentur; et votum suum exprimat, ut Christus secundum promissionem suam suo sacramento ne desit: hæc cum simul præstare non possit, tempore dividere cogitur. Sed una estactio sacrificii duabus illis rebus composita: quænam earum vel præcedat vel sequatur ne maxime intersit, facit actionis hujus unitas. Aptius tamen videtur, ut causa impetrans quæ in precibus sita est, efficientem causam quam in verbis Christi reponimus præcedat et attrahat; quæ est Latinæ Ecclesiæ consuetudo; quam ut efficiens causa impetrantem præsens exspectet ut agat, quæ est Græcæ cæremoniæ ratio.

CAPUT XIII.

De sacra scriptura, traditione, et Ecclesia.

98. Duas hic habemus refellendas Riveti objectiones, quas ex auctoritate Cyrilli in catholicam Ecclesiam intentat. Prima est, quod alium a Cyrilliano sequamur Scripturarum canonem; perinde quasi sicut ille nobis Cyrillianum canonem objicit, non possimus illi vicissim Romanæ et Latinorum Patrum canonem opponere. Altera est de Scripturarum ad faciendam fidem dogmatum necessitate rarum ad faciendam fidem dogmatum necessitate et sufficientia; [CCXLII] quam opponit traditionis et Ecclesiæ definitionum auctoritati. Primum quod attinet, multa in eo peccat Rivetus: 1° Quod Cyrillum negat historiam Susannæ, Belis et trium puerorum canticum agnovisse. Ignorabat nimirum Cyrillum Danielis interpretatione a Theodotione adornata, cum tota Græca et Latina Ecclesia usum esse: in qua nulla erat, sicut in Hieronymiana translatione, trium illorum monumentorum a reliquo Danielis textu dictinctio; sed in primo loco habebatur historia Susannæ: in medio captis tertii canticum puerorum; et ad fidem Belis historia. Hujusmodi Danielis exemplaribus utebantur Patres; hujusmodi sunt omnes pene mss. Græci Bibliorum codices. Sed inexcusabilis Riveti de Cyrillo affirmatio, cum tria hæc monumenta in *Catechesibus*, uti veras Danielis prophetiæ partes citet, Susannæ historiam cat. 16, n. 31, canticum trium puerorum cat. n. 16, cat. 9, n. 2, Beli et draconis historiam cat. 14, n. 25. Baruchi librum præterea et epistolam Jeremiæ in catalogo suo recenset; et tertium Esdræ librum probabiliter pro Esdræ primo habuit, cum cæteris vulgo Patribus. Estheris pariter additamenta in suo libro cum cæteris conjuncta non videtur a reliquo textu distinxisse, qui Hebraicæ linguæ plane rudis erat: ne Rivetus eum solo Hebræorum canone usum existimet; in quo uno se Protestantes acquiescere gloriantur. Alterum ejusdem Riveti peccatum est, quod deuterocanonicos quos dicimus libros, quia in Cyrilliano canone non recensentur, ab eo prorsus rejectos existimet. In catalogo revera non comprehendit suo, quasi dubios et nundum ullo Ecclesiæ universalis judicio in canonem receptos. At eorum aliquos, idem de cæteris sine dubio, si se dedisset occasio, facturus, sæpe citat. Sapientiæ librum cat. 9, n. 2 et 16, laudat sub nomine Salomonis; Ecclesiasticique sententiis utitur cat. 6, n. 4, cat. 13, n. 8, cat. 11, n. 19. Imo et Apocalypsis sententiis permultis utitur, quamvis librum hunc expresse uti apocryphum rejecisse videatur. Idem illi quod cæteris Patribus accidit, ut cum deuterocanonicos libros ab omnibus Ecclesiis non recipi sciret, in canone non recensuerit. Sed tamen cum haberetur in Ecclesia certa et indubitata de eorum bonitate et utilitate traditio, de eorum vero divinitate, non illa certa et explorata ac generalis, sed tamen communis nec interrupta, et omnium pene Patrum veluti divinam Scripturam citantium usu confirmata; eos tanquam divinos laudabat Ecclesiæ judicium exspectans. Tertio, inique nobis objicit Rivetus Cyrilliani canonis auctoritatem, perinde quasi aut eo ipsi Protestantes utantur; aut ipsi debeamus, vel etiam possimus omnes SS. Patrum, quorum nota est inter se diversitas et contrarietas sequi. Sed nos illis potiori jure

objicere possumus primo antiquos Latinæ Ecclesiæ, in qua regenerati sunt, canones quos nos sequimur; deinde Protestantibus æquiori jure objicimus mentem ac sententiam Cyrilli, in canone Scripturarum describendo. Quam ut ipsi perfide contemnunt, ita nos perfecte sequimur, cum etiam ab ejus canone discedimus. Cyrillus [CCXLIII] non sua auctoritate canonem Scripturarum composuit, sed illum quem sua Ecclesia sequebatur, suis auditoribus dedit: ac pro lege præscripsit ut eos libros pro divinis haberemus, quos nobis Ecclesiæ unanimis auctoritas et traditio proponit, cat. 4, n. 33, 35, 36. Ex ea lege nos deuterocanonicos libros suscipimus, quos ipse hodie Ecclesiæ secutus auctoritatem susciperet Cyrillus. Illi omni Ecclesiæ tum ejus in qua nati sunt, tum universalis Ecclesiæ e qua schismate recesserunt, auctoritate seposita, canonem Scripturarum ex arbitrio composuere. Cyrillus in suo canone sine detrectatione admisit libros, de quibus olim fuerat addubitatum, nec ipsius ætate dubitatio desierat: uti Epistolam ad Hebræos, et ex canonicis Epistolis complures; sed prævalenti Ecclesiarum auctoritati obtemperavit. Quidni ergo hodiernum Græcæ pariter et Latinæ Ecclesiæ suffragium, id admittendis deuterocanonicis libris sequuntur adversarii, etiamsi nonnulla de iis forte supersit dubitatio Ecclesiæ totius auctoritati submittenda.

99. Utriusque Ecclesiæ veteris Græcæ et Latinæ, cum diversos Scripturarum canones conderent, una mens ac sententia fuit. Qui verbi gratia deuterocanonicos excludebant, eos tamen in suis libris passim ut divinos nullo discrimine laudabant. Qui autem in canone recipiebant, ii nulla certa affirmatione, aut contrariæ sententiæ damnatione id præstabant: sed velut idoneam auctoritatem suæ Ecclesiæ traditionem secuti, certius tamen et generalius exspectabant Ecclesiæ universalis judicium. Sic cum Ecclesia Africana in concilio Carthaginensi an. 397, canonem suum, qui Tridentino conformis est, scripsisset, veluti subdubitans addidit: *De confirmando isto canone transmarina Ecclesia consulatur*. Iterumque in altero Carthaginensi an. 419, eodem catalogo confirmato subjicit, *Ut fratri et consacerdoti Bonifacio* (papæ) *et earum partium episcopis innotescat*. Similiter Augustinus qui utrique concilio interfuit, cum eumdem catalogum exscribat lib. II *De doct. Christ.*, cap. 8, n. 13, prius tamen n. 12 hanc regulam præscripserat: *In Scripturis canonicis Ecclesiarum catholicarum quamplurium auctoritatem sequatur* (Scripturæ studiosus). *Tenebit igitur hunc modum in Scripturis canonicis, ut eas quæ ab omnibus accipiuntur Ecclesiis præponat eis quas quædam non accipiunt; in eis vero quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eas quas plures gravioresque accipiunt, eis quas pauciores minorisque auctoritatis Ecclesiæ tenent*. Ac propterea de Machabæorum librorum divinitate certis locis haud tanta asseveratione pronuntiat, uti lib. I *cont. Gaudent.*, cap. 31, num. 38, et *De cura pro mortuis* cap. 1, num. 3. Item de Sapientiæ libro ab Massiliensibus rejecto, in lib. *De præd. SS.* Et in primo *Retractat.* lib., cap. 10, num. 3, retractat et corrigit id quod alicubi verba ex Ecclesiastico sumpta, *prophetica verba* appellaverat; *quia*, inquit, *non in ejus libro leguntur quem certi simus esse prophetam*. Junilius quanquam Africanus in lib. I, cap. 3, 4, 5, 6 et 7, de multis Africani catalogi libris ait, vel *inter canonicas* [CCXLIV] *Scripturas non currere*, vel *mediæ auctoritatis esse*. Quanquam Innocentius et Gelasius Romani pontifices canonem librorum sua auctoritate dedissent, in quo Machabæorum libri continentur, eorum tamen successor S. Gregorius Magnus lib. XIX *Moral.*, cap 13, quod iis usus esset ita se excusat: *Non inordinate agimus si ex libris licet non canonicis, sed tamen ad Ecclesiæ ædificationem editis, testimonium proferamus*. Ne miremur inferioris subsellii auctores eadem in rejiciendis quibusdam ex illis libris libertate, aut in sua de eisdem dubitatione significanda usos esse. Unum ex omnibus, qui omnium pene Latinorum theologorum magister audit, S. Thomam laudo, qui prima parte, quæst 89, art. 8, ad 2, Ecclesiasticum citans ait: *Si tamen Ecclesiastici auctoritas non recipiatur, eo quod apud Hebræos inter canonicas Scripturas non computatur*. Eadem pene de eodem libro habet Julianus Toletanus *Prognosticon* lib. II, cap. 30, quamvis ex Isidoro, Hildephonso aliisque monumentis constet Ecclesiam Hispanicam librum hunc, uti cæteros deuterocanonicos, in canone habuisse. Sed postquam accessit dudum expectata Ecclesiæ in concilio Tridentino definitio, ab omnibus Latinis Ecclesiis unanimiter acceptata, et Græcæ Ecclesiæ sententiæ consentanea, quæ libros illos tandem pro canonicis agnoscit, quæ circa illos superesse possit dubitatio plane non video. Quanquam non ignoro viros apprime catholicos inveniri, qui nec a concilii Tridentini nec a Romanæ Ecclesiæ sententia abhorrere censent, quamdam auctoritatis inter canonicos et deuterocanonicos libros distinctionem admittere.

100. Ad Cyrillum et Ecclesiam Hierosolymitanam redeo. Quos illa Cyrilli temporibus nondum recipiebat libros succedentibus agnovit. Nam Apocalypsim Damascenus in canone Novi Testamenti nulla dubitationis significatione comprehendit. Andreas Cretensis, qui e Jerosolymitana Ecclesia prodiisse dicitur, commentario eumdem librum illustravit. Ejus testimoniis utuntur Sophronius Jerosolymorum patriarcha, oratione *De angelis*, et Michael Syncellus nono sæculo, in sua *Laudatione in sanctos angelos* a Combefisio edita: qui quidem in in eadem oratione cum Apocalypsi, tum Judith, Tobiæ, et Machabæorum libris tribus utitur. Antiochus, lauræ S. Sabæ monachus hom., 17, Ecclesiastici librum citat. Andreas jam laudatus, orat. 2 in S. Patapium, p. 221, Sapientiam Salomonis sub nomine citat. Palæstini tandem episcopi in synodo

Bethlehemitica, an. 1672, Sapientiam Salomonis, Tobiam, Judith, Beli et Susannæ historias, Ecclesiasticum et Machabæos recipiunt in hæc verba: Καὶ ταῦτα τῆς Γραφῆς μέρη κρίνομεν· *Et hos libros Scripturæ partes judicamus.*

De adjungenda Scripturæ Traditionis et Ecclesiæ auctoritate.

101. Alterum aggredior disputationis cum Riveto susceptæ caput. Triumphans quodam modo multa cumulat Cyrilli testimonia de Scripturæ sufficientia et necessitate; quibus verbo respondere possem, agi, ipso fatente, de symbolo in quo [CCXLV] agnoscimus nihil contineri solius sine scripto traditionis auctoritate propositum; ut mirum non sit tanta vi Cyrillum asseverare, nihil de Symboli doctrina sine Scripturarum auctoritate, ex humano ratiocinio (id enim solum excludit, non Ecclesiæ proponentis et interpretantis sententiam), tradi debere. Quoniam vero his testimoniis et traditiones non scriptas, et auctoritatem Ecclesiæ oppugnat, ea ne quid dissimulare videar, hic exscribo. Cat. 4, num. 17, proposita compendiose Ecclesiæ circa Trinitatem doctrina ait Cyrillus: *Hoc signaculum in mente tua semper habeto, quod quidem nunc tibi summatim per capitum recensionem edictum est; si vero Dominus concesserit, adhibita ex Scripturis demonstratione pro viribus a nobis edisseretur. Oportet enim circa divina et sancta fidei mysteria ne minimum quidem sine divinis Scripturis tradi; nec temere probabil tatibus argumentisque in verborum artificio consistentibus abduci. Ne mihi quidem ista proferenti ultro credideris, nisi de divinis Scripturis eorum quæ tibi annuntio demonstrationem accipias. Hæc enim fides cui nostram salutem debemus, non ex commentitia disputatione, sed ex divinarum Scripturarum demonstratione vim habet.* Cat. 5, num. 12: *Fidem* (symbolum) *illam solam amplectere et serva, quæ nunc tibi ab Ecclesia traditur, ex omnibus Scripturis vallata.... et modo quidem nudis verbistenus audiens fidem memoria reline; singulorum vero capitum excipe opportuno tempore ex divinis Scripturis assertionem. Non enim ut hominibus libuit, fidei summa composita est; sed selecta ex omnibus Scripturis commendatoria capita unam fidei doctrinam perficiunt et complent.* Cat. 11, n. 12, cum dixisset de divinæ generationis modo nihil Spiritum sanctum Scripturarum auctorem in eis dixisse, subdit: *Quid igitur operose inquiris, quæ neque Spiritus sanctus in Scripturis enarravit? Qui ea quæ scripta sunt non nosti, non scripta percunctaris?* Cat. 12, num. 5: *Quæramus cujus rei gratia descenderit Jesus; neque meis ratiocinationibus attende, sophismatis enim forte illudi possibile; verum, nisi prophetarum de re unaquaque acceperis testimonia, his quæ dicentur ne crede. Nisi et de Virgine, et de loco, et de tempore, et de modo didiceris ex divinis Scripturis, ne accipias ab homine testimonium.* Cat. eadem num. 16: *Num doctrinæ nostræ verborum commenta sunt, et humani ingenii fallaciæ? nonne divinæ Scripturæ sunt salus nostra? nonne prophetarum prædictiones? Commendatum igitur hoc depositum mihi immobile custodi, teque nemo dimoveat: crede Deum hominem factum.* Ridicule trahit hoc *depositum* ad totam doctrinam Christianam, quod ad unum veræ incarnationis credendæ articulum pertinet. Cat. 13, num. 8: *Omnia quæ ad Christum pertinent scripta sunt; nihilque ambiguum est, nihil enim testimonio destitutum, omnia in columnis propheticis inscripta sunt; non in lapideis tabulis, sed a Spiritu sancto manifeste descripta. Cum itaque audiveris Evangelium quæ a Juda gesta sunt referens, nonne, debes ejus rei audire ex Scripturis veteribus testimonium? Audivisti lancea latus transverberatum esse Christum; non debes explorare scriptumne illud quoque* (in Vet. Testamento),... *Audisti quod resurrexit; non debes inquirere num te* [CCXLVI] *his doctrinis ludamus?* Id jam nefas esset, adjicit Rivetus, Christiano adulto, nedum catechumeno, aut neophyto: in his certe Cyrillus papista non fuit. Ignorabam baptizato Protestanti licere, suum contentis in Evangelio Christi mysteriis assensum tandiu suspendere, donec in prophetis ea confirmata et prædicta cognovisset. Cat. 16, num. 2: *Dicamus nos de Spiritu sancto ea tantum quæ scripta sunt: si quid vero scriptum non fuerit, ne curiose scitemur. Ipse Spiritus sanctus eloculus est Scripturas; ipse de se quoque ipso dixit quæcunque voluit, seu quæcunque capere poteramus. Dicamus ergo quæ ab ipso dicta sunt; nam quæ ille non dixit, nos non audemus.* Tandem cat. 17, n. 1: *Humanis ratiocinationibus et inventis nec hodierno die utemur, minime enim expedit: sed divinarum duntaxat Scripturarum sententias memoriæ suggeremus, hoc enim tutissimum.* Ex his omnibus testimoniis tria secundum sectæ suæ præjudicia concludere velle videtur adversarius: 1° Unumquemque fidem sibi ab Ecclesia in qua natus est propositam, ad Scripturarum censuram revocare debere; omnique humana auctoritate seposita, quod Scripturis sibi conforme videbitur admittere, quod dissentaneum rejicere; 2° nullam traditionibus non scriptis auctoritatem concedi oportere; 3° tandem Ecclesiæ judicium ac definitionem per se ac sua auctoritate nihil valere; sed eatenus audiendam, quatenus nobis Scripturæ conformis esse videbitur. Nihil Cyrillianæ doctrinæ his articulis contrarium magis jam ostendo.

102. Ac de primo quidem, ut taceam probabile non esse, præscriptam a Cyrillo unam inveniendæ veritatis viam, quæ 1° magnæ hominum parti qui Scripturas legere vel præ imperitia vel præ occupatione non possunt, cat. 5, num. 12, impossibilis sit; deinde omnibus longa et ardua propter Scripturarum difficultates, versionum, textuum et interpretum comparatione discutiendas; 3° errori facile obnoxia propter diversas sententias, quæ omnes Scripturæ auctoritate fultæ jactantur; de

quibus secundum Rivetum ex veterum sententia judicium instruitur ; 4° nunquam satis certa, sed semper cum formidine conjuncta ; quippe cum ex acumine ingenii, diligentia et eruditione cujusque dependeat : his omissis dico : 1° aliam catechumenorum quos alloquitur Cyrillus, aliam baptizatorum hominum esse rationem : hi coram angelis et hominibus scriptam in cœlo (cat. 19. num. 5) fidei professionem confessi sunt : hanc ad censuram suam revocare, et quod Protestantes fecerunt, commutare, fœdifragi sceius est Cyrillo judice loco citato. Nullo ejusmodi sacramento obligatos qui ad religionem nostram accedebant, ut rationabile Deo fidei obsequium, exhiberent, tum a magistris tum suo ipsorum studio et labore de Christianæ doctrinæ veritate persuaderi æquum erat ; in eumque finem nihil utilius a doctoribus Ecclesiæ præscribi poterat, quam ut Evangelii historiam cum prophetiis compararent. Nobis Evangelii fidem in dubitationem adducere, scelus. Secundo, erant ut ipse fatetur Cyrillus cat. 5, num. 12, qui Scripturas legere non possent, quibus per symbolum [CCXLVII] Scripturarum compendium complectens ab Ecclesia subventum ait : his ergo præclusa erat inveniendæ per se veritatis via. Nisi dixeris satis illis provisum esse per argumenta ex Scripturis a doctoribus allata, quibus singulæ partes symboli probabantur. At primo Hierosolymis proprium erat, ut symboli doctrina diversis catechesibus per singulas partes accurate demonstraretur : alibi uno tantum aut altero sermone, nuda dogmatum sine argumentis expositione, symboli traditio absolvebatur. Deinde satisne prudentis viri sit, auditis doctoris alicujus argumentis, etiam maxime probabilibus, nullo alio examine fidem adhibere ? cum præsertim de rudi et illitterato agatur cui leves argumentationes possint facile fucum facere. Tertio, at neque catechumenis de propositæ sibi doctrinæ veritate, ante adductas singularum demonstrationes dubitare permittit. Id patet 1° ex hac diserta asseveratione cat. 13, n. 9 : « Convenimus non ut pu-
« re contemplatricem Scripturarum expositionem
« efficiamus nunc, sed ut potius de his que credi-
« dimus certis documentis convincamur. » Fidelium nomen gestabant, non ad titulum et pompam, sed ut revera mysteria nostra certo assensu crederent. Procat. n. 6 : « Miserabilis homo cum
« sis, Dei cognomen » (in appellatione « fidelis)
« accipis ; sed cave ne appellationem fidelis, infi-
« delis vero propositum geras. » Cat. 5, n. 2 : « Hic
« jam quæritur ut fidelis quis secundum intimam
« conscientiam reperiatur... ut Deo fidei sincerie tatem ostendas, qui scrutatur renes et corda [39] ; »
et num. 9 : « Si nullius aut modicæ fueris fidei,
« benignus est Dominus, seseque ad te pœniten-
« tem propitius demittit. Dic tantum et tu ingenue
« et ex animo, « Credo. Domine, adjuva infideli-
« tatem meam [40]. » Hæc, ante propositum solummodo symbolum, nodum probatum ac demonstratum. Cat. 17, n. 35. « Si steteris in fide, beatus
« es ; si ex infidelitate ecciderіs, jam ab hoc die
« infidelitatem abjice, et firmam indue persuasio-
« nem. » Restabant tamen probandi tres articuli-symboli. Fidem omnibus locis eamque intimam auditoribus commendat. Vid. procat. n. 8 et 17. Cat. 1, n, 1, ait « eos fidei lampades nuper accen-
« disse, » hortaturque ut inexstinctas conservent ; num. 2, hortatur, ut « arrhabonem Spiritus sancti
« acquirant per fidem. » Cat. 2, n. 3, supponit fidem in animis auditorum formatam, sed cavere jubet ne quid admittant animo, quod *fidem* illam discindat. Multarum rerum ante probationes adducendas exigit fidem. Exigit procat. n. 8 de obtinenda per sinceram voluntatem ac fidem remissione peccatorum ; et tota in hoc argumento versatur oratio, ut simulationem deponant ac sinceram fidem concipiant ; exigit cat. 2 tota, de possibili per pœnitentiam reparatione peccatoris ; exigit cat. 2, de sancti Spiritus in aquis baptismalibus præsentia. Cat. 4 singulos pene articulos quos proponit solum, olim a se demonstrandos, incipit a verbo *Crede* ; cumque Trinitatis doctrinam absolverit, subjicit, « Hoc signaculum in mente semper
« habeto. » Non ergo volebat ut tandiu suspensus penderet assensus, donec adducta fuissent propositæ simpliciter et nondum probatæ doctrinæ argumenta. Idem de symbolo præcipit cat. 5, n. 12 : « Hanc
« fidem tanquam viaticum [CCXLVIII] toto tempo-
« re habere jubeo, et præter eam nullam aliam am-
« plius suscipere, neque etiamsi nos ipsi mutati
« his quæ nunc docemus contraria loqueremur ;
« neque etiamsi angelus adversarius in lucis ange-
« lum transfiguratus in errorem te vellet abduce-
« re. » Nondum symboli doctrinam ex argumentis asseruerat : hanc tamen jam tum certo et immutabili assensu recipi jubet. Tandem sacramentorum veritatis assertionem distulit post Pascha, et eadem a neophytis recepta : an idcirco voluit ut ad eucharistiam verbi gratia dubii et hæsitantes de veritate corporis Christi sibi dati accederent, donec in catechesi ejus rei ex Scripturis fides facta esset ? nonne imperando responsionem *Amen*, ad formulam communionis, *Corpus Christi*, exigebatur certa ejus rei fides. His argumentis demonstratum puto, cum Cyrillus sibi permittit non credi, nisi certa ex Scripturis dogmatum documenta protulerit, hæc de suspendendo tandiu auditorum assensu nullatenus, sed de concepta tantum causæ quam agebat fiducia intelligi oportere. Nunc probandum ab eo traditiones nos scriptas haud magis læsas esse.

103. Nullus est Patrum qui plures allegaverit traditiones non scriptas, ac de earum vi crebrius efficacius locutus sit quam Cyrillus noster. Magnifice passim disserit de vi et utilitate signi crucis cat. 4, n. 14, cat. 13, n. 36 ; de exorcismorum et insufflationum virtute, procat. n. 9 ; olei exor-

[39] Psal. VII. 18. [40] Marc. IX, 23.

cizati efficacia, cat. 20, n. 2; sacrique chrismatis, cat. 21, n. 3; de vi benedictionum ecclesiasticarum in consecranda aqua baptismali, cat. 3, n. 3; oleo exorcizato, sacro chrismate, citatis locis; et sacra eucharistia, cat. 19, n. 7, cat. 21, n. 3, cat. 23, n. 7. Quibus ex Scripturis hæc habemus accepta, aut quænam earum testimonia in probationem earum rerum adducere satagit Cyrillus? Idem dicamus de honore ligno Dominicæ crucis exhibito, a fidelibus particulas ejus habere cupientibus, quorum fidem laudat Cyrillus cat. 10, n. 19, cat. 4, n. 10, cat. 13, n. 4, et de reverentia sancto Domini monumento, monti Golgothæ, aliisque Domini monumentis impensa; quæ nunquam Cyrillus sine præfatione honoris appellat, et titulis ἅγιος, πανάγιος decorat. Idem de vi sanctarum reliquiarum disputat copiosissime et gravissime cat. 18, n. 16; de utilitate suffragii sanctorum nostris precibus in sacrificii oblatione adjuncti, cat. 23, n. 9, et sacrificii pro levamine mortuorum oblati ibid. n. 10: cujus rei disertum in Scripturis argumentum cum non alibi reperiatur præterquam in Machabæorum libris quos Cyrillus in canone non habuit, sotam in ea re traditionis auctoritatem secutum eum esse necesse est. Nec revera horum omnium ullam probationem afferre laborat. His adde perpetuam Mariæ virginitatem cat. 12, n. 34, monastici propositi ac devoti perpetuæ continentiæ corporis laudem, cat. 4, n. 23, cat. 12, n. 35, etc., clericalis continentiæ decus, cat. 12, n. 25, ipsum denique Scripturarum canonem, qui certe in ipsis Scripturis descriptus non est; cujus auctoritatem *ab apostolorum et veterum episcoporum Ecclesiæ rectorum traditione desumit*, cat. 4, n. 34. Cum igitur in objectis num. 98 testimoniis, nihil [CCXLIX] nisi Scripturarum auctoritate probatum credi et assentiri jubet; primum agit de symbolo, non de sacramentis, cæterisque traditionibus ecclesiasticis, quarum nullam in symbolo contineri ultro agnoscimus. Symbolum autem cum Cyrilli sententia cat. 5, n. 12, nihil aliud sit, præter summa doctrinæ in Scripturis contentæ capita; quid mirum si in ea doctrina explicanda ad ipsas Scripturas recurrendum sit, in quibus Deus quid et quantum de rebus in symbolo contentis credere debeamus aperuit; cætera ad exercendam nostram animi demissionem silentio tecta adorari jussit, prohibuit curiosus indagari? Ea vis testimoniorum Cyrilli objectorum, præsertim 1, 2, 3, 6, 7, 8. Quidquid autem Christus ad institutionem et administrationem Ecclesiæ constituit, non omne in Scripturis consignari, sed nonnulla per Ecclesiæ traditionem conservari voluit, ut et dictis et factis præcipue suis omnes Patres docent. Secundo, cum Cyrillus quidquam ad Scripturas addi vetat, nihil aliud excludit nisi humanæ inventionis ratiocinia, sophismata, ingenii in mysteria nostra exercitationem, et ut ipse appellat, συρεσιλογίας, σοφίσματα, σοφιστικὰς κατασκευὰς, ἀνθρωπίνους λογισμούς, etc. Id diserte patet ex testimoniis citatis, præsertim 1, 2, 4, 5, 8. Gravissimæ Cyrillum ut ita et loqueretur et ageret impellebant causæ: prima est, persuadendæ et efficaciter demonstrandæ religionis nostræ veritatis necessitas; quæ prophetarum auctoritate multo significantius, quam humanis ratiocinationibus constituitur. Vid. cat. 13, n. 8, et *Homil. in paralytic.* n. 9. Secunda erat, ut auditores suos adversus hæreticorum cavillationes muniret. Valentiniani Pythagoricæ Platonicæque philosophiæ principia cum Judaismi et Chrsitianismi seminibus admiscentes, insanum humanis ratiociniis doctrinæ systema effinxerant, quo rudibus et imperitis illuderent. Manichæi quoque sua de tenebris earumque principibus somnia tanta verborum pompa adornabant, ut spreta veteri quam calumniabantur Scriptura, ad veritatem auditores suos certo se ducere nulla dubii significatione affirmarent, ac multis etiam persuaderent. Ili in Palæstina Cyrilli temporibus maxime grassabantur. Hinc tam creba apud ipsum et tam inculcata humani rationii contemptio, ejus que imperata audientibus diffidentia. At traditiones ecclessiasticas verbo violare ipsi religio fuisset.

104. Neque porro magis Ecclesiæ definientis et præscribentis auctoritatem uniuscujusque censuræ et arbitrio subjecit. Cat 18, n. 23, scribit, Ecclesiam cum propter alias causas *catholicam*, hoc est *universalem* appellari, tum propter istam: « Quia uni-
« verse et absque defectu docet omnia quæ in homi-
« num notitiam venire debent dogmata, sive de visibi-
« libus et invisibilibus, sive de cœlestibus et terres-
« tribus rebus. » Nihil Ecclesiæ doctrinæ addendum, quoniam *universæ* doceat quæcunque [CCL] in notitiam hominum venire debent: nihil detrahendum, si *omnia* quæ docet, *in notitiam hominum venire debent*; nihil commutandum aut reformandum, cum *absque defectu doceat*, nec major ac gravior in docendo defectus esse possit quam erroris prædicatio. Si falsa doceret Ecclesia, non esset in ejus sinu permanendum, sed magistri veritatis ubicunque forent requirendi. At Cyrillus in Ecclesia quæ catholica dicitur constanter permaneri jubet: hanc enim unam esse Christi sponsam, unam matrem fidelium; nec aliarum sectarum illecebris nos patitur abduci: quæ quamvis Ecclesiæ nomen usurpent, eo solo quod catholicæ nomine destituantur, Ecclesiæ nominis injuste invasi reæ, et sola *Ecclesiæ malignantium* appellatione dignæ convincuntur. « Proprie et vere
« quis dixerit, » inquit, cat. 18, n. 62: « Ecclesiam ma-
« lignantium esse hæreticorum cœtus... Eorum abo-
« minanda collegia fugiens, adhæreas semper sanctæ
« catholicæ Ecclesiæ, in qua et renatus es. Et si quan-
« do peregrinatus fueris in civitatibus, ne simpliciter
« requiras... ubi sit Ecclesia: sed ubi sit catholica Ec-
« clesia. Hoc enim proprium nomen est hujus sanctæ,
« et matris omnium nostrum. Quæ quidem et sponsa
« est Domini nostri Jesu Christi, » etc. Ab hac Ecclesia jubet nos requirere canonem Scripturarum, et symbolum fidei. De priore ait cat. 4, n. 33: *Studiose*

quoque, et ab Ecclesia disce, quinam sint Veteris Testamenti libri, qui vero Novi, et num. 35 : *Eos solos libros studiose meditare et versa, quos etiam in Ecclesia cum certa fiducia legimus. Multo prudentiores et religiosores te erant veteres episcopi Ecclesiarum præsides, qui eos tradidere. Tu ergo filius Ecclesiæ cum sis, ne leges positas perverte* Non igitur permittebat unumquemque spreto Ecclesiæ judicio ex privato spiritu, seu magis arbitrio, de divinis libris judicium instruere. Et num. 36 : *Quæcumque in ecclesiis non leguntur, illa neque privatim legas.* De symbolo vero fidei cat. 5, n. 12 : *Fidem illam solam amplectere et serva quæ nunc tibi ab Ecclesia traditur, ex omnibus Scripturis vallata.* Ecclesiæ unius auctoritate suscipi et retineri jubet doctrinam, cujus examen ad scripturas quas legere non poterant instituere præ ignorantia aut occupatione impediebantur. Ecclesiam tandem deficere non posse docet ; seu cum cat. 18, n. 25, de ea Petro dixisse Salvatorem ait : *Ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam* [41], seu cum post Paulum *columnam et stabilimentum veritatis* [42] appellat : seu cum etiam Antichristi temporibus firmiter permansuram affirmat cat. 15, n. 16· *Neque enim*, inquit, *robur et nervos Ecclesiæ despero.* Hæc Cyrilli principia meditari potius oportebat Rivetum quam sectæ suæ præjudicatas opiniones temere arreptis sancti doctoris sententiis sustentare conari ac Romanæ Ecclesiæ falso conceptam ejus decretorum cum Cyrillianis discrepantiam objicere.

[41] Matth. XVI, 18. [42] I Tim. III. 15.

VETERUM TESTIMONIA

DE S. CYRILLO HIEROSOLYMITANO EJUSQUE SCRIPTIS.

[CCLI-CCLII] S. Basilius homilia 13, pag. 413, sententiam habet, quæ iisdem omnino verbis exstat apud Cyrillum *Procat.*. num. 16.

Concilium Constantinopolitanum œcumenicum II, *an.* 381 *vel* 382, *in epistola ad Damasum et occidentales apud Theodoretum Hist.* eccles. *lib.* V. *cap.* 9.

Τῆς δὲ μητρὸς ἁπασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις, τὸν αἰδεσιμώτατον καὶ θεοφιλέστατον Κύριλλον ἐπίσκοπον εἶναι γνωρίζομεν· κανονικῶς τε παρὰ τῶν τῆς ἐπαρχίας χειροτονηθέντα πάλαι, καὶ πλεῖστα πρὸς τοὺς Ἀρειανοὺς ἐν διαφόροις τόποις ἀθλήσαντα.

B Hierosolymitanæ autem Ecclesiæ, quæ mater est omnium Ecclesiarum, reverendissimum Deoque dilectissimum Cyrillum episcopum esse notum facimus : qui et canonice ab episcopis provinciæ olim ordinatus fuit, et plurima variis in locis contra Arianos certamina subiit.

S. Epiphanius hæres, 66, § 20.

Καὶ ἀπὸ τότε, καὶ ἕως δεῦρο ἄλλοι ἐπίσκοποι· Βάζας, Ἕρμων, Μάκαρις [leg. Μακάριος], Μάξιμος Κύριλλος, Ἑρέννιος, Κύριλλος ἄλλος, Ἱλαρίωνος, νῦν κατέχων τὴν Ἐκκλησίαν, προσεγκληθεὶς τῇ τῶν Ἀρειανῶν κοινωνίᾳ.

A quo tempore ad hodiernam diem hi episcopi numerantur : Bazas, Hermon, Macarius, Maximus, Cyrillus, Herennius, Cyrillus alter, Hilarionus (*a*) qui nunc Ecclesiæ præsidet, qui cum Arianis habuisse communionem accusatus est.

Idem hæres, 73, § 23.

Ἀκάκιος γὰρ ὁ Παλαιστινὸς ὁ Καισαρείας, ἅμα Μελητίῳ, καὶ Οὐρανίῳ τῷ Τυρίῳ, καὶ Εὐτυχίῳ τῷ Ἐλευθεροπολίτῃ, διὰ τὸν πρὸς Κύριλλον τὸν Ἱεροσολυμίτην ζῆλόν τε καὶ μῖσος, ἀνθίσνατο τοῖς περὶ Βασίλειον, καὶ Γεώργιον τὸν Λαοδικέα, καὶ Σιλουανὸν τὸν Ταρσέα, Ἐλεύσιόν τε τὸν Κυζίκου, Μακεδόνιον τὸν Κωνσταντινουπολιτανὸν, Εὐστάθιον τὸν Σεβαστείας, καὶ Ἀνιανὸν τὸν Ἀντιοχέα· τότε καταστασθέντων, κατ' αὐτῶν ἑαυτὸν στρατεύσας ὁ αὐτὸς Ἀκάκιος, πολλὴν φύρσιν εἰργάσατο.

C Nam Acacius Palæstinus Cæsareæ episcopus, cum Meletio, et Uranio Tyrio, et Eutychio Eleutheropolitano, pro eo, quo in Cyrillum Hierosolymitanum odio et invidia flagrabat, Basilio ac Georgio Laodiceno, Sylvano Tarsensi, Eleusio Cyziceno, Macedonio Constantinopolitano, Eustathio Sebasteno, et Aniano Antiocheno seipsum opposuit ; qui tum constituti cum essent, suas in eos vires collegit Acacius, ac turbarum plurimum concivit.

Et paulo post in eodem §.

Εὐτύχιος μὲν γὰρ ὁ Ἐλευθεροπολίτης, οἷα δὴ ἀπὸ τοῦ μακαρίου Μαξιμωνᾶ τοῦ Ἱεροσολυμίου ὁμολογητοῦ ἐπισκόπου τὴν πίστιν ἔχων σαφῆ τῆς ὀρθο-

Nam Eutychius Eleutheropolitanus, utpote a beato Maximo Hierosolymitano episcopo ac confessore catholicæ fidei institutis edoctus, propter Cyrilli

(*a*) Verbi potest. *Hilarionis filius.*

olium ad Acacium sese [non] adjunxit. Qui quidem aliquanto tempore catholicam fidem amplectens, dignitatis suæ retinendæ gratia dissimulavit.

A δοξίας, διὰ τὴν πρὸς τὸν Κύριλλον ἐχθρίαν, (*a*) [οὐκ] ἐμίγη τοῖς περὶ Ἀκάκιον, ὀρθοδόξως μὲν ἔχων ἄχρι καιροῦ, ὑποκρινόμενος δὲ διὰ τὸν ἴδιον θρόνον.

Et ejusdem hæres. § 27.

Nam cum a se invicem opinione non discreparent, nihilominus certas in factiones divulsi sunt, dum privatas inter se simultates exercent : eo quod Cyrillus Hierosolymitanus, [CCLIII] et Eutychius mutuas inimicitias fovercnt : Cyrillus vero a Basilii Galatæ et Aniani qui Antiochiæ ordinatus erat episcopus, ac Georgii Laodiceni partibus staret.

Ἅ γὰρ ἕκαστος ἐφρόνει, ταῦτα καὶ ὁ ἕτερος εἶχεν, εἰς σχίσματα δὲ διηρέθησαν πρὸς ἀλλήλους, ἢ μίσει τινὶ τῷ πρὸς ἀλλήλους, διὰ τὸ Κύριλλον τὸν Ἱεροσολυμίτην πρὸς Εὐτύχιον ἔχειν μῆνιν, καὶ Εὐτύχιον πρὸς Κύριλλον· εἶναι δὲ τὸν Κύριλλον ἅμα Βασιλείῳ τῷ Γαλάτῃ, καὶ Ἀνιανῷ τῷ κατασταθέντι ἐπὶ τῆς Ἀντιοχείας, καὶ Γεωργίῳ τῷ Λαοδικείας.

Et § 37.

Ex hoc enim grege Cesariensis Euzoius prodiit illorum discipulus, qui post Acacium ei sedi præfuit, cum ante Philumenus a Cyrillo Hierosolymitano in illa constitutus fuisset : ac deinde Cyrillus senior ibidem ab Eutychio collocatus ac demum Gelasius ab Cyrillo Hierosolymitano, cujus sororis erat filius, rursus esset impositus. Cum enim hi tres illic ordinati forent, et ob mutuas simultates dignitate cessissent, postmodum Euzois sedem illam obtinuit.

B Ἐξ αὐτῶν γὰρ Εὐζώϊος ὁ ἐν Καισαρείᾳ μαθητὴς ἐκείνων ὑπάρχων, εἰ καὶ τὸν Ἀκάκιον διεδέξατο μετὰ κατάστασιν Φιλουμένου τοῦ ὑπὸ Κυρίλλου τοῦ Ἱεροσολυμίτου καταστα θέντος καὶ μετὰ κατάστάσιν Κυρίλλου τοῦ γέροντος, τοῦ ἀπὸ τῶν περὶ Εὐτύχιον καταστα θέντος καὶ μετὰ κατάστασιν Γελασίου τοῦ ὑπὸ Κυρίλλου, αὖθις τοῦ Ἱεροσολυμίτου καταστα θέντος· ἐξ ἀδελφῆς γὰρ αὐτοῦ ἐτύγχανε. Καταστα θέντων γὰρ τῶν τριῶν, καὶ ἀργησάντων διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἔριν, αὖθις ὁ προειρημένος Εὐζώϊος κατεστάθη.

Rufinus, Histor. ecclesiast., *lib.* I, *cap* 23, *edit. an.* 1526, *vel* 22 *edit. an.* 1580.

Hierosolymis vero Cyrillus post Maximum, sacerdotio confusa jam ordinatione suscepto, aliquando in fide, sæpius in communione variabat.

Idem. lib. I, *cap.* 37.

Cyrillus post Maximum confessorem Hierosolymus habebatur eqiscopus. Apertis igitur fundamentis, calces fundamentaque adhibita. Nihil omnino deerat quin die postera, veteribus deturbatis nova jacerent fundamenta. Cum tamen episcopus dili-

C genti consideratione habita, vel ex iis quæ in Danielis prophetia de temporibus legerat, vel quod in Evangeliis Dominus prædixerat, persisteret, nullo modo fieri posse, ut ibi a Judæis lapis super lapidem poneretur. Res erat in exspectatione, etc.

Idem. lib. II, *cap.* 21

Apud Alexandriam dufuncto Petro Timotheus, et post hunc Theophilus, in Hierosolymis autem post Cyrillum Joannes apostolicas reparant sedes.

Idem Rufinus in suam expssitionem symboli multa ex Cyrilli catechesibus, præsertim 13, 14 et 18, *eo innominato transtulit.*

S. *Hieronymus in* Chronico *ad ann.* 349.

Quadragesimus Maximus post Macarium Hierosolymorum episcopus moritur. Post quem Ecclesiam Ariani invadunt, id est, Cyrillus, Eutychius; rursum Cyrillus, Irenæus ; tertio Cyrillus, Hilarius; quarto Cyrillus. Quorum Cyrillus cum a Maximo fuisset presbyter ordinatus, et post mortem ejus ita ei ab Acacio episcopo Cæsariensi et cæteris episcopis Arianis episcopatus permitteretur, si ordinationem Maximi repudiasset, diaconus in Ecclesia administravit : ob quam impietatem sacerdotii mercede pensatus, Heraclium, quem moriens Maximus in suum locum substituerat, varia

D fraude sollicitatus (*b*) de episcopo in presbyterum regradavit.

Idem, in Catalogo scriptor. ecclesiat, *cap.* 112.

Cyrillus Hierosolymæ episcopus, sæpe pulsus Ecclesia et receptus, ad extremum sub Theodosio principe, octo annis inconcussum episcopatum tenuit. Exstant ejus catecheses, quas in adolescentia composuit.

Κύριλλος Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος, πολλάκις ἐξωθεὶς τῆς Ἐκκλησίας, ὕστερον Θεοδοσίου βασιλεύοντος, ἐπὶ ἐνιαυτοὺς ὀκτὼ ἀσάλευτον ἔσχε τὴν ἐπισκοπήν· οὗτινός εἰσιν κατηχήσεις, ἃς ἐν τῇ νεότητι συνέταξεν.

(*a*) Οὐκ. Petavius omnino expungendam censet negandi particulam ; alioquin quæ hic dicuntur, eis quæ proxime ante habentur, plane contraria sunt.
(*b*) F. *sollicitans.*

S. Nylus multas Cyrilli sententias ex omnibus pene catechesibus in suis epistolis transcripsit.

Philostorgius, *lib.* IV, Histor. ecclesiast., *cap.* 12.

Ἐπίσκοποι δὲ δευτεραγωνιστῶν χορὸν ἐκπληροῦντες Μάρης τε, κ. τ. ἑ. Καὶ δὴ καὶ Ἀκάκιος ὁ τῆς Παλαιστινῶν Καισαρείας, τὴν πρὸς ἐκείνους ὑποκρινόμενος ὁμοδοξίαν, ἐφ' ᾧ τοὺς περὶ Βασίλειον ἀντιλυπῆσαι· διότι κἀκεῖνοι Κύριλλον τὸν Ἱεροσολύμων, ὑπ' αὐτοῦ παυθέντα τοῦ ἱερᾶσθαι, διὰ τιμῆς ἔφερον.

A Secundas autem ab his (Aetium et Eunomium intelligit) partes implebant episcopi, Maris, etc. Itemque Acacius Cæsareæ Palæstinæ, qui se cum illis sentire simulabat, ut Basilium et sodales vicissim doloreafficeret,propterea quodilli Cyrillum Hierosolymorum episcopum ab ipso depositum nihilominus honore afficiebant.

S. Proclus, Constantinopolitanus episcopus, et S. Basilius Seleuciensis nonnulla ex Cyrilli catechesibus in suas orationes transcripsisse, vel saltem imitati fuisse videntur.

Socrates, Histor. ecclesiast., *lib.* II, *cap.* 38.

Ἀκάκιος μὲν γὰρ καὶ Πατρόφιλος, Μάξιμον τὸν Ἱεροσολύμων ἐξωθήσαντες, Κύριλλον ἀντικατέστησαν.

Acacius namque et Patrophilus Maximo Hierosolymorum expulso, Cyrillum adversus eum constituerant.

Idem, *lib.* II, *cap.* 40.

Οἱ δὲ τοῦ ἄλλου μέρους, διακριθέντες καὶ συνελθόντες κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν, ἐκάλουν τοὺς περὶ Ἀκάκιον, ἐπὶ τῷ κρῖναι τὰ κατὰ Κύριλλον τὸν ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων. Ἰστέον δὲ, ὅτι Κύριλλος ἤδη πρότερον κατηγόρητο· καὶ διὰ τί μὲν οὐκ ἔχω φράσαι· καθηρέθη δὲ, ὅτι πολλάκις ἐπὶ τὸ κριθῆναι καλούμενος, ἐφεξῆς δύο ἐνιαυτῶν διεφυγε, τὰς κατηγορίας εὐλαβούμενος. Καθαιρεθεὶς δ' οὖν, ὅμως ἐκκλήτου βιβλίον τοῖς καθελοῦσι διαπεμψάμενος, μεῖζον ἐπεκαλέσατο δικαστήριον· οὗ τῇ ἐκκλήτῳ καὶ ὁ βασιλεὺς Κωνστάντιος ἐγεγόνει σύμψηφος. Τοῦτο μὲν οὖν μόνος καὶ πρῶτος παρὰ τὸ σύνηθες τῷ ἐκκλησιαστικῷ κανόνι Κύριλλος ἐποίησεν, ἐκκλήτοις ὡς ἐν δημοσίῳ δικαστηρίῳ χρησάμενος. Τότε δὲ ἐν τῇ Σελευκείᾳ παρῆν κριθησόμενος· καὶ διὰ τοῦτο οἱ ἐπίσκοποι τοὺς περὶ Ἀκάκιον ἐκάλουν, ὡς μικρῷ ἔμπροσθεν ἐμνημονεύσαμεν, ὅπως ἂν περὶ τῶν κατηγορουμένων διαγνόντες κοινὴν ἐξενέγκωσι ψῆφον.

B Alterius autem partis episcopi,cum in Ecclesiam convenissent, Acacium vocarunt, ut causa Cyrilli Hierosolymorum episcopi judicaretur. Sciendum enim est, Cyrillum jam antea accusatum fuisse ; qua autem de re nequeo dicere. Cæterum depositus est,propterea quodsæpius in judicium vocatus, duobus continuis annis non comparuerat, accusationes reformidans. Depositus tamen, [CCLIV] nihilominus appellationis libello ad eos qui ipsum deposuerant misso, ad majus judicium provocavit, cui quidem appellationi imperator Constantius astipulatus est. Solus igitur ac primus omnium Cyrillus, contra ecclesiastici canonis consuetudinem, appellationem sicut in publicis judiciis fieri solet interposuit. Ac tum quidem Seleuciæ aderat, paratus judicium subire,et ob hanc causam episcopi Acacianos ad concessum vocabant,quemadmodum paulo ante dixi, ut rebus examinatis communi calculo sententiam proferrent.

C

Idem, Histor. ecclesiast.. *lib.* II, *cap.* 42.

Καθεῖλον δὲ καὶ Νεωνᾶν τὸν Σελευκείας, ἐν ᾗ ἐγεγόνει ἡ σύνοδος· ἔτι μὴν καὶ Σωφρόνιον τὸν Πομπηιουπόλεως τῆς ἐν Παφλαγονίᾳ, καὶ Ἐλπίδιον Σατάλων τῆς Μακεδονίας, καὶ τὸν Ἱεροσολύμων Κύριλλον, καὶ ἄλλους δι' ἄλλας αἰτίας ἐξέβαλον.

Abdicarunt etiam Neonam episcopum Seleuciæ, qua in urbe synodus habita fuerat ; Sophronium quoque episcopum Pompeiopoleos, quæ urbs est Paphlagoniæ ; Elpidium Satalorum Macedoniæ, Cyrillum Hierosolymorum episcopum,alios denique alias ob causas exauctorarunt.

Idem, Histor. ecclesiast., *lib.* II, *cap.* 45.

Ἐν δὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις ἀντὶ Κυρίλλου προεχειρίσθη Ἀρρήνιος. Ἰστέον δὲ, ὅτι καὶ μετ' ἐκεῖνον Ἡράκλειος κατέστη, καὶ αὖθις Ἱλάριος· ὕστερον δὲ χρόνῳ Κύριλλος ἐπέβη τῶν Ἱεροσολύμων, καὶ τῆς ἐκεῖ Ἐκκλησίας ἐγκρατὴς ἐγένετο.

Hierosolymis vero, in locum Cyrilli subrogatus est Arrhenius. Sciendum porro est, post hun episcopum ordinatum fuisse Heraclium, ac deinde Hilarium : tandemque Cyrillum Hierosolyma reD versum Ecclesiam suam recuperasse.

Idem, Histor. ecclesiast., *lib.* III, *cap.* 20.

Τότε δὲ Κύριλλος ὁ τῶν Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος, τὸ τοῦ προφήτου Δανιὴλ κατὰ νοῦν ἐλάμβανεν, ὅπερ καὶ ὁ Χριστὸς ἐν τοῖς ἁγίοις Εὐαγγελίοις ἐπεσφραγίσατο, πολλοῖς τε προέλεγεν, ὡς ἄρα νῦν ἥκει ὁ καιρὸς, ὅτε λίθος ἐπὶ λίθον οὐκ ἂν μένοι εἰς τὸν ναὸν, ἀλλὰ τὸ τοῦ Σωτῆρος λόγιον πληρωθήσεται. Ταῦτα ἔλεγεν ὁ ἐπίσκοπος· καὶ διὰ τῆς νυκτὸς σει

Quo quidem tempore Cyrillus Hierosolymorum episcopus memor vaticinii Danielis prophetæ [43], quod Christus etiam in sacris Evangeliis confirmavit [44], palam multis astantibus prædixit. futurum brevi ut in eo templo lapis super lapidem non maneret, sed Servatoris oraculum compleretur. Cumque hæc dixisset episcopus, noctu ingens

[43] Dan. IX, 26. [44] Luc. XXI, 6.

terræ motus exortus, lapides ex veteribus templi fundamentis avulsos sursum excussit, et cunctos una cum contiguis ædificiis dispersit.

A σμὸς μέγας παραγενόμενος ἐνέβρασε τοὺς λίθους τῶν πάλαι θεμελίων τοῦ ναοῦ, καὶ πάντας διέσπειρε σὺν τοῖς παρακειμένοις οἰκήμασι.

Idem, Histor. ecclesiast., *lib.* IV, *cap.* 4.

Eo tempore Romanæ Ecclesiæ præerat Liberius... Hierosolymitanam vero rursus obtinebat Cyrillus.

Κατὰ δὲ τὸν χρόνον τὸν τότε (*a*), τῆς μὲν ἐν Ῥώμῃ Ἐκκλησίας προεστήκει Λιβέριος. . . τῆς δὲ περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα Κύριλλος αὖθις ἐκράτει

Idem, Histor. ecclesiast., *lib.* V, *cap.* 8.

Conveniunt igitur ex iis quidem, qui consubstantialis fidem profitebantur, Timotheus Alexandriæ episcopus, Cyrillus Hierosolymorum, qui tunc pœnitentia ductus consubstantialis fidei adhærebat.

Συνῆλθον οὖν τῆς μὲν ὁμοουσίου πίστεως, ἐκ μὲν Ἀλεξανδρείας Τιμόθεος, ἐκ δὲ Ἱεροσολύμων Κύριλλος, τότε ἐκ μεταμελείας τῷ ὁμοουσίῳ προσκείμενος

Sozomenus, Histor. ecclesiast., *lib.* IV, *cap.* 5.

Eodem tempore cum Cyrillus Hierosolymorum Ecclesiam post Maximum administraret, crucis signum in cœlo apparuit, splendide refulgens, non ut cometes diffluentibus radiis, sed plurima luce collecta densatum ac perspiccum, longitudine quidem a Calvariæ loco ad montem Olivarum, id est, circiter quindecim stadia, totum cœlum quod tractum illum supereminet complectens ; latitudo vero respondebat longitudini Porro ob rem tam insolitam tamque inopinatam, admiratio simul ac metus omnes invasit, relictisque ædibus, et foro,et opere quod quisque præ manibus habebat, universi cum uxoribus et liberis ad ecclesiam confluxerunt, uno consensu Christum laudantes,Deumque alacri animo confitentes.Porro ejus rei nuntius omnes orbis Romani provincias non mediocriter conturbavit, brevi autem id ubique nuntiatum est. Nam cum ex omnibus, ut ita dixerim, orbis partibus, ut moris est, partim orandi, partim sacra loca perlustrandi causa, Hierosolymis adessent peregrini, ea quæ oculis viderant,suis postea retulerunt. Ipse quoque imperator ea de re certior factus est, tum ex multorum aliorum relatione, tum ex litteris Cyrilli episcopi ad ipsum datis. Hæc autem [CCLV] in sacris libris olim prædicta fuisse per divinam quamdam prophetiam,viri istiusmodi rerum gnari asserebant. Et hoc quidem signum plurimos Gentiles ac Judæos ad Christianam religionem pertraxit.

B Ἐν δὲ τῷ τότε χρόνῳ (*b*) Κυρίλλου μετὰ Μάξιμον τὴν Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίαν ἐπιτροπεύσαντος, σταυροῦ σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ ἀνεφάνη καταυγάζον λαμπρῶς, οὐχ οἷον κομήτης ταῖς ἐλλάμψεσιν ἀπορρέων, ἀλλ' ἐν συστάσει πολλοῦ φωτὸς ἐπιεικῶς πυκνὸν καὶ διαφανές· μῆκος μὲν ὅσον ἐκ τοῦ Κρανίου μέχρι τοῦ ὄρους τῶν Ἐλαιῶν, ἀμφὶ δέκα καὶ πέντε στάδια τὸν ὑπὲρ τὸν Χῶρον τοῦτον οὐρανὸν ἀπολαβόν· εὖρος δὲ τῷ μήκει ἀνάλογον. Ὡς ἐπὶ παραδόξῳ δὲ τῷ συμβεβηκότι θαύματι καὶ δέος πάντας ἔσχεν· οἰκίας δὲ καὶ ἀγορὰς, καὶ ὅπερ ἔτυχεν ἕκαστος ἐργαζόμενος καταλιπὼν, ἅμα παισὶ καὶ γυναιξὶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν συνῆλθον, καὶ κοινῇ τὸν Χριστὸν ὕμνουν, καὶ Θεὸν προθύμως ὡμολόγουν. Οὐ μετρίως δὲ καὶ πᾶν τὸ καθ' ἡμᾶς οἰκούμενον ἡ περὶ τούτου ἀγγελία κατέπληξεν. Ἐγένετο δὲ τοῦτο οὐκ εἰς μακράν· ὡς γὰρ εἰώθει, ἐκ πάσης, ὡς εἰπεῖν, γῆς κατ' εὐλὴν καὶ ἱστορίαν τῶν τῇδε τόπων Ἱεροσολύμων ἐνδημοῦντες, ὧν ἐγένοντο θεαταὶ τοῖς οἰκείοις ἐμήνυσαν. Ἔγνω δὲ τοῦτο καὶ ὁ βασιλεὺς, ἄλλων τε πολλῶν ἀναγγειλάντων, καὶ Κυρίλλου τοῦ ἐπισκόπου γράψαντος. Ἐλέγετο δὲ παρὰ τῶν τὰ τοιάδε ἐπιστημόνων, κατά τινα προφητείαν θείαν πάλαι ταῦτα προμεμηνῦσθαι ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις· καὶ τὸ μὲν ὧδε συμβὰν πολλοὺς Ἑλλήνων καὶ Ἰουδαίων εἰς Χριστιανισμὸν ἐπηγάγετο.

C

Idem, lib. IV, *cap.* 17.

Scriptis litteris ad episcopos, qui tum Arimini, et Seleuciæ erant congregati, jussit ut primum quidem controversias de fide componerent : ad extremum vero de episcoporum causis, qui se injuste depositos aut in exsilium missos esse quererentur, cognoscerent ; ex quorum numero erat Cyrillus Hierosolymitanus.

D Γράφει [Constantius] τοῖς τότε ἐν Ἀριμίνῳ, καὶ Σελευκίᾳ, τὰ περὶ τῆς πίστεως ἀμφίβολα προδιαθεῖναι· ἐν τέλει δὲ διαλαβεῖν, κατὰ τὸν τῆς Ἐκκλησίας θεσμὸν, καὶ περὶ τῶν ἀδίκως καθῃρῆσθαι ἢ ὑπερορίας οἰκεῖν μεμφομένων ἐπισκόπων, ὧ εἷς ἦν Κύριλλος Ἱεροσολύμων.

Idem, *lib.* IV, *cap.* 20.

Acacius enim et Patrophilus, pulso Maximo, Hierosolymorum Ecclesiam Cyrillo regendam tradiderant.

Οἱ μὲν γὰρ ἀμφὶ Ἀκάκιον καὶ Πατρόφιλον ἀφελόμενοι Μάξιμον, τὴν Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίαν Κυρίλλῳ ἐπέτρεψαν.

(*a*) Τὸν τότε. Sic emendavimus quod in editis egebatur τόν τε. Edit.

(*b*) Τότε χρόνῳ. Hæc verba addidimus de nostro. Deerant in editis. Edit.

Idem, ejusdem libri cap. 22.

'Εντεῦθεν [*i. e.* Seleuciæ] οἱ μὲν πρότερον τὸ A δόγμα ἐξετάζειν, οἱ δὲ τοὺς βίους ἀνακρίνειν τῶν κατηγορουμένων ἐν αὐτοῖς (ὧν ἦν Κύριλλος Ἱεροσολύμων καὶ Εὐστάθιος ὁ Σεβαστείας ἀναγκαῖον ἔλεγον.

Hinc alii quidem doctrinam fidei ante omnia excutiendam esse dixerunt ; alii vero quæstionem prius habendam esse de vita ac moribus eorum qui inter ipsos accusabantur : ex quorum numero erat Cyrillus Hierosolymorum episcopus, et Eustathius Sebastiæ.

Et paulo post, ad finem capitis.

Οὐδὲ τὴν αὐτὴν πίστιν ὁμολογεῖν ἠβούλοντο [*nimirum* Acaciani], ἢ περὶ τῶν ἐγκλημάτων ἀπολογεῖσθαι, οὔτε εἰς τὴν κατὰ Κύριλλον ἐξέτασιν παραγενέσθαι ἠνείχοντο, ὃν αὐτοὶ καθεῖλον.

Nam neque eamdem cum reliquis fidem confiteri volebant, nec de criminibus sibi illatis causam dicere, nec ad examinandum Cyrilli negotium accedere sustinebant, quem ipsi deposuerant.

Idem, Histor. ecclesiast., *lib.* IV, *cap.* 25.

Σὺν τούτοις δὲ καὶ Κύριλλον τὸν Ἱεροσολύμων καθεῖλον, ὡς Εὐσταθίῳ καὶ Ἐλαιδίῳ κεκοινωνηκότα, ἐναντία σπουδάσασι τοῖς ἐν Μελιτινῇ συνελθοῦσι , B μεθ' ὧν καὶ αὐτὸς συνεληλύθει· καὶ ὡς μετὰ τὴν ἐν Παλαιστίνῃ καθαίρεσιν κοινωνίας μετασχόντα σὺν Βασιλείῳ , καὶ Γεωργίῳ τῷ Λαοδικείας ἐπισκόπῳ· ἐπειδὴ ἐπετράπη τὴν Ἱεροσολύμων ἐπισκοπήν, περὶ μητροπολιτικῶν δικαίων διεφέρετο πρὸς Ἀκάκιον Καισαρείας, ὡς ἀποστολικοῦ θρόνου ἡγούμενος· ἐντεῦθέν τε εἰς ἀπέχθειαν κατέστησαν, καὶ ἀλλήλους διέβαλον, ὡς οὐχ ὑγιῶς περὶ Θεοῦ φρονεῖν· καὶ γὰρ καὶ πρὶν ἐν ὑπονοίᾳ ἑκάτερος ἦν, ὁ μὲν τὰ Ἀρείου δογματίζων, Κύριλλος δὲ τοῖς ὁμοιούσιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν εἰσηγουμένοις ἑπόμενος. Οὕτω δὲ ἔχων γνώμης Ἀκάκιος σὺν τοῖς τὰ αὐτοῦ φρονοῦσιν ἐπισκόποις τοῦ ἔθνους φθάνει καθελὼν Κύριλλον ἐπὶ προφάσει τοιᾷδε· Λιμοῦ καταλαβόντος τὴν Ἱεροσολύμων χώραν, ὡς εἰς ἐπίκοπον ἔβλεπε τὸ τῶν δεομέ- C νων πλῆθος, τῆς ἀναγκαίας τροφῆς ἀπορούμενον. Ἐπεὶ δὲ χρήματα οὐκ ἦν οἷς ἐπικουρεῖν ἔδει, κειμήλια καὶ ἱερὰ παραπετάσματα ἀπέδοτο. Ἐκ τούτων δὲ λόγος, τινὰ ἐπιγνῶναι οἰκεῖον ἀνάθημα γυναῖκα ἐκ τῶν ἐπὶ θυμέλης ἡμφιεσμένην· πολυπραγμονῆσαί τε ὅτεν ἔχοι, καὶ εὑρεῖν ἔμπορον αὐτῇ ἀποδόμενον, τῷ δὲ ἐμπόρῳ τὸν ἐπίσκοπον . Αἰτίαν δὲ ταύτην προϊχόμενον καθελεῖν αὐτὸν Ἀκάκιον.

Cum his vero Cyrillum exauctorarunt episcopum Hierosolymorum, propterea quod cum Eustathio et Elpidio communicasset, qui decreta Melitinensis synodi, cui ipse quoque interfuerat, abrogare studuerat ; et quod post depositionem in Palæstina factam , communionem iniisset cum Basilio et Georgio episcopo Laodiceno. Etenim post susceptum Hierosolymorum episcopatum, de jure metropolitano adversus Acacium episcopum Cæsareæ controversiam moverat, tanquam apostolicam sedem obtinens. Ex quo factum fuerat, ut inimicitias inter se susciperent, seseque mutuo accusarent, quod non recte sentirent de divinitate. Nam et antea uterque eorum in suspicionem venerat ; Acacius quidem, quod cum Ario idem sentiret ; Cyrillus vero, quod eos sectaretur qui Filium Patri similem secundum substantiam asserebant. Cum igitur ita sentiret Acacius, una cum episcopis provinciæ Palestinæ qui idem cum ipso sentiebant, Cyrillum præveniens deposuit hujusmodi ob causam : Cum Hierosolymorum regionem fames occupasset, egentium multitudo necessariis alimentis destituta, in Cyrillum utpote episcopum oculos conjecit : cum autem pecuniæ deessent quibus subveniri posset egentibus, Cyrillus thesauros ecclesiæ et sacra vela divendidit. Aiunt igitur quemdam donarium suum ægnovisse in muliere senica, quæ illo amicta erat ; inquirentemque curiosius unde illud haberet, deprehendisse mercantorem qui illud mulieri vendiderat, mercatori vero episcopum venumdedisse. Hanc ergo causam prætexens Acacius Cyrillum deposuit.

Idem, lib. IV, *cap.* 30.

Κυρίλλου δὲ καθαιρεθέντος, ὡς εἴρηται, παραλαμ- D βάνει τὴν Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίαν Ἐρέννιος, καὶ μετ' ἐκεῖνον Ἡράκλειος, ἐφεξῆς τε τοῦτου Ἱλάριος. Τούτοις γὰρ ἐν τῷ τότε τὴν ἐνθάδε Ἐκκλησίαν ἐπιτροπεῦσαι παρειλήφαμεν μέχρι τῆς Θεοδοσίου βασιλείας, ἡνίκα δὴ Κύριλλος εἰς τὸν αὐτὸν ἐπανῆλθε θρόνον.

Cyrillo vero, uti diximus exauctorato, Hierosolymorum Ecclesiam accipit Herennius, et post eum Heraclius, et post Heraclium Hilarius. Hos enim illo tempore hanc Ecclesiam rexisse reperimus usque ad imperium Theodosii : quo tempore in illam sedem reversus est Cyrillus.

Idem, lib. VII, *cap.* 7.

Συνῆλθον οὖν, ἐκ μὲν τῶν ὁμοούσιον τὴν Τριάδα δοξαζόντων , ἀμφὶ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα· τῶν δὲ ἀπὸ τῆς Μακεδονίου αἱρέσεως, ἓξ καὶ τριάκοντα, ὧν οἱ πλείους ἐτυγχανον ἐκ τῶν περὶ τὸν Ἑλλήσποντον πόλεων. Ἡγοῦντο δὲ τούτων Ἐλεύσιος ὁ Κυζίκου, καὶ Μακριανὸς ὁ Λαμψάκου. Τῶν δὲ ἄλλων Τιμόθεος, ὁ τῶν Ἀλεξανδρέων διέπων θρόνον, οὐ πρὸ πολλοῦ

[CCLVI] Ex iis igitur qui Trinitatem consubstantialem profitebantur, convenerunt centum circiter et quinquaginta. Ex Macedonianis vero, sex et triginta: quorum plerique erant ex civitatibus circa Hellespontum sitis. Præerant autem istis Eleusius Cyzicenus, et Marcianus Lampsacenus. Cæteris vero Timotheus Alexandrinæ sedis antistes præsidebat,

qui paulo antea Petro fratri suo ex hac luce sublato in episcopatu successerat; et cum eo Meletius episcopus Antiochiæ, qui non ita dudum ordinationis Gregorii causa Constantinopolim advenerat; et Cyrillus episcopus Hierosolymorum, pœnitentia tum ductus quod opinioni Macedonii antehac adhæsisset.

A τετελευτηκότα Πέτρον ἀδελφὸν οντα αὐτοῦ διαδεξάμενος· καὶ Μελέτιος ὁ Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος, ἤδη πρώην εἰς Κωνσταντινούπολιν διὰ τὴν Γρηγορίου κατάστασιν ἀφικόμενος· καὶ Κύριλλος ὁ Ἱεροσολύμων, μεταμεληθεὶς τότε ὅτι πρότερον τὰ Μακεδονίου ἐφρόνει.

Idem, lib. VII, *cap.* 14.

Nec multo post, Timotheo et Cyrillo fato functis, succedit Alexandrinæ sedi Theophilus, ac Hierosolymitanæ Joannes.

Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον Τιμοθέου καὶ Κυρίλλου τὸν βίον μεταλλαξαμένων, διαδέχεται τὸν Ἀλεξανδρέων θρόνον Θεόφιλος, τὸν δὲ Ἱεροσολύμων Ἰωάννης.

Theodoretus, Histor. ecclesiast. *lib.* II. *cap.* 26.

ιδ'. Εἰς τὸ (7), Σταυρωθέντα καὶ ταφέντα· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Ἡσαΐου· Κύριε, τίς ἐπίστευσε, καὶ τὰ ἑξῆς, κατ. ιγ'.

ιε'. (8) Εἰς τὸ, Καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους α' Ἐπιστολῆς· Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, καὶ τὰ ἑξῆς, κατ. ιδ'.

(1) Vocos, κατήχησις φωτιζ. ἐν Ἱεροσολ., desiderantur apud Prevot sumptæ ex codice Aug., in quo verba, φωτιζ. ἐν Ἱεροσολ., inclusa sunt parenthesibus.

(2) Vocem σχεδιασθεῖσα supplevi ex cod. Aug. verba, καὶ ἀνάγνωσις, etc., hic et in sequentibus titulis desunt in cod. Aug.

(3) In cod. Aug., καθ' αἱρέσεων, *contra hæreses.*

(4) Vocem εἰς addidi ex cod Aug.

(5) Titulum hunc aliter exhibet Aug. : Περὶ τῆς ἐκ Πατρὸς τοῦ Υἱοῦ γεννήσεως πρὸ αἰώνων, καὶ θεότητος αὐτοῦ, καὶ εἰς τὸ, Δι' οὗ τὰ πάντα· De Filii generatione ante sæcula ex Patre, et divinitate illius ; et in illud : *Per quem omnia.*

(6) Aliter codex Aug. : Περὶ τῆς ἐκ Παρθένου γεννήσεως ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐνανθρωπήσεω, τοῦ Χριστοῦ· *De Christi ex Virgine nativitate ex Spiritu sancto, et* [*ejus*] *inhumanatione.*

(7) Aug.. Εἰς τόν.

(8) Horum loco, ita est in Aug : Περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνόδου, καὶ θρόνου τοῦ ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρός· *De Christi resurrectione ex mortuis, et in cælos reditu, et throno a dextris Patris.*

ις'. (1) Εἰς τὸ, Καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Δανιήλ. Ἐθεώρουν ἕως οὗ θρόνοι, καὶ τὰ ἑξῆς, κατ. ιε'.

ιζ'. Περὶ τοῦ (2) ἁγίου Πνεύματος τοῦ Παρακλήτου· καὶ ἀάγνωσις ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους πρώτης. Περὶ δὲ τῶν πνευματικῶν, καὶ τὰ ἑξῆς, κατ. ιζ',

ιη'. Τῶν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὰ λοιπά· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους πρώτης. Ὧ μὲν καὶ δίδυται λόγος, καὶ τὰ ἑξῆς, κατ. ιζ'.

ιθ'. (3) Εἰς τὸ, Καὶ εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν Ἐκκλησίαν· καὶ σαρκὸς ἀνάστασιν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Ἰεζεκιήλ. Καὶ ἐγένετο ἐπ' ἐμὲ χεὶρ Κυρίου, καὶ τὰ ἑξῆς, κατ. ιη'.

(4) Τοῦ αὐτοῦ Κυρίλλου Κατηχήσεων μυσταγωγικῶν πίναξ.

(5) Πρὸς τοὺς νεοφωτίστους· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς Πέτρου καθολικῆς πρώτης Ἐπιστολῆς, ἀπὸ τοῦ, Νήψατε, γρηγορήσατε, καὶ τὰ ἑξῆς, κατ. α'.

Περὶ βαπτίσματος· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολῆς, ἀπὸ τοῦ, Ἢ ἀγνοεῖτε, ὅτι ὅσοι, καὶ τὰ ἑξῆς, κατ. β'.

Περὶ χρίσματος· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς. Ἰωάννου καθολικῆς πρώτης Ἐπιστολῆς, ἀπὸ τοῦ, Καὶ ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε, καὶ τὰ ἑξῆς, κατ. γ'.

Περὶ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους Ἐπιστολῆς. Ἐγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ Κυρίου, καὶ τὰ ἑξῆς, κατ. δ'.

Ἐκ τῆς Πέτρου καθολικῆς Ἐπιστολῆς· Διὸ ἀποθέμενοι, καὶ τὰ ἑξῆς. κατ. ε'.

16. In illud. *Et venturus judicare vivos et mortuos*, et de Antichristo : lectio ex Daniele : *Videbam donec throni*, etc., cat. 15, p. 221.

17. De sancto Spiritu Paracleto : lectio ex priore ad Corinthios : *De spiritualibus autem*, etc., cat. 16, p. 242.

18. Reliqua ad sanctum Spiritum pertinentia : lectio ex prima ad Corinthios : *Alteri quidem datur sermo*, etc., cat. 17, p. 263.

19. In hoc, *Et in unam sanctam catholicam* [CCLXVII] *Ecclesiam; et carnis resurrectionem. et in vitam æternam* : lectio ex Ezechiele : *Et facta est super me manus Domini*, etc., cat. 18, p. 283.

Ejusdem Cyrilli Catecheseon mystagogicarum *index*.

Ad neophytos : lectio ex priore catholica Petri Epistola, a verbis : *Sobrii estote, vigilate*, cat. [19 mystag.] 1, p. 303.

De baptismate : lectio ex Epistola ad Romanos a verbis : *An ignoratis, quod quicunque*, etc., cat. [20 myst.] 2, p. 310.

De chrismate : lectio ex priore Joannis catholica Epistola, a verbis : *Et vos chrisma habetis*, etc., cat. [21 myst.] 3, p. 314.

De corpore et sanguine Christi : lectio ex Epistola ad Corinthios : *Ego enim accepi a Domino*, etc., cat. [22 myst.] 4, p. 318.

Ex catholica Petri Epistola : *Idcirco deponentes*, etc., cat. [23 myst.] 5, p. 322.

In codice Augustano post titulos priorum catecheseon habetur hæc chronoligica adnotatio, quæ etiam in codice Grodecii legebatur, et ab eo Latine reddita est, sed cum nonnulla diversitate. In Ottob. hæc nota habetur post utrasque Catecheses.

Πολλαὶ μὲν ἐρρήθησαν (6) καὶ ἄλλαι κατηχήσεις κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον, καὶ πρὸ τοῦ βαπτίσματος. καὶ μετὰ τὸ βαπτισθῆναι τοὺς νεοφωτίστους. Ταύτας δὲ μόνας, ἐν τῷ λέγεσθαι τῶν σπουδαίων τινὲς ἐκλαβόντες, ἔγραψαν ἐν τῷ (7) τνβ' ἔτει τῆς τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίας. Ἐν αἷς

Multæ quidem et aliæ singulis annis dictæ sunt catecheses, ante baptismum et post Neophytorum baptismum. Has autem solas, cum pronuntiarentur excipientes, studiosi quidam exscripserunt anno 852 adventus Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi. In quibus particulatim reperies secundum

(1) In codice Aug. hic est titulus : Περὶ τῆς δευτέρας ἐνδόξου παρουσίας τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀτελευτήτου βασιλείας, καὶ περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου· *De secundo adventu Christi glorioso, et regno sine fine : et de Antichristo.*

(2) Deest τοῦ ante ἁγίου, et habentur ante Παρακλήτου, in Aug unde addidimus in textu.

(3) Plenius habetur hic titulus in cod. Aug. : Περὶ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, καὶ περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν καὶ περὶ ζωῆς αἰωνίου· καὶ περὶ ἄλλων κατηχήσεων, καὶ ἐπίλογος περὶ σωφροσύνης. *De catholica Ecclesia, et de resurrectione mortuorum : et de vita æterna : et de aliis catechesibus, et epilogus de temperantia.*

(4) In codice Aug. : Μυσταγωγικαὶ Κατηχήσεις πέντε Ἰωάννου ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων· *Mystagogicæ Catecheses quinque Joannis Hierosolymorum episcopi.* Mendax inscriptio errantis, vel errantem sequentis librarii.

(5) Horum omnium sequentium titulorum loco, in Aug. cod. habetur tantum : Περὶ βαπτίσματος, χρίσματος, σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ. *De baptismate, chrismate, corpore et sanguine Domini.*

(6) In Grodecii versione additur, *a Cyrillo.*

(7) In Ottob. cod., ἐν τῷ τριακοσιοστῷ τριακοστῳ δευτέρῳ ἔτει. Annus 352, secundum numerationem Græcorum est æræ Christianæ 360, annus 332, est Christi 340.

divinas Scripturas disputatum de omnibus necessariis fidei dogmatibus, quæ ad hominum notitiam venire debent ; et opportuna contra Græcos, eos qui ex circumcisione sunt, et hæreses ; et moralia omnis generis ad Christianos documenta, Dei gratia.

A εὑρήσεις ἐκ μέρους, κατὰ τὰς θείας Γραφὰς, περὶ πάντων ἀναγκαίων τῆς πίστεως δογμάτων τῶν ὀφειλόντων εἰς γνῶσιν ἀνθρώπων ἐλθεῖν· (1) καὶ τὰ πρὸς Ἕλληνας, καὶ τοὺς ἐκ περιτομῆς, καὶ πρὸς τὰς αἱρέσεις· καὶ τὰ ἠθικὰ Χριστιανῶν παντοῖα παραγγέλματα, θεοῦ χάριτι.

(1) Desunt hæc postrema verba in Grodecii interpretatione, et Ottob. cod.

(CCLXVII) MONITUM IN PROCATECHESIM.

I. *Prævius hic, atque uti extra catecheseon ordinem est sermo ; in quo auditores suos, datis ad baptismum Quadragesimæ initio nominibus, de novi status sui excellentia et officiis docet* (num. 1, 6, 8) ; *quoque modo suum illud Christianitatis tirocinium, se ad baptismum diligenter et ex animo præparando, transigere debeant. In primis sincerum et nulla prava intentione fucatum baptismi desiderium requirit, cujus defectu non solum inutilis, sed et perniciosa hujus doni susceptio futura sit. Quanti periculi sit rem male sine sincera animi inductione experiri ostendit* (n. 2, 3) *adductis Simonis Magi, et convivæ ad nuptias sine candida veste venientis exemplis* [47] : *tum hortatur* (n. 4, 5), *ut si quis non bona mente ingressus fuerit, pravam dispositionem illico abjiciens, meliorem sumat ; atque ad id conspecto ecclesiasticorum conventuum ordine et majestate permoveatur, multos prave accessisse et in melius mutatos memorans. Quod catechumeni et illuminandi discrimen sit refert* (n. 6) : *hunc jam* fidelem *dici, quo nomine Deus ipse gaudeat ; bene suscipiendum semel baptismum, qui non iteretur si male successerit ; nam hæreticos solos rebaptizari, quia quem prius receperant nullus fuerat. Omnem voluntatis bonæ, præter quam Deus nihil requirit, diligentiam adhiberi præcipit* (n. 7). *Exorcismos studiose suscipiant, quibus anima velut in fornace per Spiritum sanctum a peccatis purgatur, liberaturque a dæmonibus* (n. 8, 9). *Catechesibus assidui adsint* (n. 10) : *in his enim arma adversus Judæos, Samaritas, gentiles et hæreticos sumi* (n. 11) : *nullamque sine totius doctrinæ in eis per ordinem traditæ dispendio permitti* (n. 12) ; *cæterum ibi audita coram catechumenis, etiam curiose percunctantibus sedulo tegant. Quid ante horum exorcismorum ecclesiam ante alios ingressis, quid exorcismorum tempore faciendum præscribit* (n. 13, 14). *Denique commendata noctis paschalis, qua baptizandi erant, celebritate, et ostensis baptismi bonis* (n. 15, 16), *diligenti ac sedula ad omnium bonorum operum exercitationem exhortatione sermonem concludit* (n. 17, 18).

II. *Plurima sunt in hac oratione eruditorum animadversione digna. Consuetudo nomina ad baptismum initio Quadragesimæ dandi* (n. 1 et 4) : *ibi catechumenatus finis et sumpta fidelium appellatio* (n. et 12) : *quæ Ecclesiæ Hierosolymitanæ fere propria : vis exorcismorum* (n. 9), *baptismi ab hæreticis dati nullitas* (n. 7), *silentium mysteriorum coram catechumenis* (n. 12), *dura et laboriosa baptizandorum per quadraginta dies exercitatio* (n. 4, 13, 15, 16). *Clericorum adversus eos vigilantia et studium, etc.*

III. *Habita est hæc oratio initio Quadragesimæ, ex his verbis num.* 4 : Non parvam habes temporis *intercapedinem : pœnitentia* quadraginta dierum tibi datur. *Ipsa prima Quadragesimæ Dominica peroratam esse ex his causis conjicio* : 1° *quod sequentes quatuor catecheses initio Quadragesimæ cumque tota adhuc decurrenda esset, sint dictæ ; ex cat.* IV, *n.* 3 ; 2° *quod coram universo Ecclesiæ cœtu et ipsa in synaxi, ut credo, pronuntiata sit ; his enim verbis compellat eum qui mala mente accessisset, n.* 4. Vides venerandam hanc Ecclesiæ speciem ? vides ordinem ac disciplinam, Scripturarum lectionem, canonicarum personarum præsentiam, docendi ordinem ac seriem ? *dum, ut ego interpretor, plures presbyteri, et postremo loco episcopus concionaretur. Præterea, caret hæc oratio lectione Scripturæ cæterarum catecheseon initio præfixa : cujus rei nullam aliam causam reperio, nisi quod cæteræ catecheses in conventu proprio et ad eam rem solummodo deputato habitæ sint ; hæc in dimissione illuminandorum, antequam fidelium missa inchoaretur. Clausa erat ecclesia n.* 14, *et exclusi catechumeni n.* 12. *Jam nomina dederant ad baptismum Illuminandi, omnes simul, atque ipsa fortassis die, ut ex dictis n.* 1, 3, et 5 *conjicio. Jam primum saltem exorcismum susceperant, cujus rei ritum describit num.* 9.

[47] Act. VII, 18-24 ; Matth. XXII, 11-13.

IV. Procatechesis *dicitur, quasi* ante catecheses *dicta, et iisdem audiendis præparatura. Similis est argumenti cum primo illo e sex* Institutionum *libris, quos a Nicea (forte Aniceto) Romanæ civitatis episcopo, vel potius ab aliquo similis nominis ejus Ecclesiæ presbytero scriptos dicit Gennad.*, Catalog. *cap.* 23, *quorum primus continebat*, qualiter se debeant agere competentes, quia ad baptismi gratiam cupiunt pervenire. *Similis est etiam Augustiniano sermoni* 216, *ad Competentes dicto. Cum singulare atque unicum sit hoc Cyrillianum* Catecheseon *opus, nullibi alias reperi vocem* Procatechesis *eodem quo hic sensu usurpatam ; ipsa etiam vox raro in scriptoribus ecclesiasticis occurrit. Unum memini me legere locum apud Cyrillum Alexandrinum* [CCLXVIII] *lib.* II, *in Joan., ad cap.* III, *vers.* 22, *pag.* 157 A, *dum ait legem Mosaicam fuisse præexercitationem quamdam ac præviam institutionem ad cultum spiritualem novæ legis*, προγύμνασμά τι καὶ προκατήχησις τῆς ἐν πνεύματι λατρείας.

V. *Cum cætera catecheses prævium quoddam in inscriptione habeant argumentum, quod rem in unaquaque tractatam indicet, nullum in manuscriptis et editis codicibus* Procatechesi *ascribitur. In Augustano tamen indiculo, quem superius editi, repetitur istud* : Περὶ τοῦ μὴ πειρᾶσαι· De non tentando; *nec temere, cum tota fere in hoc versetur oratio, ne prava dispositione et imperatus aut auditor ad baptismum accedat, quasi periculum rei propriæ salutis dispendio facturus. Cur nulla specialis Scripturæ lectio, sicut in sequentibus sermonibus factum, istum præcedat, conjecturam meam assignavi n.* 3, 4, *lectumque fuisse videtur speciatim capitulum ex Epist. Roman. cap.* VI; *dicitur enim num.* 5 : Audisti Apostolum dicentem . [48] ; Mortui quidem peccato viventes autem justitiæ »

VI. *In codice Grodecii et Prevotii, post verba tituli, habentur ista* : Κύριε, εὐλόγησον, Domine benedic, *quæ nec in nostro Reg. codice exstant, nec in Anglicanis exstitisse videntur. Librariine an auctoris ista sit benedictionis postulatio, certum non scio. Presbyteri qui coram episcopo concionabantur, qualis tum agebat Cyrillus, dicere soliti erant,* Εὐλόγησον, Πάτερ Benedic, Pater, *ut facit Chrysostomus præsente Flaviano, initio homiliæ* 25, *tom I. Lectores quoque in ecclesia, priusquam vel Scripturam vel homiliam aliquam legerent, benedictionem a præside postulabant. Unde fortassis factum, ut multis Græcorum Patrum orationibus præfixa reperiatur formula* Εὐλόγησον, Κύριε, Benedic, Domine ; *nisi, quod probabilius existimo, librarii sit incœpti operis benedictionem a Deo postulantis formula.*

VII. *Recognovimus hanc orationem ad Latinam Grodecii versionem, et Græcas editiones Prævotii et Millesii, et ad codices Anglicanos, quorum varietates a Millesio accurate exhibentur ; insuperque ad codicem Ottobonianum unum recentiorem, cujus varias lectiones ad me transmisit R. P. D. Philippus Raffler, congregationis nostræ in curia Romana tum procurator generalis. In alio autem veteri Ottoboniano codice, et* Procatechesis, *et primæ catechesis initia, præ vetustate ita sunt lacera et confusa, ut ex ipsis nihil exculpi potuerit. Præterea Regio codice usus sum, olim* 260, *nunc* 1284, *pag.* 254, *qui duodecimi circiter est sæculi, in quo habetur* Protachesis *hæc sub nomine S. Basilii, cum multis varietatibus, quas ad marginem in novis indicavi ; et grandis lacuna quæ incipit a verbo* λεγόμενα *num*, 11, *poh.* 9 *usque ad voces* εἰ καὶ κέκλισται, *n.* 14, *pag.* 10. *Inter alia S. Basilii opera eo in libro contenta nostra hæc* Procatechesis *cum cæteris continuate describitur, cum hac inscriptione* : Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία περὶ φωτίσματος· Ejusdem homilia de illuminatione, *sive baptismo. At ibidem ad marginem alia manu appictum est scholion istud* : Σαφῶς ἡμῖν δεικνύει ὁ χαρακτὴρ τοῦ προκειμένου λόγου, ὅτι οὐκ ἔστι τοῦ ἁγίου Βασιλείου. Evidenternobis demonstrat propositæ orationis character ac figura, eam S. Basilii non esse. *Et id quidem optime ; nam præterquam quod, res, sententiæ, verba, orationis modus, plane Cyrilliana sunt, iisdem sententiis ad verbum in aliis catechesibus, ac præsertim in prima repetitis ; catechumenatus finis in nominum inscriptione, fidelis appellatio ab iis qui nomina dederunt sumpta, continuatæ per Quadragesimam totam baptizandorum catecheses, Quadragesima diebus quadraginta definita, hæreticorum solorum rebaptizatio, etc., res sunt partim Ecclesiæ Hierosolymitanæ propriæ, partim a Basilio et Cappadociensi Ecclesia alienæ. Ac revera, quamvis non indigna sit oratio quæ Basilio parenti supponatur, fatendum tamen aliam esse Basilianarum orationum vim, elegantiam et majestatem quamdam sermonis, cum puritate, delectu et proprietate verborum conjunctam.*

[48] Rom. VI, 11, 14, vel. I Petr. II, 24.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ
ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΩΝ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
ΚΑΤΗΧΗΣΕΙΣ

—

S. P. N. CYRILLI
HIEROSOLYMITANI ARCHIEPISCOPI
CATECHESES.

—

ΠΡΟΚΑΤΗΧΗΣΙΣ

Ἤτοι πρόλογος τῶν Κατηχήσεων τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμων Κυριλλου ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων.

—

1 PROCATECHESIS

Seu prævius Catechesibus sermo, sancti Patris nostri Cyrilli archiepiscopi Hierosolymorum.

—

A Α'. Ἤδη μακαριότητος ὀσμὴ πρὸς ὑμᾶς, ὦ φωτιζόμενοι· ἤδη τὰ νοητὰ ἄνθη συλλέγετε (3), πρὸς πλοκὴν ἐπουρανίων στεφάνων· ἤδη τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου ἔπνευσεν ἡ εὐωδία. Ἤδη περὶ τὴν πρόαυλιν

I. Vos jam afflat beatitudinis odor, o illuminandi (1). Jam flores sublimioris naturæ (2) colligitis, ad plectendas cœlestes coronas; 2 jam Spiritus sancti aspiravit fragrantia [49]. Jam circa vestibulum re-

[49] Cant. II, 12; I, 2.

(1) *O illuminandi.* Gr. ὦ φωτιζόμενοι. Cur mutaverimus vocem *illuminatorum*, quæ in prioribus editionibus ab interpretibus posita est, rationem reddimus in dissertatione II, de scriptis Cyrilli.

(2) *Jam flores sublimoris naturæ*, νοητὰ ἄνθη. Ad litteram. *qui sola mente intelliguntur*, vel *intelligibiles*; qua voce Ambrosius aliique Latini Patres τὸ νοητόν Græcorum reddere solent: quorum exemplo etiam aliquando utemur in vocabulo cui usus ecclesiasticus sensum novum affixit. Grodecius vertit, *flores spiritales*, nec male: cum νοητόν et πνευματικόν Græcis, *intelligibile et spiritale* Latinis promiscue usurpentur, ad designandam rei alicujus B sub sensus subjectæ sublimiorem quamdam intelligentiam, quæ ad rem sensibus superiorem et sola mente aspectabilem, ex quadam similitudine transfertur: eoque sensu Cyrillus ipse vocem πνευματικῶς adhibet cat. 22, n. 8. Verum cum idem alibi, idque constanter, *spiritalis* vocabulo id quod Spiritus sancti proprium est significare soleat, distinctionis causa νοητόν alia voce reddendum censuimus. Hic autem allegoria continetur ex dissimilibus conflata metaphoris, cujus argumentum sumpsit auctor ex libro Canticorum sibi plurimum familiari, Spiritalium florum nomine intelligere potest apertam jam illuminandis Scripturarum sacrarum doctrinam, quas eos ad utilitatem deflorare jubet, cat. 9, n. 13. Spiritus vero sancti fragrantiam appellat vel proximum ejus adventum, quem suavissimo plenum odore dicit cat. 16, n. 16, vel etiam primum ejusdem per insufflationes exorcismorum inspirati et in auditorum cordibus inhabitantis donum. Vide infra num. 6 et 9.

(3) Συλλέγετε. Codex Regius 1824 habet συλλέγεται, *colliguntur*; ex vitiosa Græcorum diphthongum αι quemadmodum ε pronuntiandi ratione, quod hic adnotamus, ut similium variationum, quas in hujus operis decursu animadvertet lector, et quarum bene multas prætermisimus, rationem intelligat. Cæterum codd. D. Roe et Casaubonianus, de quibus in codicum notitia diximus, ferunt, συνελέχθησαν, *collecti sunt*.

τῶν βασιλείων γεγόνατε· γένοιτο δὲ ἵνα καὶ ὑπὸ τοῦ βασιλέως εἰσαχθῆτε (1). Ἄνθη γὰρ νῦν ἐφάνη τῶν δένδρων· γένοιτο δὲ ἵνα καὶ ὁ καρπὸς τέλειος ᾖ (2). Ὀνοματογραφία τέως ὑμῖν γέγονε, καὶ στρατείας κλῆσις· καὶ νυμφαγωγίας λαμπάδες, καὶ οὐρανίου πολιτείας ἐπιθυμία, καὶ πρόθεσις ἀγαθή, καὶ ἐλπὶς ἑπακολουθοῦσα· ἀψευδὴς γὰρ ὁ εἰπών· Ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς τὸ ἀγαθόν. Ὁ μὲν γὰρ Θεὸς δαψιλής ἐστιν εις εὐεργεσίαν· περιμένει δὲ ἑκάστου τὴν γνησίαν προαίρεσιν· διά τοῦτο ἐπήναγεν ὁ Ἀπόστολος λέγων Τοῖς κατὰ πρόθεσιν

giæ (3) constitistis : utinam vero etiam ab Rege introducamini ! Flores enim nunc arborum apparuere : fructus quoque utinam perfectus existat. Hactenus nomina dedistis (4). Hæc vobis ad militiam vocatio (5). [Præ manibus] lampades (6) ad deductionem sponsæ : cœlestis [adest] civitatis desiderium, et propositum bonum, et spes consequens. Verax est enim qui dixit : *Quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum* [50]. Liberalis namque est Deus ad benefaciendum ; cæterum expectat cujusque sinceram voluntatem (7) : pro-

[50] Rom. VIII, 28.

(1) Γεγόνατε... εἰσαχθῆτε. In Reg. cod. legitur, γεγόναμεν, *accessimus*, et εἰσαχθῶμεν *introducamur*. Melior cæterorum librorum lectio, et Cyrillo baptizandos in secunda persona fere semper allo- B quenti convenientior.

(2) Καὶ ἵνα ὁ καρπὸς τέλειος ᾖ. In codd. Roe et Casaub. desunt verba τέλειος ᾖ. Brevius in Reg. sublato etiam ἵνα, καὶ ὁ καρπός, modo utrovis legatur, constat idem sensus.

(3) *Circa vestibulum regalis palatii*, περὶ τὴν πρόαυλιν τῶν βατιλείων. Regia illa est interior ædes baptisterii, ut apparet ex simili loco cat. 3, n. 2 et 3, eaque vocatur ab eo interdum *Sancta sanctorum*, uti cat. 19, num 11. Vestibulum vero, πρόαυλις, intelligi potest exterior ædes ejusdem baptisterii, in qua abrenuntiationes et fidei professio fiebat, ut explicat catech. 10, quamque appellat ibi num. 2. τὸν προαύλιον τοῦ βαπτιστηρίου οἶκον. In ea fortassis æde facta fuerat ab illuminandis nominum professio : nam Cyrillus cat. 3, n. 2, extra baptisterii januam, quousque nomina darent stetisse, ac proinde jam in eam admissos significare videtur his verbis, νῦν γὰρ τέως ἔξω τῆς θύρας C ἕστηκας. Certe symbolum in baptisteriis aliquando competentibus traditum fuisse exemplo est Ambrosius ep 20, n. 4, atque ubinam commodius nomina dedissent ? Nihilominus cum totus in allegoriis versetur hoc loco Cyrillus, nihil aliud forte significat nisi præceptam ab auditoribus baptismi spem ; maxime cum non dicat eos in vestibulo, ἐν προαύλιδι, sed circa vestibulum. περὶ τὴν πρόαυλιν, constitisse. Sic Naz., Greg. orat. 40, p. 647 : *Quandiu catechumenus es, in pietatis vestibulo es* ἐν προθύροις εἶ τῆς εὐσεβείας.

(4) *Nomina dedistis.* Nihil notius hac nominum descriptione a baptizandis facta, cujus etiam mentionem facit Cyrillus n. 4 et 13, et cat. 3, n. 2. Non idem in omnibus Ecclesiis dandi nominis tempus ; alibi enim circa medium Quadragesimæ, alibi triginta ante baptismum dies dabantur. In Ecclesia Hierosolymitana, quæ sola ad nos respicit, initio Quadragesimæ data fuisse patet ex his verbis num. D 4, « Intrasti, admissus es, nomen tuum inscriptum « est... non parvam habes temporis intercapedinem ; « quadraginta dierum tibi pœnitentia datur. » Scripta Hierosolymis uno die omnium nomina variis ex hujus orationis locis colligi potest, num. 13 : « Unius « matris filii et filiæ facti estis quicumque nomina de- « distis ; *num.* 5 : Jam ab hodierno die vive. Considera « quantam tibi Jesus dignitatem impertit. Cathechu- « menus vocabaris, *etc.* Nunc jam non amplius cir- « cumsonant aures tuæ, *etc.* ; *n.* 1 : Jam vos afflat beatitudinis odor, *etc...*, hactenus nomina dedistis. » Quibus omnibus, et aliis quæ prætermitto, indicatur tum primum nominibus datis in novum statum omnes transivisse. Alibi profitendis nominibus spatium temporis longius prestituebatur. Ambros., « in Lu- « cam *lib.* IV, *n.* 76 : Nemo adhuc nomen suum dedit.. « Misi jaculum vocis per Epiphania, et adhuc nihil « cepi. Siricus, ep. 1 ad Himerium, can. 2, jubet iis solis baptisma dari, *qui ante dies quadraginta* VEL EO AMPLIUS *nomen dederint*. Baptizandi nomina profitebantur vulgo apud episcopum. Sic Greg. B Nyss., homil. in eos qui differunt baptismum, tom. II, pag. 216 : *Date mihi nomina, ut ego imprimam ea libris sensibilibus.* Diaconum aliquando huic ministerio deputatum legimus ; ita observabatur in Ecclesia Apameana cujus in supplicatione contra Petrum ejus civitatis episcopum lecta in concil. CP. an. 536, sub Mena, actione 5, pag. 221, Stephanus diaconus dicitur id officii habuisse. Cyrillo ipsi hæc Hierosolymis demandata videtur provincia : ait enim num. 4, se ad admittendos qui vellent ingredi velut ostiarii vice fungi, et num. 15, se distinctim uniuscujusque cujuslibet sexus studium ac pietatem exploraturum esse. Cui id magis conveniret quam ei qui nomina ipsa scripsisset et in tabulis haberet ?

(5) *Hæc ad militiam vocatio*, στρατείας κλῆσις. Non militiæ professio et susceptio, quam στρατολογίαν appellat. Hæc enim solum in baptismo fiebat, ut patet ex cat. 3, n. 3, et cat. 17, n. 26, ubi horam baptismi appellat horam tremendi delectus ad militiam Christi. Quapropter hujus orat. n. 17, et cat. 4, n. 37, votum suum pro auditorum baptismo exprimens. optat ut eos Christus sibi milites conscribat. Nempe baptismi tempore Christus delectum animarum faciens milites allegebat vel repudiabat. cat. 1, n. 3. Tum per abrenuntiationes et fidei professionem fiebat a castris diaboli ad castra Christi transitus, cat 19, n. 8 Christus baptizato militare sigillum imprimebat. cat. 4 n. 3, ac per confirmationem seu chrismatis sacramentum dabat arma militi, cat. 3, n. 13 ; cat. 17, n. 26 ; cat 21, n. 4.

(6) *Præ manibus lampades*, etc. Cerei forte dabantur illuminandis gestandi, quod etiam indicare possint hæc verba cat. 1, n. 1 : *Qui fidei lampades nuper accendistis, eas in manibus inexstinctas conservate.*

(7) « Expectat vero Deus cujusque sinceram volun- D « tatem. *Ad hæc verba curator editionis* Bibliothecæ Pa- « trum Lugdunensis *hæc in margine ascripsit :* Caute « lege, non enim Deus exspectat voluntates nostras, « ut aparte definivit concilium Arausicanum. can. « 4. Et interpretationem illam verborum Pauli, ut « propositum non Dei sed hominis intelligatur tan- « quam Pelagianorum rejicit S. Augustinus, lib. II « contra duas epistolas Pelagianorum ad Bonifacium « cap. 10, n. 22. » Tum recordari nos jubet id quod idem dixit Augustinus *De prædestinatione sanct.*, cap. 14. n. 27, Patres ante hæresim Pelagianam de prædestinatione non ita accurate locutos. Pia quidem, sed minime conveniens huic loco cautio. Non enim hic loquitur auctor de prima gratia qua certum est, ipsi etiam Cyrillo, nostros omnes conatus præveniri ; imo neque de gratia, qua ad opera pietatis exercenda juvamur : sed de gratia baptismali, ad quam omnes nullo discrimine digni et indigni vocantur, ut tamen a Christo cordium exploratore

pterea subjecit Apostolus, *His qui secundum propositum vocati exsistunt*[51]. Sincerum propositum cum adfuerit, facit ut *vocatus* sis: quantumvis enim corpus hic habeas, si mens abfuerit, nulla rei ad te perveniet utilitas.

A πλητοῖς οὖσιν. Ἡ πρόθεσις γνησία οὖσα, κλητόν σε ποιεῖ· κἂν γὰρ τὸ σῶμα ὧδε ἔχῃς, τὴν δὲ διάνοιαν μὴ ἔχῃς, οὐδὲν ὠφελῇ.

II. Accessit aliquando ad lavacrum etiam Simon Magus, baptizatus est [52], sed non illuminatus: ac corpus quidem tinxit aqua, cor autem non illuminavit Spiritu; descendit corpus [in piscinam] et ascendit [53]; anima vero non est consepulta cum Christo [54], neque una cum ipso surrexit [55]. Ego 3 casum exempla profero, ne tu cadas. Hæc enim in figura contingebant illis, scripta sunt autem ad instructionem eorum qui usque hodie accedunt [56]. Ne quisquam vestrum reperiatur [divinæ] gratiæ explorator [57]; ne qua radix amaritudinis sursum germinans [58] perturbet. Ne quis vestrum ingrediatur, dicens: Sine, videamus quid faciunt fideles; ingressus videbo, ut ea quæ peraguntur cognoscam. Scilicet, visurum te speras, visum te iri non censes? arbitrarisque te ea quæ fiunt perscrutaturum Deumque cor tuum perscrutaturum non esse?

Β' Προσῆλθέ ποτε καὶ Σίμων τῷ λουτρῷ ὁ Μάγος (1)· ἐβαπτίσθη, ἀλλ' οὐκ ἐφωτίσθη· καὶ τὸ μὲν σῶμα ἔβαψεν ὕδατι, τὴν δὲ καρδίαν οὐκ ἐφώτισε Πνεύματι· καὶ κατέβη μὲν τὸ σῶμα καὶ ἀνέβη, ἡ δὲ ψυχὴ οὐ συνετάφη Χριστῷ, οὐδὲ συνηγέρθη (2). Ἐγὼ δὲ λέγω τὰς ὑπογραφὰς τῶν πτωμάτων, ἵνα μὴ σὺ πέσῃς (3)· ταῦτα γὰρ τυπικῶς ἐγίνετο ἐκείνοις, γέγραπται δὲ πρὸς νουθεσίαν τῶν μέχρις σήμερον προσερχομένων. Μή τις ὑμῶν εὑρεθῇ πειράζων τὴν χάριν, μή τις ῥιζα πικρίας ἄνω φύουσα ἐνοχλῇ· μή τις ὑμῶν εἰσέλθῃ λέγων· Ἄφες, ἴδωμεν τί ποιοῦσιν οἱ πιστοί· εἰσελθὼν ἴδω, ἵνα μάθω τὰ γινόμενα. Ἰδεῖν προσδοκᾷς, τὸ δὲ ὀφθῆναι οὐ προσδοκᾷς (4); καὶ νομίζεις ὅτι σὺ μὲν πολυπραγμονεῖς τὰ γιγνόμενα, Θεὸς δέ σου οὐ πολυπραγμονεῖ (5) τὴν καρδίαν,

B

III. [59] Perscrutatus est olim nonnullus nuptias in Evangeliis; indignoque sumpto habitu ingressus est, et accubuit et comedit. Permiserat enim sponsus. Sed oportebat, dum candidas omnium videret

Γ'. Ἐπολυπραγμόνησέ τίς ποτε τὸν γάμον ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· καὶ ἀνάξιον ἔνδυμα λαβὼν εἰσῆλθε, καὶ ἀνέπεσε, καὶ ἔφαγε· συνεχώρησε γὰρ ὁ νυμφίος (6). Ἔδει δὲ αὐτὸν ἰδόντα τὸ λευχειμονοῦν (7) πάντων

[51] Rom. VIII, 28. [52] Act. VIII, 13. [53] Joan. V, 4. [54] Rom. IV, 4. [55] Coloss. II, 12. [56] I Cor. X, 11 [57] Hebr. XII, 15. [58] Deut. XXIX, 18. V. *cat.* 3, n. 2.

indigni et hypocritæ rejiciantur, infra n. 3 et 4. Consequenter, *propositum* illud bonum quod a Deo exspectari Cyrillus ait, non est bonus voluntatis gratiam adjuvantem præcedens motus et Deum ad nos eligendos alliciens, quæ Pelagianorum sententia: sed sincera ad sacramentum accedentis voluntas, hypocrisim excludens et debitas præparationes apportans; qua fit ut ex eorum vocatorum, quibus sacramentum bene succedit, quique nuptiali convivio non ejiciuntur, numero simus. Hunc hujus loci genuinum sensum esse cum tota hujus contextus et orationis series declarat, tum etiam comparatio similium et parallelorum locorum, infra n. 3. cat. 3, n. 2, et cat. 1, n. 3, quibus hanc Dei et gratiæ *liberalitatem* de promiscua omnium ad baptismum vocatione, ac *propositum* de præparato ad recipiendam Spiritus sancti gratiam et baptismi sigillum, animæ hospitio intelligi patet. Cæterum prævenientem gratiam, quæ nos nec opinantes interdum occupat, et bono operi sine mora applicat voluntatem, magnifice prædicat cat. 16, n. 19 et 22, et cat. 13, n. 31. Ac ne credamus hominem ex sese, nullo præeunte gratiæ motu, ad baptismum requirendum accedere, cat. 13, n. 40, intimam Crucifixi virtutem ac potestatem revocat, quod sui huc convenerint auditores, invisibilibus quibusdam Christi crucis, quæ Persas subjugavit et Scythas cicuravit, vinculis adducti ac compulsi. Vide et cat. 17, n. 21, 22, et seqq.

C nempe veram esse Cyrilli scripturam. Quidquid sit, male ἐμπεσῃς convenit huic loco. In verbis sequentibus: Ταῦτα γὰρ τυπικῶς, etc., continetur imitatio aut liberior citatio loci apostolici, I Cor. X, 2: Ταῦτα δὲ πάντα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις· ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησαν. Quæ ab Paulo de Veteri Testamento dicta sunt. Hæc monui ne multis in locis miretur lector indiligentem et minus accuratam Cyrilli ex tempore pronuntiantis, aut etiam verba de industria commutantis, Scripturarum allegationem.

(1) Ὁ Μάγος. Ea verba desunt in Reg. cod. in quo sequentia sic leguntur: ἐβαπτίσθη μὲν, οὐκ ἐφωτίσθη δέ· ἐπειδὴ τὸ μὲν σῶμα, etc.

(2) Συνηγέρθη. His adduntur hæc verba in Reg. cod., ἐπειδὴ μὴ ἐκ καθαρᾶς διανοίας προσῆλθεν. *quandoquidem non ex sincera mente accessit.*

(3) Σὺ πέσῃς. Ita scribimus ex Reg. cod. cum editi habeant σὺ ἐμπεσῃς· quod credimus librariorum vitio factum ex συμπέσῃς, *simul cadas*· hanc

(4) Τὸ δὲ ὀφθῆναι οὐ προσδοκᾷς; Ea verba desunt in codice Regio. Nec alia hujus omissionis causa requiratur, præter verbi προσδοκᾷς repetitionem. Nam similium prætermissionum propter idem verbum recurrens, pleni sunt codd. mss. Loco οὐ προσδοκᾷς, codd. Roe et Casaub. habent οὐκ ἐννοεῖς.

(5) Σου οὐ πολυπραγμ., etc. Pronomen σου in Græcis editionibus omissum reposuit auctor Oxoniensis editionis ex codd. Roe et Casaub· cui favet Reg. ms. et Grodecii interpretatio.

D

(6) Ὁ νυμφίος. Grodecius vertit *ostiarius*, itaque, pro νυμφίος, legit, θυρωρός. Eaque lectio confirmatur ex verbis sequentibus: *Esto, ostiarius non prohibuit.* Nec sponsi, qui nonnisi accumbentibus omnibus in convivium ingressus est, sed ostiarii officium erat convivas admittere. Vide infra num. 4. Nihil immutatum voluimus absque mss. auctoritate; cum alioqui sponsi imperium exsequeretur ostiarius.

(7) Λευχειμονοῦν. Ita emendamus ex reg. cod. cum in editis legatur, λευχείμονον, quod vitiosum esse palam est Cyrillus etiam. cat. 22, num. 8, utitur verbo λευχειμονεῖν. Obscurum non est λευχείμονον editorum ex vitiosa lectione vel pronuntiatione vocis λευχείμονοῦν esse profectum.

καὶ αὐτὸν ἀναλαβέσθαι τοιοῦτον ἔνδυμα· ἀλλ' ἴσων (1) μὲν μετελάμβανε βρωμάτων, ἀνισότητα δὲ εἶχε σχημάτων καὶ προαιρέσεως. Ἀλλ' ὁ νυμφίος, εἰ καὶ δαψιλής, ἀλλ' οὐκ ἄκριτος (2)· περιερχόμενος δὲ τῶν ἀνακειμένων ἕκαστον, καὶ θεωρῶν (ἔμελε γὰρ αὐτῷ (3), οὐχ ὅπως φάγωσιν, ἀλλ' ὅπως εὐσχημονῶσιν), ἰδών τινα ἀλλότριον, μὴ ἔχοντα (4) γάμου ἔνδυμα, ἔλεγε πρὸς αὐτόν (5)· Ἑταῖρε, πῶς εἰσῆλθες ὧδε; ποίῳ χρώματι; ποίᾳ συνειδήσει; Ἔστω, ὁ θυρωρὸς (6) οὐκ ἐκώλυσε, διὰ τὸ δαψιλὲς τοῦ παρέχοντος· ἔστω, ἄγνοιαν εἶχες ποταπῷ δεῖ (7) σχήματι εἰσελθεῖν εἰς τὸ συμπόσιον· εἰσῆλθες, εἶδες ἀστράπτοντα ὥσπερ τὰ σχήματα τῶν ἀνακειμένων· οὐκ ἔδει σε κἂν ἐκ τῶν φαινομένων διδαχθῆναι; οὐκ ἔδει (8) σε εἰσελθεῖν εὐκαίρως, ἵνα εὐκαίρως ἐξέλθῃς; νῦν δὲ ἀκαίρως εἰσῆλθες, ἵνα ἀκαίρως ἐκβληθῇς. Καὶ προστάσσει τοῖς ὑπηρέταις· Δήσατε (9) αὐτοῦ τοὺς πόδας, τοὺς τολμηρῶς εισβάλλοντας· δήσατε αὐτοῦ τὰς χεῖρας. τὰς μὴ εἰδυίας ἔνδυμα περιβαλέσθαι φαιδρόν (10)· καὶ ἐμβάλετε αὐτὸν εἰς τὸ σκότος τὸ

A vestes, ipsum quoque similiter amiciri. Verum illo pares una cum aliis sumebat cibos, amictibus et proposito penitus dispar. Atqui sponsus quamvis liberalis, non est tamen absque judicio; circumiens namque singulos convivas et contemplans (nec enim erat illi curæ quomodo ederent, sed quam decore se gererent), viso externo quodam nuptiali veste non induto, dixit illi : *Amice, quomodo huc intrasti* [60]? quo colore (11)? quali conscientia? Esto, ostiarius non prohibuit, propter convivatoris munificentiam; esto, ignorabas quali habitu convivium ingredi oportebat. Sed ingressus quod fulgurantia vidisti discumbentium vestimenta : nonne te oportuit ex conspectis saltem rebus erudiri? nonne oportune ingredi debebas ut opportune egredereris? B Nunc vero intempestive intrasti, ut et intempestive ejiciaris. Ac præcipit ministris : *Ligate pedes ejus*, qui timere irruerunt; *ligate manus ejus*, quæ nitenti nescierunt illum ornare vestitu; et *ipsum injicite in tenebras exteriores* [61]; indignus est enim nuptia-

[60] Matth. XXII, 12. [61] ibid. 13.

(1) Ἴσων. Ita Regius codex cum impressis. Roe et Casaub. ἴσως. Verum prior lectio, Millesio judice, melius conservat anthesim a Cyrillo institutam inter pares escas, et habitum una cum animi proposito disparem. Peccat hic codex Reg., pro καὶ προαιρέσεως habens, καὶ οὐ προαιρέσεων, contra mentem auctoris.

(2) Ἄκριτος. Deformata est vox hæc in mss. Roe et Casaub. ferunt ἀχάριστος *ingratus*. Regius multo pejus κατάκριτος, *damnatus*. Ἄκριτος non uno loco dicitur apud Cyrillum qui judicii rationem non habet. Vide cat. 18, n. 1 : Οὐδεὶς ἀκρίτῳ C βασιλεῖ στρατευόμενος, etc.

(3) Αὐτῷ. Vocem hanc in editis prætermissam supplevi ex codd. Roe et Casaub. Mox, loco φάγωσιν, quod ex codd. Reg. et Ottobon. ac Prevotii editionibus reposuimus, Millesius in Anglicana editione substituit, δυσειμονῶσιν, *sordide obtecti essent*, ex codd. Roe et Casaub. ratus eam melius Cyrilli textui convenire propter antithesim quam habet cum verbo εὐσχημονῶσιν. Atqui hæc emendatio primum necessaria non erat, cum optime constet sensus Cyrilli sponsum non quomodo comederent, sed quomodo amicti essent convivæ sollicitum inducentis : deinde et Cyrilli proposito, et ipsi rerum veritati contradicens est, negans sponsum quomodo sordide induti essent convivæ, curantem.

(4) Μὴ ἔχοντα. In Reg. cod. prætermittitur particula negans nullo sensus discrimine : tantum conjungendum ἀλλότριον cum ἔνδυμα sic : *Videns quemdam vestimentum nuptiis alienum habentem.* D

(5) Πρὸς αὐτόν. Ea verba adjecimus ex codd. Roe et Casaub.

(6) Θυρωρός. Articulum supplevimus ex codd. Reg., Roe et Casaub.

(7) Δεῖ. In edit. Prevotii legitur δεῖ, manifesta librariorum vel typographorum incuria. Millesius restituit δεῖ ex codd. Roe et Casaub. quibus suffragantur Reg., Ottobon. et is quo usus est Grodecius. Paulo post adverbium, ὥσπερ ante in impressis, et in cod. Ottobon. prætermissum, Millesius in editione Anglicana reposuit ex codd. Roe et Casaub. quibus Regius astipulatur.

(8) Οὐκ ἔδει. Casaubonus sic legendum existimat levi immutatione : Οὐκ ἔδει σε ἐξελθεῖν εὐκαίρως, ἵνα εὐκαίρως εἰσέλθῃς ; *Nonne oportebat te opportune exire, ut opportune ingredereris?* cujus conjecturam maxime firmant verba Cyrilli num. sequenti posita: *Egredere nunc opportune, ut cras opportunissime ingrediaris.* At religioni nobis fuit lectionem omnium mss. et impressorum consensu receptam loco movere ; cum alioqui non incommodum sensum efficiat : imo jucundam antithesim instituant verba εὐκαίρως ἐξέλθῃς, cum proxime sequentibus, ἀκαίρως ἐκβληθῇς· in quibus opponitur dedecora e convivio ejectio honestæ post convivium discessioni.

(9) Δήσατε. Ante id verbum codd. Roe et Casaub. adjiciunt istud, λέγων, *dicens*, quod minime necessarium est. Porro in Reg. deest integra phrasis, δήσατε αὐτοῦ τοὺς πόδας τοὺς τολμ. εἰσβάλλ., quod ex repetitione verborum, δήσατε αὐτοῦ, dubio procul profectum. Codd. Roe et Casaub. omittunt articulos vocibus πόδας et χεῖρας præfixos, quemadmodum est in sacro Evangeliorum textu.

(10) Φαιδρόν. Additur in Reg. ἄξιον τοῦ γάμου *nuptiarum celebritate digno*. Mox pro ἐμβάλετε, Ottob., ἐμβάλατε. At codd. Roe et Casaub. cum Evangelio, ἐκβάλετε, *ejicite*.

(11) *Quo colere?* ποίῳ χρώματι ; Putat Casaubonus, in notis manuscriptis ad hunc locum, legendum esse, ποίῳ σχήματι ; *quo habitu?* Non attendit Cyrillum ubique supponere candidas fuisse convivarum vestes, idque importuno illi homini objicere quod similiter amictus non esset. « Oportebat, « *inquit superius*, dum candidas omnium videret ve- « stes, ipsum quoque similiter amiciri; *et infra*, ingres- « sus es, quasi refulgentia, ἀστράπτοντα ὥσπερ, vidisti « discumbentium vestimenta, *etc.*; *ac paulo post* : Li- « gate manus ejus, quæ nitenti nescierunt illum or- « nare vestitu ; » ἔνδυμα περιβαλέσθαι φαιδρόν. Norunt enim qui in Græcis legendis paulum exercitati sunt, vestimenta ἐξαστράπτοντα, φαιδρὰ, λαμπρά, idem significare ac λευκά, *candida*. Unum hic ascribam S. Maximi Taurinensis locum, qui ad rem nostram optime facit, hom. 3, quæ est in vigilia Nativitatis Domini : « Vestem non habens nuptialem cunctis splen- « dentibus deformi horrore sordebat : et quanto plus « simul discumbentium beatorum candebat sancti- « tas, tanto magis peccatorum illius apparebat im- « probitas. » Nuptialem veterum vestem candidam fuisse probatu facile esset : illud potius advertendum ex ea consuetudine forte profectum, quod neophyti candidis inducerentur in mysticis baptismi nuptiis, quarum illæ evangelicæ typus erant, cat. 3, n. 2.

libus tædis. Vides quid illi tunc homini contigerit : tute tuis rebus prospice.

IV. Nos enim qui ministri Christi sumus, unumquemque excepimus ; et tanquam janitorum vice fungentes, liberam permisimus januam. Fieri potest ut animam peccatorum luto inquinatam, et propositum turpiter infectum ferens introiveris. Intrasti, admissus es, nomen tuum inscriptum est. Vides venerandam hanc Ecclesiæ speciem ? Vides ordinem ac disciplinam ? Scripturarum lectionem, canonicarum[seu tabulis ecclesiasticis inscriptarum personarum præsentiam,docendi ordinem et seriem? Reverentia loci moveare, et ex his quæ conspicis erudire. Egredere potius nunc opportune, et ingre-

(1) Εἶδες. Ita in Oxoniensi editione repositum, cum apud Prevotium habeatur εἰδε, quod scribendum fuerat εἶδε vel ἴδέ, *vide*. Codd. Roe et Casaub. ferunt, ἴδες. Reg., οἶδας. Grodecius vertit, *vides ;* atque ita legit ut est in aliquo præfatorum mss.Non male ex his informata est lectio εἶδες. Loco sequentis articuli τῷ, qui in Reg. deest, codd. Roe et Casaub. habent αὐτῷ.

(2) Ἔχοντα, etc. Codd. Roe et Casaub. eam phrasim ita scriptam exhibent : Ἐγχωρεῖ δέ σε βεβορβορωμένην ἔχειν τὴν ψυχὴν ἁμαρτίαις καὶ προαίρεσιν αὐτὴν ἐσπιλωμένην. Εἰσῆλθες, etc. : « Fieri po« test ut animam habeas peccatis inquinatam, et « ipsum animi propositum deformiter maculatum. « Intrasti, » etc.

(3) Καὶ ἐπιστήμην. Γραφῶν ἀνάγνωσιν. In Reg. cod. καὶ ἐπιστήμην Γραφῶν καὶ ἀνάγνωσιν, *et scientium Scripturarum, et lectionem.* Ignoravit forte librarius vim vocis ἐπιστήμης. quæ quamvis vulgo significet *scientiam*, apud Cyrillum tamen hic significat *disciplinam*, decorem, rectum ordinem ac compositionem.Habetur parrallelus huic locus cat. 6, n. 35, ubi castum ac decorum Ecclesiæ ordinem opponens impuro ac perturbato Manichæorum gregi, iisdem fere quibus hic verbis utitur : *Hic ordo : hic disciplina :* Ὧδε τάξις, ὧδε ἐπιστήμη. Ea vox hoc sensu in pluribus auctorum ecclesiasticorum locis reperitur. Sic *Constitutionum apostolicarum* auctor lib. II, cap. 57, jubet episcopum μετὰ πάσης ἐπιστήμης, *cum omni disciplina sacros conventus facere.* Cyrillus Alexandrin. *Apologet. ad imperatorem* pag. 254, eadem voce utitur, ut designet statum et rectum ordinem, quo ii qui astant coram principe suum quisque locum noverunt, ac ministerium reverenter funguntur. Eodem modo sanctus Ephræm seu potius Græcus ejus interpres Paræn. 19, editionis Græcæ Oxon. ann. 1709 p. 280, et albi passim, vocem ἐπιστήμης pro decenti ordine, modestia ac recta compositione significanda adhibet. Vide ejusdem *Hypomnestici* pag. 130, l. xxxviii, orationem de Joseph patriarch,, pag. 238, et seqq. Pseudo, Athanasius in *Dialogo cont. Arium*,tom. II Operum S. Athanasii, n. 7, p. 207, et incertus *Doctrinæ ad Antiochum* auctor. n. 14, pag. 259. ibid., eadem ἐπιστήμης significatione utuntur. Alia proferre possem exempla : unum sufficiat, quod apud Græcos inferioris ævi erat ἐπιστημονάρχης ordini tuendo ac disciplinæ exteriori præpositus ita ut imperatorem vocarent Ecclesiæ ἐπιστημονάρχην. Hinc in *Typico* Irenes Augustæ ἐπιστημονάρχισσα monialis ea dicitur, cui decori, disciplinæ atque ordinis inter sorores in Ecclesia ac monasterio conservandi cura imposita fuit, cap. 26. Non itaque Cyrillus hic Ecclesiæ scientiam, quæ oculis non conspicitur, commendat ; sed conventuum ecclesiasticorum ordinem et disciplinam, in sessionibus, ministeriis et actionibus sacris rite et decenter obitis, cuivis ingredienti protinus conspicuam : quæ primis illis temporibus malignos etiam rerum nostrarum exploratores mutare per se idonea erat. Qua de re S. Augustinus, lib. II *De civit. Dei*, cap. 28, sic ait : « Populi confluunt ad ecclesias casta celebritate, « honesta utriusque sexus discretione : ubi sancta « Scriptura, justitiæque doctrina de superiore loco « in conspectu omnium personante, et qui faciunt « audiant ad præmium, et qui non faciunt audiant « ad judicium. Quo etsi veniunt quidam talium « præceptorum irrisores, omnis eorum petulantia « aut repentina immutatione deprimitur,aut timore « vel pudore comprimitur. » Ordinem veterum synaxeon descriptum vide *Constit. apostol.* lib. II, cap. 57. Quem vero in conventibus catecheseon servari præcipiat Cyrillus, vide infra num. 13 et 14.

(4) Κανονικῶν παρουσίαν. Hanc vocem deformavit Regii codicis scriptor, istam nobis exhibens lectionem, καὶ νομικῶν παρουσίαν, et *nomicorum*, vel, *legisperitorum præsentiam*. Legimus aliquando in auctoribus Ecclesiæ *nomicum*, v. g. *Parti spiritual.* cap. 193, quo nomine ibi dispensator seu œconomus Ecclesiæ significatur. Verum id nomen Cyrilli ætate jam in usu fuisse vix ac ne vix quidem credibile est. Si legisperitos intelligas, de episcopo et presbyteris sacras Scripturas e suggestu populo explicantibus intelligi posset.At eorum functio verbis sequentibus exprimitur : quid enim in uno conventu ecclesiastico significat *ordo doctrinæ*, διδασκαλίας ἀκολουθία,nisi consequentes presbyterorum et episcopi conciones? ut præscribitur *Constit. apost.* lib. II,cap. 57. Retinenda igitur vulgata lectio κανονικῶν· quam vocem Grodecius vertit, *regularium* : accurate quidem si ad litteram spectes ; sed non satis perspicua, nec satis huic loco convenienti voce, propter sensum nostris temporibus illi subjectum. Milesius substituit *clericorum*. Sed minus patebat clericorum quam τῶν κανονικῶν ordo : hic enim non clericos tantum sed et monachos ; nec viros solummodo, sed et feminas, virgines nempe et viduas,Ecclesiæ canonici seu catalogo inscriptas, complectebatur ; quibus omnibus personis certa in ecclesia sedes assignabatur ; atque ex eorum præsentia et modesta in suis locis compositione, functionumque sibi assignatarum exercitio, non modicus accedebat ecclesiasticis conventibus decor.

(5) Δυσωπήθητι, etc. Codd. Roe et Casaub. ita hunc locum exhibent : Δυσωπήθητι, καὶ τὸν σρόπον παιδεύθητι, etc. *Reverere, et ex his quæ conspicis bonos mores addisce.* Eadem est Regii codicis scriptura, nisi quod τόπον pro τρόπον habet.

(6) Εἰ φιλάργυρον εἶχες. Deest particula εἰ in codd. Roe et Casaub Sequentia transcribere videtur S. Nilus lib. II, epist. 62, qui multa ex Cyrillo, suis locis notanda, compilavit.

ψυχῆς, ἄλλο ἐνδυσάμενος εἴσελθε. Ἔκδυσαι τὸ σχῆμα ὅ εἶχες, μὴ ἐπικαλύψῃς (1)· ἔκδυσαί μοι πορνείαν καὶ ἀκαθαρσίαν, καὶ ἔνδυσαί μοι σωφροσύνης λαμπροτάτην στολήν. Ἐγὼ παραγγέλλω, πρὶν ὁ νυμφίος τῶν ψυχῶν εἰσέλθῃ Ἰησοῦς, καὶ ἴδῃ τὰ σχήματα (2). Πολλή σοι ἡ προθεσμία· τεσσαράκοντα ἡμερῶν μετάνοιαν ἔχεις· ἔχεις πολλὴν εὐκαιρίαν καὶ ἐκδύσασθαι καὶ ἀποπλύνασθαι, καὶ ἐνδύσασθαι καὶ εἰσελθεῖν. Εἰ δὲ ἐπιμένῃς κακῇ προαιρέσει, ὁ μὲν λέγων ἀναίτιος, σὺ δὲ μὴ προσδόκα λήψεσθαι τὴν χάριν· τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ σε δέξεται, τὸ δὲ πνεῦμά σε οὐκ ἀποδέξεται (3). Εἴ τις σύνοιδεν ἑαυτῷ τὸ τραῦμα, τὴν ἔμπλαστρον λαβέτω· εἴ τις ἔπεσεν, ἐγειρέσθω. Μηδεὶς ἐν ὑμῖν Σίμων, μηδεμία ὑπόκρισις (4), μηδὲ περιεργία τοῦ πράγματος.

A dere cras opportunissime (6). Si ex 5 avaritia animæ indumentum habuisti, aliud induens ingredere; exue quam habuisti vestem, ne tege. Exue, quæso te, scortationem et immunditiam, et indue pudicitiæ splendidissimam stolam. Ego denuntio tibi, priusquam sponsus animarum Jesus ingrediatur, et vestimenta conspiciat. Non parvam habes temporis intercapedinem : pœnitentia dierum quadraginta tibi datur ; habes plurimam opportunitatem et exuendi te et abluendi, ac rursus induendi et ingrediendi. Quod si in pravo animi proposito perseveraris, orator ipse liber a culpa est ; tu vero ne gratiam te accepturum speres [62]. Aqua enim te recipiet ; spiritus vero te non admittet. Si quis vulneris alicujus sibi conscius est, emplastrum accipiat ; si quis ceciderit, resurgat [63]. Nullus sit inter vos Simon, simulatio nulla, nulla rei explorandæ curiositas.

Ε'. Ἐγχωρεῖ σε καὶ προφάσει ἄλλῃ ἐλθεῖν· ἐγχωρεῖ καὶ ἄνδρα βούλεσθαι (5) γυναικὶ καθικετεῦσαι, καὶ διὰ τοῦτο προσελθεῖν. Ἀντιστρέφει καὶ ἐπὶ γυναικῶν τὸ δίκαιον ὁ λόγος· καὶ δοῦλος πολλάκις δεσπότῃ, καὶ φίλος φίλῳ ἀρέσαι ἠθέλησε. Δέχομαι τὸ δέλεαρ τοῦ ἀγκίστρου, καὶ καταδέχομαί σε, κακῇ

B V. Fieri potest ut alio quoque prætextu adducaris. Contingit ut vir mulierem demereri cupiens, vel ea de causa accedat : quod et de mulieribus vicissim dicam. Ac servus sæpe domino, et amicus amico placere voluit. Hami illecebram sumo, ac recipio te malo quidem proposito venientem (7), spe autem

[62] Vid. *cat.* 17, n. 36. [63] Vid. *cat.* 3, n. 4.

(1) Ἔκδυσαι τὸ σχῆμα ὅ εἶχες, μὴ ἐπικαλύψῃς. Ea verba supplevit Millesius ex codd. Roe et Casaub. quæ non in prioribus editionibus solum, sed etiam in codd, Reg., Ottoboniano, et eo quo usus est Grodecius. propter repetitionem vocis ἔκδυσαι prætermissa sunt. Linea sequenti vocem ἀκαθαρσίαν idem Millesius ex iisdem codicibus substituit, cum desit in Prevotio, Grodecii versione, et Ottoboniano codice. Habetur in nostro Regio.

(2) Τὰ σχήματα. Adduntur in codd. Reg. post σχήματα, hæc verba, ἀλλότρια τοῦ γάμου· καὶ ἀκούσῃς ἅπερ ἀπεύχομαι, καὶ πάθῃς ὅπερ μὴ γένοιτο, *et videat aliena nuptiis vestimenta : audiasque ea quæ Deus avertat, et patiaris quæ utinam ne contingant.*

(3) Σε οὐκ ἀποδέξεται. Ita scribimus auctoritate codicum Regii, Roe et Casaub. quanquam hic omittit σέ. In editis habetur solum, πνεῦμα οὐ δέξεναι. Jucundior est antithesis inter δέξεται et ἀποδέξεται.

(4) Μηδεμία ὑπόκρισις. Editi habebant, μηδὲ. Nos μηδεμία scripsimus ex codd. Reg., Roe et Casaub. Grodecius vertit, *nullus simulator*, quasi legisset, μηδεὶς ὑποκριτής.

(5) Βούλεσθαι, etc. Sic habent codd. Roe et Casaub., βουλόμενον ἀρέσαι γυναικὶ (Roe γυναῖκαι) προελθεῖν. Τοῦτο ἀντιστρέφει, etc

(6) *Egredere potius nunc opportune, ut ingrediaris cras opportunissime.* Totum Quadragesimæ tempus pro induciis attribuere videtur, ut si quis non satis recti propositi sibi conscius sit, etiam post datum nomen recedat, ac deinde reformata mente ad baptizandorum exercitia revertatur. Atqui concilium Laodicense, can. 45, vetat ne post secundam Quadragesimæ hebdomadam. quisquam amplius ad baptismum admittatur : Οὐ δεῖ μετὰ δύο ἑβδομάδας τῆς Τεσσαρακοστῆς δέχεσθαι εἰς φώτισμα. At id concilium forte nondum celebratum erat. aut Hierosolymis non habebat auctoritatem. Certe Cyrillo cat. 1, n. 5, quadraginta dierum præparatio, ei qui præteritam ætatem vanis mundi curis prodegisset, non nimia videbatur. Omnes hujus temporis exercitationes baptizando necessarias existimabat : in primis exorcismos frequentes, sine quibus animam purgari posse negat *Procat.* n. 9. Catecheses, quarum ne unam quidem sine totius doctrinæ dispendio prætermitti posse ait n. 2. Confessionem peccatorum quæ initio quadragesimæ fiebat, cat. 1, n. 5. Insuper totis his diebus exigit cessationem a curis sæculi, cat. 1, n. 5. Orationes crebras et continuas, *Procat.* n. 16, assiduam in sacris synaxibus præsentiam, sacrarum lectionum frequentiam cat. 1, n. 6. Optat ut integrum jejunii cursum perficiant cat. 3, n. 16. Adeo ut ea verba, *Exi potius nunc opportune*, etc., minime ad litteram de relinquendis resumendisque baptizandorum exercitiis intelligenda esse putem ; sed figuratam esse locutionem, quæ significet deponendum esse pravum habitum animi et alium induendum ; quæ locutio sumpta est ex hominum usu, qui ut vestem mutent, e conventu exeunt, ac postliminio revertuntur. Sensum hunc suadent verba sequentia. Alioqui num privatis in ædibus facilius potuissent animum purgare, quam omnibus prædictis exercitiis ad hoc constitutis, quibus etiam num. 5 multos esse commutatos notat ?

(7) *Recipio te ; malo quidem proposito venientem*, etc. Non solus Cyrillus queritur de hujusmodi pravis ad baptismum accedentium dispositionibus, quæ post conversos ad fidem imperatores communiores fuere, sed etiam alii Patres. Ambros., *in psal.* CXVIII, serm. 20, n. 48 : « Uxoris ducendæ gratia, quæ gentili « viro a Christianis parentibus negabatur, simulata « ad tempus fide plerique produntur, quod foris con- « fessi sunt, intus negasse. *N. 49* : Venit quis in eccle- « siam, dum honorem affectat sub imperatoribus « Christianis, simulato metu orationem se fingit « deferre, inclinatur et solo sternitur, qui genu « mentis non flexerit *Augustinus serm. 47, n. 17 :* « Nulla temporali commoditate vult esse Christia- « nus, non ut majorem amicum conciliet, non ut « ad concupitam uxorem perveniat, non ut aliquam « pressuram hujus sæculi evadat : quanquam multi « etiam sic intrantes corriguntur ingressi *Hinc ait* « *serm. 112, n. 8 :* Foris inveniatur necessitas, nas- « citur intus voluntas. *Denique serm. 298, num 8 :* « *hæc habet quibus sententia Cyrilli mirum in modum* « *illustratur :* Captus es, atque utinam vel captus « inveniaris, qui non captus perieras. Bonum « est ad escam magni regis capi retibus veritatis. »

bona salvandum. Quo venires, cujusmodi te rete exciperet, forte nesciebas. Incidisti in retia ecclesiastica : vivus capiare ; ne fugias ; capit enim te hamo [64] Jesus, non ut morti dedat, sed ut morti tradens vivum reddat : nam et mori te et resurgere oportet. Audisti siquidem Apostolum dicentem : *Mortui quidem peccato, viventes autem justitiæ* [65]. Morere peccatis, et vive justitiæ ; jam ab hodierno die vive.

προαιρέσει μὲν ἐλθόντα, ἐλπίδι δὲ ἀγαθῇ σωφησόμενον. Ἴσως οὐκ ἤδεις ποῦ ἔρχῃ, οὐδὲ ποία σε σαγήνη λαμβάνει. Γέγονας εἴσω δικτύων ἐκκλησιαστικῶν· ζωγρήθητι, μὴ φύγῃς· ἀγκιστρεύει γάρ σε Ἰησοῦς, οὐχ ἵνα θανατώσῃ, ἀλλ' ἵνα θανατώσας ζωοποιήσῃ· δεῖ σε γὰρ ἀποθανεῖν καὶ ἀναστῆναι. Ἤκουσας γὰρ τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· Νεκροὶ μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντες δὲ τῇ δικαιοσύνῃ. Ἀπόθανε τοῖς ἁμαρτήμασιν, καὶ ζῆσον τῇ δικαιοσύνῃ (3)· ἀπὸ τῆς σήμερον ζῆσον.

VI. Considera quantam tibi Jesus dignitatem impertit [66]. Catechumenus vocabaris (1), exteriori circum pulsatus sono : spem audiens, nec videns; audiens mysteria, nec intelligens ; audiens Scripturas, nec illarum profundum videns. **6** Nunc jam non amplius circumsonant aures tuæ, sed interior tibi sonus auditur : inhabitans enim Spiritus [67] (2) mentem tuam deinceps divinam domum facit. Cum audieris ea quæ de mysteriis scripta sunt, tunc intelliges quæ nesciebas. Neque vero te rem minimi pretii accipere putes ; miserabilis homo cum sis, Dei cognomen accipis. Audi Paulum dicentem : *Fidelis Deus* [68] ; audi aliam Scripturam : *Deus fide-*

ζ'. Βλέπε μοι πηλίκην σοι (4) ἀξίαν ὁ Ἰησοῦς χαρίζεται. Κατηχούμενος ἐλέγου, ἔξωθεν περιηχούμενος· ἀκούων ἐλπίδα, καὶ μὴ εἰδώς· ἀκούων μυστήρια, καὶ μὴ νοῶν· ἀκούων Γραφὰς, καὶ μὴ εἰδὼς τὸ βάθος. Οὐκ ἔτι περιηχῇ, ἀλλ' ἐνηχῇ· τὸ γὰρ ἔνοικον Πνεῦμα, λοιπὸν οἶκον θεῖον τὴν διάνοιάν σου (5) ἐργάζεται. Ὅταν ἀκούσῃς τὰ περὶ τῶν μυστηρίων γεγραμμένα, τότε νοήσεις ἃ μὴ ἤδεις. Καὶ μὴ νομίσῃς ὅτι μικρὸν πρᾶγμα λαμβάνεις· ἄνθρωπος ὢν οἰκτρὸς, Θεοῦ λαμβάνεις προσηγορίαν. Ἄκουε Παύλου λέγοντος· Πιστὸς ὁ Θεός. Ἄκουε ἄλλης Γραφῆς λεγούσης· Θεὸς πιστὸς καὶ δίκαιος (6). Τοῦτο προβλέπων ὁ Ψαλμῳδὸς ἔλεγεν ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ

[64] Matth. XIII, 47. [65] Rom. VI, 11, 14 ; I Petr. II, 24. [66] Vid. *cat.* 1, n. 4, et *cat.* 5, n. 1. [67] Rom. VIII, 9, 11. [68] I Cor. I, 9.

(1) *Catechumenus vocabaris*, etc. Non satis in Latina translatione servari potest ludus Cyrilli in verbis κατηχεῖσθαι, περιηχεῖσθαι, ἐνηχεῖσθαι, quorum duo priora exteriorem sonum ad aures advectum significant ; tertium vero, interiorem et qui ad solam mentem pertingit sancti Spiritus sonum, qualem in prophetis admittunt Patres, et ea voce designare solent. Trina quoque repetitione verbi *audiens* Cyrillus videtur alludere ad nomen *Audientium* quo catechumeni et pœnitentes, aliique qui ad solas lectiones et conciones sacras in Ecclesiæ cœtum admittebantur, notari consueverunt in monumentis ecclesiasticis. Vide *Constit. ap.*, lib. VIII, c. 5 et 12, concil. Laod., can. 5, etc. Notatu dignum quod illuminandos ait Cyrillus catechumenorum nomine appellari desiisse, ut fideles dicerentur. Quod non hoc loco tantum testatur, sed et cat. 1, n. 4, ubi ait : « Antea catechumenus eras, nunc fide« lis vocabere ; *et cat. 5, n 1*, a catechumenorum ordi« ne ad ad ordinem fidelium » translatos memorat. Idem repetit cat. 6, n. 29, alibique loquitur de catechumenis, uti nomine et statu ab auditoribus suis longe diversis, hujus Procat. n. 12, cat. 5, n. 12, etc. Id Hierosolymitanæ Ecclesiæ proprium videtur, cum alibi catechumenorum nomen usque ad baptismum retentum, et fidelium appellationem baptizatis reservatam esse legamus. Sed etiam aliquando fidelium nomine solos baptizatos designat Cyrillus infra, n. 13 : « Si videris fideles inservientes et curis expe« ditos, securi sunt ; sciunt quid acceperint, gratiam « apud se tenent. Tu vero, » etc. Quod fideles Dei cognomine honorari ait, præstat ambigui verbi obscuritatem aperire hac S. Augustini distinctione in psal. XXXII, enar. 2, num. 9 : « Habemus ergo et fidelem « Deum. Distinguamus potius fidelem Deum a fideli « homine. Fidelis est homo promittenti Deo, fidelis « est Deus exhibens homini quod promisit. » Athanasius orat. 2 *contra Arian.*, num 6, Deum fidelem appellari dicit, quasi dignum fide, ὡς ἀξιόπιστος.

(2) *Inhabitans Spiritus.* Negat Cyrillus Alexandrinus, lib. XII *in Joan.*, ad cap. XX, 17, catechumenos, licet Christi agnoverint deitatem, ac jam fidem confessi sint, Spiritus sancti dono ditatos ; nec vero id noster Cyrillus negat, qui Spiritus sancti adventum tempore baptismatis, tanquam nondum habentibus sæpe promittit cat. 3, num. 14 ; cat. 16, n. 26. Ac cat. 19, num. 5, ait suos auditores antequam sacro chrismate Spiritus sancti donum accepissent, nondum Christianorum nomine dignos exstitisse. Cum vero auctorem bonorum omnium agnoscat Spiritum sanctum cat. 16, num. 19 et 22, qui se per bona opera ad gratiam præparabant, Spiritum sanctum dubio procul, non ut in sanctis inhabitantem, sed uti moventem ac cœlestia mysteria docentem, et fidei donum infundentem, in seipsis habebant. Hoc autem Spiritus donum virtuti exorcismorum et insufflationum, quibus dæmon per Spiritum sanctum effugabatur, infra n. 9 videtur tribuere. Hinc in antiquo libro *Sacramentorum Ecclesiæ Gallicanæ* a Mabillonio edito tom. I *Musæi Italici*, p. 323, sacerdos post trinam insufflationem dicit : *Accipe Spiritum sanctum, et in corde teneas.* Subtilis est Philastrii distinctio hæresi XCIX tertiæ classis, qua spiramen a Spiritu distinguens, ait catechumenos recipere spiramen, Spiritum vero post baptismum.

(3) Ἀπόθανε τοῖς ἁμαρτήμασι, καὶ ζῆσον τῇ δικαιοσύνῃ. Ea verba in Prevotii editionibus, versione Grodecii, et in Regio codice, propter vocem δικαιοσύνῃ repetitam, prætermissa supplevit Milles ex codd. Roe et Casaub.

(4) Σοι. Hoc pronomen in textum induximus ex codd. Roe et Casaub. ac Grodecii versione.

(5) Οἶκον θεῖον τὴν διάνοιάν σου, etc. Ita ex codd. Roe et Casaub. scripsimus, cum editi habeant : οἴκους θείους ἐν τῇ διανοίᾳ σου, etc. Regius tamen cod. omittit ἐν. Eodem modo legit Grodecius, dum vertit, *Divinas ædes in mente tua ædificat.* Priorem lectionem uti emendatiorem prætulimus.

(6) Θεὸς πιστὸς καὶ δίκαιος. In loco Deuteronomii quem Cyrillus allegat, inter πιστός, et καὶ δίκαιος, habentur prætermissæ a Cyrillo voces : καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία, *et non est injustitia.* Reg. cod. verbo Θεός præmittit articulum ὁ, qui in sacro textu non legitur.

(ἐπειδὴ μέλλουσιν ἄνθρωποι Θεοῦ προσηγορίαν λαμβάνειν)· Ἐγὼ εἶπα (1)· Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες· ἀλλὰ βλέπε, μὴ πιστοῦ μὲν ἡ προσηγορία (2), ἀπίστου δὲ ἡ προαίρεσις. Εἰσῆλθες (3) εἰς ἀγῶνα, κάμε τὸν δρόμον (4)· ἄλλον καιρὸν τοιοῦτον οὐκ ἔχεις. Εἴ σοι γάμων ἡμέραι προέκειντο (5), οὐκ ἂν κατεφρόνησας πάντων, καὶ περὶ τὴν ἑτοιμασίαν τῆς ἑστιάσεως ἐγένου ; μέλλων δὲ τὴν ψυχὴν καθοσιοῦν τῷ ἐπουρανίῳ νυμφίῳ, οὐκ ἀργήσεις (6) σωματικῶν, ἵνα ἄρῃς πνευματικά ;

lis et justus [69]. Hoc prævidens Psaltes dixit ex persona Dei (quandoquidem homines Dei appellationem erant accepturi) : *Ego dixi : Dii estis, et filii Altissimi omnes* [70]. Sed cave ne appellationem fidelis, infidelis vero propositum geras. Ingressus es in certamen, tolera cursus laborem ; aliud tempus ejusmodi non habes. Si tibi dies nuptiarum propositi essent, annon neglectis omnibus in apparando convivio occupareris ? Animam vero tuam cœlesti sponso devovere parans, non a corporeis cessabis, ut auferas spiritalia ?

Ζ'. Οὐκ ἔνι δὶς καὶ τρὶς λαβεῖν τὸ λουτρόν· ἐπεὶ ἐνῆν εἰπεῖν (7)· Ἅπαξ ἀποτυχών, δεύτερον κατορθῶ· ἐὰν δὲ τὸ ἅπαξ ἀποτύχῃς, ἀδιόρθωτον τὸ πράγμα· Εἷς γὰρ Κύριος, καὶ μία πίστις, καὶ ἓν βάπτισμα· μόνον γὰρ (8) οἱ αἱρετικοὶ ἀναβαπτίζονται, ἐπειδὴ τὸ πρότερον οὐκ ἦν βάπτισμα.

VII. Non licet bis aut ter lavacrum suscipere (9); alioquin liceret dicere : Quod semel male succeserit, id altera vice perficiam. Sed si vel *semel* male successerit, ea res emendationem non admittit : *Unus* enim *Dominus, et una fides, et unum baptisma* [71]. Hæretici namque solummodo rebaptizantur, siquidem prius illud baptisma non erat.

Η'. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο παρ' ἡμῶν ζητεῖ ὁ Θεὸς, εἰ μὴ προαίρεσιν ἀγαθήν. Μὴ λέγε· Πῶς μου ἐξαλείφονται αἱ ἁμαρτίαι ; Ἐγώ σοι λέγω· Τῷ θέλειν, τῷ πι-

VIII. Nihil enim aliud a nobis requirit Deus præter inductionem animi bonam. Ne dicito : Quinam mea deleantur peccata (10) ? Ego dico tibi :

[69] Deut. XXXII, 4 ; I Joan. I, 9. [70] Psal. LXXXI, 6. [71] Ephes. IV, 5.

(1) Εἶπα. In cod. Reg. legitur, εἶπον, quomodo multi Patres aliquando legerunt hunc locum ; uti Euseb. *in ps.* LXXXV, num. 8 ; Theodoret. quæst. 51 *in Exod.*, pag. 102, et *in psal.* CXXXV, num. 3, et alii.

(2) Ἡ προσηγορία. Ante ἡ προσηγορία, et ἡ προαίρεσις legendum suspicor vel supponendum verbum ἤ.

(3) Εἰσῆλθες. Vitio typographorum irrepsit in editionem anni 1640 εἰσῆλθε, quod secuta Oxoniensis editio. Millesius legendum conjicit εἰσῆλθες, quomodo scripsit Prevotius, et Reg. cod. habet.

(4) Κάμε τὸν δρόμον. Pro his Reg., μὴ ἀνάμενε τὸν δρόμον, *ne cursum differas*. Comparatio sumpta ex athletis, qui nomina ad agonem dabant.

(5) Προέκειντο. Vitiosam editorum lectionem προσέκειντο mutavimus ex codd. Reg., Roe, Casaub. Elegantius esset, προὔκειντο.

(6) Ἀργήσεις, Editi habent, ἀργήσῃς, vitiose. Secuti sumus scripturam codd. Roe, Casaub. et Regii : quorum postremus fert ἀργείσεις. Vides facilem commutationem ει in η, et η in ει per vitium pronuntiationis. In voce sequenti, pro σωματικῶν, legitur in Roe et Casaub., σωματικῶς, sed mendose. Suspicatur Millesius legendum, ἀπὸ σωματικῶν, cum infra n. 8, eadem phrasi utens dicat auctor : Ἄργησον ἀπὸ παντὸς φαύλου πράγματος. Verum in bonis auctoribus legitur ἀργέω cum genitivo sine propositione ἀπό.

(7) Ἐνῆν εἰπεῖν. Vocem ἐνῆν ex cod. Reg. scripsimus pro ἦν, quod habebatur in editis. Verbum autem εἰπεῖν, in prioribus editionibus prætermissum, restituit Milles ex codd. Roe et Casaub. quibus Reg. et Ottobon. suffragantur. Iisdem etiam codicibus consentientibus κατορθῶ posuit pro κατορθῶσαι. Priorum editionum lectio probari posset levi cum additione syllabæ unius : ἐπεὶ ἦν ἅπαξ ἀποτυχόντα δεύτερον κατορθῶσαι.

(8) Μόνον γάρ, etc. Observatu dignum, quod tota hæc phrasis, usque ad Οὐδὲν, etc., in Reg. cod. prætermittitur. Quod tamen magis factum putem errore librarii propter repetitionem vocis βάπτισμα, quam quod id vel ab Cyrillo alienum sit ; vel a librario, cum ei ab Ecclesiæ doctrina alienum videretur, de industria suppressum.

(9) *Non licet bis aut ter lavacrum suscipere*, etc. Admonet etiam, ut isthic. cat. 17, n. 36, si male suscipiatur baptismus, inemendabile malum esse. Ferit his locis hæresim Marcionis, qui ut notum est ex Epiph., hæres. 42, n. 3, dedit hoc sequacibus suis præceptum, ut tertio usque baptismum recipi fas esset. Sanctus Hieronymus *in Ephes.* IV, 4. Valentino tribuit quod duo baptismata esse contendat. Haud tamen ea duo aquæ fuisse putaverim. Novatiani et Donatistæ, qui illis temporibus pro schismaticis tantum habebantur, Catholicos ad se venientes rebaptizabant. Hos etiam Cyrillus respicere potuit, dum solos hæreticos rebaptizandos docet. Rebaptizantium impietatem antiquissimæ et gravissimæ auctoritates castigant, ut canon. 47 apostolicus, et lib. VI *Constit. apost.*, cap, 15, ut omittam qui his recentiores sunt. Quod autem Cyrillus addit hæreticos solos rebaptizari, eorumque baptisma irritum esse, ita disertum est, ut hanc ejus fuisse sententiam et Hierosolymitanæ Ecclesiæ morem dubitari non posse videatur. Sed miramur ita sensisse nobilem Ecclesiam post exactam ac finitam in concilio plenario, sive illud Arelatense fuit, sive Nicænum (ambo enim, cum hæc scriberet auctor, jam pridem celebrata fuerant), hæreticorum baptismatis causam. De hac Cyrilli nostri sententia disputavimus in dissert. III, et ostendisse speramus probari non posse Cyrillum, vel Ecclesiam Hierosolymitanam alios hæreticos rebaptizasse, quam quos concilia cum novo baptismate recipi jubent.

(10) *Ne dicito : Quinam mea deleantur peccata?* Id ait vel adversum Manichæos qui insanabilia dicebant peccata, ex Tito Bostr., lib. I *contra Manich*, p. 444, vel adversum gentiles qui baptisma nostrum quasi inanem superstitionem irridebant, ut habetur inferius num. 16. Quid dicere gentiles solerent ita narrat Rufinus in *Expos. symboli* ad articulum « De « remissione peccatorum : Solent, *inquit*, cum irri- « sione adversum nos dicere pagani, quod ipsi nos « decipiamus, qui putemus crimina quæ opere com- « missa sunt, verbis posse purgari, et aiunt : Nunquid « potest qui homicidium fecit homicida non esse, et « adulter non videri, qui adulterium perpetravit ? « Quomodo ergo hujuscemodi criminum reus sanc- « tus vobis effici subito videbitur? Adversus hunc hæ- « reticorum et gentilium errorem credo tantopere in- « culcari a Cyrillo cat. 2, vim pœnitentiæ : et tam mul- « tis locis vim aquarum baptismalium, ex Dei et Spiri- « tus sancti præsentis operatione, commendari. »

Hac una re, cum volueris, cum credideris. Quid isto compendiosius ? quod si labia quidem tua te velle pronuntient, cor vero non dicat ; cognitor est cordium ille qui judicat [72]. Cessato ex hac die ab omni re prava ; ne proferat lingua tua verba gravitatis expertia ; non peccet amplius oculus tuus ; neque circum res vanas oberret cogitatio tua.

IX. Festinent pedes tui ad catecheses. Exorcismos cum affectu suscipe (1) : sive insufflatus, sive exorcizatus fueris, saluti tibi res illa futura est. Existimes infectum aurum et adulteratum esse, diversisque materiis, ære, stanno, ferro, ac plumbo im-

[72] Vid. *cat.* 1, n. 5.

(1) *Exorcismos cum affectu suscipe.* Jam exorcismum receperant illuminandi, quod testantur verba sequentia, quibus velatum tunc eis vultum fuisse commemorat. Per susceptum exorcismum distinguit Origenes, lib. III *cont. Cels.*, pag. 142, eos qui ad recipiendum proxime baptismum præparabantur, ab iis qui recens admissi erant, necdum symbolum purificationis, id est enim exorcismus, assecuti, οὐδέπω τὸ σύμβολον τοῦ ἀποκεκαθάρθαι ἀνειλῆφότων. At exorcismi præterea per totum Quadragesimæ tempus frequentes adhibebantur, tum ex hoc ipso loco, et alio simili cat. 1, n. 5, tum etiam ex n. 13 hujus orationis. Ex Scripturis collectos ait exorcismos, quo evitabatur illud vitium ab Athanasio in epist. ad Marcellinum, de Psalmis, n. 33, in quibusdam castigatum, qui, omissis Scripturæ verbis, dæmonum cohorti propter Dominum in iis præsentem intolerabilibus, cum aliunde adscitas verborum formulas ad persuadendum compositas adhiberent, se dæmonibus deridendos offerebant. Salutaria illa in exorcismis verba continebant increpationes diaboli, quibus exorcizans energumenos cum dæmone luctabatur, cat. 16, n. 18. Orationem et invocationem nominis Dei, quæ tum in exorcismo energumenorum, tum in exorcismo olei adhibebantur, ibid. et cat. 20, n. 3 ; ex quibus de exorcismo baptizandorum legitima conjectura est. Invocationem Crucifixi et crucis signum cat. 4, n. 13, et cat. 13, n. 3 et 18. Adhibebatur insufflatio, cum ad significandam vim Spiritus sancti, cujus virtute fiebant exorcismi, hic, et cat. 16, n. 18, tum in contempti, et ejecti, et adusti dæmonis signum, tum ad delenda et tollenda peccata, hic, et cat. 20, n. 3 : atque hæc insufflatio in faciem et in aures trina erat ex can. 7 concilii CP. Effugandi potissimum dæmonis, et purgandæ a peccatis animæ causa fiebat : credebatur enim in nondum baptizatorum membris nidulari adversarias potestates, cat. 20, n. 2 (ut hodie credit et profitetur utraque Ecclesia Græca et Latina), et hominem ad baptismum usque peccati et diaboli tyrannidi subjacere, cat. 19, n. 4. Hinc efficacissimum, ab exorcismis et insufflationibus erga infantes adhibitis, peccati originalis argumentum. V. Aug., ep. 194, n. 46, et alibi. Ne tamen ante ipsum baptismum per exorcismos penitus effugari dæmonem, et a peccatis liberari animam putes ; cum Cyrillus passim, sed præsertim cat. 3, n. 2 et 12, et cat. 20, n. 4, solum in baptismalibus aquis nos mori et a dæmone liberari doceat. Alioqui peccatorum remissionem aliis bene multis causis attribuit, ut morum mutationi supra n. 4, confessioni peccatorum cat. 2, num. 15, 19, 20, jejunio cat. 3, n. 7 ; abrenuntiationibus, per quas cat. 19, n 9, vetera cum inferno pacta dissolvi et paradisum nobis aperiri docet : oleo exorcizato quo ante mersionem corpus inungi mos erat, cat. 20, n. 3 ; imo et Spiritus sancti nobis post baptismum collati gratiæ cat. 17, 1, 15. Sed ut ista perficit datam in baptismo remissionem peccatorum, ita exorcismi, jejunium, et alia supra memorata, ad eam variis modis disponunt. Exorcismorum ad baptismum ministri qui fuerint, nullibi aperit Cyrillus. At exorcismorum olei et aquæ baptismalis pontificem baptizantem ministrum fuisse non dubium est. Exorcismos energumenorum sanctis, et iis qui proprio ad id dono Spiritus sancti ornati erant, tribuere videtur, cat. 20, n. 3, et cat. 16, n. 18, quibus accessisse credendum est episcopi ordinationem et promotionem, juxta canon. 26 concil. Laod., et 10 conc. Antiocheni. Exorcismos vero baptizandorum aliquando ab diaconis factos videmus, in epistola cleri Apameensis contra Petrum, act. V concil. CP. sub Mena. Presbyteri vulgo exorcizabant.

(2) Ἄργησον. In editionibus ante Oxoniensem, typographorum dubio procul vitio, legebatur, Ἀρνησον. Ἄργησον scribitur in Reg., Ottob., Roe, et Casaub. codd.

(3) Ὁ νοῦς σου. Ea verba addidimus ex Reg. cod. Quanquam optime constat sensus, si de oculis circa inutilia non torquendis intelligatur, nam infra, n. 9, mentionem facit βλέμματος ῥεμβομένου. Pro ἀχρήσιμα legit Grodecius χρήσιμα, quod cum auctoris sensui disconveniret, ad alienam huic loco significationem torsit : nec ejus interpretationis vitium in sequentibus editionibus emendatum est. In Reg. cod legitur τὰ μὴ χρήσιμα.

(4) Τοὺς ἐπορκισμούς. In codd. Roe et Casaub. in hac Procatechesi, et cat. 16, n. 18, exorcismi, exorcistarum et exorcizandi vocabula semper scribuntur per ἐφορκισμὸς, ἐφορκιστὴς, ἐφορκίζειν, quod quidem ad grammaticæ leges conformius, cum ὅρκος spiritu aspero dicatur, atque ita exorcizandi vocabulum in concil. Laod., can. 26, et Antiocheno, can. 10, et aliis in locis reperitur. Verum Cyrillus ἐπορκίζειν, etc., vocabulo utitur ter cat. 20, n. 3, nullo codice reclamante : atque ita scribit Justinus *Apolog.* pag. 45 ; Eusebius Cæsar. lib. VIII *Hist. eccl.*, cap. 6, pag 298 ; auctor *Constit. apost.* libro VIII, cap. 26, etc. Vulgarior tamen in auctoribus ecclesiasticis, et sola quæ in Scripturis sacris usitatur lectio, est ἐξορκίζειν, quam etiam adhibet Cyrillus cat. 1, n. 5, secundum nonnullos codices.

(5) Σωτηρία σοι τὸ πρᾶγμα. In codd. Reg., Roe, et Casaub. scribitur, σωτηρίαν· et tam in his quam in editis, et versione Grodecii conjunguntur hæc verba cum sequentibus ; νόμισον εἶναι, puncto post εἶναι subjuncto, at inde sequens phrasis pendens ac sine constructione relinquitur. Verba igitur, νόμισον, tanquam sequentis phrasis initium a præcedentibus separavimus. Est infra, n. 11, similis phrasis duplex : Νόμισόν μοι οἰκοδομὴν εἶναι τὴν κατήχησιν. Pro ἀργὸν χρυσόν, in codd Roe et Casaub. legitur, ἀργύριον εἰ (legendum ἢ) χρυσίον, *argentum vel aurum*, sed de solo auro loquitur Cyrillus sequente phrasi. Loco δεδολωμένον ambo codd. posterius memorati ferunt, δεδεμένον, *illigatum*.

καὶ κασσιτέρῳ, καὶ σιδήρῳ, καὶ μολυβδῳ. Ζητοῦμεν τον χρυσὸν μόνον ἔχειν· χρυσὸς μὴ δύναται ἄνευ πυρὸς καθαρθῆναι τὰ ἀνοίκεια· οὕτως ἄνευ ἐπορκισμῶν (1) οὐ δύναται καθαρθῆναι ψυχή· εἰσὶ δὲ θεῖοι ἐκ θείων Γραφῶν συνεκλελεγμένοι. Ἐσκέπασταί σου τὸ προσωπον, ἵνα σχολάσῃ λοιπὸν ἡ διάνοια· ἵνα μὴ τὸ βλέμμα ῥεμβόμενον, ποιήσῃ ῥέμβεσθαι καὶ τὴν καρδίαν. Τῶν δὲ ὀφθαλμῶν ἐσκεπασμένων, οὐκ ἐμποδίζεται τὰ ὦτα δέξασθαι τὸ σωτήριον. Ὃν γὰρ τρόπον οἱ τῆς χρυσοχοϊκῆς ἐργασίας ἔμπειροι, διά τινων λεπτῶν ὀργάνων τὸ πνεῦμα τῷ πυρὶ παρεμβάλλοντες, καὶ τὸ ἐν τῇ χώνῃ κεκρυμμένον χρυσίον ἀναφυσῶντες, τὴν παρακειμένην ἐρεθίζοντες φλόγα εὑρίσκουσι τὸ ζητούμενον· οὕτων τῶν ἐπορκιζόντων, διὰ Πνεύματος θείου ἐμβαλλόντων τὸν φόβον, καὶ ὥσπερ ἐν χώνῃ, τῷ σώματι, τὴν ψυχὴν ἀναζωπυρούντων· φεύγει μὲν ὁ ἐχθρὸς δαίμων, παραμένει δὲ ἡ σωτηρία, καὶ παραμένει ἡ ἐλπὶς τῆς αἰωνίου ζωῆς, καὶ λοιπὸν ἡ ψυχὴ καθαρθεῖσα τῶν ἁμαρτημάτων ἔχει τὴν σωτηρίαν. Ἁραμένωμεν τοίνυν τῇ ἐλπίδι, ἀδελφοί, καὶ δῶμεν ἑαυτοὺς, καὶ ἐλπίσωμεν· ἵνα ὁ Θεὸς τῶν ὅλων, τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν ἰδὼν, καθάρῃ μὲν ἡμᾶς τῶν ἁμαρτιῶν (2), ἐλπίδας δὲ ἡμῖν ἀγαθὰς παράσχῃ τῶν πραγμάτων, καὶ δώῃ ἡμῖν μετάνοιαν σωτηρίαν (3). Θεὸς ἐκάλεσε, σὺ δὲ ἐκλήθης.

A mistum [73]. Aurum solum habere cupimus ; absque igne non potest ab alienis sibi commistis expurgari : ita absque exorcismis anima expurgari nequit ; divini illi sunt ex divinis Scripturis collecti. Velo obductus tibi vultus fuit, ut attenta de cætero vacaret cogitatio, neve oculus vagus ipsum quoque cor vagari efficeret. At velatis oculis, non impediuntur aures quominus salutis adjumentum suscipiant. Quemadmodum enim aurificinæ periti subtilibus quibusdam organis spiritum igni immittentes, ac reconditum in vase fusorio aurum conflantes, dum appositam flammam incitant quæsito potiuntur [74] : ita dum exorcizantes per divinum Spiritum timorem injiciunt, **S** animamque in corpore velut in vase conflatorio positam exsuscitant, fugit inimicus dæmon, manet autem salus, et permanet spes vitæ æternæ denique anima repurgata a peccatis salutem consequitur. Permaneamus ergo in spe, fratres, nosque ipsos dedamus, ac speremus, ut Deus universorum mentis nostræ propositum videns, mundet nos a peccatis, et de rebus nostris bene sperare nos jubens pœnitentiam nobis tribuat salutarem. Deus vocavit, tu vocatus es.

B

Γ. Ἁράμενε ταῖς κατηχήσεσιν, εἰ καὶ πολλὰ παρατείνωμεν λέγοντες, μὴ ποτε ἡ διάνοιά σου ἐκλυθῇ. Οπλα γὰρ λαμβάνεις κατὰ ἀντικειμένης ἐνεργείας· οπλα λαμβάνεις κατὰ αἱρέσεων (4), κατὰ Ἰουδαίων, καὶ Σαμαρειτῶν, καὶ ἐθνῶν. Πολλοὺς ἐχθροὺς ἔχεις, πολλὰ βέλη λάμβανε· πρὸς πολλοὺς γὰρ ἀκοντίζεις, καὶ χρεία σοι μαθεῖν πῶς κατακοντίσῃς τὸν Ἕλληνα, πῶς ἀγωνίσῃ (5) πρὸς αἱρετικὸν, πρὸς Ἰουδαῖον καὶ Σαμαρείτην. Καὶ τὰ μὲν ὅπλα ἕτοιμα, καὶ τὸ ξίφος ἑτοιμότατον τοῦ Πνεύματος· δεῖ δὲ καὶ δεξιὰς (6) τείνειν

X. Perseveres in catechesibus ; etiamsi nostra prolixior futura sit oratio, tu ne unquam animo deficias. Arma enim accipes contra adversariam potestatem ; arma capies contra hæreses, contra Judæos, Samaritas et gentiles (7). Multos habes hostes, multa tela accipe ; cum plurimis jaculo decertas ; addiscendum tibi quomodo transfigas Græcum, quomodo pugnes contra hæreticum, contra Judæum et Samaritam. Et arma quidem parata sunt, gladius vero Spiritus promptissimus [75] : ma-

C

[73] Ezech. xxii, 18, [74] Vid *cat.* 16, n. 18 ; v. inf. n. 15. [75] Matth. xxvi, 41 ; Ephes. vi, 17.

(1) Ἄνευ ἐπορκισμῶν. In codd. Roe et Casaub. ἄνευ ἐφορκιστῶν, *sine exorcistis*, male ; nam de exorcismis sermonem, esse sequentia declarant. Sequens phrasis in iisdem codd. sic habetur : Εἰσὶ δὲ θεῖοι οὗτοι οἱ ἐφορκισμοὶ, ἐκ θείων δε Γραφῶν εἰσιν συνειλεγμένοι.

(2) Καθάρῃ μὲν ἡμᾶς τῶν ἁμαρτιῶν. Desunt hæc verba in cod. Reg. ut et particula δὶ post ἐλπίδας.

(3) Σωτηρίαν. Maxime arridet codicum Reg., Roe, et Casaub. lectio, μετάνοιαν σωτηρίας, *pœnitentiam salutis*, Sic ait cat. 14, n. 17 : Ἰησοῦς παραγέγονεν ἐπὶ μετανοίᾳ τῆς σωτηρίας. Idem autem *pœnitentia salutis*, stylo Cyrilli est ac *salus pœnitentiæ* seu *per pœnitentiam* comparata : ut cat. 4, n. 17, σωτηρία τῆς πίστεως, idem est ac *fides salutis conciliatrix*. Salutarem illam pœnitentiam, quam uti bone voluntatis mercedem a Deo una cum emundatione a peccatis tribui orat Cyrillus, baptismum ipsum fructuose perceptum dici existimem ; cum in symbolo Hierosolymitano baptismus Ecclesiæ appelletur *baptisma pœnitentiæ in remissionem peccatorum*, cat. 18, n. 22.

(4) Κατὰ αἱρέσεων. Vertit Grodecius, *adversus hæreticos ;* videtur ergo legisse καθ' αἱρετικῶν, quod melius componitur cum verbis sequentibus *adversus Judæos*, etc., et inferius : *Quomodo pugnes contra hæreticum.* etc.

(5) Πῶς ἀγωνίσῃ, etc. Reg., ὅπως κατακοντίσας ἀργονίσῃ πρὸς αἱρετικοὺς, πρὸς Ἰουδαίους, καὶ Σαμαρείτην.

(6) Δεξιάς. Reg., δεξιᾷ. Grodecius videtur egisse δεξιάν, cum veterit, *dexteram*, idque melius videtur.

(7) *Arma capies adversus hæreses, contra Judæos, Samaritas et gentiles.* Quatuor illa hostium genera toto *Catecheseon* opere sibi confutanda proponit. Ethnicos docet non ex Scripturis, quas respuunt, sed ex ratiociniis, et suarum ipsorummet fabularum inanitate et fœditate refellendos cat. 12, n. 27, et cat. 18, n. 10. Samaritanos, Chutæorum propaginem, qui Moysis legem solam, non autem reliquas Scripturas recipiebant, ex quinque Mosaicis libris oppugnandos censet cat. 18, n. 11, 12 et 13, Judæos ex omnibus Veteris Testimenti Scripturis, et declarata in mundo Christi virtute ; atque apostolorum, et priorum Hierosolymitanæ sedis episcoporum, qui ex Hebræa gente fuerant auctoritate, cat. 14, n. 15 et seqq. Hæreticos demum ex omnibus utriusque Testamenti Scripturis ; quibus interdum adjungit immutabilem ecclesiasticæ traditionis auctoritatem, ut cat. 4, n. 35, cat. 5, n. 12, et ipsum catholicæ Ecclesiæ, quod illi nunquam sibi proprium facere potuerunt, nomen, cat. 18, n. 26.

D

nus autem contendere oportet per bonam voluntatem, ut bellum Domini prælieris, ut oppositas potestates debelles, ut invictum te ab omnibus hæreticorum molitionibus præstes.

διὰ προαιρέσεως ἀγαθῆς ἵνα πόλεμον Κυρίου πολεμήσῃς ἵνα νικήσῃς ἀντικειμένας ἐνεργείας, ἵνα ἀήττητος γένῃ παντὶ αἱρετικῷ πραγματι.

XI. Hoc quoque monitum te volo. Quæ dicuntur addisse et in perpetuum serva. Ne existimes has esse consuetas homilias ; hæ quoque bonæ et fide dignæ : verum si quid in illis hodie neglexerimus, crastino addiscimus. Ea vero quæ de lavacro regenerationis per ordinem traduntur documenta, si hodie negligantur, quando demum reparabuntur? Existima tempus esse plantationis arborum ; nisi fodiamus et in altum excavemus, quandonam alias poterit rectius plantari, quod semel fuerit male plantatum? Ædificium quoddam catechesim esse puta ; nisi fodiamus et fundamentum ponamus ; nisi ordinata serie, structuræ vinculis apte [9] conjungamus domum, ne quid laxum et hians reperiatur, et ruinosa fiat ædificatio, in irritum cadet omnis prius susceptus labor ; sed oportet ex ordine lapidi lapidem apponi, et angulum ad angulum consequi ; et superfluis erasis, ita demum æquabilem ædificationem assurgere ad ; eumdem modum afferimus tibi tanquam lapides scientiæ : audire oportet quæ ad Deum viventem spectant ; audire quæ ad judicium ; audire necesse est de Christo ; audiendum de resurrectione. Et alia multa ex ordine dicuntur, quæ nunc quidem sparsim (1) referuntur, tunc autem suo loco apte disposita proferuntur. Si non hæc in unum colligas ac memoria priora et posteriora complectare, ædificabit quidem architectus, tu vero fragile et caducum habebis ædificium.

ΙΑ'. Παραγγελία δέ σοι καὶ τοῦτο ἔστω· Τὰ λεγόμενα μένθανε, καὶ τήρει εἰς τὸν αἰῶνα. Μὴ νομίσῃς τὰς συνήθεις εἶναι ὁμιλίας (2). κἀκεῖναι μὲν γὰρ ἀγαθαὶ, καὶ πίστεως ἄξιαι· ἀλλ' ἐὰν σήμερον ἀμελήσωμεν, αὔριον μανθάνομεν. Τὰ δὲ περὶ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας κατ' ἀκολουθίαν διαδιδόμενα (3) διδάγματα, ἐὰν σήμερον ἀμεληθῇ, πότε κατορθωθήσεται ; Νόμισόν μοι (4) φυτείας εἶναι δένδρων καιρόν· ἐὰν μὴ σκάψωμεν καὶ βαθύνωμεν, πότε δύναται ἄλλοτε καλῶς φυτευθῆναι τὸ ἅπαξ κακῶς φυτευθέν ; Νόμισόν μοι οἰκοδομὴν εἶναι τὴν κατήχησιν· ἐὰν μὴ βαθύνωμεν καὶ θεμέλιον θῶμα (5), ἐὰν μὴ κατὰ ἀκολουθίαν δειμοῖς οἰκοδομῆς ἁρμολογήσωμεν τὸν δόμον, ἵνα μὴ εὑρεθῇ τι χαῦνον, καὶ σαθρὰ γένηται ἡ οἰκοδομὴ, οὐδὲν ὄφελος οὐδὲ τοῦ προτέρου κόπου· ἀλλὰ δεῖ κατὰ ἀκολουθίαν λίθον μὲν λίθῳ ἀκολουθεῖν (6), καὶ γωνίαν γωνίᾳ ἔπεσθαι· ἀποξεόντων δὲ ἡμῶν (7) τὰ περισσὰ, καὶ οὕτως δεῖ λοιπὸν λείαν οἰκοδομὴν ἀναβαίνειν· οὕτω προσφέρομέν σοι λίθους ὥσπερ γνώσεως. Δεῖ ἀκούειν τὰ περὶ Θεοῦ ζῶντες· δεῖ ἀκούειν τὰ περὶ κρίσεως· δεῖ ἀκούειν τὰ περὶ Χριστοῦ· δεῖ ἀκουειν τὰ περὶ ἀναστάσεως. Κπὶ πολλά ἐστιν ἀκολούθως λεγόμενα, νῦν μὲν σποράδην εἰρημένα, τότε δὲ κατὰ ἁρμονίαν προσφερόμενα. Ἐὰν δὲ μὴ συνάψῃς ἐν τῷ ἑνὶ, καὶ μνημονεύσῃς τῶν πρώτων καὶ τῶν δευτέρων, ὁ μὲν οἰκοδομῶν οἰκοδομεῖ, σὺ δὲ σαθρὰν ἔξεις τὴν οἰκοδομὴν.

XII. Quando catechesis pronuntiabitur, si catechumenus percontatus te fuerit, quid dixerint doctores, nihil dicas externo [76]. Mysterium enim tibi

ΙΒ'. Ὅτε τοίνυν κατήχησις λέγηται, ἐάν σε κατηχούμενος ἐξετάσῃ, τί εἰρήκασιν οἱ διδάσκοντες, μηδὲν λέγε τῷ ἔξω. Μυστήριον γὰρ σοι παραδίδομεν

[76] V. *cat.* 5, n. 12, et *cat.* 6, n. 29.

(1) In homiliis ordinariis.

(2) Τὰς συνήθεις ὁμιλίας. Codd. Roe et Casaub. habent προσομιλίας, quæ ambo sunt ejusdem rei nomina. Hieronymus in *Catalogo de scriptoribus ecclesiasticis* agens de S. Hippolyto, ait se hujus auctoris legisse *librum* προσομιλιῶν *de laude Domini Salvatoris in ecclesia pronuntiatarum*. Homiliarum nomine olim non solæ conciones, sed colloquia, prædicationes, dissertationes censebantur, ut declarat Clementinarum homiliarum titulus, quæ sunt aliud quidquam quam sermones ad populum habiti : eodemque sensu ὁμιλίαν usurpat Cyrillus cat. 6, num. 24, pro dialectica disputatione, hunc aiens ejus vocis sensum esse. Omnino tamen in hoc loco designat homilias in synaxibus de more pronuntiatas ; quarum argumentum cum sumeretur ex lectionibus in ecclesia secuudum anni ordinem recitatis, eæ nulla secum ejusdem argumenti connexione aptæ ac devinctæ erant. Præterea plures aliquando concionabantur, unus post alium : itaque nullus inter eas homilias esse poterat ordo doctrinæ. Eodem tempore quo orationes catecheticas habebat Cyrillus, in singulis quoque synaxibus diebus Dominicis sermonem pronuntiabat ; eosque sermones sæpe citat, in primis cat. 10, n. 14, et cat, 14, n. 24, in hisque, quamvis ad omnes loqueretur, baptizandos tamen se specialius respexisse ait cat. 14. n. 24. Quamobrem hic præcipit ut iis etiam homiliis attenti sint, quamvis minoris eis momenti essent quam catecheses.

(3) Διαδιδόμενα. Sic in Oxoniensi editione positum ex cod. Roe ; cum ante in impressis legeretur διδόμενα, quam scripturam exhibet Reg. cod. In Casauboniano habetur διαδόμενα.

(4) Νόμισόν μοι. Pronomen μοι addidimus ex cod. Reg., sicut infra etiam habetur.

(5) Ἐὰν μὴ βαθύνωμεν καὶ θεμέλιον θῶμεν. Ea verba hic addidimus ex cod. Regio ; quæ in aliis tum editis tum mss. desunt, forte propter repetitas voces ἐὰν μή, Pro οἰκοδομῆς ἁρμολογήσωμεν, in fato libro legitur simpliciter, οἰκοδομήσωμεν. Verba vero, οὐδὲν ὄφελος οὐδὲ τοῦ προτέρου κόπου, hic ascripsimus ex codd. Roe et Casaub. quorum prætermissione mutila est et imperfecta auctoris oratio.

(6) Ἀκολουθεῖν. In Reg., προσαρμῆσαι, ἀκολουθεῖ καὶ γωνίαν, etc.

(7) Ἀποξεόντων ἡμῶν, etc. Ea phrasis sic corrupte legebatur in editis : ἀποξεόντων δὲ περισσὰ, οὕτω δεῖ λίαν οἰκοδομὴν ἀναβαίνειν. Secuti sumus scripturam codicum Roe et Casaub, nisi quod in eis omittitur λίαν. Quam tamen vocem, ad absolutiorem sensum efficiendum retinuimus, λείαν scribendo, loco λίαν, ut postulat sensus. In Reg. cod. pro ἀποξεόντων, fertur, ἀποξέοντι· et habetur, οὕτως δὲ δεῖ ἄν, vitose scriptum loco οὕτως δεῖ λείαν.

καὶ ἐλπίδα μέλλοντος αἰῶνος (1). Τήρησον τὸ μυστήριον τῷ μισθαποδότῃ. Μή ποτέ σοί τις εἴπῃ· Τί βλάπτῃ, ἐὰν κἀγὼ μάθω ; Καὶ οἱ νοσοῦντες τὸν οἶνον ζητοῦσιν· ἀλλ' ἐὰν ἀκαίρως δοθῇ, φρενῖτιν ἐργάζεται· καὶ δύο κακὰ γίνεται, καὶ ὁ νοσῶν ἀπόλλυται, καὶ ὁ ἰατρὸς διαβάλλεται· οὕτως καὶ ὁ κατηχούμενος (2), ἐὰν ἀκούσῃ παρὰ πιστοῦ, καὶ ὁ κατηχούμενος φρενιτιᾷ (οὐκ οἶδε γὰρ τί ἤκουσε, καὶ ἐλέγχει τὸ πρᾶγμα (3), καὶ ἐκμυκτηρίζει τὸ λεγόμενον), καὶ ὁ πιστὸς ὡς προδότης κατακρίνεται. Ἤδη δὲ σὺ ἐν μεθορίῳ (4) στήκεις, βλέπε μοι μὴ ἐκλαλήσῃς· οὐχ ὅτι οὐκ ἄξια λαλιᾶς τὰ λεγόμενα, ἀλλ' ὅτι ἡ ἀκοὴ ἀναξία τοῦ δέξασθαι· ἧς ποτε καὶ σὺ κατηχούμενος, οὐ διηγησάμην σοι τὰ προκείμενα· ὅταν τῇ πείρᾳ λάβῃς τὸ ὕψωμα τῶν διδασκομένων, τότε ἄν γνώσῃ, ὅτι ἀνάξιοι οἱ κατηχούμενοι τῆς ἀκοῆς.

A et spem futuri sæculi tradimus. Secretum serva ei qui mercedem rependit. Ne quisquam tibi dicat aliquando : Quid tibi apportat mali, si ego quoque didicero ? Nimirum etiam ægroti vinum postulare solent ; quod si illis intempestive datum fuerit, phrenesim conciliat : et duo hinc nascuntur mala ; nam et æger interit, et medicus male audit. Idem quoque contingit catechumeno, si audiat mysteria a fideli ; nam et catechumenus phrenesim patitur (quod enim audivit ignorat, et rem totam obtrectat, et quod dicitur sannis excipit) : simul vero fidelis uti proditor condemnatur. Tu jam in confinio consistis ; cave ne quid temere efferas : non quod ea quæ dicuntur non sint digna narratu, sed quod illæ sint aures indignæ quibus committantur. Fui-

B sti tute aliquando catechumenus, neque res propositas enarrabam tibi ; quando sublimitatem eorum quæ docentur experientia cognoveris, tunc plane intelliges, earum rerum auditu dignos haud esse catechumenos.

ΙΓ'. Μιᾶς μήτρὸς γεγόνατε υἱοὶ καὶ θυγατέρες, οἱ ἀπογραφέντες. Ὅταν εἰσέλθητε (5) πρὸ τῆς ὥρας τῶν ἐπορκισμῶν, εἷς ἕκαστος ὑμῶν λαλείτω τὰ πρὸς εὐσέβειαν· κἄν τις ὑμῶν μὴ παρῇ, ἐπιζητήσατε. Εἰς τράπεζαν εἰ ἐκλήθης, οὐκ ἂν περιέμενες τὸν συγκεκλημένον ; Ἀδελφὸν εἰ εἶχες, οὐκ ἄν τῷ ἀδελφῷ τὸ ἀγαθὸν ἐζήτεις ; Μὴ πολυπραγμόνει λοιπὸν πραγμέτων ἀνωφέλειαν· μὴ, τί ἐποίησε πόλις· μὴ, τί ἐποίησε κώμη· μὴ, τί ἐποίησε βασιλεύς· μὴ, τί ἐποίησεν ἐπίσκοπος (6)· μὴ, τί ἐποίησε πρεσβύτερος. Ἄνω βλέπε· καιρὸς ὁ σὸς ἐκείνου χρείαν ἔχει. Σχολάσατε καὶ γνῶτε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεός. Ἐὰν ἴδῃς τοὺς μιστοὺς διακονοῦντας, καὶ μὴ μεριμνῶντας· ἔχουσι τὸ ἀσφαλὲς, οἴδασι τί ἔλαβον, κατέχουσι τὴν χάριν. Σὺ δὲ ἀκμὴν ἐν ζυγῷ στήκεις, ἢ δεχθῆναι, ἢ μὴ δεχθῆναι· μὴ μιμήσῃ τοὺς ἔλοντας τὸ ἀμέριμνον, ἀλλὰ μέτελθε τὸν φόβον.

C

XIII. Unius matris filii (7) et filiæ facti estis, quicunque inscripti estis ; quando ingressi fueritis ante horam exorcismorum, unusquisque vestrum ea loquatur quæ ad pietatem pertinent : et si quis e vobis defuerit, perquirite. Si ad convivium vocatus esses, nonne exspectares eum qui tecum una vocatus esset ? Fratrem si haberes, nonne quod fratri bonum est quæreres ? Quæ nihil prosint ne deinceps percontare ; ne, quid fecerit urbs, quid vero oppidum ; ne quid imperator (8), quid episcopus, quid presbyter. **10** Sursum respice ; tempora hæc tua id poscunt. *Vacate et cognoscite quia ego sum Deus* [77]. Si fideles videris inservientes, et curis expeditos ; securi sunt, sciunt quid acceperint, gratiam apud se tenent : tu vero adhuc in bilance, dubius utrum admittendus sis necne, consistis ; ne imiteris illos qui securitate fruuntur (9), sed timorem concipe.

ΙΔ'. Καὶ ὅταν ἐπορκισμὸς γένηται, ἕως ὅτου οἱ ἅλ-

XIV. Cum autem fiet exorcismus, quousque

[77] Psal. XLV, 11.

(1) Αἰῶνος. Optime emendavit Millesius ex cod. Roe et Casaub. vitiosam priorum editionum scripturam, quæ, typographorum vitio dubio procul, ferebat, ἀγῶνος.

(2) Οὕτως καὶ ὁ κατηχούμενος, Conjunctionem καί addidimus ex mss. Roe et Casaub.

(3) Καὶ ἐλέγχει τὸ πρᾶγμα. Hæ voces desunt in codd. duobus Anglican., Roe et Casaub

(4) Ἐν μεθορίῳ. Præpositionem supplevimus ex codd. Roe, Casaub. et Ottob.

(5) Εἰσέλθητε. Legebatur in editis, εἰσέλθῃς. Id correximus ex codd. Roe, Casaub., Ottob. et vers. Grodecii.

(6) Μὴ, τί ἐποίησεν επισκοπος. Ea verba desunt in codd. Roe, et Casaub. Facilis librariorum lapsus tam multoties repetito, μὴ τί. Post βλέπε, additur in præfat. codd., πρὸς τὸν Θεόν, *sursum respice ad Deum.*

(7) *Unus matris filii.* Ecclesiæ et Dei filii proprie non efficimur nisi per baptismum. Augustinus sermone 1 *De symbolo ad catechumenos* num. 1, tom. VI, pag. 547, *Incipitis eum habere patrem, quando nati fueritis per Ecclesiam matrem.* Sed observandum Cyrillum ubique spectare illuminandorum statum, tanquam anticipatam quamdam bonorum baptismi fruitionem. Unde cat. 11, n. 9, eos jam nunc filios Dei per adoptionem effici ait : Νῦν γίνεσθε υἱοὶ Θεοῦ, et cat. 18, n. 26, in Ecclesia regeneratos dicit.

D

(8) *Ne quid imperator.* Ad litteram vertendum erat *ne quid rex.* Sed vocem βασιλεύς, qua Cyrillus, una cum cæteris Græcis auctoribus, Romanorum principem designate solet, proprio hujus principis vocabulo reddidimus, quoties, ut in hoc loco, de Romano imperatore agitur. Id secuti sumus cat. 14, num. 14 et 22, cat. 23, num. 8, et in epistola ad Constantium.

(9) *Qui securitate fruuntur*, τοὺς ἔχοντας τὸ ἀμέριμνον. Male Grodecius, *qui nulli meditationi vacant.* Non culpat Cyrillus fideles quod sine sollicitudine sint. Ait tantum, baptismo accepto sollicitudine illa liberatos esse, quæ baptizandum sortis suæ dubium exercere debet. Sic ait Basil., *in ps.* XLIX, pag. 254, baptismum, cum remittat peccata, sollicitudinis vacuitatem procurare iis qui debitis onerati erant : Ἐπειδὴ τὸ βάπτισμα ἄφεσιν ἔχει τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ ἀμεριμνίας πρόξενον γίνεται τοῖς καταχρέοις.

alii (1) quis exorcizantur accesserint, viri cum viris (2), mulieres cum mulieribus sunto : nunc mihi arca Noe opus est, in qua erat Noe et filii ejus, uxor ejus, atque uxores filiorum ejus [78]. Tametsi enim una erat arca, et occlusum ostium, omnia tamen decenter disposita fuere. Quamvis clausa sit ecclesia et vos omnes intus, hæc tamen separata sunto, ut viri cum viris, mulieres cum mulieribus degant, ne salutis subsidium vertatur in perditionis occasionem : etsi enim pulchrum sit institutum sibi invicem assidere, tamen procul absint perturbationum vitia. Tum vero sedentes viri librum aliquem utilem præ manibus habeant ; et alius quidem legat, alius vero audiat. Si autem desit liber, alter oret, alter vero utile aliquid loquatur. Virginum porro conventus sic collectus esto, ut psallat vel legat, sed tacite : ita ut labia quidem loquantur, vox autem ad alienas aures non perveniat. *Mulieri enim loqui in ecclesia non permitto* [79]. Et nupta quoque similiter agat : ut et oret, et labia ita moveat, ne vox exaudiatur [80] : ut prodeat Samuel, ut sterilis anima tua pariat exaudientis Dei salutem (3) ; Samuel enim ita sonat.

A λοι ἐπορκιζόμενοι παραγένωνται, ἄνδρες μετὰ ἀνδρῶν, καὶ γυναῖκες μετὰ γυναικῶν. Νῦν γάρ μοι Χρεία τῆς τοῦ Νῶε κιβωτοῦ· ἐν ᾗ ἦν (4 Νῶε καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ ἡ γυνὴ καὶ αἱ γυναῖκες τῶν υἱῶν αὐτοῦ. Εἰ γὰρ καὶ μία ἦν ἡ κιβωτὸς, καὶ κεκλεισμένη ἦν ἡ θύρα, ἀλλὰ ἐσχημάτιστο τὰ πράγματα. Εἰ καὶ κέκλεισται ἡ ἐκκλησία, καὶ πάντες ὑμεῖς ἔνδον, ἀλλὰ διεστάλθω τὰ πράγματα, ἄνδρες μετὰ ἀνδρῶν, καὶ γυναῖκες μετὰ γυναικῶν· μὴ γένηται ἡ ὑπόθεσις τῆς σωτηρίας πρόφασις ἀπωλείας· κἂν ἡ ὑπόθεσις καλὴ (ᾖ), πλησίον ἀλλήλων καθέζεσθαι, ἀλλὰ μακρὰν ἔστω τὰ πάθη. Εἶτα οἱ ἄνδρες καθεζόμενοι ἐχέτωσαν (6) βιβλίον χρήσιμον· καὶ ὁ μέν τις ἀναγινωσκέτω, ὁ δέ τις ἀκουέτω. Κἂν μὴ βιβλίον παρῇ, ὁ μὲν προσευχέσθω, ὁ δέ τι χρήσιμον λαλείτω. Καὶ ὁ σύλλογος πάλιν ὁ παρθενικὸς οὕτω συνειλέχθω ἢ ψάλλων ἢ ἀναγινώσκων ἡσυχῇ (7)· ὥστε λαλεῖν μὲν τὰ χείλη, μὴ ἀκούειν δὲ τὰ ἀλλότρια ὦτα· Γυναικὶ γὰρ λαλεῖν ἐν ἐκκλησίᾳ οὐκ ἐπιτρέπω. Καὶ ἡ ἔγγαμος (8) δὲ ὁμοίως μιμείσθω· καὶ προσευχέσθω, καὶ τὰ χείλη κινείσθω, φωνὴ δὲ μὴ ἀκουέσθω· ἵνα παρέλθῃ Σαμουὴλ, ἵνα σου ἡ στεῖρα ψυχὴ γεννήσῃ τὴν σωτηρίαν Θεοῦ ἐπακούσαντος· ὁ γὰρ Σαμουὴλ ταύτην ἔχει τὴν ἑρμηνείαν·

B

[78] Gen. VII, 7. [79] I Tim. II, 12, et I Cor. XIV, 34. [80] I Reg. I, 13.

(1) *Quousque alii*, etc. Græca duplicem pati possunt sensum : 1° Donec omnes alii ad exorcismum suscipiendum suo ordine accesserint : 2° donec omnes qui suo ordine exorcismum suscipiunt, ad suas sedes exorcismo suscepto reverterint. Utrumvis sequare parum interest, postremum uti litteræ tenaciorem amplectimur. Exorcizabantur baptizandi alter post alterum, quod tam ex hoc loco patet, quam ex serm 2 de symbolo, num. 1, apud Aug., tom. VI, p. 555, prolixique erant singulorum exorcismi, dum increpationes diaboli, preces, invocationem Crucifixi, salutaria monita, insufflationes, etc., continerent : adeo ut hujus cæremoniæ prolixitas, aliis incommoditatibus, videlicet velamini vultus, vestimentorum despoliationi, uno tantum indusio concesso, vulgo conjuncta, probationem et experimentum contineret sinceræ accedentium voluntatis, ex Greg. Naz. orat. 40, num 26, p. 657. Cum ab exorcismis inciperent hi illuminandorum conventus, quos sequebatur catechesis, ex illorum prolixitate factum puto, ut Cyrillus se temporis angustiis premi tam sæpe dicat, et quandoque etiam ab ipso orationum initio, ut catechesi 13, num. 8.

(2) *Viri cum viris*, etc. In ecclesiis vulgo tabulatis separata erant virorum ac feminarum loca. Patet tamen hic ex voto Cyrilli nondum in Ecclesiam Hierosolymitanam inducta fuisse hujusmodi septa ; quæ revera Chrysostomus, hom. 74 *in Matth.*, p. 278, nonnisi posterius a Patribus invecta significat, postquam is qui voluntate servabatur ordo, licentia confusus erat. Nam viros separatim a mulieribus in ecclesia sedere præcipitur *Constit apost.*, lib. II, cap. 57. Omnino tamen Hierosolymis virginum conventus a cæteris segregatus erat, ut sequentia testatum faciunt. Monachorum quoque separatum ordinem fuisse colligitur ex plurimis *Catecheseon* locis, in quibus tanquam ordo et classis hominum a cæteris distincta memoratur.

(3) *Samuel exaudientis Dei salutem... sonat*. Recte Millesius conjicit Cyrillum Samuelis nomen interpretari quasi שמואל, ac si compositum esse ex שמע, ישוע, et אל *audivit salvans Deus* ; cum tamen vera sit significatio *petitus a Deo* ex שאול מאל.

(4) Ἐν ᾗ ἦν. Hæc ex conjectura scripsimus Grodecii versione fulta ; cum in editis, mendose sine dubio, haberetur, Ἵνα ᾖ, *ut sit Noe*, etc. Illa hic locus exhibetur in codd. Roe et Casaub : Ἵνα Νῶε καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ χωρὶς ὦσι, καὶ ἡ γυνὴ καὶ αἱ γυναῖκες τῶν υἱῶν αὐτοῦ χωρὶς ὦσι· *Ut Noe et filii ejus seorsim, et uxor ejus ac uxores filiorum ejus seorsim sint*. Sed optime judicat Millesius verba, χωρὶς ὦσι, additamentum esse critici cujusdam, qui vitiato loco medicinam afferre conatus parum feliciter promovit. Scriptura sacra non ait diserte, separatos fuisse a se invicem in arca Noemum cum filiis, et utrorumque uxores. At id concludere se posse existimavit Cyrillus ex ordine verborum Genesis cap. VI, vers. 18. et cap. VII, vers. 7 et 13. Idem inde pariter conclusit Isidorus Pelusiota, lib. I, epist. 69, p. 22. Post vocem, πράγματα, scripsi ex Reg. cod., εἰ καί, cum καί in editis et aliis codicibus desit.

(5) Κἂν ἡ ὑπόθεσις καλή, etc. Sic legitur in Reg., κἂν πλησίον ἀλλήλων καθέζεσθε, ἀλλά, etc. *Quamvis una proxime sedeatis*. Post, τὰ πάθη, hæc verba adjecta habet idem codex : Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε ἄρσεν, οὔτε θῆλυ. Νενέκρωται τὰ τῆς ἀκολασίας ὄργανα· ἐσταύρωται τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ· *In Christo enim Jesu non est mas neque femina*, Galat. III, 28 : *Morte exstincta sunt luxuriæ instrumenta : diabolo et operibus ejus crucifixa sunt*.

(6) Ἐχέτωσαν. Additur in Reg., μετὰ χεῖρας, *præ manibus*. Ante βιβλίον legebatur in editis καί, quod uti superfluum ex præfato codice erasimus. Pro, ὁ δέ τις, etc., idem Reg. habet, οἱ δὲ ἀκουέτωσαν, *alii vero audiant*.

(7) Ἡσυχῇ. In hunc modum Millesius ex codd. Roe et Casaub., quibus Reg. suffragatur, emendavit veterem lectionem quæ ferebat in editione anni 1608, ἢ εὐχῇ, et in sequentibus, εὐχῇ, sublato ἢ. Post, in testimonio Pauli citato, loco, ἐν Ἐκκλησίᾳ, habetur in codd. Roe, et Casaub, ἐν ἐκκλησίαις, ut est I Cor. XIV, 34. Duo loca similia Apostoli confudit Cyrillus, ex I Cor. XIV, 34, sumens λαλεῖν, cætera ex I Tim. II, 12.

(8) Ἔγγαμος. Sic restitui ex codd. Reg., Roe, et Casaub. Legebatur antea ἐν γάμοις, *quæ in nuptiis*

ΙΕ'. Ὄψομαι τὴν σπουδὴν ἑκάστου, ὄψομαι τὸ εὐλα- A βὲς ἑκάστης. Πυρούσθω ἡ διάνοια πρὸς εὐλάβειαν, χαλκευέσθω ἡ ψυχή, σφυροκοπείσθω τὸ σκληρὸν τῆς ἀπιστίας, ἀποπεσάτωσαν αἱ περισσαὶ (1) τοῦ σιδήρου λεπίδες, μενέτω τὸ καθαρόν· ἀποπεσάτω τοῦ σιδήρου ὁ ἰὸς, μενέτω τὸ γνήσιον. Ποτὲ μὲν (2) ὑμῖν δείξῃ ὁ Θεὸς ἐκείνην τὴν νύκτα, τὸ σκότος τὸ ἡμεροφανὲς, περὶ οὗ εἴρηται· Σκότος οὐ σκοτισθήσεται ἀπὸ σοῦ, καὶ νὺξ ὡς ἡ ἡμέρα φωτισθήσεται. Τότε ὑμῶν ἑκάστῳ καὶ ἑκάστῃ (3) παραδείσου θύρα ἀνοιχθῇ· τότε ὑδάτων (4) ἀπολαύσητε Χριστοφόρων, ἐχόντων εὐωδίαν· τότε Χριστοῦ προσηγορίαν λάβητε, καὶ ἐνέργειαν θείων πραγμάτων. Ἤδη μοι τῆς διανοίας τὸ ὄμμα ἀναβλέψατε (5)· ἤδη μοι χοροὺς ἀγγελικοὺς ἐννοήσατε, καὶ δεσπότην τῶν ὅλων Θεὸν καθεζόμενον, Υἱὸν δὲ μονογενῆ ἐν δεξιᾷ συγκαθήμενον (6), καὶ Πνεῦμα συμπαρόν· θρόνους δὲ καὶ κυριότητας B

XV. Videbo studium uniuscujusque viri, videbo uniuscujusque feminæ pietatem. Inflammetur mens ad pietatem, ad incudem [velut] procudatur anima. Subigatur et tundatur infidelitatis durities, decidant superfluæ ferri squamæ; maneat id solum quod purum est: detergatur ferri ærugo, ut maneat genuina materies. Aliquando vobis ostendat Deus noctem illam, et tenebras diem referentes (7), de quibus dictum est: *Tenebræ non obscurabuntur a te, et nox sicut dies illuminabitur* [81]. Tunc unicuique vestrum paradisi porta aperta sit [82]. Tunc aquis fruamini Christiferis, fragrantiam spirantibus. Tunc Christi appellationem et rerum divinarum efficaciam suscipiatis [83]. Jam nunc oculo mentis aperto sursum respicite: jam angelicos choros animo concipite; universorumque Dominum Deum sedentem, et unigenitum Filium a dextris una se-

[81] Ps. CXXXVIII, 12. [82] Vid. *cat.* 19, n. 9. [83] Vid. *cat.* 3, n. 3 et 13.

constituta est. V. cat, 17, n. 7. Voces, καὶ τὰ χείλη κιν. φων· δ. μ. ἀκουέσθω, desunt in mss. Roe et Casaub.

(1) Αἱ περισσαί. Ex Ottob. et Roe codd. Editi vero, οἱ περισσοί. Post, τὸ καθαρόν, subjungitur in Reg., τῆς πολιτείας, *maneat puritas conversationis*: ac post, τὸ γνήσιον, additur, τῆς εἰς Χριστὸν ὁμολογίας, *sinceritas confessionis Christi.* Post ultimum, μενέτω, codd. Regg. Ror et Casaub. habent particulam δέ.

(2) Ποτὲ μέν. In editis habetur, Πότε, *Quando?* ut et in Reg. cod. Præferimus, ποτέ, ex codd. Roe et Casaub. cum nulla hic appareat interrogatio. In sequenti psalmi CXXXVIII citatione cod. Ottobon. omittit verba, καὶ νὺξ ὡς ἡ ἡμέρα φωτισθήσεται. Articulus ἡ ante ἡμέρα desideratur in codd. Roe C et Casaub. sicut et in sacro textu.

(3) Ἑκάστῳ καὶ ἑκάστῃ. Ita scribimus ex codicibus Regio et Ottob. sic infra, ἕκαστον καὶ ἑκάστην, σωζόμενον καὶ σωζομένην. In prioribus editionibus legebatur una vox ἑκάστου· quod cum manifestum mendum contineret, Millesius ex conjectura Casauboni reposuit, ἑκάστῳ. Codd. Roe et Casaub. habent, ἑκάστῃ, omisso, ἑκάστῳ. Sequentem vocem, ἀνοιθῇ, ita posuimus ex Reg., Roe et Casaub., nam quod prius legebatur, ἀνεωχθῇ, vitiosa est et contra leges grammaticæ scriptura. Ante, ὑδάτων, et Χριστοῦ, τότε reposuimus ex mss. Roe et Casaub. pro, πότε, quod antea scriptum erat. Idem supra ante, ὑμῶν ἑκάστῳ, pro, τότε, habent, ὅτε· quæ particula si in duobus sequentibus locis pariter scriberetur, eam magis probarem quam τότε, hoc sensu. *Aliquando vobis ostendat Deus*, etc., *cum unicuique vestrum paradisi janua aperietur*, *cum aquis*, etc.

(4) Ὑδάτων, *aquis*. Hujus vocis loco Reg. codex habet, ῥευμάτων, *fluentis*. Roe vero et Casaub., ἀρωμάτων, *unguentis*: quod melius componitur cum fragrantia illa quam Cyrillus commemorat; atque intelligi potest de sancto chrismate post baptismum collato, quo accepto Christi participes, eique nos conformes effici docet auctor cat. 21, n. 1. Meliorem tamen censemus consuetam, et pluribus mss. approbatam lectionem, ὑδάτων, qua detracta, de baptismo ipso siluisset Cyrillus eo in loco, ubi baptismi bona magnificentius exagerat. Alioqui sequens epithetum, Χριστοφόρων, *Christiferis*, unius proprie aquis convenit in quibus gestatus est Christus; et Christiani, qui et ipsi christi dicuntur cat. 21, n. 1, in baptismi mersione gestantur. Quæ quidem aquæ, Christi carnis attactu fragrantes redditæ sunt: spiritali nimirum fragrantia quam Christus ipsis ex suæ divinitatis perfusione communicavit, ut docetur cat. 21, n. 1. Conjiciebam aliquando legendum in accusandi casu, Χριστοφόρον εὐωδίαν, *Christiferam fragantiam*: porro in hac Cyrilli phrasi, tria mihi videor distinguere sacramenta, religione silentii tectis verbis adumbrata. Baptismum per aquas Christiferas expressum; confirmationem, qua Christiani propric. imo et Christi etiam per sacri chrismatis sanctionem efficimur; cat. 21, n. 1 et 5. Demum eucharistiam in his verbis, *divinarum rerum efficientiam*; quod idem est stylo Cyrilli ac divinæ res efficacia plenæ, quibus nimirum divinæ naturæ participes efficimur; cat 22, n. 3, sic dixit n. 13, πραγμάτων ἀνωφέλειαν, p., πράγματα ἀνωφελῆ.

(5) Ἀναβλέψατε. Habet Reg. cod., ἀνανεύσατο (legendum, ἀνανευσάτω, vel ἀνανεύσατε). *Jam mihi oculus mentis attollatur*, vel, *oculum mentis attollite.* Ἀναβλέπω vix activum verbum est: significat vel *sursum aspicio*, vel *rursum cerno*; utrumque significatum in versione conjunximus.

(6) Συγκαθήμενον. In codd. Roe et Casaub. legitur simpliciter, καθεζόμενον. Deest in cod. Reg. hæc perioche de Filii sessione, sine dubio propter repetitionem vocis, καθεζόμενον. Pro, συμπαρόν, idem cod. habet solummodo, παρόν. Vide similem ac iisdem prope verbis expressam, de sessione Patris, Filii, et Spiritus sancti in judicio postremo, sententiam, cat. 15, n. 34.

(7) *Tenebras diem splendore referentes.* Sic interpretatus sum, τὸ σκότος τὸ ἡμεροφανές, quod Grodecius contrario sensu vertit, *tenebras in die apparentes*, cum potius fuerit dicendum, *diem in tenebris apparentem.* Vigiliam paschalem intelligit Cyrillus, D quam luminum tota ecclesia accensorum frequentia et lampadum a neophytis gestatione, ita collustratam referunt auctores ecclesiastici, ut nox fere diem vinceret. Ad hæc, ad celebrandam resurrectionis lætitiam curabatur, ut accensis priusquam nox irrueret, nec ante solis exortum exstinctis luminibus, nox quodammodo illa excluderetur, et in unam diem Dominica Paschæ cum Sabbato sancto conjungeretur. Audi Greg. Nyss., orat. 4 *in Resurr. Domini*, p. 436: Φωτεινὴ νὺξ αὕτη, τὰς ἐκ τῶν λαμπάδων αὐγὰς ὀρθριναῖς ἀκτῖσι τοῦ ἡλίου συμμίξασα, μίαν κατὰ τὸ συνεχὲς ἡμέραν ἐποίησε, μὴ διαμερισθεῖσα τῇ παρενθήκῃ τοῦ σκότους. « Luminosa hæc « nox, accensarum lampadum fulgorem matutinis « solis radiis conjungens, unam continuatione diem « efficit, nulla tenebrarum interpositione dirempta »

dentem, et Spiritum simul præsentem : thronos vero et dominationes ministrantes ; et unumquemque vestrum salutem consecutum. Jam veluti sono afficiantur aures vestræ : concupiscite præclarant illam vocem, quando vobis in salutem receptis angeli acclamabunt : *Beati quorum* (1) *remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata* [84]. ¶ Quando tanquam Ecclesiæ sidera corpore splendidi (2) et anima lucidi ingrediemini.

A λειτουργοῦντας· καὶ ὑμῶν δὲ ἕκαστον καὶ ἑκάστην, σωζόμενον καὶ σωζομένην. Ἤδη ὑμῶν τὰ ὦτα ὥσπερ κατηχείσθω· ποθήσατε (4) ἐκείνην τὴν καλὴν ἠχήν, ὅτε ὑμῶν σωθέντων οἱ ἄγγελοι ἐπιφωνήσουσι· Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν (5) αἱ ἁμαρτίαι· ὅτε, ὥσπερ ἀστέρες τῆς Ἐκκλησίας, εἰσέλθητε φαιδροὶ τῷ σώματι καὶ φωτεινοὶ τῇ ψυχῇ.

XVI. Magna res est sane, quod verbis proponitur baptisma : captivis pretium, peccatorum remissio, mors peccati, animæ regeneratio, luminosum indumentum, signaculum sanctum indissolubile (3),

Ιϛ'. Μέγα τὸ προκείμενον βάπτισμα (6)· αἰχμαλώτοις λύτρον· ἁμαρτημάτων ἄφεσις· θάνατος ἁπαρτίας· παλιγγενεσία ψυχῆς· ἔνδυμα φωτεινόν· σφραγὶς ἁγία ἀκατάλυτος· ὄχημα πρὸς οὐρανόν· παρα-

[74] Vid. *cat.* 22, n. 3.

(1) *Angeli acclamabunt* : *Beati quorum*, etc. Idem repetit cat. 1, n. 1 Hunc psalmi versiculum etiamnum decantant Græci statim atque eductus est e fonte neophytus, dum sacerdos manus abluit. Ita præcipitur in *Euchologio*, pag. 355, Cyrilli tempore nondum ita cantatus videtur, cum angelorum solummodo mentionem faciat.

(2) *Corpore splendidi*, φαιδροὶ τῷ σώματι. Designat candidam neophytorum vestem, ut supra n. 3, nuptialem vestem, quam supposuit candidam, appellat, φαιδρὸν ἔνδυμα γάμου. Eodem modo Basil., *in ps.* XXVIII, p. 168, et Greg. Nyss , orat. *De S. Melet.*, pag. 588, nuptialia indumenta φαιδρά nuncupant.

(3) *Signaculum sanctum indissolubile*. Præclarum hoc, ut et multa alia passim apud Cyrillum occurrentia, baptismalis signaculi, seu ut theologi post sanctos Patres loquuntur, *characteris* testimonium. Hoc imprudenter, ex sectæ suæ præjudiciis, cum altero confirmationis charactere, de quo etiam sæpe Cyrillus, confudit Thomas Miles. in suis ad hujus orationis finem notis. Quamvis aliquando Cyrillus utriusque mentionem ita permisceat, ut obscurum sit quodnam e duobus commemoret, propriis tamen ambo designavit notis. Nam alterum, nempe confirmationis vocat cat. 18, n. 33, *signaculum communicationis Spiritus sancti*; baptismalem vero cat. 1, n. 2, illum quo *in lavacri regeneratione* rationabili Christi gregi accensemur. Illum dicit cat. 22, n. 7, animæ imprimi dum frons oleo chrismatis inungitur : hunc cat. 3, num. 4, appellat signaculum per aquam, τὴν δι' ὕδατος σφραγῖδα. Priorem post baptisma collatum significat cat. 18, n. 33, posteriorem ait baptismis tempore conferri cat. 4, n. 16, κατὰ καιρὸν τοῦ βαπτίσματος, et cat. 16, num. 24, ἐν βαπτίσματι· ut uno tempore aqua corpus abluat, spiritus vero animam signet cat. 3, num. 4 : Τὸ μὲν ὕδωρ καθαίρει τὸ σῶμα, τὸ δὲ Πνεῦμα σφραγίζει τὴν ψυχήν. Et num. 12, eo tempore quo baptizandus in aquam descendit, ait gratiæ invocatione animam signari, ne ab dracone, cujus in aquis sedes est, sorbeatur. Tandem a presbyteris et diaconis validum baptisma datum agnoscit, et Spiritum sanctum in eo præsentem animas obsignaturum spondet cat. 17, n. 35. Nemo autem dixerit chrismatis sacramentum a diaconis unquam administratum. Utrumque characterem a Spiritu sancto imprimi statuit, idcircoque spiritale vel Spiritus sancti signaculum appellat. Illud autem *indissolubile* hic et *indelebile* n. 17, esse asseverat.

(4) Κατηχείσθω· ποθήσατε, etc. Vocem, κατηχείσθω, huc ex codicis Regii auctoritate revocamus : quæ cum a Prevotio in editione anni 1608 ascripta esset, nulla, quod quidem notetur, codicis manuscripti suffragatione in sequentibus editionibus suppressa est, et ejus loco vox, ἐκατηχεῖσθε, posita. Quomodo hæc cum textu construi possit, ignoro quamvis Grodecius ita legisse videatur. Ex eodem Reg. codice, ποθήσατε scripsimus, pro ποιήσατε, quod in editis et cæteris mss. libris legitur. At ea vox cum textui nullo modo convenire videretur, additum est in codd. Roe et Casaub. post, ἐκείνην τὴν καλήν, verbum, ἠχηθῆναι, ut sensus esset : *Facite vobis illam præclaram vocem resonare.* Cæterum retinendo ποιήσατε, ac mutando ἐκατηχεῖσθε in κατηχεῖσθαι, optimam scripturam haberemus : Ἤδη ὑμῶν τὰ ὦτα ὥσπερ κατηχεῖσθαι ποιήσατε ἐκείνην τὴν καλὴν ἠχήν. *Jam aures vestras facite quasi illa præclara voce pulsari.*

(5) Καὶ ὧν ἐπεκαλ. Deest hæc perioche in codd. Roe et Ottob. nec eam legit Grodecius. Nescio quomodo in priores editiones pro ἐπεκαλύφθησαν irrepsit contraria vox, ἀπεκαλύφθησαν. Nos mendum ex Reg. cod. et Cyrillo ipso cat. 1, n. 1, eum locum uti scripsimus recitante, correximus. Verba, ὥσπερ ἀστέρες, *tanquam sidera* reposuit curator Oxon. editionis, nulla tamen indicata codicis auctoritate, sed propter vocem sequentem, φωτεινοὶ τῇ ψυχῇ. Et ita revera habetur in cod. Reg. Legebatur in editis, ὡς περιστεραί, *tanquam columbæ*, atque ita fert cod. Ottob. cui lectioni suffragatur versio Grodecii, tametsi ad marginem cum asterisco e regione ascripserit, *sidera*. Levi mutatione itaque lectio potuit in alteram commutari. Probabiles ambæ : nam si nostram sequaris, eam confirmant similes Patrum sententiæ, neophytos propter candorem et fulgorem vestium, ac faces quas manu præferebant. Ecclesiæ sidera appellantium. Vide in primis Greg. Nyss., orat. 1 *in Christi resorrectionem*, p. 382, et Proclum Constantinopolitanum orat. 12 *in Resurrect.* Cyrillus ipse neophytorum vestes siderum instar collucentes appellat de nuptialibus convivarum indumentis loquens supra, num. 3, ἀστράπτοντα ὥσπερ. Si alteram lectionem prætuleris, eam defendet allusio ad psal. LXVII, 14 ; Cantic. V, 12 ; Isaiæ LV, 8 : in his enim omnibus locis justi columbis vel pennarum nitore rutilantibus, vel ad aquarum stagna sedentibus ac volitantibus comparantur. Imo Isaiæ locus ex cap. LX a Cyrillo adducitur cat. 18, n. 34, ac neophytis propter simplicitatem adaptatur. Priorem tamen lectionem præoptaverim.

(6) Βάπτισμα. Ea verba sequentia usque ad ἀλλὰ δράκων, desunt in Reg. eod. Ea forte huc accesserunt ex homilia sancti Basilii exhortationem ad baptismum continente, ubi eadem prorsus verba paucis admodum immutatis leguntur p. 413, t. I. Quanquam ex Cyrillo potuit sumpisse Basilius veterum solers indagator. Tamen hæc et alia hujusmodi baptismi encomia ita sunt in omnium Patrum ore, ut magis ex usu communi quam ex cujusquam imitatione accepta videantur. Vide Greg. Nazianz., orat. 40, n. 3, p. 638, eadem et multo plura congerentem.

δείσου τρυφή· βασιλείας πρόξενον· υἱοθεσίας χάρισμα. Ἀλλὰ δράκων παρὰ τὴν ὁδὸν (1) τηρεῖ τοὺς περιπατοῦντας· βλέπε μὴ δάκῃ τῇ ἀπιστίᾳ· βλέπει τοσούτους σωζομένους, καὶ ζητεῖ τίνα καταπίῃ. Πρὸς Πατέρα πνευμάτων εἰσέρχῃ, ἀλλὰ δι' ἐκείνου τοῦ δράκοντος διέρχῃ. Πῶς οὖν αὐτὸν διέλθῃς (2); ὑπόδησαι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ Εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης· ἵνα κἂν δάκῃ, μὴ βλάπτῃ· πίστιν ἔνοικον ἔχε, κραταιὰν ἐλπίδα, κρηπῖδα, ἰσχυράν, ἵνα διέλθῃς τὸν ἐχθρὸν, καὶ εἰσέλθῃς πρὸς τὸν Δεσπότην. Τὴν σαυτοῦ καρδίαν ἑτοίμασον εἰς ὑποδοχὴν διδασκαλίας, εἰς κοινωνίαν ἁγίων μυστηρίων. Εὔχου πυκνότερον, ἵνα ὁ Θεός σε καταξιώσῃ τῶν ἐπουρανίων καὶ ἀθανάτων μυστηρίων (3). Μήτε ἡμέραν ἄργει, μήτε νύκτα. ἀλλ' ὅταν ὁ Ὕπνος (4) ἐκ τῶν ὀμμάτων σου ἐκπέσῃ, τότε ἡ διάνοιά σου εἰς προσευχὴν σχολαζέτω. Κἂν ἴδῃς λογισμὸν αἰσχρὸν ἀναβάντα εἰς τὴν διάτοιάν σου, λάβε κρίσεως ἔννοιαν (5), ὑπομνηστικὸν σωτηρίας· σχόλασον τὴν διάνοιαν εἰς τὸ μαθεῖν, ἵνα ἐπιλάθῃ φαύλων πραγμάτων. Ἐὰν ἴδῃς τινά σοι λέγοντα. Καὶ εἰσέρχῃ εἰς τὸ ὕδωρ καταβῆναι; ἄρτι γὰρ οὐκ ἔχει πόλις βαλανεῖα; γίνωσκε (6), ὅτι ὁ δράκων τῆς θαλάσσης ταῦτά σοι κατασκευάζει· μὴ πρόσεχε τοῖς χείλεσι τοῦ λαλοῦντος (7), ἀλλὰ τῷ ἐνεργοῦντι Θεῷ. Φύλασσε τὴν σαυτοῦ ψυχὴν, ὅπως (8) ἄληπτος γένῃ· ἵνα παραμείνας τῇ ἐλπίδι, κληρονόμος γένῃ σωτηρίας αἰωνίου.

A vehiculum ad cœlum, paradisi deliciæ, regni obtinendi causa, adoptionis donum. Cæterum draco juxta viam transeuntes observat, cave ne te infidelitate mordeat : tam multos videt qui salvi fiunt, *et quærit quem devoret* [85]. Ad Patrem spirituum [86] ingrederis, sed per illum draconem transeundum est. Quomodo igitur tu illum pertransibis ? Calcea pedes tuos *in præparatione Evangelii pacis* [87], ut etiamsi dentem infigat, non lædat tamen : fidem inhabitantem habe, spem firmam, calceamentum forte, ut per hostem occupato aditu ad Dominum ingrediare. [88] Præpara cor tuum ad recipiendam doctrinam, ad sanctorum mysteriorum participationem. Frequentius ora, ut cœlestibus et immortali-
B bus mysteriis te dignetur Deus, neque die neque nocte cessa ; et cum somnus ab oculis tuis recesserit, tunc mens tua orationi vacet. Si quam turpem cogitationem in mentem tuam insilire videris, succurrat tibi cogitatio judicii, quæ te salutis admoneat ; tuam ad condiscendum cogitationem occupa, ut pravarum rerum oblivionem capiat. Si quem videris dicentem tibi : Nunc illuc ingrederis in aquam descensurus ? Nonne recens balnea urbs habet (9) ? Scito draconem maritimum [89] hæc tibi machinari ; ne ad voces loquentis [90], sed ad Deum
13 operantem attende ; custodi animam tuam ut nulla arte capi possis ; ut in spe perseverans, hæres æternæ salutis efficiaris.

[85] I Petr. v, 8. [86] Hebr. xii, 9. [87] Ephes. vi, 13. [88] *Vid. cat.* 1, n. 3. [89] Isa. xxvii, 1. [90] *Vid. cat.* 3, n. 3 ; *cat.* 17, n. 35.

(1) Παρὰ τὴν ὁδόν. Ex codd. Reg., Roe et Casaub. scripsimus, παρά, cum in editis et vers. Grod. legatur, περί, *circa viam*. Desunt in Reg. cod. verba : τηρεῖ τοὺς περιπατοῦντας· βλέπε. Verba καὶ ζητεῖ, cum hoc additamento exhibet idem codex, καὶ μαινόμενος διὰ τὴν βασκανίαν ζητεῖ, etc., *invidia percitus quærit*, etc.

(2) Διέλθῃς Reg., παρέλθῃς. Mox idem, ὑπόδησαι τοὺς πόδας σου. Sic etiam videtur legisse Grodecius. Vox, σου, non habetur in citato Scripturæ loco.

(3) Τῶν ἐπουρανίων καὶ ἀθανάτων μυστηρίων· Desunt ea verba in cod. Reg. et versione Grodecii.

(4) Ὅταν ὁ ὕπνος. Articulum ὁ adjecimus ; et ὅταν, pro ὅτε, posuimus ex mss. Reg., Roe, Casaub. Ex postremis quoque duobus codicibus addidimus, σου, post, διάνοια.

(5) Κρίσεως ἔννοιαν, etc. Vocem, ἔννοιαν, ex mss. Reg., Roe et Casaub. reposuimus : ambo posteriores, pro ὑπομνηστικόν habent, ὑπομνηστικήν. Idem stylo Cyrilli videtur esse, ὑπομνηστικὸν σωτηρίας, ac ὑπομνηστικὸν σωτήριον. Sequentem phrasim, σχόλασον, etc., usque ad ἐὰν ἴδῃς, excl. paulo aliter legitur in Reg. cod. ad hunc modum : Σχολάσατε τὴν διάνοιαν εἰς τὸ μαθεῖν, τίνα μέν ἐστι τὰ φαῦλα τοῦ διαβόλου ἔργα, καὶ τούτων λήθην ποιήσασθε· τίνα δὲ τὰ ἀγαθὰ καὶ σωτήρια, καὶ ἐν τούτοις καταγίνεσθε ἡμέρας τε καὶ νυκτός· *Animum vestrum advertite ad discendum, quænam quidem sint prava diaboli opera, et hæc obliviscamini ; quænam vero bona et salutaria, et in his interdiu noctuque versamini.*

(6) Γίνωσκε, etc. Hunc locum ita exhibet Reg. cod. : Γίνωσκε, ὅτι ἐχθρὸς μέν ἐστι τοῦ Θεοῦ, διαβολικὸς δὲ δράκων, ὁ ταῦτά σοι κατασκευάζων. Μὴ πρόσεχε, etc. *Noveris hostem quidem Dei, diabolicum vero maris draconem esse, qui id contra te in-*
C *struit.*

(7) Τοῦ λαλοῦντος. Adjunxit Reg. cod., τὰ δόλια ῥήματα. Tum subjungit : ἀλλὰ τῷ ἐνεργοῦντι ἐν αὐτῷ πνεύματι τῆς ἀπιστίας καὶ πλάνης. Φύλασσε, etc. *Ne attende labiis ejus qui dolosa tibi verba loquitur ; sed spiritui incredulitatis et erroris qui in ipso operatur.*

(8) Ὅπως. Editi habent solummodo, πῶς· sed mendum est quod correximus ex codd. Reg., Ottob., Roe, et Casaub. Codex vero Reg. totum hunc locum cum ista varietate repræsentat : Φύλασσε τὴν σεαυτοῦ ψυχήν, ὅπως μὴ ληφθῇς τοῖς τοῦ πολεμίου θανατηφόροις μηχανήμασι, καὶ παραμένῃς ἐν τῇ ἀγαθῇ ἐλπίδι γενέσθαι κληρονόμος, καταξιωθῇς (forte καταξιωθεὶς) τῆς ἐπουρανίου καὶ αἰωνίου σωτηρίας. Ἡμεῖς, etc : *Custodi animam tuam ne mortiferis adversarii molitionibus capiare ; ac permaneas in spe bona te cœlestis et æternæ salutis hæreditatem divina*
D *dignatione adepturum esse.*

(9) *Nonne recens balnea urbs habet ?* Balnea hæc a Constantino seu Helena modo ædificata dicere videtur. Unum ex his fortassis est illud a tergo ecclesiæ Resurrectionis positum, de quo Itinerarii Hierosolymitani auctor sic anno 333 loquebatur. *Jussu Constantini imperatoris basilica facta est, id est Dominicum miræ pulchritudinis, habens ad latus exceptoria unde aqua levatur ; et balneum a tergo ubi infantes lavantur.* nisi de Ecclesiæ baptisterio sit sermo. Diabolum paulo post appellat draconem maritimum, auctoritate Ezechielis xxxii, cap., vers. 2 vel Isaiæ, c xxvi, versa, ubi multi Patres legere, ἀνελεῖ τὸν δράκοντα τὸν ἐν θαλάσσῃ, quamvis nunc ea verba in sola Complut. LXX editione legantur, ex Aquila vel Symmacho probabiliter desumpta. V. cat 3, n. 11. Morales hujus appellationis causas tradunt passim Patres. Adisis Origenem *in ps.* xxvii, v. 1, in catena Corderii ; Eusebium *in ps.* lxxxviii, v. 10 et 11, etc. ; Theodoretum in citatum Isaiæ locum.

XVII. Nos quidem hæc uti homines et denuntiamus et docemus : ne autem nostrum ædificium fenum et stipulam et paleas efficiatis, ut non cum opus arserit, detrimentum patiamur : sed opus facite aurum et argentum et lapides pretiosos [91]. Meum est dicere, tuum vero aggredi ad opus, Dei vero perficere. Firmemus mentem, contendamus animam, præparemus cor ; de anima enim nobis certamen est [92], et rerum æternarum spes proposita [93]. Potens est autem Deus, (qui novit corda vestra, et perspectum habet quisnam sit sincerus, quisnam vero simulator) sincerum quidem servare,

IZ'. Ἡμεῖς μὲν ταῦτα ὡς ἄνθρωποι, καὶ παραγγέλλομεν καὶ διδάσκομεν· μὴ ποιήσητε δὲ τὴν οἰκοδομὴν ἡμῶν (1) χόρτον, καὶ καλάμην, καὶ ἄχυρα· ἵνα μὴ τοῦ ἔργου κατακαέντος, ζημιωθῶμεν· ἀλλὰ ποιήσατε τὸ ἔργον, χρυσίον καὶ ἀργύριον, καὶ λίθους τιμίους. Ἐν ἐμοὶ γάρ ἐστι τὸ εἰπεῖν, ἐν σοὶ δὲ τὸ προσθέσθαι (2), ἐν θεῷ δὲ τὸ τελειῶσαι. Νευρώσωμεν τὴν διάνοιαν, συντείνωμεν τὴν ψυχήν, ἑτοιμάσωμεν τὴν καρδίαν· περὶ ψυχῆς τρέχομεν, περὶ αἰωνίων πραγμάτων ἐλπίζομεν (3). Δυνατὸς δὲ ὁ θεὸς (ὁ τὰς καρδίας ὑμῶν εἰδὼς, καὶ γινώσκων, τίς μέν ἐστι γνήσιος (4), τίς δὲ ὑποκριτὴς) τὸν μὲν γνήσιον φυλά-

[91] I Cor. III, 12-15. [92] Prov. VII, 23. [93] *Idem habet infra cat.* 1, n. 5 *et* 6.

(1) Ἡμῶν. Ita correxi ex codd. Reg., Roe et Casaub. loco, ὑμῶν, propter, ζημιωθῶμεν sequens, in omnibus Græcis libris retentum ; quanquam Grodecius legisse videatur, ζημιωθῆτε, dum vertit, *detrimentum patiamini*. Ante, καλάμην, ex cod. Roe et Casaub. addidi. καί, ut responderet aliis καί, sequentibus verbis, ἄχυρα, ἀργύριον, λίθους τιμίους, præfixis.

(2) Τὸ προσθέσθαι. Editorum lectionem retinuimus quam exhibet Reg. et Ottob. codex, supponitque versio Grodecii, qui scripsit *agere*, ejusque verbi sensus est, admovere mentem operi faciundo ; docentis præceptis suum assensum ac sedulitatem adjungere. Ac forte Cyrillus respicit eum locum Proverb. IX, ℣ 9 : Γνώριζε δικαίῳ, καὶ προσθήσει τοῦ δέχεσθαι· *Notum facito justo, et adjiciet ut recipiat :* vel istum Ecclesiastici XXI, ℣ 15, secundum Græc., XVIII, secund. Vulgatam : Λόγον σοφὸν ἐὰν ἀπούσῃ ἐπιστήμων, αἰνέσει αὐτὸν, καὶ ἐπ' αὐτὸν προσθήσει, secundum Vulgatam : *Verbum sapiens quodcunque audierit scius, laudabit et ad se adjiciet*. Mallem vertere, *et ad illud* (opere exsequendum) *se applicabit*. Quamobrem vocem, προσθέσθαι, servantes, vertimus *aggredi ad opus*. Quam interpretationem firmat lectio codicis Regii subjicienda In aliis codicibus legitur προθέσθαι, *proponere* : cui scripturæ suffragari potest quod hujus orationis initio sincerum ab auditoribus propositum, πρόθεσιν, postulat, quo vocati effecti, oblatis sibi a Deo baptismi bonis fruantur. Hunc porro locum Regius codex cum hac paraphrasi repræsentat: Ἐν ἐμοὶ γάρ ἐστι τὸ εἰπεῖν, καὶ ὑποδεῖξαι τῶν πρακτέων τὴν ἀθάνατον καὶ μόνιμον ἐνέργειαν· ἐν σοὶ δὲ τὸ προσθέσθαι, καὶ μεταδιῶξαι τούτων τὴν πεῖραν· Θεοῦ δὲ τὸ τελειῶσαι, καὶ ἀσάλευτον ἐν σοὶ τὴν τοιούτων πίστιν φυλάξαι. Νευρώσωμεν, ἀδελφοὶ, τὴν διάνοιαν, etc. : *Meum enim est dicere, et ostendere immortalem et mansuram eorum quæ agenda sunt efficaciam : tuum autem aggredi, et eorum experientiam prosequi : Dei vero perficere ; et inconcussam in te eorum fidem custodire. Mentem, fratres, roboremus*, etc. Quamlibet harum lectionum amplectare, nulla ad oppugnandam gratiæ prævenientis necessitatem nisi inepte trahi potest Neque vero illa defensione utar, eodem modo plurimos Patres sine ulla gratiæ ad incipiendum necessariæ injuria legitimo sensu scripsisse quod nostrum esse incipere, velle, proponere ; Dei vero perficere : hic enim de gratia baptismi, et præparationibus eidem præmittendis agi tota hujus orationis series clamat ; et similes loci cat. 1, n. 4, et cat. 17, n 35, plane evincunt. Tum vero solemne auctori nostro est baptismi gratiam perfectionis vocabulo nuncupare. V. *Procat* , n. 1, *Utinam et fructus perfectus exsistat*, et cat. 3, n. 4. Ita autem suum esse dicit recte monere, et auditorum obsequi, ut tamen utrumque divini muneris esse confiteatur. Vid. cat. 13, n. 8, sub finem ; cat. 16, n. 2 ; cat. 17, n. 34, ut omittam frequentes illas precationes, singularum pene catecheseon fini affixas, quibus a Deo postulat ut præcepta quæ dedit, in auditorum animis insculpat, et utilia reddat.

(3) Ἐλπίζομεν. Post hanc vocem subjicitur in cod. Reg. hoc additamentum : Περὶ ἀθανάτων δωρεῶν ἀγωνιζόμεθα. Ὁ δὲ Θεός· *De immortalibus donis contendimus. Deus autem*, etc., ut inferius.

(4) Τίς μέν ἐστι γνήσιος, *quisnam sincerus sit*. Ita scribimus ex cod. Reg., Roe et Casaub. et Grodecio qui vertit *verus*. Editi vero habent, δίκαιος, *justus*. Priorem vocem postulat oppositio cum verbo ὑποκριτής, ac manifesta in membro sequenti vocum jam positarum repetitio. Pro πιστοποιῆσαι, hac et sequenti linea reperitur in codd. Roe et Casaub. ac Reg., πιστὸν ποιῆσαι· at vox πιστοποιεῖν Cyrillo nostro familiaris adhibetur multis locis. Πιστοποιεῖν Cyrillo Alexandrino idem est ac πιστοὺς ἐργάζεσθαι. Thesauri Assert. 32. pag. 289, quo in loco hæc habet ad illustrandum præsentem locum maxime idonea. Probans enim Dei esse fideles homines efficere, ait : Πιστοῦ μὲν γὰρ τὸ πιστοποιεῖν, Θεοῦ δὲ πάλιν τὸ θεοποιεῖν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ τοιοῦ φωτὸς τὸ φωτίζειν ἔργον ἐστίν· *Fidelis enim est* (qui titulus Deo sæpe attribuitur in Scripturis) *fideles efficere, Dei rursum deos efficere : uti videlicet luminis opus proprium est illuminare*. At ea vox non soli Deo fidem intus infundenti, sed etiam hominibus alios in fide per doctrinam informantibus accommodari solet. Sic *Constit. apost.* lib. V, cap. 6 : Τοὺς νεοφωτίστους βεβαιοῦμεν, καὶ τοὺς κατηχουμένους πιστοποιούμεθα *Neophytos confirmamus, et catechumenos in fide informamus*. A Cyrillo autem etiam argumentis fidem facientibus tribuitur catech. 13, n. 9, et cat. 14, n. 2. Non est ommittendum ea voce apud Cyrillum aliquando non initia et informationem fidei, sed firmiorem et plenam convictionem eorum quæ jam credebantur designari. Ita usurpatur ab eo cat, 13. n. 9, et in cat. 3, n. 15 ; πίστιν et πιστοποίησιν ita distinguit quasi hæc sit merces et complementum alterius. Ac generatim apud auctores, πιστοποεῖν, *certo persuadere et convincere* significat. V. Origenem lib. I *cont. Cels.*, pag. 5, Basil. *in psal.* XIV, pag. 133. Hic tamen de initio fidei agitur, ac de dispositione qua hypocrita in fidelem mutatur : eodemque modo cat. 13, n. 19, πιστοποιεῖσθαι sumitur pro statu hominis ab incredulitate et dubitatione ad fidem et persuasionem transeuntis. Locus hic totus ita repræsentatur in cod. Reg. : Ὁ δὲ θεὸς, ὁ τὰς καρδίας ἡμῶν εἰδὼς, καὶ ἐφορῶν τὰς προαιρέσεις, καὶ τίς μὲν γνήσιος καὶ ἀληθινὸς δοῦλος, τίς δὲ ὑποκριτὴς καὶ νόθος, τὸν μὲν γνήσιον διατηρήσῃ, τὸν δὲ ὑποκριτὴν πιστὸν ποιήσῃ. Δύναται γάρ, etc. : *Deus autem qui corda nostra novit, et animorum motus intuetur, quisnam sincerus et verus servus sit, quis vero simulator et spurius ; sincerum quidem custodiat, simulatorem vero fidelem efficiat. Potest enim*, etc.

ξαι, τὸν δὲ ὑποκριτὴν πιστοποιῆσαι. Δύναται γὰρ ὁ Θεὸς καὶ τὸν ἄπιστον πιστοποιῆσαι, ἐαν μόνον δῷ τὴν καρδίαν. Καὶ ἐξαλείψαι (1) τὸ καθ' ὑμῶν χειρόγραφον, ἀμνηστίαν δὲ ὑμῖν παράσχοι τῶν πρώτων παραπτωμάτων· φυτεύσοι δὲ ὑμᾶς εἰς τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ στρατεύσοι (2) ὑμᾶς ἑαυτῷ, ὅπλα περιβαλὼν τῆς δικαιοσύνης· οὐρανίων δὲ πραγμάτων (3) Καινῆς Διαθήκης πληρώσειε, καὶ Πνεύματος ἁγίου σφραγῖδα δῴη ἀνεξάλειπτον εἰς τοὺς αἰῶνας· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A hypocritam vero [et simulatorem] fidelem efficere. Potest enim Deus etiam infidelem fidelem facere, si modo **14** cor illi præbuerit (4). Deleat ille chirographum quod contra vos est [94], oblivionem autem tribuat vobis priorum delictorum ; atque in Ecclesiam vos inserat, sibique milites allegat, arma vobis justitiæ circumponens : cœlestibus Novi Testamenti rebus repleat, et Spiritus saucti concedat signaculum indelebile in sæcula : in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[94] Coloss. II, 14.

(1) Καὶ ἐξαλείψαι. Editi, ἐξαλεῖψαι, pen. circumfl. infinitivi modi, quod secutus est Grod. Penultimam acuere, et optativo modo legere nos coegit non solum ipsa textus consequentia, sed etiam mss. Reg. Roe et Casaub. consensus in scribenbo, ἐξαλείψειε. Consequenter, pro καθ' ἡμῶν. *contra nos*. scripsimus ex tribus memoratis codd., καθ' ὑμῶν, *contra vos* : et post ἀμνηστίαν, reposuimus, ὑμῖν, ex Reg., Cod., loco ὑμῶν, quod repugnantibus constructionis legibus in editiones irrepsit.

(2) Στρατεύσοι. Ita editi et omnes mss. præter Regium in quo habetur, στρατολογήσῃ· melius quidem quantum ad Græcæ linguæ normam,in qua στρατεύω vix apud bonos auctores reperiatur pro *militem deligo* ; at Cyrillus etiam ita usurpat cat.1, num. 3 : Οἱ μέλλοντες στρατεύειν, ἐρευνῶσι τὰς ἡλικίας τῶν στρατευομένων. Sic etiam S. Ephræm, seu potius antiquus ejus interpres *Paræn.* 50 ed. Gr. pag. 342 : Ἀρκούμενος τοῖς παροῦσιν, οὐ φροντίζει του στρατεῦσαι τοὺς ἑαυτοῦ υἱούς, ἢ ἐγγαμίσαι θυγατέρας· *Qui præsentibus contentus est, non sollicitus est, ut filios suos in militiam adscribat, aut filias in matrimonium locet.*

(3) Πραγμάτων. In Reg. cod., ἐπουρανίων δὲ καὶ ἀθανάτων ἀγαθῶν, etc., *cœlestibus et æternis bonis.*

(4) *Si modo cor illi præbuerit.* Non hic præviam ad gratiam fidei cordis præparationem postulat,sed necessariam humanæ mentis a Deo excitatæ et motæ cooperationem, eamque ita liberam, ut sine hac libertate ullum neget meritum hominis fore cat. 4, n. 21. Nec tamen in illa humani arbitrii obtemperatione nullæ sunt Dei partes. Nam ut eo in ipso loco quo S. Augustinus ait *De spir. et litt.* cap. 34, n. 60 : *Consentire vocationi Dei, vel ab ea dissentire propriæ voluntatis esse ;* addit nibilominus, *ipsum velle credere Deus operatur in homine ;* ita Cyrillus ipsum fidei actum ut credamus, quod non fit nisi per liberum consensum voluntatis gratiæ moventi acquiescentis,donum Dei esse agnoscit his verbis cat. 14, n. 28 : *Præstet autem omnibus nobis (vel vobis) credere in eum qui resurrexit*, etc. Et cat. 13, n. 8 : *Præstet et nobis qui loquimur, dicere, et vobis qui auditis credere :* quod a Deo peti non poterat, nisi agnosceretur eum ipsas ad credendum flectere et applicare voluntates.Nam ut ait Augustinus epist.217, n. 7 : *Inaniter et perfunctorie potius quam veraciter pro eis, ut doctrinæ, cui adversantur, credendo consentiant, fundimus preces : si ad ejus non pertinet gratiam convertere ad fidem suam ipsi fidei contrarias hominum voluntates.* Id ipsum in cordibus infidelium a Deo fieri non dubitabat Cyrillus, ut patet ex his quæ cat. 13, n. 40, cat. 10, n. 19, et cat. 14, n. 14, de potentia Crucifixi in subigendis suo cultui alienissimis ab eo hominibus tradit : et his quæ cat. 17, n. 21 et seqq. narrat de *victrice* Spiritus sancti gratia, quæ post Pentecosten, apostolorum ministerio, tam multa hostium Christi millia convertit et sanctificavit.

AD LECTOREM.

Τὰς τῶν φωτιζομένων κατηχήσεις ταύτας, τοῖς μὲν τῷ βαπτίσματι προσερχομένοις, καὶ τοῖς τὸ λουτρὸν ἔχουσιν ἤδη πιστοῖς, εἰς ἀνάγνωσιν παρεχόμενος, μὴ δὸς τὸ σύνολον μήτε κατηχουμένοις, μήτε ἄλλοις τισὶ τοῖς μὴ οὖσι Χριστιανοῖς· ἐπὶ τῷ Κυρίῳ λόγον δώσεις. Καὶ ἐὰν ποιῇς ἀντίγραφον, ὡς ἐπὶ Κυρίου ταυτα πρόγραψον.

Catecheses istas illuminandorum,his quidem qu accedunt ad baptismum, et fidelibus qui lavacrum jam suscepere, legendas exhibeas ; catechumenis vero, et aliis quibuslibet qui Christiani non sint, prorsus ne dederis ; alioqui redditurus es Domino rationem. Harum autem exemplar si transcripseris, id quasi in conspectu Domini facias velim.

Hæc obtestatio, cui Grodecius, nescio utrum ex manuscriptis, præfixit titulum, Ad Lectorem, *desideratur in multis codd. ut Reg., Roe, Casaub., Ottobomiano vetustiore. Si hæ catecheses a studiosis ex ore Cyrilli pronuntiantis exceptæ. nunquam ab ipso litteris consignatæ sunt, ejus quidem esse non potest illa denuntiatio. Sin autem ille, quod multis Patribus usu fuit, sermones prius viva voce habitos postea scripto digesserit, cur non hujus obtestationis auctor sit non video. Nam similes isti multæ observantur ab auctoribus editæ ad Lectorem aut librarios contestationes,v. g. S. Joannes apost. parem appinxit ad finem Apocalypsis,c.* XXII, *v.* 17 et 18. *Septuaginta Interpretes, referente Aristea, pag.* 891, *pari denuntiatione usi sunt, sed voce, non scripto. Irenæus quoque ad calcem libri* Περὶ ὀγδοάδος, *seu De octonario, teste Eusebio lib.* V Hist. *cap.* 20, *pag.* 187. *Eusebius ipse initio* Chronici *sui ; Rufinus in fine præfationis ad suam librorum Origenis* De principiis *interpretationem ; Aponius præfatione in suum* ad Cantica *commentarium, etc. Antiquam, et primorum qui has Catecheses scripserunt, esse istam contestationem id mihi suadere videtur, quad Ecclesiæ Hierosolymitanæ consuetudinem contineat in distinctione* φωτιζομένων *et catechumenorum, cum istis eas catecheses communicari prohibens. Hanc notationem Valesius existimat, non hic sed ad finem Catecheseon ascribi debere.*

SANCTI CYRILLI

HIEROSOLYMORUM ARCHIEPISCOPI

CATECHESIS PRIMA

MONITUM.

15 I. *In eodem argumento versatur hæc Catechesis quo superior oratio, easdem plerumque referens sententias, iisdemque pene verbis. Brevis est quædam ad baptismum invitatio, commemoratis ejus utilitatibus, et adhortatio ad illum digne capessendum* (num. 1, 2 et 4); *cum uberrimam illius gratiam Deus non sine delectu, et præparatione mentis considerata, conceda:* (num. 3). *Idcirco præcipit* (num. 5 et 6) *ut peccata confiteantur auditores, et sedulum illis status sui exercitiis studium commendat. Præclara ibi de charactere baptismali.*

II. *Inscribitur in omnibus codicibus* Introductio ad baptismum. *In hac et duabus sequentibus catechesibus explicat articulum* 9 *Symboli Hierosolymitani, cujus hæc verba :* Credo etiam in unum baptisma pœnitentiæ in remissionem peccatorum. *Id ipse postea declaravit cat.* 18, *n.* 22; *nam isthic, Symbolo nondum illuminandis tradito, illud se explanare non monet. Idcirco autem ab hoc articulo auditorum institutionem eum inchoasse censemus, quoniam ad confessionem peccatorum, quæ initio Quadragesimæ facienda erat (hujus catech. n.* 5), *et ad pœnitentiam, in qua totam illud tempus peragere debebant, sacerdotis voce erant præparandi. Ea ratio est cur tres istæ catecheses paulo post superiorem continuis fere diebus habitæ sint. De cæteris suo loco dicemus; istam vero initio Quadragesimæ pronuntiatam esse demonstrant hæc verba num.* 3 : Tot annorum circulos mundo incassum laborans transegisti : nec quadraginta diebus vacabis pro anima tua ? *quemadmodum etiam in oratione superiori ait n.* 4 *auditores suos quadraginta dierum inducias habere.*

III. *Recognita est a nobis ad codd. Roe, Casaub., Ottob. et Coislin., quanquam hic primis foliis mutilus incipit tantum ab his verbis num.* 3, ὥσπερ γὰρ κάλαμος. *Omitto editiones Prevotii, et Groæcii versionem, quas toto* Catecheseon *opere contulimus.*

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΚΥΡΙΛΛΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΩΝ
ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ Α' ΦΩΤΙΖΟΜΕΝΩΝ [1].

—

S. P. N. CYRILLI
ARCHIEPISCOPI HIEROSOLYMORUM
CATECHESIS PRIMA
ILLUMANDORUM.

—

16 Ἐν Ἱεροσολύμοις σχεδιασθεῖσα, εἰσαγωγικὴ τοῖς τῷ βαπτίσματι προσελθοῦσι· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Ἡσαΐου· Λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε (2). ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου καὶ τὰ ἑξῆς.

Hierosolymis ex tempore pronuntiata; introductionem continens iis qui ad baptisma accedunt: Et lectio ex Isaia: *Lavamini, mundi efficimini, auferte malitias ab animabus vestris coram oculis meis* [95], etc.

Α'. Καινῆς Διαθήκης μαθηταὶ, καὶ Χριστοῦ μυστηρίων κοινωνοὶ, νῦν μὲν τῇ κλήσει, μετ' ὀλίγον δὲ καὶ τῇ χάριτι, καρδίαν ἑαυτοῖς ποιήσατε καινὴν, καὶ πνεῦμα καινὸν, ἵνα εὐφροσύνη γένηται (3) τοῖς οὐρανίοις. Εἰ γὰρ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι χαρὰ γίνεται, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, πόσῳ μᾶλλον ἡ τοσούτων σωτηρία ψυχῶν κινήσει πρὸς εὐφροσύνην τοὺς οὐρανίους (4); Ἀγαθῆς ὁδοῦ καὶ καλλίστης ἐφαψάμενοι, τὸν τῆς εὐσεβείας εὐλαβῶς δράμετε δρόμον. Εἰς γὰρ τὴν ὑμετέραν ἀπολύτρωσιν ἑτοιμότατος πάρεστιν ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, λέγων· Δεῦτε (5)

A I. Novi Testamenti discipuli, et mysteriorum Christi participes, nunc quidem vocatione, paulo post vero etiam gratia, cor novum vobis ipsis facite, et spiritum novum [96], ut cœlitibus lætitia fiat. Si enim *super uno peccatore pœnitentiam agente fi-gaudium*, juxta Evangelium [97]; quanto magis tot animarum salus cœlestes ad lætitiam commovebit? Bonam et speciosissimam viam ingressi, religiose cursus pietatis percurrite. Ad redemptionem enim vestram paratissimus adest unigenitus Dei Filius, *Venite*, inquiens [98], *omnes qui laboratis et onerati*

[95] Isa. I, 16. [96] Ezech. XVIII, 31. [97] Luc. XV, 31. [98] Matth. XI, 28.

(1) Φωτιζομένων. Pro hac voce legitur in codd. Roe et Casaub., βαπτιζομένων, quod *perperam* scriptum videtur Milesio. At eæ ambæ voces synonymæ erant, ut patet ex *Constit. apost.* lib. VIII, cap. 8, et lib. III, cap. 16, quibus in locis iidem qui φωτιζόμενοι, etiam βαπτιζόμενοι appellantur. In codice quo Grodecius usus est, ex interpretationis ejus ratione intelligimus in titulo cat. 13 loco, φωτιζομένων, scriptum exstitisse, βαπτιζομένων, et in titulo cat. 7, φωτιζομένων, ἤτοι βαπτιζομένων. Ita porro vocabantur, seu usurpatione temporis præsentis pro futuro: seu quia certa spe atque exspectatione baptismi, totum illud præparationis et purgationis tempus, quasi initium et anticipatio quædam baptismi videretur.

(2) Καθαροὶ γίνεσθε, etc. Locum Scripturæ ex integro descripsimus ex codd. Roe et Casaub. cujus prima tantum vox, λούσασθε, in editis, et Grodecii versione, legitur. Idem locus infra recitatur a Cyrillo n. 1, sed post, πονηρίας, habetur, ὑμῶν, quod abest a Bibliis.

B (3) Εὐφροσύνη γένηται. In codd. Roe et Casaub., ἵνα εὐφροσύνης ὑπόθεσις γένησθε, etc., *ut lætitiæ argumentum sitis.*

(4) Τοὺς οὐρανίους. Ita scribimus ex codd. Roe et Casaub. et vers. Grodec., ut supra, εὐφροσύνη γένηται τοῖς οὐρανίοις. In editis habetur, οὐρανοὺς, *cælos.*

(5) Δεῦτε. Addunt codd. Roe et Casaub., πρός με, *ad me*, sicut legitur in Evangelio. Sequens phrasis in præfatis codd. sic habetur: Οἱ τὸν χαλεπὸν τῶν πταισμάτων ῥύπον ἠμφιεσμένοι· *Qui pravo peccatorum inquinamento amicti estis.*

estis, et ego reficiam vos. Qui perniciali offensionum amictu tecti [99], et peccatorum vestrorum catenis constricti estis [1], propheticam vocem dicentem audite : *Lavamini, mundi efficimini, auferte malitias vestras ab animabus vestris, coram oculis meis* [2] ; ut angelorum vobis chorus acclamet: *Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata* [3]. [4] Qui fidei lampades nuper accendistis, eas in manibus inexstinctas conservate ; ut is qui latroni paradisum olim in hoc sanctissimo monte Golgotha per fidem aperuit [5], vobis quoque nuptiale canticum decantare concedat.

A πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀνάπαύσω ὑμᾶς. Οἱ τὸ χαλεπὸν τῶν πταισμάτων ἠμφιεσμένοι, καὶ σειραῖς τῶν οἰκείων ἁμαρτιῶν ἐσφιγμένοι, τῆς προφητικῆς φωνῆς ἀκούσατε λεγούσης. Λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε· ἀφέλετε τὰς πονηρίας ὑμῶν ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου· ἵνα ἀγγελικὸς ὑμῖν ἐπιβοήσῃ (1) χορός· Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι. Οἱ τὰς τῆς πίστεως λαμπάδας ἐξάψαντες ἀρτίως, ἀσβέστους ἐν χερσὶ διατηρήσατε ταύτας· ἵν' ὁ τῷ λῃστῇ τότε τὸν παράδεισον ἐν τῷ παναγίῳ τούτῳ Γολγοθᾷ διὰ τὴν πίστιν ἀνοίξας, τὸ νυμφικὸν ὑμῖν ᾄσαι παράσχοι μέλος.

II. Si quis hic est peccati servus, paratus sit per fidem ad ingenuam adoptionis filiorum regenerationem ; et deposita peccatorum **17** servitute pessima, ac felicissimam Domini servitutem consecutus, regni cœlestis hæreditate potiunda dignus censeatur. Exuite per confessionem veterem hominem qui corrumpitur secundum desideria erroris : ut induatis novum qui renovatur secundum agnitionem ejus qui creavit illum [6]. Arrhabonem Spiritus sancti [7] acquirite per fidem, ut possitis in æternas recipi mansiones [8]. Accedite ad mysticum signaculum, ut ab hero favorabiliter agnosci possitis [9]. Sancto ac ratione prædito Christi gregi accenseamini, ut olim ad dexteram ejus segregati, paratam vobis vitam hæreditate consequamini. Quibus enim adhuc peccatorum asperitas [in villosæ cutis modum] adhærescit, illi a sinistris consistent. eo quod ad gratiam Dei, quæ in lavacri regeneratione per Christum datur, non accesserint. Regenerationem porro non corporum dico, sed spiritalem animæ iteratam nativitatem. Corpora enim per visibiles parentes generantur, animæ vero regenerantur per fidem ; nam *Spiritus ubi vult spirat* [10]. Tumque si dignus efficiare, licebit tibi audire : *Bene, serve bone et fidelis* [11] ; cum videlicet nullam habens in conscientia simulationis impuritatem fueris deprehensus.

B Β'. Δοῦλος εἴ τίς ἐστιν ἐνταῦθα τῆς ἁμαρτίας, ἑτοιμότατος γενέσθω διὰ τῆς πίστεως, εἰς τὴν ἐλευθέριον τῆς (2) υἱοθεσίας ἀναγέννησιν· καὶ τὴν μὲν τῶν ἁμαρτιῶν κακίστην δουλείαν ἀποθέμενος, τὴν δὲ τοῦ Κυρίου μακαριωτάτην δουλείαν κτησάμενος, κατ' ἀξιωθήτω τὴν τῶν οὐρανῶν κληρονομῆσαι βασιλείαν. Ἐκδύσασθε τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης, διὰ τῆς ἐξομολογήσεως, ὅπως ἐνδύσησθε τὸν καινὸν, τὸν ἀνακαινούμενον κατ' ἐπίγνωσιν (3) τοῦ κτίσαντος αὐτόν. Τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου κτήσασθε διὰ τῆς πίστεως, ὅπως δυνηθῆτε δεχθῆναι εἰς τὰς αἰωνίους μονάς (4). Προσέλθετε εἰς τὴν μυστικὴν σφραγῖδα, ἵνα εὔγνωστοι ἦτε τῷ Δεσπότῃ· συγκαταριθμήθητε τῇ ἁγίᾳ καὶ λογικῇ τοῦ Χριστοῦ ποίμνῃ, εἰς τὰ δεξιὰ αὐτοῦ ἀφορισθησόμενοι, καὶ κληρονομοῦντες τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν ζωήν. Οἷς γὰρ ἔτι τὸ τραχὺ τῶν ἁμαρτιῶν περίκειται, οὗτοι ἐν τοῖς ἀριστεροῖς τυγχάνουσι, διὰ τὸ μὴ προσελθεῖν τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, τῇ δοθείσῃ διὰ Χριστοῦ ἐπὶ τῇ τοῦ λουτροῦ ἀναγεννήσει. Ἀναγέννησιν δὲ οὐ σωμάτων λέγω, ἀλλὰ ψυχῆς τὴν πνευματικὴν ἀναγέννησιν. Τὰ μὲν γὰρ σώματα διὰ τῶν φαινομένων γονέων γεννῶνται, αἱ δὲ ψυχαὶ διὰ τῆς πίστεως ἀναγεννῶνται. Τὸ γὰρ Πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ. Καὶ τότε ἀκοῦσαι ἔχεις, ἐὰν ἄξιος γένῃ, Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ὅταν εὑρεθῇς μηδὲν ἀκάθαρτον ὑποκρίσεως ἔχων ἐν συνειδήσει.

C Γ'. Εἰ γάρ τις τῶν ἐνταῦθα νομίζοι πειράζειν τὴν χάριν, ἑαυτὸν ἀπατᾷ, καὶ τὴν δύναμιν ἀγνοεῖ. Ἀνυπόκριτον ἔχε τὴν ψυχήν, ὦ ἄνθρωπε, διὰ τὸν ἐτάζοντα καρδίας καὶ νεφρούς. Ὥσπερ γὰρ οἱ μέλλοντες στρατεύειν, ἐρευνῶσι τὰς ἡλικίας καὶ τὰ σώματα τῶν στρατευομένων· οὕτω καὶ ὁ Κύριος στρατολογῶν τὰς ψυχὰς, ἐρευνᾷ τὰς προαιρέσεις· κἂν μὲν ὑπόκρισιν ἔχῃ τις (5) κρυπτομένην, ἀπέβαλε τὸν ἄνθρωπον ὡς

III. [12] Si enim quispiam ex his qui adsunt, gratiam Dei tentare se sperat, se ipse fallit, et virtutem [rerum] ignorat. Sinceram et fuci expertem, o homo, animam habe, propter eum qui scrutatur corda et renes [13]. Ut enim ii qui milites conscripturi sunt, adlegendorum ætates [vel staturas] et D corpora explorant ; ita Dominus delectum faciens animarum, voluntates inquirit ; et si quis hypocri-

[99] *Vid. Procat.* n. 3, *et cat.* 15, n. 25. [1] Prov. v, 22. [2] *Vid. Procat.* n. 15. [3] Psal. xxxi, 1. [4] *Vid. Procat.* n. 1. [5] Luc. xxiii, 43. [6] Ephes. iv, 22-24 ; Coloss. iii, 10. [7] II Cor. v, 5. [8] Luc. xvi, 9. [9] *Vid. cat.* 15, n. 25. [10] Joan. iii, 8. [11] Matth. xxv, 21. [12] *Vid. Procat.* n. 2 *et infra* n. 3. [13] Psal. vii, 10.

(1) Ἐπιβοήσῃ. Codd. Roe et Casaub., ἐπιφωνήσῃ, qua voce utitur in simili loco *Procat.* n. 15.

(2) Εἰς τὴν ἐλευθέριον τῆς, etc. Codd. Roe et Casaub., εἰς ἐλευθερίαν, καὶ εἰς τὴν τῆς υἱοθεσίας ἀναγ., *in libertatem et regenerationem adoptionis*,

(3) Κατ' ἐπίγνωσιν. In codd. Roe et Casaub. κατ' εἰκόνα, *secundam imaginem*. Apostolus ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν, κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος, etc. : *qui renovatur in agnitionem, secundum imagines ejus qui creavit illum.*

(4) Αἰωνίους μονάς. Roe et Casaub., αἰωνίους σκηνάς, ut in Evangelio Luc. xvi, 9.

(5) Ὑπόκρισιν ἔχῃ τις, etc. In codd. Roe et Casaub., Κἂν μὲν ὑπόκρισιν εὕρῃ κρυβομένην· *Si occultatam deprehenderit hypocrisim.* Ita legit Grodecius, qui præterea legisse videtur, ὑπόκρισιν

τῆς ἀληθοῦς στρατείας ἀνεπιτήδειον· εἰ δὲ ἄξιον καταλάβῃ, τούτῳ δίδωσιν ἑτοίμως τὴν χάριν. Οὐ δίδωσι τὰ ἅγια τοῖς κυσίν· ἀλλ' ὅπου βλέπει τὴν ἀγαθὴν συνείδησιν (1), ἐκεῖ τὴν σωτηριώδη δίδωσι σφραγῖδα, τὴν θαυμασίαν, ἣν τρέμουσι δαίμονες καὶ γινώσκουσιν ἄγγελοι, ἵνα οἱ μὲν φύγωσιν ἐλασθέντες, οἱ δὲ περιέπωσιν ὡς οἰκεῖον (2). Τοῖς οὖν λαμβάνουσι τὴν πνευματικὴν ταύτην σφραγῖδα καὶ σωτήριον, χρεία καὶ τῆς οἰκείας προαιρέσεως· ὥσπερ γὰρ κάλαμος γραφικὸς ἢ καὶ βέλος χρείαν ἔχει τοῦ συνεργοῦντος, οὕτω καὶ ἡ χάρις χρείαν ἔχει τῶν πιστευόντων.

A sim abditam gerat, hunc veluti ad veram militiam ineptum rejicit; si vero dignum deprehenderit, huic promptissime confert gratiam [14]. Non dat sancta canibus [15]: sed ubi probam conscientiam videt, illic salutare et admirabile sigillum confert (4), [6] quod contremiscunt dæmones et agnoscunt angeli; ita ut illi quidem fugitent abacti, hi vero ut cognatum et familiarem circumplectantur. His ergo qui spiritale illud ac salutare sigillum suscipiunt, opus est ut proprium quoque studium adhibeant. Ut enim calamo scriptorio vel telo, necessaria utentis opera est, ita et gratia credentibus opus habet.

Δ'. Ὅπλον λαμβάνεις οὐ φθαρτὸν, ἀλλὰ πνευματικόν. Καταφυτεύῃ λοιπὸν εἰς τὸν νοητὸν παράδεισον· λαμβάνεις ὄνομα καινὸν, ὃ πρότερον οὐκ εἶχες. Πρὸ τούτου κατηχούμενος ἦς, νῦν δὲ πιστὸς κληθήσῃ. Μεταφυτεύῃ λοιπὸν εἰς τὰς ἐλαίας τὰς νοητὰς, ἐξ ἀγριελαίου εἰς καλλιέλαιον ἐγκεντριζόμενος· ἐξ ἁμαρτιῶν εἰς δικαιοσύνην, ἐκ μολυσμῶν εἰς καθαρότητα. Γίνῃ κοινωνὸς τῆς ἁγίας ἀμπέλου. Ἀλλ' ἐὰν μὲν ἐπιμείνῃς τῇ ἀμπέλῳ, αὔξῃ ὡς κλῆμα καρποφόρον· ἐὰν δὲ μὴ ἐπιμείνῃς, ὑπὸ τοῦ πυρὸς καταναλωθήσῃ. Καρποφορήσωμεν τοίνυν ἀξίως· μὴ γένοιτο γὰρ ἵνα ἐν ἡμῖν γένηται τὸ κατὰ τὴν ἄκαρπον ἐκείνην συκῆν, μή ποτε ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς καὶ νῦν καταράσηται διὰ τὴν ἀκαρπίαν· ἀλλ' εἴη πάντας ἐκεῖνο λέγειν· Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, ἤλπισα (3) ἐπὶ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ εἰς τὸν αἰῶνα Ἐλαία οὐκ αἰσθητὴ, ἀλλὰ νοητὴ, φωτοφόρος. Λύτο- μὲν οὖν ἐστι τὸ καταφυτεῦσαι καὶ ποτίσαι, σὸν δὲ τὸ

B IV· Non corruptibile, sed spiritale accipis [18] armorum genus (5). In intelligibilem deinceps paradisum [17] insereris; nomen novum [18] accipis quos prius non habebas. Antea *catechumenus* eras, nunc *fidelis* vocabere [19]. Transplantaris deinceps in intellectuales oleas, ex oleastro in frugiferam oleam insertus [20]; ex peccatis in justitiam, ex sordibus in puritatem. Sanctæ vitis [21] particeps efficeris; at si permanseris in vite, uti palmes fructifer, cresces: si vero non permanseris, igne absumeris. Fructum igitur digne feramus: absit enim ut idem nobis contingat quod infructuosæ illi ficui; ne veniens Jesus etiamnum maledicat ob sterilitatem [22]. Sed fas sit omnibus hanc sententiam pronuntiare: *Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei speravi in misericordiam Dei in æternum* [23]. Oliva non sensibilis, sed intelligibilis, lucem ferens. Igitur

C ejus quidem est plantare (6) et rigare [24], tuum vero

[14] *Vid. cat.* 3, n. 1. [15] Matth. VII, 6. [16] *Vid. cat.* 17, n. 36. [17] Apoc. XII, 7. [18] ibid. 17. [19] *V. Procat.* n. 4, *cat.* 5, n. 1. [20] Rom. XI, 24. [21] Joan. XV, 1, 4, 5. [22] Matth. XXI, 10. [23] Psal. LI, 10, sec. Vulg. et 8, sec. Cr. [24] I Cor. III, 6.

εὕρῃ τινά. Mox, pro ἀπέβαλε Casaubonus legendum putat, ἀποβάλλει, et quidem emendatius.

(1) Συνείδησιν, *conscientiam*. In Roe et Casaub., προαίρεσιν, *inductionem animi*: quam lectionem Millesius meliorem putat, cum supra et infra προαίρεσιν sæpe ponat auctor. At etiam συνείδησιν posuit sup. n. 2.

(2) Ὡς οἰκεῖον. Ita editio anni 1608; in sequentibus scriptum est, οἰκεῖοι, *tanquam familiares*; et ita legerat Grod., sed verbum, περιέπωσι, casum sibi subjectum postulare videtur. In cod. Roe legitur οἰκείαν. Quomodo familiaris et notus angelis sit in doctrina Cyrilli baptismalis character, explicare difficile non est: nempe quia res divina et cœlestis est, cat. 17, n. 35, et a sancto Spiritu impressa, cat. 3, n. 3, et alibi.

(3) Ἤλπισα, etc. Deest hoc postremum versiculi Davidici membrum in codd. Coisl., Roe, Casaub. et vers. Grod.

(4) *Admirabile sigillum confert.* Baptismi characterem superius comparavit, n. 2, pecudibus ad distinguendos gregum dominos impressæ. Hic militari sigillo quod candente ferro manui inurebatur. Frequentes in libris Patrum hujusmodi comparationes; vid Basil *Exhort. ad baptism.* 413; Naz. orat. 40, n. 14, p. 646; Augustinum ep. 173, n. 3, et lib. VI *De bapt. cont. Donat.* cap. 1. n 1. Cum hic character indelebilis sit, *Procat.* n. 16 et 17, et consequenter in pravis atque etiam apostatis permaneat, mirabile videri possit, quod eo nos dicat Deo favorabiliter notos, angelis charos, dæmonibus terribiles. Sequitur de eo quod evenit, quandiu signaculum conservamus impollutum et reprehensionis expers, id quod dicit de sacri chrismatis sigillo cat. 21, n. 7.

D

(5) *In paradisum intelligibilem deinceps insereris: nomen novum accipis.* Vix mihi tempero quin existimem hic alludi ad duo loca Apocalypsis c. II, v. 7: *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei;* et v. 17: *Vincenti dabo calculum candidum, et in calculo nomen novum scriptum.* Quamvis enim Cyrillus Apocalypsis libro non utatur pro canonico, aliqua tamen ex eo subinde concionibus suis aspersit. Paradisum aperiri ait baptizando, cat. 13, n. 9; cum post abrenuntiationes ab occidentem respiciente factas, conversus ad orientem pactum init cum Christo. Eum autem in veram oleam Christum inseri, cum oleo exorcizato ante baptismum perungitur, cat. 20, n. 3. In Christum demum tanquam vineam nos inseri, dum per baptismum ejus morti, ac sepulturæ (qua vera vitis in terra plantata est, cat. 14, n. 11), communicamus, cat. 19, n. 7.

(6) *Ejus quidem est plantare.*] Alludit forte ad locum apostoli: *Ego, plantavi, Apollo rigavit*, etc., sed verba de industria commutat, ut ad suum propositum adaptet Ne quis autem ex his et sequentibus verbis existimet Cyrillum bona opera, quibus gratiam primum datam exculimus, et perseverantiam usque in finem, nudis liberi arbitrii viribus tribuere; advertat de gratia baptismi et remissione peccatorum hic agi, quæ revera homini, sed per gratiam alterius generis adjuto, conservanda et excolenda relinquitur. Eodem modo dixit

fructum ferre. Dei est gratiam conferre; tuum vero accipere et custodire. Non ideo spernas gratiam quia gratis datur; sed religiose potius, cum acceperis, custodito.

V. Tempus præsens est tempus confessionis. Confitere quæ perpetrasti (1), sive verbo, sive opere; sive nocte, sive die. Confitere in tempore acceptabili, et in die salutis [25] suscipe cœlestem thesaurum [26]. In exorcismos studiose vaca. Catechesibus assiduus esto, et quæ ibi dicentur memoriæ infige. Dicuntur enim non ut audias solum, sed ut audita per fidem obsignes [27]. Omnem humanam sollicitudinem ex cogitatione tua deleas; nam tibi de anima [28] cursus susceptus est. Quæcunque mundi sunt prorsus relinquis. Exigua quidem illa; magna vero quæ tribuuntur a Domino. Relinque præsentia et in futura fidem habe. Tot annorum circulos mundo incassum laborans transegisti: nec quadraginta **19** diebus vacabis[orationi] pro anima tua? *Vacate, et cognoscite quoniam ego sum Deus*, inquit Scriptura [29]. Omitte plura inutilia loqui, neque tu detrahe, neque, detrahentem libenter audi [30]: sed potius ad preces promptus paratusque esto. Monstra per exercitationem (2) au-

Ε'. Καιρὸς ἐξομολογήσεως ὁ παρών. Ἐξομολόγησαι τὰ πεπραγμένα, τὰ ἐν λόγῳ, τὰ ἐν ἔργῳ· τὰ ἐν νυκτὶ, τὰ ἐν ἡμέρᾳ. Ἐξομολόγησαι ἐν καιρῷ δεκτῷ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας δέξαι τὸν ἐπουράνιον θησαυρόν. Σχόλασον εἰς τοὺς ἐξορκισμούς (3)· παρέδρευε ταῖς κατηχήσεσι, καὶ μέμνησο τῶν λεχθησομένων. Λέγεται γὰρ, οὐχ ἵνα μόνον ἀκούσῃς, ἀλλ' ἵνα διὰ τῆς πίστεως ἐπισφραγίσῃς τὰ λεγόμενα. Πᾶσαν μέριμναν ἀνθρωπίνην ἐξάλειψον ἀπὸ σοῦ· περὶ ψυχῆς γὰρ τρέχεις. Τὰ τοῦ κόσμου πάντως καταλιμπάνεις· μικρὰ τὰ καταλιμπανόμενα, μέγαλα δὲ τὰ παρὰ τοῦ Κυρίου δωρούμενα. Κατάλειπε τὰ παρόντα, καὶ πίστευε εἰς τὰ μέλλοντα. Τοσούτους κύκλους ἐνιαυτῶν διῆλθες, περὶ τὸν κόσμον μάτην ἀσχολούμενος, καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας οὐ σχολάζεις [τῇ προσευχῇ] (4), διὰ τὴν σαυτοῦ ψυχήν; Σχολάσατε, καὶ γνῶτε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς, φησὶν ἡ Γραφή. Τὸ λαλεῖν πολλὰ ἀργὰ παραίτησαι· μήτε καταλάλει, μήτε ἡδέως ἄκουε καταλαλοῦντος· ἀλλὰ μᾶλλον εἰς προσευχὰς ἕτοιμος ἔσο. Δεῖξον ἐν ἀσκήσει, τῆς καρδίας σου τὸ νενευρω-

[25] II Cor. VI, 2. [26] *Vid. Procat.* n. 19. [27] *Id. infra* n. 6, *et Procat.* n. 17. [28] Prov. VII, 23. [29] Psal. XLV, 11. [30] *Vid. Procat.* 16.

Greg. Naz. orat. 40, p. 663: *Quam gratis consecutus es remissionem, studio ac diligentia conserva: ut a Deo quidem sit, quod tibi remissa sunt peccata; quod autem conserveris, etiam a te proficiscatur.* Nempe baptismus, licet præparationes multas postularet, pura tamen gratia dici consueverat, seu ob largiorem indulgentiam qua simul et pœna omnis et culpa donatur; seu comparatione pœnitentiæ, quæ longioribus laboribus velut redimenda erat: cum baptismi gratia omnibus nullo discrimine, leviori quadraginta dierum præparatione, concederetur. Sed ejus conservationem non ex solo liberi arbitrii nutu suspendit auctor, qui perseverantiam in fide et operibus bonis a Deo, in omnium pene catecheseon fine, suis auditoribus apprecatur. Quomodo accepta gratia conservetur, explicat cat. 17, n. 37, dum scilicet homo datam sibi Spiritus gratiam non abjicit, sed eidem se docili obtemperatione tradens ab eo se gubernari patitur. Deumque exorat n. 38, ut Spiritum sanctum in nos emittens per hunc nos conservet, ut bonorum operum fructus edamus.

(1) *Confitere quæ perpetrasti*, etc. Sonant ea verba confessionem non generatim tantum factam, sed articulate peccata omnia, etiam secreta, exprimentem; quæque non in corde duntaxat solo Deo teste fieret, sed etiam coram hominibus publicaretur. Quid enim aliud significat, quod supra, n. 2, veterem hominem per confessionem exui jubet? Catechesi secunda pluribus ad confessionem hortatur, atque inter cætera proponit n. 12, exemplum Davidis regis, quod privatus multo magis deberet imitari. Atqui rex ille ore confessus est peccatum suum, ut narraverat auctor numero superiore. Sed quorsum moramur in re aperta? Catechumenos peccata sua, saltem sacerdotibus confessos jam multis probarunt alii Patrum testimoniis, quibus etiam plura adjungere liceret. Ea confessio de qua loquitur Cyrillus, non erat simplex accusatio, sed cum laboribus et pœnitentiæ exercitiis conjuncta. Id patet ex catech. 2, in qua confessionem, ἐξομολόγησιν, et pœnitentiam, μετάνοιαν, promiscue usurpat, et his in primis verbis num. 12, ubi commemorata Davidis, cubile suum lacrymis lavantis, it totos dies septem in jejunio perseverantis, afflictione, sic ait: *Si rex ita confitebatur, tu qui privatus es non debes confiteri?* Cæterum confessionem hanc Quadragesimæ initio factam argumento est quod ait *tempus præsens confessionis tempus esse.* Ea exorcismis aliquando prætermittebatur, ut ex auctore *Vitæ S. Pelagiæ.* cap. 7. patet. Primum vero exorcismum jam Cyrilli auditores susceperant. *Procat.* n. 9.

(2) *Monstra per exercitationem* etc., ἐν ἀσκήσει, Ἄσκησις apud auctores ecclesiasticos sumitur dupliciter: vel pro exercitiis animam et corpus affligentibus, qualia sunt secessus a sæculo, separatio a conjugio, piæ lectiones, jejunia, abstinentia a lautioribus cibis, orationes crebræ, vigiliæ, humicubationes vestitus vilior, lacrymæ, assiduitas in ecclesia, commiseratio et obsequium pauperum, etc., vel pro certo statu et professione vitæ hominum his se exercitiis devoventium: uti sumitur ab Origene lib. V *cont. Cels.* pag. 264: Eusebio Cæsar. variis locis, et *de martyribus Palæst.* cap. 10 et 11, aliisque. Secunda hac significatione ait Cyrillus cat. 3, num. 6, Joannem Baptistam in se ipso asceticæ vitæ exemplar demonstrasse, τῆς ἀσκήσεως τύπον cat. 10, n. 19, Annam prophetissam vocat ἀσκήτριαν. Demum cat. 4, n. 27, aiens quosdam lautioribus cibis abstinere, ait eos asceticæ vitæ instituta sequi, ἀσκοῦσι μέν. Hic autem verbum prima significatione usurpat. Eadem porro exercitia baptizandis præscribunt vulgo Patres, uti Tertullianus *De baptismo* cap. 10; Naz. orat. 40. p 660; Aug. *De fide et operibus*, cap. 6, n. 8.

(3) Ἐξορκισμούς. Restitui lectionem a Prevotio positam in editione an. 1608, cui substitutum est in sequentibus ἐξορκισμούς. Cod. Roe habet ἐφορκισμούς. Coisl. et Casaub., ἐξορκισμούς. Sed ubique ἐξορκίζειν verbum amat Cyrillus, fere ex illorum temporum more.

(4) Τῇ προσευχῇ. Vox hæc omittitur in codd. Roe et Casaub. ac vers. Grod. Ea suppressa, evi-

μενον (1). Καθάρισόν σου τὸ ἄγγος, ἵνα πλείονα δέξῃ τὴν χάριν. Ἡ μὲν γὰρ ἄφεσις τῶν ἁμαρτιῶν ἐξ ἴσου δίδοται τοῖς πᾶσιν· ἡ δὲ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου κοινωνία, κατὰ ἀναλογίαν δεδώρηται τῆς ἑκάστου πίστεως. Ἐὰν ὀλίγα κάμῃς, ὀλίγα λαμβάνεις· ἐὰν δὲ ἐργάσῃ πολλά, πολὺς ὁ μισθός. Σεαυτῷ τρέχεις, τὸ συμφέρον σκόπει.

ζ'. Εἴ τι κατά τινος ἔχεις, ἄφες. Προσέρχῃ λαβεῖν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ἀνάγκη καὶ σε συγχωρῆσαι τῷ ἡμαρτηκότι· ἐπεὶ ποίῳ προσώπῳ τῷ Κυρίῳ λέξεις, Ἄφες μοι τὰς πολλάς μου ἁμαρτίας, αὐτὸς σὺ μηδὲ τὰς ὀλίγας τῷ συνδούλῳ συγχωρήσας; Εἰς τὰς συνάξεις ἔσο σπουδαῖος, μὴ μόνον νῦν, ὅτε καὶ ὑπὸ τῶν κληρικῶν τὴν σπουδὴν ἀπαιτῇ, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν χάριν. Εἰ γὰρ πρὶν λάβῃς, καλὸν τὸ γινόμενον, ἆρα οὐχὶ καὶ μετὰ τὴν δόσιν καλόν; Εἰ πρὶν ἐγκεντρισθῇς, ἀσφαλὲς τὸ ποτίζεσθαι καὶ γεωργεῖσθαι· μετὰ τὴν φυτείαν ἆρ' οὐχὶ πολὺ κάλλιον (2); Ἀγώνισαι περὶ τῆς σαυτοῦ ψυχῆς, μάλιστα ἐν τοιαύταις ἡμέραις. Θρέψον (3) σου τὴν ψυχὴν ἀναγνώσεσι θείαις· ἡτοίμασε γάρ σοι τράπεξαν πνευματικὴν ὁ Κύριος· εἰπὲ καὶ αὐτὸς κατὰ τὸν ψαλμῳδόν. Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει· εἰς τόπον χλόης ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν, ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με· τὴν ψυχήν μου ἐπέστρεψεν· ἵνα καὶ ἄγγελοι συνευφρανθῶσι, καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ὁ μέγας ἀρχιερεὺς, τὴν ὑμετέραν προαίρεσιν ἀποδεξάμενος, προσφέρων ὑμᾶς ἅπαντας, εἴπῃ τῷ Πατρί· Ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός· ὃς πάντας ὑμᾶς εὐαρεστοῦντας αὐτῷ συντηρήσειεν· ᾧ ἡ δόξα (4) καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

sterioris vitæ] animi tui robur et nervos. Munda vas tuum [31], ut gratiam capiat abundantiorem; remissio enim peccatorum ex æquo datur omnibus: communicatio vero Spiritus sancti (5), secundum proportionem uniuscujusque fidei conceditur [32]. Si parum laboraveris, parum accipies: si vero multa operatus fueris, multa erit merces. Tibi ipsi curris, tibi convenientia prospice.

VI. Si quid contra quemquam habes, remitte. Accedis ut veniam peccatorum accipias: necesse est et te ei qui peccavit condonare. Alioqui, qua fronte dices Domino: Remitte mihi multa mea peccata; cum tu neque pauca conservo tuo remiseris [33]? Synaxibus (seu sacris conventibus) studiosus intersis; non solum nunc, cum eam a te diligentiam exigunt clerici, verum etiam post acceptam gratiam: si enim antequam (eam) acciperes, bonum et laudandum id erat; anne postquam data est bonum esse desinit? Si priusquam insererēris, rigari et excoli tutum erat: nonne post plantationem res multo melior [34]? Certamen sustine pro tua ipsius anima, his præsertim diebus. Divinis lectionibus animam tuam pasce; mensam enim spiritalem paravit tibi Dominus; dic et tu juxta Psalmicinem: *Dominus pascit me, et nihil mihi deerit: in locum pascuæ, ibi me in tentorio collocavit; super aquam requietis enutrivit me; animam meam convertit* [35], ut et angeli simul gaudeant, et ipse Christus magnus sacerdotum princeps, voluntatis vestræ propositum ratum habens, et vos omnes offerens, Patri dicat: *Ecce ego et pueri, quos dedit mihi Deus* [36], qui vos omnes sibi placentes custodiat. Ipsi gloria et imperium in infinita sæcula sæculorum. Amen.

[31] Matth. XXIII, 26. [32] Rom. XII, 6. [33] Matth. XVIII, 23-35. [34] *Id. habet Procat.* n. 17 *et sub* n. 5. [35] Psal. XII, 1, 2, 3. [36] Isa, VIII, 18 et Hebr. II, 13.

dentior est oppositio inter ἀσχολούμενος superioris membri, et σχολάζεις istius. Illa certe occupatio in cura animæ, non preces solum, sed et multa alia hic enumerata complectitur.

(1) Τὸ νετευρωμένον. Hanc emendationem loci depravati debemus codici Coislin. In editis legitur, τὸν ἐντεθυρωμένον, *eum qui occlusus est;* quod cum per se absurdum esset, vertebatur *quod erat occlusum*, nihilo feliciore sensu. Ad veram lectionem propius accedit Roe et Casaub. codd. Scriptura τὸν ἐρευνώμενον, quod tenui filo distat a τὸν νενευρωμένον. Locutione, νευροῦν ψυχήν, vel διάνοιαν, utitur *Procat.* n. 17, et cat. 18, n. 1. Vid. cat. 2, n. 1.

(2) Πολὺ κάλλιον. Ita malumus legere cum codd. Roe et Casaub. quam cum editis, κάλλιον πολύ.

(3) Θρέψον. Emendatum in ed. Oxon. quod ante in impressis scriptum erat, τρέψον. In sequentibus, pro κατὰ τὸν ψαλμῳδόν, *juxta psalmistam*. Habetur in codd. Roe, Casaub. et Grod., μετὰ τοῦ ψαλμῳδοῦ, *cum psalmista*. Utroque dicendi genere Cyrillus uti solet. V. cat. 2, num. 6. Pro μέ, ante ὑστερήσει. Coisl. habet, μοί.

(4) Ὧ ἡ δόξα, etc. Desunt in codd. Coisl., Roe, Casaub. voces, τὸ κράτος, et ἀτελευτήτους, et ita finitur oratio: ᾧ δόξα, καὶ νῦν, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, etc., cui gloria et nunc et in sæcula sæculorum, etc.

(5) *Communicatio Spiritus sancti*, etc. Id intelligitur tum de illo gratiarum auctuario, ac præsertim protectione Spiritus sancti ac virtute, ad resistendum salutis hostibus, atque etiam ad annuntiandum Evangelium data, quam describit cat. 17, n. 36 et 37, et cat. 3, num. 13, tum etiam de donis miraculorum et prophetiæ, quæ illis temporibus in Ecclesia Hierosolymitana non raro per baptismum seu confirmationem data esse testis non uno loco est Cyrillus. Vide in primis cat. 17, n. 37, et cat. 5, n. 9 et 11: quibus locis optabilia ait esse hæc dona,

CATECHESIS SECUNDA.

DE PŒNITENTIA ET REMISSIONE PECCATORUM.

—

ADMONITIO.

20 I. *In hac oratione Cyrillus ab pœnitentiam et confessionem, spe remissionis peccatorum baptizandos adhortans, peccati granditatem* 1° *repræsentat* (num. 1); *tum ejus originem, ex voluntate hominis libera, et diaboli suggestione, quæ tamen impellit tantum, sed volentem non cogit* (num. 2 et 3). *Paratum dein* (num. 5) *demonstrat in pœnitentia hominis et in divina bonitate remedium. Quod ut efficacius præstet, multa cumulat ex sacris Scripturis tum divinæ patientiæ, tum peccantium hominum, per pœnitentiam salutem, aut veniam, aut indulgentiam aliquam adeptorum exempla. Memoras, bile in primis n.* 10. *quod in eis angelos recenset. Ab Adamo exordium facit, et singulas mundi edcurrens ætates, in Petro apostolorum principe desinit.*

II. *Inscribitur* De pœnitentia et remissione peccatorum, et de adversario, *nempe diabolo. Sed hæc tituli pars postrema in nonnullis mss. libris desideratur : ac revera pœnitentia et remissio peccatorum totum est hujus catechesis argumentum, in qua de diabolo nonnisi ex occasione in ipso initio disputatur-dum inquiritur in mali originem. Nempe propositum est auctori explicare verba articuli noni symboli, quibus unum dicitur esse baptisma* pœnitentiæ in remissionem peccatorum. *Pugnat contra Manichæos, et omnes, sive paganos, sive hæreticos, qui peccatum in nobis, vel naturale, vel quovismodo necessarium docentes, pœnitentiæ vim et fructum pravo illo documento penitus auferebant. Novatianos hic respici non putem, licet nonnullis ita visum. Nam, ut ipse Cyrillus testatur cat.* 18, *n.* 22, *hic agit de pœnitentia ante baptismum, quam illi suis dogmatibus nunquam læsero : imo ita prædicabant, ut nulli alteri locum relinquerent ; quos ita refellit Epiphanius hæres.* LIX. *n.* 1, *ut unam revera illis concedat esse pœnitentiam,* μετάνοιαν, *quæ baptismi comes est, solaque perfecta pœnitentia ; pœnitentiæ sacramento nomen* μεταμελείας, seu pœnitudinis *ac* resipiscentiæ *attribuens. Sed omnia Cyrilli ratiocinia, et in primis quod sub finem de sancti Petri pœnitentia disserit, utilem etiam post baptisma pœnitentiam probant.*

III. *Perorata est paulo post superiorem hæc oratio, ut fidem faciunt tum sequentes catecheses, quibus se initio Quadragesimæ sermonem habere significat, tum etiam hæc verba n.* 7, *quibus auditores suos recens ad catechesim accessisse ait :* Σὺ ὁ νεωστὶ εἰς κατήχησιν ἐλθὼν, *nisi tamen eos privatim alloquatur, qui non longe antequam nomina dedissent, se catechumenorum statui addixerant.*

IV. *Recognovimus hanc catechesim ad codices mss. Coisl. Roe, Casaub. et Ottobonianos tres, quorum primus est vetustior, secundus recentior, tertius continet tantum fragmentum. Sed primus Ottobonianus mutilus est, aliquot foliis avulsis, quapropter in eo desideratur postrema pars hujus catechesis, videlicet ab his verbis,* ὁστέα ἐκ τῶν τάφων, *initio num.* 17, *et tota catechesis* 3, *quo factum est, ut in eo ipso catechesis hujus loco quo maxime ejus auctoritatem requirebamus, ea nobis desit.*

V. *Mirabile est quantum in hac excribenda catechesi codices mss. tum ab editis, tum a se invicem dissideant. Nam præter communes et suetas varietates codicum, aliæ sunt tantum ab edita scriptura diversæ, ut ex iis alia quædam ejusdem argumenti informari possit oratio ; adeo non verbis solum, sed et totis sententiis disconvenire videntur. Neque tamen ullum codicem vidimus in quo illa tanta varietas per totam catechesim continue fusa sit ; sed alii principio et fine cum editis disconvenientes, medio cum ipsis consentiunt, ut codd. Roe et Casaub., alii initio et fine consentientes, mediis discrepant, ut Coisl. et Ottob. primus ; quanquam in hoc postremo de fine omnino affirmari non possit, cum unum folium desit. Ottobonianus tamen non tam ab editis diversus est quam Coislinianus ; sed horum amborum varietates vix auctoris sensum afficiunt : contra duorum priorum diversæ aliquando sententiæ.*

VI. *Quoniam vero eas omnes diversitates, quæ non sunt contemnendæ, ad imam paginarum oram opponere importunum fuisset, imo vix eas pagina cum Latina sua interpretatione, ac necessariis adnotationibus capere potuisset, visum est duo hujus catechesis exempla lectori proponere : quod ab aliis editoribus, in simili exemplarium varietate cum laude usurpatum reperimus. Primum exemplum* **21** *continet catechesim juxta vulgatas pridem editiones, cum variantibus lectionibus codicum eisdem consentientium, quorum auctoritate nonnulla correximus ; adhibita etiam discordantium ope, in eis vulgatæ editionis locis, quæ emendationem requirebant. Tum collectis omnibus illis varietatibus insignioribus, quæ in codicibus discordantibu*

partim reperiebantur, ex illis alterum confeci hujus orationis exemplum, quod appendicis loco ad ejus calcem appinxi.

VII. *Multis de causis hæ varietates non negligendæ fuerunt. Primum, reperiuntur in codicibus, qui editis antiquitate et auctoritate non cedunt. Deinde concilium Nicænum* II *æcumenicum VII, hujus catechesis testimonium recitans quod jacet num.* 17, *illud refert non uti habetur in editis, sed uti a nobis in secundo exemplo ex codd. Roe et Casaub. exscriptum est. Tertio summam antiquitatem sapit ille eorumdem codicum locus num.* 19 : Si quis hic adest ex vobis de gentilium numero, qui aut in Christianos aliquando convicium dixerit, aut persecutionum tempore sanctis Ecclesiis insidiatus sit, etc. *Quæ maxime finitima sunt alteri sententiæ cat.* 3, *n.* 15. *Quamobrem si quis nos roget utra lectio primi an secundi exempli præferenda sit, difficile sententiam dicere audeamus ; brevior ut plurimum et magis concisa secundi exempli dictio, minus polita et tersa quam primi. Lectio Scripturæ in primo exemplo etiam proposito convenientior.*

VIII. *Tam variarum lectionum causam assignare in promptu non est. Vix a sola librariorum licentia natam crediderim, quanquam similia exempla non desunt. An forte Cyrillus distinctis annis eamdem catechesim pronuntians identidem pauca commutarit, amputatis verbi gratia, quæ tempori quo dicebat, non amplius convenirent ; ut illud de persecutionum tempore paulo ante memoratum ? aut ipse quod ex tempore pronuntiarat, et a notariis festine raptum erat, scriptis deinde consignans et perpoliens, duo aut etiam plura ut haberemus ejusdem orationis exemplum, effecerit ? Suspicari etiam possemus, num forte aliquis, Hierosolymis aut alibi, catechumenis instituendis præfectus, Cyrilli oratione usus sit ; et ne ipse serviliter alterius verbis loqueretur, quædam commutarit. Illud tamen diligenter observandum eamdem in utroque exemplo doctrinam, eumdem fere, si finem excipias, sententiarum numerum reperiri ; quæ mutata sunt, ad dicendi tantum rationem spectare ; quæ refecta, quia alteri tempori non convenirent sublata videri ; ut unum hoc argumento esse possit, etiam maximam exemplarium diversitatem, scriptorum auctoritati et utilitati fraudi continuo esse non debere.*

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ Β' ΦΩΤΙΖΟΜΕΝΩΝ.

Ἐν Ἱεροσολύμοις σχεδιασθεῖσα, Περὶ μετανοίας, καὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, καὶ περὶ Ἀντικειμένου (1)· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Ἰεζεκιήλ· Δικαιοσύνη δικαίῳ ἐπ' αὐτὸν ἔσται (2), καὶ ἀνομία ἀνόμῳ ἐπ' αὐτὸν ἔσται. Καὶ ὁ ἄνομος ἐὰν ἐπιστρέψῃ ἐκ πασῶν τῶν ἀνομιῶν αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

CATECHESIS II ILLUMINANDORUM.

Hierosolymis ex tempore habita, *De pœnitentia, et remissione peccatorum, et de adversario.* Lectio ex Ezechiele : *Justitia justo super ipsum erit, et impietas impio super ipsum erit, et impius si conversus fuerit ab omnibus impietatibus suis* [73], et reliqua.

Α'. Δεινὸν ἡ ἁμαρτία, καὶ νόσος χαλεπωτάτη ψυχῆς ἡ παρανομία· ὑποτέμνουσα μὲν αὐτῆς τὰ νεῦρα, καὶ πυρὸς αἰωνίου (3) γιγνομένη παραίτιος. Κακὸν αὐτεξούσιον, βλάστημα προαιρέσεως· καὶ ὅτι γε αὐτὸ

I. Dira res est peccatum, et morbus animæ acerbissimus, iniquitas : quæ quidem et nervos illius succidit, et ignem æternum illi præterea conciliat. Malum ex libero delectu (4), voluntariæ animi indu-

[73] Ezech. XVIII, 20.

(1) Καὶ περὶ Ἀντικειμένου. Deest hæc pars tituli in codd. Roe, Casaub. et translat. Grodecii. V. Admonit. n. 2. Loco hujus lectionis ex crp.XVIII, v. 20, alia in secundo hujus catechesis exemplo, ex cap. XXXIII, v. 1, assignatur, quæ præsenti instituto magis accommoda videatur.

(2) Ἔσται. Prophetici testimonii citatio desinit in editis ad voces, δικαίῳ, ἐπ' αὐτὸν ἔσται· nos cætera addidimus ex codd. Roe et Casaub. Ubi legimus, ἐπιστρέψῃ, *conversus fuerit*, habetur in LXX, omnium editionum ἀποστρέψῃ, *aversus fuerit*.

(3) Καὶ πυρὸς δὲ αἰωνίου, etc. Particulam δὲ hic omittunt codd. Roe et Casaub. sed μέν præcedens eam postulare videtur. Eodem modo loquitur Cyrillus, cat. 16, n. 3, 6, et alibi.

(4) *Malum ex libero delectu*, etc. Pluribus hic et alibi auctor noster principium illud catholicæ fidei urget, quod libere et nullo cogente peccemus, ut id graviter copioseque præstaret, multæ ei fuere rationes ; multique oppugnandi adversarii qui fidelium animos in contraria distrahebant. Principio astrologi, sine dubio pagani, (quanquam multi hæretici his vanitatibus infecti) qui siderum necessitatibus homines ad peccata invitos trahi docebant, cat. 4, n. 18. Alii animam ante peccasse, quam in corpus delaberetur, somniabant, ibidem. Alii duplicem animarum ordinem distinxere, quarum aliæ essent natura peccatrices, aliæ natura bonum agerent, ibidem n. 20, et cat. 7, n. 12. Tum vero erant qui in Deum quemdam, natura malum, peccati causam refunderent, videlicet Marcionitæ et Manichæi, cat. 6, n. 16, etc., ac Manichæi idcirco insanabilia esse hominum peccata dicebant auctore Tito Bostrensi lib. I, *cont. Manich*, Bib. PP. Lugd. t. IV, p. 444 ; S. Nilo lib. II. epist. 317, etc. Quam vero affert Cyrillus peccati definitionem, eam peccato originis non incommodare probamus Dissertat. 3.

ctionis germen. Nam 22 quod propria sponte arbitrioque peccemus, palam alicubi dicit propheta: *Ego plantavi te vineam fructiferam omnem veram; quomodo conversa es in amaritudinem, vitis aliena* [38]? Plantatio bona, fructus malus; ex libera voluntate malum: is qui plantavit culpæ expers, vinea vero igne exuretur: quoniam in bonum plantata, in malum ex libero delectu fructifera fuit. *Fecit* namque *Deus hominum rectum*, juxta Ecclesiasten; *et ipsi multas quæsivere ratiocinationes* [39]. *Ipsius enim sumus factura, creati ad opera bona*, inquit Apostolus [40]. Creator itaque cum sit bonus, *ad bona creavit opera*: creata vero res ex proprio arbitratu in malitiam conversa est. Grave igitur malum, ut dictum est, peccatum; sed non immedicabile: grave illi qui retinet, sed curatu facile ei qui per pœnitentiam deponit. Supponas velim aliquem in manu ignem teneret; quandiu quidem retinet carbonem, procul dubio uritur: si vero carbonem abjiciat, una id quod urebat excussit. Quod si quis peccando uri se non existimet, huic dicit Scriptura: *Ligabit aliquis ignem in sinu, nec vestimenta comburet* [41]? urit enim peccatum nervos animæ.

II. Sed dicet aliquis, quid tandem est peccatum? animalne est, an angelus, vel dæmon? Quæ res est hujus effectrix [42]? Non est hostis, o homo, qui te exterius invadat; sed est mala soboles a te ipso procrescens. *Rectis vide oculis tuis* [43], et non erit libido. Tua retine, nec aliena rapias et jacet rapina; memineris judicii; tum neque scortatio, neque adulterium, neque homicidium, neque ullum prorsus illegitime factum apud te invalescet. Cum vero oblivisceris Dei, tunc demum incipis et prava cogitare, et illicita perficere.

προαιρέτως ἁμαρτάνομεν, λέγει που σαφῶς ὁ προφήτης· Ἐγώ σε ἐφύτευσα (1) ἄμπελον καρποφόρον πᾶσαν ἀληθινήν· πῶς ἐστράφης εἰς πικρίαν ἡ ἄμπελος ἡ ἀλλοτρία; Ἡ φυτεία καλή, ὁ καρπὸς κακός· ἐκ προαιρέσεως τὸ κακόν· ὁ φυτουργὸς ἀναίτιος, ἡ δὲ ἄμπελος κατακαυθήσεται πυρί· ἐπειδὴ εἰς ἀγαθὸν ἐφυτεύθη, καὶ εἰς κακὸν ἐκαρποφόρησεν ἐκ προαιρέσεως. Ἐποίησε γὰρ ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον εὐθύν (2), κατὰ τὸν Ἐκκλησιαστήν, καὶ αὐτοὶ ἐζήτησαν λογισμοὺς πολλούς. Αὐτοῦ γὰρ ἐσμεν ποίημα, κτισθέντες ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς (3), φησὶν ὁ Ἀπόστολος. Ὁ μὲν οὖν κτίστης, ἀγαθὸς ὤν (4), ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς ἔκτισεν· τὸ δὲ κτισθὲν, ἐξ οἰκείας προαιρέσεως εἰς πονηρίαν ἐτράπη. Δεινὸν πὲν οὖν κακὸν, ὡς εἴρηται, ἡ ἁμαρτία· ἀλλ' οὐκ ἀθεράπευτον· δεινὸν τῷ κατέχοντι, εὐίατον δὲ τῷ διὰ μετανοίας ἀποτιθεμένῳ· Ὑπόθου γὰρ μοι κατέχειν ἐν χειρί τινα τὸ πῦρ· ἕως ὅτου καθέχει τὸν ἄνθρακα, καίεται πάντως· εἰ δὲ ἀπόθοιτο τὸν ἄνθρακα, συναπέλαυνε (5) καὶ τὸ φλέγον. Εἴ δὲ τις νομίζει μὴ κατακαίεσθαι ἁμαρτάνων, τούτῳ λέγει ἡ Γραφή· Ἀποδήσει τις πῦρ ἐν κόλπῳ, τὰ δὲ ἱμάτια οὐ κατακαύσει; καίει γὰρ ἡ ἁμαρτία τὰ νεῦρα τῆς ψυχῆς (6).

Β'. Ἀλλ' ἐρεῖ τις· Τι ποτε ἄρα ἐστὶν ἡ ἁμαρτία; ζῶόν ἐστιν; ἄγγελός ἐστι; δαίμων ἐστί; τί ἐστι τοῦτο τὸ ἐνεργοῦν; Οὐκ ἔστιν ἐχθρὸς ἔξωθεν, ἄνθρωπε, καταγωνιζόμενος (7)· ἀλλὰ βλάστημα κακὸν αὐξάνον ἀπὸ σοῦ. Ὀρθοῖς βλέπε (8) τοῖς ὄμμασί σου, καὶ οὐκ ἔστιν ἐπιθυμία. Κάτεχε τὰ σὰ, καὶ μὴ αἶρε τὰ ἀλλότρια· καὶ ἁρπαγὴ κεκοίμηται· μνημόνευε τῆς κρίσεως, καὶ οὔτε πορνεία, οὔτε μοιχεία, οὔτε φόνος, οὐδέ τι τῶν παρανομημάτων (9) ἰσχύσει παρὰ σοί. Ὅταν δὲ ἐπιλάθῃ τοῦ Θεοῦ, τότε λοιπὸν ἄρχῃ λογίζεσθαι πονηρά, καὶ συντελεῖν παράνομα.

[38] Jerem. II, 21. [39] Eccle. VII, 30. [40] Ephes. III, 10. [41] Prov. VI, 27. [42] *Vid. cat.* 4, *n.* 21. [43] Prov. IV, 25.

(1) Ἐγώ σε ἐφύτευσα. Codd. Coisl., Roe, Casaub. ut sacer Textus, et Cyrillus cat. 4, n. 13, Ἐγὼ δὲ ἐφύτευσά σε.

(2) Εὐθύν. Codd. Coisl., Roe, Casaub., habent, εὐθῆ, ut apud LXX. Notandum omitti a Cyrillo vocem σύν ante τὸν ἄνθρωπον, quæ in nostris Bibliis legitur, ex servili libri hujus interpretis religione, qui Hebraicam particulam את prætermittere timuit.

(3) Κτισθέντες ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς. Omittit Cyrillus verba, ἐν τῷ Χριστῷ Ἰησοῦ, ab Apostolo post κτισθέντες posita; quæ creationem illam, non ad nostræ constitutionis primordia, ut intelligere videtur Noster, sed ad reparationem et redemptionem Jesu Christi pertinere significant.

(4) Ἀγαθὸς ὤν. Participium ὢν adjecimus ex codd. Roe, et Casaub. et vers. Grod. Pauto post, legebatur in editis, εἰς πικρίαν, *in amaritudinem*: quo loco ex codd. Roe et Casaub. scripsimus, πονηρίαν. Coisl. habet, πονηρόν.

(5) Συναπέλαυνε. Oxoniensis editionis auctor ita emendavit, quod, typographorum puto vitio, irrepserat, συναπέλαυε.

(6) Τῆς ψυχῆς. Additur in condd. Coisl., Roe, Casaub., καὶ συντρίβει τὰ νοήματα (Coisl., τὰ ὀστᾶ) τῆς διανοίας, *et conterit cogitationes* (Coisl., *ossa*) *mentis*: quibus etiam id in solo Coisl. subjicitur: ἐπικαλύπτει τὸ φωτεινὸν τῆς ψυχῆς, *animæ lucem contegit*. Hæc omnia legis Grod. ut in cod. Coisl.

(7) Καταγωνιζόμενος, *depugnans*. Melius in Coislin., ἐπεισαγόμενος, *aliunde adscitus*. Lin. sequenti, ante αὐξάνον habetur in codd. Roe et Casaub vox, ἀπροαιρέτως· legendum, αὐτοπροαιρέτως, *voluntarie*, ut est in Ottob. 2, id legit Grod, Quod deinde quæritur utrum peccatum sit animal, id respicit opinionem quorumdam, teste Nilo lib. II, epist. 309, et lib. 3, epist. 22, illud asserentium. Animal autem censetur quidquid est vivum tametsi corporis expers. Sic cat. 4, n. 18, Cyrillus animam hominis animal appellat.

(8) Ὀρθοῖς βλέπε, etc. In Coisl. cod. et Ottob. 3, Ὀρθὰ βλέπε, etc., *Recta vide*: magis accedit ad locum proverbiorum hic a Cyrillo respectum, qui sic habet: Οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθὰ βλεπέτωσαν· *Oculi tui recta videant*. Inferius, pro Κάτεχε τὰ σὰ, καὶ μὴ αἶρε τὰ ἀλλότ., codd. Roe. et Casaub. simplicius ferunt, Μὴ ἅρπαζε τὰ ἀλλότρια, *Ne rape aliena*. Ita quque ferebat codex Grodecii.

(9) Οὐδέ τι τῶν παρανομημάτων. Eas voces reposuimus ex codd. Ottob. 2 Roe, Casaub. et versione Grodecii, quæ in editionibus Græco-Latinis servata est, licet abessent Græca.

Γ'. Οὐ μόνος δὲ σὺ καθέστηκας τοῦ πράγματος ἀρ- A χηγὸς, ἀλλὰ καὶ ἄλλος τίς ἐστι κάκιστος ὑποβολεὺς, ὁ διάβολος. Ὑποβάλλει (1) πᾶσιν ἐκεῖνος, ἀλλ' οὐκ ἐπικρατεῖ τῶν μὴ πειθομένων. Διὰ τοῦτο λέγει ὁ Ἐκκλησιαστής· Ἐὰν πνεῦμα τοῦ ἐξουσιάζοντος ἀναβῇ ἐπὶ σὲ, τόπον σου μὴ ἀφῇς· ἀπόκλεισον (2) τὴν θύραν σου, καὶ μάκρυνον ἀπὸ σοῦ, καὶ οὐ βλάψει σε. Ἐὰν δὲ ἀδιαφόρως δέξῃ τὴν ἐνθύμησιν ἐπιθυμίας, διὰ τῶν λογισμῶν ῥίζας ἐν σοὶ καταβάλλεται, καὶ καταδεσμεῖ (3) σου τὴν διάνοιαν, καὶ καταπᾷ σε εἰς βόθρον κακῶν. Ἀλλ' ἴσως λέγεις· Πιστός εἰμι, καὶ οὐ περιγίνεταί μου ἐπιθυμία, κἂν ἐνθυμηθῶ (4) πυκνότερον. Ἀγνοῖς, ὅτι καὶ πέτραν ἔῤῥηξε ῥίζα παραμένουσα πολλάκις; Μὴ δέξῃ τὸν σπόρον, ἐπεὶ διαῤῥήξει σου τὴν πίστιν. Πρὶν ἡ ἀνθήσῃ, προῤῥίζον ἔξελε τὸ κακόν· μὴ ῥᾳθυμήσας ἐξ ἀρχῆς, B πέλυκας ὕστερον (5), καὶ πῦρ πολυπραγμονήσῃς. Ἀρχόμενος ὀφθαλμιᾷν, θεραπεύου κατὰ καιρόν· ἵνα μὴ τυφλωθεὶς, τότε ζητήσῃς τὸν ἰατρόν.

Δ'. Ἀρχηγὸς μὲν οὖν ἁμαρτίας ὁ διάβολος, καὶ γεννήτωρ τῶν κακῶν· τοῦτο δὲ ὁ Κύριος εἴρηκεν, οὐκ ἐγώ. Ὅτι ἀπ' ἀρχῆς ὁ διάβολος ἁμαρτάνει· πρὸ αὐτοῦ ἥμαρτεν οὐδείς. Ἥμαρτε δὲ, οὐκ ἐν φύσεως ἐπάναγκες τὸ ἁμαρτητικὸν λαβών (ἐπεὶ πάλιν ἀνατρέλει ἡ τῆς ἁμαρτίας πρόφασις εἰς τὸν οὕτω κατασκευάσαντα)· ἀλλ' ἀγαθὸς κατασκευασθεὶς, διάβολος γέγονεν ἐξ οἰκείας προαιρέσεως, ἐκ τῆς πρά-

III. Neque vero tu solus dux et auctor es facti; sed est alius quidam pessimus instinctor, diabolus [44]. Ille omnibus suggerit, sed non vi superat eos qui non acquiescunt. Quamobrem dicit Ecclesiastes: *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris* [45]. Ostium tuum claude, et illum procul a te fuga, nec tibi nocebit. Si vero indifferenter libidinis cogitationem admiseris, obversans animo radices **23** in te figet, mentem tuam ligabit, teque in malorum foveam pertrahet. Sed forte dices: Fidelis sum (6), non me superabit pravum desiderium, tametsi frequentius illud animo informem. Ignorasne quod radix ad petram diu manens adfixa, illam plerumque perrumpit? Ne semen suscipias, quoniam fidem tuam discindet. Priusquam floreat, radicitus extrahe malum; ne si ab initio negligenter egeris, ignis [46] et secures [47] sint tibi postea cogitandæ. Lippitudinem incœptantem tempestive cura, ne cæcus factus, tum demum medicum quæras.

IV. Primus auctor peccati est diabolus, et malorum pater. Hoc Dominus dixit, non ego (7): *Quod ab initio diabolus peccat* [48]; ante illum peccavit nemo. Peccavit vero non ex natura necessitate (8) peccati quadam obligatus (alioqui in eum qui talem illum fecisset, ipsa peccandi causa recurreret); sed bonus creatus, diabolus propria voluntate factus est, sumens ab actione appellationem. Archan-

[44] *Id. cat.* 4, *n.* 21 24. [45] Eccle. x, 4. [46] Jerem xxiii, 29. [47] Matth. iii, 10. [48] I Joan, iii. 8; Joan. viii, 44.

(1) Ὑποβάλλει, etc. Ita legitur hæc phrasis apud codd. Roe et Casaub., ὑποβάλλει μὲν οὖν ἐκεῖνος, οὐ μὲν βίᾳ κρατεῖ τῶν μὴ πειθ., *suggerit quidem ille, sed vi non superat eos*, etc.

(2) Ἀπόκλεισον, etc. Aliter ferunt duo memorati codd., ἐὰν ἀποκλείσῃς τὴν θύραν, μακράν σου τυγχάνων οὐ βλάψει σε, *si ostium occluseris, longe a te positus minime tibi nocebit*. Eodem fere modo legit Grodecius, tantum verba, *longe a te positus*, prætermisit.

(3) Καταδεσμεῖ. Codd. Roe et Casaub. καταδεσμεύει.

(4) Κἂν ἐνθυμηθω. Codd. Ottob. 2, Roe, et Casaub. ac Grod. κἂν ἐπιθυμήσω, *etiamsi concupiscam*. At non ibi Cyrillus de concupiscentia, sed de versata concupitæ rei cogitatione loquitur, ut ait superius, τὴν ἐνθύμησιν ἐπιθυμίας. Sequentia videtur exscribere S. Nilus lib. ii, epist. 167, p. 202, et Isaac Syrus *De contemptu mundi* c. 12.

(5) Πέλυκας ὕστερον. Non incongrue observavit Casaubonus ad marginem sui libri, Cyrillum respexisse ad hæc verba Jeremiæ cap. xxiii, v. 29. Οἱ λόγοι μου ὥσπερ πῦρ, λέγει Κύριος, καὶ ὡς πέλυξ κόπτων πέτραν· *Verba mea sicut ignis, dicit Dominus, et sicut securis scindens petram*. An potius spectavit hanc orationem Joannis Baptistæ Matth. cxi, 10: *Jam securis ad radicem arborum posita est: omnis ergo arbor*, etc. ut Cyrilli sensus sit, cum vires sumpserit peccatum et incurabile quodammodo factum sit, pavendum jam inevitabile supplicium? At S. Nilus hanc sententiam exscribens, ignem et secures de grandibus ad exscindendum malum invalescens adhibendis conatibus intelligit, qui verior videtur sensus. Post ὀφθαλμιᾷν, in Ottob. sic legitur: θεραπεύου εὐκαίρως κατὰ καιρόν.

(6) *Sed forte dices: Fidelis sum*, etc. Similem quorumdam temeritatem atque errorem refellit Macarius hom. 15, interrogat. 2.

(7) *Dominus dixit, non ego*, etc. Non Domini in Evangelio, sed Joannis apostoli ea sententia est: sed exsistit in ejusdem Evangelio cap. viii, v. 44, simile Christi pronuntiatum, quod Cyrillo fucum fecisse videtur: *Ille*, diabolus, *homicida erat ab initio*.

(8) *Non ex natura necessitate*, etc. Diabolum natura malum esse fuit veterum omnium Gnosticorum opinio, a Manichæis, novis commentis amplificata Hanc Ebionitarum fuisse colligi potest ex auctore vel interpolatore Clementinorum, hom. 19, n. 12 et 13, quanquam neget eum malitiam a Deo auctore sumpsisse, velut increatum putans. Imputatum est Origeni, et in ejus libros immissum putat Rufinus libro *De adulteratione libr. Origen.*, quod dixerit naturam diaboli cæterorumque dæmonum, non propositi voluntatisque malitia, sed *excepta ac separata creaturæ qualitate*, seu creationis ratione ac conditione productam esse. Ea sententia satis diserte in Lactantii lib. ii, cap. 8, seu 9 vet. edit., sive ab ipso profecta, sive eo an interpolatoribus intrusa sit. Hunc errorem in Marcione condemnat Tertullianus lib. contra ipsum 2, cap. 10, et Prudentius in *Hamartigenia* v. 184, in Manichæis Epiphanius hæres. lxvi, n. 16, et alii passim Patres.

gelus enim cum esset (1), diabolus postea [seu *calumniator*] a calumniando dictus est. Et cum esset minister Dei bonus, Satanæ nomine rei congruo deinceps est vocatus ; Satanas enim *adversarium* significat. Non mea sunt hæc documenta, sed Ezechielis spiritiferi prophetæ. Ille enim planctum assumens adversus istum, dicit : *Tu signaculum similitudinis, et corona pulchritudinis, in paradiso Dei genitus es* [49]. Et paucis interjectis : *Genitus es irreprehensibilis in diebus tuis, ex qua* **24** *die tu creatus es, donec inventæ sunt iniquitates in te*, prorsus apposite dixit : *inventæ sunt in te ;* neque enim exterius adscitum est, sed tute ipse genuisti malum. Et causam postea edixit : *Elevatum est cor tuum ex decore tuo ; propter multitudinem peccatorum tuorum, et propter peccata tua vulneratus es, et in terram projeci te.* Id Dominus rursum in Evangeliis concordi sensu dicit : *Videbam Satanam sicut fulgur de cælo cadentem* [50]. Vides Testamenti Veteris cum Novo consonantiam. Iste cadens multos secum abstraxit. Iste obsequentibus sibi prava desideria suggerit, ex hoc adulterium, fornicatio, et quidquid usquam est mali. Per hunc primus

A ξεως λαβὼν τὴν προσηγορίαν. Ἀρχάγγελος γὰρ ὤν, διάβολος ὕστερον ἐκλήθη, ἀπὸ τοῦ διαβάλλειν· καὶ ἀγαθὸς ὢν ὑπηρέτης Θεοῦ, γέγονε Σατανᾶς φερωνύμως (2)· ὁ γὰρ Σατανᾶς εἰς τὸν ἀντικείμενον ἑρμηνεύεται. Ἔστι δὲ οὐκ ἐμὰ ταῦτα τὰ διδάγματα, ἀλλ' Ἰεζεκιὴλ τοῦ πνευματοφόρου προφήτου. Ἐκεῖνος γὰρ λαβὼν (3) θρῆνον ἐπ' αὐτὸν, λέγει· Σὺ ἀποσφράγισμα ὁμοιότητος, καὶ στέφανος κάλλους, ἐν τῷ παραδείσῳ τοῦ Θεοῦ ἐγεννήθης· καὶ μετ' ὀλίγα· Ἐγεννήθης ἄμωμος ἐν ταῖς ἡμέραις σου ἀφ' ἧς ἡμέρας σὺ ἐκτίσθης, ἕως οὗ εὑρέθη τὰ ἀδικήματα ἐν σοί· Πάνυ καλῶς τὸ, εὑρέθη ἐν σοί (4)· οὐ γὰρ ἔξωθεν ἐπεισηνέχθη, ἀλλ' αὐτὸς ἐγέννησας τὸ κακόν. Καὶ τὴν αἰτίαν ἐξῆς εἴρηκεν. Ὑψώθη ἡ καρδία σου ἐπὶ τῷ κάλλει σου· διὰ τὸ πλῆθος

B τῶν ἁμαρτιῶν σου, καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας σου ἐτραυματίσθης καὶ (5) ἐπὶ τὴν γῆν ἔῤῥιψά σε· Ὁ Κύριος τούτῳ συμφώνως πάλιν ἐν Εὐαγγελίοις λέγει· Ἐθεώρουν τὸν Σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα. Βλέπεις (6) Παλαιᾶς Διαθήκης πρὸς Καινὴν συμφωνίαν. Οὗτος ἐκπεσὼν συναπέστησε πολλούς. Οὗτος εἰσβάλλει τὰς ἐπιθυμίας τοῖς πειθομένοις· ἐκ τούτου μοιχεία, πορνεία, καὶ

[49] Ezech. xxviii, 12-17. [50] Luc. x, 18.

(1) *Archangelus cum esset*, etc. Cat. 8, n. 4, repetit diabolum aliquando archangelum fuisse. Archangelos habuit Cyrillus pro certo ordine angelicarum potestatum, quem super angelos ponit, thronis et dominationibus inferiorem cat. 6, n. 6. Idcirco non est nimis urgendum quod ait post Jobum cat. 8. n. 4, diabolum principium esse formationis Domini, quasi deceret excellentissimam creaturarum Dei. Archangelum vero sine dubio censuit, quoniam seductos spiritus sibi subjectos C habuerit. quos nunc uti domesticos cat. 16, n. 15, et satellites habet. Ea ratione Greg. Nyssen. t. II, orat. *De pythonissa* p. 39, diabolum non simpliciter angelum, sed archangelum fuisse probat, quia subditi ipsi exercitus cum ipso defecerant : τῆς ὑποχειρίου στρατείας αὐτῷ συναποστάσης. Diabolum vero seu calumniatorem eum Patres appellatum dicunt, quod et homines criminetur apud Deum, et Deum apud homines. Ita Chrysostomus homil. 25, *De diabolo tentatore* p. 2g7, tom. I : Archelaus in *Disp. cum Manete*, ex qua multa Cyrillus transtulit, Diabolum inde vocatum ait, n. 32, *eo quod transitum fecerit de cælestibus, et quod in terris mandato Dei obtrectator exsisteret.*

(2) Φερωνύμως. Vocem hanc omittit cod. Ottob ; legitur autem in Roe et Casaub., φερώνυμος. Post, habebatur in editis et est in cod. Coisl. et Ottob. 1, ὁ γὰρ Σατανᾶς τὸν διάβολον ἑρμηνεύει, *Satanas enim diabolum* (seu calumniatorem) *significat*, quæ D quidem lectio non est prorsus rejicienda, cum vox *Satan* in Bibliis Græcis non raro reddatur per διάβολος, ut Job I, 6 ; Ps. cviii, 6 ; Paralipom. lib. I, c. xxi, v. 1 ; Zachar III, 1, etc. Nihilominus alteram lectionem, εἰς τὸν Ἀντικείμενον ἑρμηνεύεται, quæ est codd. Ottob. 2, Roe, Casaub. et Grodecii, prætulimus, 1° quia duo distincta nomina videtur Cyrillus tribuere diabolo, unum nempe *diabolus*, archangelicæ ejus dignitati oppositum ; alterum vero videlicet *Satanas*, oppositum obsequio quod tanquam bonus minister Deo creanti debebat, eique exhibebat ante lapsum : quod sane optime repræsentat vox, ἀντικείμενος, seu *adversarius*. Quod si Satanas etiam calumniatorem significet, peribit duorum nominum distinctio, nec satis quæsita Cyrillo apparebit antithesis ; 2° tacuisset hic Cyrillus præcipuum quod diabolo sæpe tribuit nomen, ut cat. 16, n. 13, cat. 15, n. 11, quodque solum in hujus catechesis inscriptione præfigitur ; 3° quod Satanas *adversarium* significet, communis fuit Patrum interpretatio, v. g. Origen lib. VI *cont. Cels.* p. 306 ; Dionys. Caten. Græc. Patrum in Job cap. I, v. 6. p. 23 ; Chrysost. hom. 51 *De S. Eustathio* p. 577 ; Didymus *contra Manichæos*, Bibl. PP. Lugd. p. 340 ; S. Basilius homil. *Quod Deus non est auctor mali*, p. 371 ; Theodoret., quæst. 45, in lib. II Reg. p. 293 ; Anonymus Vatican. *in Marcum* VIII, 30, cat. Poss. p. 172, et alii passim ita sentiunt.

(3) Ἐκεῖνος γὰρ λαβών, etc. Hæc usque ad Ὁ Κύριος exclus. citantur in catena Græcorum PP. *in Lucam* ad cap. x, v. 18, sed continuate post testimonium e Cyrillo, Alexandrino videlicet, desumptum, ita ut sub ejus nomine habeantur. In loco Ezechielis, pro ὁμοιότητος, codd. Roe et Casaub. habent ut in sacro textu, ὁμοιώσεως. Coisl., ὁμοιώματος. Loco, ἐγεννήθης, *natus es*, omnes Bibliorum editiones habent, ἐγενήθης, *factus es*, quod quidem melius. At Tertulianus hunc locum similiter legisse videtur, dum lib. II, *cont. Marc.* cap. x, vestit : *In deliciis paradisi Dei tui natus es.* Alias Cyrillus verba, γεννῶμαι et γίνομαι, promiscue usurpare solet. Vid. cat. 11, n. 4 et 11 ; cat. 12, n. 29 et 30 ; cat. 16, n. 23. Verba, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἐκτίσθης, desunt in codd. Coisl. et Ottob.

(4) Ἐν σοί. Ea verba, quæ prorsus supponit sequens Cyrilli ratiocinium, hic restituit Milesius ex codd. Roe et Casaub.

(5) Καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας σου ἐτραυματίσθης, καί. Ea verba prætermittuntur in codd. Roe et Casaub., et sacrum textum hic citatum interrumpunt ; nam non habentur in Bibliis voces, καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας σου, quæ etiam non sunt versæ a Grodecio ; tantum legitur versu superiori, nimirum 16, καὶ ἐτραυματίσθης ἀπὸ ὄρους τοῦ Θεοῦ, *et vulneratus es a monte Dei.* Pro, ἔῤῥιψά σε, codd. Roe et Casaub. vitiose, ἔῤῥιψάς σε, *projecisti* te.

(6) Βλέπεις, etc. Ex codd. Roe et Casaub. eum locum sic emendavimus. In editis et Coisl. cod. habetur hæc vitiosa scriptura, βλέπεις παλαιὰν συμφωνίαν πρὸς καινήν.

πᾶν εἴ τι κακόν. Διὰ τοῦτον ὁ προπάτωρ ἡμῶν Ἀδὰμ ἐξεβλήθη (1), καὶ ἀντὶ παραδείσου αὐτομάτως θαυμασίους φέροντος καρποὺς, τὴν ἀκανθοφόρον ἀντικατηλλάξατο γῆν.

Ε'. Τί οὖν ; ἐρεῖ τις· ἀπολώλαμεν ἀπατηθέντες· ἆρ' οὐκ ἔστι λοιπὸν σωτηρία ; πεπτώκαμεν· ἆρ' οὐκ ἔστιν ἀναστῆναι ; ἐτυφλώθημεν· ἆρ' οὐκ ἔστιν ἀναβλέψαι ; χωλοὶ γεγόναμεν· ἆρ' οὐκ ἔστιν ὀρθοποδῆσαι ; ἵνα δὲ συντόμως εἴπωμεν, ἀπεθάνομεν· ἆρα οὐκ ἔστιν ἀναστῆναι ; Ἆρ' ὁ τὸν Λάζαρον τὸν τετραήμερον ἐγείρας, ἄνθρωπε, τὸν ὀδωδότα, ἆρα τὸν ζῶντά σε μᾶλλον οὐκ εὐκοπώτερον ἀναστήσει ; ὁ τὸ μίμιον αἷμα ὑπὲρ ἡμῶν ἐκχέας, αὐτὸς ἡμᾶς ῥύσεται τῆς ἁμαρτίας, Μὴ ἀπογνῶμεν ἑαυτοὺς, ἀδελφοί· μὴ ἀποῤῥίψομεν ἑαυτοὺς εἰς ἀνέλπιστον κατάστασιν (2). Δεινὸν γὰρ ἐστι τὸ μὴ πιστεύειν εἰς μετανοίας ἐλπίδα. Ὁ μὴ προσδοκῶν γὰρ τὴν σωτηρίαν, ἀφειδῶς προστίθησι τὰ κακά· ὁ δὲ τὴν ἰατρείαν ἐλπίσας, εὐμαρῶς τὸ λοιπὸν ἑαυτοῦ φείδεται. Ὁ γὰρ λῃστὴς, ὁ μὴ δωρεὰν προσδοκῶν, εἰς ἀπόνοιαν αὔξει (3)· ἐλπίσας δὲ τὴν ἄφεσιν, εἰς μετάνοιαν χωρεῖ πολλάκις. Εἶτα, ὅφις μὲν ἀποτίθεται τὸ γῆρας· ἡμεῖς δὲ οὐκ ἀποθησόμεθα τὴν ἁμαρτίαν ; καὶ ἀκανθώδης γῆ, γεωργηθεῖσα καλῶς, εἰς καρποφόρον (4) μετεβλήθη· ἡμῖν δὲ ἀδιόρθωτος ἡ σωτηρία ; Ἡ μὲν οὖν φύσις ἐπιδέχεται τὴν σωτηρίαν, ζητεῖται δὲ λοιπὸν ἡ προαίρεσις.

ζ'. Φιλάνθρωπος ὁ Θεὸς, καὶ φιλάνθρωπος οὐκ ὀλίγον. Μὴ γὰρ εἴπῃς· Ἐπορνευσα, ἐμοίχευσα· τὰ δεινά μοι πέπρακται, καὶ οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἆρα γυγχωρήσει ; ἆρα παρέξει τὴν ἀμνηστίαν ; Ἄκουε τί λέγει ὁ ψαλμῳδός· Ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου, Κύριε ! Οὐ νικᾷ σου (5) τὰ συναχθέντα ἁμαρτήματα τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ· οὐ νικᾷ σου τὰ τραύματα τὴν ἀρχιατρικὴν ἐμπειρίαν. Δὸς μόνον σεαυτὸν μετὰ πίστεως· λέγε τῷ ἰατρῷ τὸ πάθος· εἰπὲ καὶ αὐτὸς κατὰ τὸν Δαβὶδ (6)· Εἶπα· Ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου τῷ Κυρίῳ· καὶ γενήσεται ἐπὶ σοῦ τὸ παραπλήσιον, τὸ ἐξῆς εἰρημένον· Καὶ σὺ ἀφῆκας τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας μου.

A noster parens Adam expulsus est, ac paradisum sponte sua admirabiles fructus ferentem, terra spinas ferente permutavit.

V. (7) Quid igitur [51] ? dixerit aliquis, decepti, perivimus : nullane deinceps salus ? cecidimus : num non licet resurgere [52] ? excæcati sumus : fas non est visum recuperare ? claudi sumus effecti : spes non est aliquando recte incedendi ? in summa dicam, mortui sumus : non licet ut resurgamus [53] ? An vero qui Lazarum, o homo, quatriduanum fetentemque excitavit [54], non potius viventem te facilius excitabit ? Qui pretiosum sanguinem pro nobis effudit, ipse nos e peccato expediet, ne nos ipsos desperemus [55], fratres, ne nos in desperatum abjiciamus statum. Dira res est non credere in spem pœnitentiæ. Qui non exspectat salutem, mala absque modo accumulat ; qui vero sanationem sperat, facile sibi ipsi parcit. Latro etiam qui gratiam non expectat, usque ad insolentiam devenit ; si vero veniam speret, ad pœnitentiam sæpe decurrit [56]. Quid vero, serpens potest deponere senectutem ; nos peccatum non deponemus ? ac terra quidem spinosa, cum pulchre exculta fuerit, in frugiferam transmutatur ; nobis autem salus irreparabilis futura est ? Natura itaque est capax salutis, verum ad hoc requiritur arbitrii voluntas:

VI. Benignus est Deus, et non modice benignus Tu namque ne dixeris : Scortator et adulter fui, gravia scelera patravi, idque non semel, sed frequentissime, nunquid condonabit ? nunquid dabit ut obliviscatur ? Audi quid Psalmicen dicat : *Quam magna multitudo benignitatis tuæ, Domine* [57] ! Non vincunt tua cumulata peccata multitudinem miserationem Dei ; non **25** superant vulnera tua summi illius medici experientiam. Trade tantummodo te ipsum illi cum fide ; edissere medico morbum tuum ; dic et ipse cum Davide : *Dixi, pronuntiabo adversum me iniquitatem meam Domino* [58], et fiet tibi similiter id quod sequitur : *Et tu remisisti impietatem cordis mei* [58*].

[51] *V. cat.* 12, *n.* 3. [52] Jerem. VIII, 4. [53] Psal. XL, 9. [54] Joan. XI, 39 34. [55] Ephes. IV, 19. [56] *Vid. cat.* 3, *n.* [57] Psal. XXX, 20. [58] Psal. XXXVII, 19. [58*] Psal. XXXI, 5.

(1) Ἐξεβλήθη. Roe et Causaub. ἐκ παρακοῆς ἐξεβλήθη *propter inobedientiam expulsus est.* Coisl. ἐκ παρακοῆς πέπτωκεν, *ex inobsdientia cecidit.*

(2) Ἀποῤῥίψωμεν ἑαυτοὺς εἰς ἀνέλπιστον κατάστασιν. Hac singulari statum hominis de se desperantis exprimendi ratione utitur S. Nius lib. IV, epist. 48.

(3) Εἰς ἀπόνοιαν αὔξει. Loco, αὔξει, Casaub. habet, ἔρχεται. Roe et Ottob., χωρεῖ· utrumque elegantius. Lectionem tamen, αὔξει, firmat quod superius de desperante dicitur, προστίθησι τὰ κατά.

(4) Εἰς καρποφόρον. Ita codd. Roe, Casaub., Coisl., Ottob., vers. Grod. Editi vero, εἰς καρποφορίαν *fructificationem.*

(5) Οὐ νικᾷ σου, etc. In editis habebatur, Οὐ νικᾷ σου τὰ τραύματα ὁ τὴν ἰατρικὴν ἐμπειρίαν ἔχων, ut etiam fert. cod. Ottob. et Casaub. Quæ lectio ferri potest, si legatur cum puncto interrogante, sic : *An is qui medicinæ, peritiam habet, tua vulnera non vincet ?* Prætulimus tamen codd. Coisl. Roe, et Grob. lectionem, quam in textu repræsentamus : sed Coisl. hrbet solummodo ἰατρικήν. in Casaub, cod. et Grod. desunt voces, τὰ συναχθέντα· in cod. vero Roe ambæ ahrases οὐ νικᾷ ectc., invertuntur.

(6) Κατὰ τὸν Δαβὶδ. In cod. Ottob. et Grod., κατὰ τοῦ Δαβὶδ. *cuu Davide.* Vox εἶπα, deest in codd. Causaub., est tamen in Scriptura, et in omnibus aliis cod. Post, γενήσεται, addidimus, ἐπὶ σοῦ, ex codd. Roe et Casaub. Ea vero verba, καὶ γενήσεται ἐπὶ σοῦ τὸ παραπλήσιον, τὸ ἐξῆς εἰρημένον, desunt in Coisl. Loco, καὶ σὺ ἀφῆκας, *et tu dimisisti*, legitur Roe, Casaub. et Grod., αὐτὸς ἐφῆκεν (leg., ἀφῆκεν), *et ipse remisit.*

(7) *Quid igitur ? dixerit aliquis*, etc. Hæc forte narrat propter Manichæos, quorum pene similis sententia refertur a Serapione lib. *contra Manichæos.* Bibl. PP. Lugd. tom. V, p. 162. Eadem quoque Apotacticorum quæ Encratitarum species erat, videntur fuisse dogmata, apud Epiph. hær. LXI, num. 1, p. 506.

VII. Vin'tu qui recens ad catechesim accessisti, Dei humanitatem videre? Vin' benignitatem Dei et patientiæ ejus multitudinem perspicere? audi de Adamo. Præceptum violavit Adam primus a Deo conditus homo : non potuit statim in illum morte animadvertere? sed vide quid agat hominum amantissimus Dominus. Ejicit illum ex paradiso (neque enim illius loci domicilio dignus erat propter peccatum) : eum vero e regione paradisi locat[59], ut videns unde cediderit, et ex quibus in quæ dejectus sit, deinceps per pœnitentiam salutem consequatur. Cain, primus partu editus homo, fratricida factus est ; inventor malorum, auctor et dux cædium, invidusque primus : sed posteaquam e medio sustulit fratrem, qua pœna damnatur? *Gemens et tremens eris super terram*[61]. Peccatum grande, levis animadversio.

VII. Et hæc quidem vere Dei clementia fuit ; sed adhuc parva respectu eorum quæ sequuntur. Cogita enim quæ tempore Noe contigerunt. Peccaverunt gigantes, et iniquitas in terra plurima tum diffusa est[62], et propter hanc inducendum erat diluvium : ac quingentesimo quidem anno comminationem profert Deus[63] ; sexcentesimo vero diluvium super terram adduxit[64]. Cernis benignitatis Dei in centum annos protensæ latitudinem? nunquid enim, quod centum post annos fecit, illico facere non poterat? sed data opera protelavit, dans pœnitentiæ locum. Viden' Dei bonitatem? nec illi certe homines, si tum resipuissent, divinam sibi clementiam deesse sensissent.

IX. Veniamus nunc et ad alios, qui per pœnitentiam salvi facti sunt. Erit forte in mulieribus quæ dicat : Scortata sum , adultera fui , omni luxuriæ genere corpus inquinavi ; anne est salus? Inspice, o mulier, in Rahab, et salutem tu quoque exspecta. Nam si ea quæ palam publiceque scortationem exercebat, per pœnitentiam salutem adepta est : an ea quæ semel aliquando ante gratiam [acceptam] corpus violavit, per pœnitentiam et jejunium non servabitur? Quomodo salva facta sit illa, exquire : hoc unum dixit : *Quia Deus vester in cælo et in terra. Deus vester*[65], inquit ; suum enim, propter impudicitiam dicere non audebat. Quod si consignatum in scripturis de ejus salute testimonium accipere aves, habes scriptum in Psalmis : *Memor ero Rahab et Babylonis cognoscentibus me*[66]. O magnam Dei benignitatem, quæ etiam meretricum in Scripturis meminit. Neque simpliciter dixit, **26** *Memor ero Rahab*

Ζ'. Θέλεις ἰδεῖν Θεοῦ φιλανθρωπίαν, σὺ ὁ νεωστὶ εἰς τὴν κατήχησιν ἐληλυθώς ; θέλεις ἰδεῖν Θεοῦ φιλανθρωπίαν, καὶ τῆς μακροθυμίας τὸ πλῆθος ; ἄκουσον περὶ τοῦ Ἀδάμ· Παρήκουσεν Ἀδάμ, ὁ πρωτόπλαστος τοῦ Θεοῦ· ἆρ' οὐκ ἐδύνατο τὸν θάνατον εὐθὺς ἐπαγαγεῖν ; ἀλλ' ὅρα τί ποιεῖ ὁ φιλανθρωπότατος Κύριος. Ἐκβάλλει μὲν αὐτὸν τοῦ παραδείσου (τῆς γὰρ ἐκεῖ (1) διατριβῆς ἀνάξιος ἦν διὰ τὴν ἁμαρτίαν), κατοικίζει δὲ τοῦ παραδείσου κατέναντι· ἵνα βλέπων ὅθεν ἐξέπεσε, καὶ ἐξ οἵων εἰς οἷα κατηνέχθη, λοιπὸν ἐκ μετανοίας σωθῇ. Κάϊν ὁ πρωτότοκος ἄνθρωπος, ἀδελφοκτόνος γέγονεν· εὑρετὴς τῶν κακῶν, καὶ ἀρχηγὸς τῶν φόνων, καὶ βάσκανος πρῶτος· ἀλλ' ἀνελὼν τὸν ἀδελφὸν, τί κατακρίνεται ; Στένων καὶ τρέμων ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς. Μέγα τὸ ἁμάρτημα, μικρὰ ἡ καταδίκη.

Η'. Φιλανθρωπια μὲν οὖν ἀληθῶς καὶ αὕτη Θεοῦ, ἀλλ' ἔτι μικρὰ πρὸς τὰ ἐπιφερόμενα. Λόγισαι γὰρ μοι τὰ ἐπὶ Νῶε. Ἥμαρτον οἱ γίγαντες, καὶ παρανομία πολλὴ τότε τῆσ γῆς κατεχύθη, καὶ διὰ ταύτην κατακλυσμὸς ἔμελλεν ἐπέρχεσθαι· καὶ τῷ πεντακοσιοστῷ μὲν ἔτει τὴν ἀπειλὴν ἐκφέρει ὁ Θεὸς, τῷ δὲ ἑξακοσιοστῷ, τὸν κατακλυσμὸν ἐπήγαγεν ἐπὶ τὴν γῆν. Βλέπεις φιλανθρωπίας Θεοῦ πλάτος, εἰς ἑκατὸν παρατεινομένης χρόνους ; ἆρα, ὅπερ ἐποίησε τότε μετὰ τὴν ἑκατονταετίαν, παραχρῆμα οὐκ ἠδύνατο ποιῆσαι ; ἀλλ' ἐπίτηδες παρέτεινεν, ἔνδοσιν διδοὺς μετανοίας. Βλέπεις Θεοῦ ἀγαθότητα ; καὶ εἴ γε μετενόησαν οἱ τότε, οὐκ ἂν ἀπέτυχον τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας (2).

Θ'. Ἐλθέ μοι λοιπὸν καὶ ἐπὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἐκ μετανοίας σωθέντας. Ἀλλ' ἴσως καὶ ἐν γυναιξὶν ἐρεῖ τις· Ἐπόρνευσα, ἐμοίχευσα, ἐμόλυνα τὸ σῶμα παντοίαις ἀκολασίαις· ἆρ' ἔστι σωτηρία : Ἀπόβλεψον, ὦ γύναι, εἰς τὴν Ῥαάβ, καὶ προσδόκα καὶ σὺ τὴν σωτηρίαν· εἰ γὰρ ἡ φανερῶς καὶ δημοσίᾳ πορνεύσασα, διὰ μετανοίας ἐσώθη· ἆρα ἡ ἅπαξ ποτὲ πορνεύσασα πρὸ τῆς χάριτος, διὰ μετανοίας καὶ νηστείας οὐ σώζεται ; Πῶς γὰρ ἐσώθη ἐκείνη, ζήτησον· τοῦτο μόνον εἶπεν· Ὅτι ὁ Θεὸς ὑμῶν (3) ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Ὁ Θεὸς ὑμῶν· ἑαυτῆς γὰρ, οὐκ ἐτόλμησεν εἰπεῖν διὰ τὴν ἀσέλγειαν. Καὶ εἰ θέλῃς δέξασθαι τοῦ σωθῆναι ταύτην μαρτυρίαν ἔγγραφον, ἔχεις ἀνάγραπτον (4) ἐν Ψαλμοῖς· Μνησθήσομαι Ῥαὰβ καὶ Βαβυλῶνος τοῖς γινώσκουσί με. Ὦ μεγάλης τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, καὶ πορνῶν μνημονευούσης ἐν Γραφαῖς· ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς, Μνησθήσομαι Ῥαὰβ καὶ Βαβυλῶνος, Ἀλλὰ μετὰ τοῦ, τοῖς

[59] Gen. III, 24. [60] *V. cat.* 12, *n.* 7. [61] Gen. IV, 12. [62] Ose. IV, 2. [63] Gen. VI, 13. [64] Gen. VII, 11. [65] Josue II, 11. [66] Psal. LXXXVI, 4.

(1) Ἐκεῖ. Vocem hanc addidi ex codd. Roe et Casub.

(2) Τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας. Articulos τῆς et τοῦ reposuimus ex codd. Roe et Crsaub.

(3) Ὁ Θεὸς ὑμῶν, etc. In cod. Roe legitur, ἡμῶν, *Deus noster*. Hic locus sic legitur in Bibliis : Ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, Θεὸς ἐν οὐρανῷ ἄνω, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς κάτω· *Dominus, Deus vester Deus est in cælo sursum, et in terra deorsum.* Quod Prevoltius in sua interpretatione posuit, licet Græca discrepantia ediderit.

(4) Ἀνάγραπτον. Sic scribimus ex codd. Coisl., Roe, Casau. Habent editi, ἀνέγγραπτον, contrario sensu. Ἀνάγραπτος vox Cyrillo sæpe repetita cat. 15, n. 23.

γινώσκουσί (1) με. Ἔστιν οὖν καὶ ἐπὶ ἀνδρῶν σωτηρία, καὶ ἐπὶ γυναικῶν ὁμοίως, ἡ διὰ μετανοίας προξενουμένη.

Ι'. Κἂν ὁλόκληρος δὲ λαὸς ἁμάρτῃ, οὐ νικᾷ τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν. Ἐμοσχοποίησεν ὁ λαὸς, καὶ οὐκ ἀπέστη ὁ Θεὸς τῆς φιλανθρωπίας· ἠρνήσαντο οἱ ἄνθρωποι τὸν Θεὸν (2), ἀλλ' ὁ Θεὸς ἑαυτὸν οὐκ ἠρνήσατο. Οὗτοι οἱ θεοί σου, Ἰσραὴλ, εἰρήκασιν· καὶ πάλιν συνήθως ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, σωτὴρ αὐτῶν ἐγένετο. Καὶ οὐ μόνος ὁ λαὸς ἥμαρτε, (3) ἀλλὰ καὶ Ἀαρὼν ὁ ἀρχιερεύς. Μωϋσῆς γὰρ ἐστιν ὁ λέγων· Καὶ ἐπὶ Ἀαρὼν ἐγένετο (4) ὀργὴ Κυρίου· καὶ ἐδεήθην, φησὶν, ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ συνεχώρησεν αὐτῷ ὁ Θεός. Εἶτα Μωϋσῆς μὲν, αἰτῶν ὑπὲρ ἀρχιερέως ἁμαρτάνοντος, ἐδυσώπει τὸν Κύριον· Ἰησοῦς δὲ ὁ μονογενὴς, αἰτῶν ὑπὲρ ἡμῶν, οὐ δυσωπεῖ τὸν Θεόν; κἀκεῖνον μὲν, διὰ τὸ πταισθὲν, οὐκ ἐκώλυσεν (5) ἐλθεῖν εἰς ἀρχιερωσύνην· σὲ δὲ, ἐξ ἐθνῶν ἐλθόντα, κωλύσει εἰσελθεῖν εἰς τὴν σωτηρίαν; μετανόησον, ἄνθρωπε, λοιπὸν καὶ αὐτὸς ὁμοίως, καὶ οὐ κεκώλυταί σοι ἡ χάρις. Ἀνεπίληπτόν σου παράστησον εἰς τὸ ἐξῆς τὸν τρόπον· φιλάνθρωπος γὰρ ἀληθῶς ὁ Θεὸς, καὶ οὐ δυνήσεται ὁ πᾶς ἄνθρωπος (6) κατ' ἀξίαν ἐξειπεῖν αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν· οὐδ' ἂν πᾶσαι αἱ γλῶσσαι συνέλθωσιν ἀνθρώπων ὁμοῦ, οὐδ' οὕτως μέρος τι τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας διηγήσασθαι δυνήσονται. Ἡμεῖς γὰρ λέγομεν μέρος τι τῶν γεγραμμένων περὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ φιλανθρωπίας· ἀλλ' οὐκ οἴδαμεν ὅσα καὶ ἀγγέλοις συνεχώρησε·

A **26** *et Babylonis*, sed illud adjecit, *cognoscentibus me*. Est igitur viris, et mulieribus similiter salus, quæ per pœnitentiam conciliatur.

X. Etiamsi universus populus peccaverit, non superat divinam benignitatem. Vitulum populus fabricaverat, nec tamen recessit Deus a clementia; negaverunt homines Deus, sed Deus seipsum non negavit [67]. *Isti sunt*, dixere illi, *dii tui, Israel* [68]; et tamen pro more suo Deus Israel servator eorum fuit. Nec solus peccavit populus: verum etiam et Aaron summus sacerdos (6). Moyses enim dicit: *Et super Aaron facta est ira Domini; et rogavi*, ait, *pro ipso, et condonavit illi Deus* [69]. Jam vero Moyses pro summo sacerdote peccante supplicans Deum flexit: Jesus autem unigenitus orans pro nobis, Deum non placabit? Illum propter culpam non prohibuit quominus ad summum sacerdotium veniret; te vero ex gentibus venientem salutem ingredi prohibebit? pœnitentiam age itidem et tu, o homo: neque a te gratia prohibebitur. Irreprehensibilem deinceps præsta vitæ tuæ modum; vere enim hominum amans est Deus; neque ullus homo clementiam ejus pro dignitate explicare potest: imo etiamsi omnes hominum linguæ in unum conveniant, ne sic quidem partem aliquam benignitatis ejus enarrare sufficiant. Dicimus nos partem aliquam eorum, quæ scripta sunt de Dei erga homines benignitate: sed nescimus quanta ille et angelis condonaverit (8). Nam et illis condonat; quan-

B

[67] II Tim. II, 13. [68] Exod. XXXII, 4. [69] Deut. IX, 20.

(1) Τοῖς γινώσκ. Articulum in impressis omissum supplemus ex codd. Coisl., Roe, Casaub. et sacr. text. In Vulg. *Scientium me*: quod efficit sensum prorsus Cyrillo alienum. Respiciens enim ad sequentia versiculi 6 verba, *Dominus narrabit in Scripturis populorum*, etc., ait Deum in Scripturis, ad utilitatem hominum sui cultum cognoscentium, Raab nomen consignare voluisse, idque promisisse. Raab porro apud Psalmistam, non significat tabernariam illam mulierem ab exploratoribus Josue conversam, sed superbum, hoc est Ægyptium, hoc titulo in Scripturis passim appellatum: aitque Ægyptios et Babylonios post reditum e captivitate, una cum allis populis Hierosolymæ habitaturos esse, Israeliticæ genti admistos. Ita cum doctis viris psalmi locum intelligimus.

(2) Τὸν Θεόν. Articulum, qui in impressis et Coisl. cod. desideratur, ponimus ex codd. Roe et Casaub. Pro ἑαυτόν, quod sequitur, præfati codd. habent αὐτούς, *illos non negavit*. Coisl. αὐτῶν, forte, αὐτόν.

(3) Καὶ οὐ μόνος ὁ λαὸς ἥμαρτε. Hæc desunt in Roe et Casaub.

(4) Καὶ ἐπὶ Ἀαρὼν ἐγένετο, etc. Codd. Roe et Casaub., ἐγέν*ή*θη. In loco Deuteronomii ab Cyrillo citato non legitur, ἐγένετο ὀργὴ Κυρίου, sed ἐθυμώθη (suppl. Κύριος) ἐξολοθρεῦσαι αὐτόν. Et pro, καὶ ἐδεήθην ὑπὲρ αὐτοῦ, habetur, καὶ ηὐξάμην καὶ περὶ Ἀαρὼν ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, *et oravi pro Aarone in tempore illo*. Verba autem, καὶ συνεχώρησεν αὐτῷ ὁ Θεός, non leguntur ibi, sed aliunde a Cyrillo translata sunt. Ne mirere, ex tempore dicebat.

(5) Οὐκ ἐκώλυσεν, etc. Editi, οὖν, manifesto vitio. Mendum correximus ex codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub. Grod. Similiter scripsimus linea sequente, κωλύσει *impediet*, ex cod. Coisl. pro, κεκώλυκεν, *impedivit*, quod in impressis habetur.

C

(6) Ὁ πᾶς ἄνθρωπος, *omnis homo*. Ita editi: at codd. Coisl., Roe, Casaub., Ottob., ὁ πᾶς χρόνος, *tempus omne*. Paulo post ubi scripsimus, οὐδ' οὕτως, ex codd. Roe et Casaub. legebatur in editis. οὐχ. In codd. Coisl. et Ottob. habetur, οὐδὲ.

(7) *Aaron summus sacerdos*. Paulo post, *pro summo sacerdote peccante*. Peccatum Aaronis, et Dei clementiam multum exaggerat dignitas summi sacerdotis, quam peccando violavit. Atqui Aaron nondum summus sacerdos consecratus erat: quamobrem ita tantum per anticipationem appellatus videtur, cum dicat auctor inferius, id crimen non prohibuisse quominus ad sacerdotium veniret. Bacchiarius tamen, cum ad commendandam Dei benignitatem hoc summi sacerdotis peccato usus esset in epistola ad Januarium, id sibi objici non sinit, et ante eam consecrationem Aaron sacerdotem fuisse contendit, « eo quod non potuisset sine « sacerdote Pascha celebrari. »

D

(8) « Nescimus quanta ille et angelis condonave- « rit, » etc. Neminem esse puto qui existimet Cyrillum non de veris angelis loqui, sed vel de hominibus justis, vel de sacerdotibus, qui in Scriptura quandoque angelorum vocabulis designantur; cum postquam de angelis dixit, se ad homines reverti postea significet. Neque hæc de pravis ac desertoribus angelis intelligenda: nam etiam quodam erga ipsos patientiæ ac clementiæ modo Deus utatur, ut significat auctor cat. 7, n. 4, hic agit de exemplis pœnitentiæ: diabolum autem ait cat. 6, n. 1, incudis instar indomabilem, et pœnitendi nesciam gerere animi inductionem; nec est cur dissimilis ab ipso conditionis angelos ejus satellites a Cyrillo existimatos suspicemur: superest ergo ut de beatis angelis loquatur. Hos autem cat. 6, n. 6, Deum quan-

doquidem unus **27** est solus absque peccato (1), A qui nos a peccatis purgat Jesus. Ac de illis quidem [hoc est angelis] satis.

XI. Si vero cupis, alia quoque repræsentabo tibi de nobis exempla : accede ad beatum David, illumque accipe præclarum exemplar pœnitentiæ. Offendit ille magnus : cum post cubitum pomeridianis horis in tecti fastigio deambularet [70], vidit indifferenter (2), et humani quid passus est. Perfectum fuit peccatum ; sed non periit una in confitendo peccato candor. Venit Nathan propheta, reprehensor promptus (3) et vulneris medicus [71,72]. *Iratus est*, inquit, *Dominus, et peccavisti.* Regem alloquebatur

[70] II Reg. xi, 2. [71,72] II Reg. xii, 1 et seqq.

tum ipsi capaces sunt, videre testatur ; qui status B quomodo cum peccato, imo cum peccandi potestate conciliari possit, non intelligimus. Eo accedit quod in angelis Dei voluntatem perfecte adimpleri ait cat. 23, n. 14, adeo ut eo exemplo Dei voluntatem in nobis fieri oret Ecclesia. Parte alia, consentientibus omnibus libris, cum editis, tum mss., textum interpolationis accusare non licet. Hanc sententiam Cyrillo peculiarem non fuisse, quoniam marginum angustiæ hic a nobis probari non patiuntur, ostendimus in Dissert. 3. Liceat tantum hic addere, hanc opinionem Cyrillum accipere potuisse vel ex Origere, vel ex fonte unde Origenes hausit, duobus nimirum II et III Apocalypseos capitibus, in quibus nonnulla angelis Ecclesiarum Asiæ a Christo exprobrantur peccata.

(1) *Unus est solus absque peccato*, ἀναμάρτητος. Licebat etiam vertere cum Grodecio, *qui peccare non possit*. Græca enim vox utrumque significat, tam apud sacros quam profanos auctores ; ac blas- C phemiæ simile est dicere Christum vel peccavisse vel peccare potuisse. Nihilominus vox ἀναμάρτητος, et ἀναμαρτησία, apud Cyrillum semper sumitur pro innocentia et peccati vacuitate. Sic Christi probans innocentiam cat. 13, n. 3, ait pium latronem ejus testem fuisse, μάρτυς τῆς ἀναμαρτησίας τοῦ Ἰησοῦ. Cat. 4, n. 19, negans nos in altero ante hunc mundo peccavisse, ait venisse in mundum ἀναμαρτήτους. Cat. 15, n. 21, ait, eum candorem quem Deus Isaiæ cap. I, vers. 28, hominibus se daturum pollicetur, signum esse vel remissionis peccatorum vel innocentiæ, ἢ καὶ ἀναμαρτησίας. In hoc autem loco palam est significari solam peccati vacuitatem ; probans enim angelos non solum posse peccare, sed et revera habere peccata, ait solum Christum habere illud privilegium quo angeli carent, ut clementiæ Dei opus non habeant. In Deuteronomio, c. XXIX, vers. 19, opponitur homo peccator, τῷ ἀναμαρτήτῳ, videlicet homini justo. Quamobrem vulgo auctores D ecclesiastici, τὸ ἀναμάρτητος, sumunt pro justo, innocente, et a peccatis libero. Ita Greg. Nyss *De imagine et similitudine*, tom. II, p. 23 ; *De orat. Domine*. hom. 5, p. 756 ; *De perf. Christiani forma* pag. 292 ; S. Ephræm, *De secundo adventu*, Græce, pag. 357 : Οὐδεὶς ἀναμάρτητος, οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου. S. Hieronymus, lib. III *adversus Pelagium*, et Orosius in *Apologetico* adversus eumdem. Auctor *Dialogorum de Trinitate* sub nomine S. Athanasii tom. II, sive III, pag. 487, ἀναμάρτητος, usurpat tanquam maxime diversum ab impeccabilitate. *Non quærimus*, inquit, *utrum angeli sint sine peccato*, εἰ εἰσιν ἄγγελοι ἀναμάρτητοι, *sed utrum peccare possint*, ἀλλ' εἰ δύνανται ἁμαρτῆσαι.

(2) *Indifferenter*, ἀδιαφόρως. Grodecius vertit *obitur :* significat *negligenter*, *incaute*, non curando periculum cui se exponebat, cogitationem in animo

συγγωρεῖ γὰρ κἀκείνοις, ἐπειδὴ εἷς μόνος ἀναμάρτητος, ὁ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν καθαρίζων Ἰησοῦς. Καὶ περὶ μὲν ἐκείνων αὐτάρκως.

ΙΑ'. Εἰ δὲ βούλει, σοὶ περὶ ἡμῶν καὶ ἄλλους τύπους παραστήσω (4)· ἐλθὲ καὶ ἐπὶ τὸν Δαβὶδ τὸν μακάριον, καὶ τύπον αὐτὸν λάβε τῆς μετανοίας. Ἔσφαλη ὁ μέγας· μετὰ κοίτην, τὸ δειλινὸν, περιπατῶν ἐπὶ τοῦ δώματος, εἶδεν ἀδιαφόρως, καὶ ἔπαθέν τι ἀνθρώπινον. Ἐτελέσθη ἡ ἁμαρτία, ἀλλ' οὐ συναπέθανεν ἡ περὶ τὴν ὁμολογίαν τοῦ πταίσματος εὐγνωμοσύνη. Ἦλθεν Ναθὰν ὁ προφήτης, ἔλεγχος ταχὺς, καὶ τοῦ τραύματος ἰατρός. Ὠργίσθη, φησὶν, ὁ Κύριος, καὶ ἥμαρτες (5). Τῷ βασιλεύοντι ὁ ἰδιώτης

cum delectamento versando. Sic supra num. 3 : *Si indifferenter*, ἀδιαφόρως, *pravi desiderii cogitationem admiseris, in animo versata radices in te figet.* Eodem sensu S. Ephræm., Parænes. 36, Græc. edit., p. 307 : Ἐν τῷ ἀδιαφόρῳ ὀφθαλμῷ τυγχάνει ἡ μοιχεία, ἣν ὁ Κύριος διεμαρτύρατο λέγων, ὅτι Πᾶς ὁ ἐμβλέπων γυναῖκα, etc. : In *oculo indifferenti*, incauto, turpem cogitationem non rejiciente, *versatur illud adulterium de quo testatur Dominus aiens : Quisquis inspexerit*, etc. Theodoretus, qui tum alibi diversos auctoris nostri locos ita imitatur ut pene transcribat, tum præsertim Quæst. 24 *in libros Reg.*, pag. 276, hunc locum Cyrilli pene e vestigio sequitur, scribit, εἶδεν ἁπλοϊκῶς, *vidit simpliciter*, et absque malo animo, sed incaute.

(3) *Reprehensor promptus*. Vox ἔλεγχος, non hic *reprehensionem, convictionem* sonat, quæ ejus vulgaris significatio, sed personam reprehendentem ; ut in altero hujus orationis exemplo quod huic subjicimus, legitur paulo post hunc locum : Ἔλεγχος οὐ παρῆν. *Non aderat qui convincere et arguere potuisset.* Eodem sensu sumptum existimo a Cyrillo id vocabulum cat. 15, n. 27, ubi de Christo judicante ait : Ὃς ἐξετάσεως, ἢ ἐλέγχων οὐ χρείαν ἔχει πρὸς κατάγνωσιν· *Qui ad condemnandum inquisitione, aut convincentibus* testibus *opus non habet.* Rara, non tamen inusitata hæc hujus vocis acceptio. Basil. in fine orationis *De fame et sucitate*, pag. 360 : Τῶν βεβιωμένων ἔλεγχος ἀκριβὴς παραστήσεται· *Aderit eorum quæ gessimus accuratissimus reprehensor.* S. Asterius Amesenus, homil. *in Danielem et Susannam*, *Auct.* Combefis., tom. I, p. 95, Danielem appellat senum illorum nequam ἔλεγχον καὶ κριτήν, *reprehensorem et judicem*, et pag. 97, ἔλεγχον κρυπτομένων, *rerum abditarum delectorem.* Metaphrastes, *Vit. S. Ambr.*, n. 1, ait de eo quod esset πράξεως πονηρᾶς ἁπάσης ἀκριβὴς ἔλεγχος, *cujusvis pravæ actionis sedulus censor ac reprehensor.* S. Nilus, lib. III, epist. 33, pag. 311, τῆς ἰδίας κατηγοροῦμεν ζωῆς, μὴ παρόντος ἐλέγχου, *propriam vitam accusamus, nullo qui redarguat præsente.* In psal. LXXII, vers. 14, vox, ἔλεγχος, quæ in Vulgata redditur, *castigatio*, in variis Psalteriis antiquis vertitur, *judex*, *index* vel *vindex.*

(4) Παραστήσω. Ita legimus ex codd. Ottob. et Coisl. In editis habetur, παραστῆσαι, in Roe et Casaub., παραστῆναι, quorum utrumque ferri potest supponendo μέ. Pro σύ ex omnibus memoratis codd. scripsimus, σοί. Roe et Casaub. post, τύπους, adjiciunt, τῆς μετανοίας.

(5) Ὠργίσθη ὁ Κύριος, καὶ ἥμαρτες. Scripturæ non sunt hæc verba, sed ex ejus sensu a Cyrillo collecta. Puto eum respicere verba Isaiæ Deum alloquentis, cap. LXIV, vers. 5 : Ἰδοὺ σὺ ὠργίσθης, καὶ ἡμεῖς ἡμάρτομεν.

ἔλεγεν. Βασιλεὺς ὁ πορφυροφόρος (1) οὐκ ἠγανάκτησεν· οὐ γὰρ προσεῖχε τῷ λαλοῦντι, ἀλλὰ τῷ ἀποστείλαντι. Οὐκ ἐτύφλωσεν αὐτὸν τὸ περιεστὼς τῶν στρατιωτῶν στῖφος· ἐνενόει γὰρ τὸν ἀγγελικὸν τοῦ Κυρίου στρατὸν, καὶ τὸν ἀόρατον ὡς ὁρῶν ἠγωνίασε· καὶ φησι τῷ ἐλθόντι, μᾶλλον δὲ δι' ἐκείνου τῷ ἀποστείλαντι, ἀποκρινάμενος· Ἥμάρτηκα τῷ Κυρίῳ. Βλέπεις τοῦ βασιλέως ταπεινοφροσύνην ; βλέπεις ἐξομολόγησιν ; Μὴ γὰρ ἦν ἐλεγχθεὶς ὑπό τινος ; μὴ πολλοὶ συνήδεισαν τῷ πράγματι ; ὀξέως ἐπράχθη τὸ πρᾶγμα, καὶ ὁ προφήτης εὐθὺς παρῆν (2) κατήγορος, καὶ ὁ πταίσας ὁμολογεῖ τὸ κακόν· καὶ ἐπειδὴ εὐγνωμόνως ὡμολόγησεν, ὀξυτάτην ἔσχε τὴν ἰατρείαν. Ὁ γὰρ ἀπειλήσας προφήτης Ναθὰν, φησὶν εὐθέως· Καὶ Κύριος παρεβίβασε τὴν ἁμαρτίαν σου (3). Βλέπεις ὀξυτάτην Θεοῦ φιλανθρώπου μυταβολήν. Πλήν φησι· Παροξύνων παρώξυνας τοὺς ἐχθροὺς Κυρίου. Πολλοὺς μὲν διὰ τὴν δικαιοσύνην εἶχες ἐχθροὺς, ἀλλ' ἐφρούρει σε ἡ σωφροσύνη· προδοὺς δὲ τὸ μέγιστον ὅπλον, ἑτοίμους ἑστῶτας ἔχεις κατὰ σοῦ τοὺς ἐχθροὺς ἐμαναστάντας. Ὁ μὲν οὖν προφήτης οὕτως αὐτὸν παρεμυθήσατο.

ΙΒ'. Ὁ δὲ μακάριος Δαβὶδ, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἤκουσεν, ὅτι Κύριος παρεβίβασε τὸ ἁμάρτημά σου, οὐκ ἀπέστη τῆς μετανοίας ὁ βασιλεύς· ἀλλὰ περιεβάλλετο μὲν σάκκον ἀντὶ πορφύρας, ἀντὶ δὲ χρυσοκολλήτων θρόνων, ἐπὶ σποδοῦ καὶ γῆς ὁ βασιλεὺς ἐκαθέζετο· καὶ οὐκ ἐπὶ σποδοῦ μόνον ἐκάθητο, ἀλλὰ καὶ σποδὸν εἶλε τὴν βρῶσιν, καθὼς καὶ αὐτός φησιν· Ὅτι σποδὸν ὡσεὶ ἄρτον ἔφαγον (4). Ἐξέτηξε δάκρυσι

A privatus. Rex purpura insignis non indignatus est: non enim ad eum qui loquebatur, sed ad eum a quo mittebatur, attendebat. Non excæcavit eum circumstans militum cohors ; cogitabat enim angelicum Domini exercitum, *et invisibilem tanquam videns* [73] contremiscebat ; ac venienti, seu potius per illum, mittenti [Deo] respondit : *Peccavi Domino* [74]. Cernis demissionem regis, cernis confessionem : nunquid fuerat ab ullo convictus ? num multi fuerant facinoris conscii ? celeriter transacta res, et statim propheta adfuit accusator ; quinque offenderat, peccatum confitetur ; et quia ingenue et bona mente confessus est, ocissime sanatus fuit. Nathan enim propheta qui comminationibus usus fuerat, statim dicit : *Dominus quoque transtulit peccatum tuum* [75]. Vides velocissimam Dei hominum B amantis mutationem. Attamen dicit : *Irritans irritavisti inimicos Domini* [76]. Multos enim propter justitiam hostes habebas, sed custodiebat te castitas. Postquam vero præcipuum hoc præsidium prodidisti, stantes habes hostes paratos, qui adversum te consurgant. Sic igitur illum propheta consolatus est.

XII. At beatus David, tametsi audivisset illud, *Dominus transtulit peccatum tuum ;* non abstinuit tamen a pœnitentia rex licet : verum **28** loco purpuræ saccum induit (5), pro inauratis sedibus (6), in cinere et humi rex sedebat [77] ; nec in cinere sedebat tantum, verum etiam cinere vescebatur, sicut ipse ait : *Quoniam cinerem tanquam panem manducabam* [78]. Oculum nimis cupidum lacrymis confecit :

[73] Hebr. XI, 27. [74] II Reg. XII, 13. [75] ibid. [76] ibid. 14. [77] ibid. 16 : Jon. III, 6. [78] Psal. CI, 10.

(1) Ὁ βασιλεὺς ὁ πορφυροφόρος. Hæc aliter leC guntur in codd. Roe, Ottob. 2 et Casaub. in hunc modum : Ἀλλὰ Δαβὶδ ὁ βασιλεὺς οὐκ ἠγανάκτησεν. *sed rex David non indignatus est :* quam lectionem secutus est Grodecius. Pro, ἐτύφλωσεν, *non excæcavit*, legitur in Coislin. et Ottob., ἐτύφωσεν, *non inflavit*. Utraque lectio probabilis, ne priorem mutaremus suasere sequentia, quibus Davidem ait sibi per fidem Deum præsentem repræsentasse ac vidisse.

(2) Ὁ προφήτης εὐθὺς παρῆν. Non statim sed ferme post annum, nimirum nato jam Davidi ex adulterio filio, Nathan ad eum redarguendi causa missus est. Quamobrem vide an non præferenda sit codicis Coisliniani lectio ita se habens : Ὀξέως ἐπράχθη τὸ πρᾶγμα, οὐ προφήτης παρῆν, ἔλεγχος οὐ παρῆν, κἀκεῖνος ὁμολογεῖ τὸ κακόν· *Cito peracta res erat : propheta non interfuerat, non ullus qui convinceret. Ille tamen peccatum confitetur.*

(3) Τὴν ἁμαρτίαν σου. Ita editi et Coisl. At codd. Roe, Casaub. et Ottob. 2 habent in Biblia, τὸ ἁμάD rτημά σου, quod etiam legit Cyrillus inferius n. 22. Paulo post, ubi Cyrillus legit, Παροξύνων παρώξυνας τοὺς ἐχθροὺς Κυρίου, LXX Rom. edit. habent, Παροργίζων παρώργισας τοὺς ἐχθρ. Κυρ. At cum Cyrillo consentit cod. Alexandrinus LXX Interpretum et Aldina editio ; nisi quod pro, ἐχθροὺς Κυρίου, hæc habet, ἐχθρούς σου, *inimicos tuos*. Lectio quam secutus est Cyrillus, est Aquilæ interpretis.

(4) Ἔφαγον. Additur in codd. Roe, et Casaub. ac versione Grodecii reliqua pars prophetici versiculi: Καὶ τὸ πόμα μου μετὰ κλαυθμοῦ ἐκίρνων· *Et potum meum cum fletu miscebam.*

(5) *Saccum induit.* Davidem peccati sui pœnitentem sacco se induisse, non ait diserte Scriptura, quæ eum tantum, finito septem dierum, quem avertendæ filii sui mortis causa susceperat, luctu, vestimenta mutasse refert : qua ex re, et Judæorum sacco se in pœnitentia consternentium usu, optime colligere potuit Cyrillus sacco, dum pœnitentiam egit, usum esse sanctum regem, qui alioqui psal. XXIX, vers. 12, Deum ait saccum suum conscidisse. Eum quoque in cinere sedisse Scriptura non loquitur : sed ipse in loco mox adducto testatur *cinerem*, ex capillis quibus sine dubio aspersus erat decidentem *tanquam panem*, manducasse. Cyrillus quæ de Ninivitarum rege dicuntur Jonæ III, 6, ad Davidem transtulisse videtur. Alioqui pœnitentes et luctu mœrentes Hebræos, sacco indutos in cinere sedisse, sparsa ubique in Scripturis testimonia fidem faciunt.

(6) *Inauratis thronis.* Ita vertimus vocem, χρυσοκολλήτων, quam Cyrillus sæpe adhibet : sic cat. 12, num. 10, vocat currus regum triumphales : et epistola ad Constantium num. 1, coronas gemmis distinctas quæ imperatoribus deferri solebant pro muD nere ; et cat. 14, num. 14, ecclesiam Resurrectionis argento inductam et inauratam dicit ἀργυρένδυτον καὶ χρυσοκόλλητον· cujus lacunar, Eusebio referente lib. III *Vit. Constant.*, cap. 36, totum auro purissimo coopertum erat. Χρυσοκόλλητος significat id quod auro agglutinatum est, vel cui aurum agglutinatum. In citatis Cyrilli locis designari putem id quod inauratum est non laminis aureis, quod diceret forte χρυσένδυτον, sed auro vel liquabili vel in lamellas tenuissimas fixo Greg. Nyss., hom. 3 *in Ecclesiasten*, pag. 399, divitum in ædificiis sumptum et luxuriam describens, ait aurum in tenues aereæque subtilitatis lamellas extensum cælaturis eburneis illini, argentumque clavis affigi.

Lavabo, inquiens, *per singulas noctes lectum meum : in lacrymis meis stratum meum rigabo* [79]. Cum principes illum ad manducandum panem hortarentur, non acquievit, jejuniumque in septimum omnino diem produxit [80]. Si rex ita confitebatur, tu qui privatus es, non debes confiteri? Post Absalomi rebellionem, cum multæ illi paterent ad fugam viæ, per Olivarum montem fugere elegit [81], quasi mente invocans Liberatorem, qui isthinc in cœlos erat ascensurus ; et cum Semei acerbis illum figeret maledictis : *Sinite*, inquit, *illum* [82] ; sciebat enim quod ei qui remittit, remittetur.

XIII. Vides pulchrum esse confiteri. Cernis esse pœnitentibus salutem. Etiam Salomon (1) ceciderat [83] : sed quid ait? *Postea ego pœnitentiam egi* [84]. Achab quoque rex Samariæ erat nequissimus idolorum cultor, excellenti improbitate, ille prophetarum interemptor, alienus pietatis, agrorum et vinearum alienarum appetitor [85]. Verum quando Nabuthæum per Jesabelem interemit, cum venisset Elias propheta ac solummodo minas intentasset, discidit vestimenta sua, et induit saccum [86]. Quid vero dicit misericors Deus ad Eliam? *Vidisti quomodo compunctus est Achab a facie mea* [87]? quasi fervidum prophetæ ingenium, ut ad pœnitentem se ultro inclinaret, flectere laborans. *Non enim*, inquit, *inducam malum in diebus ejus* [88]. Et quamvis ille post veniam non erat ab **29** improbitate recessurus, absolute tamen remittit, non inscius futuri, sed præsenti pœnitentiæ momento consentaneam tribuens remissionem. Justi enim judicis est accommodatam unicuique facto sententiam pronuntiare.

A τὸν ἐπιθυμητὴν ὀφθαλμὸν, Λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου, λέγων· ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου (2) βρέξω. Ἀρχόντων παρακαλούντων φαγεῖν ἄρτον, οὐκ ἐπείθετο. Εἰς ἑβδόμην ὁλόκληρον ἡμέραν παρέτεινε τὴν νηστείαν. Εἰ βασιλεὺς οὕτως ἐξωμολογεῖτο, σὺ ὁ ἰδιώτης οὐκ ὀφείλεις ἐξομολογήσασθαι ; Καὶ μετὰ τὴν τοῦ Ἀβεσσαλὼμ ἐπανάστασιν, πολλῶν οὐσῶν ὁδῶν αὐτῷ τῆς φυγῆς, διὰ τοῦ ὄρους τῶν Ἐλαιῶν φεύγειν εἵλετο (3), μονονουχὶ τῇ διανοίᾳ τὸν ἀναβησόμενον εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἐκεῖθεν Λυτρωτὴν (4) ἐπικαλούμενος· καὶ καταρωμένου πικρῶς αὐτὸν τοῦ Σεμεΐ, λέγει· Καὶ ἄρετε αὐτόν· ἤδει γὰρ, ὅτι τῷ ἀφιέντι ἀφεθήσεται.

ΙΓ'. Βλέπεις, ὅτι καλὸν τὸ ἐξομολογήσασθαι· βλέπεις, ὅτι τοῖς μετανοοῦσίν ἐστι σωτηρία. Καὶ Σολομὼν ἐκπέπτωκεν· ἀλλὰ τίφησιν : Ὕστερον ἐγὼ μετενόησα. Καὶ ὁ Ἀχαὰβ (5) ὁ τῆς Σαμαρείας βασιλεὺς γέγονε παρανομώτατος εἰδωλολάτρης, ἐξαίσιος, ὁ προφητοκτόνος, ὁ ἀλλότριος τῆς εὐσεβείας, ἀγρῶν ἐπιθυμητὴς καὶ ἀμπελώνων ἀλλοτρίων· ἀλλ' ὅτε τὸν Ναβουθαὶ διὰ τῆς Ἰεσαβὲλ ἀπέκτεινεν, ἐλθόντος Ἠλίου τοῦ προφήτου καὶ μόνον ἐπαπειλήσαντος, διέρρηξε τὰ ἱμάτια (6), καὶ περιεβάλετο σάκκον. Καὶ τί φησιν ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς πρὸς τὸν Ἠλίαν ; Ἑώρακας πῶς κατενύγη Ἀχαὰβ ἀπὸ προσώπου μου ; μονονουχὶ πείθων τὸ διάπυρον τοῦ προφήτου, συγκαταβῆναι τῷ μετανοοῦντι· Οὐκ ἐπάξω γὰρ, φησὶ, τὴν κακίαν ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ. Καὶ ὅμως, μέλλοντος αὐτοῦ μετὰ τὴν συγχώρησιν οὐκ ἀφίστασθαι τῆς πονηρίας, συγχωρεῖ ὁ συγχωρῶν· οὐκ ἀγνοῶν τὸ μέλλον, ἀλλὰ τῷ παρόντι τῆς μετανοίας καιρῷ κατάλληλον, τὴν συγχώρησιν δωρούμενος. Δικαίου γὰρ δικαστοῦ ἐστι, πρὸς ἕκαστον τῶν γεγενημένων (7) προσφόρως ἀποκρίνασθαι.

[79] Psal. VI, 7. [80] II Reg. XII, 17-20. [81] II Reg. XV, 23. [82] II Reg. XVI, 11. [83] III Reg. XI, 4. [84] Prov. XXIV, 32, sec. LXX. [85] III Reg. XX, XXI. [86] III Reg. XXI, 17, 27. [87] ibid. 29. [88] ibid.

(1) *Salomon ceciderat*, etc. Dissidentes esse de pœnitentia et salute Salomonis Patrum sententias, jam a multis observatum. Communior est quæ Salomonem damnat ; haud tamen altera quam sequitur Cyrillus contemnenda. Hebræos habuit auctores, qui teste Hieronymo in Ecclesiastæ cap. I, vers 12, librum hunc a pœnitente Salomone elaboratum volunt ; neque huic sententiæ probabilitas deest. Patres non ignobiles multi Salomoni favorabilia senserunt. Habemus in primis S. Hilarium, *in psal.* LII, n. 12 ; Ambros. apolog. I David., cap. 3, n. 13, p. 680 ; Hieronym. ep. vet. ed. 9, novæ 85, p. 667, init. ; Bacchiarium epist. ad Januar. Bib. PP. Lugd. t. VI, p. 1177, cujus hic de Salomone locus a Fulberto Carnutensi recitatur epist. 80 et 81 Biblioth. præfatæ tom. XVI, p. 23. His accensere possumus Tychonium Donatistam libro *De Regulis*. etc. Regul. IV Bib. PP. tom. VI, p. 57. At dissimulare non possumus plumbeum prorsus et imbecille argumentum esse Cyrilli, quo Salomonis pœnitentiam comprobare nititur. Nam locus Proverbiorum libri, qui a Salomone ante casum indubie scriptus est, alienus prorsus est hujus loci ; nec significat auctoris pœnitentiam. Loquitur in persona hominis, qui conspecto pigri hominis agro urticis oppleto, eo exemplo se ad laborem strenue capessendum adhortatur, ut ignaviæ et egestatis dedecus effugiat.

(2) Στρωμνην μου. Pronomen μοῦ ex codd. Roe, Casaub. et sacr. Text. reposui.

(3) Εἵλετο. Recte id reposuit Oxoniensis editionis auctor ex codd. Roe et Casaub. cum in præcedentibus editionibus haberetur, ἤλατο, quod significat *saliit*. Factum vitio scriptorum ex εἵλατο, quod legitur in codd. Roe, Casaub. et Ottob. 2.

(4) Λυτρωτήν. Editi, τὸν Λυτρωτήν. Articulum, auctoritate codd. Roe et Casaub. erasimus. Post, ἐπικαλούμενος, sequuntur hæc verba in utroque codice : ἀλλὰ καὶ ἀεὶ ἀρωγὸν αὐτὸν τῆσδε τῆς ζωῆς ἔχων, *sed et illum semper hujus vitæ adjutorem habens*. Reliqua autem sic repræsentantur : Καὶ καταρωμένου αὐτὸν πικρῶς τοῦ Σεμεΐ, ἀνεχόμενος ἦν, πρὸς τοὺς οἰκείους λέγων· Ἄφετε αὐτόν. *Cumque illi acerbe malediceret Semei, perferebat, domesticis aiens, Sinite illum.*

(5) Ἀχαάβ. Ita scripsimus ex codd. Coisl., Roe, Casaub. et sacr. textu. Editi, Ἀχαάβ. Similiter inferius ex cod. Coisl. legimus, Ναβουθαΐ, sicut in Scriptura et Patribus ; pro eo quod editi et alii mss. habent. Ναβουθέ, factum ex familiari in mss. commutatione diphthongi αι in ε, ob vicinitatem soni in vitiosa recentiorum pronuntiatione.

(6) Διέρρηξε τὰ ἱμάτια, etc. Horum duorum membrorum ordinem in editis inversum restitui et codd. Ottob 2, Roe, Casaub. et vers. Grodecii : cum prius sit vestimenta discindere, quam eorum loco saccum induere : quem revera ordinem servavit Achab. Paulo inferius, loco πῶς κατενύγη, Roe, ὅπως κατενύγη. In LXX habetur ὡς p. πῶς, vel ὅπῶς. In codd. Roe et Casaub. post, μετανοοῦντι, additur, ἀλλὰ καὶ ἀκοῦσαι, *verum ut audiret*, ac desunt verba, γὰρ, φησί.

(7) Γεγεννημένων. Codd. Coisl., Roe et Casaub. melius, γεγενημένων, verum Cyrillus ambo verba promiscue usurpat.

ΙΔ'. Πάλιν Ἱεροβοὰμ εἱστήκει (1) θύων τοῖς εἰδώ- A λοις ἐπὶ τῷ βωμῷ· ξηρὰ γέγονεν αὐτοῦ ἡ χεὶρ, ἐπειδὴ ἐκέλευσε συλληφθῆναι τὸν ἐλέγχοντα προφήτην· ἀλλὰ τῇ πείρᾳ γνοὺς τὴν ἐνέργειαν τοῦ παρόντος, λέγει· Δεήθητι (2) τοῦ προσώπου Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου· καὶ διὰ τοῦτο τὸ ῥῆμα πάλιν ἀποκατέστη ἡ χεὶρ αὐτοῦ. Εἰ τὸν Ἱεροβοὰμ ἰάσατο ὁ προφήτης, σὲ Χριστὸς ἄρα οὐ δύναται τῶν ἁμαρτιῶν ἰασάμενος ἐλευθερῶσαι ; Γέγονε καὶ Μανάσσῆς παρανομώτατος, ὁ τὸν Ἡσαΐαν πρίσας καὶ ἐν πάντοίαις εἰδωλολατρείαις μιανθείς, καὶ πλήσας αἱμάτων ἀθώων τὴν Ἱερουσαλήμ· ἀλλὰ αἰχμάλωτος ἀχθεὶς εἰς Βαβυλῶνα τῇ πείρᾳ τῶν κακῶν εἰς μετανοίας ἰατρείαν συνεχρήσατο· λέγει γὰρ ἡ Γραφὴ, ὅτι Ἐταπειτώθη Μανασσῆς ἐνώπιον Κυρίου, καὶ προσηνέξατο, καὶ εἰσήκουσε Κύριος, καὶ ἐπανήγαγεν αὐτὸν εἰς τὴν βα- B σιλείαν αὐτοῦ. εἰ ὁ τὸν προφήτην πρίσας, διὰ μετανοίας ἐσώθη· σύ δὲ, μηδὲν τοσοῦτον ἐργασάμενος, οὐ σωθήσῃ ;

ΙΕ'. Βλέπε μὴ τῇ δυνάμει τῆς μετανοίας μάτην ἀπιστήσῃς. Βούλει γνῶσαι πόσον ἰσχύει μετάνοια ; θέλεις γνῶσαι τὸ καρτερὸν τῆς σωτηρίας ὅπλον, καὶ μαθεῖν πόσον ἐξομολόγησις ἰσχύει ; Ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδας ἐχθρῶν Ἐζεκίας δι' ἐξομολογήσεως ἐτρέψατο· μέγα μὲν ἀληθῶς καὶ τοῦτο, ἀλλὰ ἔτι μικρὸν πρὸς τὸ ῥηθησόμενον. Ἀπόφασιν θείαν ἐξενεχθεῖσαν ἀνεκαλέσατο (3) διὰ μετανοίας ὁ αὐτός. Νοσήσαντι γὰρ αὐτῷ φησὶν ὁ Ἡσαΐας· Τάξαι περὶ τοῦ οἴκου σου· ἀποθνήσκεις γὰρ σὺ, καὶ οὐ ζήσῃ. Ποία λοιπὸν προσδοκία ; ποία ἐλτεὶς εἰς σωτηρίαν, τοῦ προφήτου λέγοντος, Ἀποθνήσκεις γὰρ σὺ ; Ἀλλ' οὐκ ἀπέστη τῆς μετανοίας Ἐζεκίας· μεμνημένος δὲ τοῦ γεγραμμένου, Ὅταν ἀποστραφεὶς στενάξῃς (4), τότε σωθήσῃ, ἀπεστράφη C

XIV. Rursus Jeroboam stabat sacrificans idolis super aram : arida facta est manus ejus, quoniam redarguentem se prophetam comprehendi jussisset; sed præsentis hominis potestatem experimento sui comprobans dicit : *Deprecare faciem Domini Dei tui* [89] ; et propter hoc verbum manus illius in integrum restituta est. Si Jeroboam sanavit propheta, non poterit te Christus a peccatis sanando liberare ? Fuit et Manasses consceleratissimus, is qui Isaiam dissecuit, et in omni genere idololatriæ contaminatus, innocentium cædibus Hierosolymam opplevit [90] : sed captivus in Babylonem adductus, experientia malorum ad pœnitentiæ medicinam usus est. Dicit enim Scriptura, quod *humiliatus est* Manasses *coram Domino, et oravit, et exaudivit eum Dominus, et reduxit illum in regnum ejus* [91]. Si is qui prophetam dissecuerat (5), per pœnitentiam salvus factus est ; tu qui nihil tam grave admisisti, non servaberis ?

XV. Cave ne pœnitentiæ vi sine causa diffidas. Vin' cognoscere, quantum possit pœnitentia ? vin' robustissimum hoc salutis telum pernoscere, et quantum valeat confessio, addiscere ? Centum octoginta quinque hostium millia Ezechias per confessionem confecit [92] ; magnum quidem id revera ; sed, ejus quod modo dicetur comparatione, exiguum. Idem divinam sententiam jam latam pœnitentia revocavit. Ægrotanti enim illi dixerat Isaias : *Dispone domui tuæ ; morieris enim tu, et non vives* [93] : quæ jam reliqua exspectatio ? quæ spes salutis dicente propheta, *Morieris enim tu ?* sed non revocatus est a pœnitentia Ezechias, memor hujus quod scriptum est : *Cum aversus ingemueris, tunc salvaberis* [94] : avertit se ad parietem : mentemque

[89] III Reg. XIII, 6. [90] IV Reg. XXI. 16. [91] II Par. XXXIII. 12, 13. [92] IV Reg. XIX, 35. [93] IV Reg. XX, 1 ; Isa. XXXVIII, 1. [94] Isa. XXX, 15.

(1) Εἱστήκει. Emendatum in edit. Oxoniensi quod prius habebatur, typographorum forte incuria, εἰσήκει. Emendatio sumpta ex codd. Roe, Casaub. quibus suffragantur Ottob. et Coislin. in quo tamen habetur, ἱστήκει.

(2) Δεήθητι, etc. In codd. Roe et Casaub. habetur simpliciter : Δεήθητι τοῦ Κυρίου ὑπὲρ ἐμοῦ· *Roga Dominum pro me.*

(3) Ἀνεκαλέσατο. Ita restituimus ex codd. Roe et Casaub. Editi habent, ἐξεκαλέσατο. Coisl., ἔλυσε, *dissolvit.*

(4) Ἀποστραφεὶς στενάξῃς. Editi, ἐπιστραφεὶς στενάζῃ. Scripsimus, ἀποστραφεὶς ut habetur in D Bibliis, ex cod. Coisl. quamvis ibi corrupte legatur, ἀποστραφῇς. Legendum ἀποστραφεὶς, suadet Cyrillus ipse, qui bis in hoc loco ad eum textum alludens, dicit de Ezechia : ἀπεστράφη εἰς τὸν τοῖχον, et inferius ad auditorem : ἀπόστρεψον καὶ στέναξον. Cæterum, ἐπιστραφεὶς, a nonnullis quoque Patribus in hoc loco lectum est : ut a Greg. Naz. orat. 17, etc. Alii legerunt, ἀναστραφεὶς, ut Theodoretus in hunc Isaiæ locum ; alii, στραφεὶς, ut auctor commentarii *in ps.* XXX, vers. 22, Caten. Gr. Corder, *in Psal.* p. 533. Cæteri vero passim, ἀποστραφεὶς, ut S. Nihil., lib. II, ep. 237 ; S. Cronius, *in Apophtegm. PP.* num. 2 ; Cotel., *Monum. Eccl. Gr.*, tom. I, pag. 514, et alii. Scripsimus, στενάξῃς, loco στενάξῃ, ex omnibus codd. Cyrilli, Ottob., Coisl., Roe, Casaub. et sacro textu : quamvis in cod. Alex. LXX Interpret. legatur, στενάξῃ. In vulgata paulo aliter habetur hic versiculus *Si revertamini et quiescatis, salvi eritis.* Loco, εἰς τὸν τοῖχον quod in editis et Coislin. codd. legitur, codd. Roe et Casaub habent, πρὸς τὸν τοῖχον, ut in Bibliis tam apud lib. IV Reg. quam apud Isasam.

(5) *Qui prophetam dissecuerat.* Isaiam dissectum repetit cat. 13, n. 6. Communis ea veterum Patrum sententia fuit, quæ firmari videtur eo Pauli oraculo, quo Hebr. VI, vers. 37, veterum justorum mortes referens, de quibusdam ait quod *secti sint:* id quod de nullo nominatim Scriptura testatur ; Patres vero ex Hebræorum traditione ad Isaiam referunt. Justinus martyr in *Dialogo cum Tryphone*, pag. 349, mortem Isaiæ lignea ferrea dissecti ait contentam fuisse in veteribus Scripturis, quas abolevissent Judæi, ἀφανῆ ἐπεποιήκεισαν Hoc in Judaicis traditionibus ferri testis est Origenes epist. ad Africanum p. 232, et homil. 1 *in Isaiam*, p. 625 ; id etiam *in apocrypho quodam Isaia* suis temporibus lectum fuisse significat, *in Matth.*, edit. Huet. p. 225. Illi autem de Isaiæ morte narrationi multa cum veris falsa aut admodum suspecta admista esse, probant non solum ea quæ in pseudepigraphis Epiphanii et Dorothei de vitis prophetarum libris commemorantur ; verum ea quoque quæ a merito suscipiendis auctoribus referuntur, ut Hilario

a lecto in cœlum intendens (neque enim parietum crassitudo preces devota mente sursum emissas moratur), ait *Domine, memento mei* [95] : **30** sufficit enim ad sanitatem mihi, si tu mei memineris, non temporibus subjaces, sed ipse es vitæ legislator, neque enim secundum genituram atque siderum complexionem, ut nonnulli delirant, vitæ nostræ stat ratio ; sed tu et vitam, et tempus vitæ tanquam legislator pro voluntate moderaris. Cujus itaque propter prophetæ denuntiationem, desperata vita erat ; illi annorum quindecim tempus ad vitam prorogatum, sole signi gratia retrogresso [96]. Jam vero sol propter Ezechiam remeavit : at idem propter Christum defecit, non retrocedens sed deliquium passus [97], ea re quid inter utrumque, Ezechiam dico et Jesum interesset, demonstrans. Et ille quidem potuit Dei solvere sententiam : Jesus autem peccatorum dimissionem dare non poterit ? Avertere, et tibi ipsi ingemisce [98] ; fores claude, et ora ut tibi remittatur [99], ut urentes a te flammas disjiciat [Deus [1]] ; potest enim confessio ignem exstinguere, potest et leones cicurare [2].

XVI. Quod si non credis, recogita qui acciderit Ananiæ et sociis ; cujusmodi effuderunt fontes ? quot aquæ sextarii (1) flammam ad quadraginta novem cubitos exsurgentem exstinguere sufficiebant ? Sed ubi modicum exsuperavit flamma, ibi fluvii instar effusa fides est : illicque pro malorum remedio dicebant : *Justus es, Domine, in omnibus quæ fecisti nobis : peccavimus enim et inique egimus* [3]. Ac pœnitentia flammas dissolvit. Si diffidis posse pœnitentiam gehennæ ignem restinguere, ea quæ Ananiæ et sociis contigere te doceant. Sed dilib. v *De Trin.*, num. 33 ; Ambros., *in psal.* CXVIII, serm. 12, n. 32.

(1) *Quot aquæ sextarii*, πόσοι ξέσται. Quid sit ξέστης, seu *sextarius*, describit auctor scripti *De mensuris et ponderibus*, etc., ex Reg. cod. 3284, editus ann. 1688 a nostro D. Bern. de Montfaucon inter *Analecta Græca* p. 394, aiens sextarium Græcum libras duas continere, Italicum vero libram unam cum dimidio. Si idem Cyrilli temporibus sextarii valor erat, locutus fuerit de vase circiter 24 e nostris uncias continente.

(2) Μνήσθητί μου. Pronomem non habetur in Bibliis, orat enim Ezechias Deum ut suorum benefactorum recordetur. Id itaque ex sensu et compendii causa supplevit Cyrillus.

(3) Ζῶμεν. Id verbum, ne suspensa hæreat phrasis, necessarium, adjecimus ex mss. Roe, Casauh., Coisl. Paulo post, ubi legitur ᾧ τὸ ζῆν, emendatio est ab editione anni 1631 profecta, quam comprobant mss. Coisl., Ottob., Roe, Cas. Scripserat Prevotius. ὡς, pro ᾧ.

(4) Ὑπέστρεψεν. Sic emendamus ex codd. Roe, Ottob. 2, Casaub., Coislin, et Cyrillo ipso cat. 12, num. 22, σημεῖον, τὸ, ἥλιον ὑποστρέψαι. In impressis habetur, ἐπέτρεψεν mendose, forsitan pro ἔπέστρεψεν, quod legitur hic IV Reg. xx, 9, non de sole, sed de umbra : sed solem retrogressum narrat Isaias XXXVIII, 8 et auctor Ecclesiastici. Ottob. 1 habet, ἀνάτρεψαι, pro ἀνέστρεψε, quos verbum exhibet Complut. ed. LXX.

(5) Καὶ ὁ μὲν ἴσχυσεν, etc. Totus hic locus ita legitur in codd. Roe et Casaub. : Καὶ Ἐζεκίας μὲν ἴσχυσεν ἀπόφασιν θανατηφόρον λῦσαι· Ἰησοῦς (Deest Ἰησοῦς in Casaub.) ἄρα οὐχὶ ἱκανὸς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν παρέχειν ; Ἀλλὰ ἀποστράφητι (leg. ἀποστράφηθι) καὶ στέναξον καὶ αὐτός. Ἀπόκλεισον τὴν θυραν, καὶ πρόσευξαι τῷ τὰ κρύφια καθορῶντι, ἵνα σου περιέλῃ τὰς ἑτοίμαζομένας τοῦ πυρὸς μάστιγας « Ac « potuit quidem Ezechias sententiam mortem infe- « rentem dissolvere : Jesus autem non erit idoneus « qui remissionem peccatorum largiatur ? Verum « avertere et ingemisce tu quoque, januam occlude « (*Matth.* VI, 6) : et eum qui abscondita videt com- « precare, ut parata tibi ignis flagella dimovent. » In iisdem codd. desunt verba, ἰσχύει καὶ λέοντας ἡμερῶσαι. Desinit hic magna diversitas codicis Coisliniani ab editis : contra incipiunt codd. Roe et Casaub, insigniter diversi esse.

(6) Ἀνερχομένην. Hanc vocem adjicimus ex codd. Roe et Casaub. Aliquanto post, loco vocis, ὀλίγον, habent iidem codices, μεγάλως. Vulgata lectio majorem emphasim continet, modicam ac nullius fere pretii flammæ ad 49 cubitos ascendentis altitudinem esse significans, præ fidei trium puerorum magnitudine.

(7) Οἷς ἐποίησας ἡμῖν. Convenit Cyrillus cum Alexandrino cod. LXX, sed in impressis Bibliis deest vox, ἡμῖν pro, ἡμάρτομεν γάρ, Biblia, ὅτι ἡμάρτομεν. Coisl. et Ottob. 2 pro ἠνομήσαμεν, habet, ἠδικήσαμεν. In codd. Roe et Casaub. legitur utrumque.

[95] Isa. XXXVIII, 3. [96] ibid. 8. [97] Eccli. XLVIII, 26. [98] Isa. XXX, 15. [99] Matth. VI, 6. [1] Dan. III, 50 [2] Dan. VI, 22. [3] Dan. III, 27-29.

τῶν ὀξέως ἀκροωμένων (1)· Ἐκείνους ὁ Θεὸς δικαίως ἐῤῥύσατο τότε· διὰ τὸ μὴ θελῆσαι εἰδωλολατρῆσαι, ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς τὴν δύναμιν. Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο παρέστη, ἔρχομαι λοιπὸν ἐφ' ἕτερον τύπον μετανοίας.

A xerit aliquis acutus auditor: Illos tunc Deus juste liberavit: quia noluerunt idolo cultum deferre, dedit illis Deus vim et potestatem. Quoniam vero ita fuit, venio deinceps ad aliud exemplum pœnitentiæ.

ΙΖ'. Τίνα (2) ὑπόνοιαν ἔχεις περὶ Ναβουχοδονόσορ; Οὐκ ἤκουσας ἀπὸ τῶν Γραφῶν, ὅτι αἱμοβόρος, ἀγριώδης, λεοντώδη τὴν προαίρεσιν ἔχων; οὐκ ἤκουσας ὅτι, τὰ ὀστέα τῶν βασιλέων ἐκ τῶν τάφων (3) ἐξήνεγκεν εἰς τὸ φῶς; οὐκ ἤκουσας, ὅτι τὸν λαὸν ἐξηχμαλώτευσεν; οὐκ ἤκουσας, ὅτι τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ βασιλέως ἐξετύφλωσε, προϊδόντος τὰ τέκνα ἐσφαγμένα; οὐκ ἤκουσας, ὅτι τὰ χερουβὶμ συνέτριψεν; οὐ λέγω τὰ νοητά, ἄπαγε! μὴ τοῦτο ὑπολάβῃς, ἄνθρωπε, ἀλλὰ τὰ γλυπτὰ, ἀλλὰ τὸ ἱλαστήριον, οὗ ἀιὰ μέσου ἐλάλει ὁ Θεὸς φωνῇ. Τὸ καταπέτασμα τῆς ἁγιωσύνης κατεπάτησε· τὸ θυμιατήριον λαβὼν, ἐπὶ εἰδωλεῖον ἀπήνεγκε· πάντα τὰ προσφερόμενα περιεῖλε· τὸν ναὸν ἐκ θεμελίων ἐνεπύρισε. Πόσων τιμωριῶν ἄξιος ἦν, ἐπὶ τῷ ἀνελεῖν βασιλέας, ἐπὶ τῷ ἐμπρῆσαι τὰ ἅγια, ἐπὶ τῷ αἰχμαλωτίσαι τὸν λαὸν, ἐπὶ τῷ τὰ ἱερὰ σκεύη ἔνδον εἰδώλων θέσθαι; ἆρ' οὖν οὐκ ἦν θανάτων μυρίων ἄξιος;

B

XVII. Quam de Nabuchodonosore sententiam habes? nonne audivisti ex Scripturis quod sanguinarius erat, ferus homo, et leoninam mentem habens? non audivisti illum ossa regum ex sepulcris sub æthere abjecisse [4]? 31 populum captivum abduxisse? Regis oculos prius jugulatorum filiorum spectaculo pastos excæcasse [5]? Cherubim illum contrivisse (4)? non illa dico cherubim quæ sola mente conspiciuntur; absit, ne id tibi, o homo, in mentem veniat! sed illa cherubim sculpta [6]; sed propitiatorium, cujus e medio vocem edebat Deus [7]. Velum sanctificationis conculcavit: thuribulum sumens ad idolorum delubrum transtulit [8]: omnia quæ offerebantur deturbavit; templum a fundamentis exussit. Quantas ille commeruerat pœnas, propter reges interemptos, ob sancta succensa: quod populum in servitutem abegisset, quod vasa sacra in idolorum templis collocavisset? nunquid non mortes mille pati dignus erat?

[4] Jer. VIII, 1; Baruch II, 24, 25. [5] IV Reg. XXV, 7. [6] Exod. XXV, 17, 18. [7] ibid. 22. [8] Dan. I, 2.

(1) Ὀξέως ἀκροωμένων. Codd. Roe et Casaub., ὀξέως ἀποκρινομένων. *Qui acute respondent*. Probabilior prima fronte videtur lectio, vix enim *acute audire* reperias pro *ita argutum esse, ut ad omnia quæ dicantur respondere paratus sis*. At eadem loquendi ratione iterum utitur Cyrillus catech 13, num. 14, omnium librorum consensu. Paulo post, pro δικαίους, quod in editis legebatur, reposuimus, δικαίως, *juste*, ex cod. Coislin. ita nobis sensus postulare visus est.

C

(2) Τίνα γὰρ ὑπόνοιαν, etc. Hæc et sequentia verba usque ad τὸ καταπέτασμα excl. citantur a concilio Nicæno II, Œcumen. VII, actione 5, pag. 438, sed cum nonnulla varietate, ut habentur in altero hujus catechesis exemplo ex codd. Roe et Casaub. Hoc loco utuntur Patres ad comprobandum in Ecclesia Christi, angelorum et sanctorum imaginum usum: cum divinum de nullis sculptilibus faciendis præceptum non obstaret, quin effictæ essent a Moyse cherubinorum sculptæ imagines.

(3) Τῶν βασιλέων ἐκ τῶν τάφων. Editi, τὰ ὀστέα τῶν τάφων τῶν βασιλέων. Nostra est codicis Coisliniani lectio. Roe et Casaub., τὰ ὀστέα ἐκ τῶν βασιλέων τῶν τάφων, quod secutus est Grodecius vertendo, *ossa ex sepulcris regnum ejecisse*. Melior et textui Scripturarum convenientior lectio quam secuti sumus.

D

(4) *Cherubim contrivisse*. Erant in templo Salomonis cum a Nabuchodonosore eversum est, geminæ duorum cherubinorum species: nam præter ea cherubim quæ Moyses super arcæ propitiatorium collocarat, Exodi XXXVII, 7, 8 et 9. duo alia Salomon in oraculo templi pone arcam e lignis olivarum sculpta decem cubitorum altitudinis, poni præceperat. Hæc a Nabuchodonosore contrita existimari par est, ut aurum quo tegebantur, auferret. At Cyrillum de prioribus cherubinis verba facere, probant ea quæ sequuntur de propitiatorio, ex cujus medio Deus ad Moysen loquebatur. Verum est gravissimum in ea sententia incommodum: nam impositi erant propitiatorio cherubini, et propitiatorium arcæ erat pro operculo. Arcam vero Nabuchodonosoreæ populationi subtractam a Jeremia fuisse, fidem facit epistola Judæorum Hierosolymitanorum ad Judæos Ægyptios, id ex descriptionibus Jeremiæ prophetæ referens libro secundo Machabæorum cap. II, 1 et seqq. Non utebatur Cyrillus Machabæorum libris pro canonicis; haud tamen dubito quin illis reverentiam habuerit, et quamvis nullibi citet, si tamen se dedisset occasio, citaturus fuerit. Non omnia semper attendimus; alioqui videre potuerat Cyrillus in libro XXX Esdræ, quem pro canonico illum agnovisse probabile est, arcam fuisse a Nabuchodonosore direptam. Sic enim habetur c. I, 54: Καὶ πάντα τὰ ἱερὰ σκεύη τοῦ Κυρίου τὰ μεγάλα καὶ τὰ μικρὰ, καὶ τὰς κιβωτοὺς τοῦ Κυρίου ἀναλαβόντες, ἀπήνεγκαν εἰς Βαβυλῶνα. *Et omnia vasa Domini magna et parva, et arcas Domini auferentes abduxerunt in Babylonem*; loco τὰς κιβωτούς est in ed. Aldina, et codice Alex., τὰ σκεύη κιβωτοῦ, *vasa seu instrumenta arcæ*. At in nostro Latino exemplari illud prætermittitur. Disertius vero in lib. IV Esd., c. X, 22, *Arca testamenti nostri direpta est*. Arcam direptam fuisse senserunt multi e Patribus. Isidorus Pelusiota lib. I, ep. 73, p. 23: Τῆς ἁγίας κιβωτοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ἐξέδοτο ταύτην τοῖς ἀλλοφύλοις σὺν ἱερεῦσιν αὐτοῖς ἀνομήσασι· καὶ πόλιν ἁγιάσματος, καὶ χερουβὶμ δόξης, καὶ στολὴν, καὶ προφητείαν, καὶ χρῖσμα, καὶ δήλωσιν εἰς καταπάτημα καὶ μιασμὸν ἀπέδοτο ἔθνεσιν· « Sancta arca minime pepercit, verum eam una cum « ipsis sacerdotibus qui deliquerant, Barbaris de- « didit: et urbem sanctificationis, et cherubim glo- « riæ, et stolam et prophetiam, et unctionem, et « Urim in conculcationem et contaminationem gen- « tibus addixit. S. *Cyrillus Alexand.* in Habacuc *cap.* « II, 17: » Προσεμπρήσας τῇ πόλει τὸν θεῖον ναὸν, ἤλω δὲ καὶ αὐτὰ τὰ περίπυστα ἅγια. « Cum ipsa urbe « divinum templum incendit, cepitque ipsa tantæ ce- « lebritatis sancta: » quibus verbis arcam et propitiatorium ex omnibus maxime designata videntur· Auctor commentarii *in Lamentat. Jerem.* sub nom. Hieron. in præfat. ait barbaricis manibus contami-

XVIII. Vidisti scelerum magnitudinem : convertere deinde ad Dei clementiam. Fera effectus est : in solitudine degebat, flagellabatur ut salvus fieret. Habebat ungues ut leo ; raptor enim sanctorum fuerat. Crines leonum habebat ; leo enim erat rapiens et rugiens. Fœnum ut bos comedebat; jumentum enim fuit, ignorans eum [9], qui regnum dederat. Rore infectum est corpus ejus ; cum enim exstinctum a rore vidisset ignem, non credidit. Et quid factum est ? *Postea*, inquit, *ego Nabuchodonosor oculos meos in cœlum levavi, et Altissimo benedixi, et viventem in sæcula laudavi et glorificavi* [10-12]. Quando igitur agnovit Altissimum, et grati animi testes ad Deum emisit voces, ad gestorum suorum pœnitentiam venit, propriamque imbecillitatem agnovit ; tunc illi Deus honorem regni restituit.

A

B

IH'. Εἶδες τὸ μέγεθος τῶν κακῶν· ἐλθὲ λοιπὸν ἐπὶ τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν. Ἀπεθηριώθη, ἐν τῇ ἐρήμῳ διέτριβεν, ἐμαστιγοῦτο ἵνα σωθῇ. Εἶχεν ὄνυχας ὡς λέων· ἁρπακτικὸς γὰρ ἦν τῶν ἁγίων. Εἶχε τρίχας λεόντων· λέων γὰρ ἦν ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος. Χόρτον ὡς βοῦς ἤσθε· κτῆνος γὰρ ἦν, οὐκ εἰδὼς τὸν δεδωκότα τὴν βασιλείαν. Ἐβάφη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἀπὸ τῆς δρόσου· ἐπειδὴ προϊδὼν κατασβεσθὲν ὑπὸ τῆς δρόσου τὸ πῦρ, οὐκ ἐπίστευσε. Καὶ τί γίνεται ; Μετὰ ταῦτα, φησὶν, ἐγὼ Ναβουχοδονόσορ τοὺς ὀφθαλμούς μου εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέλαβον, καὶ τὸν Ὕψιστον ηὐλόγησα, καὶ τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας ἤνεσα, καὶ ἐδόξασα. Ὅτε τοίνυν ἐπέγνω τὸν Ὕψιστον, καὶ τὰς εὐχαριστηρίους φωνὰς ἀνέπεμψε τῷ Θεῷ, καὶ ἦλθεν εἰς μεταμέλειαν ὧν διεπράξατο, καὶ ἐπέγνω τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν· τότε ὁ Θεὸς ἀποδίδωσιν αὐτῷ (1) τὴν τιμὴν τῆς βασιλείας.

XIX. Quid igitur ? Nabuchodonosori, qui tanta perpetraverat, confitenti Deus veniam et regnum dedit ; tibi vero pœnitenti peccatorum dimissionem, et cœleste regnum, si te digne gesseris, non concedet ? Benignus est Dominus et ad condonandum promptus, tardus autem ad ulciscendum. Nemo igitur suam ipsius salutem desperet [13]. Petrus apostolorum summus et princeps, coram vili ancillula ter Dominum negavit ; sed pœnitudine tactus flevit amare [14] : qui **32** fletus intimam et ex corde pœnitentiam declarat : atque idcirco non solum negationis hujus veniam accepit, verum etiam apostolicam dignitatem sibi conservatam retinuit.

C

Ιθ'. Τί οὖν ; τῷ μὲν Ναβουχοδονόσορ τοιαῦτα διαπραξαμένῳ, καὶ ἐξομολογησαμένῳ, δέδωκε τὴν συγχώρησιν καὶ τὴν βασιλείαν· σοὶ δὲ μετανοοῦντι, οὐ δίδωσι τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν, ἐὰν ἐπαξίως πολιτεύσῃ ; Φιλάνθρωπος ὁ Κύριος, καὶ ταχὺς εἰς συγχώρησιν, βραδὺς δὲ εἰς τιμωρίαν. Μηδεὶς οὖν ἀπελπίσῃ (2) τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας. Πέτρος ὁ κορυφαιότατος καὶ πρωτοστάτης τῶν ἀποστόλων, ἐπὶ παιδισκαρίου ἠρνήσατο τρὶς τὸν Κύριον· ἀλλὰ μεταμεληθεὶς, ἔκλαυσε πικρῶς. Τὸ δὲ κλαῦσαι, τὴν μετάνοιαν τὴν ἐγκάρδιον παρίστησι· καὶ διὰ τοῦτο, οὐ μόνον ἔλαβε τὴν ἄφεσιν ἐπὶ τῇ ἀρνήσει, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ ἀποστολικὸν ἀξίωμα ἔσχεν ἀναφαίρετον.

XX. Habentes igitur, fratres, multa peccantium, qui pœnitentiam egere et salutem consecuti sunt, exempla, alacriter et ipsi confitemini Domino, ut et præcedentium peccatorum veniam accipiatis, et cœlesti dono digni effecti, cœlorum regnum hæreditate consequamini cum omnibus sanctis, in Christo Jesu, cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen,

Κ'. Ἔχοντες οὖν, ἀδελφοὶ, πολλοὺς τύπους τῶν ἁμαρτησάντων, καὶ μετανοησάντων, καὶ σωθέντων, προθύμως καὶ αὐτοὶ ἐξομολογήσασθε τῷ Κυρίῳ· ἵνα καὶ τὴν συγχώρησιν λάβητε τῶν προγεγενημένων ἁμαρτημάνων, καὶ τῆς ἐπουρανίου δωρεᾶς (3) καταξιωθῆτε, καὶ τὴν ἐπουράνιον κληρονομήσητε βασιλείαν μετὰ πάντων τῶν ἁγίων· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ᾧ ἐστιν ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[9] V. *cat.* 8, n. 3. [10-13] Dan. IV, 31, [13] V. *cat.* 11, n. 3. [14] Matth. XXVI, 69, 75.

nata fuisse cherubim, arcam et propitiatorium, tabulas lapideas, et urnam auream. Denique Nicænum concilium II, hanc Cyrilli nostri sententiam non solum sine ulla erroris notatione retulit, sed et laudavit, et aptam ad confutandos Iconomachos existimavit. Quæ quidem retuli, non ad minuendam narrationis libri Machabæorum fidem, sed ad auctoris nostri excusationem.

(1) Ἀποδίδωσιν αὐτῷ, etc. Vocem, αὐτῷ, supplevimus ex cod. Coisl.

(2) Ἀπελπίσῃ. Ita restituimus ex cod. Coisl. et vers. Grod. Editi vero habent, ἀπιστήσῃ, quod male omnino construitur cum genitivo sequenti.

(3) Τῆς ἐπουρανίου δωρεᾶς, etc. In editis habetur, τῆς ἐπουρανίου βασιλείας, et lin. sequente, τὴν ἐπουράνιον κληρονομήσητε δωρεάν. Voces, βασιλείας et δωρεάν, transpositas judicavimus, cum in primo membro baptismi gratiam, in altero hæreditatem regni cœlestis auditoribus exoptare videatur auctor ; et Coisl. codicis lectionem hic inseruimus.

EADEM CATECHESIS SECUNDA PROUT IN DIVERSIS MANUSCRIPTIS LEGITUR.

Alterum hoc secundæ catechesis exemplum damus, ex varietatibus quatuor præsertim codicum : Roe et Casaub., qui initio et fine ab editis multum discordant, mediis consentiunt ; ac Coisl. et Ottob., qui mediis tantum disconveniunt, cætera cum editis pene consentientes : adeo ut ubi illorum codicum desinit varietas, ibi horum incipiat, et vicissim. Sicque ex omnibus unum exemplum diversum informavi, quanquam tria nu-

merari possint : unum editorum, alterum codd. Roe et Casaub. initio et fine ab editis diversum, tertium Coislin. et Ottob. medius tantum discrepans.

Codices Roe et Coislinianum exscripsi, additis ad primum variantibus cod. Casauboniani, et ad secundum Ottoboniaui ; ut tamen ex hoc utroque, et aliquando, ex editis, priorum minda correxerim. Ubi defuit auctoritas, conjectura usus sum. Addidi etiam alicubi Ottoboniani secundi et tertii, quæ cum isto exemplo convenire videbantur, variantes lectiones.

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ Β' ΦΩΤΙΖΟΜΕΝΩΝ,

Ἐν Ἱεροσολύμοις, Περὶ μετανοίας (1), καὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν· καὶ περὶ Ἀντικειμένου· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ προφήτου Ἰεζεκιήλ· Ζῶ ἐγὼ, λέγει (2) Κύριος, ὅτι οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτὸν, καὶ τὰ ἑξῆς.

Α'. Δεινὸν ἡ ἁμαρτία, καὶ νόσος χαλεπωτάτη τῆς ψυχῆς ἡ παρανομία· ὑποτέμνουσα μὲν τὰ νεῦρα ταύτης, καὶ πυρὸς αἰωνίου γιγνομένη παραίτιος· κακὸν αὐτεξούσιον· καὶ ὅτι αὐτοπροαιρέτως ἁμαρτάνομεν, λέγει που σαφῶς ὁ προφήτης· Ἐγὼ δὲ ἐφύτευσά σε ἄμπελον καρποφόρον πᾶσαν ἀληθινήν· πῶς ἐστράφης εἰς πικρίαν, ἡ ἄμπελος ἡ ἀλλοτρία ; Ἡ φυτεία καλὴ, ἧς ὁ καρπὸς (3) ἐκ προαιρέσεως κακός· καὶ διὰ τοῦτο ὁ φυτουργὸς μὲν ἀναίτιος, ἡ δὲ ἄμπελος κατακαυθήσεται πυρί· ἐπειδὴ εἰς ἀγαθὸν ἐφυτεύθη, καὶ εἰς κακὸν ἐκαρποφόρησεν· Ἐποίησε γὰρ ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον εὐθῆ, κατὰ τὸν Ἐκκλησιαστὴν, καὶ αὐτοὶ ἐζήτησαν λογισμοὺς πολλούς· καὶ ὁ Ἀπόστολος δέ φησιν· Αὐτοῦ γάρ ἐσμεν ποίημα, κτισθέντες ἐπὶ τοῖς ἔργοις ἀγαθοῖς, οἷς προητοίμασεν (4) ὁ Θεὸς, ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν. Ὁ μὲν οὖν Κτίστης, ἀγαθὸς ὢν, ἐπὶ ἀγαθοῖς ἔκτισεν· τὰ δὲ καλῶς κτισθέντα ὑπ' αὐτοῦ, εἰς πονηρίαν ἐτράπη αὐτοπροαιρέτως· Δεινὸν ἡ ἁμαρτία, ἀλλ' οὐκ ἀθεράπευτον· δεινὸν τῷ κατέχοντι, εὐίατον (5) τῷ πιστεύοντι. Ὑπόθου μοι κατέχειν ἐν χειρί τινα τὸ πῦρ· ἕως κατέχῃ (6), φλέγει ὁ ἄνθραξ· ἀπόθου τὸν ἄνθρακα, συναπέθου τὸ φλέγον. Εἰ δέ τις νομίζει μὴ κατακαίεσθαι ἁμαρτάνων, τούτῳ λέγει ἡ Γραφή· Ἀποθήσει τις πῦρ ἐν κόλπῳ, τὰ δὲ ἱμάτια οὐ κατακαύσει ; Καὶ ἡ ἁμαρτία (7) τὰ νεῦρα τῆς ψυχῆς ὑποτέμνεται, συντρίβει τὰ ὀστᾶ τῆς διανοίας, ἐπικαλύπτει τὸ φωτεινὸν τῆς ψυχῆς.

Β. Ἀλλ' ἐρεῖ τις· Τί ποτέ ἐστιν ἡ ἁμαρτία ; ζῶόν ἐστιν ; ἄγγελός ἐστιν ; δαίμων ἐστί ; τί ἐστι τὸ ἐνεργοῦν ; Οὐκ ἔστιν ἐχθρὸς ἔξωθεν ἐπεισαγόμενος (8),

CATECHESIS II ILLUMINANDORUM,

(9) Hierosolymis habita, *De pœnitentia et remissione peccatorum, et de Adversario* Et lectio ex propheta Ezechiele [15]. *Vivo ego, dicit Dominus* (10), *quoniam nolo mortem peccatoris sicut ipsum converti et vivere*, et quæ sequuntur.

I. (11) Dira res est peccatum, et morbus animæ acerbissimus iniquitas : quæ quidem nervos illius succidit et ignis æterni sit causa : malum spontaneum. Quod enim ex libero delectu peccemus, dicit alicubi diserte propheta : *Ego autem plantavi te vineam fructiferam omnem veram : quomodo conversa es in amaritudinem vitis aliena?* plantatio bona cujus fructus ex libero animi motu malus. Atque idcirco qui plantavit culpa vacat : vinea vero igni cremabitur ; quoniam in bonum plantata est, et in malum fructifera fuit. *Fecit enim Deus hominem rectum*, juxta Ecclesiastem [16], *et ipsi multas quæsivere ratiocinationes ;* et Apostolus ait : *Ipsius enim sumus factura, creati in opera bona, quæ præparavit Deus ut in iis ambulemus* [17]. Creator igitur cum sit bonus, ad bona creavit (12) : quæ vero bene ab eo creata fuerant, in malum suo arbitrio conversa sunt. Gravis igitur res est peccatum ; sed non insanabilis ; gravis retinenti, curatu facilis credenti. Suppone quod aliquis ignem teneat in manu : quandiu tenet, adurit carbo ; carbonem depone, et id quod urebat una deposuisti. Quod si quis non se uri peccando putat, huic dicit Scriptura : *Reponet quis in sinu ignem, et vestimenta non comburet* [18] ; peccatum siquidem nervos animæ succidit, mentis ossa confringit, quod lucidum est in anima obtegit.

II. Sed dicet aliquis : Quid tandem est peccatum ? animal ne, angelus ve, vel dæmon ? quid est quod illud efficit ? Non est inimicus aliunde adscitus, sed

[15] Ezech. XXXIII, 11. [16] Eccle. VII, 30. [17] Ephes. II, 10. [18] Prov. 27.

(1) Habetur, καὶ περὶ μετανοίας. Delevimus καί superfluum.

(2) Λέγει, etc. In LXX Rom. hab., τάδε λέγ. Deest, ὅτι. Pro, τοῦ ἁμαρτωλοῦ, quod est in ed. Ald. et cod. Alex., legitur, ἀσεβοῦς, loco ἐπιστρέψαι habetur, ἀποστρέψαι.

(3) Ἧς ὁ καρπός, etc. Ita cod. Roe, at in Casaub. deest ἧς, et καί ante διὰ τοῦτο. Ottob. 2, Ἡ φυτεία καλὴ, ὁ καρπὸς ἐκ προαιρέσεως κακός· διὰ τοῦτο ὁ φυτουργός,

(4) Οἷς προητοίμασεν, etc. Hæc verba Pauli etiam habentur in Ottob. 2.

(5) Εὐίατον, etc. Usque ad ὑπόθου μοι, incl. eodem modo habentur in Ottob. 3.

(6) Ottob. 3, Ἕως κατέχει, φλέγει ὁ ἄνθραξ. Ἀπέθου τὸν ἄνφρακα, καὶ συναπέθου τὸ φλέγον.

(7) Καὶ ἡ ἁμαρτία. In Ottob. 1 et 3 legitur, Καίει γάρ, etc., et deest ὑποτέμνεται. In Ottob. quoque 2 cum hac varietate hæc habentur : Καίει γὰρ ἡ ἁμαρτία τὰ νεῦρα τῆς ψυχῆς, καὶ συντρίβει τὰ νοητὰ τῆς διανοίας ὀστέα, καὶ σκοτοῖ τὸ φωτεινὸν τῆς καρδίας.

(8) Ἔξωθεν ἐπεισαγόμενος. Hæc eodem modo leguntur in Ottob. 3.

(9) Ex codd. Coisl. et Ottob.

(10) *Vivo ego, dicit Dominus.* Magis ad argumentum hujus catechesis secundæ convenire videtur hæc Ezechielis lectio, quam prior ex cap. XVIII, vers. 20, quanquam etiam ibi de peccatoris conversione et salute loquatur propheta.

(11) Ex codd. Roe et Casaub.

(12) Ex codd. Coisl. et Ottobon.

pravum germen a te procrescens. *Recta vide oculis tuis*[18*], et cupiditas nulla est Retine tua, et aliena non rape ; et cessavit rapina. Memor esto judicii ; et neque scortatio, neque adulterium, neque homicidium apud te invalescet ; cum vero Dei oblitus fueris, tunc demum malorum fontibus scaturire incipis.

III. Neque vero tu solus illius rei auctor ; sed est alius quidam suasor et auctor, diabolus. Ille omnibus suggerit, sed non vi superat eos qui ipsi morem non gerunt. Propter hoc dicit Ecclesiastes: *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris* [19]. Occlude fores, remove illum a te, et nihil tibi nocebit. Si vero pravi desiderii semen susceperis, augebitur per cogitationum recursus, radices aget, mentem tuam devinciet, et in malorum profundum feret. Sed plerumque dicis : Fidelis sum, non me superabit dæmon. At petram sæpe discidit radix inventa, ne semen suscipias, siquidem et fidem perrumpet ; antequam efflоreat, malum stirpitus evelle ; ne cum initio neglexeris, secures [19*] et flammam [20] postea requiras. Oculis dolere dum incipis, modico tempore curari te fac, ne obcæcatus tum demum medicum requiras.

(5) Τοῖς γὰρ προσελθοῦσι, etc. Hunc locum sic scripsimus ex auctoritate codd. Coisl., Roe et Casaub.; nam in editis desunt verba: τρισχιλίοις ἔλεγεν ὁ Πέτρος τοῖς σταυρώσασι τὸν Κύριον nec quidquam eorum loco habetur præter vocem, τῷ Κυρίῳ. Si quid in lectione quam sequimur auferendum sit, forte illa verba, ἔλεγεν ὁ Πέτρος, quorum vicem abunde supplet vox, φησί, inferius post. μετανοήσατε, posita. Sed non desunt in Cyrillo ex tempore pronuntiante perturbatarum periodorum exempla. Loco, ποιήσωμεν, ex cod. Coisl. et sacro textu posuimus, ποιήσομεν. Item pro ὑμετέρῳ, scripsimus ex codd. Roe, Casaub., Grodecio, et ipso sensu, ἡμετέρῳ. Coislin. aliter

C hunc locum exhibet: Ἐπιστησας ἡμᾶς, ὦ Πέτρε τὰ ἡμέτερα ἁμαρτήματα· εἰπών· « Admonuisti nos, « o Petre, de nostris peccatis, dicens.

(6) Τηλικούτου τραύματος; ποῖον καθάρσιον. Ea verba in prius editis prætermissa propter repetiam vocem, τηλικούτου, restituit Millesius ex codd. Roe et Casaub., quibus Coisl. suffragatur. Loco τῆς τοιαύτης, codd. Roe et Casaub. habent, τηλικαύτης. Sed Coisl. neutrum habet, ac pro ἀπωλείας fert ἁμαρτίας.

(7) « Si ex fide accesseris, ut firmam accipias fidei « convictionem. » Sic vertimus hæc verba. Ἵνα πιστοποιηθῇς. Fidem distinguit a firmiori fidei persuasione et convictione, uti initium et inferiorem gradum ab incremento et provectiori gradu: ut tamen in utroque firma sit assensio, sic cat. 13, n. 9, ait auditores convenisse, ut de iis quæ jam crediderant, argumentorum robore magis ac magis convincantur: συνελήλυθαμεν, etc., πιστοποιηθῆναι μᾶλλον

D περὶ ὧν πεπιστευκαμεν. Hic locus etiam intelligi potest de docili illa cordis obtemperatione, qua adhibita infidelis etiam potest a Deo fidelis effici, ut ait *Procat.*, num. 17: Δύναται γὰρ ὁ Θεὸς καὶ τὸν ἄπιστον πιστοποιῆσαι, ἐὰν μόνον ᾧ τὴν καρδίαν: vel de fide adhuc vacillante et hæsitante, quam cum a Deo adjuvari pœnitentes petimus, sese ad nos Deus propitius demittit, ut exponit cat. 5, num. 9. Prior sensus magis placet. Nam Cyrillus ab eo qui accedit ad baptismum, non nutantem et vacillantem assensum, sed firmam convictionem quam Græci πληροφορίαν vocant postulat: sic enim loquitur cat. 17, n. 35: « Si per infidelitatem deci- « deris, abjice jam ab hoc die infidelitatem, et « certam indue persuasionem », καὶ πληροφορήθητι.

« que vestrum in nomine Jesu Christi Domini nostri « in remissionem peccatorum, et accipietis donum « Spiritus sancti [18] ». O inenarrabilem Dei clementiam! salutem nullam sperant, et Spiritus sancti dono dignantur: cernis baptismi virtutem. Si quis vestrum blasphemis verbis Christum crucifixit; si quis per ignorantiam coram hominibus negavit; si quis per malefacta sua effecit ut dogma Christi male audiret; agendo pœnitentiam plenus sit spei bonæ; adest enim et nunc eadem gratia.

XVI. « Confide, Jerusalem: auferet Dominus om- « nes iniquitates tuas [19]. Abluet Dominus sordes filio- « rum et filiarum suarum, in spiritu judicii et spiritu « combustionis [20]. Sparget super vos aquam mundam « et mundabimini ab omni peccato vestro [21]. [22] *Cho- « reas ducent circum vos angeli, et dicent*: Quæ est ista « quæ ascendit dealbata, *et* innixa super fratruelem « suum [23]? » Quæ antea serva erat anima, nunc Dominum ipsum fratruelem ascribit: qui sinceram animi inductionem acceptam habens acclamabit: « Ecce pulchra es, propinqua mea; ecce pulchra es; « dentes tui sicut greges tonsarum [24], » propter confessionem ex conscientia bona profectam. Et consequenter: *Omnes gemellis fetibus* [25]; propter duplicem gratiam: eam dico quæ ex aqua et Spiritu perficitur, vel quæ per Vetus et Novum Testamentum prædicatur. Faxit Deus, ut vos **48** omnes (1) cursum jejunii perficientes, eorum quæ

A ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστου Κυρίου ἡμῶν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος· Ὦ ἀνεκδιήγητος τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία! τὸ σωθῆναι οὐκ ἐλπίζουσι, καὶ Πνεύματος ἁγίου καταξιοῦνται (2(. Βλέπεις τοῦ βαπτίσματος τὴν δύναμιν. Εἴ τις ὑμῶν (3) λόγοις βλασφήμοις ἐσταύρωτε τὸν Χριστόν· εἴ τις ὑμῶν κατὰ ἄγνοιαν ἐνώπιον ἀνθρώπων ἠρνήσατο· εἴ τις διὰ πονηρῶν ἔργων βλασφημηθῆναι τὸ δόγμα παρεσκεύασεν· εὐέλπις ἔστω μετανοῶν· πάρεστι γὰρ καὶ νῦν ἡ αὐτὴ χάρις.

Ιζ'. Θάρσει, Ἱερουσαλήμ, περιελεῖ (4) Κύριος πάντα τὰ ἀδικήματά σου. Ἐκπλυνεῖ Κύριας τὸν ῥύπον τῶν υἱῶν καὶ τῶν θυγατέρων αὐτοῦ, ἐν πνεύματι κρίσεως καὶ πνεύματι καύσεως. Ῥαντιεῖ ἐφ' ὑμᾶς ὕδωρ καθαρὸν, καὶ καθαρισθήσεσθε ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας ὑμῶν. Χορεύουσι (5) περὶ ὑμῶν ἄγγελοι, καὶ ἐροῦσι· Τίς αὕτη ἡ ἀναβαίνουσα λελευκανθισμένη, ἐπιστηριζομένη ἐπὶ τὸν ἀδελφιδὸν (6) αὐτῆς; Ἡ γὰρ πρότερον δούλη ψυχὴ, νῦν ἀδελφιδοῦν αὐτὸν τὸν Δεσπότην ἐπεγράψατο· ὃς τὴν ἀνυπόκριτον ἀποδεχόμενος (7) προαίρεσιν ἐπιφωνήσει· Ἰδοὺ, εἶ καλὴ, ἡ πλησίον μου, ἰδοὺ εἶ καλή· ὀδόντες σου ὡς ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων, διὰ τὴν εὐσυνείδητον ὁμολογίαν· καὶ ἑξῆς· Αἱ πᾶσαι διδυμεύουσαι (8)· διὰ τὴν διπλῆν χάριν, λέγω δὲ τὴν ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος τελουμένην, ἢ τὴν διὰ τῆς (9) Παλαιᾶς καὶ Καινῆς Διαθήκης καταγγελλομένην. Καὶ γένοιτο πάντας ὑμᾶς τὸν δρόμον τῆς

[18] Act. II, 38. [19] Sophon. III, 14, 15. [20] Isa. IV, 4. [21] Ezech. XXXVI, 25. [22] *Vid. Proc.* n. 9, *et supr.* 3. [23] Cant. VIII, 5. [24] Cant. IV, 3. [25] ibid.

(2) Καὶ Πνεύματος ἁγίου καταξιοῦνται. Ea verba in prioribus editionibus prætermissa restituit Millesius ex utroque codd. Roe ei Casaub. quibus suffragatur cod. Coisl, et vers. Grod.

(3) Εἴ τις ὑμῶν, etc. Duas sequentes phrases, quæ incipiunt a verbis, εἴ τις ὑμῶν, in Græcis editionibus inversas, ei loco reddimus quem obtinent in codd. Goisl., Roe. Casaub., Ottob. et Grodecii vers.

(4) Περιελεῖ, et inferius, ἐκπλυνεῖ. Ita restituimus ex codd. Coisl., Roe, Casaub. et sacro textu Isaiæ quem hic Cyrillus citat. Editi et Grod., περιεῖλε, et ἔπλυνε. At futurum tempus, non præteritum, postulat primum circumstantia Cyrilli ad catechumenos de baptismi gratia loquentis: tum deinde consequentes in futuro phrases ῥαντιεῖ, καθαρισθήσεσθε, etc.

(5) Leg. χορεύσουσι.

(6) Ἀδελφιδόν. Ita in Bibliis, quamvis gram- C maticæ leges postulent, ἀδελφιδοῦν, ut Cyrillus sequenti linea scribit.

(7) Ἀποδεχόμενος. Ex codd· Coisl., Roe, Casaub. Editi tantum, δεχόμενος. Aliquanto post in cod. Coisl. verbis, πλησίον μου, adjungitur me versus: Καὶ μῶμος οὐκ ἔστιν ἐν σοί. *Et macula non est in te*; quæ verba ex cap. IV, 7, huc translata sunt.

(8) Διδυμεύουσαι. Fœdo errore in editis obtinebat, διαμένουσαι pro διδυμεύουσαι, quod ex codd. Coisl., Roe, Casaub., sacro textu, et ipsa orationis serie restituimus. Pro. αἱ πᾶσαι, codd. Coisl., Roe, Casaub. habent. ἅπασαι.

(9) Ἢ τὴν διὰ τῆς, etc. Secuti sumus lectionem codd. Roe, Casaub. et Coisl. neglecta lectione vulgata quæ est hujusmodi, ἢ διὰ τὴν ἐκ Παλ. etc. In cod. Coisl. vitiose scribitur, ἡ διὰ τῆς Παλαιᾶς καὶ Καινῆς Διαθήκης καταγγελλομένη.

(1) *Cursum jejunii perficientes.* Non abs re erit hic de Quadragesimæ jejunio secundum Ecclesiæ Hierosolymitanæ morem paucis inquirere. Quadraginta dierum, numeratis etiam Dominicis et Sabbatis, illud fuisse plura Cyrilli testimonia convincunt. Nam omisso Quadragesimæ nomine quo passim utitur, quia antepaschali jejunio, sive plures aut pauciores quam sex hebdomadas contineret, dari solebat: sic loquitur *Procat.* n. 4: « Satis longum habes temporis « intervallum, pœnitentia dierum quadraginta tibi « datur. *Cat.* 1, *n.* 5, quadraginta diebus non vaca- « bis pro anima tua? » quo in numero dierum comprehendit omne tempus quod præparationi ad baptismum assignabatur Joannes Cyrilli successor in fragmento epistolæ ad Epiphanium, quod commemorat Hieronymus epist. 61, nunc 38, eodem modo loquitur: « Consuetudo apud nos istiusmodi « est, ut iis qui baptizandi sunt per quadraginta D « dies publice tradamus sanctam et adorandam Tri- « nitatem ». Eusebius, quem Cæsariensem existimo, Catenæ *in Luc.*, cap. XXII, 7, pag. 544 et 546, jejunium antepaschale « quadraginta dierum exercita- « tionem vocat. quam per sex septimanas viriliter « sustinemus ». Sozomenus, lib. VII c. 19, testatur Quadragesimam in Palæstina, sicut in Ægypto, Libya universa, Illyrico et Occidente, fuisse hebdomadarum sex. Ut autem de Occidente taceam, certissima res est in Ægypto Quadragesimam dies tantum quadraginta et unum, Sabbato sancto numerato, comprehendisse, adeo ut jejunium feria secunda post primam quam numeramus. Quadragesimæ Dominicam, inchoaretur. Fidem hujus rei faciunt paschales Theophili et successoris ejus Cyrilli Alexandrini epistolæ; quibus refellitur Socratis assertio, dum lib. V, cap. 22. Quadragesimam in Ægypto hebdomadarum septem fuisse tradit.

νηστείας τελέσαντας, μνημονεύοντας τῶν λεγομένων, καρποφοροῦντας ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς, ἀμώμως τῷ νοητῷ νυμφίῳ παραστάντας, τυχεῖν τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· ᾧ ἡ δόξα (1) σὺν Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A dicuntur probe memores, in bonis operibus fructificantes [26], irreprehensibili corde, intelligibili sponso astantes, remissionem peccatorum consequamini a Deo, cui gloria cum Filio et Spiritu sancto, in sæcula. Amen.

[26] Coloss. I, 10.

In Ecclesiis tamen Palæstinæ septem hebdomadarum Quadragesima sensim invecta est ; atque ita erat tempore S. Dorothei, nempe circa sextum et septimum sæculum, ex Dorotheo doctrina 15, Sabbatis in Ecclesia Hierosolymitata, sicuti in toto Oriente jejunatum non esse, atque adeo jejuniorum fuisse triginta solummodo dies, asseverat Sozomenus supra citatus, idque confirmant exempla a Paladio citata in *Lausiaca historia*, primum Adolii Hierosolymis solitariam vitam agentis cap. 104, qui in Quadragesima post quinque tantum dies cibo utebatur. Alterum cap. 106, Elpidii, qui B prope Jericho se exercebat; is toto tempore Dominicis solum et Sabbatis manducabat. Sabbatis Quadragesimæ liturgiam celebratam fuisse in Ecclesia Hierosolymitana consequens videtur, si eo die jejunium solvebatur. In *Vita* autem S. *Sabæ* per Cyrillum, n. 25, notatur eum in eremo Quadragesimæ diebus degentem, sacram communionem Sabbatis et Dominicis sumpsisse Quæ de Sabbatorum observatione vitanda monet Cyrillus cat. 4, n. 37, significare possunt ex hujus diei solemnitate, sumptam ab iis quos taxat occasionem fuisse diem illum festum agendi. Non tamen aliarum meminit synaxeum quam quæ diebus Dominicis habitæ sint ; et Euseb. Cæsar., *in psal.* XCI, 31, et Caten. *in Luc.* cap. XXII, 7, sacræ communionis tempora memorans nonnisi Dominicam diem assignat. In jejunio a vino et carnibus abstinebatur cat. 4, n. 27. Paschæ diem olim in Ecclesia Hierosolymitana non secundum Ecclesiæ Romanæ morem, hoc est Dominica post lunam XIV, observatum fuisse, testis est S Firmilianus, epistola ad Cyprianum, inter Cyprianicas 75. At eam sese ad reliquarum Ecclesiarum normam Cyrilli temporibus jam adjunxisse ex ejus scriptis apparet : nam eo tempore Pascha post æquinoctium Dominica celebrabatur. Cum Syros auctoritate Nicæni concilii, a sua cum Judæis Paschæ celebrandi consuetudine recessisse dicat Athanas. epistola ad Afros episcopos, n. 2, in his Hierosolymitanam Ecclesiam comprehendere licet.

(1) Ὧ ἡ δόξα, etc. Hæc communis trium personarum glorificatio sic habetur quidem in editis, et versione Grodecii. At codd. Coisl., Roe. et Casaub. glorificationem aliam continent soli Filio propriam ; nam post verba, τοῦ Θεοῦ, ita subjungunt, ἐν αὐτῷ (addunt soli codd. Roe et Casaub., τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ), ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος (deest καὶ τὸ κράτος Roe, Casaub.), εἰς τοὺς αἰῶνας, etc. *In ipso Jesu Christo Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula*, etc. Verum in aliis catechesibus communi omnium mss. consensu æqua tribus personis glorificatio tribuitur, ut appareat Cyrillum catecheses indifferenter modo communi totius Trinitatis, modo speciali tantum Jesu Christi glorificatione terminasse, ex veteri ac communi Ecclesiarum more.

CATECHESIS QUARTA

DE DECEM UNDECIMVE DOGMATIBUS QUIBUS FIDEI CHRISTIANÆ SUMMA CONTINETUR

[49] PRÆLOQUIUM.

I. *Postquam superioribus catechesibus auditores de novi sui status legibus instituit auctor, et ad pœnitentiam peccatorumque confessionem, quæ baptismo præire debebat, præparavit ; jam ad explicanda eis Christianæ fidei rudimenta aggreditur* (num. 3), *quod explanatione Symboli præstandum erat. Priusquam vero illud traderet, ejusque doctrinam per partes toto Quadragesimæ tempore distinctis sermonibus optimum judicavit summum hujus doctrinæ compendio quodam complecti a reliquo sermoni disputationique suæ præmunire ; ut hac generali notione informatus audientium animus, fusiorem postea singulorum capitum explanationem facilius admitteret, neque priora exciderent animo dum posteriora dicerentur.*

II. *Itaque in catechesi, post inculcatam* (num. 1 et 2) *parem duarum rerum, nempe rectæ doctrinæ et bonorum operum ad salutem necessitatem ; denuntiatumque pravos magistros loco bonorum audiendi periculum ; generalia fidei Christianæ præcepta tradit* (num. 4 et seq.) *de Deo ; de Christo, ejus incarnatione, morte, sepultura et ad inferos descensu, resurrectione, ascensione et sessione ad dexteram Patris, secundo adventu, de Spiritu sancto ; de hominis et amborum ejus partium, animæ nimirum et corporis, natura ; de virginitatis, matrimonii, viduitatis et secundarum nuptiarum diversa bonitate ; ciborum natura et delectu, ac vestitus ratione, quæ omnia ad corpus attinent ; denique de resurrectione generali ac novissimo judicio. Quibus expositis, fontem horum omnium dogmatum indicat* (num. 33 et seqq.), *nempe Scripturam sacram, cujus librorum, tam Veteris Testamenti, quos a LXX Interpretibus conversos narrat, quam Novi indicem texit. Quæ omnia concludit* (num. 37) *moralibus quibusdam præceptis. Habita est hæc oratio initiis Quadragesimæ, ut significat n. 3, existimarimque hanc esse ultimam prioris jejuniorum hebdomadæ catechesim.*

III. *Mos iste initio Quadragesimæ omnia simul Ecclesiæ dogmata uno sermone baptizandis proponendi, singularis Ecclesiæ Hierosolymitanæ fuit ; ut cum aliquando Joannes Cyrilli nostri successor, similem concionem, in qua de universis dogmatibus disseruerat, habuisse se diceret ; Hieronymus eum hujus consuetuainis ignoratione, non sine quadam mordacis styli asperitate, aut levitatis ac negligentiæ in tractandis dogmatibus aut vanæ ostentationis accusatione pulsaverit. Hæc autem erant Joannis verba in epistola ad Theophilum Alexandrinum, cujus fragmenta nonnulla repræsentat Hieronymus epistola* 61 *ad Pammachium novæ editionis* 38, *qua illas Joannis litteras refellit* : Cum et nos quadam die ante eum, *sanctum Epiphanium intelligit*, locuti essemus, et præsens lectio provocasset, audiente illo et universa Ecclesia de fide et omnibus ecclesiasticis dogmatibus hæc locuti sumus, quæ et semper gratia Dei indesinenter in Ecclesia docemus et in catechesibus. *Quænam vero illa forent de quibus erat ante locutus, ex eo scribente repetit Hieronymus his verbis :* Ut uno Ecclesiæ tractatu de cunctis dogmatibus homo non satis eloquens disputares, et de Trinitate, de assumptione Dominici corporis, de cruce, de inferis, de angelorum natura, de animarum statu, de resurrectione Salvatoris et nostra, et inter ea quæ forsan oblitus es scribere. *Vides omnia pene hujus catecheseos argumenta, si forte articulum* De angelorum natura *excipias, quem Joannes, Origeni addictior, solitis capitibus adjicere potuit. Hunc autem sermonem in Quadragesima baptizandorum gratia pronuntiatum esse, satis, ut existimo, significant alia hæc Joannis verba, quibus illius de cunctis dogmatibus disputationis rationem reddit* : Consuetudo autem apud nos istiusmodi est, ut iis qui baptizandi sunt per quadraginta dies publice tradamus sanctam et adorandam Trinitatem.

50 IV. *A quo profecta sit hæc consuetudo incertum. At Cyrillum ejus auctorem esse probabile est. Dum enim hujus orationis, num,* 3, *causam exponit, qua ad tradendam hujusmodi compendiariam dogmatum expositionem adductus sit ; non id ut Joannes ad consuetudinem ecclesiæ suæ revocat, sed propriam sui ipsius consilium esse significat, ita loquens* : Sed ante Fidei, *hoc est Symboli*, traditionem præclare videor, etc., καλῶς ἔχειν μοι δοκεῖ. *Quod autem Hieronymus Joanni ob imperitiam et infantiam difficile fuisse ait, id Noster tanta facilitate et brevitate ac copia perfecit, ut nihil in toto* Catecheseon *opere magis mirer, nec quidquam forte haberi possit, in quo major eluceat ingenii vis, et prompta extemporaliter dicendi facundia : adeo presso et circumscripte, simulque plene et copiose, de gravissimis nostræ fidei capitibus disserit.*

V. *Habet hæc catechesis generalem titulum, qui argumentum totius continet et peculiares titulos singulis sectionibus proprios, utrique antiquissimi. Nam Theodoretus, centum post has catecheses scriptas annis, istius sectionem quæ de Incarnatione agit, num.* 9, *citans, desumptam refert ex catechetico quarto, sermone* De decem dogmatibus, *adjuncto titulo speciali.* De generatione ex Virgine. *At in utrisque titulis nonnulla est difficultas ; ut pateat nos ad notariorum et librariorum qui* Catecheses *exscripsere, arbitrium non a Cyrillo qui continuate dixit, esse positos.*

VI. *Principio, in versione Grodecii, Morelli et Prevotii editionibus, Bodleiano, Colbertino, et Ottoboniano codicibus inscribitur, ut apud Theodoretum* De decem dogmatibus. *Alii tamen codices, nempe Coisl., Roe e Casaub. ferunt* De undecim dogmatibus. *At si diversi in hac oratione tractati recenseantur articuli, non decem vel undecim, sed quatuordecim, aut etiam multo plures numerabantur. Ad hæc in diversis titulis ascribendis, non est eadem codicum omnium ratio ; nonnulli, ut codex Memmianus, qui anno* 1564 *a Guillelmo Morelio editus est, et Colbertinus nullos ejusmodi titulos habent. Editi quatuordecim præferunt, numerato in his titulo* De divinis Scripturis *ac titulum* De vestitu *omittunt : his consentit vetus codex, cujus variantes in libro S. Genovefæ ad marginem notantur. Cod. Coisl. duodecim tantum exhibet, comprehenso Scripturæ titulo ; omissis istis,* De Deo, De assumptione, De futuro judicio ; *additoque uno, qui in editis non habetur* De vestitu. *Ottobonianus quindecim continet inscriptiones, adjecta nimirum ad inscriptiones editorum una de lavacro ad finem articuli* De resurrectione generali, *omisso titulo* De vestitu. *Codd. Roe et Casaub. sex tantum titulos notatos habent, nimirum* De Deo, De sepultura, De futuro judicio, De Spiritu sancto, De hominis constitutione (*in quo argumento comprehenduntur quæ sub titulis* De anima, de corpore et sibis, *in vulgatis libris comprehenduntur*), *et* De vestitu. *Bodleianus codex duos duntaxat titulos agnoscit,* De Deo *et* De futuro judicio.

VII. *Accedit quod non in omnibus codicibus iidem exprimuntur tituli. Titulus* De futuro judicio *in Ottob. cod. inscribitur* περὶ παρουσίας, *supp.* δευτέρας, De adventu, *nimirum Christi, secundo. Loco tituli* De anima, *codd. Coisl., Roe et Casaub., istum superius notatum ferunt* De hominis constitutione. *Coisl. modo memoratus loco* De resurrectione Christi, *habet*, quod resurrexit. *Ejusdem codicis mendum est, quod loco tituli* De nativitate ex Virgine, *scriptum habet* De anima. *In collocandis quoque*

titulis est nonnulla diversitas; nam codd. Coisl. et Ottob. titulum De corpore *non eodem loco quo editi, sed post lineas aliquot ponunt, ac titulum* De cibis *aliquot ante editis lineis.*

VIII. *Hæ omnes varietates effecere, ut in assignandis dogmatibus ac titulis ponendis, meum aliquod, sicut librariorum qui id primum excogitavere, jus esse crediderim. Ac primo placuit major titulus* De decem dogmatibus, *uti plurium mss. et antiquissima ac gravissima Theodoreti eum recitantis auctoritate munitus. Ut tamen aliquid concedam alteri inscriptioni* De undecim dogmatibus, *ita decem dogmata numeravi, ut ex eorum numero excipiatur articulus de sacra Scriptura, quam Cyrillus, num. 32, initio a dogmatibus sic distinguit, ut non tam unum dogma, quam præcedentium dogmatum fons esse videatur. Quam si cui placet inter dogmata recensere, undecim ille numeret per me licet.*

IX. *Cum autem plures sint tituli quam decem, omnes quos in mss. reperi, conservavi, minores titulos majoribus ad quos revocantur subjiciens, et utrosque diverso characterum genere notari curavi. Sic autem majores, qui decem undecimve dogmata continent assignavi. Primus est* De Deo ; *secundus* De Christo ; *tertius* De generatione ex Virgine, *propria et peculiari a Theodoreto inscriptione citatus ; quartus* De cruce, et sepultura, *quæ ab Cyrillo, cat.* 13, *una institutione exponuntur, et in Coisl. codice sub titulo comprehensi sunt ; quintus* 51 De resurrectione et assumptione, *quæ in una pariter, cat.* 14, *conjungit auctor ; sextus* De futuro judicio ; *septimus* De Spiritu sancto ; *octavus* De anima ; *nonus* De corpore, *simul comprehendens cognatos titulos* De cibis et indumentis ; *decimus* De resurrectione generali ; *ut undecimus titulus* Scripturam *contineat, sive tanquam undecimum dogma, sive tanquam dogmatum fontem.*

Emendavimus hanc orationem ad fidem editionum G. Morelii, Prevotii, et sequentium, item ad codd. Coisl, Ottob., Colbertinum, Roe, Casaub., Bodleianum, consultis quoque varietatibus codicis veteris, ad marginem libri S. Genovefæ editionis Morelii affixis. Animadversiones frequentiores ac quandoque prolixiores addidimus, quæ lectorum minus forte peritorum subsidio necessariæ visæ sunt, nullam extra propositum aberrantem visum iri spero.

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ Δ'

ΦΩΤΙΖΟΜΕΝΩΝ.

Ἐν Ἱεροσολύμοις σχεδιασθεῖσα, Περὶ τῶν δέκα δογμάτων (1)· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς πρὸς Κολοσσαεῖς· Βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς (2) ἀπάτης, κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, καὶ τὰ ἑξῆς.

CATECHESIS IV ILLUMINANDORUM,

Hierosolymis extemporalis habita, *De decem dogmatibus.* Et lectio ex Epistola ad Colossenses, « Videte ne « quis vos deprædetur per philosophiam et inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, se- « cundum elementa mundi [27], etc.

Α'. Μιμεῖται τὴν ἀρετὴν ἡ κακία, καὶ τὸ ζιζάνιον βιάζεται σῖτος νομισθῆναι, σχήματι μὲν πρὸς τὸν σῖτον ἐξομοιούμενον, ἐκ δὲ τῆς γεύσεως ὑπὸ τῶν διακριτικῶν ἐξελεγχόμενον. Καὶ ὁ διάβολος μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτὸς, οὐχ ἵνα ἐπανέλθῃ ὅπου καὶ ἦν (ὥσπερ γὰρ (3) ἄκμων, ἀνήλατον τὴν καρδίαν κτησάμενος, ἀμετανόητον λοιπὸν ἔχει τὴν προαίρε-

I. Virtutem imitatur vitium, et lolium pro tritico haberi contendit ; quod specie quidem tritico simile est, ex gustu vero a discernendi peritis deprehenditur. Diabolus quoque transformatur in angelum lucis [28] : non ut eo revertatur ubi fuit (nam incudis instar inflexibile cor gerens [29], pœnitere nesciam in posterum habet animi inductionem) ; sed ut eos qui

[27] Coloss. II, 8. [28] II Cor. XI, 14. [29] Job. XLI, 15.

(1 Περὶ τῶν δέκα δογμάτων. Codd. Coisl., Roe, Casaub habent ἑνδεκα *undecim*, at potior est ratio editorum. Colbertini, Ottoboniani, Bodleiani, et ejus quo Grodecius usus est ; ad hæc indicis Vaticani et Augustani quos initio dedimus ; et, quod caput est, Theodoreti antiquissimi auctoris : qui omnes titulum hujus catechesis referentes, *De decem dogmatibus* inscribunt. Vid. Prælocutium nostrum in hanc catechesim, n. 6.

(2) Κενῆς Ita editi cum Apostolo Coloss. II, 8. At Bodl. et Coisl. codd. καινῆς, *novam*.

(3) Ὥσπερ γάρ, etc. Ante hæc verba post ὅπου καὶ ἦν leguntur hæc verba in editis et in codd. Ottob., Coisl., Morelii, Bodl. et Colb. : ἀλλ' ἵνα ἀπατήσῃ τοὺς ἀνθρώπους, *non ut revertatur*, etc., *sed ut homines decipiat*. Patet eas voces orationis seriem et con-

tinuitatem abrumpere : nam verba ὥσπερ γάρ, etc., non respondent verbis ἵνα ἀπατήσῃ, etc., sed istis οὐχ ἵνα ἐπανέλθῃ, etc. Quapropter hæc in textum e margine invecta existimantes, delevimus auctoritate codd. Roe et Casaub. ac versionis Grodecii, in qua etiam prætermittuntur omnia verba quæ intersunt inter ὅπου καὶ ἦν, et ἀλλ' ἵνα τοὺς ἰσαγγ. Porro particulam ἀλλ' ante ἵνα τούς, etc., quæ ab editis abest, restituimus ex omnibus codd Roe, Casaub., Ottob., Colb., Bodl., Coisl Hæc autem impugnant attributam Origeni, recte an secus nihil hujus loci interest, de futura diaboli pœnitentia et salute opinionem Nonnullas huic auctori imputatas sententias pro data occasione refellit Cyrillus ; nullo autem loco de nomine appellat. Magnus, ut notum, Origenis fautor, Cyrilli successor Joannes.

parem angelis vitam degunt cæcitatis caligine et pestilenti incredulitatis statu circumvolvat. Multi obambulant lupi vestimentis ovium contecti [30], qui ovium quidem integumenta, haud tamen ungues et dentes habent; sed mansuetam pellem induti, eaque specie simplicibus fucum facientes, exitiale impietatis virus ex dentibus affundunt. Opus igitur nobis est divina gratia, vigili cogitatione et acutum videntibus oculis; ne lolium pro tritico comedentes, ex ignorantia vitium incurramus; neve rati ovem esse qui lupus sit, præda fiamus; neve beneficum angelum suspicati, eum qui ruinæ artifex est **52** diabolus, devoremur. *Circuit* enim *tanquam leo rugiens, quærens quem devoret,* ut ait Scriptura [31]. Idcirco admonet Ecclesia; idcirco præsens auditorium (1) instituitur; idcirco lectiones fiunt.

II. Nam ratio divini cultus ex his duobus constat, piis dogmatibus et actionibus bonis; neque doctrina sine operibus bonis accepta Deo; neque opera recipit Deus a religiosis dogmatibus sejuncta. Quid enim prodest de Deo sentire recte, et turpiter fornicari? quæ vero contra utilitas pudicum esse laudabiliter et impie blasphema profari? Pretiosa igitur possessio dogmatum notitia est: cui rei vigilanti mente opus est, quandoquidem multi sunt qui per philosophiam et vanam fallaciam [32] prædas agunt. Ac gentiles quidem per suaviloquentiam in diversa trahunt: *Mel* enim *distillat ex labiis mulieris meretricis* [33]. Qui vero ex circumcisione sunt, per divinas Scripturas, quas prave falsis interpretamentis torquent, accedentes decipiunt [34]; a pueritia usque ad senectutem commentantes [35], et in ignoratione rerum consenescentes [36]. Hæretici vero, per blandiloquentiam et dicendi suavitatem simplicium corda decipiunt [37], Christi nomine quasi melle, venenata impiorum decretorum jacula contegentes, de quibus omnibus simul ait Dominus: *Videte ne quis vos in*

Α σιν), ἀλλ' ἵνα τοὺς ἀγγέλων βίον πολιτευομένους, ἀβλεψίας σκότει, καὶ ἀπιστίας λοιμώδει περιβάλλῃ καταστάσει. Πολλοὶ λύκοι περιάγουσιν ἐν ἐνδύμασι προβάτων, προβάτων μὲν ἐνδύματα κεκτημένοι, οὐ μὴν καὶ ὄνυχας καὶ ὀδόντας· ἀλλὰ τὴν ἥμερον περικείμενοι δορὰν, καὶ τῷ σχήματι τοὺς ἀκάκους ἀπατῶντες, τὸν φθοροποιὸν τῆς ἀσεβείας ἐκ τῶν ὀδόντων προσχέουσιν ἰόν. Χρεία τοίνυν θείας ἡμῖν χάριτος, καὶ νηφαλίου (2) διανοίας, καὶ βλεπόντων ὀφθαλμῶν· ἵνα μὴ ζιζάνιον ὡς σῖτον φαγόντες, ἐξ ἀγνοίας βλαβῶμεν· μήτε τὸν λύκον πρόβατον ὑπολαβόντες, θηρευθῶμεν· μήτε ἄγγελον ἀγαθοποιὸν (3), τὸν ὀλεθροποιὸν διάβολον ὑποπτεύσαντες, καταποθῶμεν. Περιέρχεται γὰρ ὡς λέων ὠρυόμενος, ζητῶν τίνα καταπίῃ, κατὰ τὴν Γραφήν. Διὰ τοῦτο ἡ Ἐκκλησία
Β νουθετεῖ, διὰ τοῦτο τὰ παρόντα διδασκαλεῖα, διὰ τοῦτο τὰ ἀναγνώσματα γίνονται.

Β'. Ὁ γὰρ τῆς θεοσεβείας τρόπος ἐκ δύο τούτων συνέστηκε, δογμάτων εὐσεβῶν (4), καὶ πράξεων ἀγαθῶν· καὶ οὔτε τὰ δόγματα χωρὶς ἔργων ἀγαθῶν εὐπρόσδεκτα τῷ Θεῷ, οὔτε τὰ μὴ μετ' εὐσεβῶν δογμάτων ἔργα τελούμενα προσδέχεται ὁ Θεός. Τί γὰρ ὄφελος, εἰδέναι μὲν τὰ περὶ Θεοῦ δόγματα καλῶς, καὶ πορνεύειν αἰσχρῶς; τί δ' αὖ πάλιν ὄφελος σωφρονεῖν μὲν καλῶς, καὶ βλασφημεῖν ἀσεβῶς; Μέγιστον τοίνυν κτῆμά ἐστι, τὸ τῶν δογμάτων μάθημα· καὶ χρεία νηφαλίου ψυχῆς, ἐπειδὴ πολλοί εἰσιν οἱ συλαγωγοῦντες διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης. Καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες, διὰ τῆς εὐγλωττίας κατασύρουσι· Μέλι γὰρ ἀποστάζει ἀπὸ χειλέων γυναικὸς πόρνης. Οἱ δὲ ἐκ περιτομῆς, διὰ τῶν θείων
Γ Γραφῶν, ἃς παρεξηγοῦνται (5) κακῶς, τοὺς προσερχομένους ἀπατῶσιν· ἐκ παιδίου μελετῶντες ἕως γήρως, καὶ ἐν ἀμαθίᾳ καταγηρώντες. Αἱρετικῶν δὲ παῖδες, διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐγλωττίας (6) ἀπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων· ὥσπερ μέλιτι, τῇ τοῦ Χριστοῦ πρυσηγορίᾳ τὰ τῶν δυσσεβῶν δογμάτων ἰοβόλα συγκαλύπτοντες· περὶ ὧν ἁπάντων ἅμα λέγει

[30] Matth. VII, 15. [31] I Petr. V, 8. [32] Coloss. II, 8. [33] Prov. V, 3. [34] Tit. I, 10. [35] Isai. XLVI, 3, 4. [36] II Tim. III, 7. [37] Rom. XVI, 18.

(1) *Idcirco præsens auditorium.* Hic et infra n. 2, tria numerat ad catechumenorum institutionem ab Ecclesia usurpata. Primum, lectiones sacræ, quæ tum catecheses præcedebant, tum in aliis ecclesiasticis conventibus fiebant: alterum, symboli traditio: tertium symboli expositio; quæ ambo postrema his verbis designat num. 2, « Propter hoc et fidei « doctrina traditur, et in eam expositiones fiunt. »

(2) Νηφαλίου. In editis est, νηφαλέου. Ex Coisl. cod. scripsimus, νηφαλίου, ut apud Cyrillum passim et isthic etiam paulo inferius, num. 2. Divinæ gratiæ necessitatem, ut hæreticorum quæstionibus pulsati, de mysteriis Christianis et recte sentiamus, et inoffense loquamur, aliis etiam locis commendat. Vid. cat. 13, num. 8, cat. 16, num. 1 et 2, cat. 17, num. 24. Ante σῖτον posuimus particulam ὡς ex mss. Coisl., Roe, Casaub., Colb., Ottob., Bodl.

(3) Ἀγαθοποιόν. Ita scripsimus ex codd. Ottob, Roe, Casaub loco ἀγαθόν, *bonum*, quod habebatur in editis. Pro αἰσχροποιόν pariter scripsimus, ὀλεθροποιόν, ex iisd. mss. et vers. Grod.

(4) Δογμάτων εὐσεβῶν. Additur in editis, ἀκριβείας, *piorum dogmatum accuratione*. Eam vocem in codd. Coislin. Roe, Casaub. omissam videntes delevimus. Hæc porro sententia iisdem prorsus verbis refertur a S. Nilo, lib. II, epist. 165, tacito tamen Cyrilli nomine: Ὁ τῆς θεοσεβείας τρόπος ἐκ δύο τούτων συνέστηκε, δογμάτων εὐσεβῶν, καὶ πράξεων ἀγαθῶν· θάτερον γὰρ θατέρου οὐ χρὴ διαζευγνύειν Paulo post ante Θεῷ, articulum τῷ adjecimus ex mss. memoratis et Ottoboniano.

(5) Ἃς παρεξηγοῦνται. Ita reperimus scriptum in cod. Ottob., quam ad scripturam accedit cod. Coisl. qui fert ἃς γὰρ ἐξηγ. In editis habetur, ἅσπερ ἐξηγ. κακῶς, *quas quidem male interpretantur*, id quidem satis recte, sed nullo negotio fieri potuit ex lectione quam sequimur. Nam ita Cyrillum scripsisse suadet primum familiaris ipsi similium vocum usus, ut παρεκδέχομαι, παρεκτροπή, etc., tum deinde, quod ecclesiasticis scriptoribus probatissimis, ut Basilio, Greg. Nazianzeno, Nilo, etc., passim usurpantur vocabula παρεξηγεῖσθαι, παρεξήγησις.

(6) Εὐγλωττίας. Hujus vocis loco scribitur in codd. Roe, Casaub. et Ottob., εὐλογίας, quemadmodum habetur in testimonio Pauli, quod hic respicit Cyrillus. At in Ottoboniano ad marginem eadem manu et atramento scriptum est, εὐγλωττίας.

Κυριος· Βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ τῆς πίστεως διδασκαλία, καὶ εἰς αὐτὴν ἐξηγήσεις γίνονται,

Γ'. Πρὸ δὲ τῆς εἰς τὴν πίστιν παραδόσεως, καλῶς ἔχειν μοι δοκεῖ, νῦν ἀνακεφαλαιώσει συντόμῳ χρήσασθαι τῶν ἀναγκαίων δογμάτων· ἵνα μὴ τὸ πλῆθος τῶν λεχθησομένων, καὶ τὸ μεταξὺ διάστημα τῶν ἡμερῶν τῆς ἁγίας Τεσσαρακοστῆς ἀπάσης, λήθην ἐμποιήσῃ τῶν ἐν ὑμῖν ἀφελεστέρων (1) τῇ διανοίᾳ· ἀλλ' ἵνα νῦν κεφαλαιωδῶς ὑποσπείροντες, μὴ ἐπιλαθώμεθα τῶν αὐτῶν πλατυτέρως γεωργουμένων ὕστερον. Ἀνασχέσθωσαν δὲ τῶν συμπαρόντων οἱ τελειότεροι τὴν ἕξιν, καὶ τὰ αἰσθητήρια ἤδη γεγυμνασμένα ἔχοντες πρὸς διάκρισιν ἀγαθοῦ τε καὶ κακοῦ, νηπιωδεστέρων ἀκούοντες καὶ τῆς γαλακτώδους εἰσαγωγῆς· ἵνα ἅμα καὶ οἱ τῆς κατηχήσεως χρείαν ἔχοντες ὠφεληθῶσι, καὶ οἱ τὴν γνῶσιν ἔχοντες, περὶ ὧν προγινώσκουσιν ἤδη, τὴν μνήμην ἀναζωπυρηθῶσι.

ΠΕΡΙ ΘΕΟΥ (2).

Δ'. Πρῶτον τοίνυν ὑμῶν τῇ ψυχῇ (3) τεθεμελιώσθω δόγμα τὸ περὶ Θεοῦ, ὅτι ὁ Θεὸς εἷς ἐστι μόνος, ἀγέννητος, ἄναρχος, ἄτρεπτος, ἀναλλοίωτος· οὐχ ὑφ' ἑτέρου γεγεννημένος, οὐχ ἕτερον ἔχων τῆς ζωῆς διάδοχον· καὶ οὔτε ἐν χρόνῳ τοῦ ζῆν ἀρξάμενος, οὔτε ποτὲ τελευτῶν· καὶ ὅτι αὐτός ἐστιν ἀγαθὸς καὶ δίκαιος· ἵνα ἐάν ποτε ἀκούσῃς λέγοντος αἱρετικοῦ, ἄλλον εἶναι τὸν δίκαιον καὶ ἄλλον εἶναι τὸν ἀγαθόν· εὐθὺς ὑπομνησθεὶς, γνῷς, τὸ τῆς αἱρέσεως ἰοβόλον. Ἐτόλμησαν γάρ τινες (4) ἀσεβῶς τὸν ἕνα Θεὸν διαχωρίσαι τῷ λόγῳ· καὶ τινες εἶπον ἄλλον μὲν τὸν δημιουργὸν τῆς ψυχῆς καὶ δεσπότην, ἄλλον δὲ τὸν τῶν σωμάτων (5), ἀνοήτως ἅμα καὶ δυσσεβῶς διδάσ-

A *errorem inducat* [38]. Propter hoc et fidei doctrina (6) traditur, et in eam expositiones fiunt.

III. Sed antequam ea quæ ad fidem pertinent tradam, præclare acturus videor, si brevi compendio summa necessariorum dogmatum nunc capita percenseam : ne dicendarum rerum multitudo, et intercessurum totius sanctæ Quadragesimæ dierum spatium, eorum animis qui inter vos simpliciores sunt oblivionem inducat : sed ut nunc capitulatim seminantes, eadem latius in posterum exculta ac pertractata non obliviscamur. Patienter vero ferant [39], qui habitu mentis perfectiores sunt, et exercitatos jam sensus habent ad discretionem boni pariter et mali, cum audient tenera illa exordia, et lacteam velut introductionem [40] : ut simul et ii quibus catechesi (seu institutione) opus est, utilitatem capiant et qui scientiam habent, eorum quæ jam novere memoriam sibi redintegrari gaudeant.

B

53 DE DEO [DOGMA I].

IV. Primum igitur fundamenti instar in anima vestra dogma de Deo stabiliatur. Quod videlicet Deus unus est solus, ingenitus (7), sine principio, conversionis omnis ac mutationis expers : non ab altero generatus, neque alterum habens suæ sibi vitæ successorem, qui neque in tempore vivendi sumpserit initium, neque finem unquam sit habiturus : quodque idem ipse et bonus et justus est : ut si quando hæreticum audieris dicentem, alium esse qui bonus, alium vero [41] qui justus sit (8) ; statim admonitus hæreseos venenatum jaculum agnoscas. Ausi sunt enim nonnulli Deum unicum nefario sermone dividere : et aliqui dixerunt alium

C

[38] I Cor. II, 10. [39] Matth. III, 16. [40] *Vid. cat.* 16, n. 24 et *cat.* 17, n. 25. [41] Matth. XII, 32. [42] Coloss. I, 16.

(1) Ἀφελεστέρων. Ex codd. Coisl. et Ottob. Vitiose in editis, ἀσφαλεστέρων, *eorum qui cautiores et firmiores sunt ;* contra Cyrilli propositum. Paulo post, voces, αὐτῶν πλατυτέρως γεωργουμένων ὕστερον, ex codd. Coisl. Roc. Casaub. et vers. Grodecii ascripsimus ; quarum loco duæ tantum in editis hæ voces habebantur, αὐτοῦ πλατύτερον. Vid. similem locum, cat. 18, num. 17.

(2) Περὶ Θεοῦ. Deest hic titulus et sequentes in codd. Colb. et eo quem editi Morelius. Theodoretus ad titulum psalmi XCII caput hoc Cyrilli de Deo fere transcribit. De Deo uno, Patre, omnium dominatore et conditore, fuse agit Cyrillus catechesibus 6, 7, 8 et 9.

(3) Τῇ ψυχῇ. Vocem hanc addidimus ex codd. Coisl. Roe, Casaub. et Ottob. in quo tamen legitur, τὴν ψυχήν. At vox, ὑμῶν, desideratur in codd. Coisl. Roe et Casaub. quorum duo postremi, τοῦτο, ante τεθεμελιώσθω, adjiciunt.

(4) Ἐτόλμησαν γάρ τινες. Loco earum vocum quas ex codd. Coisl. Roe, Casaub. et vers. Grodecii ascripsimus, una tantum, τολμήσαντος, legitur in editis, et in Colb. qui habet, τολμήσαντες.

(5) Τὸν τῶν σωμάτων. Priorem articulum masculinum supplevimus ex mss. Colb. Coisl. Roe, et Casaub. Error de alio corporis atque animæ opifice, sæpe ab Cyrillo castigatus, proprius Manichæorum quodammodo fuit, quanquam eum ex superiorum hæreseon colluvio et Platonis fontibus accepissent. Nam ita sensisse Ophitas memorat Epiphanius hæresi XXXVII, n. 4. At Manichæi proprium sibi fecere, ut patet testimoniis Turbonis apud Archelaum *Disput. cum Manete* num 7 ; Serapionis Thmuitani *Contra Manichæos*, Bibl. PP. Lugd. tom. V, pag. 162 d. ; Marii Victorini contra eosdem, ibid pag. 289 ; Philastrii hæresi XIV in class. ; Epiphanii hæres. LXVI. num. 8 ; Vigil. Taps., lib. VI *De Trinitate*, etc. Quanquam corpus et animam, diversorum principiorum non tam opificia et creaturas, quam decisas partes esse dicebant. Vide Augustinum libro *De duabus animabus*, et lib. XXI *Cont. Faustum*, cap. 4, et Nazianz. carm. arcan. 4, p. 166.

(6) *Hoc est* Symbolum.

(7) *Ingenitus.* Vocem ἀγέννητον quam vertimus, *ingenitum*, ita Cyrillus interpretatur cat. 11, n. 13 : Ἀγέννητός ἐστιν ὁ μὴ πατέρα ἔχων· *Ingenitus est qui patrem non habet* Idemque respicit dum cat. 6, n 6, Deum dicit ejusmodi esse, ut alter non sit ejus pater, οὗ πατὴρ οὐκ ἔστιν ἄλλος. Respicit, ut puto, Gnosticos qui conditorem mundi Deum, existimabant unum esse ex angelis vel æonibus ab innominato patre Bytho, seu mediate seu immediate productum. Quanquam autem, ἀγέννητος, explicante Cyrillo, proprie designet eum qui patrem non habet hic tamen latius patet ; et sumitur pro eo qui nec patrem nec conditorem agnoscit, ut et usurpat cat. 6, num. 13 ; huic eum vocabulo aliquando utraque vis subest, ac de Deo Patre utrumque est verum. Fortassis etiam ἀγέννητος hoc secundo tantum sensu hic sumitur pro eo qui ab alio conditus non sit ; hic enim Cyrillus communes tribus personis divinitatis characteres edicit : Filium autem quamvis

D

(8) Marcionis error is erat.

esse animæ opificem ac dominum, corporum vero aliuni, insipienter simul et impie docentes. Quomodo enim dominorum duorum unus homo servus esset. cum Dominus dicat in Evangeliis: « Nemo « potest duobus dominis servire [42] ? » Unus igitur est Deus solus, qui et animarum et corporum opifex est: unus est conditor cœli et terræ, angelorum et archangelorum factor, qui multarum quidem rerum artifex est, unius vero solius Pater ante sæcula [43]: unius [inquam] soliu . unigeniti Filii sui Domini nostri Jesu Christi per quem omnia fecit [44], visibilia et invisibilia [45].

V. Hic Domini nostri Jesu Christi Pater, non aliquo circumscriptus est loco (1), neque minor est cœlo: verum opera digitorum ejus sunt cœli [46]; et universa terra in pugno ejus continetur [47]: hic in omnibus est et extra omnia. Ne solem illo lucidiorem, vel eidem parem arbitrere; qui enim prius solem fabricavit, debet ille citra comparationem multo major ac lucidior **54** esse. Futurorum præscius est, et omnibus potentior; omnia sciens, et prout vult faciens: non subjectus rerum seriebus, neque genesi [sideribusve natalitiis], neque fortunæ, neque fatali necessitati. In omnibus perfectus, et omnem virtutis speciem ex æquo possidens. Qui neque minuitur, neque augescit; sed idem semper, eodemque modo se habet; qui præparavit supplicium peccatoribus, et justis coronam.

VI. Quoniam igitur ab uno Deo diversis modis multi aberraverunt: et alii quidem solem fecere

Α σκοντες. Πῶς γὰρ δύο κυρίων εἷς δοῦλος; (2) γίνεται ἄνθρωπος, τοῦ Κυρίου λέγοντος ἐν Εὐαγγελίοις, Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν; Εἷς οὖν ἐστι Θεὸς μόνος, ὁ καὶ ψυχῶν (3) καὶ σωμάτων ποιητής· εἷς ἐστιν ὁ δημιουργὸς οὐρανοῦ καὶ γῆς, ἀγγέλων τε καὶ ἀρχαγγέλων ποιητής. Ὁ πολλῶν μὲν δημιουργός, ἑνὸς μόνου Πατὴρ πρὸ αἰώνων, ἑνὸς μόνου τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ αὐτου τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐποίησε πάντα, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα.

Β

Ε'. Οὗτος ὁ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησου Χριστοῦ, οὐ περιγέγραπται ἔν τινι τόπῳ, οὐδέ ἐστι μικρότερος οὐρανοῦ· ἀλλ' ἔργα τῶν δακτύλων (4) αὐτοῦ εἰσιν οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἡ γῆ πᾶσά ἐν τῇ δρακὶ αὐτοῦ κατέχεται· οὗτος ἐν πᾶσίν ἐστι, καὶ πάντων ἐκτός. Μὴ νομίσῃς (5) αὐτοῦ τὸν ἥλιον φωτεινότερον, ἢ ἴσον εἶναι· ὁ γὰρ τὸν ἥλιον κατασκευάσας πρότερον, ὀφείλει πολλῷ μᾶλλον ἀσυγκρίτως εἶναι μείζων, καὶ φωτεινότερος. Προγνώστης ἐστὶ τῶν μελλόντων, καὶ πάντων δυνατώτερος· εἰδὼς ἅπαντα (6) καὶ ποιῶν ὡς βούλεται· οὐχ ὑποκείμενος πραγμάτων ἀκολουθίαις, οὐδὲ γενέσει, οὐδὲ τύχῃ, οὔθ' εἱμαρμένῃ· ἐν πᾶσι τέλειος, καὶ πᾶσαν ἀρετῆς ἰδέαν ἐν ἴσῳ κεκτημένος· οὔτε μειονμενος (7) οὔτε αὐξων, ἀλλὰ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχων· ἡτοιμακὼς κόλασιν τοῖς ἁμαρτωλοῖς, καὶ στέφανον τοῖς δικαίοις.

C

Ζ'. Ἐπεὶ οὖν ἐπλανήθησαν ἀπὸ τοῦ ἑνὸς Θεοῦ διαφόρως πολλοί· καὶ οἱ μὲν ἥλιον ἐθεοποίησαν, ἵνα,

[42] Matth. VI, 24. [43] *Vid. cat.* 7, *n.* 5. [44] Joan. I, 3. [45] Coloss. I, 16. [46] Psal. VIII, 4. [47] Isa. XL, 12.

quamvis a Patre genitum, ἀγέννητον dici tanquam *non factum*, novum non est, cum de Christo propter duplicem naturam dixerit sanctus Ignatius, epist. ad Ephes., n. 7, γεννητὸς καὶ ἀγέννητος. Certe Cyrillus vocibus, γίνομαι et γεννῶμαι, γενητός et γεννητός passim tanquam idem significantibus abutitur.

(1) *Non aliquo circumscribitur loco* Hæc adversum Manichæos dicta puto, qui duabus suis deitatibus divisa habitationis loca et imperia assignabant; quos refellit cat. 6. n 13, vel forte Anthropomorphitas petit, de quibus dicit ibid , n. 8 aut etiam Valentinianos qui Deum Patrem Pleromate per Horum finiri, conditorem vero mundi non attingere usq e ad pleroma dicebant: quam insaniam castigat Irenæus lib. IV, c. 19, n 3. Cum Deum sole minorem aut eidem parem dici vetat, respicit vel gentiles; vel Manichæos, qui cum solem et lunam in astra referrent, cat. 15. n. 3, Deum sane qui sol erat, soli parem; qui luna erat, sole minorem asserebant Quando iterum Deum negat fato subjectum. vel Stoicos petit, quorum ea sententia erat ex Cicer , lib I, *De nat. deorum;* vel Manichæos, quos omnibus astrologiæ superstitionibus obligatos fuisse constat ex Epiph., hæres. LXVI. n 13.

(2) Εἷς δοῦλος. Loco δοῦλος habebatur, κύριος, contrario sensu. quod correxit Millesius ex codd. Anglicanis, cæteris suffragantibus.

(3) Ὁ καὶ ψυχῶν. Conjunctionem καὶ adjeci ex Coisl Colb Roe. et Casaub. Post, verba sequentia, εἷς ἐστιν, etc. usque ad alterum ποιητής inclus. in editis et nonnullis codd. sine dubio propter vocem, ποιητής, bis repetitam omissa, restitui ex codd. Coisl. Roe, Casaub. Ottobon. et vers. Grodeo. Sequentia verba, ἑνὸς δὲ μόνου Πατὴρ πρὸ αἰώνων, non leguntur in codd. Coisl. Roe et Casaub. et sic habetur locus integer, ἑνὸς δὲ μόνου τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ αὐτοῦ, Κύριου δὲ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ Πατὴρ, δι' οὗ, etc. Ea sententia, *multarum quidem*, etc., a sancto Joanne Damascene transcripta videtur, tacito tamen auctoris nomine. lib. I, *De fide orthod.*, cap. 8. Hanc autem Cyrillus iisdem verbis repetit, cat. 7, n. 5. quod tum adversus Judæos dicit, qui Deum negabant filii patrem, cat. 7, n. 2. tum adversus hæreticos, qui Christum alterius quam creatoris et Judæorum Dei Filium aiebant, ibid. num 6, et aliis locis: tum denique adversum Arianos Filium ad creaturæ conditionem relegantes, cat. 11, n 17. In cod. Ottob. prætermittitur phrasis ἑνὸς μόνου, usque ad δι' οὗ, exclusive.

D

(4) Δακτύλων, *digitorum* Coisl. habet, χειρῶν, *manuum*, ut in psal. CI, 26, quem in illa legendi ratione respiceret Cyrillus.

(5) Μὴ νομίσῃς. Hanc lectionem quam exhibent codd. Roe et Casaub. ut sequentibus convenientiorem prætuli alteri editorum ac cæterorum codicum lectioni, quæ ita est: Μὴ νομίσῃς αὐτὸν ἡλίου μικρότερον, ἢ ἴσον εἶναι· *Ne existimes ipsum sole minorem, aut eidem parem esse.*

(6) Εἰδὼς ἅπαντα. Vocem, ἅπαντα, hic necessariam adjeci ex Roe et Casaub.

(7) Οὔτε μειούμενος. Hæc a nobis textui adjecta ex codd. Ottob. Roe, Casaub. et vers. Grod.

δύνοντος ἡλίου, κατὰ τὸν τῆς νυκτὸς (1) καιρὸν ἀθεοι μένωσιν· οἱ δὲ σελήνην, ἵνα ἐν ἡμέρᾳ Θεὸν μὴ ἔχωσι· οἱ δὲ τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ κόσμου· οἱ δὲ τὰς τέχνας· οἱ δὲ τὰς τροφάς· οἱ δὲ τὰς ἡδονάς· καὶ οἱ μὲν γυναικομανεῖς, γυμνῆς γυναικὸς εἴδωλον ἐν ὑψηλῷ στήσαντες, Ἀφροδίτην τε προσαγορεύσαντες (2), προσεκύνησαν διὰ τοῦ φαινομένου τὸ πάθος· οἱ δὲ τοῦ χρυσοῦ τὸ λαμπρὸν ἐκπλαγέντες, αὐτόν τε καὶ τὰς λοιπὰς ὕλας ἐθεοποίησαν· ἐὰν δέ τις τὸν περὶ μοναρχίας τοῦ Θεοῦ λόγον προθεμελιώσῃ τῇ καρδίᾳ, καὶ πεισθῇ τούτῳ, πᾶσαν ὁμοῦ τῶν κακῶν τῆς εἰδωλολατρείας, καὶ τῆς τῶν αἱρετικῶν πλάνης ἐκκόπτει τὴν φοράν (3). Τοῦτο μὲν οὖν σοι πρῶτον δόγμα τῆς εὐσεβείας ἐν τῇ ψυχῇ προθεμελίωσον, διὰ τῆς πίστεως.

ΠΕΡΙ ΧΡΙΣΤΟΥ (4).

Ζ'. Πίστευε δὲ καὶ εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν ἕνα καὶ μόνον, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ Θεὸν γεννηθέντα, τὸν ἐκ ζωῆς ζωὴν γεννηθέντα (5), τὸν ἐκ φωτὸς φῶς γεννηθέντα, τὸν ὅμοιον κατὰ πάντα (6) τῷ γεννήσαντι· τὸν οὐκ ἐν χρόνοις

deum (7), ut noctis tempore sine Deo manerent : alii lunam, ut diei temporibus non haberent Deum; alii cæteras mundi partes ; alteri artes, hi cibos, isti voluptates; aliqui vero mulierum amoribus insanientes, nudæ mulieris simulacrum in sublimi collocatum Veneris nomine nuncupantes, sub visibili specie animi sui vitium affectumque adoravere ; alii ad auri fulgorem attoniti, cum ipsum, tum reliquas materias deos fecere : si quis vero doctrinam de monarchia [seu unico principatu] Dei in corde defixerit, eique ex animo crediderit, omnem simul tam idololatriæ vitiorum, quam hæreticorum erroris cursum impetumque præciderit. Hoc idcirco primum tibi pietatis dogma per fidem in animo pro fundamento constitue.

DE CHRISTO [DOGMA II].

VII. Crede autem etiam in Filium Dei, unum et solum, Dominum nostrum Jesum Christum, Deum de Deo genitum, vitam ex vita genitum, lucem de luce genitum, similem per omnia genitori [48]. Qui non in temporibus ut esset accepit, sed ante omnia

[48] *Vid. cat.* 3, *n.* 14 ; *cat.* 7, *n.* 5 ; *cat.* 11, *n.* 4.

(1) Τῆς νυκτός. Articulum supplevimus ex Coisl. Roe, Casaub.

(2) Προσαγορεύσαντες. Ex cod. Coisl. Ottob. Roe, Casaub. Bodl. consensu ita scripsimus, cum in editis habeatur, προσαγορεύοντες.

(3) Τὴν φοράν. Non male, τὴν φθοράν, *corruptionem*, in codd. Coisl. Roe, Casaub. Ottob. Grod

(4) Περὶ Χριστοῦ. Deest hic titulus in codd. Roe, Casaub et Bodl. Conjunctionem καί ante εἰς τὸν Υἱόν, addidi ex codd. Ottob. Coisl. Roe, Casaub. et vers. Grod. De Christo sunt cat. 10 et 11.

(5) Τὸν ἐκ ζωῆς ζωὴν γεννηθέντα. Desunt ea voces in codd Coisl. Colbert. et in omnibus editionibus Græcis ante Oxoniensem : in qua restituta sunt ex mss. Roe, Casaub. et versione Grodecii. Omissioni locum dedit repetitio verbi, γεννηθέντα. Reperiuntur in locis similibus cat. 11. n 4 et 18. Erant hæ voces in ore fidelium usitatæ, exstantque in variis hujus ætatis symbolis.

(6) Ὅμοιον κατὰ πάντα. *similem quoad omnia.* In margine San-Genovefani libri *Catech* edit. Mor., an. 1564, adjectum est ab aliquo viro docto, in veteri ms ,pro ὅμοιον legi, ὁμοούσιον, *consubstantialem.* Ita legit Grodecius in suo ms. Sirletiano, nam vocem ὁμοούσιον Græcis litteris suæ versioni inseruit. Sed vox, κατὰ πάντα, suo loco in iisdem codd. relicta, emendatorum fraudem aperit. Hæc enim ut voci, ὁμοούσιος, plane disconvenit, ita cum, ὅμοιος, passim ab ecclesiasticis auctoribus conjungebatur, ut plena et accurata Filii cum Patre similitudo exprimeretur. Vera itaque et germana hujus loci scriptura est, ὅμοιον κατὰ πάντα, quam confirmant omnes paralleli loci. Sic cat. 11, n. 4 : Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, ἐν πᾶσιν ὅμοιος τῷ γεγεννηκότι Et n. 18 : Ὅμοιος ἐν πᾶσιν ὁ Υἱὸς τῷ γεγεννηκότι. Et n. 9 : Θεὸς ἀληθινὸς ὢν ὁ Πατὴρ, ὅμοιον ἑαυτῷ ἐγέννα τὸν Υἱὸν, Θεὸν ἀληθινόν. Hanc formulam. quæ subsecutis temporibus eorum qui Semiariani dicti sunt fidei tessera fuit, cum ipsi consubstantiale suspectarent, et Constantio placuisset substantiæ nomen e symbolis exterminari ; hanc, inquam, nonnulli Macedonio auctori ascribunt. alii ex symbolo Antiocheno Luciani informatam arbitrantur. Utrorumque opinionem refellit hic familiaris Cyrillo et Ecclesiæ Hierosolymitanæ hujus sententiæ usus. Nihil enim his temporibus Ecclesiæ huic cum Macedonio commune; nihil apud S. Maximum Hierosolymitanum ponderis aut auctoritatis concilio illi Antiocheno fuit. Quamobrem hanc locutionem a Cyrillo, vel Ecclesia Hierosolymitana, oppositam puto huic blasphemæ Arii in Thalia voci, ab Athanasio commemoratæ orat. 1 *contra Arian.*, num. 6 : Ὁ Λόγος ἀλλότριος καὶ ἀνόμοιος κατὰ πάντα τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας καὶ ἰδιότητός ἐστι· « Verbum a Patris substantia et proprietate alienum est, et per omnia dissimile. » Qua autem mente Cyrillus de consubstantiali tacuerit, expendimus Dissert 3.

(7) *Alii quidem solem fecere deum*, etc. Nihil necesse est nos immorari in his communibus et tritis de gentilium theologia fusius explicandis. Tantum rudiorum gratia summa capita recensebimus, quantum poterimus ex Cyrilli mente. Solis et lunæ cultum antiquissimum esse testis est Job, c. XXXI, 26. Cum gentiles omnes solem sub Phœbi aut Titanis, lunam sub Dianæ nomine adorarent ; solem Persis maximum deum fuisse, lunamque pari fere cultu adoratam testantur auctores Vide Herodot., lib. I, cap. 131. Hinc Manichæi horum siderum cultum acceperant. Mundus ipse Stoicis deus erat, cum omnibus suis partibus. Aer sub Junonis nomine, terra sub Opis, cœlum sub nomine proprio, mare sub Neptuni, ignis sub nomine Vulcani cat. 6, n 10 ; fontes. fluvii, montes. gentilibus dii erant. Animalia ut felis. canis, lupus, leo, anguis et draco in deos relata, ut queritur Cyrillus loco citato, lapis et lignum sculpta, vel etiam interdum rudia, pro diis adorata, ibid. Variæ artes sub inventorum nomine adoratæ ; nimirum medendi, canendi, agricolandi scribendi. nendi, furandi, belligerandi, etc., sub Æsculapii, Musarum et Apollinis, Cereris, Minervæ, Palladis. Mercurii, Martis nomine Vinum sub Bacchi. frumentum sub Cereris, cepe etiam sunt ab insanis gentilibus adorata ibid. Voluptates, ut amor, gaudium. spes, contumelia et impudentia suis non caruere altaribus. Veneris cultu consecrata adulteria : cujus sub nomine et inscriptione multi sua. vel alioqui famosa scorta depingentes adorationi proposuere, ut refert ex Posidippo Clem. Al. *Protrept.* pag. 29. Aurum et argentum sub Mammonæ et Pluti nomine culta. Videsis Clem. Al. *Protreptici* pag. 16 : qui locus si non a Cyrillo visus et transcriptus est, isti sane maxime finitimus est.

sæcula sempiterne et modo quodam nullis cogitationibus pervio ex Patre genitus est. Qui **55** Dei sapientia et potestas, et justitia subsistens est [49]; qui in dextera Patris ante omnia sæcula sedet. Non enim, ut quidam existimarunt (1), post passionem quasi coronatus a Deo [50], pro patientiæ mercede thronum a dextris ejus recepit; verum ex quo est, (est autem genitus ex omni æternitate) regiam habet dignitatem; sedens una cum Patre, Deus cum sit, et sapientia et potestas, ut dictum est; una cum Patre regnans, et omnium per Patrem conditor [51]. Nihil porro ei ad divinitatis dignitatem deest (2); eumque a quo genitus est cognoscit (3), sicut ipse a genitore cognoscitur [52]. Et ut compendio dicamus [53], illud in Evangeliis scriptum recordare: « Nemo novit Filium, nisi Pater; neque Patrem « quis novit, nisi Filius [54].

potestatem habens faciendi quæ velit. [98] Non enim siderum natalitiorum vi peccas (1); neque fortuna cogente scortaris; neque, uti nonnulli delirant, astrorum conjunctiones te lasciviis invitum incumbere compellunt. Quid tua ipsiusmet mala confiteri detrectans, astris insontibus culpam ascribis? Ne mihi posthac astrologis adverte; de illis enim ait Scriptura divina: « Stent et salvent te astrologi « cæli [99]; » et inferius: « Ecce omnes sicut stipula « igni comburentur, et non liberabunt animam « suam de flamma [1]. »

XIX. Hoc quoque addisce, quod priusquam anima in hunc mundum veniret, nihil peccavit (2): sed cum absque peccato venerimus, nunc ex libera voluntate peccamus. [2] Ne mihi quemquam audias illud male interpretantem: « Si autem quod nolo, « illud facio [3]; » sed recordare ejus qui dicit: « Si « volueritis, et audieritis me, bona terræ comedetis; « si vero nolueritis, et non audieritis me, gladius vos « consumet [4],» etc.; et rursus: « Sicut exhibuistis « membra vestra serva immunditiæ et iniquitati ad « iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra serva « justitiæ in sanctificationem [5]. » Memento etiam Scripturæ dicentis: « Sicut non probaverunt Deum ha- « bere in notitia [6]; *et*, Quod de Deo cognosci potest « manifestum est in illis [7]; *et iterum*, Oculos suos « clauserunt [8]. » Dei quoque rursum [memento] increpantis et dicentis: « Ego autem plantavi te vi- « neam fructiferam omnem veram; quomodo con- « versa es in amaritudinem, vitis aliena [9]? »

XX. Immortalis est anima (3): similesque sunt **62** C

[98] *Vid. cat.* 2, *n.* [99] Isa. XLVII, 13. [1] ibid. 14. [2] *Vid. cat.* 6, *n.* 27, 28. [3] Rom. VII, 16. [4] Isa. I, 19, 20. [5] Rom. VI, 19. [6] Rom. I, 28. [7] ibid. 19. [8] Matth. XIII, 15. [9] Jerem. II, 21.

per creationem mutuetur, jam non vita ipsa, quod testantur sacræ litteræ, sed animal futurus sit: λοιπὸν καὶ ζῶον ἡμῖν ὁ Υἱὸς, οὐκ αὐτὸ (forte αὐτὴ) κατὰ φύσιν ζωή. In fragmento Actorum Pauli ab Origene, lib. I *De principiis*, cap. 2, citato, dicitur de Filio, *Hic est Verbum animal vivens*; nisi scribarum vel Rufini quædam sit corruptela.

(1) *Non enim siderum natalitiorum vi*, etc. Castigat errorem a philosophis paganis profectum, hisque temporibus communem, ut Patrum scripta plurima fidem faciunt. Præter Pharisæos, Gnosticos fere omnes et Manichæos astrologiæ vanitatibus deditos teste Epiphanio, hæresi LXVI, num. 13, multi e Christianis, horum commercio superstitionis hujus parte aliqua se obligari patiebantur.

(2) *Priusquam anima in hunc mundum veniat nihil peccavit.* Animam ante corpus exstitisse non negat Cyrillus, sed tantum peccavisse priusquam in has partes deveniret. Quod unum ad fidem Ecclesiæ attinere ait Aug. ep 164, num. 20, et 166 num 7. Cæterum animam non esse corpore antiquiorem, videtur asserere infra num. 30 et cat. 18, num. 9. Error autem de commissis in superiori vita peccatis a Pythagoricis acceptus, teste Clem. Alex., lib. III *Strom.*, n. 3, pag. 433, et Aug., lib. IV *cont Julian*, cap 16, num. 83, pluribus hæreticis communis fuit, Basilidi, ex Clem Alex., lib. IV *Strom*, pag 506, d. Cassiano Valentiniano, ex eodem lib III *Strom.*, pag. 466; Carpocrati, ex Irenæo lib I, cap. 25, n. 4. Hunc autem suo præsertim nomine nobilitavit Origenes quem vulgo respexere quicunque postea Patres nefarium illud dogma impugnarunt.

κατὰ τυχὴν πορνεύεις, οὔτε, καθὼς λῃροῦσί τινες, αἱ τῶν ἄστρων πλοκαὶ ταῖς ἀσελγείαις σε προσέχειν ἀναγκάζουσι· τί φεύγων ὁμολογῆσαι τὰ σεαυτοῦ κακὰ, τοῖς ἀναιτίοις ἄστροις προσγράφεις τὴν αἰτίαν; Μή μοι πρόσεχε λοιπὸν ἀστρολόγοις· περὶ γὰρ τούτων λέγει ἡ θεία Γραφή· Στήτωσαν καὶ σωσάτωσάν σε οἱ ἀστρολόγοι τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἑξῆς· Ἰδοὺ πάντες ὡς φρύγανον ἐπὶ πυρὶ κατακαυθήσονται, καὶ οὐ μὴ ἐξέλωνται τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἐκ φλογός.

ΙΘ'. Μάνθανε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι πρὶν παραγένηται εἰς τόνδε τὸν κόσμον ἡ ψυχὴ, οὐδὲν ἥμαρτεν· ἀλλ' ἐλθόντες ἀναμάρτητοι, νῦν ἐκ προαιρέσεως ἁμαρτάνομεν. Μή μοι κακῶς τινος ἀκούσῃς ἐξηγουμένου τὸ, Εἰ δὲ δ' οὐ θέλω, τοῦτο ποιῶ· ἀλλὰ μέμνησο τοῦ λέγοντος· Ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσησθέ (4) μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσησθέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ πάλιν· Ὥσπερ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ, καὶ τῇ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν· οὕτω νῦν παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ εἰς ἁγιασμόν. Καὶ μέμνησο τῆς Γραφῆς λεγούσης· Καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει· καὶ, ὅτι Τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς· καὶ, ὅτι Τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν· καὶ τοῦ Θεοῦ πάλιν ἐγκαλοῦντος, καὶ λέγοντος· Ἐγὼ δὲ ἐφύτευσά σε (5) ἄμπελον καρποφόρον πᾶσαν ἀληθινήν· πῶς ἐστράφης εἰς πικρίαν, ἡ ἄμπελος ἡ ἀλλοτρία;

Κ'. Ἀθάνατός ἐστιν ἡ ψυχή· καὶ ὁμοῖαι πᾶσαι αἱ

(3) *Immortalis est anima.* Errorem refutat Epicureorum de animarum morte, quem Tertullianus ab uno inter omnes hæreticos Lucano Marcionita, *secundum Aristotelem* propugnatum dicere videtur, *De resurr. carn*, cap. 2; at idem, *De anima*, cap. 3, varios hæreticorum de anima errores conglobatim referens, non de uno, sed multis, *Alii*, inquit, *immortalem negant animam. Constitut. Apost.* auctor, lib. VI, cap. 57, hanc sententiam omnibus veteribus hæreticis imputat, *animam immortalem non esse*, ψυχὴν ἀθάνατον μὴ ὑπάρχειν· quod non de omnibus et singulis intelligendum puto, cum ibi diversos omnium hæreticorum errores in unum colligere voluisse credam. Simon Magus, *Recogn.*, lib. III, num. 41, et *Clement.* hom. 2, num 29, animæ immortalitatem et futurum rerum statum negat. *Apud Valentinianos*, ait Tertull., *Scorp.*, c. 32, *anima mortalis nisi quæ salutem fide invenerit.* Heracleon Valentinianus, Origene auctore, tom. XVIII *in Joan*, p. 255, immortalem animam inficiabatur: Οὐκ ἀθάνατόν

(4) Εἰσακούσησθε. Cod. Coisl., εἰσακούσητε, ut in LXX. Verba sequentia τὰ ἀγαθὰ etc. usque ad καὶ τὰ ἑξῆς, incl., desunt in codd. Roe et Casaub. Eadem omittuntur a Grodecio, exceptis tamen verbis τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε, quæ vertit.

(5) Ἐφύτευσά σε. Vocem σε addidimus et scripsimus ἐστράφης, signif. secundæ personæ, loco ἐστράφη tertiæ, ex codd. Coisl. Ottob. Roe, Casaub. et Grod. Sensum hunc postulare videtur sensus Cyrilli, Deum increpantem ἐγκαλοῦντος, inducentis.

ψυχαί (1) εἰσιν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν· τὰ γὰρ μέλη τοῦ σώματος διακέκριναι μόνον. Οὐκ ἔστι τάγμα ψυχῶν κατὰ φύσιν ἁμαρτανουσῶν, καὶ τάγμα ψυχῶν κατὰ φύσιν δικαιοπραγουσῶν· ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως ἀμφότερα, μονοειδοῦς καὶ ὁμοίας οὔσης ἐν ἅπασι τῆς τῶν ψυχῶν ὑποστάσεως. Οἶδα μὲν οὖν πολλὰ λέγων (2), καὶ ὡς ὁ καιρὸς ἤδη πολύς ἐστιν· ἀλλὰ τί σωτηρίας προτιμώτερον; Οὐ βούλει καμὼν λαβεῖν ἐφόδια πρὸς τοὺς αἱρετικούς; οὐδὲ θέλεις γνῶναι τῆς ὁδοῦ τὰς παρεκτροπάς, ἵνα μὴ κατὰ κρημνὸν ἐξ ἀγνοίας ἐνεχθῇς; Εἰ οἱ διδάσκοντες ἡγοῦνται κέρδος οὐ μικρὸν, τὸ σὲ ταῦτα μάθειν· σὺ ὁ μανθάνων, ἆρα οὐκ ὀφείλεις ἡδέως δέχεσθαι τῶν λεγομένων τὸ πλῆθος.

ΚΑ'. Αὐτεξούσιός ἐστιν ἡ ψυχή· καὶ ὁ διάβολος τὸ μὲν ὑποβαλλειν δύναται, τὸ δὲ καὶ ἀναγκάσαι παρὰ προαίρεσιν, οὐκ ἔχει τὴν ἐξουσίαν. Ὑπογράφει σοι πορνείας λογισμόν· ἐὰν θελῃς, ἐδέξω· ἐὰν μὴ θέλῃς, οὐκ ἐδέξω. Εἰ γὰρ κατ' ἀνάγκην ἐπόρνευες, καὶ τίνος ἕνεκα τὴν γέενναν ἡτοίμασεν (3) ὁ Θεός; Εἰ κατὰ φύσιν, ἀλλ' οὐ κατὰ προαίρεσιν ἐδικαιόπραγεις, τίνος ἕνεκεν στεφάνους ἀνεκδιηγήτους ἡτοίμασεν ὁ Θεός; Ηρᾴον ἐστι τὸ πρόβατόν, ἀλλ' οὐδέποτε τοῦτο διὰ τὴν πραότητα ἐστεφανώθη· ἐπειδὴ τὸ πρᾶον οὐκ ἐκ προαιρέσεως, ἀλλ' ἐκ φύσεως αὐτῷ πρόσεστιν.

[10] *Vid. cat.* 2, n. 3, et infr. n. 37.

animæ omnes seu virorum seu mulierum ; sola enim corporis membra distinguuntur. Non est ordo animarum (4) natura peccantium, et ordo animarum natura juste agentium : sed utrumque ex voluntate et suo cujusque arbitrio fit, cum animarum substantia uniusmodi sit et similis in omnibus. Novi multa me dicere, et tempus jam multum præteriisse ; sed quid ante salutem ponendum? Nolis cum labore aliquo viaticum tibi adversum hæreticos dari? neque vis nosse diverticula viæ, ut ne per imprudentiam in præcipitium feraris? Si doctores non minimum deputant lucri sibi accedere, quod hæc addiscas ; tu qui addiscis, non debes libenter multitudinem rerum quæ dicuntur excipere?

XXXI. [10] Libera est et sui juris anima ; diabolusque suggerere quidem potest ; ut autem præter voluntatem cogat, potestatem non habet. Subjicit tibi fornicationis cogitationem ; si voles, admittis ; si nolis, non admittis. Si enim ex necessitate fornicareris qua igitur causa Deus gehennam præparasset? Si natura, non arbitrio, recta faceres, cur Deus ineffabiles coronas apparasset? Mansueta est ovis, at nunquam propter mansuetudinem coronata fuit, quia quod mansueta sit, ei non ex animi voluntate, sed ex natura comparatum est.

natόν γε εἶναι τὴν ψυχὴν ἡγεῖται ὁ Ἡρακλέων. Auctor *Clement.* homil. 3, num. 6, existimat impios per ignis supplicium finem accepturos ; nec amplius sempiternos esse posse, qui in sempiternum ac solum Deum peccaverint : quæ etiam Arnobii fuisse videtur existimatio lib. II, p. 67. Origenes teste Eusebio, lib. VI *Hist.*, cap. 37, ortum in Arabia errorem, quod animi una cum corpore articulo mortis occumberent, et resurrectionis tempore iterum vitam reciperent, in eas regiones appulsus, collecto concilio ita oratione confutavit, ut contra sentientes a sententia revocarit. Ita videtur sensisse Tatianus *contra Græcos*, pag. 152.

(1) Πᾶσαι αἱ ψυχαί. Adjectivum πᾶσαι a nobis adjectum est ex fide mss. Ottob. Coisl. Roe, Casaub. et Grod. sed post ὅμοιαι additur in codd. Roe et Casaub. κατ' οὐσίαν, *similes secundum essentiam*. Paulo post, loco διακέκριναι, Coisl. habet διακέκριται, quod elegantius. Apellis hic de sexu animarum error erat ; qui, Tertulliano teste, lib. *De anima* cap. 36, animas viriles ac muliebres ante corpora constituens, corpus ab anima sexum accipere statuebat.

2) Πολλὰ λέγων· In editis, λέγειν, quod supponeret μέν præcedens Lectio quam sequimur elegantior, et e codd. Coisl. Ottob. Roe. Casaub. accepta, eademque habetur aliis Cyrilli locis. Non multo post, loco κακῶν quod nihil hic significat, reposuimus, καμών, ex codd. Ottob., Roe et Casaub.

(3) Ἡτοίμασεν. Sic restituimus ex cod. Coisl. et simili lectione Cyrilli post aliquot lineas : editi, ἑτοίμαζεν· emendatius G. Morellius, ἡτοίμαζεν· Roe et Casaub. ἐποίησεν. Voces, εἰ κατὰ φύσιν, et sequentes usque ad πρᾶον excl., propter repetitionem vocum, ἡτοίμασεν ὁ Θεός, in aliquot codicibus, et in omnibus editionibus Græcis prætermissa reposuit Millesius ex codd. Roe et Casaub. Habentur præterea in codd. Coisl. et Ottob. et in versione Grodecii. Loco ἀνεκδιηγήτοτς Oxoniensis editionis, ex Coisl. scripsimus, ἀνεκδιηγήτους. In hoc porro loco observatu dignum est, Cyrillus ad meriti, vel demeriti, ut loquuntur, rationem, eam voluntatis libertatem in hominibus requirere : quæ necessitati, etiam spontaneæ, sed ad unum ex instinctu determinatæ, expers sit : nunc autem illum victricis gratiæ motum excludit, qui animam superne illustratam, illæsa dissentiendi potestate, efficaciter impellit ac determinat. V. eat. 13, num. 31 et 40 ; cat. 16, n. 16, 19, etc.

(4) *Non est ordo animarum*, etc. Hunc iterum errorem evertit cas. 7, num. 12, Valentiniarorum fuit, qui ut auctor est Irenæus, lib. I, cap. 7, n. 5, tres hominum ordines, spirituales, animales, materiales distinguebant ; animarum vero duos ; quarum aliæ natura bonæ, aliæ malæ forent. Saturninus prior duo hominum genera ab angelis creata distinxerat, alterum quidem nequam, alterum bonum, ex Irenæo lib. I, cap. 24, num. II. Valentinus et Basilides naturas hominum admittebant ita perditas ut salvari nullo modo ; alias vero ita salvas, ut nullo modo perire possent, ex Origene, lib. VIII *in Epist. Rom.*, et lib. III *Princip.*, cap. 10. Utriusque verba videre potes a Clem. Alex. lib. IV. *Strom.* commemorata pag. 509. Eamdem hæresim Marcioni imputat Origenes, lib. II *in Ep. Rom.* Manichæos hic respici videtur Millesio, quod ipsi assentiri non possum ; nam illi animam et corpus e diversis conditoribus profecta dicebant ; sed animas omnes ab uno principio, bono scilicet ita deducebant, ut omnes uniusmodi essent, adeo ut unam in omnibus animam, quæ divinæ substantiæ pars esset, asserrent, teste Greg. Nysseno. *De anima*, tom. II, pag. 103, et Nesemio, *De natura hominis*, cap. 2. Manichæi Africani, aut Itali, duas equidem in homine animas admittebant : aliam carnis propriam de gente tenebrarum, aliam bonam quæ pars esset Dei, referente Augustino, lib. I *Retract.*, cap. 15, num. I ; sed is error nec Cyrillo, nec Græcis fere cognitus videtur fuisse : saltem et bonam et malam illas animas in omnibus hominibus, uniusmodi esse statuebant, non in diversis hominibus diversas, quem solum errorem hic refutat Cyrillus.

DE CORPORE [DOGMA IX]

XXII. Cognosvisti dilecte, de anima quantum interim satis fuit; nunc et audi pro viribus de corpore tuo. [11] Ne quemquam feras [12] eorum (1), qui alienum a Deo corpus istud esse dicunt ; qui enim alienum a Deo quiddam esse corpus, et in hoc tanquam alieno in **73** vasculo inhabitare animam credunt, eo ad scortationes procliviter abutuntur [13]. Quid vero est quod in illo admirabili corpore criminantur? quid illi ad decentiam et concinnitatem deest? quid non in ipsa structura artificiosum ? Nonne eos oportuit considerare tum ocu-
lorum conformationem splendidissimam, tum quomodo aures in obliquum flexæ jacent, ut auditum sine impedimento admittant, utque olfactus vapores discernendi, et suaves odores admittendi vi pollet, ut lingua duarum rerum administra est gustatus et loquendi facultatis, ut in abditis locis positus pulmo donatus est irrequieta aeris aspiratione ? Quisnam perpetuum cordis pulsum indidit ? quis in tot venas arteriasque distribuit? quis nervis ossa tam sapienter implicata colligavit ? quis alimenti partem ad supplementum naturæ attribuens, partem aliam ad verecundam secretionem discrevit, et pudendas partes verecundioribus abscondit locis [13] ? quis defecturam hominum naturam levi atque facili conjunctione perennem effecit ?

XXIII. Ne mihi dixeris corpus peccandi causam esse (2); si enim corpus peccati causa est, quare

[11] *Vid. cat.* 18, n. 1 *et* 20. [12] *Vid. cat.* 9, n. 15, *et cat.* 12, n. 26 [13] I Cor. XII, 23.

ΠΕΡΙ ΣΩΜΑΤΟΣ (3).

ΚΒ'. Ἔγνως, ἀγαπητὲ, καθ' ὅσον ἐγχωρεῖ τέως, τὰ περὶ ψυχῆς· δέξαι κατὰ δύναμιν καὶ τὸν περὶ τοῦ σώματός σου λόγον. Μή τινος τῶν λεγόντων ἀνάσχῃ, ἀλλότριον Θεοῦ τοῦτο εἶναι τὸ σῶμα. Οἱ γὰρ ἀλλότριον (4) Θεοῦ εἶναι τὸ σώμά τι πιστεύοντες, καὶ ὡς ἐν ἀλλοτρίῳ σκεύει τὴν ψυχὴν κατοικεῖν, τούτῳ καὶ εἰς πορνείας ἑτοίμως ἀποκέχρηνται. Τί δὲ καὶ κατέγνωσαν τοῦ θαυμασίου τούτου σώματος ; τί μὲν γὰρ ἐν εὐπρεπείᾳ λείπεται ; τί δὲ οὐκ ἔστιν ἔντεχνον τῆς κατασκευῆς ; Ἆρα οὐκ ἐχρῆν αὐτοὺς κατανοῆσαι ὀφθαλμῶν μὲν λαμπροτάτην κατάστασιν· ὅπως δὲ τὰ ὦτα πλαγίως ἐγκείμενα, ἀνεμπόδιστον δέχεται τὴν ἀκοήν ; καὶ ὅπως ἡ ὄσφρησις μέν ἐστι τῶν ἀτμῶν (5) διακριτική, καὶ τῶν ἀναθμιάσεων ἀντιληπτική ; ἡ γλῶττα δὲ ὅπως δισσῶν πραγμάτων ἐστὶ διάκονος, γευστικῆς ἕξεως, καὶ διαλεκτικῆς ἐνεργείας ; ὅπως ὁ πνεύμων ἐν ἀποκρύφοις κείμενος, ἄπαυστον ἔχει τοῦ ἀέρος τὴν ἀναπνοήν ; Τίς ὁ ἐνθεὶς παλμὸν καρδίας ἀδιάλειπτον ; τίς ὁ διελὼν εἰς φλέβας καὶ ἀρτηρίας τοσαύτας ; τίς ὁ τοῖς νεύροις τὰ ὀστέα σοφῶς ἐνείρας ; τίς ὁ τῆς τροφῆς μέρος μὲν εἰς ὑπόστασιν δοὺς, μερος δὲ εἰς εὐχήμονα (6) διάκρισιν διακρίνας, καὶ τὰ τῆς ἀσχημοσύνης μέλη ἐν εὐσχημοτέροις ἀποκρύψας τόποις ; τίς μέλλουσαν ἐκλείπειν τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, δι' εὐτελοῦς κοινωνίας ἀκατάπαυστον συνεστήσατο ;

ΚΓ'. Μὴ λέγε μοι τὸ σῶμα παραίτιον ἁμαρτίας εἶναι. Εἰ γὰρ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας αἴτιον, διὰ τί

(1) *Ne quemquam feras*, etc. Veteres Gnostici mundum aspectabilem, cujus pars nostra sunt corpora, ab angelis fabricatum aiebant ; animarum sortem a corpore diversam statuentes. Vide ea de re Carpocratis nugas apud Iren , lib. I. cap. 25. num. 4, et Basilidis. ibid., cap 24, num. 4 et 5. Hujus postremi hæresim imitatus Marcion, animæ solius salutem esse aiebat : corpus vero, quoniam de terra sumptum sit, quæ malorum auctoris Dei opus esset, salutem participare non posse; ex eodem lib I, cap. 27, num. 2 et 3. Corpus a Deo malo, animam a bono Deo creatam diserte asserebant Manichæi. ex Epiphanio, hæres. LXVI, num. 8, quam hæresim Cyrillus frequenter ac studiose castigat. Habemus verba Manetis in epistola ad Marcellum apud Archelaum, et apud Epiphanium loco citato num. 6. in qua Catholicos redarguit, quod bonum et malum ab eodem auctore proficisci dicerent, neque exteriorem hominem ab interiori distinguere nossent. Omnes illi hæretici corpore ad impuritates turpissime abutebantur. Singularia Manichæorum hac in re flagitia. Vide cat. 6, n. 33 et 34.

(2) *Ne mihi dixeris corpus peccandi causam esse.* Manichæos proprie petit, qui peccatorum causam referebant in conjunctionem corporis quod diaboli erat, cum anima quæ Dei esset ex Tito Bostr., l. I *contra Manich.*, pag. 449, quorum hæresim sic repræsentat Augustinus, *De hæresibus*, cap. 46. « Peccatorum originem non libero arbitrio voluntatis, « sed substantiæ tribuunt gentis adversæ: quam dog- « matizantes esse hominibus mistam omnem carnem « non Dei, sed malæ mentis prohibent esse opificium; « quæ a contrario principio, Deo coæterna est: hinc necessaria peccata dicebant Fortunatus Manichæus, apud Augustinum, disput. 2 *contra Fortunat.*, n. 20, ait: *Inviti peccamus, et cogimur a contraria et inimica nobis substantia ;* et n. 21 : *Hoc nos dicimus quod a contraria natura anima cogatur delinquere.*

(3) Περὶ σώματος. Titulus hic in codd Colb. Bodl. Morel. Roe et Casaub prætermissus, in codd. Coisl. et Ottob. transfertur post verbum λόγον, ante μή τινος.

(4) Ἀλλότριον. Non contemnenda codd. Roe et Casaub lectio, quæ fert ἀλλοτρίου, ut sensus sit non eos ferendos esse, qui alieni Dei corpus nostrum esse aiunt: quod multis aliis Cyrilli dictis conforme est, ut hujus cat. num 4 et 18; et cat. 8 num. 3, etc., sed ἄλλότριον legendum esse suadet sequens phrasis, in qua isthæc repetitur. Post alterum ἀλλότριον addidimus vocem Θεοῦ, ex cod. Ottobon. et interpretatione Grodecii ; quanquam ea satis ex præcedentibus verbis subintelligitur ; alioqui iidem hæretici, qui corpus a Deo alienum arbitrabantur, alienum etiam a se, hoc est anima præcipua hominis parte, existimabant, ut patet ex cat. 18, n. 20, nec injuria, cum animam a Deo bono se habere, corpus vero a Deo malo et exoso et inimico dicerent. Pronomen τι post σῶμα ex codd. Colb. Roe et Casaub. addidimus. Item post πιστεύοντες conjunctionem, καί ea voces, τὴν ψυχὴν κατοικεῖν, addidimus ex utroque eod. Roe et Casaub. Tandem post τί δέ particulam καί ut majorem emphasim phrasi conferentem adjecimus ex Coisl. Ottob. Roe, Casaub.

(5) Τῶν ἀτμῶν. Eas voces supplemus ex codd. Roe et Casaub.

(6) Εὐσχήμονα. Editi, ἀσχήμονα ; emendavimus ex mss. Coisl. Ottob. Colb. Roe. Casaub. Bodl. et Grod. Post loco, ἀσχημοσύνης, habetur in Ottob. εὐσχημοσύνης, sed Cyrillus, respiciens loeum 1 Cor. XII, 23, vocat τῆς ασχημοσύνης μέλη, quæ Apostolus dicit τὰ ἀσχήμονα ἡμῶν. Denique pro ἀσχημοτέροις, quod in editionibus anni 1631 et sequentibus

νεκρὸν οὐχ ἁμαρτάνει; Παράθες ξίφος τῇ δεξιᾷ τοῦ τετελευτηκότος ἀρτίως, καὶ φόνος οὐ γίνεται· διὰ τετελευτηκότος ἀρτίως νέου κάλλη παντοῖα παρερχέσθω, καὶ ἐπιθυμία πορνείας οὐ γίνεται· Διὰ τί; ἐπειδὴ τὸ σῶμα οὐχ ἁμαρτάνει καθ' ἑαυτὸ, ἀλλὰ διὰ τοῦ σώματος (1, ἡ ψυχή· Ἐργαλεῖόν ἐστι τὸ σῶμα, καὶ ὥσπερ ἱματιον καὶ στολὴ ψυχῆς· κἂν μὲν ὑπὸ ταύτης πορνείᾳ παραδοθῇ, γίνεται ἀκάθαρτον· ἐὰν δὲ ἁγίᾳ ψυχῇ συνοικήσῃ, γίνεται ναὸς ἁγίου Πνεύματος Οὐκ ἐγὼ ταῦτα λέγω, ἀλλὰ Παῦλος ὁ ἀπόστολος εἴρηκεν· Οὐκ οἴδατε, ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν (2) ἁγίου Πνεύματός ἐστιν; Φεῖσαι τοίνυν τοῦ σώματος, ὡς ναοῦ Πνεύματος ἁγίου τυγχάνοντος. Μὴ φύρῃς ἐν πορνείαις τὴν σάρκα σου, μὴ μολύνῃς σου τὴν καλλίστην ταύτην στολήν· εἰ δὲ καὶ ἐμόλυνας, ἀπόπλυνε νῦν διὰ μετανοίας (3)· ἀπόλουσαι ἕως καιρὸς πασένει.

ΚΔ'. Καὶ τον περὶ σωφροσύνης λόγον προηγουμένως μὲν ἀκονέτω (4) των μοναζόντων καὶ τῶν παρθένων τάγμα, τῶν τὸν ἰσάγγελον βίον ἐν κόσμῳ κατορθούντων [ἑπομένως δὲ καὶ ὁ λοιπὸς τῆς Ἐκκλησίας λαός (5)]. Μέγας ὑμῖν ἀπόκειται στέφανος, ἀδελφοί· μὴ μικρᾶς ἡδονῆς ἀντικαταλλάξητε μεγάλην ἀξίαν, ἀκούσατε (6) τοῦ Ἀπο-

A mortuus non peccat? Gladium admove dextræ hominis nuger mortui, et cædes nulla fiet; omnia formarum genera coram juvene recena mortuo pertranseant, et nulla oborietur scortandi cupiditas. Quamobrem? quia corpus per seipsum non peccat. sed anima per corpus [14]. Animæ instrumentum, et veluti indumentum atque amictus corpus est: et si quidem ab ea ad fornicationem applicetur, immundum fit; si vero animæ sanctæ conjungatur, fit templum Spiritus sancti. Hæc ego non profero, sed Paulus apostolus dixit: *Nescitis quod corpora vestra templum sunt Spiritus sancti qui in vobis est* [15]? Parce igitur corpori tuo, tanquam templo sancti Spiritus exsistenti. Ne tuam carnem stupris polluas; ne inquines hanc tuam pulcherrimam vestem: si autem inquinasti, nunc B ablue per pœnitentiam; lavare quandiu tempus patitur.

XXIV. [16] At eum qui de castitate est sermonem, præcipue quidem auscultet monachorum et **64** virginum ordo (7), qui vitam in mundo parem angelis instituunt [deinde vero reliquus Ecclesiæ populus]. [17] Magna vobis, fratres, reposita est corona; ne exigua voluptate magnam dignitatem commutetis, audite Apostolum dicentem: « Ne quis

[14] *Vid. cat.* 18, n. 10. [15] I Cor. VI, 19. [16] *Vid. cat.* 12, n. 15, 34. [17] *Vid. cat.* 18, n. 20; *cat.* 12, n. 34.

legitur, reposui εὐσχημοτέροις, juxta Prevotium in editione anni 1608, et codd Bodl. Colb. Roe. Casaub. Grodecii versionem, quibus addi potest cod. Coisl. in quo legitur εὐσχημονεστέροις· eaque lectio C Apostolo convenientior in loco citato dicenti: Τὰ ἀσχήμονα ἡμῶν, περισσοτέραν εὐσχημοσύνην ἔχει· *Quæ verecunda sunt nostra, abundantiorem verecundiam habent.*

(1) Διὰ τοῦ σώματος. Articulum adjecimus ex Coisl. Roe et Casaub. codd.

(2) Ἐν ὑμῖν. Editi. ἐν ἡμῖν, *in nostris*; ὑμῖν reposuimus ex codd. Roe, Casaub. vers. Grod sacro textu. et Cyrillo ipso eodem modo locum hunc repetente cat. 12, num. 26.

(3) Διὰ μετανοίας. Post hæc verba, additur in cod. Ottob., ἀπόλουσαι διὰ νηστείας, *abluere per jejunium*: loco autem verborum, ἀπόλουσαι ἕως καιρὸς παρέχει. Ottob. Roe, Casaub. et Grod. habent, ἀπολούσεως γὰρ ὁ καιρός *Nunc enim ablutionis tempus*: quamquam Roe et Casaub. vitiose pro ἀπολούσεως ferunt ἀπολύσεως, *absolutionis*.

(4) Desideratur, τό. Edit.

(5) Ἑπομένως δὲ καὶ ὁ λ. τ. Ἐκ λαός. Ea verba D quæ alterum, uti videtur, phrasis membrum efficiunt, ac per præcedens προηγουμένως μὲν postulari videntur, addidimus ex codd. Roe et Casaub. Similis habetur phrasis infra num. 28.

(6) Ἀκούσατε, etc. Hæc et reliqua usque ad πρωτοτόκια αὐτοῦ inclus desunt in codd. Roe et Casaub. Loco ἀγγελικαῖς, in editis habetur, εὐαγγελικαῖς. Quis autem fando audivit hominum nomina in evangelicis libris describi? scripsimus itaque, ἀγγελικαῖς, *angelicis*, ex codd. Ottob. Roe et Casaub. sive illi libri ita dicantur, quoniam ab angelis bona opera nostra scribuntur in libris Dei; in quibus primus locus virginitati datur, ut ait Cyrillus, cat. 15, num. 23, seu quoniam ii qui virginitatis propositum sequuntur, angelis parem vitam imitantes, ut supra dixit eorum ordinibus annumerabantur juxta hæc Isidori Pelusiotæ verba lib. IV, epist. 192: Οἱ δὲ τῆς παρθενίας ἐρασταὶ γνήσιοι εἰς τὰς τῶν ἀγγέλων τε-

τεγμένας ἐπεγράφησαν ἀξίας· « Sinceri virginitatis « amatores in constitutis certo ordine angelorum di- « gnitatibus inscripti sunt. » Antiquus auctor libri *De virginitate*, apud Athan., n. 10, t. II, p. 145: Μαρτυροῦμαι παντὶ ἀνθρώπῳ ἀκούοντι τὰ ῥήματα ταῦτα καὶ ποιοῦντι, ὅτι τὸ ὄνομα αὐτοῦ γραφήσεται ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς, καὶ ἐν τῷ τρίτῳ τάγματι τῶν ἀγγέλων εὑρεθήσεται. « Testificor omni homini, qui hæc ver- « ba audit et facit, quod nomen ejus in libro vitæ « scribetur, et in tertio angelorum ordine reperie- « tur ». Loco ἐγγραφήσῃ, scripsimus, ἐγγραφεὶς ex mss. Coisl Ottob. Roe, Casaub. et Grod. Ottobonianus etiam habet, ἐγγραφεὶς ἤδη, *jam inscriptus*, id quod verum est, cum loquatur ad eos qui monasticen et virginitatem jam professi erant, et idcirco in divinis libris pudicitiæ titulo inscripti. Eamdem scripturam sequentia comprobant.

(7) *Monachorum et virginum ordo.* Iterum catech. 12, num. 33, virginum et monachorum chorum alloquitur, eamdemque illis admonitionem repetit. Non hos μοναχούς, sed μοναζοντας appellat: quæ licet ambæ voces sequentibus ætatibus videntur divisæ, hoc tamen tempore promiscue sumptas puto. Quanquam apud Athanasium observo, μοναζοντας semper appellari, qui in urbibus; μοναχούς, qui in solitudinibus monasticen profitebantur. Hic certe de primi generis monachis agitur, qui ad conventus Ecclesiæ, etiam baptizandis proprios, de more conveniebant. Cum in his conventibus omnes fidelium ordines assisterent, μοναζοντες illi verisimiliter baptizati erant: nihil tamen prohibet, quominus inter baptizandos reperirentur et monachi et virgines continentiam professæ, nam in catechumenorum numero fuisse monachos testis est sanctus Joannes Chrysostomus hom. 25 in epist. ad Hebræos, pag. 913, d. negans catechumenum quamvis monachum, fidelibus fratrem esse: Ὥστε ὁ μὲν κατηχούμενος, κἂν μοναχὸς ᾖ, οὐκ ἀδελφός. Nazianz., orat. 40, num. 17, pag. 648, diversos hominum ordines ad capessendum sine mora baptismum adhortans, hæc ad virginitatem professus

« fornicator aut profanus ut Esau, qui propter « unam escam vendidit sua primogeniti jura [18] ». In angelicis libris propter puritatis propositum descriptus, vide ne propter stuprum perpetratum posthac ex eisdem delearis [19].

XXV. Neque vero, si perfectum castitatis officium adimples (1), efferri te decet adversus illos qui inferiorem vitæ statum matrimonio copulati sectantur. *Honorabile enim est connubium, et cubile impollutum*, ut ait Apostolus [20]. Et tu qui castitatis integritatem habes nonne ex hominibus conjugatis natus es? Non ergo quod aurum possideas, argentum reprobes; verum spei bonæ pleni sint et ii qui in conjugio legitime nuptiis utuntur; qui exactum ad leges connubium, non illud ex immoderata licentia procax ac libidinosum instituunt; qui relaxationis tempora norunt ut vacent orationi [21]; qui una cum vestimentis munda in conventibus ad Ecclesiam offerunt corpora; qui liberorum procreandorum, non fruendæ voluptatis causa, ad nuptias accesserunt.

XXVI. Nec unico matrimonio contenti (2), eos qui ad secundas nuptias se ultro dejecere, reprobent; nam præclara est et admiranda res continentia; verum ignoscendum etiam est, si ad secundas

Παρθενίαν ἀτιμεῖς; τῇ κακῇ σφραγίσθητι· *Virginitatem colis? baptismo consignare.* Cyril. Alex. *Epist. ad episcopos Libyæ*, ejectos e monasteriis propter peccata catechumenos instante morte baptizari præcipit pag 212. Augustinus, serm. 224. *Ad infantes* habito die Paschæ, num. 2, sic aliquos ex eis ita compellat: *Vos qui continentiam Deo vovistis, nolite retro respicere.* Rufinus, Invectiva 1 *in Hieron.* tom. V Op S Hieronym. pag. 262 ait se in monasterio jam positum per gratiam baptismi regeneratum fuisse, symbolumque ac fidem addidicisse.

(1) *Neque vero si perfectum castitatis officium adimpleas*, etc. Hæreticos reprehendit nuptiarum osores, quorum ab sancto Paulo I ad Tim. cap. IV, vers. 3, prænuntiatus error, veteribus hæreticis communis fuit. Notantur præsertim Saturninus, de quo Irenæus, lib. I, cap. 24, num. 2: *Nubere et generare a Satana dicunt esse;* Tatianus et qui ab eo profecti sunt *Continentes* seu *Encratitæ*, eodem auctore cap. 28, num. 1, et Clem Alex., lib. III *Strom*, pag. 465; Severiani, ex Epiphan., hær. XLV num 2; Marcion, auctore Irenæo lib. I, cap. 28, n. 1, et Clem. Alex., lib. III *Strom.*, pag. 431; Manichæi de quibus August. hæres. XLVI, p. 16: *Nuptias sine dubitatione condemnant, et quantum in ipsis est prohibent*, etc.; Hieracitæ, ex Epiph., hæres. LXVII num. 2, etc. Cæterum hic Cyrillus præcipit, ut conjugia legitime suscipiantur; non Cæsaris solummodo, sed Ecclesiæ etiam sine dubio leges commendans, quas in canonicis Patrum epistolis, et conciliorum illius temporis sanctionibus videmus: ut temporibus orationis et communionis, quæ in synaxibus fiebat, a conjugii usu abstinerent, ut tandem conjugio liberorum tantummodo procreandorum causa utendum sibi esse noverint.

(2) *Nec uno matrimonio contenti*, etc. Montanistas hic respicit qui secundas nuptias reprobavere cujus rei optimum documentum Tertulliani *De monogamia* liber: vel Novatianos iis hac in re consentientes, ut satis compertum est ex Epiphanio hæres. LIX, num. 15 et aliis auctoribus. Nec defuere ex Catholicis, qui secundis de matrimoniis minus favorabi-

στόλου λέγοντος. Μή τις πόρνος ἢ βέβηλος ὡς Ἠσαῦ, ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο νὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ. Ἐν ταῖς ἀγγελικαῖς βίβλοις λοιπὸν ἐγγραφεὶς διὰ τὴν πρόθεσιν τῆς σωφροσύνης, βλέπε μὴ πάλιν ἐξαλειφθῇς διὰ τὴν πορνικὴν ἐργασίαν.

ΚΕ'. Μὴ δ' αὖ πάλιν κατορθῶν τὴν σωφροσύνην, τυφωθῇς (3) κατὰ τῶν ὑποδεδηκότων ἐν γάμῳ. Τίμιος γὰρ ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος, ὡς φησιν ὁ Ἀπόστολος. Καὶ σὺ ὁ τὴν ἁγνείαν ἔχων, ἆρα οὐκ ἐκ τῶν γεγαμηκότων ἐγεννήθης; Μὴ γὰρ ὅτι χρυσίου· κτῆσιν ἔχεις, τὸ ἀργύριον ἀποδοκίμαζε· ἀλλ' εὐέλπιδες ἔστωσαν καὶ οἱ ἐν γάμῳ νομίμως τῷ γάμῳ χρώμενοι· οἱ γάμον ἔνθεσμον, ἀλλὰ μὴ τοῦτον ἀσελγῆ κατασκευάζοντες, διὰ τὴν ἄμετρον ἐξουσίαν· οἱ γινώσκοντες καιροὺς ἀνέσεως (4), ἵνα σχολάζωσι τῇ προσευχῇ· οἱ μετὰ τῶν ἐνδυμάτων καθαρὰ προσφέροντες (5) ἐν ταῖς συνάξεσιν εἰς Ἐκκλησίαν τὰ σώματα· οἱ διὰ τὸ τεκνογονεῖν, ἀλλ' οὐ διὰ τὸ φιληδονεῖν, τῷ γάμῳ προσελθόντες.

Κζ'. Καὶ οἱ μονόγαμοι δὲ τοὺς δευτέρῳ γάμῳ συμπεριενεχθέντας μὴ ἀποδοκιμαζέτωσαν· καλὸν μὲν γὰρ ἡ ἐγκράτεια καὶ θαυμάσιον, συγγνωστὸν δὲ καὶ τῷ δευτέρῳ γάμῳ προσελθεῖν, ἵνα μὴ πορνεύσωσιν

liter sint locuti: in primis Athenagoras, qui ea speciosi adulterii titulo compellat, *Legat.*, p. 37, εὐπρεπὴς ἔστι μοιχεία. Hos longo ordine citat Cotelerius in notis ad secundum Hermæ librum, *Mandat.* 2, cap. 4. Unde saltem illud efficitur, quod Cyrillus ait, nuptias secundas ex venia concedi, id quod arguunt pœnæ ecclesiasticæ illis adjunctæ, ut privatio solemnis benedictionis, impedimentum ad sacros ordines, etc. De tertiarum et consequentium nuptiarum usu silet Cyrillus. Eas in illis *reliquis rebus* quas procul exterminari præcipit ab illo comprehendi judicaverit forte qui meminerit tertias nuptias *Constit. Apost.*, lib. III, cap. 2, vocari *incontinentiæ signum*, ἀκρασίας σημεῖον, et consequentes, *manifestum fornicationem et indubitatam lasciviam*, προφανὴς πορνεία, καὶ ἀσέλγεια ἀναμφίβολος. Basilium vero epist canon. cap. 4, tertium matrimonium *castigatæ fornicationis* vocabulo nuncupantem, πορνείαν κεκοκασμένην· et cap. 50, aientem trigamiæ legem non esse, hæcque ut Ecclesiæ inquinamenta spectari ὡς ῥυπάσματα τῆς Ἐκκλησίας, alia coacervat similia Latinorum et Græcorum contra tertias et consequentes nuptias testimonia, Cotelerius in Notis ad lib. III *Constit. Apost.*, cap 2 Verum de Cyrillo favorabilius sentire liceat: ea enim quæ procul ablegari jubet, sunt *fornicatio, adulterium, et omne intemperantiæ simile genus.* Nullus autem quod sciam, tertias et sequentes nuptias fornicationis nomine, simpliciter et sine ulla leniente nota compellavit μοιχεία.

(3) Τυφωθῇς. Ita restituit Millesius ex codd. Roe et Casaub., quibus consentiunt Coisl. Colb. et Grod. cum prius habetur τυφλωθῇς.

(4) Καιροὺς ἀνέσεως, *tempora abstinentiæ*. Addit Coisl. διὰ τὴν ἐξουσίαν *propter potestatem*.

(5) Προσσέροντες. Ita nos ex codd. Coisl. Roe, Casaub et versione Prevotii, ita et nonnisi typographorum vitio scriptum in ejus editione et sequentibus sit, προφέροντες. Nota antiquum usum mundiora ad ecclesiam afferendi et vestimenta et corpora. Vide Clem. Alexand., lib. IV *Strom.*, pag. 531, Chrysost., hom. 51 *in Matth.*

[18] Hebr. XII, 16. [19] *Vit. cat.* 15, n. 23; *cat.* 14, n. 30. [20] Hebr. XIII, 4. [21] I Cor. VII, 5.

οἱ ἀσθενεῖς. Καλὸν μὲν γὰρ αὐτοῖς, ἐὰν μείνωσιν ὡς κἀγὼ, φησὶν ὁ Ἀπόστολος· εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν· κρεῖσσον γάρ ἐστι γαμῆσαι, ἢ πυροῦσθαι. Τὰ δὲ λοιπὰ πάντα ἐξοριζέσθω μακράν, πορνεία, μοιχεία, καὶ πᾶν τὸ τῆς ἀκολασίας εἶδος· τετηρήσθω δὲ τὸ σῶμα τῷ Κυρίῳ (1) καθαρὸν, ἵνα καὶ ὁ Κύριος ἐπιβλέψῃ τῷ σώματι. Τρεφέσθω δὲ τὸ σῶμα σιτίοις, ἵνα ζῇ, καὶ ἀνεμποδίστως ὑπηρετῇ· οὐ μὴν ἵνα πρὸς τρυφὰς ἐκδοθῇ.

A nuptias accedatur, ne scortationi succumbant infirmi. *Bonum est* enim *eis, si permanserit, sicut et ego*, inquit Apostolus ; *si vero non se continent, nubant : melius est enim nubere, quam uri* [22]. Reliqua vero omnia procul **65** ablegentur, scortatio, adulterium, et omne lasciviæ genus ; conservetur vero corpus Domino mundum, ut Dominus etiam corpus respectet. Nutriatur autem alimentis ut vivat, et absque impedimento famuletur, at non ut deliciis tradatur.

Περὶ βρωμάτων (2).

ΚΖ'. Καὶ περὶ τροφῶν ἔστω ὑμῖν ταῦτα τὰ δόγματα· ἐπειδὴ πολλοὶ καὶ περὶ τὰ βρώματα πταίουσιν. Οἱ μὲν γὰρ τοῖς εἰδωλοθύτοις ἀδιαφόρως προσέρχονται· οἱ δὲ ἀσκοῦσι μὲν, κατακρίνουσι δὲ τοὺς ἐσθίοντας· καὶ διαφόρως ἐν τῷ περὶ βρωμάτων λόγῳ τινῶν ἡ ψυχὴ μολύνεται, ἀγνοούντων τοῦ τε ἐσθίειν καὶ μὴ τὰς ἐπωφελεῖς αἰτίας. Νηστεύομεν γὰρ οἴνου τε καὶ κρεῶν ἀπεχόμενοι, οὐχ ὡς βδελύγματα μισοῦντες, ἀλλὰ τὸν μισθὸν προσδοκῶντες· ἵνα αἰσθητῶν ὑπεριδόντες, ἀπολαύσωμεν πνευματικῆς καὶ νοητῆς τραπέζης· καὶ ἵνα νῦν σπείραντες ἐν δάκρυσιν, ἐν ἀγαλλιάσει θερίσωμεν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. Μὴ τοίνυν καταφρόνει τῶν ἐσθιόντων, καὶ διὰ τὴν σωμάτων ἀσθένειαν μεταλαμβανόντων· μηδὲ ψέγε τοὺς ὀλίγῳ οἴνῳ χρωμένους, διὰ τὸν στόμαχον καὶ τὰς πυκνὰς ἀσθενείας· καὶ μήτε αὐτοὺς ὡς ἁμαρτωλοὺς κατακρίνῃς (3). Μήτε ὡς ἀλλότρια μίσει τὰ κρέα· οἶδε γάρ τινας τοιούτους ὁ Ἀπόστολος, λέγων· Κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἃ ὁ Θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν μετὰ εὐχαριστίας τοῖς πιστοῖς. Ἀπεχόμενος τοίνυν τούτων, μὴ ὡς βδελυκτῶν ἀπέχου, ἐπεὶ μισθὸν οὐκ ἔλεις· ἀλλ' ὡς καλῶν ὄντων ὑπερφρόνει, διὰ τὰ προκείμενα νοητὰ καλλίονα.

De cibis.

XXVII. Ac de cibis ista vobis præscribantur decreta ; quandoquidem multi circa escas quoque impingunt. Nam alii quidem idolis immolata sine discrimine contingunt (4) ; alii vero exercitationis causa secundum asceticæ vitæ institutum [a nonnullis] abstinent, damnant autem eos qui manducant [23], et ita varie circa cibos quorumdam anima pelluitur [24], dum et manducandi et abstinendi utiles causas ignorant. Jejunamus enim vino et carnibus abstinentes, non ea quasi piacula abhorrentes, sed exspectatione mercedis ; ut dum sensibilia ultro contemnimus, spiritali intelligibilique mensa perfruamur : utque nunc seminantes in lacrymis, in exsultatione metamus in sæculo venturo [25]. Ne igitur aspernare eos qui manducant [26], et ob corporum imbecillitatem cibum sumunt ; neque illos reprehendas qui modico vino utuntur ; propter stomachum et frequentes infirmitates [27] : neve eos tanquam peccatores condemnes. Nec vero tanquam alienas oderis carnes : cujusmodi nonnullos noverat Apostolus, cum diceret : *Prohibentium nuptias, abstinentiam* [*præcipientium*] *a cibis, quos Deus creavit ut a fidelibus cum gratiarum actione percipiantur* [28]. Qui igitur ab his abstines, non quasi ab abominandis temperato, alioqui mercedem nullam habiturus es ; sed tanquam bona prætermitte, propter intelligibilia, quæ tibi proponuntur. multo meliora.

[22] I Cor. VII, 8, 9. [23] Rom. XIV, 3 [24] I Cor. VIII, 7. [25] Psal. CXXV, 5. [26] Rom. XIV, 3. [27] I Tim. V, 23. [28] I Tim IV, 3.

(1) Τῷ Κυρίῳ, etc. Hæc et sequentia verba usque ad σιτίοις desunt in codd. Colb. Rodl. et edit. G. Morel. propter vocem σῶμα repetitam.

(2) Περὶ βρωμάτων. Deest hic titulus in codd. Colb. Rodl. Morel. Roe, Casaub. Habetur vero in Coisl. et Oltob. in num. sup. post σώματι, ante τρεφέσθω.

(3) Καὶ μήτε αὐτοὺς ὡς ἁμαρτωλοὺς κατακρίνῃς. Hæc verba in editis ob repetitionem vocis μήτε prætermissa, restituimus ex codd. Coisl. Oltob Roe, Casaub. Colb. et vers. Grod.

(4) *Alii idolis immolata sine discrimine contingunt.* Multi hoc nomine hæretici a veteribus reprehensi. In primis Nicolaitæ, teste Irenæo, lib. I, cap. 26, n. 3, ab ipso Christo ejus sceleris accusantur, Apocalyps. cap. II, vers. 14, et vers. 20 Justinus, *Dialog.*, pag. 253, Christianum quemquam negat hic cibis infici, sed id in Marcionitas, Valentinianos, Basilidianos, Saturnilianos, aliosque hæreticos rejicit. Id præterea de Valentinianis certum ex Irenæo, lib. I, cap. 6. n. 3, de Basilidianis et Carpocratianis, ex eodem cap. 28, n. 2. Quos deinde damnat abstinentes, aliorum non similiter abstinentium reprehensores, ii sunt quos infra dicit a vino et carnibus quasi piaculis abhorrere : in primis autem Tatianus et Encratitæ, Iren. lib. I cap. 28, n. 1, qui reprehenduntur, quod ab animatis rebus abstinentiam præciperet. Vini quoque usum eum condemnasse testis Clem. Alex., lib. II *Pædag.*, cap. 2, pag 138, et alii. Vid. Epiphan., hæres. XLVI, n. 2, et XLVII, n. 1. Ebionæi aquam solam in mysteriis adhibebant et ab animatis abstinebant : Epiph , hæres. XXX, n. 16, et 15. Eadem Marcionis hæresis, reos judicio pronuntians qui carnes gustarent, tanquam animas comedentes : Epiph., hæres. XLII, n. 3 et 12. Severiani ab omni usu vini abstinebant, vitem a diabolo consitam et serpentis semine procreatam aientes : Epiph., hær. XLV, n. 1 et 2. De Manichæorum electis Augustinus, hæresi XLVI, pag. 15 : « Nec vescuntur carnibus.... « nec alimonia lactis utuntur.... vinum non bibunt, « dicentes fel esse principium tenebrarum » Philastrius, hæresi XXXVI, III class., nominat Abstinentes, quosdam in Gallis Hispaniis et Aquitania, *Gnosticorum et Manichæorum particulam sequente*, qui separabant conjugia ; escas non a Deo, sed a diabolo factas dicebant. In his quos reprehendit Cyrillus possunt numerari Montanistæ, qui cum tres Quadragesimas per annum, et austera jejunia observarent, Catholicos eam consuetudinem non se-

XXVIII. Animæ tuæ cave, ne quid unquam edas eorum quæ idolis oblata fuere (1), nam de hujusmodi cibis, non mihi solum hoc tempore, sed jam ipsis apostolis, et Jacobo hujus **66** Ecclesiæ olim episcopo studium et cura fuit ; scribunt enim apostoli et presbyteri omnibus gentibus universalem epistolam ut primo ac præcipue ab immolatis abstineant, deinde vero a sanguine et suffocato [29]. Multi enim homines ferina indole, et canum more viventes, sanguinem immanissimarum instar belluarum lambunt, et suffocatis affatim implentur. Tu autem, qui Christi servus es, cum manducas hoc observa, ut cum pietate ac religione manduces. Ac de cibis quidem satis.

De vestitu.

XXIX. Vestitus vero tibi simplex esto, non ad ornatum, sed ad necessarium tegumentum : non ut molliter delicieris, sed ut hieme calescas, et verecundiam corporis tegas : ne vero tegendæ turpitudinis prætextu, superfluo vestium paratu in aliam turpitudinem incurras.

DE RESURRECTIONE [DOGMA X].

XXX. Moderate, quæso, utere corpore isto, et intellige te cum hoc corpore judicandum, a mortuis excitatum iri [30]. Si vero tibi quædam diffidentiæ cogitatio succurrat, quasi fieri res non possit ; ex tuismet ipsius rebus, de iis quæ non apparent æstima. Tu enim ipse, dic mihi, ante annos centum [31] aut amplius reputa tecum ubinam eras : ex quali exigua prorsus ac vilissima substantia, ad tantam staturæ magnitudinem et talem formæ dignitatem perveneris ! Anne, qui quod non erat ut esset fecit, id quod jam est ac cecidit, rursum suscitare non poterit [32] ? Qui satum propter nos frumentum singulis annis mortuum et putre

ΚΗ'. Ἀσφάλισαί σου τὴν ψυχήν, μή ποτέ τι φάγῃς τῶν τοὶς εἰδώλοις προσενεχθέντων· περὶ γὰρ τούτων τῶν βρωμάτων (2), οὐκ ἐμοὶ νῦν μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῖς ἀποστόλοις, καὶ Ἰακώβῳ τῷ ταύτης τῆς Ἐκκλησίας ἐπισκόπῳ σπουδὴ γέγονε· καὶ γράφουσιν οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι πᾶσι τοῖς ἔθνεσι καθολικὴν ἐπιστολήν, προηγουμένως μὲν (3) τῶν εἰδωλοθύτων ἀπέχεσθαι, ἔπειτα δὲ καὶ αἵματος, καὶ πνικτοῦ. Πολλοὶ γὰρ τῶν ἀνθρώπων θηριώδεις ὄντες, καὶ κυνῶν δίκην ζῶντες, τὸ μὲν αἷμα λάπτουσιν, ἀγριωτάτων θηρίων τρόπον μιμούμενοι (4)· τὰ πεπνιγμένα δὲ κατεσθίουσιν ἀφειδῶς. Σὺ δὲ, ὁ τοῦ Χριστοῦ δοῦλος, ἐσθίων ἔχε τὸ μετ' εὐλαβείας ἐσθίειν. Καὶ περὶ μὲν βρωμάτων αὐτάρκως.

Περὶ ἐνδύματος (5).

ΚΘ'. Ἔνδυσις δέ σοι λιτὴ περικείσθω, μὴ πρὸς καλλωπισμὸν, ἀλλὰ πρὸς ἀναγκαίαν σκέπην· μηδὲ ἵνα χαυνωθῇς, ἀλλ' ἵνα ἐν χειμῶνι θερμανθῇς, καὶ τοῦ σώματος τὴν ἀσχημοσύνην καλύπτῃς· μὴ προφάσει τοῦ τὴν ἀσχημοσύνην καλύπτειν, ταῖς περιέργοις στολαῖς εἰς ἑτέραν ἀσχημοσύνην ἐμπέσῃς.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ (6).

Λ'. Φείδου μοι, παρακαλῶ, τοῦ σώματος τούτου, καὶ γίνωσκε, ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγερθήσῃ, μετὰ τοῦ σώματος τούτου κριθησόμενος. Εἰ δέ σοί τις ἀπιστίας λόγος ὑπειτέρχεται, ὡς ἀδυνάτου τοῦ πράγματος τυγχάνοντος· ἐκ τῶν καθ' ἑαυτὸν σκόπει τὰ μὴ φαινόμενα. Σὺ γὰρ αὐτὸς (7), εἰπέ μοι, πρὸ ἑκατὸν ἢ πλειόνων ἐτῶν, λόγισαι ποῦ ἦσθα· ἐκ ποίας δὲ σμικροτάτης καὶ εὐτελεστάτης ὑποστάσεως εἰς τοσοῦτον ἡλικίας μέγεθος καὶ τοσαύτην ὡραιότητος ἀξίαν κατέστης ! Εἶτα, ὁ τὸ μὴ ὂν εἰς τὸ εἶναι παραγαγών, τὸ ὂν ἤδη καὶ διαπεσὸν, αὖθις ἀναστῆσαι (8) οὐ δύναται ; Ὁ τὸν δι' ἡμᾶς σπειρόμενον σῖτον κατ' ἐνιαυτὸν νεκρούμενον ἐγείρων, ἆρα ἡμᾶς αὐτοὺς, δι' οὓς κά-

[29] Act. xv, 23, 29. [30] *Vid. cat.* 18, *n.* 1. [31] *Id. cat.* 18, *n.* 9. [32] *Id. cat.* 18, *n.* 6.

quentes amare insectabantur ; ut patet ex Tertulliani libro *De jejuniis contra Psychicos*. Vid. Euseb. lib. v *Hist.*, cap. 3, de Alcibiade a Lugdunensibus martyribus castigato et correcto.

(1) *Ne quid unquam edas eorum quæ idolis immolata fuere*, etc. Severe interdicit ab usu idolothytorum, sanguinis, et suffocatarum carnium, quæ tergemina lex in Oriente diu ac diligenter culta. Verum in Occidente apostolici præcepti pars, quæ ad sanguinem et suffocatum pertinet, jam in desuetudinem abierat apud Latinos, ita ut pauci forte qui adhuc tangere ista formidarent, a cæteris irriderentur, teste Aug., lib. xxxiii *cont. Faust.*, cap. 13. At non ita de idolothytorum esu, quem omnino ut illicitum damnavit Cyrillus, eas escas dæmonum invocatione contaminatas dicens, cat. 3, n. 3, et cat. 19, n. 7 : quo loco eas ad pompam diaboli, cui in baptismate renuntiamus, pertinere docet Quapropter etiam cogente fame a secluso scandalo, ab iis abstinendum præcipiunt non solum Græci, sed et Latini Patres : nec veteres solum sed et posteriores, ut Chrysostomus, hom. 25 *in* I *Cor.*, pag. 267 et 268, et hom. 12 *in* I *Tim*, pag. 478, et alibi : ipse etiam Augustinus, ep. 47 n. 6, et S. Leo, ep. 129, al. 79, cap. 5. Pauci admodum scientem et prudentem, seposito tamen scandalo et conscieniiæ offensione, idolothytis vesci permittunt ; ut Cyrillus Al., lib. vii *in Julian.*, pag. 233, et Ambrosiaster, *in I Cor.* cap. x. Quæ vera S. Pauli doctrina videtur esse, *I Cor.* cap. viii, vers. 7 et 9.

(2) Τῶν βρωμάτων. Ea verba adjecimus ex Coisl. Ottob. Roe, Casaub. et vers. Grodecii : sed in his omittitur vox τούτων. Vocem νῦν pariteraddidimus ex Coisl. Roe, et Grod. propter oppositionem vocis ἤδη præteriti temporis in membro sequenti.

(3) Προηγουμένως μέν. Particulam μέν, quam postulat particula δέ ipsi respondens post ἔπειτα posita, adjecimus ex codd. Roe et Casaub.

(4) Μιμούμενοι. Participium hoc a nobis restitutum est, ex Coisl. Ottob. Roe, Casaub. quamvis minime necessarium.

(5) Περὶ ἐνδύματος. Titulum hunc adjecimus ex codd. Coisl. Roe, Casaub. et vers. Grod.

(6) Περὶ τῆς ἀναστάσεως. Prætermittitur hic titulus in codd. Colb. et Morel. et in Bodl. De resurrectione agit fere tota cat. 18.

(7) Σὺ γὰρ αὐτός. Particulam γάρ hic ascribimus ex Coisl. Roe, Casaub. et Grod.

(8) Αὖθις ἀναστῆσαι. Inter hæc duo vocabula interponitur in editis vos ἤδη, quam uti vitio incertam eliminavimus, secuti codd. Coisl. Roe, Casaub. et Grod.

κεῖνος ἐγήγερται, δυσκόλως ἀναστήσει; Ὁρᾷς οπως τὰ δένδρα νῦν ἐπὶ τοσούτοις μησὶν ἄκαρπα καὶ ἄφυλλα καθέστηκεν· ἀλλὰ ὅλα, τοῦ χειμῶνος παρελθόντος, αὖθις (1) ὥσπερ ἐκ νεκρῶν ἀναβιοῖ· οὐ πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς καὶ εὐκοπώτερον ἀναζήσομεν; Ῥάβδος Μωσέως εἰς φύσιν ὄφεως ἀνοίκειον βουλῇ Θεοῦ μετεβλήθη· καὶ ἄνθρωπος, ὁ πεσὼν εἰς θάνατον, πάλιν εἰς ἑαυτὸν οὐκ ἀποκαθίσταται;

ΛΑ'. Μὴ πρόσεχε τοῖς λέγουσιν, ὅτι οὐκ ἐγείρεται τὸ σῶμα τοῦτο· ἐγείρεταί γάρ· καὶ μάρτυς Ἡσαΐας λέγων· Ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ, καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις· καὶ, Πολλοὶ (2) τῶν ἐν γῇς χώματι καθευδόντων ἀνάστήσονται, κατὰ τὸν Δανιήλ· οὗτοι εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ οὗτοι εἰς αἰσχύνην αἰώνιον. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἀναστῆναι, πάντων ἐστὶν ἀνθρώπων· οὐχ ὁμοία δὲ πᾶσιν ἡ ἀνέστασις· πάντες μὲν γὰρ αἰώνια λαμβάνομεν τὰ σώματα, ἀλλ' οὐχ ὅμοια ἅπαντες· οἱ δίκαιοι μὲν γάρ, ἵνα διαιωνίζοντες, ἀγγέλοις συγχορεύσωσιν· οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ, ἵνα εἰς αἰῶνας τῶν ἁμαρτημάτων ὑπομείνωσι τὴν βάσανον.

Περὶ λουτροῦ (3).

ΑΒ'. Διὰ τοῦτο, προλαβὼν κατὰ φιλανθρωπίαν ὁ Κύριος, λουτροῦ μετάνοιαν (4) ἔδωκεν, ἵνα τὸ πολὺ τῶν ἁμαρτιῶν, μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν φορτίον ἀποῤῥιψάντες, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι τὴν σφραγῖδα λαβόντες, κληρονόμοι γενώμεθα ζωῆς αἰωνίου. Ἀλλὰ περὶ τοῦ λουτροῦ πρώην αὐτάρκως εἰρηκότες, ἐπὶ τὰ λείποντα τῶν εἰσαγωγικῶν μαθημάτων λοιπὸν ἔλθωμεν (5).

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΘΕΙΩΝ ΓΡΑΦΩΝ.

ΑΓ'. Ταῦτα δὲ διδάσκουσιν ἡμᾶς αἱ θεόπνευστοι

A excitat; an nos ipsos, quorum gratia ipsum surrexit, difficile suscitaturus est? Vides ut arbores nunc tot mensibus sine fructu et sine foliis persistere; totæ tamen, hieme exacta, uti ex mortuis iterum reviviscunt. Nonne multo magis nos, multoque facilius ad vitam revocabimur [33]? Virga Mosis in naturam serpentis longe dissimilem Dei voluntate transmutata est; et homo in mortem delapsus, non ex integro in semetipsum restituetur?

XXXI. Ne attende ad eos qui dicunt hoc corpus non resurgere (6): resurget enim. Cujus rei testis habetur Isaias, aiens: « Resurgent mortui, et exci- « tabuntur qui in monumentis sunt [34]; *et*, Multi eo- « rum qui in terræ aggestu dormiunt, resurgent, *juxta* « *Danielem*: hi quidem in vitam æternam, illi vero in « opprobrium sempiternum [35].» **67** Cæterum resur-
B gere omnium commune est hominum; sed non omnibus similis continget resurrectio [36]. Nam omnes quidem æterna accipiemus corpora, non autem omnes similia. Justi siquidem accipient, ut æternum manentes angelorum choro socientur; peccatores vero, ut in sæcula peccatorum luant supplicium.

De lavacro.

XXXII. Quamobrem prius sua in homines bonitate Dominus lavacri pœnitentiam concessit, ut ponderis peccatorum plurimam partem, imo pondus omne adjicientes [37], et per Spiritum sanctum sigillum consecuti, æternæ vitæ hæredes efficiamur [38]. Verum cum de lavacro jam ante dixerimus satis, ad ea quæ supersunt rudiorum institu-
C tionum capita pergamus.

DE DIVINIS SCRIPTURIS [DOGMA XI].

XXXIII. Ista vero nos docent divinitus inspiratæ

[33] *Id. cat.* 18, *n.* 12. [34] Isa. XXVI, 19. [35] Dan. XII, 2. [36] *Id. cat.* 18, *n.* 19, [37] Heb. XII, 1. [38] *Cat.* 1, 2 et 3.

(1) Αὖθις. Loco hujus vocis quam ex mss. Coisl. Roe, Casaub. et Grod. hic scripsimus, habebatur in editis, αὐτόθι.

(2) Καὶ, Πολλοί, etc. Locus iste in editionibus mancus et imperfectus erat. Primo legebatur, ἐκ γῆς χώματος, quod quidem ita habetur in editione Complutensi Bibliorum LXX. Sed restituimus, ἐν γῇς χώματι, ex codd. Ottob., Roe, Casaub. Romana LXX editione, et Cyrillo ipso cat. 15, n. 17, et cat. 18, n. 15, locum ut scripsimus hic recitante. Secundo, deerant voces, ἀναστήσονται, κατὰ τὸν Δανιήλ· οὗτοι, quas resarsimus ex codd. Coisl. Ottobon. et Grod. Eædem voces habentur in Roe et Casaub. exceptis his κατὰ τὸν Δανιήλ· quarum loco post, ἐν τοῖς μνημείοις, istas habent a Millesio in Oxoniensi editione positas: Καὶ ὁ τῷ Δανιὴλ προσδιαλεγόμενος ἄγγελος· sed relicto, ἐκ γῆς χώματος, et prætermisso, ἀναστήσονται· οὗτοι, locum non minus quam ante turbatum repræsentavit. Notandum loco ἀναστήσονται legi apud Danielem et Cyrillum ipsum, cat. 13, n. 17, ἐξεγερθήσονται· et addi, εἰς ὀνειδισμὸν καί, ante εἰς αἰσχύνην αἰώνιον.

(3) Περὶ λουτροῦ. Eum titulum ex cod. Ottob. solo adjecimus: non quod Cyrilli existimemus esse; sed cum decem vel undecim solum tituli veteres sint, haud inferiori jure ac nonnulli alii, iste locum potuit obtinere; maxime cum de baptismo distinctam hic mentionem Cyrillum facere voluisse ex sequentibus intelligatur.

(4) Λουτροῦ μετάνοιαν. Ita nos emendavimus ex codd. Ottob., Roe, Casaub. et Grodecio. Habetur in editis, λύτρον μετανοίας· sed legendum λουτρόν, ut ex verbis sequentibus patet, Ἀλλὰ περὶ τοῦ λουτροῦ. Cæterum quamvis maxime probabilis sit ista lectio, λουτρὸν μετανοίας, cum in symbolo Hierosolymitano baptismus appellaretur *baptismus pœnitentiæ*, cat. 18, num. 22, et cat. 19, num. 69, nihilominus ut converse dicatur *pœnitentia lavacri*, non est alienum a Cyrilli stylo. Sic infra num. 37, dicit, λουτροῦ σωτηρίαν, pro, σωτηρία διὰ λουτροῦ, et cat. 1, n. 2, baptisma appellat *regenerationem lavacri*, pro *lavacro regenerationis*: sic etiam cat. 6, n. 25, dicit *nuptias sanctitatis*, pro, *sanctitas nuptiarum*, vel *sanctæ nuptiæ*.

(5) Ἔλθωμεν. Ita codd. Ottobon., Coisl., Roe, Casaub., Grod. In editis, ἐπανέλθωμεν, *redeamus*. At non est digressus a proposito Cyrillus, de baptismo inter cætera dogmata dicens. Titulus sequens omittitur non solum in codd. Colb. et G. Morelii, sed etiam in Casaub., Roe, Bodl. Habetur in Coisl. et Grodec.: Περὶ τῆς θείας Γραφῆς. Non est hoc unum de decem dogmatibus, sed fons et locus e quo dogmata sumuntur. Pro undecimo numerari potest, ut concilientur variæ inscriptiones hujus catechesis.

(6) *Ne attende ad eos qui dicunt*, etc. Cyrillus, cat. 18, n. 2, tria resurrectionem impugnantium hostium genera commemorat. Græcos seu paganos, Samaritas, et hæreticos. De his dicemus hoc loco.

Veteris et Novi Testamenti Scripturæ. Unus est enim utriusque Testamenti Deus (1), qui Christum in Novo conspicuum factum prænuntiavit in Veteri ; qui per legem et prophetas nos ad Christum pædagogi more perduxit. *Priusquam enim veniret fides, sub lege custodiebamur* [39], et : *Lex pædagogus fuit noster ad Christum* [40]. Ac si quando hæreticorum audieris aliquem infamantem legem aut prophetas, oppone salutarem illam vocem, aiens : *Non venit Jesus solvere legem sed adimplere* [41]. Studiose quoque, et ab Ecclesia disce, quinam **68** sint Veteris Testamenti libri, qui vero Novi : neque mihi quidquam apocryphorum legas. Qui enim ea quæ ab omnibus agnita et confessa sunt nescis, qui circa dubia et controversa infelix operam perdis ? Divinas lege Scripturas, hos Veteris Testamentis libros viginti duos : quos septuaginta duo Interpretes transtulerunt.

Γραφαὶ τῆς Παλαιᾶς τε καὶ Καινῆς Διαθήκης. Εἷς γάρ ἐστιν ὁ τῶν δύο Διαθηκῶν Θεὸς, ὁ τὸν ἐν τῇ Καινῇ φανέντα Χριστὸν, ἐν τῇ Παλαιᾷ προκαταγγείλας· ὁ διὰ νόμου καὶ προφητῶν εις Χριστὸν παιδαγωγήσας. Πρὸ γὰρ τοῦ ἐλθεῖν τὴν πίστιν, ὑπὸ νόμον ἐφρουρούμεθα· καὶ, Ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν εἰς Χριστόν. Κἂν ποτε τῶν αἱρετικῶν ἀκούσῃς τινὸς βλασφημοῦντος νόμον ἢ προφήτας, ἀντίφθεγξαι (2) τὴν σωτήριον φωνὴν, λέγων· Οὐκ ἦλθεν Ἰησοῦς καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι. Καὶ φιλομαθῶς ἐπίγνωθι, καὶ παρὰ τῆς Ἐκκλησίας, ποῖαι μέν εἰσιν αἱ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης βίβλοι, ποῖαι δὲ τῆς Καινῆς. Καί μοι μηδὲν τῶν ἀποκρύφων ἀναγίνωσκε· ὁ γὰρ τὰ παρὰ πᾶσιν ὁμολογούμενα μὴ εἰδὼς, τί περὶ τὰ ἀμφιβαλλόμενα ταλαιπωρεῖς μάτην ; Ἀναγίνωσκε (3) τὰς θείας Γραφάς, τὰς εἴκοσι δύο βίβλους τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης ταύτας, τὰς ὑπὸ τῶν ἑβδομήκοντα δύο Ἑρμηνευτῶν ἑρμηνευθείσας.

[39] Galat. III 23. [40] ibid. 24. [41] Matth. v, 17.

(1) *Unus est utriusque Testamenti Deus.* Id opponit hæreticis, ut inferius ait, legem et prophetas infamantibus. Hi sunt omnes ferme veteres hæretici : agmen ducit Simon Magus, qui Epiphanio teste, hæres. XXI, n. 4, pag. 58, legem non a Deo, sed ab sinistra quadam intelligentia datam asserebat; prophetas a mundi fabricatoribus angelis inspiratos aiens, ex Iren., lib I, cap. 23, n. 3, diversos a diversis, Epiph. loco cit. Addebat Christum apparuisse, ut ab angelorum imperio, et præceptorum ab eis impositorum jugo suos liberaret : Irenæus, ubi supra. Saturninus, ex eodem Irenæo, lib. I, cap. 24, n. 2, Judæorum Deum (qui nempe legem dedit) unum ex angelis dixit esse ; prophetias vero partim ab angelis mundi conditoribus, partim a Satana, qui et ipse angelorum unus erat e mundi fabricatoribus, et Judæorum Deo maxime adversarius, profectas : Christum a summo Patre ad destructionem Dei Judæorum missum. Basilides eadem fere : angelorum mundi architectorum principem eum esse qui Judæorum putabatur Deus ; cujus ut ab imperio homines exsolverentur, Christum innominati Patris primogenitum ab eo delegatum ; prophetias a mundi conditoribus principibus compositas : legem autem proprie et specialiter ab ipsorum principe Judæorum Deo, Iren., lib. I, cap 24, n. 4 et 5, Cerinthus, ex Epiphanio, hæres. XXVIII, n. 1, statuebat legem ac prophetas ab auctoribus angelis esse : eum qui legem tulisset, unum esse ex angelis orbis conditoribus, quem negabat bonum esse, n. 2, quamvis ejus legi tanquam bonæ obtemperaret. Legi atque ejus auctori, tanquam ridiculorum mandatorum latori impie detrahit Carpocrates, in fragmento quod commemorat Clem. Alex., lib. III *Strom.*, pag. 430. Cerdon, ex Irenæo, lib I, cap. 27, n. 1, aiebat Deum in lege et prophetis annuntiatum non esse Patrem Domini nostri Jesu Christi, *hunc enim cognosci* nempe legis ac prophetarum Deum, ut ego intelligo ; *illum autem ignorari : et alterum quidem justum, alterum autem bonum esse.* Marcion ejus doctrinam secutus, deterioribus augmentis cumulavit ; Deum in lege et prophetis prædicatum, mundi fabricatorem, malorum factorem esse, inconstantem sententia, et ipsum sibi contrarium docens ; Christum vero a Patre eo, qui mundi fabricatore longe superior exsistat, missum ad dissolvendos prophetas et legem, et omnia mundi conditoris opera. Irenæus, lib. I, cap. 27, n. 2, Ophitæ et Sethiani legem a quodam Jaldabaoth datam somniabant ; idem, cap. 30, n. 10. Gnostici et Valentiniani prophetas qui sunt secundum legem, inspiratos aiebant non a summo Deo, sed a Demiurgo, Iren., lib. IV, cap. 35, n. 2. Ptolemæus Valentinianus, in prolixiore ad Floram epistola, quam recitat Epiphan., hæres. XXXIII, n. 4, legem in tres partes divisam sic distribuit ; ut quasdam ejus sanctiones a Deo, quasdam a Moyse, alias a senioribus profectas dicat : partem vero illam, quæ a Deo est, iterum trifariam dividit, in bona et sincera præcepta, in alia deterioribus et injustitiæ plenis rebus implicata, deniqne in typica et symbolica : tres illas posteriores partes, non Deum Patrem bonum nec etiam diabolum, sed mundi conditorem, qui inter utrumque medius sedet, auctorem habere statuit. Tatianus legem et Evangelium diversorum deorum esse aiebat, Clem. Alex., lib. III, *Strom.*, p. 460, Deumque Veteris Testamenti alteri inferiorem ; in Clem. Alex collectaneis propheticis, pag. 806, col. 2. Tandem impius Manes, in verbis a Cyrillo, cat. 9, n. 27, ex Archelai Collatione recitatis, aiebat Deum Veteris Testamenti malorum repertorem esse cui Jesum tanquam bonum et boni Filium opponebat : utque refert Epiphanius, hæres. LXVI, n. 4, negabat utrumque Testamentum ab uno magistro proficisci, sed ambo a diversis diis et magistris. Hi omnes legem et prophetas infamabant, si unum Cerinthum excipias.

(2) Ἀντίφθεγξαι. In editis, ἀντιπέφθεγκται, mendose prorsus. Correximus ex mss. Coisl., Ottobon. Roe, Casaub., Bodl. : proxime accedit scriptura G. Morelii, ἀντίφθεγκται. Particulam καί post ἐπίγνωθι addidi ex Coisl., Roe, Casaub., Ottob.

(3) Ἀναγίνωσκε, etc. Ante id verbum leguntur in mss. Ottob. majoribus litteris in tituli formam ea verba : Ἀναγινώσκετε τὰς θείας Γραφὰς, τὰς κβ' βίβλους τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, τὰς ὑπὸ τῶν οβ' Ἑρμηνευτῶν ἑρμηνευθείσας· *Legite divinas Scripturas, viginti duo Veteris Testamenti libros, a LXXII interpretibus conversos.* Facile crediderim concionantem tenuisse manu, et auditoribus demonstrasse codicem Bibliorum ; et forte numero 35, ex indice singulos libros legisse. Quapropter post Διαθήκης inseruimus textui vocem ταύτας ex mss. Roe. Casaub. et Coisl. desumptam. Sed Coisl. omittit νάς sequens. Multa in hoc Cyrilliano de Scripturarum catalogo, et Septuaginta virorum translationis historia, notanda veniunt, quæ in Dissertatione tertia fusius excussimus.

ΛΔ' Ἀλεξάνδρου γὰρ τοῦ Μακεδόνων βασιλέως τελευτήσαντος, καὶ τῆς βασιλείας εἰς τέσσαρας διαιρεθείσης ἀρχάς, εἷς τε τὴν Βαβυλωνίαν καὶ τὴν Μακεδονίαν, Ἀσίαν τε καὶ τὴν Αἴγυπτον· εἷς τῶν τὴς Αἰγύπτου βασιλευόντων, Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος, φιλολογώτατος· γενόμενος βασιλεὺς, τὰς κατὰ παντα-χοῦ βίβλους συναθροίζων, παρὰ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως, τοῦ τῆς βιβλιοθήκης προνοητοῦ, περὶ τῶν νομικῶν καὶ προφητικῶν θείων Γραφῶν ἐπακούσας· καὶ πολὺ κάλλιον κρίνας, οὐ παρὰ ἀκόντων ἀναγκαστῶς τὰ βιβλία κτήσασθαι, ἀλλ' ἐξιλεώσασθαι δώροις μᾶλλον καὶ φιλίᾳ τοὺς ἔχοντας· καί γινώσκων, ὅτι τὸ μὲν ἀναγκαστὸν δολοῦται πολλάκις, ἀπροαιρέτως διδόμενον, τὸ δ' ἐκ προαιρέσεως παρεχόμενον (1) σὺν ἀληθείᾳ τῇ πάσῃ δωρεῖται· Ἐλεαζάρῳ τῷ τότε ἀρχιερεῖ, πλεῖστα δῶρα πέμψας εἰς τὸν ἐνταῦθα τῶν Ἱεροσολύμων ναὸν, ἓξ κατὰ φυλὴν τῶν δώδεκα τοῦ Ἰσραὴλ φυλῶν πρὸς ἑαυτὸν εἰς ἑρμηνείαν ἐποίησεν ἀποστεῖλαι. Εἶτα καὶ τοῦ θείας ἢ μὴ τὰς βίβλους εἶναι, λαμβάνων ἀπόπειραν (2), καὶ πρὸς τὸ μὴ (3) συνδυάσαι πρὸς ἀλλήλους τοὺς ἀποσταλέντας ὑποπτεύσας (4)· ἐν τῇ λεγομένῃ Φάρῳ, τῇ πρὸς Ἀλεξάνδρειαν κειμένῃ, τῶν παραγενομένων ἑρμηνευτῶν ἑκάστῳ ἴδιον οἶκον ἀπονείμας, ἑκάστῳ πάσας τὰς Γραφὰς ἐπέτρεψεν ἑρμηνεῦσαι. Τούτων δὲ ἐν ἑβδομήκοντα καὶ δύο ἡμέραις τὸ πρᾶγμα πληρωσάντων, τὰς ὁμοῦ πάντων ἑρμηνείας, ἃς κατὰ διάφορους οἴκους ἀλλήλοις μὴ προσιέντες (5) ἐποιήσαντο, συναγαγὼν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, οὐ μόνον ἐν νοήμασιν, ἀλλὰ καὶ ἐν λέξεσιν εὗρεν συμφώνους. Οὐ γὰρ εὑρεσιλογία καὶ κατασκευὴ σοφισμάτων ἀνθρωπίνων ἦν τὸ γινόμενον· ἀλλ' ἐκ Πνεύματος ἁγίου, ἢ τῶν (6) ἁγίῳ Πνεύματι λαληθεισῶν θείων Γραφῶν ἑρμηνεία συνετελεῖτο.

ΛΕ'. Τούτων τὰς εἴκοσι δύο βίβλους ἀναγίνωσκε, πρὸς δὲ τὰ ἀπόκρυφα μηδὲν ἔχε κοινόν. Ταύτας μόνας μελέτα σπουδαίως, ἃς καὶ ἐν Ἐκκλησίᾳ μετὰ παῤῥησίας ἀναγινώσκομεν. Πολὺ σου φρονιμώτεροι, καὶ εὐλαβέστεροι (7) ἦσαν οἱ ἀπόστολοι, καὶ οἱ ἀρχαῖοι ἐπίσκοποι, οἱ τῆς Ἐκκλησίας προστάται, οἱ ταύτας παραδόντες. Σὺ οὖν, τέκνον τῆς Ἐκκλησίας ὢν μὴ παραχάραττε τοὺς θεσμούς. Καὶ τῆς (8) μὲν

XXXIV. Alexandro enim Macedonum rege defuncto, regnoque ejus in quatuor principatus diviso, Babyloniam et Macedoniam, Asiam et Ægyptum; unus eorum qui in Ægypto regnarunt, Ptolemæus cognomine Philadelphus, litterarum studiosissimus princeps, dum libros undecunque colligeret, a Demetrio Phalereo bibliothecæ procuratore, de divinis legis et prophetarum Scripturis audivit. Ac multo satius judicans, non ab invitis per vim libros parare, sed donis potius et amicitia possessores demereri; cum sciret, id quod vi extorquetur, eo quod præter voluntatem detur, sæpenumero dolo corrumpi; quod vero sponte exhibetur, id cum omni sinceritate donari: missis ad Eleazarum summum tunc temporis pontificem, plurimis ad ornandum Hierosolymorum templum isthic positum donis, senos de singulis duodecim Israelis tribubus, qui libros interpretarentur, ad se delegari fecit. Deinde autem ut experiretur an libri, necne, divini forent; prospiciens ne inter se missi interpretes convenirent, eorum unicuique in loco qui dicitur Pharus secus Alexandriam sito, propriam ædem attribuit, singulisque universas Scripturas interpretari mandavit. Cum vero illi intra dies septuaginta duos negotium absolvissent, rex omnium simul translationes, quas separatis domiciliis, ad sese mutuo non accedentes elaboraverant, in unum conferens, non in sententiis solum, sed et ipsis in verbis plane consentientes reperit. Non enim verborum inventio et humanarum sophismatum artificium erat id opus sed Spiritus sancti inflatu divinarum Scripturarum a sancto Spiritu dictatarum confecta interpretatio.

XXXV. Harum lege libros duos et viginti, nihilque cum apocryphis habeto commune. Eos solos studiose meditare et versa, quos etiam in Ecclesia cum certa fiducia legimus; multo prudentiores et religiosores te erant apostoli, et veteres episcopi Ecclesiæ rectores qui eos **69** tradidere: tu ergo filius Ecclesiæ cum sis, ne leges positas transverte. Et veteris quidem Testamenti, ut dictum est, duos

(1) Παρεχόμενον. Editi, διδόμενον. Ne vox eadem in eadem linoa bis repeteretur, scripsimns, παρεχόμενον, ex Coisl., Roe, Casaub. et Grodec. Mox, loco τοῖς πᾶσι, quod manifestum mendum continet, posuimus, τῇ πάσῃ, ex iisdem mss. et Ottobon., Colb. ac Bodl.

(2) Λαμβάνων ἀπόπειραν. Mallem, λήψων *sumpturus*, aut ἀποπειράσων, *experturus*, quod legitur in cod. Ottoboniano, sed delendum foret, λαμβάνων, quod ibidem habetur.

(3) Καὶ πρὸς τὸ μή, etc. Totus hic locus sequens in editis mire corruptus erat. Ex mss. facile emendavimus. Ac primum præpositionem πρός ante τὸ μή, addidimus ex codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub. tametsi minime necessaria videatur. Loco ὑποπτεύσας, lego ἐποπτεύσας, nihil tamen in textu mss. auctoritate destitutus mutavi. Hæc duo varba apud Clem. Alexandr. promiscue sumuntur. Ante πληρωσάντων addidi ex Coisl., Roe, Casaub. et Grodecio, τὸ πρᾶγμα, et post ἑρμηνείας, relativum ἅς, ex Roe et Casaub. Deinde vocem ἐποιήσαντο, in duas voces ἐποιήσαν τό distractam, conjunximus ex Coisl., Roe et Casaub. Pro συναγωγῶν, scripsimus, συναγῶν, ex Coisl., Ottobon., Roe et Casaub. Tandem loco συμφωνοῦντας scripsimus, συμφώνους ex eisdem. De cellulis et inspiratione LXX interpetum fuit eadem multis longo ordine Patribus communis opinio, quæ in hac litterarum luce nullam jam fidem habet.

(4) Forte, ἐποπτεύσας.

(5) Προσιέντες. Forte, προσιόντες. Edit.

(6) Ἢ τῶν. Τῶν scripsimus loco τῷ ex codd. Coisl., Roe, Casaub., Ottob.: in hoc vero legitur, ἁγίων, et omittitur, Πνεύματι.

(7) Καὶ εὐλαβέστεροι. Hæc addidimus ex codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub.

(8) Καὶ τῆς. Ante hæc verba legit Grodecius titulum, L*e libris* quem in nullo ms. codice reperimus. Paulo post, καθώς posuimus loco ὡς, ex codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub.

supra viginti libros meditare; quos, si discendi studio teneris, nominatim, me recitante, memoriæ infigere stude. Legis enim sunt primi quinque libri Mosis, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. Inde, Jesus filius Nave ; et Judicum liber, qui una cum Ruth septimus numeratur. Cæterorum vero historicorum librorum, Regnorum primus et secundus, unus est apud Hebræos liber; unus item, tertius cum quarto. Similiterque apud eos Paralipomenon primus et secundus, unus est liber: Esdræque primus et secundus pro uno censetur. Esther duodecimus est liber : et hi quidem historici. Versibus scripti sunt quinque : Job, Psalmorum liber, Proverbia, Ecclesiastes, et Canticum canticorum, qui liber est decimus septimus. Sequuntur prophetici quinque ; duodecim prophetarum liber unus ; Isaiæ unus ; Jeremiæ cum Barucho, Lamentationibus et Epistola (1), unus ; deinde, Ezechiel, et Dianelis liber, Veteris Testamenti secundus supra vicesimum.

A Παλαῖας Διαθήκης, ὡς εἴρηται, τὰς εἴκοσι δύο μελέτα βίβλους· ἃς, εἰ φιλομαθὴς τυγχάνεις, ἐμοῦ λέγοντος, ὀνομαστὶ μεμνῆσθαι σπούδασον. Τοῦ νόμου μὲν γάρ εἰσιν αἱ Μωσέως Πρῶται πέντε βίβλοι, Γένεσις. Ἔξοδος, Λευϊτικόν, Ἀριθμοί, Δευτερονόμιον, Ἑξῆς δὲ, Ἰησοῦς υἱὸς Ναυῆ· καὶ τὸ τῶν Κριτῶν (2) μετὰ τῆς Ῥοὺθ βιβλίον ἕβδομον ἀριθμούμενον. Τῶν δὲ λοιπῶν ἱστορικῶν βιβλίων, ἡ πρώτη καὶ ἡ δευτέρα τῶν Βασιλειῶν, μία παρ' Ἑβραίοις ἐστὶ βίβλος μία δὲ, καὶ ἡ τρίτη καὶ ἡ τετάρτη. Ὁμοίως δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ τῶν Παραλειπομένων ἡ πρώτη καὶ ἡ δευτέρα, μία τυγχάνει βίβλος· καὶ τοῦ Ἔσδρα ἡ πρώτη καὶ ἡ δευτέρα μία λελόγισται· δωδεκάτη βίβλος ἡ Ἐσθήρ. Καὶ τὰ μὲν ἱστορικὰ ταῦτα. Τὰ δὲ στιχηρὰ (3) τυγχάνει πέντε, Ἰὼβ, καὶ βίβλος Ψαλμων, καὶ Παροιμίαι, καὶ Ἐκκλησιαστὴς, καὶ Ἆσμα ᾀσμάτων ἑπτακαιδέκατον βιβλίον. Ἐπὶ δὲ τούτοις τὰ προφητικὰ πέντε· τῶν δώδεκα προφητῶν μία βίβλος, καὶ Ἡσαΐου μία, καὶ Ἰερεμίου μία (4) μετὰ Βαρούχ, καὶ Θρήνων, καὶ Ἐπιστολῆς· εἶτα Ἰεζεκιὴλ· καὶ ἡ τοῦ Δανιὴλ, εἴκοστηδευτέρα βίβλος τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης.

B

XXXVI. Novi autem Testamenti sunt quatuor duntaxat Evangelia ; nam cætera falso inscripta sunt, et noxia [42]. Scripserunt et Manichæi secundum Thomam Evangelium, quod evangelicæ appellationis fragrantia coloratum, simpliciorum animas corrumpit. Suscipe et duodecim apostolorum Acta; et insuper, septem catholicas Epistolas, Jacobi et Petri, Joannis et Judæ : deinde, quod omnibus est pro signaculo, et postremum est discipulorum opus Pauli quatuordecim Epistolas. Reliqua vero omnis extra in secundo [ac nullo] ordine habeantur : et

[42] *Vid. cat.* 6, n. 31.

Αζ'. Τῆς δὲ Καινῆς Διαθήκης, τὰ τέσσαρα μόνα (5) Εὐαγγέλια· τὰ δὲ λοιπὰ ψευδεπίγραφα καὶ βλαβερὰ τυγχάνει. Ἔγραψαν καὶ Μανιχαῖοι καὶ Θωμᾶν Εὐαγγέλιον, ὅπερ, (6) τῆς εὐδαγγελικῆς πρνσωνυμίας ἐπικεχρωσμένον, διαφθείρει τὰς ψυχὰς τῶν ἁπλουστέρων. Δέχου δὲ καὶ τὰς ἑπτὰ, Ἰακώβου, ἀποστόλων· πρὸς τούτοις δὲ καὶ τὰς ἑπτὰ, Ἰακώβου, καὶ Πέτρου, Ἰωάννου, καὶ Ἰούδα καθολικὰς Ἐπιστολάς· ἐπισφράγισμα δὲ τῶν πάντων, καὶ μαθητῶν τὸ τελευταῖον, τὰς Παύλου δεκατέσσαρας Ἐπιστολάς. Τὰ δὲ λοιπὰ πάντα, ἔξω (7) κείσθω ἐν δευτέρῳ· καὶ ὅσα

C

(1) Est Baruchi c. VI in Vulg.

(2) Τὸ τῶν Κριτῶν. Articulum τό adjecimus ex codd. Coisl., Roe, Casaub., similiter articulos ἡ ante πρώτη et δευτέρα, ex iisdem et Ottobon Cum in historicis libris primum et secundum Esdræ citat, primi nomine intellexisse videtur apocryphum nostrum tertium ; et secundi, nostros primum et secundum ; nam hunc non sub Nehemiæ, sed sub Esdræ laudat nomine, cat. 16, n. 28.

(3) Στιχηρά. Ita codd. Colbert., Roe, Casaub. Editi, vitio librarium, στοιχηρά. Quanquam tres duntaxat Salomonis libros pro canonicis memoret, Ecclesiastici tamen et Sapientiæ libris eodem modo quo cæteris utitur, posteriorem etiam Salomoni tribuens cat. 9, n. 2 et 16. Hos forte habuit in dubiis de quibus n. 33, non certe in noxiis.

(4) Ἰερεμίου μία. Vocem μία, ad distinctionem et perspicuitatem textus opportunam adjecimus ex cod. Roe. Minores prophetas majoribus præmittit. ut in multis veterum catalogis , et Græcis Bibliorum mss. ordinantur. Dianelem legebat ut nos ex Theodotionis versione : nec, ut mentitur Rivetus, Canticum trium puerorum, Belis et draconis historiam, ac Susannæ eventum, uti apocrypha rejiciebat. Hæc enim passim uti e Daniele nullo discrimine citat : imo Susannæ historia ipsi Danielis exordium erat, ut patet ex cat. 16, n. 31.

(5) Μόνα. Hanc vocem addidimus ex Coisl., Roe, Casaub. et Grod.

(6) Ὅπερ εὐωδίᾳ, etc. Particulam ὥσπερ inter has voces interpositam eliminavimus, auctor codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub., Colb. , Bodl., Morel. et Grod. Post ἐπωνυμίας addidi participium ἐπικεχρωσμένον , ex codd. Colb. Morel. et Grodec. Melius videretur ἐπικεχρισμένον, *tinctum*, quod habetur in codd. Roe et Casaub. et corrupte legitur in Coisl., ἐπιχειρισμένον. At eamdem vim habet vox ἐπικεχρωσμένον, a χρῶτες vel χρῶτα deducta ; quæ vox in bonis auctoribus fragrantiam quamdam ex tinctura emanantem designat. Cyrillus, cat. 21. n. 1, ait Christum, dum in Jordane baptizatus ablueretur, tincturam sum divinitatis aquis indidisse, τῶν χρωτῶν, vel χρώνων, τῆς θεότητος μεταδοὺς τοῖς ὕδασιν unde ipsæ fragratiam conceperunt. *Procat.*, n. 13. Certe non odoris quidem, sed saporis ratione de fructu vetito dicit Greg. Nyss., orat, *in* XL *martyres*, p. 509, εὐχροίᾳ τινὶ καὶ ἡδονῇ γεύσεως ἐπικεχρωσμένος, *suavi quodam colore et voluptate gustus coloratus*. Apocalypsim non numerat Cyrillus in indice Novi Testamenti, eamque uti apocryphum repudiare videtur cat. 15, num. 13 et 16. Ejus tamen testimoniis sæpe ac veluti imprudens, ex familiari ejus consuetudine, utitur.

D

(7) Ἔξω. Vox ea non habetur in codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub. et Grod. quasi cæteros libros non extra canonem, sed secundo tantum loco haberi juberet Cyrillus : sed ille, quamvis re quosdam libros distinxerit, quos in canone non includens secundo tamen loco habuit. ac nullo discrimine cum protocanonicis citat; oratione tamen duplicem apocryphorum ordinem non facit, ut vel ex modo sequentibus verbis patet. Itaque vox ἐν δευτέρῳ non *secundo* tantum, sed *nullo in loco*, atque idem quod ἔξω significat : quæ non insolens apud auctores hujus vocis usurpatio. Sic Naz., carm. 1, pag. 29 : Τὸ μὲν καθ' ἡμᾶς δευτέρου κείσθω λόγου. *Quæ ad nos*

μὲν ἐν ἐκκλησίαις μὴ ἀναγινώσκεται, ταῦτα μηδὲ κατὰ σαυτὸν ἀναγίνωσκε, καθὼς ἤκουσας. Καὶ περὶ μὲν τούτων ταῦτα.

ΛΖ'. Φεῦγε δὲ πᾶσαν διαβολικὴν ἐνέργειαν, καὶ μὴ πείθου τῷ δράκοντι τῷ ἀποστάτῃ, ὃς ἐξ ἀγαθῆς ὑποστάσεως αὐτοπροαίρετον ἔσχε τὴν μεταβολήν· ὃς ἀναπεῖσαι μὲν δύναται τοὺς θέλοντας, ἀναγκάσαι δὲ οὐδένα. Καὶ μήτε ἀστρολογίαις, μήτε ὀρνεοσκοπίαις, μήτε κληδόσι πρόσεχε, μηδὲ ταῖς μυθώδεσι τῶν Ἑλλήνων (1) μαντείαις· φαρμακείαν, καὶ ἐπαοιδίαν, καὶ τὰ νεκυομαντειῶν παρανομώτατα πράγματα, μηδὲ μέχρις ἀκοῆς παραδόχου. Ἀπόστηθι παντὸς ἀκολασίας εἴδους, μήτε γαστριμαργῶν, μήτε φιληδονῶν, ὑπεράνω τε φιλαργυρίας ἁπάσης, καὶ τοῦ τοκίζειν, γενόμενος (2). Μήτε δὲ θεωριῶν ἐθνικοῖς ἀθροίσμασι παράβαλλε· μηδὲ ἐπιδέσμασιν ἐν νόσοις χρήσῃ ποτέ· ἀποστρέφου δὲ πᾶσαν καὶ τοῦ καπηλοδυτεῖν τὴν Ἰουδαιότητα. Καὶ μήτε (3) εἰς Σαμαρειτισμὸν, ἢ Ἰουδαϊσμὸν ἐκπέσῃς· ἐλυτρώσατο γάρ σε λοιπὸν Ἰησοῦς ὁ Χριστός. Πάσης Σαββάτων παρατηρήσεως ἀπόστηθι, καὶ τοῦ κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον λέγειν τι εἶναι τῶν ἀδιαφόρων βρωμάτων. Ἐξαιρέτως δὲ μίσει πάντα τὰ συνέδρια τῶν παρανόμων αἱρετικῶν· καὶ παντοίως τὴν σεαυτοῦ ψυχὴν ἀσφαλίζου, νηστείαις

A quæcunque in ecclesiis non leguntur, illa nequ e privatim legas, sicut jam audisti [43]. Ac de his quidem hactenus.

XXXVII. Fuge autem omnem diabolicam operationem : neque defectori draconi credas, qui ex bona natura ultro ac sponte mutatus est ; 70qui [44] volentes quidem persuadere potest, neminem autem cogere [45]. Neque astrologorum prædictionibus, neque avium observationibus, neque omnibus (4) attendas, neque fabulosis Græcorum divinationibus. Veneficium, incantationem, et nefandissimas manium evocationes,ne ad aures quidem admitte. Ab omni intemperantiæ genere recede,necgulæ deditus, nec voluptatum amans ; omni avaritia et feneratione superior [46]. Neque vero Gentilitiis spectaculorum conventibus intersis. Neque ligaturis unquam in morbis utare.Aversare quoque omnem cauponarum frequentandi illuviem ac sordem. Neque in Samariticam aut Judaicam delabare religionem (5), nam te in posterum liberavit Jesus Christus.Ab omni Sabbatorum observatione procul esto; neque ullum indifferentium ciborum communem vel mundum appelles [47]. Præsertim vero oderis omnia transgressorum hæreticorum conventicula, omni-

B

[43] *Vid. cat.* 6, *n.* 33 et 35. [44] *Vid. cat.* 2, *n.* 3 *et sup. a.* 21. [45] *Vid. cat.* 19, *n.* 8. [46] *Vid. cat.* 19, *n.* 6 [47] *Vid. cat.* 18, *n.* 26.

attinent nullo loco habete, carm. 18 Iamb., p. 216 : Ἄμφω γὰρ εἶναι δεύτερα Ξενοκράτους· *Ambo ista aliena a Xenocrate*. Orat. 20, p. 317, εἰ τοσοῦτον ἀπήντηκα καιροῦ δεύτερος, *si tandiu post tempus occurri*.

(1) Ἑλλήνων. Legitur in codd. Coisl., Roe, Casaub. et Grodec., εἰδώλων, *idolorum*. Utraque lectio probabilis. Nam vel oraculorum prædictiones, vel divinaculorum per sortes vaticinia reprobat Cyrillus. Loco φαρμακίαν scripsimus ex cod. Ottob., φαρμακείαν.

(2) Γενόμενος. Ita restitui ex codd. Coisl., Ottobon., Roe, Casaub Habent editi, βουλόμενος. Paulo post, loco ἐπιδέσμασι, cod. Colb., Bodl. et Morel. ferunt, ἐπῳδήμασι, *incantationibus*. Inferius, καπηλοδυτεῖν scripsimus ex Coisl., Roe, Casaub., Ottob., loco καπηλοδύτου.Grod.legisse videtur, τῶν καπηλοδυτῶν. Henricus Valesius in mss. ad Cyrillum notis, καπηλοδύτην hic intelligit diabolum.Sed hanc vocem cum altera simili λωποδύτης,*exspoliator*,memoriola vacillante, credo.confudit. Κάπηλος significat vel *negotiatorem et venditorem*, vel *cauponem*. At καπηλοδύτης Hesychio est cauponarum frequentator : eodemque sensu a Cyrillo usurpatam hanc vocem,significat illuvies illa quam καπηλοδύταις objicit. Cauponæ etiam apud Paganos probrosæ, nedum apud Christianos. Concil. Laod.can. 24 vetat ne clerici et ascetæ cauponam ingrediantur ; quemadmodum can. 26, ne magi, astrologi et mathematici sint. Diutius forsitan apud cauponarios, quæ professio Christianæ temperantiæ et gravitati parum alioqui conveniens, idololatria aut ejus vestigia remanserunt.Tertullianus,*De spectac.*, cap 8, n. 79, in stabulis sive diversoriis idola fuisse testatur.

(3) Καὶ μήτε, etc. Ea verba usque ad πάσης Σαββάτων exclus. addidimus ex codd. Coisl., Ottobon., Roe, Causaub. Mox, καὶ τοῦ scripsimus ex Coisl., Roe, Casaub. quo in loco habent editi, καὶ τό.

(4) *Neque omnibus*, etc. Ita vocem κληδόνας vertit Grodecius. Idem est quod cat. 19, n. 8, vocat κληδονισμούς. Id Chrysostomus, hom. 21 *ad pop. Antioch*, sub finem, conjungit cum *observationibus dierum*, et *symbolis* : quæ symbola, ut explicat, erant auguria captata ex rebus fortuitis, ut verbis forte fortuna prolatis,certorum hominum occursu, et similibus rebus. Non immerito Cyrillus ab iis superstitionibus, quas ad cultum diaboli pertinere ait,cap. 19, n. 8, auditores suos revocat.Quam difficile esset Christianos ab hujusmodi vanitatibus abstrahere, probant frequentes ea de re Patrum querelæ. Adde Gnosticos et alios hæreticos iis usos esse.

(5) *Neque in Samariticam aut Judaicam*, etc. Insita Christianorum pectoribus Judaicæ legis reverentia, fecit ut plurimi non solum Judæorum frequentiam non devitarent,sed eorum sacris conventibus interessent,ac festa celebrarent;quod graviter quæritur Chrysostom.,hom.34 *ad populum Antioch.* qua occasione hanc et sequentes homilias adversum Judæos declamavit. Conc. Laod. vetuit ne Christiani a Judæis donæ festalia et azyma acciperent, can. 37 et 38. Erant qui a Judæis fructus agrorum suorum benedici paterentur,quod severe castigat conc. Elib. can. 49. Conc. Laodic. can. 29 Christianis præcipit ne judaizent, et Sabbato otientur,sed eos hac die operibus vacare præcipit. Hunc abusum non infrequentem fuisse testatur apud Joannem Damasc. Eusebius quidam, in *Parallelis* citatus, littera n, tit. 27, pag. 655. Hanc Sabbati religionem forte in animis eorum confirmabat liturgia die illo oblata,et laxata in Quadragesima jejunii observatio. Ciborum delectus non hæretici modo Judaismo addicti,sed quidam etiam superstitiosi Christiani observabant, ut apparet ex *Constit. Ap.*,lib. vi,cap. 10 et 11. Hæreticorum conventicula Christiani quidam adibant,falsorum martyrum qui ex hæreticorum grege fuerant, aut in occupatis ab ipsis ecclesiis colebantur, solemnitatibus invitati, quod prohibet conc.Laod., can. 33 et 34. Alii forte eo trahebantur ignoratione veræ Ecclesiæ Catholi-

busque modis tuam ipsius animam muni,jejuniis, eleemosynis,et divinorum oraculorum lectionibus; ut in temperantia et piorum dogmatum observatione, quod tibi reliquum est in carne tempus vivens [48],unica,quæ per lavacrum datur,salute perfruaris : sicque cœlestibus a Patre ac Deo ascriptus exercitibus, cœlestibus quoque coronis digneris : in Christo Jesu Domino nostro, cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

προσευχαῖς (1), ἐλεημοσύναις, καὶ θείων λογίων ἀναγνώσμασιν· ἵνα μετὰ σωφροσύνης καὶ δογμάτων εὐσεβῶν τὸν ἐπίλοιπον ἐν σαρκὶ βιώσας χρόνον, τῆς μιᾶς (2) τοῦ λουτροῦ σωτηρίας ἀπολαύσῃς· στρατολογηθεὶς δὲ οὕτως ἐν οὐρανίαις στρατιαῖς τῷ Πατρὶ καὶ Θεῷ, καὶ τῶν οὐρανίων καταξιωθῇς στεφάνων· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[48] I Petr. IV. 2.

corum ; maxime peregrinantes, quos Cyrillus, cat. 18, n. 26, monet, ut cum ad regionem aliquam devenerint, non præcise requirant ubi sit ecclesia, nam suas etiam ædes hæretici ecclesiæ vocabulo insignire solebant ; sed ubi sit catholica Ecclesia, quod nomen veræ ecclesiæ proprium.

(1) Προσευχαῖς. In editis legitur, προσέχων. Emendavimus ex Coisl., Ottob. et Grod.

(2) Μιᾶς. Loco μιᾶς, Coisl., Roe, Casaub. habent, ἁγίας. Ottobon., θείας ἁγίας. Mox, pro στρατολογηθείς τε, posuimus ex Coisl., στρατολογηθεὶς δέ, et pro καταξιωθείς, καταξιωθῆς, ex Coisl., Roe, Casaub. et Grodec. Tandem pro τῷ ἡ δόξα, scripsimus ex Colb. et Ottobon., ᾧ ἡ δόξα. Cæterum ampliori glorificatione concluditur hæc catechesis in versione Grodecii, his verbis : *In Christo Jesu Domino nostro, cum quo gloria Patri cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.*

CATECHESIS QUINTA.

DE FIDE ET SYMBOLO.

71 PROLOGUS.

I. *Præparatis in superiore catechesi, per generalem universorum fidei nostræ dogmatum informationem, auditorum animis, jam ad singula ejus capita in Symbolo contenta distinctis sermonibus explananda aggreditur. In hac itaque catechesi, qua Symbolum tradit memoriter retinendum, suoque tempore,* [49] *Sabbato scilicet sancto reddendum ; fidei, cujus confessionem continet, vim, dignitatem, necessitatem, efficaciamque commendat ; sicque primum Symboli vocem,* Credo, *vel,* Credimus, *in hac oratione exponit.*

II. *Fidei dignitatem repetit* (num. 1) *ab divinæ appellationis, quam nobiscum communicat, participatione ; vim ejusdem, ab contemptu rerum terrestrium quem inspirat* (n. 2) ; *divinarum rerum ac Dei ipsius contemplatione, ad quam evehit ; victoria adversus diabolum, quam confert* (n. 4 et 11) ; *rebus ultra humanam conditionem* (n. 4), *quas non in credente solum* (n. 7), *verum in aliis* (n. 8 et 9) *etiam merito credentis operatur. Necessitatem fidei probat, tum* (n. 3) *ex omni vitæ consuetudine, quæ per fidem alligatur et consistit ; tum* (n. 5 et 6) *ex justificationis nostræ modo et ratione, quæ ad exemplum Abrahæ per fidem in Christi mysteria perficitur. Species tandem fidei distinguit* (n. 10 et 11) : *quarum altera in dogmatum assensu consistit ; altera, quæ hujus præmium ac perfectio est, in mirabilibus efficiendis. Post id proœmium Symbolum traditurus* (n. 12), *maximam illius in brevi verborum complexu vim ac necessitatem ostendit ; ac diligentem ejus commeditationem, fidelemque, ne unquam mutetur aut corrumpatur, custodiam præcipit : quod, eo tradito, diligentius ac severius inculcat* (n. 13). *Notanda præsertim, quæ de fide miraculorum a Deo exoptanda et promerenda docet ; et quæ de Symboli ab Ecclesia accipiendi, atque ab iis qui Scripturas legere non possunt firmiter retinendi ac credendi necessitate tradit.*

III. *Hanc catechesim, quæ in omnibus mss. et editionibus* De fide *tantum inscribitur, nos* De fide et Symbolo *appellavimus, quoniam de utrisque sub uno eodemque ambiguo fidei nomine agit auctor, ac fidei nomen pro fidei virtute constanter usurpat ab initio ad num. 12 : sed ab eo loco ad finem pro Symbolo sumit. Quoties autem Symbolum significat, ad distinctionem litteram majusculam initio præfiximus. Interrumpitur hujus orationis series, per traditionem et pronuntiationem Symboli a Cyrillo factam, nam num. 12 de Symbolo loquitur ut tradendo ; num. autem 13 de eodem ut tradito. Locus interruptionis non omnino certus, nec ab eis qui Catecheses primum exscripsere notatus. Cum enim Symbolum chartis mandare primis temporibus religio esset, idque in hac catechesi severe interdicat Cyrillus num. 12, qui ab ejus ore orationem exceperunt, omnia continuate descripsere ; sicque Symbolum Hierosolymitanum periisset,*

[49] *Cat.* 18. n. 21.

nisi in titulis catecheseon, et in variis Cyrilli sententiis, sparsim et uti in frusta defectum exstaret. In nonullis tamen mss. post verba quæ numerum 12 *absolvunt, reperitur Symbolum Nicænum de integro descriptum: quo factum est, ut hunc traditi Symboli et interpretationis Cyrilli assignaverimus locum, quanquam ut fatear quod res est, ultima num.* 13, *periodus* Βλέπετε οὖν etc., Videte itaque, etc., *mihi videatur ad Symbolum traditum pertinere.*

VI. *Ex verbis catechesis superioris, num.* 13, *quibus longo Quadregesimæ totius spatio Symboli expositionem a se tradendam ait auctor, certum est hanc orationem vel extremis primæ Quadragesimalis hebdomadæ, vel primis secundæ diebus pronuntiatam esse: eaque erat singularis Ecclesiæ Hierosolymitanæ consuetudo, ut per quadraginta dies Symbolum prius traditum explicaretur; quod testantem audivimus Joannem Cyrilli successorem, in testimonio supra Præloquio in catechesim quartam, num.* 3 *allegato. In omnibus vero aliis tam Occidentis quam Orientis Ecclesiis, quarum quidem exstent monumenta, sub extrema solum Quadragesimæ tempora Symbolum baptizandis tradebatur: nec, ut Hierosolymis, pluribus, sed uno duntaxat, aut ad summum uno et altero sermone explanari solebat. Dubium vero nullum est, quin Ecclesiæ Hierosolymitanæ consuetudo multo utilior esset, cui sane acceptum referre debemus pretiosum hoc* Catecheseon *Cyrillianarum opus.*

V. *Hanc orationem contulimus cum codd. Coislin., Roe, Casaub.. Ottobon. Symbolum Hierosolymitanum ex ipso Cyrillo collectum ei appinximus. Qua de re dicemus in observatione peculiari.*

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ Ε'

ΦΩΤΙΖΟΜΕΝΩΝ.

Ἐν Ἱεροσολύμοις σχεδιασθεῖσα, Περὶ Πίστεως· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς πρὸς Ἑβραίους· Ἔστι δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις (1) πραγμάτων, ἔλεγχος οὐ βλεπομένων. Ἐν ταύτῃ γὰρ ἐμαρτυρήθησαν οἱ πρεσβύτεροι, καὶ τὰ ἑξῆς.

—

CATECHESIS V ILLUMINANDORUM,

Hierosolymis extemporalis dicta, *De Fide*; et lectio ex Epistola ad Hebræos [49*] : *Est autem fides speratarum substantia rerum* (2), *convictio earum quæ non videntur. In hac enim testimonium consecuti sunt senes*, etc.

—

Α'. Ἤλιχον ὑμῖν ἀξίωμα δίδωσιν ὁ Κύριος ἀπὸ τοῦ (3) κατηχουμένων τάγματος εἰς τὸ τῶν πιστῶν μετατιθέμενος, Παῦλος ὁ ἀπόστολος παριστὰς, φησί· Πιστὸς ὁ Θεὸς, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, Θεοῦ γὰρ πιστοῦ καλουμένου, καὶ σὺ ταύτην τὴν προσηγορίαν λαμβάνεις, μέγα λαμβάνων ἀξίωμα. Ὥσπερ γὰρ καλεῖται Θεὸς ἀγαθὸς, καὶ δίκαιος, καὶ παντοκράτωρ, καὶ δημιουργὸς τῶν ὅλων, οὕτω καὶ πιστός. Λόγισαι τοίνυν εἰς ὁποῖον ἀξίωμα ἀναβαίνεις, Θεοῦ μέλλων προσηγορίας γίνεσθαι κοινωνός.

Β'. Ὧδε οὖν ζητεῖται (4) λοιπὸν, ἵνα τις ἐξ ὑμῶν πιστὸς ἐκ συνειδήσεως εὑρεθῇ. Ἄνδρα γὰρ πιστὸν ἔργον ἐστὶν εὑρεῖν, φησίν· οὐχ ἵνα ἐμοὶ δείξῃς σου τὴν συνείδησιν (οὐ γὰρ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας ἀνα-

Α I. Quantam [50] vobis dignitatem conferat Dominus ab ordine catechumenorum ad fidelium ordinem vos transferens, repræsentat apostolus Paulus, aiens: *Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem Filii ejus Jesu Christi* [51]. Cum enim Deus *fidelis* appelletur, tu quoque eamdem accipis appellationem, magna auctus dignitate. Quemadmodum enim Deus vocatur bonus, et justus, et omnipotens [seu omnium dominator], et universorum conditor, ita et *fidelis*. Reputa igitur ad quantam proveheris dignitatem, divinæ appellationis particeps futurus.

II Hic jam quæritur, ut fidelis qui ex vobis, secundum intimam conscientiam, reperiatur [52]. *Virum* enim *fidelem reperire magnum opus est*, ait [Sriptura [53].] Non ut mihi tuam conscientiam

[49*] Hebr. XI, 1. [50] *Vid. Procat.* n. 6 *et cat.* 1, n. 4. [51] I Cor. I, 9. [52] I Cor. IV, 2. [53] Prov. XX, 6.

(1) Ὑπόστασις. In hac voce desinit apud editos codices allegatus Apostoli locus : cæteras addidimus ex codd. Coisl. Ottob. Roe, et Grod.

(2) Lectio hæc confirmatur ex n 4.

(3) Ἀπὸ τοῦ. Articulum hunc supplevimus ex codd. Roe, et Casaub. ; scripsimus etiam μετατιθέμενος, ex codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub., loco μετατιθεμένοις.

(4) Ζητεῖται. Editorum lectio est, ζητεῖτε, quam emendavimus ex Coisl. et Ottob. et allegato Apostoli textu. Mox, ante ὑμῶν adjecimus præpositionem ἐξ, auctoritate codd. Coisl. Roe, Casaub Post sequens ex Proverbiis testimonium, addidimus ex codd. Roe, et Casaub., φησίν.

demonstres (neque enim ab humano die judicandus es[54]) : sed ut Deo fidei sinceritatem ostendas, qui scrutatur renes et corda [55], et qui novit cogitationes hominum [56]. Magnum quiddam est vir fidelis, et quovis divite divitior exsistit *Fidelis* enim viri *est totus mundus divitiarum* [57], (1) in eo quod ipsas despicit et conculcat. Nam qui exterius divites sunt, etiamsi multa possideant, quantum ad animam inopia cruciantur : quanto enim plura congregant, tanto majori eorum quæ desunt desiderio conficiuntur. At fidelis homo, quod maxime admirabile videatur, in paupertate dives est, sciens enim quod indumenta tantum et alimenta habere necesse sit, hisque contentus [58], divitias conculcat.

III. Neque vero apud nos tantum (2) qui Christi **73** nomine censemur, magna est fidei commendatio : verum etiam universa quæ in mundo geruntur, et ab eis quoque qui alieni sunt ab Ecclesia, per fidem transiguntur. Per fidem extraneæ personæ nuptialibus legibus conjunguntur; alienusque homo corporum et pecuniarum alienarum, per eam quæ in contractibus sponsalitiis est fidem, communicatione donatur. Fide etiam consistit agricultura : non enim suscipit labores, qui proventus recepturum se non credit. Fide decurrunt homines mare, dum exiguo ligno credentes, firmissimum terræ elementum instabili fluctuum agitatione permutant incertis spebus sese tradentes, omnique anchora tutiorem circumferentes fidem. Per fidem itaque pleraque consistunt hominum negotia : neque apud nos solos ita persuasum est, verum etiam, ut dictum est, apud eos qui a nobis sunt alieni (3).

κρίνεσθαι μέλλεις)· ἀλλ' ἵνα τῷ Θεῷ δείξῃς τῆς πίστεως τὸ ἄδολον, τῷ ἐτάζοντι νεφροὺς καὶ καρδίας, καὶ γινώσκοντι τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων. Μέγα τι πρᾶγμά ἐστι πιστὸς ἀνὴρ, παντὸς πλουσίου τυγχάνων πλουσιώτερος. Τοῦ πιστοῦ γὰρ ὅλος ὁ κόσμος τῶν χρημάτων, τῷ (4) ὑπερφρονεῖν αὐτὰ καὶ καταπατεῖν. Οἱ μὲν γάρ κατὰ τὸ φαινόμενον πλουτοῦντες, καὶ πολλὰ κεκτημένοι πένητές εἰσι τὴν ψυχήν· ὅσῳ γὰρ πολλὰ συνάγουσι, τοσούτῳ τῇ τῶν λειπόντων ἐπιθυμίᾳ τήκονται. Ὁ δὲ πιστὸς ἀνὴρ, τὸ παραδοξότατον, ἐν πενίᾳ πλουτεῖ· εἰδὼς γὰρ, ὅτι δεῖ μόνον ἔχειν σκεπάσματα καὶ τροφὰς, καὶ τούτοις ἀρκούμενος, πεπάτηκε τὸν πλοῦτον.

Γ'. Καὶ οὐ παρ' ἡμῖν γε μόνοις, τοῖς τὴν τοῦ Χριστοῦ προσηγορίαν ἔχουσιν, μέγα τὸ τῆς πίστεώς ἐστιν ἄξίωμα· ἀλλὰ γὰρ καὶ πάντα τὰ ἐν τῷ κοσμῳ τελούμενα, καὶ τὰ ὑπὸ τῶν ἀλλοτρίων τῆς Ἐκκλησίας, τῇ πίστει τελεῖται. Πίστει τοὺς ἀπεξενωμένους γαμικοὶ νόμοι συνάπτουσιν εἰς ταυτόν· καὶ ἄνθρωπος ἀλλότριος, σωμάτων καὶ χρημάτων ἀλλοτρίων (5), διὰ τὴν ἐν γαμικοῖς συμβολαίοις πίστιν, γίνεται κοινωνός. Πίστει καὶ γεωργία συνίσταται· ὁ γὰρ μὴ πιστεύων λήψεσθαι καρποφορίαν, οὐχ ὑπομένει τοὺς καμάτους. Πίστει θαλαττεύοντες ἄνθρωποι, μικροτάτῳ ξύλῳ πιστεύσαντες, τὴν ἄστατον τῶν ῥυμάτων φορὰν, τοῦ στερροτάτου στοιχείου, τῆς γῆς, ἀντικαταλλάττονται, ἀδήλοις ἑαυτοὺς ἐπιδιδόντες ἐλπίσι, καὶ πάσης ἀγκύρας ἀσφαλεστέραν ἐπαγόμενοι τὴν πίστιν. Κατὰ πίστιν τοίνυν συνέστηκε τὰ πλεῖστα τῶν ἀνθρώπων πράγματα· καὶ οὐ παρ' ἡμῖν μόνοις τοῦτο πεπίστευται, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς ἔξωθεν.

[54] I Cor. IV, 3. [55] Psal. VII, 10. [56] Psal. XCIII, 11. [57] Prov. XVII, 6, secundum LXX. [58] I Tim. VI, 8.

(1) Hoc est, *totius mundi divitiæ.*

(2) *Neque apud nos tantum*, etc. Occurrit vulgatæ et centies a Christianæ religionis defensoribus contritæ paganorum objectioni, quam Rufinus ita refert expos. Symboli ad verbum *Credo : Pagani nobis objicere solent, quod religio nostra, quia rationibus deficit, in solo credendi persuasione consistat : et ideo ostendimus nec agi nec stare aliquid posse, nisi præcesserit vis credendi.* Habes ea de re verba Celsi apud Origenem, lib. I contra Epicureum hunc, pag. 8, et conjunctam Origenis refutationem isti Cyrillianæ argumentationi simillimam. Valentiniani præterea fidem nobis tanquam simplicibus et imperitis relinquebant; sibi vero tanquam natura salvatis, scientiam γνῶσιν, unde Gnostici, liberaliter tribuebant ; quæ scientia, tantum a fide distaret quantum spirituale ab animali : apud Clem. Alex. lib. II *Strom.*, pag. 363, quo loco tam illos hæreticos, quam gentiles, qui fidem calumniabantur uti rem inanem et barbaram, pag. 362, ex ipsorum gentilium et hæreticorum fidei elogiis refellit. Manichæi nullr magis illecebra capiebant fideles, quam confidenter promissa veritatis intelligentia; excluso auctoritatis et fidei jugo, quo Catholicos ab Ecclesia premi querebantur. Hac ipsa ratione ad se ad Manichæorum partes olim pertractum fatetur Augustinus, lib. *De utilitate credendi*, cap. 1, n. 2, quem librum ad refellendam inanem illam et falsam Manichæorum pollicitationem composuit. Videsis præter citatos auctores, Arnobium, lib. II *contra Gentes*, Euseb., lib. I *Præpar. evang.*, cap. 5. pag. 15, et lib. XII, cap. 1, 2, 3 ; Chrysostomum, hom. 1 *in I Timoth.*, pag. 406 ; Theodoret., *De curandis, Græcorum affectib.*, orat. 1 *De fide*, pag. 479, qui nonnulla ex Cyrillo nostro transcripsisse videtur ; Greg. magn., *Dialog.*, lib. IV, cap. 1 ; Damascenum, lib. IV, c. 11 ; omnes hoc argumentum iisdem quibus Cyrillus rationibus pertractant. Cæterum auctoritas cui nos credere jubet Cyrillus, est ipsius Dei revera, cujus verbis credimus, dum dogmatibus per fidem assentimur, infra, num. 10. At instrumentum et canalis quo credenda nobis transmittuntur et innotescunt, non est ex ejus mente præcise Scriptura sacra : sed Ecclesia, ex qua credendi normam suscipere debemus inviolabilem et immutabilem, infra num. 12.

(3) *Qui a nobis sunt alieni*, παρὰ τοῖς ἔξωθεν, Gentiles omnino videtur intelligere, cum dicat eos Scripturas non recipere quo charactere proprie designat Græcos cat. 18, n. 10, sic catechumenum vocat extraneum *Procat.*, n. 12 : Μὴ λέγε τῷ ἔξω. Designat autem hic sectas philosophorum, de quibus Origenes, fidei necessitatem ex ipso gentilium usu demonstrans, ait lib. I *cont. Cels.*, pag 9 : *Quis*

(4) Τῷ. Ex cod. Roe ; editi τό. Hic Cyrillus verum sensum aperit propheticæ sententiæ, de fideli divitiarum totius mundi domino. Similiter Horatius, lib. III, Od. 16, *Contemptæ dominus splendidior rei.*

(5) Ἀλλοτρίων. Eam vocem supplevimus ex codd. Roe, et Casaub.

καθὼς εἴρηται. Κἂν γὰρ μὴ δέχωνται τὰς Γραφὰς, οἰκεῖα δέ τινα προσφέρωσι (1) διδάγματα, πίστει κἀκεῖνα παραδέχονται.

Δ'. Ἐπὶ τὴν πίστιν ὑμᾶς τὴν ἀληθῆ καλεῖ καὶ ἡ σήμερον ἀνάγνωσις γενομένη, τὴν ὁδὸν ὑμῖν παραστήσασα, πῶς δεῖ τῷ Θεῷ καὶ ὑμᾶς εὐαρεστῆσαι· φησὶ γὰρ, ὅτι χωρὶς πίστεως ἀδύνατόν ἐστιν εὐαρεστῆσαι. Ηότε γὰρ προθήσεται (2) ἄνθρωπος δουλεῦσαι τῷ Θεῷ, μὴ πιστεύων, ὅτι γίνεται μισθαποδότης; πότε παρθευεύσει κόρη, ἢ καὶ σωφρονήσει νέος, μὴ πιστεύων, ὅτι τῆς ἁγνείας ἀμάραντός ἐστι στέφανος; Ὀφθαλμὸς πασης συνειδήσεώς ἐστι φωτιστικὸς ἡ πίστις, καὶ συνέσεως ἐμποιητικός (3)· λέγει γὰρ ὁ προφήτης· Καὶ ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδὲ μὴ συνῆτε (4). Ἐμφράττει στόματα λεόντων ἡ πίστις, κατὰ τὸν Δανιὴλ (5)· φησὶ γὰρ ἡ Γραφὴ περὶ αὐτοῦ, ὅτι Ἀνηνέχθη Δανιὴλ ἐκ τοῦ λάκκου, καὶ πᾶσα διαφθορὰ οὐχ εὑρέθη ἐν αὐτῷ, ὅτι ἐπίστευσεν ἐν τῷ Θεῷ αὐτοῦ. Ἔστι τι τοῦ διαβόλου δεινότερον; ἀλλὰ καὶ πρός τοῦτον οὐδὲν ἕτερον ὅπλον ἔχομεν ἢ τὴν πίστιν, ἀσώματον θυρεὸν κατ' ἐχθροῦ μὴ φαινομένου. Ἀποστέλλει μὲν γὰρ βέλη ποικίλα, καὶ κατατοξεύει ἐν σκοτομήνῃ τοὺς μὴ νήφοντας· ἀλλ', ἐπειδὴ μὴ φαίνεται ὁ ἐχθρὸς, περίβλημα κραταιὸν ἔχομεν τὴν πίστιν, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, λέγοντα· Ἐν πᾶσιν ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, ἐν ᾧ δυνήσεσθε πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι. Πεπυρωμένον πολλάκις βέλος ἐπιθυμίας αἰσχρᾶς ἡδονῆς ἐκ διαβόλου πέμπεται· ἀλλ' ἡ πίστις ὑπογράφουσα τὴν κρίσιν, καταψύξασα τὸν νοῦν, σβέννυσι τὸ βέλος.

Ε'. Καὶ πολὺς ὁ περὶ τῆς πίστεως λόγος, καὶ οὐκ ἀρκετὸς ἡμῖν ὁ πᾶς τῆς ἡμέρας διηγομένοις χρόνος·

A Nam etiamsi Scripturas non recipiant, proprias vero quasdam afferant doctrinas, easdem etiam per fidem recipiunt.

IV. Ad fidem veram vos vocat et hodierna lectio, viam vobis designas, per quam vos quoque oportet placere Deo : ait enim, sine fide impossibile esse placere [59]. Quando [60] enim apud se statuet homo Deo servire (6), ni ullum credat remuneratorem fore ? Quando virginitatis propositum arripiet puella, vel castus erit juvenis, nisi esse credat immarcessibilem castitatis coronam [61] ? Fides oculus est conscientiam omnem illuminans, et intelligentiam pariens ; dicit enim propheta : *Et si non credideritis, non intelligetis* [62]. Obstruit fides ora leonum, [63], juxta Danielem ; de ipso enim dicit Scriptura : *Daniel eductus est de lacu, et nulla læsio inventa est in eo, quia credidit in Deo suo* [64]. Estne quidquam diabolo terribilius ? atqui nullum aliud adversus illum habemus armorum genus præter fidem [65] : scutum incorporeum, adversus hostem invisibilem . Emittit enim multiplicia tela, et sagittis configit in cæca nocte non vigilantes [66], sed, quandoquidem obscurus est nec conspicuus hostis firmum habemus integumentum fidem, quemadmodum Apostolus ait : *In omnibus assumentes scutum fidei, in quo poteritis omnia tela mali ignita extinguere* [67]. Ignitum sæpe [illegible] fœdæ voluptatis desiderii telum a diabolo emittitur ; sed [68] fides nobis judicium depingens, et mentem refrigerans, telum exstinguit.

B

C

V. Longa est de fide oratio, neque illi absolvendæ totum dici tempus sufficiat. Interim ex anti-

[59] Hebr. XI, 6. [60] *Vid. cat.* 18, n. 1. [61] I Pet. V, 4. [62] Isa. VII, 9, juxt. LXX. [63] Hebr. XI, 34. [64] Dan. VI, 23. [65] I Petr. V, 9. [66] Psal, X, 3. [67] Ephes. VI, 16. [68] *Vid Procat.* n. 10, *et cat.* 16, n. 19.

« Quis ad philosophiæ studium conversus, et forte « fortuna ἀποκληρωτικῶς (*mallem vertere* destinato), « se in aliquam philosophorum sectam conjiciens vel « ut alicujus doctoris habeat copiam ; aliter ad eam « se applicat, quam quia credit illam sectam reliquis « præstantiorem? non enim exspectat donec auditis « omnium philosophorum opinionibus earumque va- « rietatibus tum singularum astructionibus aut sub- « versionibus, ita demum electionem faciat. *Quod* « *quidem Cicero*. Academicorum *lib.* IV, *valde repre-* « *hendit* : Nam cæteri, *inquit*, præter Academicos, pri- « mum ante tenentur astricti, quam quid esset opti- « mum judicare potuerunt... et ad quacumque sunt « disciplinam quasi tempestate delati, ad eam tan- « quam ad saxum adhærescunt. » Sed illud etiam in hæreticos intorquere liceat, qui suam sæpe auctoritatem discipulis cujusvis rationis loco venditaverunt Vide Iren., lib. III, cap. 2. 11 et anonymum Eusebianum, lib. V *Histor.*, cap. 8. Ita fit, quod olim observavit Augustinus, ut qui gravissimam Ecclesiæ auctoritatem repudiant, suæ nullatenus cum Ecclesia comparandæ imperiose credi velint : adeo in religione suscipienda necessaria est auctoritas. Fallor, nisi apud hæreticos nostri temporis qui solam Scripturam recipiunt, id sola suorum principium auctoritate suscipitur, quod nulli præter Scripturam auctoritati credendum docent.

D

(1) Προσφέρωσι. Ita scripsimus ex fide cod. Coisl. et vers. Grod. Habetur in editis, προσφέρουσι, in Roe et Casaub., προφέρουσι. Paulo post, scripsimus ὑμῖν ante παραστήσασα, ex codd. Roe et Casaub., quo loco ante habebatur ὑμᾶς. Verba, φησὶ γὰρ, etc. usque ad εὐαρεστῆσαι incl., propter repetitam vocem εὐαρεστῆσαι, in codd. nonnullis et in omnibus editis prætermissa, restituimus ex codd. Coisl. et Ottob.

(2) Προσθήσεται. Editi, προσθήσεται. Secuti sumus codd. Coisl. Roe, Casaub. In Ottob. habetur προσνοήσεται.

(3) Συνέσεως ἐμποιητικός. Legitur in Coisl. et Ottob., ἐμποιηματικός. In Roe vero et Casaub. sic : συνέσεως πρόξενος, καὶ γνώσεως ἐμποιητικός· *intelligentiæ conciliator, et scientiæ effector.*

(4) Οὐδὲ μὴ συνῆτε, *non intelligetis.* Vulgata, *non permanebitis.*

(5) Κατὰ τὸν Δανιήλ. Hæc in codd. Roe, et Casaub. addita reperiuntur, ἥτις αὐτὸν ἀνήγαγεν ἐκ τοῦ λάκκου· *quæ ipsum e lacu extrahit.* Post. φησί, particulam γάρ supplevimus ex Coisl. et Ottob.

(6) *Quando homo apud se statuet Deo servire*, etc. Hanc futuræ mercedis considerationem, ac continentiæ observationem, quam vi fidei hic attribuit, in cat. 16. n. 18, 19 et 20 ab intimam Spiritus sancti animam docentis efficientiam refert ; ut appareat in Cyrilli doctrina fidem Dei donum esse.

quæ legis figuris unus nobis sat erit Abraham, quandoquidem hujus etiam per fidem filii facti sumus [69]. Ille non ex operibus solum justificatus est, verum etiam ex fide [70]. Multa enim recte fecerat; sed nunquam amicus Dei appellatus est [71], nisi postquam credidit [72], sed et omne opus ejus per fidem perfectum est. Fide reliquit parentes: patriam, regionem, et domum per fidem reliquit [73] Quemadmodum igitur justificatus est ille [74], ita justificeris et tu. Emortuo in posterum ad suscipiendos liberos corpore erat: senex enim ipse, anum habebat uxorem Saram, nec ulla spes liberorum reliqua erat; seni Deus prolem futuram pollicetur: at ille non debilitatus est fide [75]; corpusque suum jam emortuum considerans, non ad corporis imbecilitatem, sed ad promittentis potestatem attendit; fidelem existimans eum esse qui promiserat [76], atque ita ex mortuis [77] quodammodo corporibus præter opinionem filium consecutus est. Deinde obtentum jussus offerre filium [78], quamvis jam audisset illud: *In Isaac vocabitur tibi semen* [79], obtulit filium suum unigenitum Deo, credens quod et ex mortuis suscitare potest Deus [80]. Cumque colligarit filium suum et lignis imposuerit, voluntate quidem sacrificavit: verum Dei bonitate, agnum ipsi filii loco substituendum tradentis, filium vivum recepit [81]. Propterea, cum fidelis esset, obsignatus est in justitiam, et circumcisionem accepit signaculum fidei quam habuit in præputio [82], promissione accepta se futurum multarum gentium patrem [83].

VI. Quonammodo igitur multarum gentium Abraham sit pater, videamus. Judæorum quidem

A αὐτάρκης δὲ τέως ἡμῖν ἔστω τῶν ἐκ τῆς Παλαιᾶς τύπων μόνος Ἀβραὰμ, ἐπειδὴ κἀκείνου γεγόναμεν υἱοὶ διὰ τῆς πίστεως. Ἐκεῖνος οὐκ ἐξ ἔργων μόνον ἐδικαιώθη, ἀλλὰ καὶ ἐκ πίστεως (1). Πολλὰ μὲν γὰρ κατώρθωσεν· ἀλλ' οὐδέποτε φίλος Θεοῦ ἐκλήθη, ἀλλ' ὅτε ἐπίστευσε· καὶ πᾶν δὲ ἔργον αὐτοῦ κατὰ πίστιν τετέλεσται. Κατέλιπε γονέας διὰ πίστιν· κατέλιπε πατρίδα, καὶ χώραν, καὶ οἰκίαν διὰ τὴν πίστιν. Ὥσπερ οὖν ἐκεῖνος ἐδικαιώθη, καὶ σὺ δικαιώθητι. Νεκρὸς ἦν λοιπὸν τῷ σώματι πρὸς τεκνογονίαν· πρεσβύτης γὰρ ἦν, καὶ πρεσβύτιδα λοιπὸν ἔσχε τὴν γαμετὴν Σάῤῥαν, καὶ τεκνογονίας ἐλπὶς οὐδεμία κατελείπετο. Ὁ Θεὸς τῷ πρεσβύτῃ τεκνογονίαν ἐπαγγέλλεται· καὶ μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει ὁ Ἀβραὰμ, καὶ κατανοήσας τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἤδη νενεκρωμένον,
B οὐ τῇ τοῦ σώματος ἀσθενείᾳ, ἀλλὰ τῇ δυνάμει τοῦ ἐπαγγέλλοντος προσέχων, πιστὸν ἡγησάμενος τὸν ἐπαγγειλάμενον, ὥσπερ ἐκ νενεκρωμένων σωμάτων παραδόξως τὸ τέκνον ἐκτήσατο. Καὶ μετὰ τὸ κτήσασθαι κελευσθεὶς προσενέγκαι τὸν Υἱὸν (καίτοιγε ἀκούσας τὸ, Ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σπέρμα), προσέφερε τὸν υἱὸν τὸν μονογενῆ τῷ Θεῷ, πιστεύσας, ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγεῖραι δύναται ὁ Θεός· καὶ συμποδίσας (2) τὸν υἱὸν καὶ τοῖς ξύλοις ἐπιθεὶς, τῇ προαιρεσει μὲν προσήνεγκεν, ἀγαθωσόνῃ δὲ Θεοῦ τὸν υἱὸν ἔλαβε ζῶντα, ἀμνὸν αὐτῷ παραδόντος ὑπὲρ τοῦ τέκνου. Ἐπὶ τούτοις πιστὸς ὢν, ἐσφραγίσθη εἰς δικαιοσύνην, καὶ περιτομὴν ἔλαβε, σφραγῖδα τῆς πίστεως τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ, λαβὼν ἐπαγγελίαν, ὅτι πατὴρ ἔσται πολλῶν ἐθνῶν.

C ζ'. Ὡς τοίνυν ἐστὶ πατὴρ πολλῶν ἐθνῶν ὁ Ἀβραὰμ, ἴδωμεν. Ἰουδαίων μὲν γὰρ ἐστιν ὁμολο-

[69] Rom. IV, 11; Galat. III, 7, [70] Jac. II, 21. [71] ibid. 23. [72] Gen. XV, 6. [73] Hebr. XI, 8, 9, 10. [74] Rom. IV, 23. [75] Rom. IV, 19. [76] Hebr. XI, 11. [77] ibid. 12. [78] Gen. XXII, sqq. [79] Gen. XXI, 12. [80] Hebr. XI, 19. [81] Gen. XXII, 9-13. [82] Rom. IV, 11. [83] Gen. XVII, 5.

(1) Ἀλλὰ καὶ ἐκ πίστεως, *verum etiam ex fide*. Conjunctionem καὶ in editis prætermissam, adjecimus ex codd. Roe, Casaub. et Grod. Hanc postulat vox μόνον præcedens: dum enim negat auctor *ex solis operibus* justificatum esse Abrahamum, ea utique non excludit, sed cum altera re requisita, fide nimirum, conjungit. Quæ quidem fides, ut infra subdit, etiam omnium præcedentium ejus operum vel comes vel principium fuit. In codd. Roe et Casaub. deest ἀλλὰ' ut sit sensus: *Non ex solis operibus justificatus est, et ex fide*. Palam manca constructio; et quid præter opera et fidem requiras ad justificationem? Casaub. legi vult, detrahendo μόνον et καί, *Non ex operibus justificatus est, verum ex fide*. At vocem detruncat quam omnes mss. consentientes repræsentant: sententiam affingit Cyrillo, plane adversantem verbis sancti Jacobi, cap. II, 21, 22 et 23, quæ Cyrillus hic præ oculis habuit, quæque partim citat, partim allusione et paraphrasi suæ orationi adaptat: ad hæc separat opera et fidem Abrahæ, quæ Cyrillus conjunctissima voluit, dum ex Apostolo, Hebr. XI, 8, *omne opus Abrahæ secundum* seu potius *per fidem*, ut ex sequentibus patet, *perfectum* dicit. Nec obstat quod Cyrillus Abrahamum, priusquam crederet, et amicus Dei appellaretur, jam multa opera perfecisse dicere videatur; hanc enim sententiam paulo post quodammodo corrigit, dum *omne opus ejus*, nempe quod reliquit patriam, parentes, etc., *ex fide perfectum* affirmat. Hæc igitur verba, *quando credidit*, ὅτε ἐπίστευσε, non primum fidei Abrahæ initium respiciunt, sed distinguunt fidem ipsam solitariam, ab operibus ex fide factis. Vult itaque Cyrillus, quanquam Abraham multa ex fide opera perfecisset. Deum tamen, ad testandam fidei vim, Abrahæ justitiam non declarasse, nec eum amicum suum appellasse; nisi cum specialem illum fidei suæ actum edidit, qui primus in Scriptura memoratur, Genes. XV, 6, qua in circumstantia nullum aliud emicuit Abrahæ opus præter fidem ipsam, qua Deo posteritatem stellarum numero parem promittenti assensit, tum primum amicus Dei appellatus est, solemni inter ipsum et Deum, pacto victimis cæsis inito. Tunc autem primum justificatum esse Abraham ut credamus, Cyrilli verba non cogunt. In consequentibus enim justificationem ejus attribuit non solum memorato jam actui fidei, verum etiam illi quo Isaac filium immolavit, ut diserte facit sanctus Jacobus, Epist. cap. II, 21. Atqui ante hanc immolationis obedientiam, jam obsignatus erat in justitiam, ut paulo post loquitur. Hæc igitur verba, *justificatus est*, in Cyrillo et apud Jacobum de justificationis declaratione, et confirmatione intelligenda.

(2) Συμποδίσας. Ita reposuit Milles. in Oxon. edit. ex fide codd. Roe, et Casaub. quibus consentit Coisl. et verbis Scripturæ, at in editionibus præcedentibus habebatur, συμπεδήσας.

γουμένως, διὰ τὴν κατὰ σάρκα διαδοχήν. Εἰ δὲ τῇ κατὰ σάρκα προσέχωμεν, ψευδὲς εἰπεῖν ἀναγκασθησόμεθα τὸ λόγιον. Οὐκέτι γὰρ κατὰ σάρκα ἡμῶν πάντων ἐστὶ πατήρ· ἀλλ' ὁ τύπος τῆς ἐκείνου πίστεως, πάντας ἡμᾶς υἱοὺς ποιεῖ τοῦ Ἀβραάμ. Πῶς καὶ τίνα τρόπον; Ἄπιστον παρὰ ἀνθρώποις τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναί τινα· ὥσπερ ὁμοίως ἄπιστον καὶ τὸ ἐκ νενεκρωμένων πρεσβυτῶν τεκνογονίαν γενέσθαι. Ἀλλὰ Χριστοῦ καταγγελλομένου, ἐν ξύλῳ μὲν ἐσταυρωμένου, ἀποθανόντος δὲ καὶ ἀναστάντος, ἡμεῖς πιστεύομεν. Τῇ τοίνυν ὁμοιότητι τῆς πίστεως εἰς υἱοθεσίαν ἐρχόμεθα τοῦ Ἀβραάμ. Καὶ τότε μετὰ τὴν πίστιν· ὁμοίως ἐκείνῳ τὴν πνευματικὴν λαμβάνομεν σφραγῖδα, ἁγίῳ Πνεύματι διὰ τοῦ λουτροῦ περιτεμνόμενοι, οὐ σώματος τὴν ἀκροβυστίαν, ἀλλὰ τὴν καρδίαν, κατὰ τὸν Ἱερεμίαν, λέγοντα· Καὶ περιτεμεῖσθε (1) τῷ Θεῷ τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας ὑμῶν· καὶ κατὰ τὸν Ἀπόστολον· Ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ, συνταφέντες αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ζ'. Ταύτην ἐὰν τηρήσωμεν τὴν πίστιν, ἀκατάγνωστοι ἐσόμεθα (2), καὶ παντοίοις ἀρετῶν εἴδεσι κοσμηθησόμεθα. Τοσοῦτον γὰρ ἰσχύει ἡ πίστις, ὡς καὶ ἀνθρώπους ἐπὶ θαλάσσης κουφίζειν περιπατοῦντας. Ἄνθρωπος ὅμοιος ἡμῖν ἦν ὁ Πέτρος, ἐξ αἵματος καὶ σαρκὸς συγκείμενος, καὶ ἐκ τῶν ὁμοίων τροφῶν διαγινόμενος. Ἀλλ' εἰπόντι τῷ Ἰησοῦ (3), Ἐλθὲ, πιστεύσας, περιεπάτησεν ἐπὶ τὰ ὕδατα, πάσης κρηπῖδος ἀσφαλεστέραν ἐπὶ τοῖς ὕδασιν ἔλων τὴν τὴν πίστιν· καὶ τὸ βαρὺ σῶμα, τῇ κουφότητι τῆς πίστεως ἦν μετεωριζόμενον. Ἀλλὰ μέχρι μὲν ὅτου ἐπίστευσεν, ὑπὲρ τὸ ὕδωρ εἶχεν ἀσφαλῇ τὴν βάσιν· ὅτε δὲ ἐδίστασε, τότε ἤρξατο καταποντίζεσθαι· χαυνουμένης γὰρ κατὰ μέρος τῆς πίστεως, συγκατεσπᾶτο καὶ τὸ σῶμα. Καὶ συνιδὼν αὐτοῦ τὸ πάθος, ἔλεγεν ὁ τῶν ψυχῶν τὰ πάθη διορθούμενος Ἰησοῦς (4)· Ὀλιγόπιστε, εἰς τί ἐδίστασας; καὶ πάλιν, νευρωθεὶς ὑπὸ τοῦ κρατήσαντος αὐτοῦ τὴν δεξιάν, ἀφ' οὗ πάλιν ἐπίστευσε, χειραγωγούμενος ὑπὸ τοῦ Δεσπότου, τὸν αὐτὸν ἐπὶ τῶν ὑδάτων ἀπέλαβε περίπατον. Τοῦτο γὰρ πλαγίως (5) ἐμνημόνευσε τὸ Εὐαγγέλιον, εἰπὸν, ὅτι Ἀναβάντων δὲ αὐτῶν ἐπὶ τὸ πλοῖον. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι διακολυμβήσας ὁ Πέτρος ἀναβέβηκεν· ἀλλὰ δίδωσι νοεῖν, ὅτι ὅσον ἦλθε πρὸς τὸν Ἰησοῦν διάστημα, τοσοῦτον ἐπιστρέψας, πάλιν ἀνέβη ἐπὶ τὸ πλοῖον.

A secundum carnis successionem esse, in confesso est. Verum si ad carnis [successionem, in explicanda prophetia] spectaverimus, falsum dicere cogemur oraculum; non enim secundum carnem omnium nostrum pater est: verum exemplum fidei ejus nos omnes Abrahæ filios facit [84]. Quonam isthuc modo? Incredibile est apud homines quemquam a mortuis resurgere: quemadmodum similiter incredibile, ex emortuis senibus progeniem nasci. Atqui 74 dum annuntiatur Christus, quod in ligno quidem crucifixus sit, mortuus vero resurrexerit, nos id credimus. Igitur per similitudinem fidei in adoptionem devenimus Abrahæ. Tunc-

B que post fidem, similiter ut ille, spiritale signaculum accipimus; Spiritu sancto per lavacrum circumcisi, non corporis præputium sed cordis, juxta Jeremiam dicentem: *Et circumcidemini Deo præputium cordis vestri* [85], ac juxta Apostolum [cujus hæ voces]: *In circumcisione Christi, consepulti ei in baptismo* [86], et quæ sequuntur.

VII. Hanc fidem si custodierimus, damnationis expertes, et omnigenis virtutum speciebus ornati erimus. Tantum enim valet fides, ut et homines super mare ambulantes sublevet. Homo nobis similis erat Petrus, ex carne et sanguine compositus, similibusque ex alimentis concretus. At dicenti Jesu, *Veni*, credens, super aquas ambulavit [87], fundamento quovis firmiorem super aquis habens fidem; et gravitas corporis levitate fidei attollebatur. Verum quandiu credidit ille, solidis super aquas

C deambulavit vestigiis; quando vero dubitavit, tunc cœpit submergi [88]: laxata enim et subsidente sensim fide, una corpus deorsum trahebatur. Cujus perturbationis conscius Jesus, ille qui animorum intimos emendat affectus, ait: *Modicæ fidei, quare dubitasti* [89]? Ab eoque dexteram ejus apprehendente corroboratus, ex quo fidem resumpsit, manu ductus a Domino, super aquas ut ante ambulavit. Id enim oblique significat Evangelium, dum ait: *Ascendentibus autem ipsis in naviculam* [90]; non enim dixit enatando Petrum ascendisse; sed hoc nobis insinuat, quod quantum spatium ad Jesum eundo confecit, tantumdem rursus emensus conscendit naviculam.

[84] Rom. IV, 12. [85] Jerem. IV, 4. [86] Coloss. II, 11, 12. [87] Matth. XIV, 29. [88] ibid. 30. [89] ibid. 31. [90] ibid. 32.

(1) Περιτεμεῖσθε. In sacro textu paulo aliter habetur hic locus: Περιτμήθητε τῷ Θεῷ ὑμῶν, καὶ περιτέμεσθε τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν· *Circumcidamini Deo vestro, et circumcidamini duritiam cordis vestri.*

(2) Ἀκατάγνωστοι ἐσόμεθα. In editis, ἀκατάγν. αὐτῷ ἐσόμεθα. Vocem αὐτῷ resecuimus, ex codd. Coisl. Roe et Casaub.

(3) Εἰπόντι τῷ Ἰησοῦ, Ita legimus in mss. Coisl. Ottob Roe et Casaub., et mutavimus lectionem vulgatam, quæ fert, εἰπόντος τοῦ Ἰησοῦ. Paulo inferius ante μετεωριζόμενον adjecimus verbum ἦν ex codd. Roe et Casaub.

(4) Ἰησοῦς. Servaloris nostri nomen addidimus ex codd. Coisl. Ottob. Roe, Casaub. et vers. Grodecii.

(5) Πλαγίως. Editi, ἀρτίως, *modo, nuper*. At scriptura codd. Coisl. Ottob. Roe et Casaub. est, πλαγίως, *oblique*: quæ confirmatur ex sequentibus, δίδωσι νοεῖν. Non enim Cyrillus uti rem in Evangeliis claram ac manifestam docet, Petrum super aquas iterum ambulasse, dum ad navigium ex quo prosilierat, revertitur; sed uti rem tantum a Scriptura oblique indicatam. Alias, hujusmodi Evangelium non videtur ante hanc catechesim lectum fuisse, quam alia ex Epistola ad Hebræos lectio præcessit. Eodem loquendi modo utitur Cyrillus cat. 7. n. 9.

VIII. Tantum porro virium habet fides, ut non A solum ille qui credit salvus efficiatur, verum etiam per aliorum fidem alii salventur. Non erat fidelis paralyticus ille urbis Capharnaum ; sed qui bajulabant illum, et per tegulas demisere, habebant fidem : infirmi namque, una cum corpore, morbo laborabat anima. Nec me putes temere illum accusare ; ipsum Evangelium dixit : **76** *Videns Jesus*, non fidem ejus, sed *fidem illorum, dicit paralytico : Surge* [91]. Qui portavere, credebant, et ad eum qui paralyticus erat sanatio pervenit.

IX. Vis etiam certius cognoscere, quod per aliorum fides salvantur alii? Obiit Lazarus ; præterierat una, et altera, et tertia dies ; dissoluti sunt mortuo nervi, et putredo jam corpus depascebatur. Quomodo poterat credere mortuus quatriduanus, B et pro seipso liberatorem deprecari ? At id quod vita defuncto defuit, germanæ sorores supplevere. Venienti enim Domino procidit ad pedes soror ; cumque ille diceret : *Ubi posuistis eum?* respondente illa : *Domine, jam fetet, quatriduanus est enim ;* dicit Dominus : *Si credideris, videbis gloriam Dei* [91*] ; quasi diceret : Tu mortui, quoad fidem pertinet, vicem adimpleas. Ac tantum potuit illa sororum fides, ut mortuum ex inferni faucibus revocaverit. Jam vero alteri pro alteris credentes, a mortuis suscitare potuerunt ; tu vero si pro teipso sincere credideris, non multo potius utilitatem consequere ? Verum etiam si nullius aut modicæ fueris fidei, benignus est Dominus, seseque ad te pœnitentem propitius demittit ; dic tantum et tu C ingenue et ex animo : *Credo, Domine, adjuva incredulitatem meam* [92]. Si vero te fidelem putes,

Η'. Τοσοῦτον (1) δὲ ἔχει δυνάμεως ἡ πίστις, ὥστε οὐ μόνος ὁ πιστεύων σώζεται, ἀλλὰ γὰρ καὶ οἱ ἄλλοι ἄλλων πιστευσάντων ἐσώθησαν. Οὐκ ἦν πιστὸς ὁ παραλυτικὸς ὁ ἐν Καπερναούμ· ἀλλ' οἱ βαστάζοντες καὶ χαλάσαντες διὰ τῶν κεράμων ἐπίστευον· συνενόσει γὰρ τῷ σώματι τοῦ νοσοῦντος καὶ ἡ ψυχή. Καὶ μή με νομίσῃς ἐκείνου κατηγορεῖν μάτην (2)· αὐτὸ τὸ Εὐαγγέλιον εἴρηκεν· Ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς, οὐ τὴν πίστιν αὐτοῦ, ἀλλὰ τὴν πίστιν αὐτῶν, λέγει τῷ παραλυτικῷ· Ἔγειραι (3). Οἱ βαστάζοντες ἐπίστευσαν, καὶ ὁ παραλυτικὸς ἀπέλαυσε τῆς ἴάσεως.

Θ'. Καὶ θέλεις ἰδεῖν ἀσφαλέστερον, ὅτι πίστεσιν ἄλλων ἄλλοι διασώζονται ; Ἐτελεύτησεν ὁ Λάζαρος· παρελήλυθει μία, καὶ δευτέρα, καὶ τρίτη ἡμέρα· διελύθη τὰ νεῦρα αὐτοῦ, καὶ σηπεδὼν λοιπὸν ἐπενέμετο τὸ σῶμα. Πῶς ἐδύνατο πιστεῦσαι νεκρὸς τετραήμερος, καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ παρακαλέσαι τὸν λυτρωτήν ; Ἀλλ' ὅπερ ἔλειπε (4) τῷ τετελευτηκότι, τοῦτο διὰ τῶν γνησίων ἀδελφῶν ἐπληροῦτο. Ἐλθόντι γὰρ τῷ Κυρίῳ προσέπεσεν ἡ ἀδελφή, καὶ λέγοντι. Ποῦ τεθείκατε αὐτόν ; ἀποκριναμένης ἐκείνης, Κύριε, ἤδη ὄζει· τεταρταῖος γάρ ἐστι· φησὶν ὁ Κύριος· Ἐὰν πιστεύσῃς, ὄψει (5) τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ· μονονουχὶ λέγων, ὅτι Σὺ τοῦ νεκροῦ τὸ λεῖπον τῆς πίστεως ἀναπλήρωσον· καὶ τοσοῦτον ἴσχυσε τῶν ἀδελφῶν ἡ πίστις, ὥστε τὸν νεκρὸν ἐξ ᾅδου πυλῶν ἀνεκαλέσατο. Εἶτα ἕτεροι ὑπὲρ ἑτέρων πιστεύσαντες, ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι ἴσχυσαν· σὺ δὲ, ἐὰν περὶ σεαυτοῦ (6) πιστεύσῃς εἰλικρινῶς, ἆρ' οὐχὶ μᾶλλον ὠφεληθήσῃ ; Ἀλλὰ κἂν ἄπιστος ᾖς ἢ ὀλιγόπιστος, φιλάνθρωπός ἐστιν ὁ Κύριος, συμπεριφέρεται σοι μετανοοῦντι· μόνον εἰπὲ καὶ αὐτὸς εὐγνωμόνως· Πιστεύω, Κύριε, βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ. Εἰ δὲ καὶ πιστὸς (7) εἶναι

[91] Matth. IX, 2-7 ; Marc. II, 9-11. [91*] Joan. XI, 14 sqq. [92] Marc. IX, 23.

(1) Τοσοῦντον, etc. Hæc et sequentia in compendium redacta leguntur in commentario sancti Cyrilli Alexandrini *in Joannem*, ad cap. 11, 40, p. 687, non in commentario perpetuo, qui libro VII et VIII nondum repertis, mutilus et imperfectus est ; sed in his fragmentis quæ ad explendam eam lacunam Joannes Aubertus ex Catena D. de Harlay Macloviensis episcopi collegit ; eadem vero postea sub nomine veri auctoris Cyrilli Hierosolymitani reperi in Catena ms. *in Joannem* Bib. Regiæ, num. 1887 notata, pag. 52. En locum ex integro, ut catenarum in citando diligentia perspiciatur : Μέγα ἀγαθὸν ἡ πίστις, ὅταν ἀπὸ θερμῆς γίνηται διανοίας· καὶ τοσαύτην ἔχει δύναμιν, ὥστε οὐ μόνον (Reg. cod. μόνος) ὁ πιστεύων σώζεται, ἀλλὰ γὰρ (deest γάρ apud Aubert.) καὶ ἄλλοι ἄλλων πιστευσάντων ἐσώθησαν· ὡς ὁ ἐν Καπερναούμ χαλασθεὶς παράλυτος, διὰ τὴν πίστιν τῶν βασταζόντων αὐτόν· ὡς ὁ Λάζαρος διὰ τὴν τῆς ἀδελφῆς, πρὸς ἣν ἔφη ὁ Κύριος· Οὐκ εἶπόν σοι, ὅτι ἐὰν πιστεύῃς, ὄψει τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ ; μονονουχὶ λέγων· Ἐπειδὴ ὁ Λάζαρος νεκρὸς ὢν πιστεύειν οὐ δύναται, σὺ τοῦ νεκροῦ τὸ λεῖπον τῆς πίστεως ἀναπλήρωσον. Cyrillus porro Alexandrinus, ad versum 26 et 27 capitis XI, citatum inferius a Cyrillo nostro Lazari et sororum exemplum, accommodat ad eam Ecclesiæ doctrinam, qua parvulos et ægros qui pro seipsis in baptismo respondere non possunt, servari credimus, dum patrinorum ore, suam ipsis vocem accommodante Ecclesia, respondent. Quod utrum hic Cyrillus noster respexerit incertum, respexisse tamen potuit.

(2) Κατηγορεῖν μάτην. Adverbium μάτην addidimus ex Coisl. Ottob. Roe, Casaub. sic infra cat. 6, n. 21 de Manichæo, ἵνα μὴ μάτην δοκωμεν αὐτοῦ κατηγορεῖν. Vide simile Cyrilli judicium de simili ægro, homil. *in Paralyt. ad episc.*, n. 4.

(3) Ἔγειραι. Sic reposuimus ex cod. Coisl. et sacro textu, Marc. II, 9, et Luc. V, 24. Editi, ἔγειρε, factum ex ἔγειραι.

(4) Ὅπερ ἔλειπε. Ita emendavit Milles. ex codd. Roe et Casgub. quod vitiose legebatur in editis, ὅ παρέλιπε. Ottob., ὅπερ ἔλλειπε. Coisl. ὁπερ ἔλιπε. Inferius, post ἐλθόντι adjecimus γάρ, ex Coisl. Roe, Casaub. et Grod.

(5) Ὄψει. Sic restituimus ex cod. Coisl., citatis catenis, et sacro textu. Editi, ὄψῃ.

(6) Περὶ σεαυτοῦ. Sscripsimus περί ex cod Coisl. ; in editis habetur, ὑπό, mallemus, ὑπέρ, ut in membro superiori, ὑπὲρ ἑτέρων. Paulo post, vocem ὀλιγόπιστος posuimvs ex codd. Coisl. Ottob. Roe, Casaub. et simili loco cat. 10, n. 13, pro verbo εὔπιστος, quod legitur in impressis ; sed contra sensum auctoris, qui de statu pusillæ vel nullius fidei per pœnitentiam emendando, hic loquitur ; et postea de statu hominis in fide firmi agit, εἰ δὲ καὶ πιστός εἶναι νομίζεις. Eum qui infidelis est ad pœnitentiam hortatur ; sed prius infidelitatem abjiciendo, nam ex fide concipi pœnitentiam docet cat. 2, n. 5, 15, etc.

(7) Καὶ πιστός. Conjunctionem καί adjicimus ex codd. Coisl. et Ottob. item articulum τό ante τέλειον, ex præfat. codd. et Roe et Casaub. ; at omittunt οὔπω.

νομιζεις, ἀλλ' οὔπω τὸ τέλειον τῆς πίστεως ἔχεις. χρεία καὶ σοὶ κατὰ τοὺς ἀποστόλους εἰπεῖν· Κύριε, πρόσθες ἡμῖν πίστιν· τὸ μὲν γὰρ τι παρὰ σεαυτοῦ ἔχεις, τὸ δὲ τι παρ' ἐκείνου πολὺ λαμβάνεις.

Γ. Τὸ γὰρ τῆς πίστεως ὄνομα (1) ἓν μὲν ἐστι κατὰ τὴν προσηγορίαν, διχῇ δὲ διαιρεῖται. Ἔστι μὲν γὰρ ἓν εἶδος τῆς πίστεως, τὸ δογματικὸν συγκατάθεσιν τῆς ψυχῆς ἔχον περὶ τοῦδέ τινος· καὶ ὠφελεῖ τὴν ψυχήν, καθώς φησιν ὁ Κύριος· Ὁ ἀκούων μου τὰ ῥήματα, καὶ πιστεύων τῷ πέμψανει με, ἔχει ζωὴν αἰώνιον, καὶ εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται· καὶ πάλιν· Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν, οὐ κρίνεται, ἀλλὰ μεταβέβηκεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν. Ὦ μεγάλης Θεοῦ φιλανθρωπίας! Οἱ δίκαιοι μὲν γὰρ ἐν πολλοῖς ἔτεσιν εὐηρέστησαν· ὅπερ δὲ ἐκεῖνοι δι' εὐαρεστήσεως (2) πολλῶν ἐτῶν κατορθώσαντες ἐτήσαντο, τοῦτο σοὶ νῦν Ἰησοῦς διὰ μιᾶς ὥρας χαρίζεται. Ἐὰν γὰρ πιστεύσῃς, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ ὅτι ὁ Θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν· σωθήσῃ, καὶ μετατεθήσῃ εἰς τὸν παράδεισον, ὑπὸ τοῦ τὸν (3) λῃστὴν εἰς παράδεισον εἰσαγαγόντος. Καὶ μὴ ἀπιστήσῃς εἰ δυνατόν ἐστιν· ὁ γὰρ τὸν λῃστὴν διὰ μιᾶς ὥρας πιστεύσαντα, σώσας ἐν τῷ ἁγίῳ τούτῳ Γολγοθᾷ, ὁ αὐτὸς καὶ σὲ πιστεύσαντα διασώσει.

ΙΑ'. Δεύτερον δέ ἐστιν εἶδος πίστεως, τὸ ἐν χάριτος μέρει παρὰ τοῦ Χριστοῦ δωρούμενον. Ὧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, ἑτέρῳ δέ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι, ἄλλῳ δὲ

A nondum tamen fidei perfectionem es assecutus; opus habes et tu ut cum apostolis dicas : *Domine, adauge nobis fidem* [93]. Nam a teipso aliquid habes(4); ab ipso vero aliquid quo multum continetur, accipis.

X. Siquidem fidei nomen appellatione unum est, bifariam vero dividitur. Est enim unum genus fidei quod ad dogmata pertinet, quod ascensionem et approbationem animæ de re quadam includit; et ad animæ utilitatem pertinet, sicut ait Dominus : *Qui audit verba mea, et credit ei qui misit me, habet vitam æternam, et in judicium non venit* [94]; et rursus : *Qui credit in Filium, non judicatur* [95] : *sed transiit de morte ad vitam* [96]. O magnam Dei in homines bonitatem ! Justi siquidem multorum annorum **77** labore Deo placuerunt. Quod autem B illi, per annorum plurimorum acceptum Deo servitium strenue se gerentes, consecuti sunt, id tibi Jesus unius horæ compendio largitur. Si enim credideris quod Dominus est Jesus Christus, et quod Deus suscitavit **illum a mortuis : salvus eris** [97], et transfereris in paradisum(5) ab eo qui latronem illo introduxit [98]. Neque diffidas, utrum id fieri possit; nam qui latronem post unius horæ fidem in hoc sancto Golgotha salvum effecit, idem te quoque cum credideris salvum efficiet.

XI. Alterum vero genus est fidei, quod gratiæ cujusdam loco a Christo donatur. « Alii enim per « Spiritum datur sermo sapientiæ, alii sermo « scientiæ secundum eumdem Spiritum : alteri vero « fides in eodem Spiritu, alteri vero curationum »

[93] Luc. XVII, 5. [94] Joan. V, 24. [95] Joan. III, 18. [96] Joan. V, 24. [97] Rom. X, 9. [98] Luc. XXIII, 43. *Vid. cat.* 13, *n.* 31.

(1) Τὸ τῆς πίστεως ὄνομα, etc. Hæc quoque in C superius citato catenarum in Joannem loco liberius allegata reperiuntur, post verba superius adducta; quæ etiam iisdem de causis integra referro : Διττὸν δὲ τῆς πίστεως τὸ εἶδος· τὸ μὲν δογματικὸν, συγκατάθεσιν τῆς ψυχῆς ἔχον περὶ τοῦδέ τινος, ὡς τὸ· Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν, οὐ κρίνεται· τὸ δὲ ἐν χάριτος μέρει παρὰ τοῦ Χριστοῦ δωρούμενον· Ὧ μὲν γάρ, φησὶ, διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἑτέρῳ δὲ ἡ πίστις· ἥτις οὐ δογματικὴ μόνον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐνεργητική, ὡς καὶ τὰ ὄρη μεθιστάνειν. Eadem fidei divisio reperitur apud Chrysost. hom. 29 *in I Cor.* cap. XII, 10; et Joan. Damascenum, lib. IV *De fide orthod.*, cap. 10, qui hæc Cyrilli verba videtur transcripsisse. Fidem miraculorum spectat Cyrillus ut fidei dogmatum perfectionem et præmium; supra, n. 9. *Si te fidelem existimas, nondum tamen fidei perfectionem assecutus es;* et inf., n. 11 : *Habeas in illum eam fidem quæ a te pendet, ut accipias ab illo eam quæ super humanas vires operatur.* Utramque igitur gradu magis quam specie distinguit : vult nempe secundam in priore niti tanquam fundamento. Quamobrem frigide locum hunc Cyrilli Catholicis opponit Rivetus, quasi nos fidem utramque confundamus, quam Cyrillus scite distinxerit. Unum hoc pertendunt Catholici, quod Cyrillus hoc loco copiose demonstrat, fidem miraculorum; quæ a Deo gratiæ ac præmii loco datur, fidem dogmatum uti præviam supponere. Nos autem fide dogmatum justificari docet Cyrillus n. 6 et 10.

(2) Δι' εὐαρεστήσεως. In editis, δι' ἐρευνήσεως, *per examen*, seu *probationem*, non male; sed melior lectio quam sequimur, ex codd. Coisl. Ottob. Roe, Casaub., quæ respondet verbis superioribus, ἐν πολλοῖς ἔτεσιν εὐηρέστησαν; at hic etiam legit Grod. ἠρευνήθησαν, *probati sunt*. Linea sequenti, ubi legimus τοῦτό σοι secundum codd. Roe, Casaub. et Ottob., in impressis habetur τοσοῦτο.

(3) Τοῦ τὸν. Eas voces in unum τοῦτον ab impressis conflatas recte distraxit Millesius, secutus codd. Roe, et Casaub cui favet Coisl.

(4) *A teipso aliquid habes*, παρὰ σεαυτοῦ. Eodem modo infra, *Habeas in illum eam fidem quæ a te pendet*, τὴν παρὰ σεαυτοῦ πίστιν. Fidem quam habemus ex nobis intelligit eam, quam sequentibus verbis appellat *fidem dogmatum :* augmentum vero illud quod accipimus a Deo, seu ut paulo ante dixit, *perfectio fidei*, τὸ τέλειον τῆς πίστεως, est fides rerum supra humanas vires effectrix, quæ gratiæ loco datur et prioris est merces, ut ait n. 11. Priorem nobis esse affirmat, non quod ad eam superno non D indigeamus auxilio; sed quia, ut docet n. 10, illa consistit in animæ assensu, sive approbatione voluntaria dogmatum propositorum : posterior vero merum est gratiæ donum in nobis agens sine nobis. Ita olim dixit *Constit. apost.* auctor, lib. VIII, cap. 1, pag. 333 : « Esse pium, ex bona cujuspiam voluntate « oritur; ad miracula patrare, ex voluntate illius qui « operatur : quorum primum quidem nos respicit; « postremum vero Deum ob dictas causas operan- « tem. » Fidem vero Dei donum esse plurimis locis tradit, præsertim cat. 13, n. 8, et cat. 14, n. 28.

(5) *Transfereris in paradisum*, etc. Paradisum et

dona [99]. Hæc igitur gratiæ loco a spiritu collata fides, non solum dogmatica est, verum etiam rerum humanas vires excedentium efficiens. Qui enim habuerit fidem hanc, dicet monti huic: Transi hinc illuc; et transibit [1]. Quando enim per fidem hoc ipsum dixerit quispiam, credens ita futurum, nec hæsitaverit in corde suo [2], tunc illam accipit gratiam. Et de hac fide dicitur: *Si habueritis fidem sicut granum sinapis* [3]. Quemadmodum enim granum sinapis, exiguum quidem est mole, sed ignea præditum efficientia; et in angusta loci portione seminatum magnos circumfert ramos, quod postquam creverit, potest etiam cœli volucres opacare [4]: ita et fides in anima velocissimo momento maxima peragit. De Deo namque imaginatur, et Deum intuetur quantum capere potest, fidei lumine perfusa. Mundi extrema circumit; et ante hujus sæculi consummationem, judicium jam videt, et promissarum mercedum exsolutionem. Habeas itaque eam fidem quæ a te pendet, et in illum fertur; ut etiam ab illo accipias eam quæ super humanas vires operatur.

A χαρίσματα ἰαμάτων. Αὕτη τοίνυν, ἡ κατὰ χάριν δωρουμένη πίστις ἐκ τοῦ Πνεύματος, οὐ δογματικὴ μόνον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐνεργητική. Ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ τὴν πίστιν ταύτην, ἐρεῖ τῷ ὄρει τούτῳ, Μετάβα ἐντεῦθεν ἐκεῖ, καὶ μεταβήσεται. Ὅταν γὰρ (2) κατὰ πίστιν εἴπῃ τόδε τις, πιστεύων, ὅτι γίνεται, καὶ μὴ διακριθῇ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, τότε λαμβάνει τὴν χάριν. Καὶ περὶ τῆς πίστεως ταύτης εἴρηται τὸ Ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως. Ὄνπερ γὰρ τρόπον ὁ κόκκος τοῦ σινάπεως μικρὸς μὲν ἔστι τὸ μέγεθος, διάπυρος δὲ τὴν ἐνέργειαν· καὶ ἐν ὀλίγῃ ἐσπαρμένος περιγραφῇ μεγάλους κλάδους περιέχει (3), ὃς αὐξηθεὶς δύναται καὶ τὰ πετεινὰ σκεπάζειν· οὕτω καὶ ἡ πίστις ἐν τῇ ψυχῇ ἐν ὀξυτάτῃ ῥοπῇ τὰ μέγιστα κατορθοῖ. Περὶ Θεοῦ μὲν γὰρ φαντάζεται, καὶ Θεὸν κατοπτεύει καθ' ὃ ἐὰν ἐγχωρῇ (4), τῇ πίστει φωτισθεῖσα, κόσμου τε τὰ πέρατα περιπολεῖ, καὶ πρὸ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος τούτου τὴν κρίσιν ἤδη βλέπει, καὶ τὴν μισθαποδοσίαν τῶν ἐπαγγελιῶν (5). Ἔχε τοίνυν τὴν παρὰ σεαυτοῦ πίστιν τὴν εἰς αὐτὸν, ἵνα λάβῃς καὶ παρ' ἐκείνου τὴν τῶν ὑπὲρ ἄνθρωπον (6) ἐνεργητικήν.

B

XII. (1) Fidem vero in addiscendo atque profitendo, illam solam amplectere et serva, quæ nunc tibi ab Ecclesia traditur, ex omnibus Scripturis **78** vallata. Cum enim non omnes possint Scripturas legere, sed alios quidem imperitia, alios vero occupatio quædam a cognitione impediat: ne anima

ΙΒ'. Ἔστιν δὲ ἐν μαθήσει καὶ ἐπαγγελίᾳ (7) κτῆσαι καὶ τήρησον μόνην, τὴν ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας νυνί σοι παραδιδομένην, τὴν ἐκ πάσης Γραφῆς ὠχυρωμένην. Ἐπειδὴ γὰρ οὐ πάντες δύνανται τὰς Γραφὰς ἀναγινώσκειν, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἰδιωτεία, τοὺς δὲ ἀσχολία τις ἐμποδίζει πρὸς τὴν γνῶσιν· ὑπὲρ τοῦ μὴ τὴν

[99] I Cor. XII, 8, 9. [1] Matth. XVII, 20. [2] Marc. XI, 23. [3] Matth. XVII, 20. [4] Matth. XIII, 32.

cœlum uti duo distincta loca agnovit Cyrillus, ut patet ex cat. 14, n. 26, ubi de Paulo ait, raptum eum esse et in cœlum et in paradisum, et cat., 16, n. 20, quo loco docet Spiritum sanctum, dum hominem ad martyrium roborat, ejus menti describere regnum cœlorum, demonstrare quoque paradisum deliciarum. In paradisum, quo expulsus est Adamus latronem a Christo introductum satis aperte statuit cat. 13, n. 33. et cat. 14, n. 10. Quamobrem probabile est Cyrillum existimasse, quod multis ante et post ipsum Patribus placuit, sanctos post mortem, antequam in cœlum assumantur, in paradisum Adami, quacunque demum in orbis seu mundi parte eumdem locent, transferri. Sed notus est Patrum in voce *paradisi* lusus; quandoque enim paradisum ipsum, alias cœlum beatorum sedem intelligunt; aliquando spiritualiter et mystice pro felici animæ in corpore adhuc degentis statu sumunt; ut ipse Cyrillus, cum, cat. 19, n. 9, et *Procat.*, n. 15, baptizandis, postquam diabolo abrenuntiavere, cum pacti sui cum Christo verba pronuntiant ad Orientem conversi, paradisi portam aperiri ait. Nimirum proclive est Patribus, cum de re aliqua tractant quæ simul figura et veritas est, utramque sub eodem nomine varie respiciendo confundere: at paradisus Adami, cum cœli, tum beati animæ status figura erat.

C

D

dum solummodo ἔχει· cum infra, n. 12, de eodem sinapis grano habeatur, πολλοὺς περιέχει τοὺς κλάδους, et alias de sole, μεγάλην δύναμιν περιέχει. Mox, retinuimus, δύναται, ab auctore Oxon. ed. positum ex Roe et Casaub. loco δύνασθαι, quod in editis habebatur, et in pluribus mss. legitur. Forte legendum, ὡς αὐξηθέντα, vel αὐξηθεὶς δύνασθαι.

(1) Symbolum intellige.

(2) Ὅταν γὰρ, etc. Hic locus paulo aliter in codd. Roe et Casaub. legitur: Ὅταν γὰρ κατὰ πίστιν εἴπῃ τις ὃ θέλει γενέσθαι· *Quando enim ex fide dixerit quis id quod fieri cupit, nec dubitaverit*, etc. Paulo infra in impressis legebatur, καὶ τὸ περὶ τῆς πίστεως. Illud τό erasimus ex fide codd. Coisl. Roe, Casaub. Ottb.

(3) Μεγάλους κλάδους περιέχει. Frustra sollicitat hanc lectionem Casaubonus, suspicans legen-

(4) Καθ' ὃ ἐὰν ἐγχωρῇ. Codd. Roe, Casaub. Ottob. Coisl. καθ' ὃ ἐγχωρεῖ, *quantum fieri potest*: melius.

(5) Τῶν ἐπαγγελιῶν. In codd. Ottob. Roe, Casaub. τῶν Εὐαγγελίων, *Evangeliorum*, non male.

(6) Τὴν τῶν ὑπὲρ ἄνθρ. Articulum τῶν adjecimus ex codd. Ottob. Roe, Casaub. ut habetur sup., ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐνεργητικήν.

(7) Ἐν μαθήσει καὶ ἐπαγγελίᾳ. Codd. Roe et Casaub. habent, καὶ ἀπαγγελίᾳ. Eadem utriusque vocabuli vis, quo veteres ad significandam Symboli recitationem et professionem uti solent; ut conc. Laodic., can. 46, Chrysost., hom. 40 *in I Cor.*, etc. Vocem ἐπαγγελίᾳ, dum agit de Symbolo, fere semper adhibet Cyrillus, ut cat. 17, num. 2, cat. 18, n. 21, 28, 32: quibus in locis pauci codices habent, ἀπαγγελίᾳ, at vocibus ἐπαγγέλλειν, et ἀπαγγέλλειν, pro *Symbolum enuntiare* promiscue utitur; atque in hoc ipso loco paulo inferius abhibet vocem ἀπαγγεῖλαι. Eas autem voces, quas pessime vertit Grodecius, *in disciplina et promissione*, vertimus *in addiscendo et profitendo*: quas si quis a Cyrillo quasi oppositas contendat, interpretari possumus, *in addiscendo, et aliis tradendo*: nam eam voci ἐπαγγελίας subesse vim, unus hic probare potest Gregorii Nysseni locus, Orat. *in princip. jej.*, tom. II, pag. 251, quo ait Moysen in monte per XL dies occupatum fuisse in legis a se tradendæ negotio, τῇ ἐπαγγελίᾳ τοῦ νόμου σχολάζοντος.

ψυχὴν ἐξ ἀμαθίας ἀπολέσθαι (1), ἐν ὀλίγοις τοῖς στίχοις τὸ πᾶν δόγμα τῆς πίστεως περιλαμβάνομεν. Ὅπερ καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς λέξεως μνημονεῦσαι ὑμᾶς βούλομαι, καὶ παρ' ἑαυτοῖς μετὰ πάσης σπουδῆς ἀπαγγεῖλαι (2), οὐκ εἰς χάρτας ἀπογραφομένους, ἀλλ' ἐν καρδίᾳ τῇ μνήμῃ στηλογραφοῦντας· φυλαττομένους ἐν τῷ μελετᾷν, μή πού τις κατηχούμενος ἐπακούσῃ τῶν παραδεδομένων· ἔχειν τε ταύτην ἐφόδιον ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ τῆς ζωῆς, καὶ παρὰ ταύτην ἄλλην μηκέτι δέξασθαι· μήτε ἂν ἡμεῖς αὐτοὶ μεταθέμενοι, τοῖς νῦν διδασκομένοις ἐναντιολογῶμεν (3)· μήτε ἄν ἄγγελος ἐναντίος, εἰς ἄγγελον φωτὸς μετασχηματισθείς, πλανῆσαί σε βούληται. Κἂν γὰρ ἡμεῖς, ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίσηται ὑμᾶς παρ' ὃ νῦν παρελάβετε, ἀνάθεμα ὑμῖν ἔστω (4). Καὶ τέως μὲν ἐπ' αὐτῆς τῆς λέξεως (5) ἀκούων, μνημόνευσον τῆς πίστεως· ἐκδέχου δὲ κατὰ τὸν δέοντα καιρὸν τὴν ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν περὶ ἑκάστου τῶν ἐγκειμένων σύστασιν. Οὐ γὰρ ὡς ἔδοξεν ἀνθρώποις συνετέθη τὰ τῆς πίστεως· ἀλλ' ἐν πάσης Γραφῆς τὰ καιριώτατα συλλεχθέντα, μίαν ἀναπληροῖ τὴν τῆς πίστεως διδασκαλίαν. Καὶ ὅνπερ τρόπον ὁ τοῦ σινάπεως σπόρος ἐν μικρῷ κόκκῳ πολλοὺς περιέχει τοὺς κλάδους·

per ignorationem intereat, paucis versiculis universum fidei dogma comprehendimus. Quod quidem ipsis verbis meminisse vos volo, et apud vos ipsos cum omni studio recitare, non chartis mandantes (6), sed in corde insculpentes memoriæ. Dum vero meditando revolvitis, cavete necubi catechumenorum quisquam quæ vobis tradita sunt exaudiat. [5] Hanc vero fidem tanquam viaticum in omni tempore vitæ habere jubeo, et præter eam nullam aliam amplius suscipere : neque etiam si nos ipsi mutati, his quæ nunc docemus contraria loqueremur ; neque etiam si angelus contrarius in lucis angelum transfiguratus [6], in errorem te vellet abducere. Nam *licet nos aut angelus de cælo evangelizet vos, præter id quod* nunc *accepistis, anathema sit vobis* [7]. Et modo quidem nudis verbis tenus audiens, fidem memoria retine ; singulorum vero capitum excipe opportuno tempore ex divinis Scripturis assertionem. Non enim ut hominibus libuit, fidei summa composita est ; sed selecta ex omnibus Scripturis commendatiora capita (7) unam fidei doctrinam perficiunt et complent. Et quemadmodum sinapis semen in modico grano plures ramos circumple-

[5] *Vid. Procat. n.* 7 ; *cat.* 6, *n.* 29. [6] II Cor. xi. 14. [7] Galat. i, 8, 9.

(1) Ἀπολέσθαι. Cod. Roe et Casaub. hujus vocis loco habent, κινδύνῳ πλάνης περιπεσεῖν, *in periculum erroris cadant.*

(2) Ἀπαγγεῖλαι. Codd. Ottob., Roe, Casaub. addunt μοι, *reddere mihi.* At hic non postulat ut sibi recitent Symbolum, quod Sabbato duntaxat sancto factum, cat. 18, n. 21, sed ut apud se privatim repetentes memoriæ infigant ; aut μοι hic redundat, sicut dicitur, ὑπόθου μοι, νόησόν μοι, etc., quod Cyrillo sat familiare. Paulo post, τῇ μνήμῃ, dandi casu, scripsimus ex Coisl., Ottob., Roe, Casaub., loco τὴν μνήμην, quod erat in impressionibus.

(3) Ἐναντιολογῶμεν. Ita codd. Coisl., Roe, Casaub. In editis habetur, ἐναντιολογηθῶμεν. Suspicarer legendum, ἐναντιολογήσωμεν. Post μήτε sequens, addidimus, ἄν, ex Coisl., Roe, Casaub.

(4) Ἀνάθ. ὑμῖν ἔστω. Vox ὑμῖν deest in codd. Roe, et Casaub., Coisl. et Grod. Suspicamur irrepsisse in hunc locum ex loco proprio, nempe post εὐαγγελίσηται. Ubi leg., ὑμᾶς, cum oporteret ὑμῖν juxta sacr. text.

(5) Ἐπ' αὐτῆς τῆς λέξεως. Hanc lectionem informavimus ex editis et mss. Coisl., Roe, Casaub. Editi, ταύτης τῆς λέξεως, absque præpositione Mss., ἐπ' αὐτῆς λέξεως. Præpositionem ex mss., articulum ex editis sumpsimus, ac ex eis αὐτῆς legimus p. ταύτης.

(6) *Non chartis mandantes*, etc. Norunt omnes severe cautum fuisse a Patribus, ne Symbolum chartis mandaretur, atque ita in infidelium manus deveniret. Hujus moris testes sunt Rufinus, init. suæ Expositionis Symboli ; Hieronym., ep. 38 nov. ed., alias 61, cap. 9 ; Augustinus, serm. 212, n. 2, tom. V, et *De Symbolo ad catechumenos*, num. 1, tom. VI. Quod vetat Cyrillus, ne Symbolum cum catechumenis communicaretur, atque ita secreto apud se repeterent illuminandi, ut ne quidquam exaudirent, jam superius monuerat *Procat.* num. 12, ne quidquam catechumenis repeterent de his quæ in *Catechesibus* exaudituri essent : ac catech. 6, n, 29, ait non Ecclesiæ moris esse, ut mysteria, quæ catechumenorum sortem egressis exponebat, ea gentilibus aperirentur : neque enim gentili cuiquam spectantia Patrem et Filium, et Spiritum sanctum, dogmata enarrari ; deque iis, præsentibus catechumenis tecte omnino loqui ecclesiasticos concionatores. Nihilominus Trinitatis mysterium gentilibus in suis Apologiis exposuere Tertullianus, Athenagoras, Theophilus Antiochenus, Tatianus, et Justinus, qui non solum Trinitatis doctrinam, sed arcana etiam baptismatis et Eucharistici sacrificii mysteria declaravit. Atque ut ad hanc ætatem et Symbolum ipsum descendam, Constantinus et Constantius imperatores catechumeni, ad ipsorum etiam episcoporum secretiores et altiores de fide et symbolo disputationes admissi ; descriptæque fere in conciliis ex eorum arbitrio credendi formulæ ; utriusque tamen pietatem laudat Cyrillus epistola ad Constantium, hujusque eruditionem, qua et alios ipse doceret, summe extollit, ibid., n. 2. Verum communi legi non obstant exceptiones necessariæ : nam et gentilium impudentes in religionem calumniæ coegerunt primos apologistas, ut omnia eis nostra instituta aperirent : et imperatoribus summam in Ecclesiæ protectionem curam impendentibus, aliquid de consueto disciplinæ rigore permitti potuit.

(7) *Selecta ex omnibus Scripturis*, etc. Eodem modo de Symbolo Scripturarum compendium continentes, et ex selectissimis illarum capitibus in unum collectis composito, loquitur Augustinus, tom. VII, *Serm. ad catechumenos*, num. 1, et tom. V, serm. 212, n. 2, et serm. 214, n. 1 ; item episcopus ille cujus habentur homiliæ duæ de Symbolo, inter sermones Eusebii Gallicani nomine inscriptos, homil. 1. Sed hanc Symboli ex Scripturis compositionem, alii SS. Patribus indefinite, ut citati auctores, alii ipsis apostolis tribuunt, ut Paschasius, seu potius Faustus Reiensis, præfat. lib. *De Spiritu sancto ;* Cassianus, lib. VI *De Incarn.*, cap. 3 ; Isidorus, lib. II *De offic.*, cap. 22 ; Hildefonsus, *De orà. bapt.*, c. 32. Quod autem ait Cyrillus, non de ipsis verbis Symboli, sed de sententiis intelligendum ; nam verba, ἐνανθρωπήσαντα, καθολικὴν Ἐκκλησίαν, et alia quædam quæ continet Hierosolymitanum Symbolum, non sunt e Scriptura, quanquam nonnullæ ejus sententiæ ex ipsis seu Veteris seu Novi Testamenti verbis, expressæ sunt.

ctitur, ita et fides hæc paucis in verbis, omnem tam Veteri quam Novo in Testamento contentam pietatis cognitionem, in sinu velut involvit.[8] Videte itaque, fratres, et tenete traditiones, quas nunc accipitis [9], et inscribite eas in latitudine cordis vestri [10] (1).

79 XIII. Religiose observate ne quos alicubi deprædetur inimicus inertes ac remissos; ne quis hæreticus, eorum quæ vobis tradita sunt, pervertat quidpiam. Fides (2), enim est projicere argentum ad mensam [11] quod a nobis præstitum est. Deus vero reposcet a vobis depositi rationem. *Contestor*, sicut ait Apostolus, « coram Deo qui vivificat omnia, « et Christo Jesu qui testimonio professus est sub « Pontio Pilato bonam confessionem [12], » ut hanc vobis traditam fidem immaculatam custodiatis, usque ad apparitionem Domini nostri Jesu Christi. Thesaurus vitæ nunc tibi traditus est, et depositum suum requiret Dominus tempore apparitionis suæ, « Quam propriis temporibus ostendet beatus et so- « lus princeps, Rex regnantium et Dominus domi- « nantium : qui solus habet immortalitatem, lu- « cem habitans inaccessibilem, quem nullus homi- « num vidit, neque videre potest [13]. » Cui gloria, honor et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

οὕτω καὶ ἡ πίστις αὕτη, ἐν ὀλίγοις ῥήμασι, πᾶσαν τὴν ἐν τῇ Παλαιᾷ καὶ Καινῇ τῆς εὐσεβείας γνῶσιν ἐγκεκόλπισται. Βλέπετε οὖν, ἀδελφοί, καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις, ἃς νῦν παραλαμβάνετε, καὶ ἀπογράψασθε αὐτὰς εἰς τὸ πλάτος (3) τῆς καρδίας ὑμῶν (4).

ΙΓ'. Τηρήσατε μετ' εὐλαβείας, μή που συλήσῃ τινὰς χαυνωθέντας ὁ ἐχθρός· μή τις αἱρετικὸς παρατρέψῃ τι τῶν παραδιδομένων ὑμῖν (5). Πίστις μὲν γάρ ἐστι τὸ βαλεῖν τὸ ἀργύριον ἐπὶ τὴν τράπεζαν, ὅπερ ἡμεῖς νῦν πεποιήκαμεν· Θεὸς δὲ παρ' ὑμῶν ἀπαιτεῖ τῆς παρακαταθήκης τοὺς λόγους. Διαμαρτύρομαι (6), καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ τοῦ ζωοποιοῦντος τὰ πάντα, καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ μαρτυρήσαντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τὴν καλὴν ὁμολογίαν τηρῆσαι ταύτην ὑμᾶς τὴν παραδεδομένην πίστιν ἄσπιλον, μέχρι τῆς ἐπιφανείας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Θησαυρὸς ζωῆς νῦν σοι παρεδόθη, καὶ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ ζητεῖ τὴν παρακαταθήκην ὁ Δεσπότης· Ἣν καιροῖς ἰδίοις δείξει ὁ μακάριος καὶ μόνος Δυνάστης, ὁ Βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων· ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον· ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται. Ὧ ἡ δόξα, τιμὴ καὶ κράτος (7) εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[8] *Vid. cat.* 23, *n* 23. [9] II Thess. II, 14. [10] Prov. VII, 3. [11] Luc. XIX, 23. [12] I Tim. V, 21; VI, 13, 14. [13] ibid. 15, 16.

(1) Hic Cyrillus tradit Symbolum, quod habetur infra (*coll.* 533-534).

(2) *Fides enim*, etc. Hoc est, fidei symbolum vobis tradere *est projicere argentum ad mensam*. Illustrandæ huic sententiæ non parum subservit, quod Basilius ait *in Isaiam*, p. 58, quo loco comparat rectam fidem argento probato et recte signato, hæreticorum vero sententias adulterinæ monetæ; itemque quod Augustinus serm. 216, n. 3, competentibus ait : *Ecce cum auctione et mercatu fidei, regnum vobis cælorum venale proponitur*. Similiter Cyrillus, cat. 17, n 37, fidem amplam quamdam mercaturam esse tradit, in qua tanto plura a Deo recipiuntur, quanto plus laboris et pietatis homo ex se confert. Augustinus vero, serm. 212, num. 1, competentes comparans mercatoribus, ait eos unum fidei symbolum accipere, velut mercatores *symbolum inter se faciunt*, quo eorum societas pacto fidei teneatur : atque ita baptizandorum societatem esse commercium spiritualium rerum, quo similes sunt negotiatoribus bonam margaritam quærentibus.

(3) Εἰς τὸ πλάτος. Ita editi una cum sacro textu Prov. VII, 3, ubi habetur : ἐπίγραψον (supple τοὺς ἐμοὺς λόγους) ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς καρδίας σου. At codd. Roe et Casaub. habent, εἰς τὰς πλάκας, *in tabulas cordis vestri*. Quod sumitur ex Proverb. III, 3, juxta editionem Aldinam et Complutensem, et textum Hebraicum ac Vulgatam. Sed ille locus in Romana LXX Interpretum editione desideratur.

(4) Post verbum ὑμῶν sequitur in codd. Roe et Casaub. Symbolum Nicænum de integro descriptum : idem habetur in cod. Coislin., sed ad calcem *Catecheseos*. Vide nostram in Symbolum Hierosolymitanum observationem.

(5) Παραδιδομένων ὑμῖν. Scripsimus, ὑμῖν, ex codd. Roe, Casaub., ipso sensu postulante. Editi, ἡμῖν, Coisl., ὑμῶν, Ottobon., ἡμῶν. Inferius verba, ὅπερ ἡμεῖς νῦν πεποιήκαμεν, desunt in codd. Coisl., Roe, Casaub. et Grod.

(6) Διαμαρτύρομαι, etc. Conflavit in unum Cyrillus duo Apostoli loca. Vel potius unicum citans ex I Tim. VI, 13, loco παραγγέλλω σοι, quod ejus initio legitur, verbum διαμαρτύρομαι sumpsit ex I Tim. V, 21, vel II Tim. IV, 1. Post τηρῆσαι ταύτην, legitur in editis, ἡμᾶς. Scripsimus, ὑμᾶς, ex codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub., Grodecio, ut melius conveniret cum Apostolo, cujus verba hic transcribuntur, ad Timotheum scribente, τηρῆσαί σε τὴν ἐντολὴν ἄσπιλον, etc.

(7) Καὶ κράτος. Post κράτος, legit Grodecius in suo codice, μετὰ τοῦ Πνεύματος ἁγίου· vertit enim : *Cui gloria, honor et fortitudo cum Spiritu sancto, in sæc.*

OBSERVATIO IN SYMBOLUM HIEROSOLYMITANUM SEQUENS.

I. *Symbolum Hierosolymitanum non in Cyrilli* Catechesibus *descriptum fuit.*

Symbolum vetus quo Ecclesia Hierosolymitana medio quarto sæculo utebatur, quodque Cyrillus sequentibus catechesibus explanat ex iisdem catechesibus collectum infra repræsentamus. Quamvis illud Cyrillus sub finem præcedentis catechesis tradiderit, in nullis tamen mss. eo loci descriptum invenitur; quod nulli alteri causæ tribuere possumus, præterquam veteri Ecclesiæ legi, a Cyrillo etiam commendatæ, ne Symbolum scriptis mandaretur. At postquam, toto fere orbe converso, desiit illa fidem nostram

ludibrio gentilium proponendi formido, simul abiit et vetus scribendi Symboli religio: interim vero antiquatis omnibus privatarum Ecclesiarum Symbolis, unum Nicæni seu Constantinopolitani concilii Symbolum, tota Oriente ad usum baptismi retentum est. Quamobrem in nonnullis mss. Cyrilli, loco Symboli Hierosolymitani, ad cateches. 5, num. 13, intersertum, vel ad ejus calcem appictum reperitur Nicænum Symbolum; purum videlicet, et ab additionibus concilii CP. liberum. Neque id recens factum, sed ab nono saltem sæculo obtinuisse, probari potest ex Theophane, qui in simile quoddam fortassis exemplum Catecheseon *incideral, dum ait in* Chronographia, *pag. 34, ad ann. 335, Cyrillum Nicænam fidem ad verbum in* Catechesibus *recensuisse*: Ὁ μακάριος Κύριλλος τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν κατὰ λέξιν ἀναπτύξας. *Quod si* Catecheses *diligentiori pervolutasset manu, longe aliud a Nicæno explanatum in illis Symbolum in illis Symbolum deprehendisset.*

II. *Unde a nobis collectum.*

Hoc Symbolum damus, poout illud eum ex titulis Catecheseon, *tum ex ipsis Cyrilli verbis, quibus singulos pro data occasione recitat, expressimus. Titulos illos in Dissertatione secunda diximus ejusdem cum Cyrillo ætatis esse, neque auctoritatem ipsorum posse contemni, at* 80 *Cyrilli verba prætulimus, quando ab titulorum verbis discrepantia erant. Porro nonnihil in titulis, et in verbis Cyrilli ex mss. auctoritate mutavimus, quarum rerum suis locis reddimus rationem. Quare nemo miretur, si paulo aliter Hierosolymitanus Symbolum exhibemus, ac nonnulli, qui illud ex solis* Catecheseon *titulis, iisdemque prout erant tum editi, repræsentarunt. Sed diversum est omnino ab eo, quod doctor Sorbonicus, alioqui eruditis lucubrationibus notus, Gallice edidit in vernacula sua Cyrilli* Cetecheseon *interpretatione, septima ad quintam catechesim nota. Nam, unde Symbolum illud collegerit divinare non possum. Animadvertendum autem in prioribus editionibus, non solum inter Symboli verba in titulis commemorata, eademque in* Catechesibus *a Cyrillo recitata, verum etiam inter varia ejusdem Cyrilli loca quibus Symboli articulos recitat, lectionis discrepantiam fuisse. Hanc fere omnem, emendato ex mss. textu sustulimus; ut tamen adhuc inter titulorum et Cyrilli sententias nonnihil supersit discriminis. Horum omnium nulla alia ratio est, quam quod Symbolum memoriter addiscebatur: quamobrem difficile factu erat, ne inter pronuntiandum vel scribendum, memoria vacillante pauculæ voces interdum commutarentur. Præterea, qui nostros* Catecheseon *codices descripsere. Nicæno vel CP. Symbolo assueti, quædam ex utroque verba pro Hierosolymitani Symboli verbis substituere. Purum, quantum fas fuit, Hierosolymitanum Symbolum damus, adjectis ad calcem varietatibus. Illud in articulos duodecim ex usu nostro, et ex ipsius Cyrilli sententia distinximus.*

III. *Ecclesiæ Hierosolymitanæ in usu fuit.*

Illud autem Symbolum Hierosolymitanæ Ecclesiæ *appellavimus; nec enim dubitaturum quemquam puto, quin ea in Ecclesia solum illud Cyrilli temporibus usitatum esset; nec timeo ne quis illud a Cyrillo auctore conditum existimet. Nam ut taceam, Cyrillo solummodo presbytero liberum non fuisse, rem tanti momenti sua auctoritate conficere vel immutare; significat ipse passim non a se, sed ab Ecclesia Symbolum proponi. Sic enim ait cat. 5, num. 12.* Illam solam fidem in addiscendo et profitendo (*seu malis vertere,* in addiscendo aliisque tradendo) amplectere et serva, quæ nunc tibi ab Ecclesia traditur: Τὴν ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας νυνὶ σοι παραδιδομένην. *Adeoque sibi mutandæ ejus auctoritatem abjudicat, ut si quando ipse contraria docuerit, sibi anathema denuntiari præcipiat. Passim, dum articulos Symboli recitat, id Ecclesiam tradere testatur. Sic, cat. 17, num. 3*: Tradidit Ecclesia catholica in confessione fidei ut credas in unum sanctum Spiritum, *etc.; cat. 18, num. 1, de resurrectione agens*: Magnum est sanctæ catholicæ Ecclesiæ præceptum et documentum fides de mortuorum resurrectione. *Publicum ergo Cyrillus Ecclesiæ suæ Symbolum a quo ipsi nefas erat recedere, proponebat. Nullus itaque ex eo expostulet, eccur Nicænum Symbolum baptizandis non explanavit. Suum ab initio unicuique Ecclesiæ Symbolum fuit, uti nostram Symbolorum collectionem vel leviter inspicienti patet. Quamvis autem Nicæni concilii fides omnium pene Ecclesiarum incredibili applausu excepta sit, ac consequentibus temporibus in baptismi usum toto Oriente, in locum peculiarium cuique Ecclesiæ Symbolorum ascripta; haud tamen id statim a promulgatione Nicæni concilii factum: medio adhuc sæculo quinto Ecclesia Antiochena, quod de multis aliis conjicere licet, proprio suo Symbolo utebatur. Ecclesia vero Occidentalis Nicænum Symbolum nunquam ita adoptavit, ut suum apostolicum dimitteret. At in Oriente ita cautim ac paulatim in usum recepta est Nicæna professio, ut ex ea nonnihil in Symbolum suum peculiares Ecclesiæ primo derivarint, donec integrum illud, deinde ejus vice Constantinopolitanum, in sui veteris Symboli locum tandem admisere: quod est a nobis pro viribus in* Dissertatione critica et historica de Symbolo *explicatum. Dubium non est quin S. Macarius Hierosolymitanus, unus e præcipuis Nicæni concilii Patribus, hujus synodi fidem Ecclesiæ suæ significavit, ab eaque suscipi curarit: ac Ecclesiæ illi etiam concilii hujus memoria chara esse debebat, in quo sedis illius privilegia nobili decreto confirmata fuerant. Non idcirco tamen vetus suum Symbolum illa deposuit. Tantum quædam verba ex Nicæno Symbolo, ad declarationem divinitatis Verbi in secundum Hierosolymitani Symboli articulum immissa conjicere licet: ista, v.g.,* Θεὸν ἀληθινόν, Deum verum, *quibus præcipua Arii impietas feriebatur.*

IV. *Quæ Symboli appellatio apud Cyrillum.*

Symbolum a Cyrillo variis appellatur nominibus: primo et communius quidem simpliciter Fides: *ita in cat. 5, num. 12 et 13; sæpius item alibi; cat. 4, n. 3*: Antequam expositionem in fidem tradam, πρὸ τῆς εἰς τὴν πίστιν παραδόσεως· *Cat. 2, num. 1.* Præcavens fides, ne, *etc.*; *ac notum est ea ætate hoc communius Symbolo attributum nomen, ita ut cum varia Symbola designare vellent, contra vim gram-*

maticæ verbum fides *plurali numero declinare cogerentur.* 2° *Symbolum explicatius Cyrillus appellat* fidem a nobis confessam et pronuntiatam, *cat.* 18, *n.* 22, πίστις ἀπαγγελλομένη, *vel, ut loquitur cat.* 15, *num.* 2, ἐπαγγελλομένη· *alibi*, traditam ad confitendum sanctam et apostolicam fidem, *cat.* 18, *n.* 32, παραδοθεῖσα εἰς ἐπαγγελίαν ἁγία καὶ ἀποστολικὴ πίστις. **81** *Quam nos inscriptionem, uti pleniorem, Symbolo præfiximus.* 3° *Vocat illud* fidei confessionem, ἐπαγγελία τῆς πίστεως, *uti cat.* 11, *n.* 1 *et* 23; *cat.* 17, *n.* 3; *cat.* 18, *n.* 21 *et* 28; *vel*, fidei doctrinam, πίστεως διδασκαλία, *cat.* 5, *n.* 12; *cat.* 18, 24. *Nusquam vero Symbolum appellat: quæ vox quanquam Græca sit, prius tamen apud Latinos quam apud Græcos pro communi fidei confitendæ formula usurpato repetitur, nec ea ætate qua scribebat hæc Cyrillus, satis apud Græcos in usu.*

V. *Num Cyrillus Symbolum ab apostolis compositum existimarit.*

Quis, Cyrillo judice, Symboli auctor sit, nonnihil interest inquirere. Cum enim communis opinio ferat, apostolos post ascensionem Domini Symbolum Hierosolymis composuisse, non parum roboris ad eam accederet, si ita sensisse comperiretur Cyrillus: quemadmodum ea maxime infirmatur, si illam Symboli compositionem ab apostolis factam antiquus auctor rerum suæ Ecclesiæ dubio procul scientissimus ignoraverit. Certe sicubi factam antiquus auctor rerum suæ Ecclesiæ dubio procul scientissimus ignoraverit. Certe sicubi facti hujus memoria traditione conservata sit, in ipso loco potissimum debuit. Atqui huic opinioni suffragari videntur illa Cyrilli verba, quibus cat. 18, *n.* 32, *Symbolum appellat* sanctam et apostolicam fidem. *Contra autem multa sunt in Cyrillo quæ eum ab hac sententia probent abfuisse longissime*: 1° *enim quando Symbolum commendat, ejus auctoritatem nunquam ab apostolis, sed ab sola Ecclesia arcessit. Hujus rei testimonia ex Cyrillo supra, num.* 3, *commemoravimus. Quod si Symbolum Hierosolymis ab apostolis confectum scivisset, eam suæ Ecclesiæ commendationem non omisisset, qui ubivis pro data occasione urbis suæ prærogativas, quod omnia inde mysteria profecta sint, studiose recensere solet.* 2° *Ad Ecclesiæ præsules Symboli confectionem revocare videtur, cum ita loquitur, cat.* 5, *n.* 13: In paucis versiculis totam fidei doctrinam comprehendimus. *Paulo inferius ait,* Symbolum non, ut hominibus lubitum fuit, compositum esse: Οὐχ ὡς ἔδοξεν ἀνθρώποις συνέτεθη τὰ τῆς πίστεως, *quasi illud vulgares homines nullo afflatu composuissent, sed summa ex omnibus tam Veteris quam Novi Instrumenti capita in unum collecta esse. Nonne apostolis satis erat per se auctoritatis, ut Symbolum absque illo Scripturas compilandi labore jure suo Ecclesiis traderent?* 3° *Quod Cyrillus ait Symbolum ex totius Scripturæ sententiis vallatum et concinnatum esse, id stare non potest cum opinione quæ ejus auctores apostolos facit; qui post conscriptos Novi Testamenti libros nunquam simul convenere; multi etiam ante ex hac vita excesserunt, quam plerique ex illis libris scriberentur: quanquam nonnulli Patres utrumque tonuerint, et Symbolum ex Scripturis compilatis compositum esse, et hujus compilationis auctores esse apostolos. At certe in Symbolo Hierosolymitanæ multi sunt articuli ex ipsa Scriptura ad verbum expressi, v. g., voces istæ in primo et secundo articulo,* unum Deum Patrem; et unum Dominum Jesum Christum, per quem omnia facta sunt, *Cyrillo cat.* 10, *n.* 10 *et cat.* 11, *n.* 21, *ex verbis Pauli I Cor,* VIII, 5, 6, *et Coloss.* I, 16, *expressæ videntur. Verba* Deum verum *de Filio dicta, sunt ex I Joann.* V, 20. *In tertio articulo locutio.* Qui in carne advenit, *ex verbis I Joann.* IV, 2, 3, *et Hebr.* IX, 11, *informata judicatur. In septimo verba,* Cujus regni non erit finis, *ex Luc.* I, 32, *perspicue desumpta sunt. In octavo, vox* Paracletus, *nonnisi post conscriptum Joannis Evangelium ascripta est, quæ antea Spiritui sancto in nullis Novi Testamenti libris attribuitur. In nono, voces illæ* baptisma pœnitentiæ in remissionem peccatorum, *desumptæ sunt ex Evangeliis Marci* I, 4, *et Luc.* III, 3, *vel ex verbis Petri Act.* II, 38. *Idem dici potest de aliis articulis plerisque. Atque ut obsequeremur Cyrillo, Scripturæ loca ex quibus singula verba expressa sunt, in editione Symboli indicavimus.* 4° *Multa saltem Symbolo propter hæreticos apostolis posteriores accessisse, vel expresse docet, vel tacite insinuat. Sic cat.* 9, *n.* 4, *innuit, propter hæreticos Patrem Jesu Christi a Creatore distinguentes cautum esse, ut in Symbolo diceretur,* Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ. *Idem dicit cat.* 10, *n.* 4, *de voce* unum, *in secundo articulo professioni de Jesu Christo adjecta, occasione hæreticorum qui Filios multos numeravere. Ne etiam propter diversas qui in Scripturis habentur Spiritus sancti appellationes, ab hæreticis Spiritum a Paracleto distinguentibus in errorem abduceremur, præcautum ait ab Ecclesia, cat.* 17, *n.* 3, *ut* unus *in Symbolo diceretur Spiritus sanctus. Catechesi quoque* 18, *n.* 26, *propter hæreticos sua conventicula Ecclesiæ nomine compellantes, factum ait ut* una et catholica *diceretur Ecclesia, in fidei professione. Atque ex his omnibus, et aliunde etiam constat, multa successu temporis in Symbolum Hierosolymitanum invecta: quod etsi multis aliis hujus ætatis longe simplicius sit, multum tamen ab apostolici et Romani illis temporibus Symboli simplicitate recedit: ut si, quod ex animo meo omnino exuere non possum, Symbolum primo ab apostolis informatum sit, saltem Hierosolymis, ut toto passim Oriente, multis accessionibus subinde auctum esse videatur.*

82 VI. *In quo Symbolum Hierosolymitanum Nicæno Constantinopolitanoque conveniat aut disconveniat.*

Convenit in nonnullis Hierosolymitanum Symbolum cum Nicæno; unusque et idem est utriusque Symboli primus articulus; secundus Hierosolymitani brevior et concisior multo quam Nicæni; eadem fere sequentium articulorum simplicitas, sed in Nicæno desiderantur omnes post Spiritum sanctum articuli; et ille qui ad Spiritum sanctum in Hierosolymitano pertinet, plures habet voces quæ in Nicæno desunt, quamobrem satis cum Symbolo CP. affinitatis habet Hierosolymitanum, ita tamen ut in multis ab eo diversum sit: quæ discrimina non persequar, utraque inspicienti et secum contendenti facile obvia. Quamobrem satis mirari non possum Isaaci Vossii indiligentiam, qui Dissertatione prima de tribus Symbolis, *capite ultimo, suspectam habet posteriorem Symboli Hierosolymitani partem, in qua conti-*

nentur quatuor articuli qui in Nicæno Symbolo omittuntur. Cum enim a solo concilio CP. eos in Symbolum inductos sibi persuaserit, eosdemque censeat in Hierosolymitano Symbolo haberi, quin in CP., concludit, vel a Joanne Cyrilli successore, vel a Cyrillo ipso post concil. CP. pristino ac veteri Symbolo adjectos. Fallitur in utroque Vossius ; nam nec iidem sunt extremi utriusque Symboli articuli, sive ordinem sententiarum, sive verba, imo ipsas sententias spectes : nec primum in concilio CP. Symbolo adjecti sunt, quos in omnibus pene hujus ætatis, et in anterioribus etiam Symboli legimus.

VII. *Quæ Symboli Hierosolymitani auctoritas.*

Præcipuam esse Symboli Hierosolymitani auctoritatem nullus inficiari potest qui ad ista respexerit : 1° hanc Ecclesiam cæterarum omnium matrem esse ; ibi traditionis Ecclesiasticæ fontem, et religionis Christianæ cunabula ; 2° ibi antiquam traditionem, præsentibus Christi et apostolorum monumentis jugiter ad memoriam revocatam fuisse ; 3° concursum omnium ex toto orbe peregrinorum, simile quidpiam effecisse, quod Irenæus (1) *Romæ factum observat, ne ibi facile posset novarum contra traditionem opinionum soboles increscere : citius enim deprehensa et corrucla fuisset ; 4° sanctorum in ea urbe præsulum continua ad hanc ætatem successio fuit : ad hæc antiqui et solitarii ritus constantissime retenti ; 5° demum, si, id quod vix dubitari potest, compositum aut saltem informatum ab apostolis, priusquam prædicaturi discederent, Symbolum fuit, non aliubi magis verum apostolicum Symbolum requirendum fuerit : quod etsi aliquibus accessionibus auctum fuisse detur, nihil tamen ab apostolica fide ac doctrina diversum dici possit. Quamobrem ad refellendos nostri temporis Arianos ac Trinitatis hostes, nihil opportunius afferri posse pro certo habeatur.*

VIII. *Quandiu Symbolum vetus fuerit Hierosolymis in usu.*

Quandiu Symbolum illud in Ecclesiæ Hierosolymitanæ usu perseveraverit, inquirendum superest. Nam seclusis successu temporum omnibus privatarum Ecclesiarum Symbolis, solum denique toto Oriente ad usum baptismi invaluisse. Nicænum vel Constantinopolitanum, res est notissima. Et alibi quidem serius, citius alibi : id autem in omnibus pene Orientis Ecclesiis jam concilii Chalcedonensis temporibus contigisse, fidem faciunt cum synodi hujus monumenta, tum maxime Orientalium episcoporum, ad Leonem Augustum scriptæ, decem post concilium illius anni litteræ, IIIe *parte conc. Chalced., in quibus fere omnes affirmant, Nicænum Symbolum dudum ad usum baptismi solum in Ecclesiis suis receptum esse. Sed, ut aliquid Ecclesiæ Hierosolymitanæ proprium commemorem, monachi diæcesis Hierosolymitanæ, circa annum* 512, *ad Anastasium imperatorem scribentes epistolam, quæ in* Vita S. Sabæ *per* Cotelerium *in monumentis Græcæ Ecclesiæ edita habetur, num.* 57, *aiunt sanctos Patres concilii Chalcedonensis, in quibus Juvenalis Hierosolymitanus unum e præcipuis locis obtinebat, Nicænam fidem confirmasse, et in ea omnes baptizasse :* Τοὺς ἁγίους Πατέρας, τοὺς τὴν ἀποστολικὴν πίστιν τὴν ὁρισθεῖσαν καὶ παραδοθεῖσαν ἡμῖν διὰ τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων, διὰ πάντων βεβαιώσαντας, καὶ ἐν αὐτῇ πάντας φωτίζουσαν· *legendum, ut monet Cotelerius,* φωτίζοντας *vel* φωτίσαντας· *id sine dubio ex usu suo præsenti, et jam nonnulla vetustate roborato judicabant, Joannes Hierosolymitanus in Epistola ad Joannem CP. circa an.* 519 *scripta, quæ actione quinti concilii CP. sub Mena recitatur, pag.* 189, *de Nicænis Patribus ait, eos exposuisse Symbolum, in quod baptismum et recepisset et conferret :* εἰς ὃ ἐβαπτίσθημεν, καὶ βαπτίζομεν. *Addit idem Symbolum a conciliis CP., Ephesino et Chalcedonensi confirmatum. Sæculo septimo Sophronius Hierosolymitanus in synodica ad Sergium CP· epistola, quæ in concilio sexto lecta est, actione undecima, pag.* 887, *nullum aliud se Symbolum agnoscere declarat, præter id quod a Nicæno concilio pronuntiatum, sequens concilium CP. confirmavit, et concilia Ephesinum et Chalcedonense ratum habuere :* Ἕνα καὶ μόνον ὅρον ἐπίσταμαι πίστεως καὶ μάθημα· ἓν οἶδα καὶ σύμβολον, ὅπερ πάνσοφος καὶ μακαρία τῶν ἐν Νικαίᾳ τιη' θεοφόρων Πατέρων θεσπεσία πληθὺς, ἐξ ἁγίου προεφθέγξατο Πνεύματος· ὃ καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ρν' θεοπνεύστων **83** Πατέρων ἐπεκύρωσεν ἄθροισις, *etc.* Unam et solam definitionem ac documentum fidei scio : unum quoque Symbolum novi, quod sapientissima ac beata trecentorum et octodecim Nicææ Patrum veneranda multitudo ex sancto Spiritu pronuntiavit ; quod etiam centum quinquaginta divinitus afflatorum Patrum conventus Constantinopoli firmavit, *etc. His notis Symbolum CP. agnoscimus quod ætate Sophronii solum in Ecclesia Hierosolymitana adhibebatur. Octavo sæculo Joannes Damascenus, hujus Ecclesiæ presbyter, lib.* 1 De fine orthodoxa, *aliquot Symboli articulos recitans, eos ut in Symbolo CP. habentur, non autem ut in Hierosolymitano, refert ; ac libro* contra Nestorianos *num.* 35 *et* 41, *illud pene integrum describit, tanquam unicum* Ecclesiæ Symbolum, *ut dubium nullum sit jam dudum Symbolum prius abrogatum fuisse.*

IX. *Quando Nicænum aut Constantinopolitanum Symbolum Hierosolymis in veteris Symboli locum adscitum.*

Ante autem quam Hierosolymis Constantinopolitanum Symbolum assumeretur, Nicænum purum assumptum fuisse crediderim : eo enim gradu Ecclesias ad Symbolum CP. devenisse, varia approbant monumenta, quæ in Dissertatione historica de Symbolo referimus. De Hierosolymitana id suaderi posset ex illis Cyrillianarum Catecheseon *codicibus, in quibus Symbolum Nicænum purum, a Constantinopolitano distinctum, ad calcem vel sub finem quintæ catechesis appingitur : eccur enim librarii*

(1) Iren., lib. III. cap. 3, n. 2.

illi veteres e quibus illud primum profectum est Symboli Hierosolymitani loco Nicænum attulissent nisi quod priori jam dudum antiquato, illud quod suo tempore usurpatum videbant substituere? Nicænum Symbolum in Ecclesiam Hierosolymitanam, post decretum concilii Ephesini, quo nullum aliud in usum baptismi Symbolum admitti præcipitur, a Juvenale Hierosolymorum, qui hujus concilii magna pars fuit, invectum crediderim; CP. vero, post Henoticum Zenonis ab illius Ecclesiæ patriarchis receptum; in eo enim severe contra eos qui alio utantur Symbolo decernitur.

X. *Nihilne ex symbolo veteri Hierosolymis retentum.*

Quanquam autem Symbolum Hierosolymitanum in hac Ecclesia Constantinopolitano tandem locum fecerit, non idcirco tamen existimarim nulla ejus vestigia aliquandiu saltem in ipso CP. Symbolo quo illa utebatur remansisse. Nam ex pristino illo retentum fuisse censeo vocem unum *in articulo de Spiritu sancto; quem ea adjuncta Hierosolymis dudum, ut etiamnum Antiochiæ apud Jacobitas Syros, recitatum fuisse apparet. Id ex nonnullis monumentis colligo. Clerici Hierosolymitani et Antiocheni in epistola ad Justinum imperatorem, inter Hormisdæ pontificis epistolas,* Concil. Labb. *tom. IV pag.* 1543, *aiunt*: Nos in Patrem et Filium et Spiritum sanctum ab initio quoque baptizati et credentes, essentiam Dei in tribus subsistentiis adoramus; secundum SS. Patrum Symbolum, credentes in unum Deum Patrem omnipotentem; et in unum Dominum Jesum Christum, unigenitum Deum Verbum; similiter et in unum Spiritum sanctum. *Symbolum SS. Patrum est sine dubio Nicænum vel Constantinopolitanum, quo se baptizatos innuunt; non ipsa illius proprie verba referunt; at parum interest. Certe vocem* unum *ad verba* Spiritum sanctum *eos in Symbolo habaisse jure concludere possumus, maxime si sequentes auctoritates respiciantur. Sophronius in synodicis litteris jam citatis agens de Spiritu sancto, pag.* 855. Credo, *inquit*, in unum Spiritum sanctum qui ex Deo Patre procedit: Πιστεύω . . . εἰς ἕν Πνεῦμα ἅγιον τὸ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον. *Theodorus quoque, ejusdem sedis antistes, in sua synodica, concilii Nicæni secundi actione tertia recitata, pag.* 174, *habet in sua fidei professione, se credere* in unum Spiritum sanctum: Καὶ εἰς ἕν Πνεῦμα ἅγιον τὸ ἀϊδίως, *etc. Idem observatur in professione Michaelis Syncelli Hierosolymitani in Coisl. Bibliotheca edita, ad cod.* 34, *pag.* 90. *Joannes Damascenus ejusdem Ecclesiæ presbyter, lib.* 1 De fide orthodoxa, *cap.* 8, *Trinitatis professionem ex Constantinopolitani Symboli verbis edit; de Spiritu vero sancto loquens*; Πιστεύομεν καὶ εἰς ἕν Πνεῦμα ἅγιον τὸ κύριον καὶ ζωοποιόν· τὸ ἐκ Πατρὸς ἐκπορευόμενον καὶ ἐν Υἱῷ ἀναπαυόμενον· τὸ τῷ Πατρὶ καὶ Υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον. Credimus et in unum Spiritum, Dominum et vivificum qui ex Patre procedit et in Filio acquiescit (*hæc ultima verba Symbolo Constantinopolitano addidit de suo*), qui cum Patre et Filio simul adoratur et simul glorificatur; *in libro tamen* contra Nestor. *num.* 41, *eam vocem omittit. Constans hæc auctorum Hierosolymitanorum consuetudo,* unum, *suis de Spiritu sancto professionibus adjiciendi, legitimam nobis conjecturam suggerit, eos revera ita in Symbolo suo recitasse, idque ex veteri hujus Ecclesiæ sgmbolo retinuisse. Inde etiam profectum existimari potest, quod Damascenus idem in Expositione fidei, quam ex Arabico idiomate Latinam dedit R. P. Le Quien, tom. I, habet num.* 11, *pag.* 670: Confiteor insuper unum baptisma ad pœnitentiam; *nam verba ista* ad pœnitentiam, *in nullo pene alio præterquam Hierosolymitano Symbolo reperiuntur.*

94 XI *De Symbolo contractiori.*

Præter Symbolum quod baptizandis in Ecclesia Hierosolymitana Cyrilli tempoore tradebatur, aliud compendiosius subjeci, quod in eadem Ecclesia mox baptizandi profitebantur, statim post abrenuntiationes ab iis in baptisterii vestibulo, ante vestimentorum denudationem et inunctionem ex oleo catechumenorum, factas. Præterea que cum jamjam in ipsum fontem demergendi essent, confessionem edebant de Trinitate ad interrogationem ministri; singularis huic Ecclesiæ consuetudo: cum aliis omnibus fere in locis abrenuntiationes ad ipsum fontem a jam denudatis recitarentur, et una professione per interrogationem ministrorum expressa, Trinitatis, vel omnium Symboli articulorum fidem confiterentur.

SYMBOLUM HIEROSOLYMITANUM,

Ex variis Cyrillianorum Catecheseon locis collectum.

Η ἁγία (1) καὶ ἀποστολικὴ πίστις, εἰς ἐπαγγελίαν τοῖς φωτιζομένοις παρεδοθεῖσα.

Α'. Πιστεύομεν (2) εἰς ἕνα Θεὸν, Πατέρα παντοκράτορα· ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων.

Β'. Καὶ εἰς ἕνα (3) Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Γἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ· τὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα Θεὸν ἀληθινὸν πρὸ πάντων αἰώνων· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο.

Γ'. Ἐν σαρκὶ παραγενόμενον (4), καὶ ἐνανθρωπήσαντα [ἐκ Παρθένου καὶ Πνεύματος ἁγίου].

Δ'. Σταυρωθέντα (5) καὶ ταφέντα.

Ε'. Ἀναστάντα (6) τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ.

Ϛ'. Καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθίσαντα ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς.

Ζ'. Καὶ ἐρχόμενον (7) ἐν δόξῃ, κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς· οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος.

Η'. Καὶ εἰς ἓν (8) ἅγιον Πνεῦμα, τὸν Παράκλητον, τὸ λαλῆσαν ἐν τοῖς προφήταις.

Θ'. Καὶ εἰς ἕν (9) βάπτισμα μετανοίας, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

Ι'. Καὶ εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν (10) Ἐκκλησίαν.

ΙΑ'. Καὶ εἰς σαρκὸς ἀνάστασιν.

ΙΒ'. Καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον.

A *Sancta et apostolica fides, ad profitendum illuminandis tradita.*

I Credimus [14] in unum Deum [15], Patrem [16] omnipotentem [17] (11); factorem cœli et terræ [18], visibiliumque omnium et invisibilium [19].

II. Et in unum Dominum Jesum Christum [20], Filium Dei unigenitum [21]; qui ex Patre genitus est [22] Deus [23] verus [24] ante omnia sæcula [25]; per quem omnia facta sunt [26].

III. Qui in carne advenit [27], et inhumanatus est [28] [ex Virgine et Spiritu sancto [29]].

IV. Crucifixus et sepultus [30].

V. Resurrexit tertia die.

VI. Et ascendit in cœlos, et consedit a dextris Patris [31].

VII. Et venturus est in gloria [32], judicare vivos et mortuos [33]: cujus regni non erit finis [34].

VIII. Et in unum sanctum Spiritum, Paracletum [35] [videlicet]: qui locutus est in prophetis [36].

IX. Et in unum [37] baptisma pœnitentiæ [38], in remissinem peccatorum.

X. Et in unam sanctam catholicam Ecclesiam [39].

XI. Et in carnis resurrectionem [40].

XII. Et in vitam æternam [41].

[14] Joann. XIV, 1. [15] Isa. XLV, 1 8; I Cor. VIII, 6. [16] Ephes. III, 14. [17] Jerem. XXXII, 19. [18] Job XXXVIII, 4. [19] Coloss. I, 16, [20] I Cor. VIII, 6. [21] Joann. III, 16, [22] Psal. XI, 7. [23] Matth. I, 23. [24] I Joann. V, 20. [25] Mich. V, 2. [26] Joann. I, 3; Coloss. I, 16. [27] I Joann. IV, 2. [28] Philipp. XI, 7. [29] Luc. I, 35. [30] I Cor. XV, 3, 4. [31] Marc. XVI, 19. [32] Matth. XXV, 31. [33] I Thess. IV, 16, 17. [34] Luc. I, 32. [35] I Cor. XII, 11; Joann. XIV, 26. [36] II Petr. I, 21. [37] Ephes. IV, 5. [38] Act. XI, 38. [39] Ephes. V, 25. [40] Joann. V, 29. [41] Matth. XXV, 46.

(1) Ἡ ἁγία. Titulum hunc sumpsimus ex cat. 18, n. 32.

(2) Πιστεύομεν. Totus iste articulus sic habetur cat. 9, n. 4; cat. 7, n. 4. et partim cat. 10, n. 1. In titulo catech. 6, ubi recitatur pars hujus articuli, habetur, Πιστεύω, *Credo*. Vocem πιστεύομεν explicat Cyrillus cat. 5; voces, εἰς ἕνα Θεόν, cat. 6; Πατέρα, cat. 7: παντοκράτορα, cat. 8; ποιητήν, etc., cat. 9.

(3) Καὶ εἰς ἕνα, etc. Articulum hunc integrum recitat cat. 11, n. 21, aliquas vero ejus partes cat. 7, n. 4; cat. 10, n. 3; cat. 11, n. 1. In tit. cat. 11, in editis voces, Θεὸν ἀληθινόν, sunt post πρὸ πάντων αἰώνων, quod ex Cyrillo et mss. mutavi, sumptum ex Symb. Nic. vel CP. Exponitur hic articulus cat. 10 et 11.

(4) Ἐν σαρκὶ παραγ. Hæc verba ex cat. 12, n. 13. In titulo vero catechesis habetur, σαρκωθέντα, *incarnatum*, pro ἐν σαρκὶ παραγενόμενον. Vox σαρκωθείς Cyrillo non aliena fuit; usurpatur ab eo, cat. 4, num. 9. Verba, ἐκ Παρθένου καὶ Πνεύματος ἁγίου, desunt in titulo *Catecheseos* nec a Cyrillo in hujus articuli repetitione commemorantur; cat 12, num. 13, idcirco uncinis inclusimus: sumpta sunt vero ex catechesi ipsa 12, n. 3, et cat. 4, n. 9. In Græcorum et Latinorum symbolis passim habentur. Explicatur hic articulus cat. 12

(5) Σταυρ. Ex titulo cat. 13, in qua explicantur. Nullibi articulum hunc Cyrillus repetit.

(6) Ἀναστάντα. etc. Hæc ex cat. 14, num. 24 et cat. 15, num. 2. In tit. cat. 14 habetur, Καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν. Explicantur articuli de resurrectione ascensione, et consessu ad dexteram Patris, cat. 14.

(7) Καὶ ἐρχόμενον, etc. Sumpta ex cat. 15, n. 2, explicantur cat. 15.

(8) Καὶ εἰς ἕν. Ex cat. 17, n. 3. In titulo cat. 16, legebatur, τὸ Παρακλητον, quod ex mss. et Cyrilli mente correxi. Pro, ἐν τοῖς προφήταις, idem titulus habet, διὰ τῶν προφητῶν, ex Symb. CP. sumptum quod ex mss. mutavi. Articulus de Spiritu sancto exponitur cat. 16 et 17.

(9) Καὶ εἰς ἕν, etc. Hi quatuor articuli a Cyrillo sic recitantur cat. 18, n. 22. Tres autem posteriores qui in hac catechesi explanantur, in ejus quoque titulo leguntur. Articulus 9 explanatur in prioribus catechesibus 1, 2 et 3, teste Cyrillo cat. 18, n. 22.

(10) Καθολικήν. In uno ex duobus locis in quibus Cyrillus articulum symboli de Ecclesia ipsis verbis refert, cat. 18, n. 22. post, καθολικήν, additur, καὶ ἀποστολικήν. At eam vocem in hunc locum præpostere immissam probavi. Multa librarios ex familiari sibi Symboli CP. usu in Hierosolymitanum transtulisse observatum fuit.

(11) *Omnipotentem*. Retineo vocem in omnibus Latinis Symbolis positam. loco τοῦ παντοκρατωρ Græcorum. At istud significat, non *omnipotentem*, quod Græce redditur παντοδύναμος· sed, ut exponit Cyrillus cat. 8, *in omnia imperium habentem*, qui omnia sub potestate et providentia continet.

85 IDEM SYMBOLUM CONTRACTIUS,

A baptizando post abrenuntiationes profitendum : ex catech. XIX, *n.* 9.

Credo in Patrem,	A	Πιστεύω εἰς τὸν Πατέρα,
Et in Filium,		Καὶ εἰς τὸν Υἱὸν.
Et in sanctum Spiritum :		Καὶ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα.
Et in unum baptisma pœnitentiæ.		Καὶ εἰς ἓν βάπτισμα μετανοίας.

Aliam præterea ad fontem baptizandus a ministro interrogatus Trinitatis confessionem edebat : de qua sic loquitur Cyrillus cat. 20, *num.* 4 : Καὶ ἠρωτᾶτο ἕκαστος, εἰ πιστεύει εἰς ὄνομα τοῦ Πατρός, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· καὶ ὡμολογήσατε τὴν σωτήριον ὁμολογίαν. Et interrogatus est unusquisque, num crederet in nomen Patris, et Filii, et sancti Spiritus, et confessi estis salutarem confessionem. *Tum illico demergebatur baptizandus in fontem.*

CATECHESIS SEXTA

DE UNO DEO.

PRÆLOQUIUM.

I. *Primus Symboli voces, quibus fidem* in unum Deum *profitemur, in hac oratione Cyrillus explanat, catholicam sententiam exponendo ; post, oppositos paganorum et hæreticorum errores indicando ac refellendo.*

Ac primum (num. 1), *post celebratam communem Patri et Filio ac Spiritui sancto gloriam, de divinæ naturæ soli Trinitati, sicut oportet, notæ, negata hominibus et angelis, et quibuslibet creaturis, comprehensione præfatus, ita nos in eam curiosius inquirere vetat, ut tamen pro modulo celebremus et enarremus* (num. 2, 3 et seqq.). *Tum summa divinæ naturæ elogia breviter recensens, ad referendos hominum, qui temere divinam naturam scrutari aggressi sunt, errores seu potius errorum portenta delabitur* (num. 7 et 9) ; *notatoque Anthropomorphitarum dogmate* (num. 8), *paganorum in fingendis sibi pro vero Deo ridiculis et scelerosis numinibus cæcitatem stupendo deplorat* (num. 10 et 11). *Inde ad hæreticos Deum a creaturis abalienantes progreditur* (num. 12 et 13) : *et obiter refutata Manichæorum duplici et sibi ex adverso opposita divinitate, compendiariam antiquiorum hæreseon historiam texit* (num. 14 et 15). *Summatim exposita Simonis Magi hæresi et historia, indicatis Cerinthi, Menandri, Carpocratis, Marcionis, de quo paulo plura refert, et Basilidis erroribus* (num. 16), *in exponendo ac refellendo Valentini insano Æonum syntagmate paulo amplius immoratur* (num. 17, 18 et 19). *Ac tandem ad Manichæorum hæresim, iis omnibus posteriorem, deveniens, ejus primos auctores memorat ; Manetis primordia, conflictum cum Archelao, ac postremo cædem* (num. 20, 21, 22 et 23). *Ridicula, blasphema et omni impuritate sordida eorum dogmata diligentius ad auditorum cautionem refert* (num. 31 et seqq.) ; *institutaque catholicæ Ecclesiæ cum impura Manichæorum secta comparatione, orationem absolvit* (num. 35 et 36).

II. *Inscribitur hæc catechesis* De monarchia Dei, *et* De hæresibus : *ac primus quidem titulus ab ipso Cyrillo auctoritatem habet, qui hujus catechesis num.* 36, *et sequentis num.* 1, *se in hac oratione* De Dei monarchia *locutum esse refert ; secundus etiam ex eodem loco confirmari potest : nam citato catechesis septimæ loco, vel uti alteram orationis suæ partem recenset illam diligentiorem hæreticarum opinionem descriptionem. Nec tamen illa divisio accurate orationem distribuit ; nam et* monarchia Dei *generale est, et per totam orationem fusum catechesis argumentum, sub quo continetur contrariorum ei veritati errorum confutatio ; ac præter hæreticorum placita, etiam insanas paganorum de divinitate opiniones recenset auctor.*

III. *Monarchiæ Dei nomine veteres nostri scriptores, ut omnibus notum est, intelligunt unum Dei*

unici in res omnes, quarum unum principium et auctor est, principatum. Vox enim ἀρχή *duplicem intelligentiam complectens, et* principatum *et* principium *sonat.* **86** *Ambo autem Deo una et eadem ratione conveniunt. Siquidem illi principatus et dominationis ratio ex creatione et principio rebus indito competit, ut sæpe inculcat, at pro principio supponit ubique noster auctor. Dei tamen principatum et imperium in omnia in catechesi octava exponens, et in nona Creatoris omnium dignitatem explanans, in hac potissimum divinæ naturæ majestatem, unitatem ac singularitatem considerandam proponit.*

IV. *Multa sunt in hac oratione studiosorum animadversione digna: in primis, quæ ad hæresium historiam pertinent. Simonis Magi statua, et ad apostolorum orationem casus, non mediocrem a nostro auctore confirmationem accipiunt. In recensendis Valentinianorum erroribus multum a veritate, aut saltem ab Irenæo discordat: seu illa ex aliorum Valentinianorum libris sumpserit, seu ab Irenæo accepta, dum ex tempore pronuntiat, memoriola vacillante confuderit: id quod in tam multorum capitum, et mirabiliter absurda ac dissona, hypothesi referenda ei contigisse mirum non est: cum ea fuerit variarum hæreseon in diversis dissonantium male compacta farrago, cui addere vel detruncare singulis ejus sertatoribus impune licuerit. Quosdam tamen auctores idem de iis cum Cyrillo retulisse identidem adnotavimus. Multo accuratior est in Manichæorum historia ei dogmatis recensendis: quæ partim ex Archelao, fidissimo et æquali historico, desumpserat (quanquam nonnihil forte vitii lectæ a Cyrillo ejus cum Manete disputationi, in Græcum ex Syriaco sermone interpretatæ adhæsit), partim ex diligenti Manichæorum librorum evolutione, quem se laborem suscepisse testatur cat.* 6, *num.* 34, *partim etiam fortassis ex quorumdam e Manichæis conversorum confessione; nam habuit inter auditores aliquos ex Manichæorum hæresi redeuntes, ut refert, cat.* 15, *num.* 3. *Pretiosum sane nobis Cyrillus fragmentum conservavit cotlationis Archelai cum Manete, cat.* 6, *num.* 27 *et* 28, *quod in editis Archelai exemplaribus non legitur; sed uti a nobis factum est, non ultra num.* 28 *extendendum.*

V. *Habita est hæc catechesis præcedenti die ante subsequentem, ex cat.* 7, *num.* 1, *eumque sexta, septima et octava, ac fortassis nona, eadem hebdomada habitæ sint, hanc initio hebdomadæ secundæ vel tertiæ Quadragesimæ habitam esse consequens est. Hanc emendavimus ad fidem mss. Coislin., Ottobon., Brdl., Roe, Casaub., Colb., item ad editionem codicis Memmiani per Guill. Morelium anno* 1564, *cui in exemplari S. Genovefæ ad marginem adjectæ sunt ex veteri ms. variantes lectiones, quem codicem ad compendium Genovefani nomine citamus. Prolixiores quandoque notas nostras in expendendis variis lectionibus, vi vocum Græcarum, et sensu auctoris assignando, elucidandis historiæ hæreticæ capitibus in quibus Cyrilli fides laborat, benignus lector excusel velim.*

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ ς

ΦΩΤΙΖΟΜΕΝΩΝ,

Ἐν Ἱεροσολύμοις σχεδιασθεῖσα, Περὶ Θεοῦ μοναρχίας· εἰς τό (1)· Πιστεύω εἰς ἕνα Θεόν· καὶ περὶ αἱρέσεων. Καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Ἡσαΐου· Ἐγκαινίζεσθε πρὸς μὲ, νῆσοι. Ἰσραὴλ σώζεται ὑπὸ Κυρίου σωτηρίαν αἰώνιον· οὐκ αἰσχυνθήσονται, οὐδ' οὐ μὴ ἐντραπῶσιν ἕως τοῦ αἰῶνος, καὶ τὰ ἑξῆς.

CATECHESIS VI ILLUMINANDORUM.

Hierosolymis ex tempore dicta, *De monarchia Dei* [seu de unius Dei principatu] in illam sententiam: *Credo in unum Deum*, et *de hæresibus*. Lectio ex Isaia: *Innovamini ad me, insulæ. Israel salvatur a Domino salute æterna: non confundentur et erubescent usque in sæculum* [42], etc.

Α'. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· εὐλογητὸς καὶ ὁ τούτου μονογενὴς Υἱός (2). Ἅμα γὰρ τῷ νοεῖσθαι Θεός, νοείσθω καὶ

I. Benedictus Deus, et Pater Domini nostri Jesu Christi [43]. Benedictus et ejus unigenitus Filius [44]; nam simul atque cogitatur **87** *Deus*, cogitetur et

[42] Isa. XLV, 16, 17. [43] II Cor. I, 3. [44] Rom. IX, 5.

(1) Εἰς τό. Particulam καί, ante εἰς τό in editis præpostere intrusam, eliminavimus, auctoritate codd. Coisl., Ottobon., Roe, Casaub. et Grodec. In citato Scripturæ textu, loco σώζεται, quod habetur in omnibus aliis mss. sicut in Romana LXX Interpretum editione, cod. Ottob. habet, σώζεσθε, *salvamini*, cum editione Complut. Mox, pro ἐντραπήσονται, quod hic legitur juxta Aldinam LXX Interpr. editionem, et nonnullos Bibliorum codices, Coisl. habet, ἐντραπῶσιν, juxta editionem Romanam.

(2) Εὐλογητὸς καὶ ὁ τούτου μονογενὴς Υἱός. Desunt hæc in codd. Ottob., Roe, Casaub., et videntur seriem textus paulum interrumpere. Paulo post scripsimus, ἀδιαιρέτως, ex edit. Morel. et cod. Bodl., cum in edit. habeatur, ἀδιαίρετος, constructionis ratione lectionem nostram desiderare visa.

Pater ; [45] ut indivise Patris et Filii [cum sancto Spiritu] glorificatio (1) celebretur. Non etiam aliam gloriam Pater, atque aliam Filius habet, sed unam et eamdem [cum sancto Spiritu] : quandoquidem Patris est unigenitus Filius; cumque glorificatur Pater, una cum ipso gloriam communicat Filius : siquidem Filii gloria ex honore Patris sui manat [46] : vicissimque dum Filius glorificatur,summo honore condecoratur tanti boni Pater.

A Πατήρ· ἵνα ἀδιαιρέτως ἡ Πατρος καὶ Υἱοῦ [σὺν ἁγίῳ Πνεύματι (4)] δοξολογία τελῆται. Οὐ γὰρ ἄλλην δόξαν Πατὴρ, καὶ ἄλλην Υἱὸς ἔχει· ἀλλὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν [τῷ ἁγίῳ Πνεύματι]· ἐπειδὴ Πατρός ἐστιν Υἱὸς μονογενὴς (5), καὶ Πατρὸς δοξαζομένου, συναπολαύει τῆς δόξης καὶ ὁ Υἱός. Ἐπειδὴ δόξα Υἱοῦ, ἐκ τιμῆς Πατρὸς αὐτοῦ· καὶ πάλιν Υἱοῦ δοξαζομένου, μεγάλως τιμᾶται ὁ τοῦ τοσούτου Πατὴρ ἀγαθοῦ.

II. Ac mens quidem velocissime intelligit (2) ; lingua vero verbis opus habet, et multa intermediorum sermonum enuntiatione. Oculus quoque numerosum siderum chorum simul complectitur: verum cum quis ad declarandum unumquodque aggreditur,quidnam sit Lucifer, quidnam vero Vesper, et quidnam singula, longa opus habet oratione.Sic iterum terram, mare, et mundi fines universos velocissimo momento cogitatio comprehendit ; sed id quod puncto temporis cogitat, id nonnisi prolixis sermonibus expromit. Magnum quidem modo positum a nobis exemplum, sed adhuc infirmum imbecillumque. De Deo enim dicimus,non quæ oportet; hæc enim illi uni nota : sed quantum humana capit natura, et quantum imbecillitas nostra ferre valet. Non enim quid sit Deus, edicimus (3) ; sed quod

B Β'. Καὶ ἡ μὲν διάνοια ὀξύτατα νοεῖ· ἡ δὲ γλῶσσα ῥημάτων δεῖται, καὶ διηγήσεως πολλῆς τῶν μεταξὺ λόγων. Ἅμα μὲν γὰρ ὀφθαλμὸς χορὸν ἄστρων περιλαμβάνει πολύν· ἀλλ' ἅταν τὸ καθ' ἕκαστον διηγήσασθαί βουληθῇ τις, τί μέν ἐστι Φωσφόρος, τί δὲ Ἔσπερος, τί δὲ τὸ καθ' ἕν, πολλῶν ἐπιδεῖται τῶν ῥημάτων. Πάλιν ὁμοίως, γῆν καὶ θάλατταν, καὶ πάντα τὰ τοῦ κόσμου τέρματα, ἐν ὀξυτατῃ ῥοπῇ (6) περιλαμβάνει ἡ διάνοια· ἀλλ' ὅπερ ἐν ἀκαριαίῳ (7) νοεῖ, τοῦτο ἐν ῥήμασι πολλοῖς διηγεῖται. Μέγα μὲν οὖν καὶ τὸ ῥηθὲν παράδειγμα· ἀλλ' ἔτι ἀσθενὲς καὶ ἀνίσχυρον. Λέγομεν γὰρ οὐχ ὅσα δεῖ περὶ Θεοῦ (μόνῳ γὰρ αὐτῷ ταῦτα γνώριμα), ἀλλ' ὅσα κεχώρηκεν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, καὶ ὅσα ἡ ἡμετέρα ἀσθένεια βαστάσαι δύναται. Οὐ γὰρ τὸ τί ἐστι Θεὸς ἐξηγούμεθα· ἀλλ' ὅτι τὸ ἀκριβὲς περὶ αὐτοῦ οὐκ οἴδαμεν, μετ' εὐγνωμοσύνης

[45] *Vide cat.* 7, n. 3. [46] Prov. XVII, 6.

(1) *Glorificatio* δοξολογία. Vocem, quamvis minus Latinam, usus ecclesiastici consideratione hic ascripsimus. Respicit enim dubio procul Cyrillus ecclesiasticam formulam, in gratiarum actionibus, C oblationibus, laudibus, gloriam Patri, Filio et Spiritui sancto reddendi, eodemque modo conciones semper, libros passim, et epistolas quandoque concludendi. Millesius existimat hic Arium notari,qui teste Theodoreto, *Hæret. fab.*, lib. IV, cap. 1, consuetum glorificationes ritum immutavit, dum loco, *Gloria Patri, et Filio*, vel *cum Filio*, etc., ab iis quos deceperat dici statuit, *Gloria Patri per Filium, in Spiritu sancto*. Facile crediderim Arium,ubicunque priorem glorificandi ritum reperisset, in alterum commutasse At hunc ab eo inventum ne putem, vetat S. Basilii auctoritas, qui libro *De Spiritu sancto*, cap. 27, eamdem utriusque vim,et promiscuum in Ecclesiis usum, nulla hujus rei certa lege, fuisse testatur. Eo certe modo, qui Trinitatis æqualitatem, ipso teste Ario,plane demonstrat, Cyrillus tres personas glorificare solet in fine omnium catecheseon illarum, quas non vel solius Patris,vel solius Filii glorificatione concludit: nam modo hac, D modo illa conclusione utitur Catechesim 3, 13, 19, terminat, gloriam reddendo *Patri cum Filio et Spiritu sancto* ; catechesim 18, *per Dominum Jesum Christum cum sancto Spiritu* ; catechesim 17, *per Christum et cum Christo, una cum sancto Spiritu.* Hunc coæquandæ trium personarum gloriæ morem communem fuisse, fidem facit Basilius multa ex veteribus similis glorificationis testimonia commemorans, *De Spiritu sancto*, cap. 29, quibus etiam plura ex sinceris Actis martyrum, et aliis probatis monumentis adjici possunt. Neque id mirum, cum ex formula baptismatis originem accepisset, teste Basilio, cap. 10, et cap. 27, libri citati, quod etiam ex Cyrillo cat. 16, n. 4, confirmationem habet.

(2) *Ac mens quidem*, etc. Eadem fere in simili argumento Irenæus, Cyrilla nostro familiaris, lib. II, cap. al. 47, nov. edit. 28, n. 4

(3) *Non enim quid sit Deus, edicimus.* Eadem est omnium sanctorum Patrum oratio ; quorum quidem alii hæc adversus superbam Aetii et Eunomii jactantiam intenderunt; qui non veriti sunt dicere Deum.

(4) Σὺν ἁγίῳ Πνεύματι. Hæc verba, et similia duabus post lineis, τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, desunt in codd. Roe et Casaub. ac in versione Grodecii. Nec ea aliena Cyrillo putes, qui communem trium personarum SS. Trinitatis gloriam passim inculcat, ut cat. 4, n. 16, et cat. 16, n. 4, catechesesque permultas eadem prorsus et æquali trium glorificatione concludit. At hic memorata Spiritus sancti mentio extra locum posita videri possit, cum nullus ante et post nisi de Patre et Filio sermo. Verum tam occasione utriusque Spiritum sanctum, nunquam ab eis in glorificatione separatum, memorare potuit, quam supra, cum de solo Patre potissimum ageretur. Filii mentionem injecit.

(5) Πατρός ἐστιν Υἱὸς μονογενής. Sequimur scripturam codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub. et Grodecii. Habebatur in editis, Πατρὸς Υἱός ἐστιν ὁ Μονογενής, *Unigenitus Patris et Filius.* Vult Cyrillus communem esse Filio cum Patre honorem, non solum quod Filius sit, sed quod unigenitus Filius. Vide cat. 10, n. 1, et cat. 11, n. 3. Paulo inferius, verba, δόξα Υἱοῦ, etc , cum aliqua diversitate repræsentantur in cod. Coisl., sic : Δόξα Υἱοῦ, ἐκ τιμῆς Πατρός ἐστι δοξολογουμένου· *Filii gloria ex Patre glorificato exsistit.* Simplicior vulgata lectio. Pro Υἱοῦ δοξαζομένου, legitur in Coisl., Ottobon., Roe, Casaub. et vetere ms. cujus variantes in libro Sanctæ Genovefæ notantur, Υἱοῦ δοξολογουμένου.

(6) Ἐν ὀξυτάτῃ ῥοπῇ. Verti etiam potest, *celerrima sui agitatione.* Codd. Bodl , Colb., editio G. Morelii, ἐν ὀξυτάτῃ ῥιπῇ. At Cyrillus supra cat. 5, num. 11, eodem modo animam fide illustratam ait Deum imaginari, extremo mundi percurrere, etc., ἐν ὀξυτάτῃ ῥοπῇ, nullo codice reclamante.

(7) Ἐν ἀκαριαίῳ. Codd. Coisl., Roe, Casaub., ἐν ἀκαρεῖ, et Ottob., ἐν ἀκαριαίᾳ.

ὁμολογοῦμεν. Ἐν τοῖς γὰρ περὶ Θεοῦ, μεγάλη γνῶσις (1) τὸ τὴν ἀγνωσίαν ὁμολογεῖν. Μεγαλύνατε τοίνυν τὸν Κύριον σὺν ἐμοί, καὶ ὑψώσωμεν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τὸ αὐτό· κοινῇ πάντες, ὁ γὰρ εἷς ἀδυνατεῖ· μᾶλλον δὲ κἂν πάντες ὁμοῦ συναχθῶμεν, οὔπω (2) τὸ καθ' ὃ δεῖ ποιήσομεν. Οὐ λέγω τοὺς παρόντας ὑμᾶς (3) μόνους, ἀλλὰ γὰρ κἂν πάσης τῆς οἰκουμενικῆς Ἐκκλησίας τῆς τε νῦν οὔσης καὶ τῆς μελλούσης, πάντα τὰ βρέμματα συνέλθοι (4), τὸν Ποιμένα κατ' ἀξίαν ὑμνῆσαι οὐ δυνήσεται.

accurata nobis ejus notitia desit, candide confitemur; nam in his quæ ad Deum spectant, ignorantiam confiteri, magna scientia est. *Magnificate* igitur *Dominum mecum, et exaltemus nomen ejus in idipsum* [47]: communiter universi, unus enim non sufficit [48]; imo vero etiamsi universi simul conveniamus, neque sic, quemadmodum oportet facturi simus. **88** Neque vos solos, qui hic adestis, dico, sed etiam si omnes totius universalis Ecclesiæ, tum præsentis, tum futuræ alumni in unum convenirent, haud tamen Pastorem pro dignitate laudare suffecerint.

Γ'. Μέγας ἦν Ἀβραὰμ καὶ τίμιος, ἀλλὰ μέγας πρὸς ἀνθρώπους· ὅτε δὲ ἔφθασε πρὸς τὸν Θεὸν, τότε φησὶν εὐγνωμόνως ἀληθεύων· Ἐγώ εἰμι (5) γῆ καὶ σποδός. Οὐκ εἶπε, γῆ, καὶ ἐσίγησεν, ἵνα μὴ τὸ μέγα στοιχεῖον ἑαυτὸν ὀνομάσῃ· ἀλλὰ ἐπήγαγε, καὶ σποδός, ἵνα τὸ εὐδιάλυτον αὐτοῦ καὶ σαθρὸν παραστήσῃ. Ἔστι τι, φησὶ, σποδοῦ σμικρότερον ἢ λεπτότερον; Λαβὲ γὰρ, φησὶ, τὴν σύγκρισιν σποδοῦ πρὸς οἰκίαν καὶ οἰκίας πρὸς πόλιν, καὶ πόλεως πρὸς ἐπαρχίαν, καὶ ἐπαρχίας πρὸς τὴν Ῥωμαίων χώραν, καὶ τῆς Ῥωμαίων χώρας πρὸς πᾶσαν τὴν γῆν καὶ πάντα τὰ τέρματα· πᾶσαν δὲ τὴν γῆν πρὸς τὸν ἐγκεκολπισμένον αὐτὴν οὐρανόν· ἧτις τοσαύτην ἔχει πρὸς τὸν οὐράνὸν τὴν σύγκρισιν, ὅσην τὸ μέσον πρὸς πᾶσαν τὴν περιφέρειαν τοῦ τροχοῦ ἔχει (τοσαύτη γὰρ γῆς πρὸς οὐρανὸν ἡ συγκρισις)· καὶ τὸν πρῶτον οὐρανὸν τὸν φαινόμενον τοῦτον, μικρότερον εἶναι νόησον τοῦ δευτέρου, καὶ τὸν δεύτερον τοῦ τρίτου (μέχρι γὰρ

III. Magnus erat Abraham et honorabilis, verum magnus ad homines: at quando appropinquavit ad Deum, tunc ait ingenue vera confessus: *Ego sum terra et cinis* [49]. Non dixit, *terra*, deinde siluit, ne seipsum magnum elementum vocitare videretur: sed adjecit, *et cinis*, ut dissolutu facilem, fluxamque sui coagmentationem repræsentaret. Estne ait, quidquam cinere minus atque exilius [50]? Compara enim, inquit, cinerem cum domo, et domum cum urbe, urbemque cum provincia, et provinciam cum Romanorum ditione; et ditionem Romanorum cum orbe toto, et omnibus ejus determinationibus terram item totam cum cœlo illam sinu suo ambiente; quæ quidem eam habet ad cœlum proportionem; quam meditullium ad universum ambitum rotæ (6) (nam hujusmodi est terræ ad cœlum comparatio): et primum hoc quod conspicimus cœlum, intellige minus esse secundo; et secundum tertio: nam eo

[47] Psal. XXXIII, 4. [48] *Vide inf.* n. 10, *et cat.* 7, n. 1. [49] Gen. XVIII, 27. [50] *Vide cat.* 16, n. 22.

Deum sibi ipsis tam cognitum esse, quam sibi ipse Deus. Alii vero, ut Cyrillus, et qui ante Aetii hæresim scripsere, id vel ex solo pietatis sensu dixere, vel ut oppugnarent Basilidis sententiam, Clemente Alexandrino, lib. v *Strom.*, p. 535, auctore, asserentis nonnullos natura Deum nosse, φύσει τις τὸν Θεὸν ἐπίσταται. Crederem potius ab iis et ab Cyrillo notari illum Gnosticorum errorem, quo aiebant unum quemdam esse innominatum et ignorum Deum Patrem; alium vero universi conditorem, plane notum. Ita Gerdon apud Irenæum, lib. I, cap. 27, n. 1, qui non uno loco Valentinianorum, super Deum cogitationes suas extollentium, temeritatem castigat, ut lib. IV, cap. 19, n. 2 et 3 et alibi: hos proprie hæreticos petit Cyrillus cat. 9, initio. Cæterum per illud, *Quid sit Deus*, hominibus ignotum, intelligi debet perfecta et accurrrata divinæ naturæ comprehensio; nam alioqui quid sit Deus per intimas ejus proprietates exposuit auctor cat. 4. n. 4, hic n. 7 et alibi.

(1) Μεγάλη γνῶσις. In prius editis legebatur, ut et habetur in cod. Colb., μεγάλην γνῶσιν, manca constructione. Oxoniensis editionis curator lacum sanavit, ex codd. Roe et Casaub. quibus suffragantur Coisl. et Ottob.

(2) Οὔπω. Ita emendamus ex codd. Coisl., Ottobon., Roe, Casaub., Bodl., Morel., Grodecii versione, et ipso sensu. Editiones Græco-Latinæ, οὕτω contrario sensu. Paulo post, loco ὑμᾶς, sensus postulare videtur ut legamus, ἡμᾶς, *nos*, cum Grodecio.

(3) Forte ἡμᾶς.

(4) Συνέλθοι. In editis, εἰ συνέλθοι. Particulam εἰ redundantem propter κἂν superius positum, eliminavimus auctoritate codd. Coisl., Roe et Casaub. Forte legendum, εἰς ἓν ἔλθοι. Mox, pro δύναται reposuimus, δυνήσεται ex iisdem codd. et ms. in Genovefano libro cit.

(5) Ἐγώ εἰμι Coisl., et Ottob., Ἐγὼ δέ εἰμι, ut in sacro textu. Verba, ἐπήγαγε, καὶ σποδός, scripsimus ex codd. Doisl., Roe, Casaub. et Grod., quorum loco in editis habetur sola vox, σποδόν.

(6) *Ad universum ambitum rotæ.* Verti etiam potest, *ad universum ambitum stadii in quo decurritur.* Τρόχος enim utrumque significat: suam de tellure in centro omnium cœlestium orbium sita sententiam hic aperit Cyrillus; cat. quoque 15, num. 24, terram in medio unius cœli eam ex omni parte ambientis puncti instar esse dicit; ac cat. 18, n. 3, omnia hujus mundi ab aere circumfuso ambiri docet. Hæc gentilium philosophorum opinio, quam permulti Patres secuti sunt, cum Hebræorum de mundo systemati opposita esset, ac Scripturæ contraria videretur, nonnullis ecclesiasticis auctoribus displicuit: ut Apollinario caten. Græcor. Patrum *in Job* c. XXXVIII, 38; Victori Antiocheno in cap. XIII Marci 27; *Chronici Alexandrini* auctori, ac præsertim Cosmæ Ægyptio, qui eam totis viribus, ex Scriptura et multorum Patrum auctoritatibus confutare aggressus est, duodecim *Topographiæ Christianæ* libris. Frustra inconcussam et experimentis testatam veritatem quatefacere tentavit. Joannes Damascenus æquior, qui utramque opinionem. lib. II *De fide*, c. 6, liberam esse vult.

usque cœlos Scriptura nominavit [51] : non quod tot sint duntaxat (1), sed quod tot solum nosse nobis expediat. Cumque cœlos omnes intelligentia perceperis, necdum cœli, Deum ut est, laudare sufficient ; ne quidem si tonitruo vocalius insonuerint. Quod si tantæ cœlorum capacitates Deum pro merito celebrare non valent, quandonam *terra et cinis*, quæ res est omnium minima et exiguissima, dignum Deo hymnum emittere poterit, aut digne dicere de Deo, qui continet ambitum terræ, et habitatores ejus uti locustas habet [52] ?

IV. Si quis ea quæ ad Deum attinent effari conatur, is primum terræ limites exponat [53]. Terram inhabitas, et domicilii tui, terræ videlicet, finem nescis : et quo pacto fabricatorem digne animo efformare valebis ? Stellas **89** vides, auctorem non vides. Numera primum eas quæ tibi conspicuæ sunt et tunc eum qui inconspicuus est, edicito : eum qui numerat multitudinem stellarum, et omnibus eis nomina vocat [54]. Imbrium largiorum guttæ recens effusæ pene nos perdidere ; numera guttas quæ in hanc urbem influxerunt : sed non dico, urbem ; quæ in tectum tuum unius horæ spatio decidere, numera si potes. At non potes : agnosce tuam infirmitatem ; hinc Dei potentiam disce. *Numeratæ sunt* enim *ei pluviæ guttæ* [55], per totum orbem non solum isto, sed et quovis tempore effusæ. Opus Dei est sol ; magnum quidem illud, sed totius cœli comparatione minimum. Primum adversus solem intuere, et tum Dominum curiosius exquirito. *Profundiora te ne quæsieris, et fortiora te ne inve-*

τούτων ὠνόμασεν ἡ Γραφή· οὐχ ὅτι τοσοῦτοι μόνοι (2) τυγχάνουσιν, ἀλλ' ὅτι τοσούτους μόνους ἡμῖν γνῶναι συνέφερε). Καὶ ὅταν ἴδῃς τῷ νῷ πάντας τοὺς οὐρανούς, οὔπω οὐδὲ (3) οἱ οὐρανοὶ αἰνέσαι τὸν Θεὸν καθ' ὅ ἐστιν, δυνήσονται, οὐδ' ἂν βροντῆς μεγαλοφωνότερα ἠχῶσιν. Εἰ δὲ τὰ τοσαῦτα κύτη τῶν οὐρανῶν τὸν Θεὸν ὑμνῆσαι κατ' ἀξίαν οὐ δύνανται, πότε ἄρα γῆ καὶ σποδός, τὸ μικρότατον, καὶ τῶν ὄντων ἐλαχιστότατον, ἄξιον ὕμνον ἀναπέμψαι τῷ Θεῷ δυνήσεται, ἢ ἀξίως εἰπεῖν περὶ Θεοῦ (4), τοῦ κατέχοντος τὸν γῦρον τῆς γῆς, καὶ ἔχοντος τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν αὐτῇ ὡς ἀκρίδας ;

Δ'. Εἴ τις ἐπιχειρεῖ τὰ περὶ Θεοῦ λέγειν πρῶτον διηγείσθω τῆς γῆς τὰ τέρματα. Γῆν οἰκεῖς, καὶ τὸ τέλος τῆς σῆς οἰκίας, τῆς γῆς, οὐ γινώσκεις· καὶ πῶς τὸν κατεσκευαστὴν ἀξίως νοῆσαι δυνήσῃ ; Θεωρεῖς τοὺς ἀστέρας, τὸν δὲ ποιητὴν οὐ θεωρεῖς· ἀρίθμησαι τοὺς φαινομένους, καὶ τότε τὸν μὴ φαινόμενον ἐξήγησαι, τὸν ἀριθμοῦντα πλήθη ἄστρων καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλοῦντα. Σταγόνες ὑετῶν λαβροτέρων προσφάτως ἐπελθοῦσαι, μικροῦ δεῖν (5) ἀπώλεσαν ἡμᾶς· ἀρίθμησον ταύτης μόνης τῆς πόλεως τὰς σταγόνας· καὶ οὐ λέγω τῆς πόλεως, ἀλλὰ τοῦ σοῦ δώματος εἰς μίαν ὥραν τὰς σταγόνας ἀρίθμησον, εἴ σοι δυνατόν· ἀλλὰ ἀδύνατον· γίνωσκε σεαυτοῦ τὴν ἀσθένειαν· ἐκ τούτου γνῶθι τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν· Ἠρίθμηνται (6) γὰρ αὐτῷ σταγόνες ὑετοῦ, αἱ κατὰ πάσης τῆς οἰκουμένης οὐ νῦν χυθεῖσαι μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ πάντοτε. Ποίημα Θεοῦ ἥλιος, μέγα μὲν, μικρότατον δὲ πρὸς σύγκρισιν τοῦ παντὸς οὐρανοῦ· ἐνατένισον πρῶτον ἡλίῳ, καὶ τότε τὸν Δεσπότην πολυπραγμόνησον. Βαθύτερά σου μὴ ζήτει, καὶ ἰσχυ-

[51] II Cor. XII, 2. [52] Isa. XL. 22. [53] *Vid. cat.* 9, n. 2. [54] Psal. CXLVI, 4. [55] Job XXXVI, 27.

(1) *Non quod tot duntaxat sint.* Cœlos plures tribus numerumque eorum soli Deo cognitum, Cyrili sententia est. Cœlos angelorum domicilium statuens singulis angelorum ordinibus cœlum suum assignat, tanto sublimius, quanto ibi in perfectiori ordine sunt constituti ; ita ut supra tertium cœlum plures eorum ordines numeret, cat. 11, n. 11, neque ipsi ratus ac fixus fuit angelicorum ordinum numerus, ut alibi videbimus. De numero cœlorum non est Patrum constans sententia. Aliis unum cœlum esse placuit, ut Chrysostomo, hom. 4 *in Genesim* Vulgaris Patrum opinio est duos cœlos esse : ita Theodoretus, aiens eum qui plures numerat fabulas sequi ; ita etiam Cosmas Ægyptius, et alii multi. Alii tres, juxta Paulum, numerant cœlos. Alii septem, ut Asterius Amassenus, hom. *in SS. Petrum et Paulum ;* Paulinus poem. ult ap. Murat., p. 135, etc. Philastrius, hæres. XLVI, 3 class. permittit ut sive septem sive tres cœlos, sive duos sine formidine erroris numeremus. Omnino Cyrillianæ sententiæ conformis est Hilarius *in psal.* CXXXV, num 10, tam quoad cœlorum, quam quoad angelicorum ordinum eas sedes incolentium numerum : cujus verba hic referre non est extra institutum : « De numero cœlorum nihil si« bi humanæ doctrinæ temeritas præsumat. Apostolus usque ad tertium cœlum sese raptum intelli« git. Plures quidem thronos, dominationes, potesta« tes connunerat, quibus necesse est proprias sedes « habitationis congruæ deputari : sed et alia, quo« rum cognitionem futuris temporibus promittit esse « significat, cum ait : » Et super omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro ; « sed de numero Apostolus nihil docuit ; et « nescio an tacuerit, an ignoraverit. Nobis sufficit « plures cœlos scire esse, quippe cum et cœli cœlo« rum, » etc.

(2) Τοσοῦτοι μόνοι. Ita nos ex codd. Coisl., Ottobon., Roe, Casaub. Editi vero, τοσοῦτοι μόνον. Mox, loco τοσούτοις, scripsimus τοσούτους, ex iisd. codd. et ms. Genovefani libri ; et addidimus, μόνους, ex Coisl., Roe, Casaub.

(3) Οὔπω οὐδέ. Coidd. Roe et Casaub. post οὐρανούς, hæc verba exhibent ad supplementum adjecta : τότε νόησον, ὅτι οὔπω οὐδέ, etc., *postquam videris*, etc., *tunc considera quod necdum*, etc.

(4) Ἢ ἀξίως εἰπεῖν περὶ Θεοῦ. Ea verba ad constructionem phraseos necessaria, auctor Oxon. editionis adjecit ex codd. Roe et Casaub. Paulo post codd. Roe, Casaub. et Ottob. omittunt voces, ἔχοντος, et ἐνοικοῦντας.

(5) Μικροῦ δεῖν. Emendamus ex codd. Coisl., Roe et Ottob. quod habetur in vulgatis, μικροῦ δίκην.

(6) Ἠρίθμηνται, etc. Legitur in codd. Coisl. Ottob., Roe, Casaub., καὶ σταγόνες ὑετῶν· κατὰ πάσης, etc., omittendo αἱ ante κατὰ πάσης ; duo priores, pro οὐ νῦν χυθεῖσαι μόνον habent, οὐ μόνον αἱ νῦν χυθεῖσ. Loco, ἀλλὰ καὶ αἱ πάντοτε, quæ erat editorum lectio codici Ottoboniano conformis, ex Coisl. Roe et Casaub. ascripsimus, ἀλλὰ γὰρ καὶ πάντοτε.

ρότερά σου μὴ ἐξέταζε· ἃ προσετάγη σοι (1), ταῦτα διανοοῦ.

stiges; quæ tibi præcepta sunt, ea mente agita[56].

Ε'. Ἀλλ' ἐρεῖ τις· Εἰ ἀκατάληπτός ἐστιν ἡ ὑπόστασις ἡ θεία, καὶ τί σὺ περὶ τούτων διηγῇ; Ἆρα οὖν ἐπειδὴ πάντα τὸν ποταμὸν ἐκπιεῖν ἀδυνατῶ, μηδὲ τὸ συμφέρον ἐμαυτῷ ἐμμέτρως (2) λάβω; Ἆρα ἐπειδὴ πάντα τὸν ἥλιον τῇ τῶν ὀμμάτων καταστάσει χωρῆσαι οὐ δύναμαι, μηδὲ πρὸς τὴν ἐμαυτοῦ χρείαν αὐταρκες ἐμβλέψω; ἢ καὶ ἐπειδὴ εἰς παράδεισον μέγαν εἰσελήλυθα, καὶ πᾶσαν τὴν τῶν ἀκροδρύων ὑπόστασιν φαγεῖν οὐ δύναμαι, βούλει με πεινῶντα τελείως ἐξελθεῖν; Αἰνῶ καὶ δοξάζω τὸν ἡμᾶς ποιήσαντα· κέλευσμα γὰρ ἐστι θεῖον τὸ λέγον· Πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν Κύριον. Δοξάζει τὸν Δεσπότην, ἀλλ' οὐκ ἐξηγεῖσθαι νῦν ἐπίχειρῶ· εἰδὼς μέντοιγε, ὡς τοῦ δοξάζειν τῆς ἀξίας ἀπολειφθήσομαι, ἔργον δὲ εὐσεβείας ἡγούμενος τὸ κἂν ὅλως ἐπιχειρεῖν. Παραμυθεῖται γὰρ μου τὴν ἀσθένειαν ὁ Κύριος Ἰησοῦς (3), λέγων· Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε.

V. At dicet quispiam: Si incomprehensibilis est divina substantia (5), quid est quod tu de his pronuntias? An vero, si totum fluvium ebibere nequeo, ne id quidem quod mihi congruens est cum modo sumam? Num, quia solem totum oculorum capacitate complecti non queo, neque ad meum usum quod satis sit aspicere licebit? aut quoniam, in hortum amplum ingressus, omnem fructuum substantiam comedere non possum, vis tu me omnino esurientem abire? Laudo et glorifico illum qui nos fecit: divina enim vox est quæ ita jubet: *Omnis spiritus laudet Dominum*[57]. Laude nunc celebrare Dominum, non verbis exponere aggredior: certus nihilominus me ab eo pro rei dignitate glorificando longe abfuturum; pietatis vero esse censens, id quocunque tandem modo conari[58]. Namque imbecillitatem meam consolatur Dominus Jesus, cum dicit: *Deum nemo vidit unquam*[59].

ζ'. Τί οὖν; ἐρεῖ τις· οὐ γέγραπται, ὅτι Οἱ ἄγγελοι τῶν μικρῶν (4) βλέπουσιν διὰ παντὸς τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς; Ἀλλὰ βλέπουσιν οἱ ἄγγελοι, οὐ καθώς ἐστιν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ καθόσον καὶ αὐτοὶ χωροῦσιν. Αὐτὸς γάρ ἐστιν Ἰησοῦς ὁ λέγων· Οὐχ ὅτι τὸν Πατέρα ἑώρακέ τις, εἰ μὴ ὁ ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ, οὗτος ἑώρακε τὸν Πατέρα.

VI. Quid igitur, inquiet aliquis, nonne scriptum est: *Angeli parvulorum vident semper faciem Patris mei qui est in cœlis*[60]. Verum angeli **90** vident, non sicut est Deus, sed quantum ipsi capere possunt (6). Ipse enim Jesus est qui ait: *Non quod Patrem vidit quisquam, præter eum qui ex Deo est: hic vidit Patrem*[61]. Vident igitur angeli, quantum

[53] Eccle. III, 22. [57] Psal. CL, 6. [58] *Vid. cat. n.* 1, *et cat.* 7, *n.* 11. [59] Joan. I, 18. [60] Matth. XVIII, 10. [61] Joann. VI, 46.

(1) Ἃ προσετάγη σοι. Cod. Coisl. habet ἃ προσετάγης σὺ. At cat. 11, n. 19, Cyrillus eum locum eodem modo, quo in textu hic jacet, legit: non omittendum pro βαθύτερα, legi in Bibliis, χαλεπώτερα, *difficiliora*.

(2) Ἐμμέτρως Codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub., ms. Genovefani libri, συμμέτρως.

(3) Ὁ Κύριος Ἰησοῦς. Sequentia verba Christi non sunt, sed S. Joannis Baptistæ, aut saltem evangelistæ. Sed non in hoc loco solo memoria lapsus est Cyrillus: sic etiam cat. 2, num. 4, verba S. Joannis evangelistæ ex prima ejusdem Epistola sub nomine Christi recitat.

(4) Ἄγγελοι τῶν μικρῶν. In impressis habebatur, τῶν οὐρανῶν, *Angeli cælorum*. Locum emendavimus ex cod. Coisl., Roe, Casaub. et vers. Grod., ita postulante Scripturæ textu hic allegatio.

(5) *Divina substantia*. Vocem ὑπόστασις *substantia* vocabulo reddimus, cum cum Latinorum hujus sæculi Patrum, Hilarii, Phœbadii, Marii Victorini, etc., usum secuti; tum etiam Cyrilli sensui servientes, qui hypostasis nomine naturam ac substantiam, ac ipsum, ut ita dicam, *esse* rei ubique constanter designat. Cat. 16, num. 24, hypostasim et naturam pro una et eadem re se habere significat, dum ipsam intimam Spiritus sancti naturam inquiri vetans ait: Φύσιν δὲ ἢ ὑπόστασιν μὴ πολυπραγμόνει. Hypostasis Cyrillo neque personæ, neque naturæ, ut a persona distinguitur, determinate nomen est: sed eo vocabulo significat, id quodcunque res aliqua est; ac in modo adducto cat. 16 loco designat totum quod est Spiritus sanctus, ex natura divina et personali proprietate compositum, uno confuso vocabulo declaratum. Hypostasis vocabulo nunquam utitur in explicando SS. Trinitatis mysterio, cum eo tempore maxime ferveret in Ecclesia celebrata de una vel tribus hypostasibus contentio. Idque ab eo factum videtur consulto: seu vocem ambiguæ significationis in *Catechesibus* adhibere nollet, seu medium se in his conflictationibus, quas ignorare non poterat, vellet continere; qui erat hoc tempore Ecclesiæ Hierosolymitanæ status.

(6) *Angeli vident, non sicut est Deus, sed quantum ipsi capere possunt*. Ex hoc loco concludit Millestus Cyrillum in sententia fuisse, quam nonnullis Patribus placuisse negare non possumus, angelos etiam beatos, Deum clare, et ut in se est, non percipere: quod theologi nostri appellant *intuitive videre*. At contrarium prorsus ex hoc loco inferendum erat. Primo enim non negat, imo plane consentit Cyrillus, angelos videre semper faciem Patris cœlestis; quod iterum confirmat cat. 7, n. 11. 2° In hoc loco excludit tantum divinæ naturæ comprehensionem, seu perfectam, integram, et cui nihil desit cognitionem, qua Deus quantus quantus est videatur; quod exprimit his verbis *quantum oportet*, ὡς χρή, καθ' ὃ δεῖ. 3° Adjiciam, hic et cat. 7, num. 11, Cyrillum videri oppugnare Gnosticos, qui summum Patrem a nemine prorsus, neque ab angelis, imo neque ab ipsis Æonibus, si unum Noun seu Monogenem excipias, vel cerni vel comprehendi posse asserebant, apud Iren. lib. I, cap. 2, n. 1, et lib. I, cap. 6. Quamobrem existimo Cyrillum tam studiose cognitionem hanc et comprehensionem Dei, cum Filio, tum etiam sancto Spiritui attribuere: angelis autem comprehensionem negat, sed visionem quam prorsus negabant Gnostici, concedit. 4° Huic loco, *Deum nemo vidit unquam*, duplicem subjicit intelligentiam: primam hic, quod nemo Deum comprehendat; alteram cat. 9, n. 1, 2, 3, et cat. 12, n. 13 et 14, quod Deus carnis oculis conspici non possit. Utraque re ab angelis seclusa, manet in iis imperfecta quidem, sed tamen vera per mentem Dei visio.

capaces sunt (1); et archangeli ut possunt; et throni et dominationes excellentius quam illi primi, ipsa tamen rei dignitate multo inferius. Unus enim videre potest, sicut oportet, una cum Filio, Spiritus sanctus. Ille enim omnia scrutatur, et novit etiam profunda Dei [62]; ut certe et unigenitus Filius Patrem, quantum oportet, novit una cum Spiritu sancto (*Neque* enim *Patrem quis novit*, inquit, *nisi Filius, et cui Filius revelaverit* [63]). Deum quantum oportet videt, eumque cum Spiritu sancto et per Spiritum sanctum revelat, quantum quisque capere potis est. Quandoquidem paternæ quoque divinitatis cum Spiritu sancto particeps est unigenitus Filius, qui sine passione genitus est ante tempora æterna [64], novit genitorem, et genitor genitum novit. Cum igitur angeli nesciant (nam pro suis eorum cuique viribus revelat cum Spiritu, per Spiritum sanctum, Unigenitus, uti diximus), neminem hominum pudeat de sua ignorantia confiteri. Loquor nunc ego, et omnes pro tempore loquuntur, quomodo vero id fiat, verbis exprimere non possumus: quemadmodum igitur eum, qui dedit ut loqueremur, enarrare possim? Ego qui animam habeo, et notas ejus ac characteres edicere non valeo, qui ipsum animæ datorem effari sufficiam?

VII. Sufficit nobis ad pietatem illud solum, ut sciamus nos Deum habere: Deum unum, Deum exsistentem ab æternitate (2), exsistentem sui

[62] I Cor. xi, 10. [63] Matth. ii, 27. [64] II Tim, i, 9.

A Βλέπουσιν οὖν οἱ ἄγγελοι καθ' ὃ χωροῦσι, καὶ ἀρχάγγελοι καθ' ὅ δύνανται· θρόνοι (3) δὲ καὶ κυριότητες, μειζόνως μὲν παρὰ τοὺς πρώτους, ἔλαττον δὲ τῆς ἀξίας· μόνον δὲ βλέπειν δύναται ὡς χρή, ἅμα τῷ Υἱῷ, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἐκεῖνο γὰρ πάντα ἐρευνᾷ, καὶ γινώσκει καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ· ὥς γε καὶ ὁ μονογενὴς Υἱὸς γινώσκει καθ' ὅ δεῖ, ἅμα τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ, τὸν Πατέρα (Οὐδὲ γὰρ τὸν Πατέρα τις ἐπιγινώσκει, φησὶν, εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, καὶ ᾧ ἂν ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψῃ). βλέπει (4) καθ' ὅ δεῖ, καὶ ἀποκαλύπτει σὺν τῷ Πνεύματι, καὶ διὰ τοῦ Πνεύματος, καθ' ὃ ἕκαστος χωρεῖ, τὸν Θεόν· ἐπειδὴ καὶ τῆς θεότητος τῆς πατρικῆς ἐστι σὺν τῷ Πνεύ-

B ματι τῷ ἁγίῳ κοινωνὸς ὁ Υἱὸς ὁ μονογενής· ὁ γεννηθεὶς ἀπαθῶς πρὸ τῶν χρόνων αἰωνίων οἶδε τὸν γεννήσαντα, καὶ ὁ γεννήσας οἶδε τὸν γεγεννημένον. Ἀγγέλων τοίνυν ἀγνοούντων (κατὰ γὰρ τὴν οἰκείαν ἑκάστῳ δύναμιν, ἀποκαλύπτει σὺν τῷ Πνεύματι (5), διὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, ὁ Μονογενὴς, ὡς εἰρήκαμεν), μηδεὶς ἀνθρώπων ἐπαισχυνέσθω τὴν ἄγνοιαν ὁμολογεῖν. Λαλῶ (6) νῦν ἐγὼ, καὶ οἱ πάντες κατὰ καιρὸν· ἀλλὰ τὸ πῶς, εἰπεῖν ἀδυνατοῦμεν. Πῶς οὖν τὸν δόντα τὸ λαλεῖν δύναμαι διηγήσασθαι; Ὁ ψυχὴν ἔχων ἐγὼ, καὶ τοὺς χαρακτῆρας αὐτῆς εἰπεῖν μὴ δυνάμενος, πῶς τὸν δοτῆρα (7) τῆς ψυχῆς ἐξείπεῖν δυνήσομαι;

Ε'. Αὔταρκες ἡμῖν εἰς εὐσέβειάν ἐστι τοῦτο μόνον, τὸ εἰδέναι, ὅτι Θεὸν ἔχομεν· Θεὸν ἕνα, Θεὸν ὄντα, ἀεὶ ὄντα· ὅμοιον ἀεὶ ἑαυτῷ ὄντα· οὐ πατὴρ

C τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ. Καὶ ὁ μονογενὴς Υἱὸς γινώσκει καθ' ὃ δεῖ· *Spiritus vero sanctus* (Grodecius, *solus autem Spiritus sanctus*) *ita ut oportet* [*videt*]: *omnia enim scrutatur, etiam profunda Dei. Unigenitus quoque Filius, sicut oportet, novit*, etc. Grodecius non vertit voces, ἅμα τῷ Πνεύματι ἁγίῳ.

(4) Βλέπει, etc. Paulo diversa est codd. Coisl, Roe, Casaub. et Bodl. scriptura, quæ sic habet: Βλέπει γὰρ (deest γάρ Coisl.). Καθ' ὃ δεῖ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον (d. τό postremum Coisl.); καὶ διηγεῖται τοῖς λογικοῖς (d. τοῖς λογικοῖς, Coisl.). καθ' ὃ (Bodl. καθ' ἃ) ἕκαστος χωρεῖν δύναται, τὸν Θεόν,, κ. τ. λ ἐπειδή· *Videt enim sicut oportet Filius, et Spiritus sanctus; et enarrat ratione utentibus, quantum quisque capere potest, Deum.* Eadem fere est cod. Ottob. et veteris ms. in Genovefano libro lectio, nisi quod addunt ἀποκαλύπτει, *revelat*, ante τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ut revelationem Spiritui sancto tribuant. Vulgatam lectionem retineri suadent verba

D post aliquot lineas sequentia parenthesibus inclusa: quo loco ea se dixisse memorat quæ hic continentur.

(5) Σὺν τῷ Πνεύματι. Desunt eæ voces in codd. Coisl., Roe, Casaub. et Grod. versione. In Ottoboniano codice erasæ sunt, sed retinendæ, cum in loco ad quem remittit auctor contineantur.

(6) Δαλῶ. Editi, λαλῶν· quos emendavimus ex codd. Roe, Casaub. et Grod. Habetur in Coisl. ἄλλῳ. Ms. libri S. Genovefæ, non incommode, λαλοῦμεν. Addidi ex Roe, Casaub. et Coisl. οἱ ante πάντες.

(7) Λοτῆρα. Ita scripsimus ex codd. Roe, Casaub., Bodl. et Grod., cum in editis legeretur, Σωτῆρα, *Servatorem*. Melius convenit δοτῆρα cum verbis, τὸν δόντα, phrasis superioris.

(1) *Vident angeli quantum capaces sunt*, etc. Idem est quod ait cat. 7, n. 11: *Vident* angeli *unusquisque secundum proprii ordinis et loci modum*, κατὰ τὸ μέτρον τῆς οἰκείας τάξεως. Nempe tum ex his locis, tum etiam ex cat. 11, n. 11, et cat. 16, n. 23, patet, Cyrillum diversos angelorum ordines, alios aliis scientia et accessu ad Deum perfectiores, diversis in cœlis collocasse; adeo ut humiliores sint angeli, tum superiores archangeli, hisque sublimiores throni, dominationes, principatus, potestates, etc. Hos autem sic ordinat cat. 16, num. 23: angeli, archangeli, spiritus, virtutes, principatus, potestates, thronos, dominationes. At cat. 23, num. 6, post angelos et archangelos, omissis spiritibus, consequenter nominat virtutes, dominationes, principatus, potestates, thronos, cherubim ac seraphim: ut pateat, exceptis angelis et archangelis, quos cæteris humiliores facit, atque etiam cherubinis ac seraphinis, quos omnium superiores arbitratus videtur, de aliorum ordinum interjectorum ordine, ac fortassis numero, nihil satis certi illi constitisse. Ea porro angelicorum ordinum diversitas et dispar perfectio omnibus ecclesiasticæ traditionis monumentis consignata reperitur, unanimi Patrum etiam antiquiorum consensu. Vide quæ motavimus ad cat. 11, n. 11.

(2) *Ab æternitate*. Ita vertimus vocem ἀεί, quam hoc sensu frequens sumit auctor. Vide cat. 11, num. 1, 4, etc., et cat. 15, num. 30, cat. 4, n. 7.

(3) Θρόνοι, etc. Hæc verba et sequentia usque ad τῆς ἀξίας incl. desunt in codd. Roe et Casaub. Sequens vero phrasis, Μόνον δὲ, etc., usque ad ἅμα τῷ Πνεύματι ἁγίῳ, diverse habetur in codd. Roe et Casaub. ac vers. Grod. in hunc modum: Τὸ δὲ Πνεῦμα ἅγιον, ὡς χρή· ἐκεῖνο γὰρ πάντα ἐρευνᾷ, καὶ

οὐκ ἔστιν ἄλλος· οὗ μηδεὶς ἰσχυρότερος, ὃν οὐδεὶς διαδεξάμενος ἐκβάλλει τῆς βασιλείας· τὸν πολυώνυμον, καὶ παντοδύναμον, καὶ μονοειδῆ τὴν ὑπόστασιν. Οὐ γὰρ ὅτι καλεῖται ἀγαθὸς, καὶ δίκαιος, καὶ παντοκράτωρ, καὶ Σαβαὼθ, παρὰ τοῦτο διάφορός ἐστι καὶ ἀλλοῖος· ἀλλ' εἷς ὢν καὶ ὁ αὐτὸς (1), μυρίας ἐκπέμπει τὰς τῆς θεότητος ἐνεργείας· οὐκ ἐν μέρει πλέον ἔχων, καὶ ἐν μέρει ἐλαττούμενος, ἀλλ' ἐν πᾶσιν ὅμοιος ὢν αὐτὸς ἑαυτῷ· οὐ μέγας ἐν φιλανθρωπίᾳ μόνον, καὶ μικρὸς ἐν σοφίᾳ, ἀλλ' ἰσοδύναμον ἔχων τὴν σοφίαν καὶ τὴν (2) φιλανθρωπίαν· οὐκ ἐν μέρει βλέπων, ἐν μέρει δὲ τοῦ βλέπειν ἀπεστερημένος· ἀλλ' ὅλος ὢν ὀφθαλμὸς, καὶ ὅλος ἀκοὴ, καὶ ὅλος νοῦς· οὐχ ὡς ἡμεῖς ἐν μέρει νοῶν, καὶ ἐν μέρει μὴ γινώσκων· βλάσφημος γὰρ ὁ λόγος, καὶ θείας ὑποστάσεως ἀνάξιος. Προγνώστης ἐστὶ τῶν ὄντων, καὶ ἅγιος, καὶ παντοκράτωρ, καὶ πάντων ἀγαθώτερος, καὶ πάντων μείζων, καὶ πάντων σοφώτερος· οὗ μήτε ἀρχὴν, μήτε μορφὴν, μήτε εἶδος ἐξειπεῖν δυνησόμεθα. Οὔτε γὰρ φωνῆς αὐτοῦ πώποτε ἀκηκόατε, οὔτε εἶδος αὐτοῦ ἑωράκατε, φησὶν ἡ θεία Γραφή· διὸ καὶ πρὸς τοὺς Ἰσραηλίτας φησὶν ὁ Μωσῆς· Καὶ φυλάξασθε σφόδρα ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν, ὅτι ὁμοίωμα οὐκ εἴδετε. Εἰ γὰρ ὅλως τὴν ὁμοιότητα ἀδύνατον (3) φαντασθῆναι, ἐγγὺς ἔσται ἄρα ἡ διάνοια τῆς ὑποστάσεως;

Η'. Ἐφαντάσθησαν πολλοὶ πολλὰ, καὶ πάντες ἀπο-

A semper similem; cujus pater alius non est; quo nemo fortior (4), [65] quem nullus successor regno depellit: qui multis nominibus insignitur, omnia potest, et uniformis est substantiæ. **91** Non enim quia vocatur bonus, et justus (5), et omnipotens, et Sabaoth, idcirco varius est et diversus; sed unus et idem cum sit, innumeras divinitatis operationes emittit. Non aliqua ex parte plus habens, alia minus; sed in omnibus similis sibi ipsi. Non in bonitate solum magnus, et sapientia minor; sed parem ejusdemque potestatis habens sapientiam et bonitatem. Non ex parte videns (6), et ex parte visione privatus: verum totus oculus, et totus auditus, et totus mens: non uti nos ex parte intelligens, et ex parte nesciens: blasphemus enim, et divina substantia indignus hic sermo. B Præscius est eorum quæ sunt, et sanctus, et in omnia imperium exercens; et omnibus melior, et omnibus major, et omnibus sapientior. Cujus neque principium, neque formam, neque speciem edicere poterimus unquam. *Neque* enim *vocem ejus audistis uspiam, neque speciem ejus vidistis* [66], ait divina Scriptura. Quapropter et ad Israelitas dicit Moses: « Et advertite diligenter animis vestris, « quod similitudinem non vidistis [67]; » si enim omnino similitudinem ipsius ullis imaginibus mens efformare nequit [68] ad substantiamne aliquando propius accedet?

VIII. Multi multa imaginati sunt, et omnes aber-

[65] *Vid. cat.* 4, *n.* 4. [66] Joann. v, 37. [67] Deut. IV, 15. [68] *Vid. cat.* 9, *n.* 1.

(1) Καὶ ὁ αὐτός. Articulum ὁ supplevimus ex cod. Colbertino.

(2) Τὴν σοφίαν καὶ τήν. Secuti sumus codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub. et ms. in libro sanctæ Genovefæ citatum. In editis legitur, ἰσοδ. ἔχων τῇ σοφίᾳ τὴν φιλανθρωπίαν, *parem habens sapientiæ bonitatem*, magis autem ex contextu dicere deberet: parem habens cum bonitate sapientiam.

(3) Ἀδύνατον. Loco hujus vocis habetur, δυνατόν, et omittitur, ἄρα, in codd. Ottob., Roe, Casaub., sicque legit Grodecius. Sublata itaque interrogatione legitur apud eos hæc phrasis affirmenter, haud multum diverso sensu: « Si omnino similitu« dinem ejus possibile esset imaginari, prope esset ut « ad substantiæ ejus intelligentiam perveniremus.» Utraque lectio auctoris proposito satis convenit.

(4) *Quo nemo fortior*, etc. Hic respici putem figmenta veterum hæreticorum, qui angelos mundi conditores Dei imperium ita invasisse contendebant, ut ad destruendam eorum dominationem Christum mitti necesse fuerit. Vide ea de re somnia Simonis Magis apud Irenæum, lib. I, cap. 23, n. 2 et 3; Saturnini ibidem, cap. 24, n. 1 et 2; Basilidis, cap. eodem, n. 3 et 4; Marcionis, cap. 27, n. 2. Similia pene Manichæorum deliria, contendentium principes tenebrarum adversus Deum belligerantes magnam ab eo vim, seu virium partem avulsisse, apud Epiph., hæres. LXVI, n. 22 et 25. Plura de his in Augustino videri possunt, præsertim libro *Contra epistolam Manichæi*, cap. 13, n. 16; cap. 15, n. 19, et *De natura boni*, cap. 44 et 46.

(5) *Non enim quia vocatur bonus et justus*, etc. Iterum adversus Gnosticos, qui ex diversis Dei nominibus diversas virtutes atque deos ostendere conabantur, ut ait Irenæus, lib. II, cap. 35, num. 3. Boni et justi divisio erat invecta a Cerdone, et am- C plificata a Marcione et Manichæis. Paulo post, Cyrillus vocem Sabaoth tanquam absolutum quoddam Dei nomen, et unum ex ejus attributis continentem spectare videtur, ut et cat. 8, n. 8. Nota tamen ejus significatio, qua designat virtutes aut exercitus, sive angelorum sive siderum, qui Deo subserviunt. Vix eam crediderim Cyrillo ignotam fuisse: quanquam Hebraicæ linguæ penitus rudis fuisse videatur. Ac diversa penitus et anceps nonnullorum Patrum de hujus vocis vi ac sensu opinio fuit. Vide Irenæum, lib. II, cap. 35, n. 3, et Amb., lib. IV *De fide*, cap. 1, n. 13. Origen., lib. V *cont. Cels.* pag. 362, ac nonnulli Deum, Sabaoth absque ulla additione vocum *Deus* aut *Dominus* appellavere, uti Prudentius, *Apotheosis*, carm. 5, vers. 51: *impossibile spectare profunda Sabaoth*, id est *Dei*.

(6) *Non ex parte videns*, etc. Visum est Millesio Cyrillum hic respicere Manichæos, qui Theodoreto teste, lib. I *Hæret. fabul.* cap. 26, pag. 212, D aiebant Deum abesse a materia, eamque illi prorsus incognitam esse, sicut et materiæ Deum: Ἀφεστηκέναι τῆς ὕλης ἔφησε Θεὸν, καὶ παντάπασιν ἀγνοεῖν καὶ αὐτὸν τὴν ὕλην, καὶ τὴν ὕλην αὐτόν. Hæc potius dicta censuerim adversus Anthropomorphitas, aut illos qui Scripturæ litteræ tenacius astricti, septem oculos Deo, nec amplius tribuebant: quæ si valeat opinio, Deus Cyrillo judice ex parte tantum videndi facultate donabitur, μερικὸν ἄρα τὸ βλέπειν αὐτῷ καὶ οὐ παντελές. Quæ sequuntur, *Totus est oculus*, etc., ad verbum exscripsisse videtur ex Irenæo lib. I, cap. 12, n. 2, et lib. II, cap. 13, n. 3 et c. 28, n. 4 et 5. Eadem quoque vel ex alterutro vel ex utroque transcribit Theodoretus *in psal.* CXXIX, n. 2. Nisi dixeris eamdem pluribus ex ipsa vi veritatis animo obvenisse sententiam: nam similia habet Hilar., in eumd. psalm. n. 3 et quidam alii Patres

rarunt.Deum nonnulli ignem esse senserunt[69] (1); alii alatum velut hominem (2); eo quod scriptum sit, recte quidem,sed perverse intellectum, illud : *In tegumento alarum tuarum proteges me* [70]. Obliti sunt Domini nostri Jesu Christi unigeniti, de se ipso ad eumdem modum dicentis ad Jerusalem : « Quoties volui congregare filios tuos, quemadmo- « dum gallina pullos suos sub alas,et noluisti [71] ? » Cum **92** enim potestas ejus qua protegit,alarum nomine significetur,isti id minus intelligentes,in humanam consuetudinem prolapsi,eum qui impervestigabilis est, hominum more æstimaverunt. Alios non veritum est ei septem oculos affingere,eo quod scriptum sit: « Septem oculi Domini respicientes « super omnem terram [72]; » si enim septem oculi soli distinctim illi circumpositi sunt,ex parte igitur, non ex se toto videt; quod de Deo dicere blasphemum et conviciosum est. Deum enim in omnibus perfectum esse credendum est, secundum illam Servatoris vocem : *Pater vester cælestis perfectus est*[73]: perfectus in videndo,perfectus in potestate, perfectus in magnitudine,perfectus in prænotione,perfectus in bonitate, perfectus in justitia, perfectus in benignitate : non determinatus in loco, sed locorum opifex; in omnibus exsistens[locis], et a nullo circumscriptus.*Thronus illi cælum est;* supereminet tamen qui sedet. *Et terra, scabellum pedum* [74]; pervenit tamen usque ad subterranea potestas ejus.

IX. Unus est ubique præsens, omnia videns, omnia intelligens, omnia per Christum fabricans.

τετυχήκασι. Καὶ οἱ μὲν πῦρ ἐνόμισαν εἶναι τὸν Θεόν· ἕτεροι δὲ πτερωτὸν ὡς ἄνθρωπον, διὰ τὸ γεγράφθαι μὲν καλῶς, νοεῖσθαι δὲ κακῶς τὸ, Ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου σκεπάσεις με. Ἐπελάθοντο τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μονογενοῦς, λέγοντος ὁμοίως καὶ περὶ ἑαυτοῦ (3) πρὸς τὴν Ἱερουσαλήμ· Ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθέλησας; Τῆς γὰρ ῥουρητικῆς αὐτοῦ δυνάμεως εἰς πτέρυγας λαμβανομένης, οὗτοι μὴ νοήσαντες, εἰς ἀνθρώπινα πράγματα καταπεσόντες, ἀνθρωπίνως ὑπέλαβον εἶναι τὸν ἀνεξιχνίαστον· Οἱ δὲ ἑπτὰ ὀφθαλμοὺς ἔχειν αὐτὸν εἰπεῖν ἐτόλμησαν, διὰ τὸ γεγράφθαι (4)· Ἑπτὰ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπιβλέποντες ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Εἰ γὰρ ἑπτὰ ὀφθαλμοὺς μόνους ἐν μέρει περίκειται, μερικὸν ἄρα τὸ βλέπειν αὐτῷ, καὶ οὐ παντελές· ὅπερ ἐπὶ Θεοῦ λέγειν δύσφημόν ἐστι· τὸν γὰρ Θεὸν τέλειον ἐν πᾶσιν εἶναι δεῖ πιστεύειν, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνὴν τὴν λέγουσαν· Ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστι· τέλειος ἐν τῷ βλέπειν, τέλειος ἐν τῷ δύνασθαι, τέλειος ἐν μεγέθει (5), τέλειος ἐν προγνώσει, τέλειος ἐν ἀγαθωσύνῃ, τέλειος ἐν δικαιοσύνῃ, τέλειος ἐν φιλανθρωπίᾳ· οὐκ ἐν τόπῳ περιωρισμένος, ἀλλὰ τῶν τόπων ποιητής· ἐν πᾶσιν ὤν, καὶ ὑπ' οὐδενὸς περιγραφόμενος. Θρόνος αὐτῷ ὁ οὐρανὸς, ἀλλ' ὑπερανέχει ὁ καθεζόμενος. Καὶ ὑποπόδιον ἡ γῆ, ἀλλὰ φθάνει ἡ δύναμις μέχρι καταχθονίων.

Θ'. Εἷς ἐστι παντοχοῦ παρὼν, πάντα βλέπων, πάντα νοῶν, πάντα διὰ Χριστοῦ κατασκευάζων·

[69] Sap. XIII, 2. [70] Psal. XVI, 8. [71] Matth. XXIII, 37. [72] Zach. IV, 10. [73] Matth. V, 48. [74] Isa. LXVI, 1; Act. VII, 49.

(1) *Deum nonnulli ignem esse senserunt.* Vel notat paganos ignis sub Vulcani nomine adoratores,qua de re conqueritur infra, n. 10; vel Persas, qui sacrum ignem pro Deo colebant,ut neminem latet; vel philosophos nonnullos qui Deum ignem esse censebant, — quod de Hippaso et Heraclito refert Clem. Al., *Protreptic.* pag. 42, similemque Stoicis fuisse sententiam narrant Tullius, lib. I *De natura deorum*,Cleanthis sententiam referens,et Plutarch., *De placitis philos.*, cap 4;— vel tandem Manichæos, quorum princeps Manes cum Archelao disputans inferius n. 27, Veteris Testamenti Deum, ex ipsius Dei attestatione,ignem consumentem esse supponit: quamobrem ignem Manichæi malis accensebant.

(2) *Alii alatum velut hominem.* Non hic gentiles respicit,quorum multos Deum humana forma præditum docuisse notum est,nec etiam Judæos, quos Anthropomorphiticæ hæreseos multi Patres insimulant; sed homines Scripturis etiam Novi Testamenti utentes, atque idcirco vel hæreticos, vel Catholicos in errore citra pertinaciam versantes. Ebionitæ, Judæorum erroribus ac superstitionibus addicti, Deo humanam speciem tribuebant, si de eorum secta judicium ferendum est ex Ebionitico Clementinarum homiliarum auctore, qui hanc doctrinam supponit, hom. 17, n. 7 et 8, et homil. 16, n. 19. Rufinus prima in Hieronymum invectiva, pag. 268, Valentinianorum et Anthropomorphitarum hanc hæresim fuisse statuit. Auctor epistolæ *De his quæ Deo in Scripturis tribuuntur*, Hieron., tom V, p. 117, de Judæis et plerisque hæreticis dicit, *quod Deum corporeum atque localem opinentur*. Origenes, lib. I *in Epistolam ad Romanos* sub finem, Anthropomorphitarum sub nomine,quosdam refellit hæreticos : quinam illi sint quos designet, aliis inquirendum relinquo.At in longo ejus auctoris fragmento,quod inter Theodoreti opera, quæst. 20 *in Genesim* comparet, illucque ex catenis invectum putat Sirmondus,quosdam crassi hujus erroris insimulat, et in primis Melitonem Sardensem, qui librum conscripsisset ad probandum Deum esse corporeum,συγγράμματα καταλελοιπὼς, περὶ τοῦ ἐνσώματον εἶναι τὸν Θεόν. Ac referens eorum objectiones, ipsas quibus utebantur Scripturas adversus eos intentat; in primis illas a Cyrillo commemoratas,quibus alæ, vel septem oculi Deo ascribuntur. Quæ hic memorat Cyrillus vel ex eorum libris, vel etiam ex illo fortassis Origenis loco acceperat. Audianos etiam hæreticos respicere potuit,quos Arii et Nicæni concilii temporibus, vel paulo post, exortos memorat Epiphan., hæres. LXX, n. 1, p, 811.

(3) Περὶ ἑαυτοῦ. Ita nos ex codd. Coisl., Roe, Casaub., Grod Editi, περὶ αὐτοῦ.

(4) Γεγράφθαι. Huic verbo in impressis subjungitur πάλιν· quod erasimus secuti mss. Coisl., Ottob.,Roe, Casaub., Genovef.et Grod. Post ὀφθαλμούς addidimus μόνους ex codd Roe,Casaub.,Ottob. et Grod.,quibus adjungendus Coisl.,in quo non μόνους, sed μόνον habetur. Item post βλέπειν, loco αὐτοῦ, quod legitur in impressis, reposuimus αὐτῷ, ex Coisl., Roe, Casaub., Genovef.

(5) Ἐν μεγέθει. Articulum τῷ ante μεγέθει in impressis præfixum sustulimus, ex Roe et Casaub. Post μεγέθει, additur in Ottob. cod., τέλειος ἐν μεγαλωσύνῃ, *perfectus in magnificentia.*

Πάντα γὰρ (1) δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν· πηγὴ παντὸς ἀγαθοῦ μεγίστη καὶ ἀνελλιπὴς, ποταμὸς εὐεργεσιῶν, φῶς ἀΐδιον ἀνελλιπῶς ἀστράπτον, δύναμις ἀκαταγώνιστος ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν συμπεριφερομένη· οὗ μηδὲ τὸ ὄνομα φέρομεν ἀκοῦσαι· Ἴχνος Κυρίου εὑρήσεις. φησὶν (2) ὁ Ἰωβ, ἢ εἰς τὰ ἔσχατα ἀφίκου ἃ ἐποίησεν ὁ Παντοκράτωρ; Εἰ τὰ ἔσχατα τῶν ποιημάτων οὐ καταλαμβάνεται, ἆρα ὁ τὰ πάντα ποιήσας καταληφθήσεται; Ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ὅσα ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Εἰ ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς ἀπερίληπτα τυγχάνει ταῖς ἡμετέραις διανοίαις, αὐτὸν ἆρα τὸν ἑτοιμάσαντα τῷ νῷ περιλαμβάνειν δυνάμεθα; Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως (3) Θεοῦ! Ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ! φησὶν ὁ Ἀπόστολος. Εἰ τὰ κρίματα καὶ αἱ ὁδοὶ ἀκατάληπτα καθέστηκεν, αὐτὸς ἆρα καταληφθήσεται

A *Omnia* enim *per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil* [75]. Fons est omnis boni maximus et indeficiens, beneficiorum fluvius, lumen æternum indesinenter coruscans, insuperabilis potestas ad nostras infirmitates sese demittens: cujus ne nomen quidem sustinemus audire. *An vestigium Domini reperies*, ait Job, *aut extrema quæ Omnipotens fecit, attigisti* [76]? Si extrema minimaque opera non comprehenduntur, isne qui omnia fecit comprehendetur? « Oculus non vidit, et auris non audivit, « et in cor hominis non ascendit, quanta præpara- « vit Deus diligentibus se [77]. » Si ea quæ præparavit Deus, cogitationum nostrarum captum exsuperant, an ipsum qui præparavit possumus animo comprehendere? « O profundum divitiarum et sa- « pientiæ et scientiæ Dei: quam inscrutabilia sunt « judicia ejus, et investigabiles viæ ejus! » ait Apostolus [78]. Si judicia et viæ comprehendi non possunt, ipsene comprehendetur?

Γ. Τοσούτου τοίνυν ὄντος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔτι μείζονος· οὐδὲ γὰρ ἐὰν ὅλην μου τὴν ὑπόστασιν εἰς γλῶσσαν μεταβάλω (4), δύναμαι τὸ κατ' ἀξίαν εἰπεῖν· μᾶλλον δὲ οὐδ' εἰ πάντες ἄγγελοι συνέλθοιεν, οὔπω τὸ κατ' ἀξίαν ἐροῦσι· τοσούτου τοίνυν ὄντος ἀγαθοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ μεγάλου, ἄνθρωπος λίθον γλύψας, τῷ λίθῳ εἰπεῖν, Θεὸς μου εἶ σὺ, ἐτόλμησεν (5). Ὦ μεγάλης ἀβλεψίας, ἐκ τοσούτου μεγέθους εἰς τοσαύτην ταπεινότητα κατελθούσης! Τὸ ξύλον ὅπερ ὁ Θεὸς ἐφύτευσεν, καὶ ὑετὸς ἐμήκυνε, καὶ ὕστερον κατακαυθὲν καὶ σποδὸς διὰ πυρὸς (6) γινόμενον, τοῦτο μὲν Θεὸς ἀναγορεύεται· ὁ δὲ ἀληθὴς Θεὸς καταφρονεῖται. Ἐπὶ εὐδαψιλεύσατο δὲ ἡ πονηρία τῆς εἰδωλολατρίας· καὶ αἴλουρος (7), καὶ κύων, καὶ λύκος, ἀντὶ Θεοῦ προσεκυνήθησαν· καὶ λέων ἀνθρωποβόρος ἀντὶ τοῦ Θεοῦ τοῦ φιλανθρωποτάτου προσεκυνήθη· ὄφις καὶ δράκων, ἀντίμιμοι τοῦ ἐκβαλόντος ἡμᾶς ἐκ παραδείσου, προσεκυνήθησαν· καὶ ὁ τὸν παράδεισον φυτεύσας κατεφρονήθη. Καὶ αἰσχύνομαι λέγειν, πλὴν λέγω· καὶ κρόμμυα γὰρ ἤδη παρά τισι προσεκυνήθη. Οἶνος

B C X. [79] Cum igitur Deus tantus sit, et etiam major (neque enim, vel si totam substantiam meam in linguam transmutavero, quantum rei dignitas postulat, loqui possim; imo ne si omnes quidem angeli conveniant, quod dignum est eloquantur); tantus igitur cum sit, bonus et magnus Deus [79*], homo sculpto a se lapidi dicere non timuit: *Deus meus es tu* [80]. O cæcitatem grandem, quæ ex tanta majestate ad tantam indignitatem vilitatemque delapsa est! Lignum quod Deus fecit, et imbribus crescit, et postea combustum per ignem cinis efficitur; **93** hoc, inquam, appellatur Deus: Deus autem verus habetur despectui. Exuberavit idololatriæ perversitas. Etiam felis, et canis et lupus pro Deo adorati (7): ac leo hominum vorator, in locum Dei hominum amantissimi adoratus. Anguis et draco, ejus qui nos de paradiso pepulit æmuli, adorati fuere; et is qui paradisum condidit, contemptus. Etiam (referre pudet, referam tamen), etiam cepe a nonnullis adorata. Vinum ut lætificet

[75] Joan. I, 3. [76] Job XI, 7. [77] Isa. LXIV, 4; I Col. II, 9. [78] Rom. XI, 33. [79] *Vid. sup.* n. 2. [79*] *Vid. cat.* 7, n. 12. [80] Isa. XLIV, 17.

(1) Πάντα γάρ, etc. Hæc evangelici loci allegatio prætermittitur in codd. Ottob, Roe, Casaub. et Grod.

(2) Εὑρήσεις, φησίν. Editi, φησὶν verbo εὑρήσεις præmittunt. Sequimur codd. Coisl., Roe, Cas. et legitimam verborum collocationem.

(3) Καὶ γνώσεως. In editis deest verbum γνώσεως. Lectionem codd. Coisl., Roe, Casaub. et Ottob. et sacri textus reposuimus.

(4) Μεταβάλω. Ita ex Coisl., Roe, Casaub., Grod. Editi, μεταβάλλω.

(5) Εἰπεῖν... ἐτόλμησε. In Codd. Coisl., Colb., Bod., Morel: et Grod. habetur εἰπεῖν, et omittitur ἐτόλμησε.

(6) Διὰ πυρός. Hæc duo verba, in impressis in unum διάπυρος conflata, distraximus, secuti codd. Roe, Casaub. et Grod.

(7) Καὶ αἴλουρος. Conjunctionem καί ut majorem emphrasim continentem adjecimus ex Coisl., Roe, Casaub qui codices etiam καὶ λύκος ponnunt ante καὶ κύων.

(8) *Etiam felis, et canis et lupus.* Notæ sunt cuivis memoratæ, idololatriæ. Felium et canum cultum Ægyptiis proprium ait cat. 13, n. 40. Hujusmodi animalium cultui propriæ devotæ erant urbes ab eorum nomine dictæ. Sic Bubaste a fele dicta. Herodot. lib. cap. 66; Cynopolis a cane. Clem. Al. *Protrept.* p. 25; Lycopolis a lupo, ibid., Leontopolis a leone, Strabo, lib. XVII *Geogr.*, pag. 812. Serpentem coluere Ægyptii, teste *Recognitionum* auctore, lib. V, cap. 20; Indi ex Maximo Tyrio, dissert. 38; Romani, quorum nota est et passim ab auctoribus celebrata Epidaurii serpentis translatio; Ophitæ demum hæretici, ex Irenæo, lib. I, cap., 30, n. 15. Ceparum religio Ægyptiis, ac maxime Pelusiotis propria, ex Luciano, dialogo *Jupiter tragedus*, pag. 699 et aliis. De Baccho, Cerere, Vulcano, trita res et passim obvia.

cor hominis [81] datum est : et Bacchus pro Deo est adoratus. Frumentum fecit Deus, dicendo : *Producat terra herbam feni, seminantem semen juxta genus suum et similitudinem* [82] ; ut panis cor hominis confirmaret [83]. Undenam igitur Ceres adorata ? Ignis ex lapidum collisione in diem usque hodiernum elicitur : unde igitur Vulcanus ignis effector ?

XI. Unde ille Græcorum in diis pluribus error ? Incorporeus Deus est : unde igitur stupra et adulteris illis qui apud eos dicuntur dii (1), imputantur ? Taceo Jovis in cycnum transmutationes ; transformationes in taurum erubesco referens. Sunt enim Deo indigni mugitus. Adulter deprehensus est suus Græcorum deus, nec ipsos pudet ; nam si adulter, est, Deus ne vocetur [84]. Suorum quoque quos appellant deorum et mortes, et casus, et fulminationes narrant. Vides quanta de majestate quonam devenerint [85] ? Nunquid igitur sine causa de cælo descendit Filius Dei, ut tantum vulnus sanaret ? frustrane venit Filius, ut Pater agnosceretur ? Cognosti, quid Unigenitum moverit, ut a dextris sedibus descenderet. Pater despiciebatur : oportuit errorem per Filium emendari. Oportuit enim eum, per quem facta sunt omnia, dominatori omnium omnia offerre. Oportebat vulnus curari. Quid enim hoc morbo deterius erat, ut lapis pro Deo coleretur ?

94 DE HÆRESIBUS .

XII. Nec solum apud gentiles isthæc pervicit diabolus, verum etiam et multi ex iis qui Christiani falso dicuntur, suaveolentissimo Christi nomine male appellati, Deum a creaturis suis impie abalienare sunt ausi (2) Hæreticos dico, infausti nominis, et a Deo alienissimos viros, qui se Christi amatores cum simulent, ipsum tamen penitus odio insequuntur. Nam qui Patrem Christi conviciatur,

ἐδόθη (3), ἵνα εὐφραίνῃ καρδίαν ἀνθρώπου· καὶ Διόνυσος ἀντὶ Θεοῦ προσεκυνήθη. Σῖτον ὁ Θεὸς εἰργάσατο διὰ τοῦ εἰπεῖν · Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου , σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα , ἵνα ἄρτος στηρίσῃ καρδίαν ἀνθρώπου· καὶ πόθεν ἡ Δήμητρα προσεκυνήθη : Τὸ πῦρ ἐκ λίθων συγκρούσεως ἐξέρχεται μέχρι σήμερον· καὶ πόθεν Ἥφαιστος, πυρὸς ποιητής ;

ΙΑ'. Πόθεν ἡ πολύθεος πλάνη τῶν Ἑλλήνων ; Ἀσώματος ὁ Θεός· καὶ πόθεν μοιχεῖα παρὰ τοῖς ὑπ' αὐτῶν λεγομένοις θεοῖς κατηγοροῦνται ; Σιωπῶ τὰς Διὸς εἰς κύκνον μεταβολὰς, αἰσχύνομαι λέγων τὰς εἰς ταῦρον μεταμορφώσεις· ἀνάξια γὰρ Θεοῦ τὰ μυκήματα. Μοιχὸς ὁ παρ' Ἕλλησι θεὸς ᾄδεται, καὶ οὐκ αἰδοῦνται· εἰ γὰρ μοιχός ἐστι , θεὸς μὴ καλείσω (4). Καὶ θανάτους, καὶ ἀποπτώσεις, καὶ κεραυνώσεις τῶν παρ' αὐτοῖς λέγουσι θεῶν. Βλέπεις ἐκ πόσου μεγέθους ποῦ κατελήλυθασιν ; Μή τι ἄρα μάτην Υἱὸς Θεοῦ κατῆλθεν ἐξ οὐρανοῦ, ἵνα (5) τὸ τηλικοῦτον τραῦμα θεραπεύσῃ ; μή τι μάτην ἦλθεν ὁ Υἱὸς, ἵνα ὁ Πατὴρ ἐπιγνωσθῇ ; Ἐπέγνως, τί ἐκίνησεν ἐκ δεξιῶν θρόνων κατελθεῖν τὸν Μονογενῆ. Πατὴρ κατεφρονεῖτο, ἔδει Υἱὸν διορθώσασθαι τὴν πλάνην· ἔδει γὰρ τὸν, δι' οὗ ἐγένετο τὰ πάντα, τῷ Δεσπότῃ τῶν ἁπάντων πρόσενεγκεῖν τὰ πάντα. Ἔδει θεραπευθῆναι τὸ τραῦμα. Τί γὰρ ἦν ταύτης τῆς νόσου χεῖρον, ἵνα λίθος (6) ἀντὶ Θεοῦ προσκυνηθῇ ;

ΠΕΡΙ ΑΙΡΕΣΕΩΝ (7).

ΙΒ'. Καὶ οὐ μόνον ἐν τοῖς ἐθνικοῖς ἐπηγωνίσατο ταῦτα ὁ διάβολος· ἀλλὰ γὰρ ἤδη καὶ πολλοὶ τῶν Χριστιανῶν ψευδῶς λεγομένων, τῶν τῷ εὐωδεστάτῳ Χριστοῦ ὀνόματι κακῶς προσαγορευομένων, ἐτόλμησαν ἀσεβῶς ἀπαλλοτριῶσαι τὸν Θεὸν τῶν οἰκείων ποιημάτων. Τοὺς τῶν αἱρετικῶν λέγω παῖδας, τοὺς δυσωνύμους καὶ ἀθεωτάτους, προσποιουμένους μὲν εἶναι φιλοχρίστους, μισοχρίστους δὲ παντελῶς· ὁ γὰρ τὸν

[81] Psal. cii,, 15. [82] Gen. i, 11. [83] Psal. ciii, 15. [84] *Vid. cat.* 13, n. 37. [85] *Vid. cat.* 12, n. 6 et 15.

(1) *Unde adulteria*, etc. Tota paganorum theologia stupris et adulteriis deorum recensendis occupatur. Jupiter in cycnum transformatus fingitur, ut potiretur Leda; in taurum, ut Europa. Mortes deorum variæ commemorantur, ut Castoris et Pollucis qui altrenis mori et vivere dicebantur; Herculis in Œtæo monte concremati; Osiridis a fratre interempti ; Adonidis ab apro occisi ; ut omittam deorum sepulcra quæ passim in Græcis urbibus visebantur, adeo ut templa deorum fere essent illorum monumenta. V. Clem. Alex. *Protreptici* pag. 18 et 24. Casus ex exaucto ationes deorum in fabulis leguntur multæ : Cœli a Saturno exjecti, Saturni a filio Jove in terras pulsi, Vulcani de cœlo in Lemnum insulam præcipitati, Apollinis et Neptuni in terris exsulantium et Laomedonti servientium, etc. Fulmine percussus est a Jove Æsculapius. Zoroastres dicebatur fulminatus, et eam ob causam tanquam Dei amicus templo et Dei nomine a Persis honoratus, ex pseudo-Clemente, Clementinar, homil. 9, n. 4, idemque in cæteris fulmine ictis observatum. Ibidem. Vide et *Recognit.* lib. iv, n. 8.

(2) *Deum a creaturis suis impie abalienare sunt ausi.* Id est in alterum auctorem, Dei creaturas transferre : eas sive ab angelis, sive a diabolo, sive ab tertio quodam Deo, qui bonum inter et malum eum medius esset, creatas asserere. Hos omnes hæreticos infra numerat. n. 14 et seqq., Simonem Magum, Cerinthum. Menandrum, Carpocratem, Ebionem, Marcionem, Basilidem, Valentinum, Manichæos : quos una cum pluribus aliis qui creatorem alterum confinxerunt, in primum suum de hæreticorum fabulis librum contulit Theodoretus.

(3) Οἶνος ἐδόθη. Sustulimus ex codd. Coisl., Roe, Casaub. et Grod. particulam γάρ in editis inter has voces perperam interpositam Linea sequenti nomen Διόνυσος ascripsimus ex codd. Ottob., Roe, Casaub., ms. Genovefamo, et versione Grodeci, loco nominis οἶνος, quod in impressis legebatur, idque postulat sequentium phrasium isti similium ratio, quibus Cereris et Vulcani cultus reprehenditur.

(4) Καλείσθω. Ex ms. Genovefano, Roe et Casaub. emendavimus vitiosam scripturam quæ in editis obtinebat, καλείτω.

(5) Ἵνα. Editi, ἢ ἵνα· Particulam ἤ hic redundantem eliminavimus auctoritate cod. Coisl., versionis Grodecii, et exemplo similis phrasis quæ hanc subsequitur.

(6) Ἵνα λίθος. Roe et Casaub., ἢ ἵνα λίθος, non male.

(7) Περὶ αἱρέσεων. Deest hic titulus in codd. Coisl., Colb., Bodl., edit. G. Morelii et vers. Grodecii. In Ottobon. habetur : Περὶ αἱρέσεως.

Πατέρα τοῦ Χριστοῦ δυσφημῶν, ἐχθρός ἐστι τοῦ Υἱοῦ. Ἐτόλμησαν εἰπεῖν οὗτοι δύο θεότητας, μίαν ἀγαθὴν καὶ μίαν κακήν. Ὦ πολλῆς ἀβλεψίας ! εἰ θεότης, πάντως καὶ ἀγαθή : εἰ δὲ οὐκ ἀγαθή, τί καλεῖται θεότης ; Θεοῦ γὰρ (1) ἡ ἀγαθότης. Ἐπειδὴ γὰρ Θεῷ πρέπει τὸ φιλάνθρωπον, τὸ εὐεργετικόν, τὸ παντοδύναμον· λοιπὸν δυοῖν θάτερον, ἢ Θεὸν καλείτωσαν σὺν τῷ ὀνόματι καὶ τῇ ἐνεργείᾳ· εἰ δ' ἀποστερεῖσθαι μέλλοιεν τῶν ἐνεργειῶν, μὴ καλείτωσαν μόνῃ τῇ προσηγορίᾳ.

ΙΓ'. Ἐτόλμησαν αἱρετικοὶ λέγειν δύο θεοὺς, καὶ δύο πηγὰς ἀγαθοῦ τε καὶ κακοῦ, καὶ ταύτας ἀγεννήτους εἶναι. Εἰ ἀγέννητοι ἀμφότεραι, πάντως ὅτι καὶ ἴσαι, καὶ ἀμφότεραι κραταιαί· πῶς οὖν ἀναιρεῖ (2) τὸ σκότος τὸ φῶς ; Καὶ, πότεραν ποτὲ ὁμοῦ εἰσιν, ἢ ἀπεσχοινισμέναι ; ὁμοῦ μὲν γὰρ εἶναι οὐ δύνανται· Τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος ; φησὶν ὁ Ἀπόστολος. Εἰ δὲ μακρὰν ἀπ' ἀλλήλων εἰσὶν, πάντως ὅτι καὶ ἰδίους τόπους ἔχουσιν. Εἰ δὲ ἰδίους τόπους ἔχουσιν (3), πάντως που ἐν τοῖς τοῦ ἑνὸς Θεοῦ ἐσμεν, πάντως που καὶ ἕνα προσκυνοῦμεν· συστῆσαι γὰρ οὕτω δεῖ, κἂν τῇ μωρίᾳ ἐκείνων συμπεριενεχθῶμεν, ὅτι ἕνα δεῖ προσκυνεῖν. Ἐξετάσωμεν δὲ αὐτοὺς, καὶ τί λέγουσι περὶ τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ. Δυνατός ἐστιν, ἢ ἀδύνατος ; εἰ μὲν δυνατος ἐστι (4), πῶς ἐγένετο τὸ κακὸν, ἄκοντος αὐτου ; καὶ πῶς ἐπεισέρχεται ἡ πονηρὰ ὑπόστασις, μὴ θέλοντος αὐτοῦ ; εἰ

A Filii hostis est. Ausi sunt illi duas divinitates dicere (5), bonam unam, et alteram malam. O multam cæcitatem ! si divinitas, profecto bona : si vero bona non est, cur divinitas appellatur ? Dei enim propria bonitas. Quandoquidem enim Deo competit benignitas, beneficentia, omnipotentia : jam e duobus alterum superest : ut aut Deum cum appellant, una cum nomine [proprietatem etiam] et operationem adjungant ; aut, si operationibus spolient; ne nudam tribuant nuncupationem.

XIII. Hæreticos veritum non est duos deos dicere, et duos boni et mali fontes, eosdemque ingenitos (6) esse. Si ingeniti ambo [fontes], profecto et æquales, et ambo potentes : quomodo igitur lux tenebras tollit ? Utrumne simul aliquando sunt, an sejuncti? Simul autem esse non possunt. *Quæ enim*
B *societas luci ad tenebras?* ait Apostolus [86]. Si vero longe a se mutuo absunt (7), suum igitur quisque obtinet locum : at si separatis locis degunt, perspicuum nos in unius Dei ditione versari : unum igitur certum est nos adorate Ita enim concludi oportet, etiamsi illorum insaniæ obtemperemus, unum Deum adorandum esse. Quæramus jam ex ipsis, ecquid de bono Deo dicant. Potensne est an impotens ? si potens, quomodo invito ipso exortum est
95 malum : et quomodo prava nolente ipso se inculcat substantia ? Si enim resciens prohibere

[86] II Cor. VI, 14.

(1) Θεοῦ γὰρ, etc. In editis hæc ita confuse legebantur, ut nullum pene sensum efficerent : sic enim habebatur : Εἰ γὰρ Θεοῦ ἡ ἀγαθότης, ἢ θεοπρεπὴς ἢ φιλάνθρωπος, τὸ εὐεργητικόν, quarum vocum nulla constructio. Verba, Θεοῦ γὰρ ἡ ἀγαθότης, reposuimus ex codd. Roe, Casaub. et Grod., Ottob. et Genovef, excepto quod in duobus postremis legitur, ἐπειδὴ γὰρ Θεοῦ ἡ ἀγαθότης. Voces. ἐπειδὴ γὰρ, ante Θεῷ πρέπει, ascripsimus ex utroque mox memorato codice. Cætera, Θεῷ πρέπει, etc., ex iisdem. et Coisl., Roe, Casaub. et Grod. Vocem λοιπόν adjecimus ex utroque cod. Roe et Casaub. Præterea verbum λέγοιεν ex Coisl., Ottob., Roe, et Casaub. substituimus loco μέλλοιεν quod ante legebatur.

(2) Πῶς οὖν ἀναιρεῖ. Colb, Bodl., Morel., πῶς συναναιρεῖ.

(3) Εἰ δὲ ἰδίους τόπους ἔχουσιν. Hæc verba desunt in codd. Coisl., Colb., Morel., vers. Grod. et editionibus Græco-Latinis ante Oxoniensem, propter repetitionem vocis ἔχουσιν a festinantibus librariis sine dubio prætermissa. Ea reparavit Milles, ex codd. Roe et Casaub. Sequentia verba, πάντως που ἐν τοῖς τοῦ ἑνὸς Θεοῦ ἐσμεν, similem ob causam desunt in vers. Grodecii, sed voces, πάντως που, et ἐσμεν, prætermittuntur in Bodl., Colb. et Morel.

(4) Δυνατός ἐστι. Ex codd. Coisl., Roe, Casaub., Ottob. et Grod. ita scripsimus, loco δύνατα: quod prius legebatur.

(5) *Ausi sunt duas divinitates dicere*, etc. Id Marcioni imputat infra num. 16, cui tamen cat. 16, n. 4 et 7, triplicis Dei errorem ascribit. At in tota hujus et sequentis numeri argumentatione Manichæos oppugnat, ut declarant proprii ejus hæresis characteres ab eo designati, nempe quod bonum lux, et malum tenebræ appellentur, Christus sol iste visibilis dicatur, etc.

(6) *Eosdemque ingenitos*. Hoc proprio charactere notat hæresim Manichæorum Greg. Naz. orat. 35,
C pag. 569 ; Greg. Nyss., tom. I, *De opificio hominis*, cap. 23, pag. 106 ; Theodoret., lib. I *Hæret. fab.*, cap. 20; Epiphanius seu Tyrbo apud Epiph., hæres. LXVI, n. 25. Voces sequentes : πῶς οὖν ἀναιρεῖ τὸ σκότος τὸ φῶς ; verti etiam possunt, *quomodo tenebræ lucem tollunt?* nam Manichæi aiebant principes tenebrarum cum Deo contendentes, magnam ab eo vim ac partem avulsisse, locum ejus invadentes, unde aliquando expellendi fuerint, apud Epiph., hæres. LXVI, n. 22, 25, 60. Interpretati autem sumus, *quomodo lux tenebras pellit?* tum quia magis lucis est tenebras effugare, quam tenebrarum lumen tollere ; tum quia Manichæi, referente Tito Bostrensi, lib. I *contra Manichæos*, pag. 453, tenebras ita lumen invasisse et absorbuisse dicebant, ut se ipsæ admissa luce interemisse et delevisse viderentur. Liberior Grodecii interpretatio, quæ ambas simul comprehendit : *Quomodo tenebræ et lumen se simul tollunt ?*

(7) *Si vero longe a se mutuo absunt*, etc. Ea Manichæorum sententia erat. En ipsa Manetis verba ab Epiphanio recitata, hæres. LXVI, n. 14, et Tito Bostrensi, lib. I *cont. Manich.*, p. 444 : Ἦν Θεὸς καὶ ὕλη, φῶς καὶ σκότος, ἀγαθὸν καὶ κακὸν, τοῖς πᾶσιν ἄκρως ἐναντίας, ὡς κατὰ μηδὲν ἐπικοινωνεῖν θάτερον θατέρῳ· « Erat Deus et materia, lux et tenebræ, bo-
« num et malum, ita in omnibus contraria, ut nulla
« prorsus sibi communione jungerentur ». Eadem fortassis aut alia similis ejus sententia refertur ab eodem Tito Bostrensi, lib. I *contr. Manichæos*, Biblioth. PP. Lugd. tom. IV, pag. 452 : « Malum erat, et
« ingenitum erat : erat autem et Deus bonus : et
« divisa loca habitationis ; et uterque apud se ab
« altero sejunctus ». Alia iterum similis sententia de separatis boni et mali locis refertur ab Archelao. *Disput. cum Manete*, n. 14. Quamobrem omne pondus disjunctæ argumentationis Cyrillus in secundam partem inclinat.

non possit, impotentiæ accusant : sin possit nec prohibeat, proditionis reum faciunt. Ac vide horum amentiam : nam aliquando dicunt malum [Deum] nihil cum bono habere commune (1) in mundi fabricatione ; interdum vero, quartam tantum partem habere. Et bonum quidem, Christi patrem esse volunt : Christum vero solem istum appellant (2). Si ergo mundus, ex ipsorum sententia, a malo productus est (3), cum sol in mundo locum habeat, quomodo boni filius in ditione mali invitus servit? [87] In cœno volutamur ista dicentes : id vero facimus, ne quis eorum qui adsunt, ex ignoratione in hæreticorum lutum incidat. Nescium non habeo me et os meum et auditorum aures commaculare: verum ita expedit. Multo enim satius est aliorum absurdas sententias in refutationibus audire, quam in easdem præ ignorantia præcipitem agi. Multo melius te cœnum cognoscere ut odio habeas, quam nescientem in illud incidere. Hæreseum vero impietatis multiplex est ratio [88]. Cum enim ab unica recta via quis exciderit, tunc multoties labitur in præcipitia.

A μὲν γὰρ εἰδὼς οὐ δύναται κωλῦσαι, ἀδυναμίαν κατηγοροῦσι· εἰ δὲ δυνάμενος οὐ κωλύει, προδοσίαν κατηγοροῦσι. Καὶ βλέπε τὴν τούτων ἀνοησίαν· ποτὲ μὲν λέγουσι τὸν πονηρὸν (4) μηδὲν ἔχειν κοινὸν πρὸς τὸν ἀγαθὸν Θεὸν εἰς τὴν τοῦ κόσμου δημιουργίαν· ποτὲ δὲ λέγουσιν αὐτὸν τὸ τέταρτον μέρος ἔχειν μόνον. Καὶ τὸν μὲν ἀγαθὸν λέγουσι πατέρα εἶναι τοῦ Χριστοῦ· τὸν δὲ Χριστὸν, τὸν ἥλιον τοῦτον καλοῦσιν. Εἰ τοίνυν ὁ κόσμος κατ' αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ πονηροῦ ἐγένετο, ὁ δὲ ἥλιος ἐν κόσμῳ· πῶς ὁ Υἱὸς τοῦ ἀγαθοῦ ἐν τοῖς τοῦ πονηροῦ ἄκων δουλεύει ; Βορβορούμεθα, ταῦτα λέγοντες· ἀλλ' ἵνα μή τις τῶν παρόντων ἐξ ἀμαθίας εἰς βόρβορον αἱρετικῶν ἐμπέσῃ. Οἶδα χράνας ἐμαυτοῦ τὸ στόμα, καὶ τῶν ἀκουόντων τὰς ἀκοάς· ἀλλὰ συμφέρει. Πολὺ γὰρ κάλλιον ἐν κατηγορίαις ἄλλων ἀκοῦσαι τὰ ἄτοπα, ἢ ἐξ ἀγνοίας εἰς ταῦτα ἐμπεσεῖν· πολὺ κάλλιον γνῶναί σε τὸν βόρβορον καὶ μισῆσαι τοῦτον, ἢ ἀγνοοῦντα ἐμπεσεῖν εἰς αὐτόν. Ἔστι δὲ πολυσχιδὴς ὁ τῆς ἀθεότητος τῶν αἱρέσεων λόγος· ὅταν γὰρ μιᾶς ὁδοῦ τῆς εὐθείας ἐκπέσῃ τις (5). τότε πολλάκις εἰς χρημνοὺς καταπίπτει.

B

[87] *Vid. infra n.* 34, *et cat.* 16, *n.* 5, *et cat.* 7, *n.* 1.

[88] *Vid. cat.* 17, *n.* 33.

(1) *Aliquando dicunt malum nihil*, etc. Hæc eorum sententia in nota 7, pag. superiori declarata est ; altera vero de quarta parte sic refertur a Theodoreto, lib. I *Hær. fab.*, c. 26, p. 212. « Aiunt, inquit, Deum partes septentrionales habere, et orientales atque occidentales ; materiam vero australes : σχεῖν τὸν μὲν Θεὸν τὰ ἀρκτῷα μέρη, καὶ τὰ ἑῷα, καὶ τὰ ἑσπέρια. » Mirabitur fortasse quispiam locum mali a Manichæis assignatum esse notum, in quo videtur esse lucis ac solis, quem ex Dei substantia credebant, regio At ad eam sententiam ea fortassis opinione devoluti erant, quia sol orientales et occidentales plagas discurrens, ad aquilonem flectitur ; et nonnullorum opinione, per aquilonares partes noctibus ab occidente in orientem revertitur, obtectus grandi montis, in aquilonaribus ultra Oceanum terris, obstaculo. Ita Cosmas Ægyptius solis conversionem explicat, *Topographiæ Christianæ* lib. II.

C

(2) *Christum solem istum appellant.* Id de Manichæis affirmat cat. 15, n. 3. Cujus etiam rei fidem faciunt Theodoretus et Augustinus. Faustus Manichæus apud Augustinum, lib. XX contra ipsum, cap. 2, pag. 333, Manichæorum suorum hanc esse sententiam refert, Filium in hac secunda ac visibili luce consistere, qui quoniam sit et ipse geminus, ut eum Apostolus novit, dicens esse Dei virtutem et Dei sapientiam, virtutem quidem ejus in sole habitare, sapientiam vero in luna.

(3) *Mundus ex ipsorum sententia a malo productus est.* Inconstans prorsus erat Manichæorum de mundi creatione systema, ut notat Epiph., hær. LXVI, n. 32. Mundum enim Manes alias a Deo productum asserebat, alias a principibus tenebrarum : idcirco varie ab auctoribus Manichæorum de ortu mundi decreta referuntur. August, hær. XLVI, p. 14 : *Mundum a natura boni, hoc est a natura Dei factum confitentur idem ; sed de commistione boni et mali quæ facta est, quando inter se utraque natura pugnavit.* Theodoretus, lib. I *Hæret. fabul.*, cap. 26. pag. 213, his suffragari videtur, sed disertius hæc exponit, aiens eos sensisse Deum coactum fuisse mundum fabricare, cum videlicet materia adversus lucem cum dæmonibus, idolis, igne et aqua pugnatura processisset, Deum acceptam lucis particulam, quæ sua substantia esset, velut hamum et escam in materiam immisisse, eamque in illa illigatam, hinc mundum a nolente Deo fabricatum, ita ut mundi partes non ipsius Dei, sed materiæ opera forent. Hominem autem non a Deo, sed a principe materiæ, quem Saclam nominant, formatum. Contrarie prorsus Manis sensa exponit Tyrbo apud Archelaum ab Epiphanio citatum hæresi LXVI, n. 25, nimirum tenebras finibus suis egressas cum luce dimicasse, bonum patrem cum tenebras in ditione sua versari cognosceret, vim quamdam edidisse quæ vitæ mater appellata sit. Ab hac primum hominem productum ; deinde elementa quinque, ventum, lucem, aquam, ignem et materiam ; quibuscum armis adversus tenebras pugnaturus in inferiora processisset. Alium vivum spiritum, a bono patre ad succurrendum homini, vexationem a tenebris patienti, missum condidisse luminaria, rursumque terram octuplici specie. Materiam stirpes ex se procreasse, et hominem condidisse ad primi illius hominis exemplar, et huic animam illigavisse. Alia forte Manichæorum monumenta viderat Cyrillus, et alii qui cum ipso dicunt munilum in Manichæorum opinione non esse a Deo conditum. Ita diserte Athanas. epistola ad episcopos Ægypti et Libyæ, num. 16, pag. 285. Manes ipse cum Archelao disputans, num. 14, negat Deum esse hominis conditorem : corpus nostrum non Dei, sed materiæ esse asserebat, ex ipso Tyrbone apud Epiph., n. 28. Cum Manes materiam alienam Deo sentiret, universus autem mundus materia constet ; non immerito Manichæis imputatur quod mundum a malo productum dicerent ; cum præsertim materialem, ut vocant, et efficientem causam non distinguentes, materiæ utrumque tribuerent ex Aug., lib. XXI *contra Faust.*, cap. 4. Tamen Hieronymus *in Ephes.* I, v. 4, Manichæam numerat inter alias hæreses *quæ factorem et materiam ponunt.*

D

(4) Τὸν πονηρόν. In editis habebatur τὸ πονηρόν, et paulo post τὸ ἀγαθόν. Masculinum articulum in utroque loco postulabat et sensus ipse, et sequentium constructio ; eum idcirco reposuimus ex codd. Coisl., Ottob., Roe et Casaub., quamvis tres postremi τὸ πονηρόν habeant. Pro μή et quatuor præfatis codicibus scripsimus, μηδέν, et vocem Θεόν post ἀγαθόν adjecimus.

(5) Ἐκπέσῃ τις. Pronomen τις adjecimus ex codd. Roe et Casaub. In Coisl. habetur, ἐκπέσῃς.

ΙΔ'. Καὶ πάσης μὲν αἱρέσεως εὑρετὴς Σίμων ὁ Μάγος· Σίμων ὁ ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων, τὴν ἄπρατον τοῦ Πνεύματος χάριν ἀγοράσαι προσδοκήσας ἀργυρίῳ, καὶ ἀκούσας (1)· Οὐκ ἔστι σοι μερὶς οὐδὲ κλῆρος ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, καὶ τὰ ἑξῆς· περὶ οὗ γέγραπται· Ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν· εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν, μεμενήκεισαν ἂν μεθ' ἡμῶν. Οὗτος ἐωὶ τῆς Ῥώμης γενόμενος, μετὰ τὸ ὑπὸ τῶν ἀποστόλων ἀποβληθῆναι, καὶ Ἑλένην τινὰ πόρνην ἐπαγόμενος, δυσφήμῳ τῷ στόματι πρῶτος ἐτόλμησεν εἰπεῖν (2) ἑαυτὸν μέν εἶναι τὸν ἐπὶ ὄρους Σινᾶ ὡς Πατέρα φανέντα· παρὰ δὲ Ἰουδαίοις ὕστερον οὐκ ἐν σαρκὶ, ἀλλὰ δοκήσει ὡς Χριστὸν Ἰησοῦν φανέντα· καὶ μετὰ ταῦτα ὡς Πνεῦμα ἅγιον, τὸ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ὡς παράκλητον ἀποστέλλεσθαι ἐπαγγελθέν. Καί ἐπλάνησέ τε οὕτω τὴν Ῥωμαίων πόλιν, ὥστε Κλαύδιον ἀνδριάντα αὐτοῦ στῆσαι, ὑπογράψαντα τῇ Ῥωμαίων γλώττῃ, ΣΙΜΩΝΙ ΔΕΩ ΣΑΓΚΤΩ· ὅπερ ἑρμηνευόμενον δηλοῖ, Σίμωνι Θεῷ ἁγίῳ.

IE'. Παρατεινομένης δὲ τῆς πλάνης, ἀγαθῶν ξυνωρὶς διορθοῦται τὸ πταῖσμα, Πέτρος καὶ Παῦλος παραγενόμενοι, οἱ τῆς Ἐκκλησίας προστάται· καὶ

XIV. Ac omnis quidem hæreseos inventor Simon Magus fuit (3), ille, inquam, Simon qui in Actibus apostolorum [89], gratuitam et nullo pretio venalem Spiritus sancti gratiam, pecunia emere speravit, illudque audit: *Non est tibi pars neque sors in sermone isto*, et quæ sequuntur: de quo scriptum est: *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis; si enim fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum* [90]. Hic, postquam ab apostolis ejectus fuit, Romam **96** veniens et Helenam quamdam meretricem adjungens sibi; primus ore nefando se ipsum dicere ausus est, qui tanquam Pater in monte Sina visus esset (4): apud Judæos vero postea, non in carne, sed opinione ac specie, tanquam Jesus Christus apparuisset [91]; et post hæc ut Spiritus sanctus, quem Christus tanquam paracletum [seu consolatorem] mittendum promiserat. Ac Romanorum civitatem usque adeo decepit, ut Claudius ejus statuam erigeret (5) cum hac subscriptione litteris Latinis, SIMONI DEO SANCTO.

XV. Cum vero error se latius spargeret, vitium illud correxit egregium par virorum, Petrus et Paulus Ecclesiæ præsules (6), illuc appulsi [92]; Si-

[89] Act. VIII, 18-21. [90] Joan. II, 19. [91] *Vid. cat.* 16. *n.* 6. [92] *Vid cat.* 14, *n.* 26; *cat.* 17, *n.* 27, *et cat.* 11, *n.* 3.

(1) Καὶ ἀκούσας. Verbum ἀκούσας in editis transpositum post οὐκ ἔστι σοι, naturali sedi reddidimus, ex codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub., quanquam similium transpositionum in hoc opere non desunt exempla Paulo inferius verba Joannis, εἰ γὰρ ἦσαν, etc., quæ propter repetitionem vocis ἡμῶν in editis prætermissa remur, supplevimus ex Coisl., Ottob., Roe, Casaub.

(2) Εἰπεῖν. Eam vocem in editionibus an. 1640, et Oxon. prætermissam restituimus ex codd. Coisl., Ottob. et editionibus Morelii et Prevotii.

(3) *Omnis hæreseos inventor*, etc. Eodem modo Irenæus lib. I, cap. 23, n. 1: *Simon Samaritanus, ex quo universæ hæreses substiterunt*, ac cap. 22, n. 2, fons et radix omnium hæreticorum ab eo dicitur. Ea numerandi hæreses ratio apud omnes pene, qui hæreticorum catalogos texuere, valuit, Epiphanium Philastrium, Augustinum, Theodoretum Nullam Cyrillus rationem habuit ejus Thebutis, quem Hegesippus, Hierosolymitanæ Ecclesiæ scriptor apud Eusebium, l. IV *Hist. eccl.*, c. 22, primum hæreticorum ait Ecclesiam prius virginem appellatam erroribus infecisse. At revera Simon Magus hæreticorum omnium antiquissimus, ac subsecutis erroris semina præbuit.

(4) *Se ipsum dicere ausus est*, etc., *qui tanquam Pater in monte Sina visus esset*. Hæc non de monte Sina, sed de Samaria dixisse Simonem natrant Irenæus lib. I *Contra hæres.*, cap. 23, n. 1; Theodoretus lib. I *Hæret. fabul.*, cap. 1, pag. 192, ad quos accedit Epiphanius, hæres. XXI, n. 1. Consentit tamen Cyrillo Augustinus, lib. *De hæresibus*, sed locus ille in mss. prætermissus, a nostris in Augustiniana editione e textu est rejetus, uti spurium additamentum. Erratum sane in Simonis historia, in hoc Cyrilli et Augustini loco continetur; se enim Simon *sublimissimam virtutem, hoc est eum qui sit super omnia Pater esse aiebat*, ut Irenæi loco citato verbis utar. At Pater ille super omnia Simonis opinione longo intervallo sejunctus erat ab eo qui legem dederat: legem enim a sinistra quadam intelligentia datam asserebat, ex Epiph., hæres. XXI, n. 4. Et quinam se in Sina apparuisse diceret, qui legi et ejus auctori palam detrahebat; seque idcirco venisse aiebat, ut suos liberaret ab imperio angelorum mundi conditorum, qui cum prophetas diversi inspirassent, per hujus modi præcepta homines in servitutem redegerant? ex Irenæo lib. I, cap. 21, n. 3. Quod Simon se Spiritum sanctum esse diceret, contrarium est Epiphanio, id illum de Helena sua jactasse narranti hæresi XXI, n. 2. Id autem Cyrillus iterum repetit, cat. 16, n. 6, ejusque rei Irenæus auctor est. lib. I, cap. 23, n. 1, firmantquæ hæc Simonis verba ab Hieronymo relata in Matthæi cap. XXIV, 5: « Ego « sum sermo Dei, ego sum speciosus, ego Paracle« tus, ego omnipotens, ego omnia Dei.

(5) « Claudius ei statuam erigeret. » Quæ de Simonis statua narrantur, a Justino martyre, apolog. 2, pag. 69 et 91, accepta, post ipsum referunt Irenæus, lib. I, cap. 23, n. 1; Tertullianus, *Apolog.*, cap. 13; Eusebius, lib. II, *Hist.*, cap. 13 et 14, ut Theodoretur et Augustinum omittam. Non defuere qui Justinum martyrem, seu linguæ Latinæ imperitia, seu nominis similitudine deceptum dixerint, dum Simoni Mago erectam censuit statuam, quæ potius Simoni Sango, sive Sanco Deo, qui Sabinorum lingua Hercules esse dicitur, consecrata erat. Incredibile non est statuam Romæ Simoni Mago erectam; vix credibile, Justinum rem sibi non satis perspectam, cum gravissimo suæ existimationis et causæ quam agebat periculo, publicæ Christianorum apologiæ inseruisse, et apud omnes Patres falsum ita facile fidem invenisse.

Petrus et Paulus Ecclesiæ præsules, etc. Paulum hic adjungit Petro in Ecclesiæ principatu, quem Petro soli aliis locis tribuere solet, ut cat. 2, n. 19; cat. 11, n. 3, quo loci vocatur supremus Ecclesiæ præco, τῆς Ἐκκλησίας κπρυφαῖος κῆρυξ, cat. 17, n. 27; cat. 14, n. 20. Quod vero de Simonis ad preces apostolorum casu subjicitur, id gravissimo quamvis permultorum etiam antiquorum Ecclesiæ auctorum testimonio confirmetur, fidem tamen apud multos recentiores non invenit, tum propter Justini, Irenæi, Tertulliani, Eusebii Cæsariensis silentium, et primam historiæ fidem ex pseudepigraphis petitam; tum propter variantes, apud eos qui factum

monemque, illum videlicet opinione deum, superbe se ostentantem subita morte perculerunt. Nam cum pollicitus esset Simon se sublimem in cœlos elatum iri, ac dæmonum vehiculo sublatus per aera ferretur; genibus provoluti servi Dei, concordiamque illam demonstrantes, de qua Jesus dixerat: « Si duo « ex vobis concordarint, de omni re quamcunque « petierint, fiet eis [93]: » concordiæ telo per precationem adversus Magum immisso, præcipitem ad terram dejecerunt. Neque tibi res illa mira videatur, tametsi alioqui admiranda: Petrus namque erat, is qui cœli claves circumferebat [94]. Nihil quoque miri: Paulus enim erat, is qui in tertium cœlum atque in paradisum raptus erat, audieratque arcana verba quæ non licet homini loqui [95]. Ex sublimi aere illum existimatum deum ad terram dejecerunt, ad subterranea deprimendum. Hic primus malitiæ draco. Uno autem abscisso capite, multiceps denuo pravitatis deprehensa est radix.

XVI. Ecclesiam enim devastavit Cerinthus, **97** et Menander, et Carpocrates, Ebionæi, et Marcion (1), os illud impietatis in Deum [96]. Qui enim deos diversos prædicat, unum bonum, et alterum justum, contradicit Filio aienti: *Pater juste* [97]. Rursus, qui alium dicit Patrem, aliumque opificem mundi, repugnat Filio dicenti: « Si autem fenum « agri, quod hodie est, et cras in clibanum ignis mitti- « tur, Deus sic vestit [98]; *et*, Qui solem suum oriri fa- « cit super malos et bonos, et pluit super justos et « injustos [99]. » Hic rursum alterius improbitatis inventor secundo Marcion fuit. Qui cum ex allegatis in

[93] Matth. XVIII, 19. [94] Matth. XVI, 19. [95] II Cor. XII, 2-4. [96] *Vid. cat.* 4, *n.* 4. [97] Joan. XVII, 25. [98] Luc. XII, 28. [99] Matth. V, 45.

A ἐπιδεικτιῶντα τὸν νομιζόμενον θεὸν Σίμωνα, νεκρὸν εὐθὺς ἀπέδειξαν. Ἐπαγγελλομένου γὰρ τοῦ Σίμωνος μετεωρίζεσθαι εἰς τοὺς οὐρανούς, καὶ ἐπ' ὀχήματος δαιμόνων ἐπ' ἀέρος φερομένου, γόνυ κλίναντες οἱ τοῦ Θεοῦ δοῦλοι, καὶ τὴν συμφωνίαν ἐνδειξάμενοι, ἣν εἶπεν ὁ Ἰησοῦς, ὅτι Ἐὰν δύο ἐξ ὑμῶν συμφωνήσωσι, περὶ παντὸς πράγματος οὗ ἐὰν αἰτήσωνται, γενήσεται αὐτοῖς· τὸ τῆς ὁμονοίας βέλος διὰ τῆς προσευχῆς πέμψαντες κατὰ τοῦ Μάγου, κατέβαλον αὐτὸν εἰς τὴν γῆν. Καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν, καίπερ ὂν θαυμαστόν· Πέτρος γὰρ ἦν, ὁ τὰς κλεῖς τῶν οὐρανῶν περιφέρων. Καὶ οὐ θαύματος ἄξιον· Παῦλος γὰρ ἦν, ὁ εἰς τρίτον οὐρανὸν ἁρπαγεὶς καὶ εἰς παρά-

B δεισον, καὶ ἀκούσας ἄρρητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι. Οἳ καὶ ἐξ ἀέρος ἐπὶ γῆν κατήγαγον τὸν νομιζόμενον θεὸν, μέλλοντα εἰς τὰ καταχθόνια κατάγεσθαι. Οὗτος πρῶτος ὁ τῆς κακίας δράκων· μιᾶς δὲ ἐκκοπείσης κεφαλῆς, πολυκέφαλος ηὑρέθη (2) πάλιν ἡ τῆς κακίας ῥίζα.

Ιζ'. Κήρινθος γὰρ τὴν Ἐκκλησίαν ἐλυμήνατο (3), καὶ Μένανδρος, καὶ Καρποκράτης· Ἐβιωναῖοί τε, καὶ Μαρκίων, τὸ τῆς ἀθεότητος στόμα. Ὁ γὰρ θεοὺς διαφόρους ἀναγορεύσας, ἄλλον τὸν ἀγαθὸν καὶ ἄλλον τὸν δίκαιον ἀντιφθέγγεται τῷ Υἱῷ λέγοντι· Πάτερ δίκαιε. Καὶ ὁ λέγων (4) πάλιν ἄλλον τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον τὸν ποιητὴν τοῦ κόσμου, ἐναντιοῦται τῷ Υἱῷ λέγοντι· Εἰ δὲ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ σήμερον ὄντα, καὶ αὔριον εἰς κλίβανον πυρὸς βαλλόμενον, ὁ Θεὸς οὕτως ἀμφιέννυσι· καὶ, Ὅστις τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς (5) καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους.

C bris *contra Marcionem* editis; Epiph., hæres. XLII; Theodoretus, lib. I *Hæret. fabul.*, cap. 24; Philastrius, hæres. XVII secundæ classis. Marcionem porro accusat Cyrillus cat. 16, num. 4 et 7, quod non duos duntaxat, sed tres deos prædicaret; qua de re suo loco dicemus. Mitiorem vero hic Marcioni hæresim ascribit de utroque Deo, bono uno, altero justo. Hæc Cerdonis, qui Marcioni magister fuit, propria hæresis erat, ex Irenæo, lib. I, cap. 27, n. 1; Tertull., Append., cap. 51: at deterior magistro discipulus fuit, qui eum quem Cerdon justum tantum appellaverat, majore impudentia malorum auctorem dicere veritus non est, ex Irenæo, lib. I, cap. 27, n. 2.

(2) Ηὑρέθη. Sic correximus ex cod. Ottob. Editi, εὑρέθη.

(3) Ἐλυμήνατο. Sic maluimus legere cum codd. Coisl., Roe, Casaub., Ottob. quam ἐλυμαίνετο cum editis. De Cerintho videndus Irenæus, lib. I, c. 26,

D n. 1; Epiphanius, hæresi XXVIII; Theodoretus. *Hær. fab.* lib. II, c. 3, etc. Vocem καὶ Μένανδρος addidimus ex iisdem codd. et versione Grodecii. Loco Ἐβιωναῖοι, iidem, exceptis Coisl. et Ottob. habent Ἐβίων.

(4) Ὁ λέγων. Eas voces adjecimus ex codd. Roe, Casaub. et Grod.; similiter articulum τόν ante ποιητήν ex præfatis codicibus. Nota vocem πυρός post κλίβανον, præter sacrum textum hic adjectam, prætermitti in codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub. et Grod.

(5) Πονηροὺς καὶ ἀγαθούς. Horum verborum ordinem restitui, ut legitur in cod. Coisl., Roe, Casaub. et evangelico textu Græco; et habetur infra

retulere, historiæ circumstantias. Nam alii Petrum et Paulum simul eam victoriam reportasse commemorant, ut Cyrillus noster, Sulpitius Severus, lib. II *Hist. sacræ*, Maximus Taurinensis, nom. 3, *De SS. apostolis*, auctor sermonis 202, in Appendice Augustin., tom. V, n. 2, etc. Alii solius Petri meminere, ut *Constit. apostol.* lib. VI, cap. 9, Arnobius, lib. II, p. 50; Philastrius, hæresi 1, secundæ classis: Ambrosius, lib. IV *Hexaem.*, cap. 8, n. 33, Augutinus, hæresi 1, etc. Alii precibus solis hunc triumphum acceptum referunt, ita Cyrillus et Arnobius; alii precibus jejunium adjungunt, ut ii quorum opinionem refert Augustinus, epist. 36, n. 21; Cassianus. *De institutis cœnobiorum*, lib. III, cap. 10, etc. Alii Simonem crura fregisse, alii toto corpore confractum asseverant. Sed hæc varietates tanti non sunt, ut historiæ, si aliunde certis monumentis firmaretur, fidem labefactare possent. Vide Cotelerium in notis ad *Constitut. apostolor.* lib. VI, c. 9.

(1) *Menander*, etc. De Menandro Irenæus agit lib. I, cap. 23, num. 5; Tertull., Append. *Præscript.*, cap. 26; Epiphanius, hæres. XXII; Philastrius, hæres. II secundæ classis; Theodoret. lib. I *Hæret. fab.*, cap. 2. De Carpocrate Irenæus, lib. I, cap. 25; Tertull., Append. cap. 48; Epiphanius, hæres XXVII; Philastrius, hæresi VII secundæ classis; Theodoretus, lib. I *Hæret fabul.*, cap. 5. De Ebionæis Irenæus lib. I, cap 26, n. 2; Tertull., Append., cap. 48; Epiphanius, hæresi XXX; Philastrius, hæres. XI secundæ classis; Theodoret. lib. II, cap. 1; Eusebius, lib. III, *Hist. ecclesiast.*, cap. 27. De Marcione Irenæus, lib. I, cap. 27, num. 2: Tertullianus, li-

Οὗτος πάλιν (1) ἄλλης κακίας εὑρετὴς δευτέρως, ὁ Μαρκίων. Ὑπὸ γὰρ τῶν κειμένων ἀπὸ τῆς Παλαιᾶς ἐν τῇ Καινῇ Διαθήκῃ μαρτυριῶν ἐλεγχόμενος, πρῶτος ἐτόλμησεν ἐκκόψαι τὰς μαρτυρίας, καὶ ἀμάρτυρον ἀφεῖναι τὸν καταγγελλόμενον λόγον τῆς πίστεως, καταλείψας τὸν Θεόν (2)· καὶ ὡς κηρύκων μὴ ὄντων, σαθρὰν ἠθέλησε ποιήσασθαι τῆς Ἐκκλησίας τὴν πίστιν.

A Novo Testamento Veteris testimoniis coargueretur, primus ausus est ea testimonia resecare [1]; atque ita annuntiatum fidei sermonem testimonio despoliare derelicto prius Deo; et quasi sublatis præconibus, infirmam atque caducam voluit Ecclesiæ fidem efficere.

ΙΖ'. Διεδέξατο τοῦτον πάλιν ἄλλος, Βασιλείδης, δυσώνυμος, δεινότατος τὸν τρόπον (3), ἀσελγείας καταγγέλλων. Ἐπηγωνίσατο τῇ κακίᾳ καὶ ὁ Οὐαλεντῖνος (4), τριάκοντα θεῶν καταγγελεύς. Ἕλληνες ὀλίγους λέγουσιν· καὶ ὁ ὀνομαζόμενος, μᾶλλον δὲ οὐκ ὢν Χριστιανός, εἰς τριάκοντα ὅλους ἐξέτεινε τὴν πλάνην Καί φησιν, ὅτι ὁ Βυθὸς (πρέπει γὰρ αὐτῷ ὄντι βυθῷ τῆς κακίας, ἐκ βυθοῦ τῆς διδασκαλίας ἀρχεσθαι) ἐγέννησε Σιγήν, καὶ ἀπὸ τῆς Σιγῆς ἐτεκνο

B

XVII. Hunc alius iterum excepit [2], Basilides, inauspicati nominis, moribus vaferrimus, impudicitiæ præco (5). Accessit alius malitiæ adjutor Valentinus, triginta deorum assertor. Gentiles pauciores numerant: hic vero qui dicebatur, seu potius non erat Christianus, errorem usque ad triginta provexit. Ejusque sententia est, quod Bythus [seu profunditas] (decebat vero eum qui malitiæ profundum **98** erat, ut a profundo initium doctri-

[1] *Vid. cat.* 16, *n.* 7. [2] *Vid. sup. n.* 12.

hujus cat. n. 34, tametsi aliter in quibusd. mss. legatur. In editis et Grod. habetur ἀγαθούς ante πονηρούς, quomodo vulgatus Evangeliorum interpres videtur legisse. Porro hunc eumdem locum inferius citans Cyrillus, verba utriusque membri commutat legens ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει, ante ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, et βρέχει, ante ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς.

(1) Οὗτος πάλιν, etc. Inter duo hæc verba interpositam particulam γάρ erasimus, ex codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub., Grod.; item et alterum γάρ post δευτέρως positum: ac sublato puncto, inter εὑρετής et δευτέρως inserto, eas voces conjunximus quæ velut parenthesi separatæ erant, scripsimusque δευτέρως loco δεύτερος ex conjectura. Quid enim significat εὑρετὴς δεύτερος, *secundus inventor*? cum in his ipsis verbis pugna sit; atque aliunde dicat Cyrillus Marcionem primum ausum esse id de quo nunc queritur; nisi δεύτερος idem valet hic ac δευτέρας, quod forte legendum sit. Vox quoque δευτέρως aut δεύτερος significare potest idem ac *posterius* aut *posterior tempore*. Nam revera Marcion cum hæreticis supra dictis, tum Cerdone magistro boni ac justi Dei inventore posterior fuit.

(2) Καταλείψας τὸν Θεόν. Prætermittuntur hæc verba in codd. Roe et Casaub.

(3) Δεινότατος τὸν τρόπον, etc. In cod. Ottob. voces τὸν τρόπον post καταγγέλλων penuntur. Idque secutus est Grod.; quamobrem ita forte legendum, δεινότατος, τὸν τρόπον ἀσελ. κατ., *vaferrimus, impudicitiæ modum annuntians*. Hanc legendi rationem excludunt codd. Roe et Casaub., in quibus legitur post τρόπον, ὃς ἀσελγείας καταγγέλλων.

(4) Καὶ ὁ Οὐαλεντῖνος. Conjunctionem καί addidimus ex codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub., Grod., articulum vero ex Coisl. Quod Valentinum dicit triginta deorum præconem, idem aiunt Tertullianus *adversus Valentinianos*, cap. 8; Epiphanius, *hæres.* XXXI, n. 2; Ambrosius, *epist.* 40, n. 16, cujus hæc est similis Cyrillianæ sententia: *Licet gentiles duodecim deos appellent; isti* (Valentiniani) *triginta et duos Æonas colunt quos appellant deos*. Uterque gentilium deos XII, quos majorum gentium appellant, intellexisse æstimandus est; cum Romanorum et Græcorum dii tricenarium numerum longe excederent. Plures autem Valentiniani quam triginta Æones in Pleromate numerabant: addebant enim alios quatuor, Christum et Spiritum sanctum, Jesum et Horon. Sed eos solos hic recenset Cyrillus, quos ex prima prolatione ortos aiebant: quorum historiam absolvit Irenæus, lib. I, cap. 1, n. 1, 2 et 3.

Dubium vero est num Valentiniani tot distinctas personas, quot Æonas fingerent: nam in prima saltem ogdoade, Æonas feminas a masculis tantum velut affectionem ac proprietatem a re subjecta distinxisse videntur. Cum tamen conjugii nomina diversas conjugum personas primo conspectu menti substituant; nulla Valentinianis fiebat injuria, cum triginta deorum ipsis doctrina tribuebatur. Notandum porro Cyrillum in sequentibus communem Valentinianorum hypothesim recensere, in qua multa peccat, ut dicemus; non singularem et propriam Valentini, quam commemorat Irenæus lib. I, cap. 11, n. 1, nonnihil diversam a communi quam describit idem cap. 1 et seq.

(5) *Hunc alius iterum excepit, Basilides*, etc. De hoc plura Irenæus lib. I, cap. 24, num. 3; Tertull. Append. *Præscript.* cap. 46; Epiphan., hæres. XXIV; Philastrius, hæres. IV secundæ clas. Quod eum Marcioni successisse ait Cyrillus, nihil aliud forte significat, nisi præter Marcionem, etiam Basilidem Ecclesiæ exitiosum fuisse. Nam si Basilidem Marcione posteriorem facit, parum accurate temporum rationem secutus fuerit. Tametsi enim Clemens Alexandrinus, *Stromatum* lib. VII, pag. 764, Basilidem, Valentinum et Marcionem eadem ætate viguisse Marcionemque cum iis, quasi senem cum junioribus vixisse commemoret; ac Philastrius *hæresi* XVII secundæ class. dicat Marcionem devictum atque fugatum a B. Joanne evangelista ac presbyteris de civitate Ephesi Romam hæresim seminaturum venisse; id ad sublevandum Cyrilli errorem utcunque valeret: haud tamen ut Basilidem Marcione juniorem credamus, persuadet, contra induritata alia historiæ monumenta, quæ, ut in re aperta, nihil hoc loco inculcare necesse est. Quod autem moribus vaferrimus a Cyrillo dicitur Basilides, δεινότατον τὸν τρόπον, significat meo judicio artificiosum hominem, fallendi ac seducendi, eosque quos sibi adjunxerat retinendi, peritissimum. Ad hoc maxime comparata erat ejus disciplina. Nam Irenæo teste, lib. I, cap. 24, n. 5 et 6 magia, imaginibus, incantationibus ipse cum suis utebatur. Erudiebat eos, ut omnes notos haberent, ipsi laterent omnibus: etiam perjurio et Christiani nominis abnegatione, cum oporteret, adhibitis Ex Philastrio. *hæresi* IV secundæ classis, omnibus male vivendi et vitiis sæcularibus inhærendi licentiam dabat; ineptum esse dicens et stultum martyrium pati, etc. Ex Clem. Alex., lib. III *Strom.* init., propter insitam et naturalem sequacium suorum perfectionem, nihil eos e quibusvis peccatis vitii contrahere aiebat.

næ suspenderet), Bythus, inquam, genuerit Sigen (1) [sive silentium]; et ex Sige procreaverit Logon [seu Verbum]. Deterior ille Jove gentilium, qui cum sorore mistus est; nam Sige Bythi filia dicebatur. Vides absurditatem specie Christianismi obductam? Parumper exspecta, et impietatem odio prosequere; ait enim octo Æonas [sive sæcula] ex eo genitos esse; exque illis decem; et ex illis alios duodecim, masculos et feminas. Undenam vero horum approbatio? nugacitatem ex argumentis considera. Undenam Æonum triginta demonstrationem petis? Quia scriptum est, inquiunt, quod baptizatus est *Jesus cum esset annorum triginta* [3]. Quodnam autem illud ex triginta annis argumentum, etiamsi verum sit quod tricesimo anno baptizatus est? Igitur et quia quinque panes in quinque millia hominum fregit [4], idcirco et quinque dii erunt? aut quia duodecim discipulos habuit, duodecim quoque dii esse debuerunt?

XVIII. Sed hæc adhuc parva, si cum cæteris ejus impietatibus conferantur. Ait enim postremam inter deos, quæ, ut dicere non veretur, masculo-

πoίει λόγον (2). Τοῦ παρ' Ἕλλησιν Διὸς οὗτος χείρων, τοῦ τῇ ἀδελφῇ μιγνυμένου· τέκνον γὰρ εἶναι τοῦ Βυθοῦ ἐλέγετο ἡ Σιγή. Βλέπεις ἀτοπίαν σχήματι Χριστιανισμοῦ περιβεβλημένην; Μεῖνον βραχὺ, καὶ μισήσεις τὴν ἀσέβειαν· φησὶ γὰρ ὀκτὼ Αἰῶνας ἐκ τούτου γεγενῆσθαι (3)· καὶ ἐξ ἐκείνων, δέκα· καὶ ἐξ ἐκείνων, ἄλλους (4) δώδεκα, ἄρσενας καὶ θηλείας. Καὶ πόθεν ἡ σύστασις τούτων; βλέπε τὴν ληρῳδίαν ἐκ τῶν κατασκευασμάτων. Πόθεν ἔχεις τὴν ἀπόδειξιν τῶν τριάκοντα Αἰώνων; Ἐπειδὴ, φησὶν (5), γέγραπται, ὅτι ἐβαπτίσθη ὁ Ἰησοῦς τριάκοντα ἐτῶν ὤν. Καὶ ποία αὕτη ἀπόδειξις ἐκ τῶν τριάκοντα ἐτῶν, εἰ καὶ τριάκοντα ἐτῶν ἐβαπτίσθη; ἆρα οὖν ἐπειδὴ καὶ πέντε ἄρτους ἔκλασεν εἰς πεντακισχιλίους, πέντε εἰσὶ θεοί; ἢ ἐπειδὴ δώδεκα ἔσχεν μαθητὰς, δώδεκα ὤφειλαν εἶναι καὶ θεοί (6);

ΙΗ'. Καὶ τοῦτο ἔτι μικρὸν πρὸς τὰ λοιπὰ τῆς ἀσεβείας. Φησὶ γὰρ, ὅτι ἡ τελευταία τῶν θεῶν ἀρσενόθηλυς οὖσα, ὡς τολμᾷ λέγειν, αὕτη ἐστὶν ἡ Σοφία.

Luc. III, 23. [4] Matth. XIV, 19-21.

(1) *Bythus genuerit Sigen.* Sigen Bythi filiam paulo post adhuc repetit. Verum Irenæus lib. I, cap. et n. 1, Valentinianorum somnia referens. Sigen ait non ex Bytho genitam, sed tanquam ipsius cogitationem infinitis temporum sæculis ipsi coexstitisse, ἐν ἀπείροις αἰῶσι χρόνων συνυπάρχειν αὐτῷ καὶ ἔννοιαν, ἣν δὲ καὶ Χάριν καὶ Σιγὴν ὀνομάζουσι. Fucum, credo, Cyrillo fecit Simonis Ennœa Helena, unde ista Valentini informata est; quam primam omnium ab illo factam dicebant Simoniani, apud Justin. apolog. 2, pag. 69. n. 34, τὴν ὑπ' αὐτοῦ ἔννοιαν πρώτην γενομένην. Vel, cum a mente quodammodo prodeat et generetur cogitatio, eoque modo filius e patre nascatur, licuit Cyrillo Sigen, cogitationem Bythi, ab ipso genitam existimare.

(2) Λόγον. Ita nos ex codd. Coisl., Roe, Casaub., Grod., cum in editis haberetur λόγου, quod emendandum esse conjecerant pridem Cotelerius, Grabius, Massuetius. At Prevotius cum in Vatic. codd. legisset, λόγου, ad vitiosam hanc scripturam, bonam Grodecii versionem immutavit; eque Verbo Valentini Jovem gentilium ridicule fecit: cum id unum velit Cyrillus, Bythum Valentini qui ex filia sua Sige liberos procreavit, Jove deteriorem esse, quem eamdem uxorem et sororem suam habuisse Junonem ferunt. In quo ignoravit, vel non attendit, Græcorum fabulis Jovem etiam proprias filias, uti Proserpinam, Venerem, etc., constuprasse. Aliqui verbum Λόγον e Cyrilli textu auferendum censent; eo quo ex Bytho et Sige non Verbum, sed Nous sive Monogenes, Valentinianorum opinione genitus sit; Verbum autem ex No et Veritate, apud Iren. lib. I, cap. et n. 1. Id Cyrillo ignotum fuisse probabile non est; nam prætermisso No triginta Æonum numerus non constaret. Facile Cyrillum fefellere cognata Monogenis ac Verbi vocabula, quæ uni Christo convenientia Valentiniani in duas personas impie distraxere; sic etiam inferius, n. 18, Sapientiam et Achamot, et n. 19, Jesum et Christum, quæ Valentinianis separatæ res erant, confundit. Vel fraudem fecit illi vetus Gnosticorum opinio, quam sanctus Ignatius, *Epist. ad Magn.*, n. 8, respexisse dicitur, dum negat Verbum Christum a Sige vel silentio procedere. Paucis post lineis, loco Σιωπή scripsimus Σιγή ex codd. Coisl., Roe, Casaub., Ottob.; nam Æonem suum Valentiniani hoc secundo semper, nunquam priore vocabulo compellabant.

(3) Γεγενῆσθαι. Ita constanter mss. cum legendum videretur, γεγεννῆσθαι. Cat. 12, n. 3, bis scribit, γεγενῆσθαι pro γεγεννῆσθαι, et alibi observavimus vocabula γίνομαι et γεννῶμαι Cyrillo synonyma esse. Dum porro octo Æonas ex Bytho genitos refert, ex eorum numero excipiendus est Bythus ipse, octo priorum Æonum primus; deinde Sigen, ut dixi nota 1, non genuit. Præterea soli Nous et Veritas e Bytho immediate geniti. Nam hi Verbum et Vitam procreavere; e quibus Homo et Ecclesia. Hi octo primi Æones, Iren., lib. I, cap. et n. 1.

(4) Ἄλλους. Hanc vocem addidi ex Ottob. et Grod. Hic quoque fallitur Cyrillus, si ex octo Æonibus decem sequentes, et ex illis decem, alios duodecim prognatos memorat. Nam ex quinto et sexto Æone Verbo et Vita, postquam Hominem et Ecclesiam gennissent, illi decem producti: et ex Homine et Ecclesia duodecim sati, quorum postremus est Sapientia, tricesimo post omnes loco: ex Iren., lib. I, cap. 1, n. 2, quorum nomina ibi videre licet.

(5) Ἐπειδὴ, φησίν. Verbum φησίν, a nobis adjectum ex codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub. et Grod. Paulo post, ante τριάκοντα additur particula ὡς ex Evangelio in codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub.; sed infra Cyrill. repetit sine ὡς eadem verba εἰ καὶ τριάκοντα ἐτῶν. Ante ἀπόδειξις posuimus, αὕτη, ex Ottob., Colb., Bodl., Roe, et Casaub., quanquam ambo postremi ferant, αὐτῆς. Insulsum hoc de Æonum numero ex annis Christi argumentum refert et explodit Iren. lib. I, cap. 1, n. 2, et lib. II, cap. 22, al. 38.

(6) Ὤφειλαν εἶναι καὶ θεοί. Loco ὤφειλαν, scribitur in Coisl., Ottob., Roe et Casaub., ὤφειλον. Pro εἶναι καί, quod ex citatis codicibus posuimus, in editis habetur tantum μόνοι. Ante θεοί, ponitur in Ottob. articulus οἱ.

Ὦ τῆς ἀθεότητος ! Χριστὸς (1) γὰρ Θεοῦ σοφία, μονογενὴς Υἱὸς· κἀκεῖνος εἰς θῆλυ, καὶ τριακοστὸν στοιχεῖον, καὶ ἔσχατον κατασκεύασμα, κατήνεγκε τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ τὴν σοφίαν. Καί φησιν, ὅτι ἐπεχείρησεν ἡ Σοφία τὸν πρῶτον Θεὸν ἰδεῖν· καὶ μὴ φέρουσα τὰς μαρμαρυγὰς, ἐξέπεσε τῶν οὐρανῶν, καὶ ἀπεβλήθη τοῦ τριακοστοῦ ἀριθμοῦ· εἶτα στένουσα, ἐκ τῶν στεναγμάτων ἐγέννα τὸν διάβολον· καὶ ὅτι δακρύσασα τὴν ἀπόπτωσιν, τὴν θάλασσαν ὑπεστήσατο. Βλέπεις τὴν ἀσέβειαν ; πῶς γὰρ ἐκ σοφίας διάβολος γεννᾶται, καὶ ἀπὸ συνέσεως ἡ κακία, ἢ ἀπὸ φωτὸς σκότος ; Καί φησιν, ὅτι ὁ διάβολος ἐγέννησεν ἄλλους, ἐξ ὧν τινες (2) κατεσκεύασαν τὸν κόσμον· καὶ ὅτι ὁ Χριστὸς κατῆλθεν, ἐπὶ τὸ ἀποστῆσαι τοὺς ἀνθρώπους τοῦ κοσμοποιοῦ.

A femina est, ipsam esse Sapientiam (4). O impietatem ! Christus enim est Dei sapientia [6], unigenitus Filius. At ille ad femineam conditionem, et ad tricesimi elementi, postremique opificii locum, Dei sapientiam suo sermone dejecit : subjungitque Sapientiam, primum **99** Deum intueri conatam, cum vim fulgoris ferre non possent, cecidisse de cœlis, deque tricesimo numero abjectam esse : deinde ingenuisse, suisque gemitibus diabolum procreasse (5) ; casumque suum deflendo ex lacrymis mare effecisse. Vides impietatem ? quo enim modo ex sapientia diabolus generatur ; et de prudentia malitia, aut de lumine tenebræ ? Addit diabolum alios genuisse, ex quibus nonnulli mundum sint fabricati ; Christumque descendisse, ut homines a mundi auctore avocaret.

Ιθ'. Ἄκουε δὲ τίνα λέγουσιν εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν (3), ἵνα ἔτι μειζόνως αὐτοὺς μισήσῃς. Διδά-

B XIX. Audi vero quem Jesum Christum esse dicant, ut eos majore odio prosequare. Docent enim,

[6] I Cor. I, 24.

(1) Χριστός Ita scripsimus ex cod. Coisl. et Grod. Male in edits, Χριστοῦ. In eadem phrasi, loco τῷ λόγῳ Coisl. habet τὸν λόγον, nec male. Paulo post, pro ἐχείρησεν, restituimus, ἐπεχείρησεν, ex Coisl., Ottob., Roe, Casaub.

(2) Ἐξ ὧν τινες. Horum verborum loco legitur in codd. Coisl., Colb., Bodl. et in ed. Morelii, οἵτινες· quarum lectionum ea differentia est, ut secundum primam Valentini opinio fuerit, quosdam tantum ex eis qui a diabolo geniti sint, mundum condidisse ; secundum alteram, omnes. Quam secutus sit Cyrillus incertum, cum neutra veram, quantum ex antiquis monumentis patet, hæresiardhæ hujus sententiam contineat. Valentiniani enim ex perturbationibus Achamothæ mundum omnem aspectabilem ortum aiebant Demiurgum, qui alius ipsorum sententia a Cosmocratore et diabolo erat, ex Achamothæ conversione de animali substantia formatum, omnia informasse et condidisse, producente ac duce Achamotha ; ibid, cap. 5, n. 1, 2, 3, et 4. Quemadmodum autem Cyrillus, Valentini systema narrat vel Augustinus, vel ejus interpolator, cujus hæc verba a nostris e textu relegata, *hæres.* IX : *De tricesimo sæculo dicit diabolum genitum ; et a diabolo alios natos qui fecerint hunc mundum ;* nihil istis simile reperio, nisi in Basilidis sententia, qui aiebat ab innato Patre per intermedios Æonas natas esse Dynamin et Sophiam ; atque ex istis virtutes et principes et angelos qui primum cœlum condidere : ab istis alios angelos factos, qui cœlos alios produxerint : et tandem angelos postremi cœli habitatores, ab illis modo memoratis angelis factos, omnia quæ in mundo sunt constituisse. Ex Irenæo, lib. I, cap. 24, n. 3.

(3) Ἰησοῦν. Deest ea vox in codd. Roe, Casaub. et Grod ; ac paucis post lineis, dum Valentinianorum explicat sententiam de Christi origine, Christum solum, omisso Jesu, nominat Cyrillus. Verum quæ hic narrat, Valentiniani non de Christo sed de Jesu, nam utrumque distinxere, dicebant : Christumque cum Spiritu sancto post triginta Æonas omnes, a monogene sive No productos narrabant, muniendi fulciendique Pleromatis causa ; ne quis Æonum simile quoddam periculum incurreret, in quo Sapientia offenderat : Iren. lib. I. cap. 2 n. 5. Jesum vero, non ad tricesimum locum, qui deficiente Sapientia vacuus esset, ut ait Cyrilus ; sed in laudem et gratiarum actionem de restituta vel confirmata Sapientia, eruditisque Æonibus, ex ipsorum omnium symbolis conflatum dicebant, ibid., n. 6. Alia autem de Christo Jesu qui nos per incarnationem redemit, ejusdemque ex quatuor rebus compositione tradebant, cap 6, n. 1, et cap. 7, n. 2.

(4) *Postremam inter deos, quæ ut dicere non veretur, masculo-femina est, ipsam esse Sapientiam.* Hic quoque nonnulla peccat Cyrillus. 1° Masculo-feminam facit Sapientiam. At Valentiniani nonnisi quatuor, seu octo priores Æonas masculos-feminas faciebant, Iren., lib. I, cap. et n. 1, Sophiam vero seu Sapientiam, feminam et feminæ naturæ constanter aiebant apud Irenæum, sive lib. I, cap. 1, n. 2, cum, sicut cæteros Æonas feminas decanis et duodecanis suo masculo compari, ita Sophiam Theleto conjugabant : sive lib. I, cap. 2, n 3, quo loci C aiunt ipsam peperisse substantiam informem, ejusdem cujus ipsa erat naturæ, feminam, οἵαν φύσιν εἶχε θήλειαν τεκεῖν. Quamobrem lib. II, cap. 12, n. 3, Valentinianos reprehendit Irenæus, quod suis ipsi principiis repugnantes Sophiam feminam sine sui comparis Theleri complexu prolem peperisse vellent. Ac Cyrillus ipse feminam eam fuisse supponit, cum queritur quod Sapientiam femineam naturam dejecerint. Illud forte in errorem de eadem masculo femina conjecit Cyrillum, quod Sethiani vel Ophitæ Sophiam masculo-feminam dicerent, Iren , lib. I, cap. 30, n. 3, vel quod ipsi Valentiniani Sophiam Enthymesis suæ filiæ patrem appellaverint, ibidem, cap. 4, n. 1 : Ὁ γὰρ πατὴρ αὐτῆς Σοφία καλεῖζεται. Cum Cyrillus Sapientiam in tricesimum elementum depressam queritur, alludit forte ad Marci hæretici hypothesim, qui Æonas singulos elementorum seu litterarum Græcarum nominibus designabat, apud Irenæum, lib. 1, cap. 14 ; sed eo- D rum prorsus a Valentinianis diversa hypothesis erat. 2° In eo quod de casu Sophiæ et ejus productionibus narrat, Sapientiam cum filia ejus Enthymesi sive Achamoth (quæ ipsa Sapientia appellabatur, Iren., lib. I, cap. 4, n. 1, et cap. 5, n. 3) confundit. Nam Sapientiam, Deum primum casso impetu videre conatam non ex cœlis sive Pleromate rejectam aiebant ; sed cum proxime esset ut resolveretur, ab Horo seu Termino repressam et suffultam, suam cogitationem seu Achamoth extra Pleroma rejecisse ipsam vero in eo remansisse docebant. Irenæus, lib. I, cap. 2, n. 2 et 4.

(5) *Suis gemitibus diabolum procreasse.* Sapientiæ tribuit auctor, quod Enthymesi ejus sive Achamoth ascribebant Valentiniani ; nam ex tristitia ejus diabolum ortum duxisse docebant, quem appellabant Cosmocratorem , eumque etiam Demiurgi

postquam Sapientia excidisset, ne numerus triginta imperfectus remaneret, virgini novem Æonas, singulis minimum quidpiam conferentibus, ita Christum fabricatos esse ; eumque rursus masculofeminam esse. Estne quidquam istis impium magis ? est quidquam deploratius ? Ego tibi errorem expono, ut majus in eos odium concipias. Fuge igitur impietatem : neque hujusmodi vero salutem optes [6], ne infructuosis tenebrarum operibus communices [7] : neque curiosius anquiras, neque cum illis sermonem miscere velis.

XX. Et omnes quidem hæreticos oderis ; potissimum vero eum (1) qui a mania et furore nomen habet : qui non ita pridem sub Probo imperatore initium habuit (2) ; nam ante annos omnino septuaginta error ille prodivit : et huc **100** usque supersunt homines qui eum suis oculis viderunt. Sed non illum, quia paulo ante fuit, idcirco adversare, sed propter impia dogmata oderis malitiæ effectorem, omnis immunditiæ receptaculum, qui omnium hæreseon in se uno cœnum expressit (3).

[6] *Vid. inf.* n. 33 ; Joan. x, 11. [7] Ephes. v. 11.

A σκουσι γὰρ, ὅτι τῆς Σοφίας ἐκπεσούσης, ἵνα μὴ ὁ ἀριθμὸς λείπῃ τῶν τριάκοντα, οἱ εἰκοσιεννέα (4) Αἰῶνες συνενέγκαντές τι ἕκαστος ἐλάχιστον, κατεσκεύασαν τὸν Χριστόν· καὶ τοῦτον δὲ ἀρσενόθηλυν πάλιν λέγουσιν. Ἆρα ἔστι τι (5) τούτων ἀσεβέστερον ; ἔστι τι τούτων ἀθλιώτερον ; Ἐγὼ διηγοῦραί σοι τὴν πλάνην, ἵνα μειζόνως αὐτοὺς μισήσῃς. Φεῦγε οὖν τὴν ἀσέβειαν, μηδὲ χαίρειν λέγε τῷ τοιούτῳ, ἵνα μὴ κοινωνήσῃς τοῖς ἔργοις τοῖς ἀκάρποις τοῦ σκότους· καὶ μήτε πολυπραρμονήσῃς, μήτε εἰς λόγους αὐτοῖς ἐλθεῖν θελήσῃς.

B Κ'. Καὶ μίσει μὲν πάντας αἱρετικοὺς, ἐξαιρέτως δὲ τὸν τῆς μανίας ἐπώνυμον (6) τὸν πρώην ἐπὶ Πρόβου βασιλέως ἀρξάμενον· πρὸ γὰρ ὅλων ἑβδομήκοντα ἐτῶν ἡ πλάνη, καὶ εἰσὶ μέχρι τοῦ νῦν ἄνθρωποι αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς θεωρήσαντες ἐκεῖνον. Ἀλλ' οὐχ ὅτι πρὸ ὀλίγου χρόνου ἦν, διὰ τοῦτο μίσει. Ἀλλὰ διὰ τὰ (7) δυσσεβῆ δόγματα, μίσει τὸν τῆς κακίας ἐργάτην, τὸ δοχεῖον παντὸς ῥύπου, τὸν πάσης αἱρέσεως βόρβορον ὑποδεξάμενον. Φιλοτιμούμενος γὰρ ἐν κακοῖς ἐξαίρετος (8) γενέσθαι, τὰ πάντων λαβὼν καὶ

creaturam dicebant, ex Irenæo, lib. I, cap. 5, n. 4, ex ejusdem Achamoth lacrymis liquidam omnem essentiam, mare et aquas omnes profluxisse statuentes, lib. I, cap. 4, n. 2. Fuisse tamen docet alios Valentinianos. qui ex ipsius Sapientiæ, non autem Achamoth ignorantia, tædio, timore et stupore materiæ essentiam ortum traxisse narrarent, cap. 2, n 3.

(1) *Potissimum vero eum*, etc. Ex omnibus hæreticis nullos frequentius exagitat Cyrillus quam Manichæos, sive quia omnium deteriores erant collectis in se, et nova accessione amplificatis omnium venenis; sive quod omnium difficillima illorum erat C curatio : quamobrem infra num 36, præcipit ne iis qui hujus hæresis suspicione aliquando laboraverant, facile credatur, nisi diuturna pœnitentia sui experimentum dedissent ; sive tandem quod in Palæstina plus quam cæteri frequentes erant. Cum in suo auditorio haberet quosdam ex Manichaica secta conversos, ut videre est catech. 15, n. 3, nullos alios memorat ex aliis sectis reversos. Epiphanius, hæresi LXVI, n. 1, testatur Manichæorum hæresim e Mesopotamia Eleutheropolim (urbs hæc Palestinæ Hierosolymis vicina) cujusdam Acuæ Veterani ope transportatam esse: id quod etiam innuit Eusebius. lib. VII *Hist. eccl.*, cap. 31. Ex *Vita S. Euthymii*, pag- 26, addiscimus fuisse in desserto Ziph Manichæos circa annum 410.

(2) *Sub Probo imperatore*. Hanc sine dubio epocham sumpsit ab Archelao, qui in *Disputationa cum Manete* num. 27, *sub Probo demum imperatore* Manetem prodiisse testatur, quod ipse Manes agnoscit D ibid III, num. 28. Quod autem Archelaus addit in *post trecentos et eo amplius* a morte Christi annos centigisse, id parum accurate. Cyrillus, ex quo forte Archelai textus corrigendus, cat. 16, n. 9, proprius ad veritatem accedit, dum Manem ducentis post apostolorum mortem annis emersisse tradit. Secundo Probi imperatoris anno Hieronymus in *Chronico* Scaligerianæ editionis. pag. 177; Probi vero et Paulini consulatu S. Leo sermone 2 *De Pentecoste*, cap. 6, Manichæanam hæresim innotuisse ferunt: is est annus 277 a Christi nativitate. Non esse in anteriora tempora retrahendum Manetis exortum argumento est id quod Cyrillus subjicit, fuisse adhuc suo tempore superstites qui Manetem ipsi suis oculis conspexissent. Quod autem sub Probo innotuit Manes, intelligendum de ejus in Mesopotamiom et Romanorum imperium adventu ; qui uno tantum anno ejus necem antecessit.

(3) *Omnium hæreseon in se uno cœnum expressit.* quod

(4) Εἰκοσιεννέα. Roe, Casaub., Ottob., εἰκοσιοκτώ, *virgini acto*. In Ottob. tamen ad marginem scriptum, εἰκοσιεννέα· omnino ex Cyrilli mente, qui solam Sapientiam utpote de gradu dejectam, nihil ad concinnandum Jesum contribuere potuisse dicit. Cæterum, Valentinianorum sententia, etiam Sapientia suam in Jesu formationem symbolam contulit, ex Iren., lib. I, cap. 2, n. 6 ; imo Christum quoque et Spiritum sanctum huic operi adjungendos esse Tertulliano visum , *Contra Valentinianos*, cap. 12. Hos sane in id consensisse tradit Irenæus, συνευδοκοῦντος, inquit, τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ Πνεύματος. Ita Valentiniani ; nam alioqui Valentinus inconstans sententia, alia de Jesu somniabat ; eum modo a Theleto, modo a Christo, modo ab Homine et Ecclesia productum docens : Iren., lib. I, cap. 11, n. 1. Quod autem Cyrillus addit Christum ab illis hæreticis masculo-feminam effictum esse, fidem non habet. Illi enim Jesum ex Æonum symbolis compositum, marem sine dubio pronuntiabat; quem Enthymesi sive Achamothæ sponsum, ut conjugium utriusque fieret, ascribunt, apud Iren. cap. n. 1.

(5) Ἔστι τι. Addimus τι ex Coisl., Roe, Casaub.

(6) Τῆς μανίας ἐπώνυμον . Codd. Coisl., Roe, Casaub., Ottob., Grod. addunt, τὸν Μανιχαῖον λέγω *Manichæum dico*. Quæ perspicuum glossamentum sunt, cum Cyrillus hæresiarcham istum Manetem semper, tum hac cum 16 catechesi, Manichæum nunquam appellet.

(7) Διὰ τά, etc. Præpositionem διά ex codd. Coisl.. Roe, Casaub. supplevimus.

(8) Ἐξαίρετος. Ita scripsimus auctoritate codd. Roe et Casaub. Habetur in editis, ἐξαίρετος, Melius nostro judicio convenit prior lectio cum hoc titulo quem auctor Maneti tribuit cat. 16, n. 9, οὗτος τελευταῖος βόθρος ἀπωλείας τυγχάνων, *hic novissimum perditionis barathrum existens*. Mox, pro πάντα, legimus. πάντων, ex iisdem mss. Sic cat. 16, n. 9, τὰ τῶν αἱρέσεων πασῶν κακὰ συνειληφώς. Et paulo post, τὰ πάντων συλλέξας ὁμοῦ τῶν αἱρετικῶν. Pro μίαν habetur in Ottob. et Coisl., μανίας *furoris hæresim*. Loco βλασφημῶν, scripsimus ex cod. Colb., βλασφημιῶν.

μίαν αἵρεσιν πεπληρωμένην βλασφημιῶν, καὶ πάσης παρανομίας συστησάμενος, λυμαίνεται τὴν Ἐκκλησίαν (μᾶλλον δὲ τοὺς ἐκτὸς τῆς Ἐκκλησίας), ὡς λέων περιπατῶν καὶ καταπίνων. Μὴ πρόσεχε αὐτῶν τῇ χρηστολογίᾳ, μηδὲ τῇ νομιζομένῃ ταπεινοφροσύνῃ· ὄφεις γάρ εἰσι, γεννήματα ἐχιδνῶν. Καὶ Ἰούδας ἔλεγε, Χαῖρε, Ῥαββί, καὶ προεδίδου. Μὴ τοῖς φλήμασι πρόσεχε, ἀλλὰ τὸν ἰὸν φυλάσσου.

A Cupiens namque in malis excellere [8], omnium vitia colligens, unamque blasphemiis et omni iniquitate refertam hæresim conflans; Ecclesiam, seu potius eos qui extra Ecclesiam sunt, tanquam leo circumiens ac devorans, cædit perditque [9]. Ne eorum blandiloquentiæ, fictæque modestiæ (4) dejectionique attendite. Serpentes enim sunt, viperarum progenies [10]. Dicebat et Judas : *Ave, Rabbi* [11], et prodebat. Ne osculis attende, sed cave a veneno.

ΚΑ'. Καὶ ἵνα μὴ μάτην (1) δοκῶμεν αὐτοῦ κατηγορεῖν, ἐν παρεξόδῳ τίς ἐστιν οὗτος ὁ Μάνης εἴπωμεν, καὶ τί διδάσκει ἐκ μέρους· ὅλον γὰρ αὐτοῦ τὸν βόρβορον, οὐδ' ὁ πᾶς αἰὼν κατ' ἀξίαν διηγήσεται. Μνημονευέσθω δὲ ταῦτα (2) παρὰ σοὶ εἰς εὔκαιρον βοήθειαν, ἅπερ εἴρηται μὲν καὶ τοῖς πρὸ τούτου, λεχθήσεται δὲ καὶ τοῖς νῦν· ἵνα οἱ μὲν ἀγνοοῦντες μάθωσιν, οἱ δὲ εἰδότες ὑπομνησθῶσιν. Οὐκ ἔστιν (3) ἀπὸ

XXI. Et ne hunc temere accusare videamur, quis sit iste Manes, et partem quamdam doctrinæ ejus, obiter exponamus : nam totum ejus cœnum ne universum quidem ævum pro dignitate recenseret. Ea porro memoriæ infige, ut tibi opportuno tempore subsidio sint. Quæ quidem et iis qui ante id temporis fuere, commemorata sunt : et his qui nunc audiunt edicentur : ut et qui nesciunt, ad-

B

[8] *Vid. cat.* 16, *n.* 9. [9] 1 Petr. v, 8. [10] Matth. III, 7. [11] Matth. XXVI, 49.

Quod Cyrillus hic et cat. 16, n. 9, de omnium hæreseon venenis a Manete in unum collectis ait, idem aliorum Patrum testimonio confirmatur, uti Eusebii lib. VII *Hist. eccl.*, cap. 31 ; S. Leonis serm. 15, *De jejun.* X mens. 5, cap. 4, ubi sic ait : « Quod in paganis pro« fanum, quod in Judæis carnalibus cæcum, quod in « secretis magicæ artis illicitum, quod denique in « omnibus hæresibus sacrilegum atque blasphemum « est, hoc in istos, quasi in sentinam quadam cum « omnium sordium concretione confluxit. » Idem ait Marcus in *Vita S. Porphyrii Gazensis*, num. 39, aliique passim auctores. Ac revera Manichæorum hæresis veterum Gnosticorum ac Marcionitarum compilatis erroribus constat, cum nonnulla ex gentilium fabulis et philosophorum theologia accessione. Primus ac capitalis Manichæorum error de C duobus principiis sive diis bono et malo, ex Marcione acceptus, quem in Perside prædicasse refert Epiphanius, hæresi XLII, n. 1. Tenebras increatas a Marcione et Valentino admissas significat Basilius, homil. 2 *in Hexaem*, pag. 18 ; hancque naturam tenebrarum oppugnat Origenes Manichæis antiquior, lib. I *Periarchon*, cap. 5, pag. 767 editionis Erasm., atque ex multis ab eo contra ea quæ postea Manichæorum fuerunt placita disputatis, factum puto ut ab Theodoreto Origenes inter Manichæorum debellatores numeretur, *Hæret. fabul.*, lib. I, cap. 26 Archelaus. *Disp. cum Manete*, num. 55, refert Basilidis, qui olim apud Persas prædicaverat, testimonium de pugna tenebrarum adversus lucem. Infamen suam eucharistiam Manichæi a Gnosticis acceperant. Præterea ex Pythagora, ex Empedocle, et Ægyptiorum disciplinis nonnulla in Manichaicam hæresim derivata referunt auctores ecclesiastici. Ex Persarum consuetudine, solis, D lunæ et siderum cultum traxerant iidem hæretici : ac multa Manichaicis deliriis similia de lucis et tenebrarum pugna, ex Persarum philosophia referuntur a Plutarcho, libro *De Iside et Oriside*, pag. 369. Eam porro variarum hæresum compilationem Maneti ipsi tribuit Cyrillus, non tanquam auctori; qui nec Græcas litteras ad legenda philosophorum et veterum hæreticorum scripta noverat; neque de Christo et Evangeliis nisi sub vitæ finem quidquam audivit : sed tanquam hæresis ab alio, nempe Scythiano, inventæ furi et amplificatori, ac suo nomine, furto suo artificiose dissimulato, propagatori.

(1) Μὴ μάτην. Ex Coisl., Roe, Casaub. At editi, μάτην μή.

(2) Ταῦτα. Hoc verbum loco τά substituimus, secuti codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub., Grod. Paulo post, ante ἀγνοοῦντες particulam μέν ex iisd. codd. et insuper Colb. et G. Morelii editione adjecimus.

(3) Οὐκ ἔστιν, etc. Hæc et sequentia, ex Cyrillo in suum de Manichæorum et Paulicianorum historia librum transcripsit Petrus Siculus a Radero editus pag. 20, usque ad verba n. 35, δοθείη ὑμνεῖ excl., insertis quibusdam quæ suo loco notabimus. Photius quoque in *Manichæorum Historia*, Bibl. Coisl. pag. 354, a verbo Σκυθιανός τις usque ad ὁ Παράκλητον in n. 30, liberius exscribit, omissa Archelai cum Manete collatione, quam duobus verbis perstringit. Quod Cyrillus Manetem negat a Christianis profectum, vel de Ecclesia, in qua scilicet nunquam fuit, ejectum, confirmat Epiphanius, aiens hær. LXVI, n. 5, Manetem paulo antequam in carcerem regis Persarum jussu conjiceretur, audito primum Christi ac Christianorum nomine, tres e discipulis suis Hierosolymam ad comparandas sibique afferendas Scripturas nostras misisse. Archelaus vero. *Disp. cum Manete*, n. 54, ait Manetem de comparandis Scripturis tum solum cogitasse, cum in carcere conclusus, a discipulis suis ad se revertentibus quæ a Christianis passi erant audivit : hac enim Christianorum contra suos conspiratione pulsatum, discipulos submisisse, qui Christianorum nomen ementiti, universos Scripturarum libros a nostris emeruere : iisque usum Manetem, quo minus Christiani invisus esset, Christi nomen se suscipere simulasse. Ex his saltem constat, Manetem diu ignoravisse Scripturas, nec Christianum nomen nisi sub finem vitæ sumpsisse. Scythianum et Terebinthum Christianæ fidei nomen nunquam dedisse, tum ex his Cyrilli verbis, tum ex hoc Manetis discipuli sui, Christi, vel sacrarum litterarum ignoratione satis patet ; sed mirum videtur Scythianum nihil de Christo, aut Scripturis nostris aspersisse, in hæresi ex omnium, uti dicitur, hæreseon venenis collecta, cujus præcipuum caput erat Veteri Testamento derogare.

(4) *Ne eorum blandiloquentiæ, fictæque modestiæ.* Vox χρηστολογία, quam *blandiloquentiæ* vocabulo reddidimus, non solum dulces et adulatorios sermones significat, sed etiam probabiles, et ad persuadendum ingeniose compositos : utrosque mira arte adhibebant Manichæi. Rerum arcanarum intelligentiam spreta fide pollicebantur ; qua se arte ab eis illectum fatetur Augustinus : specie pietatis

discant, et qui noverunt recordentur. Non est ex Christianis Manes, absit ! neque, ut Simon Magus, ab Ecclesia ejectus est ; neque ipse, neque ii qui illum præcessere magistri ; fur enim est alienorum malorum, quæ sibi propria vindicavit. Quo autem modo et qua ratione, jam audi.

101 XXII. Scythianus quidam erat in Ægypto (1), genere Saracenus, nihil commune habens sive cum Christianismo, sive cum Judaismo. Hic cum Alexandriæ degeret, et vitam imitaretur Aristotelicam, quatuor libros composuit (2) : unum, quem *Evangelium* vocavit, non Christi facta continentem, sed nudum nomen ; alterum, quem *Capitulorum* appellavit ; tertium, *Mysteriorum* ; et quartum

A Χριστιανῶν ὁ Μάνης, μὴ γένοιτο ! οὐδὲ κατὰ τὸν Σίμωνα ἐξεβλήθη τῆς Ἐκκλησίας, οὔτε αὐτὸς, οὔτε οἱ πρὸ αὐτοῦ διδάσκοντες (3)· κλέπτης γάρ ἐστιν ἀλλοτρίων κακῶν, ἐξιδιοποιούμενος τὰ κακά· πῶς δὲ καὶ τίνα τρόπον, ἀκουστέον.

ΚΒ'. Σκυθιανός τις ἦς ἐν Αἰγύπτῳ, Σαρακηνὸς τὸ γένος, οὐδὲν κοινὸν (4) οὔτε πρὸς Ἰουδαϊσμὸν, οὔτε πρὸς Χριστιανισμὸν, κεκτημένος. Οὗτος τὴν Ἀλεξάνδρειαν οἰκήσας, καὶ τὸν Ἀριστοτελικὸν μιμησάμενος βίον, τέσσαρας βίβλους συνέταξε· μίαν καλουμένην Εὐαγγέλιον (5), οὐ Χριστοῦ πράξεις περιέχουσαν, ἀλλ' ἁπλῶς μόνον τὴν προσηγορίαν· καὶ μίαν ἄλλην καλουμένην Κεφαλαίων (6)· καὶ μίαν τρίτην, Μυστηρίων·

et castitatis, jejuniorum frequentium, et abstinentiæ austeritate, vultuum pallore, vestium sordibus, multis imponebant. Ea referunt omnes qui de ipsis locuti sunt, in primis Augustinus et S. Leo.

(1) *Scythianus quidam*, etc. De Scythiano videsis Archelaum *Disp. cum Manete* num. 51 et 52, Epiphan., hæresi LXVI, num. 3 ; Socratem lib. I *Hist. eccl.*, cap. 22, etc. Scythianum cum Tillemontio circa medium sæculum secundum ad summum locamus.

(2) *Libros quatuor composuit*, etc. Idem confirmat Epiphanius num. 2. At eos Socrates Terebintho auctori tribuit. Nodum secat Archelaus, qui testatur num. 53. Scythianum *illos libellos scripsisse*, et num. 2, *ei fuisse istos quatuor libros*, quos tamen *ei scripsit Terebinthus* dictantes Scythiano. Hos Scythianus verisimiliter Græce scripsit, ut autem a Manete legi potuerint, necesse fuit in Persicam vel Chaldaicam linguam interpretatos esse : eam enim solam noverat Manes, ex Archelao num 36. Hanc interpretationem nulli alteri præter Terebinthum assignare possumus.

(3) Διδάσκοντες. Habetur, διδάσκαλοι, in codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub., Grod. et Petri Siculi, qui legit : Πρὸ αὐτοῦ τῆς τοιαύτης κακίας διδάσκαλοι· intelliguntur autem Scythianus et Terebinthus. Post κλέπτης γάρ adjecimus, ἐστιν, ex Coisl., Ottob. Roe, Casaub., Petro Siculo. Idem loco ἀλλοτρίων κακῶν, legit, ἀλλοτρίων αἱρέσεων Sed Cyrillus hic non respicit ad alienas hæreses, quas Manes expilavit ut suam componeret ; verum ad Scythiani libros et doctrinam quam suam fecit.

(4) Οὐδὲν κοινόν. Ita codd. Ottob., Roe, Casaub., Petrus Siculus. Editi, κοινωνόν. Hæc Photius ita reddit, οὔτε Χριστιανοῖς συμπεριφερόμενος, καὶ τὰ Ἰουδαίων οὐ προσιέμενος, *neque cum Christianis consentiens, neque Judæorum doctrinam admittens.* Scythiani sane doctrina neque Judaismo, cujus legem ac prophetas infamabat, consentiens erat ; neque Christianismo, cum Christi nomen Manetti librorum et doctrinæ ejus hæredi tandiu ignotum fuerit, si credimus Epiphanio. Sed utrum Scythianus nihil Judaicarum aut Christianarum rerum suæ doctrinæ admiscuerit, alia quæstio est. Epiphanius, hær. LXVI, n. 5, eum de legis ac prophetarum oraculis ac de Christiana disciplina inaudivisse dicit. Socrates addit ejus, quos Terebintho dat, libros cermonem sonuisse Christianum, gentilium vero dogmata comprehendisse. Χριστιανίζουσι μὲν τῇ φωνῇ, τοῖς δὲ δόγμασιν Ἑλληνίζουσι. Petrus Siculus et Photius, de ejus *Evangelio* et *Mysteriis* ea recensent quæ Socratis judicium confirment. Vix aliter esse poterant libri ex hæreseon omnium vitiis confecti. Atqui nec Petrus, nec Photius, nec Socrates Scythiani libros viderant, qui a Manete mutati et interpolati jam sub uniushujus nomine ferebantur ; si libri illi Christianam religionem sonabant, quomodo Manes tandiu Christum et res Christianas ignoravit, ut testatur Epiphanius ? si legi et prophetis derogabant, quemadmodum Maneti Scripturæ nostræ per totam fere vitam ignotæ ? quod affirmat Epiphanius, insinuante Archelao. Nodum hunc peritioribus dissolvendum relinquo. Loco Ἀριστοτελικόν, Coisl., Ottob., Roe, Casaub. habent, Ἀριστοτέλους. In quo autem consisteret ea Scythiani Aristotelicæ vitæ imitatio ? an in vivendi, an in disserendi more ? si de vita agitur, Epiphanius Scythianum ait *hæresi* LXVI, n. 2. deliciis assuetum, divitiis tumentem, aromatibus diffluentem, famæ avidum refert. Similia pene de Aristotele Ælianus memorat lib. III *Var. hist.*, cap. 19. Magis hic respici crederem doctrinæ ac sermonis, ac disputationis imitationem ; uti visum Photio, qui præsentia Cyrilli verba hac metaphrasi reddit, ἐκ τῶν Ἀριστοτελικῶν παρακουσμάτων ἐντριβὴς τὴν γλῶσσαν γεγονώς, « ex Aristotelis disputationibus male intelle- « ctis nonnullum disserendi usum assecutus. »

(5) Εὐαγγέλιον. Pet. Siculus, τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, *sanctum Evangelium*. De hoc Photius, ἐν ᾗ πράξεις Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν φθοροποιοί τινες καὶ ἀποτρόπαιοι θεομάχῳ γνώμῃ διαπλάττονται, « ubi acta « quædam Christi Dei nostri ad corrumpendum « comparata et abominanda, impia ac Dei inimica « sententia confinguntur. » Hæc Photius ex conjectura. V. notam 4 et 6.

(6) Κεφαλαίων. In Petro Siculo et Photio tegitur, κεφάλαιον, *capitulum*. Omnes vero Cyrilli mss., Κεφαλαίων. Sic etiam Epiphanius, hæres. LXVI, n. 2 ; Socrat. lib. I *Hist.*, cap 22, et auctor *Historiæ hæresis Manichæorum* una cum Lactantii epitome per Pfaffium editæ anno 1712, pag. 182. Ante vocem Μυστηρίων, repetit Siculus καλουμένην, et post hæc subjungit, ἥτις ἐστὶ πρὸς τὴν ἐπιτηδευθεῖσαν αὐτοῖς ἀνατροπὴν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, *qui liber, ad cogitatam ab illis eversionem legis, ac prophetarum, comparatus est*. Photius. ἐν ᾗ, ὡς ἔδοξεν αὐτῷ, τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν διασκευαί τινες καὶ διαβολαὶ πραγματεύονται, « in quo, sicut ipsi placuit, « legis ac prophetarum refutationes quædam et ca- « lumniæ instituuntur. » V. notam 4. Loco θησαυρῶν, quod in editis legitur, reposuimus, Θησαυρόν. Ita suaserunt primum cod. Coisl. qui habet, τετάρτην, ὃν νῦν περιφέρουσι Θησαυρόν, « quarum librum, enm « nempe quem nunc circumferunt Thesaurum ; » deinde Petrus Siculus qui sic legit, τετάρτην, ἣν περιφέρουσι, Θησαυρὸν ζωῆς καλοῦντες, ἥπερ ἐστὶ θησαυρὸς θανάτου, « quartum quem circumferunt, Thesau- « rum vitæ appellantes, qui vere thesaurus est mor- « tis. » Photius, ἡ δὲ τετάρτη, ψυχικοῦ θανάτου πρόξενος οὖσα, Θησαυρὸς ζωῆ ἐπιγέγραπται, *quartus qui mortem animæ parit, Thesaurus vitæ inscribitur*, Idem tamen cod. 85, scribit θησαυρούς. Eadem pene Si-

καὶ τετάρτην, ἣν νῦν περιφέρουσι, Θησαυρόν. Μαθητὴς δὲ ἦν τούτου Τερέβινθος (1) ὀνόματι. Ἀλλὰ τὸν προειρημένον Σκυθιανὸν ἐλθόντα εἰς τὴν Ἰουδαίαν, καὶ λυμαινόμενον (2) τὴν χώραν, νόσῳ θανατώσας ὁ Κύριος, ἔπαυσε τὴν λοιμώδη κατάστασιν.

ΚΓ'. Ὁ δὲ τῆς κακίας μαθητὴς Τερέβινθος, κληρονόμος ὢν τοῦ χρυσοῦ, καὶ τῶν βιβλίων, καὶ τῆς αἱρέσεως, παραγενόμενος ἐν τῇ Παλαιστίνῃ, καὶ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ γνωριζόμενος καὶ καταγινωσκόμενος (3), ἔκρινεν εἰς τὴν Περσίδα μετελθεῖν· ἵνα δὲ μὴ ἐκ τῆς προσηγορίας κἀκεῖ γνωρίζηται, Βουδδᾶν μετωνόμασεν (4) ἑαυτόν. Ἀλλ' εἶχεν ἐκεῖ κα' τους ἀνταγωνι-

A quem nunc circumferunt *Thesaurum*. Hujus discipulus erat Terebinthus nomine. Cum vero memoratus Scythianus in Judæam appulisset, regionemque **102** inficeret, Dominus, immissa homini per morbum nece, gliscentem labem compressit.

XXIII. Terebinthus autem perversitatis discipulus, auri, librorum, et hæresis hæres, cum adesset in Palestina, atque in Judæa cognitus, et damnatus esset, in Persidem transire decrevit. Ne autem ibi etiam ex nomine agnosceretur, Buddam se, mutato nomine, dixit. Verum illic etiam adversarios habuit, Mithræ [ministros (5)], multisque ser-

culi ac Photii verba transcribuntur in libello anathematizandæManichæorum hæresisformulam continente, qui ab Cotelerio editus est in Notis ad librum IV *Recogn.*, καὶ τὸν θησαυρὸν τοῦ θανάτου, ὃν λέγουσι Θησαυρὸν ζωῆς *et thesaurum mortis, quem* B *vitæ Thesaurum dicunt*. Archelaus quoque in *Disputatione cum Manete*, num. 52, *Thesaurum* dicit, non *Thesaurorum*, ut et auctor *Historiæ Manichæorum* citatæ. Apud sanctum Nilum, lib. I, epist. 117, Allat. edit. legitur: Μανιχαῖοι Μυστήρια καὶ Θησαυρῶν ἀγαθῶν ἀποκαλοῦσι τὰ βιλία τῆς δυσσεβείας· ipsa constructio indicat legendum. Θησαυρὸν ἀγαθόν, vel ἀγαθῶν. Epiphanius, hæresi LXVI, n. 2, scribit, Θησαυρῶν· sed mendum est, credo, cum n. 13, Θησαυρῶν scribat. Socrates lib. I, c. 22, scribit Θησαυρῶν in edit. Christophorsoni, sed Θησαυρόν in Valesiana. Hieronymus *Adversus Vigilantium*, n. 16, et *in Isaiam* c. LXIV, 4, Thesaurum singulari numero dicit. V. Coteler. in Notis ad *Vitam S. Euthymii.*, *Monument.*, etc., t. II, p. 618. Tandem Augustinus sæpe *Thesaurum Manichæi* citat, nunquam Thesaaros. Hunc forte a *Thesauro* Scythiani diversum existimabimus, quia *Thesaurus Manichæi* C grande volumen erat septem libros saltem complectens, cum e septimo librofragmentum recitet Aug. *De natura boni* c. 44, tom. VIII nov. edit. Contra breves erant Scythiani *libelli non multorum versuum singuli*, ex Archelao *Disp. cum Manete*, n. 33; at idem Archelaus testatur Manem libellos Scythiani transtulisse, multaque alia a semetipso eis inseruisse: quos, ut idem ait n. 52, delecto conscriptoris titulo, tanquam proprios prætulit. Idem refert Socrates, lib. I, c. 22, adeo ut, cum dicat Cyrillus *Thesaurum* Scythiani eum esse quem Manichæi circumferebant, dubium nullum sit quin idem opus sit a Scythiano informatum, et ab Manete locupletatum et auctum, quod Manichæi sub Manetis nomine proterebant, et Augustinus refutavit.

(1) Τερέβινθος. In editis, Τέρβινθος, quod mutare non dubitavimus, auctoritate codd. Coisl., Colb., Roe, Casaub., Bodl., Grodecii, Petri Siculi, Photii, Archelai *Disp. cum Man.* n. 52, auctoris *Historiæ* D *Manichæorum* jam citatæ; veteris codicis S. Epiphanii, hær. LXVI, n. 3 ad marginem a Peravio citati, quamvis in textu legatur, Τέρβινθος· Socratis juxta veteres codd. In editione Cat. G. Morelii legitur, Τερέμινθος, facili et vulgari commutatione litteræ μ in β, prout in mss scribitur.

(2) Ἐλλόντα... καὶ λυμαινόμενον. Hic ascripsimus lectionem quam Petrus Siculus secutus est. Omnes enim cum editi tum mss. habent, ἐλθεῖν... καὶ λυμήνασθαι. At ea manca est constructio, adeo ut aliquid, ut integer sit sensus, vel supplendum vel corrigendum esse videatur. Levi facta mutatione constabit sensus, si loco προειρημένον legatur, προηρημένον· atque hanc vocem videtur legisse Grodecius; sed vertit quasi etiam legisset, ἐ θόντα εἰς τὸ λυμήνασθαι. Porro discrimen inter utramque lectionem in hoc positum est, quod secundum primam Scythianus in Judæam appulisse, eamque sua contagione infecisse dicatur: secundum alteram, parans in Judæam ire ibique hæreseos virus spargere, immissa a Deo morte, cogitata exsequi prohibitus sit. Et huic lectioni favere videtur Archelaus qui *Disp. cum Manere*, n. 52, Scythianum quidem in Judæam proficisci constituisse ait; sed iverit necne non satis diserte significat: tantum, paulo post susceptum ilud consiliume vivis sublatum tradit. At lectioni alteri suffragantur Epiphanius et Photius: nam Epiphanius, hær, LXVI, n. 3 non solum in Judæam pervenisse Scythanum, sed cum Hierosolymitanæ Ecclesiæ presbyteris congressum esse et exactis in ea provincia compluribus annis, ἱκανὰ ἔτη, non morbo confectum, ut Cyrillus tradit, sed præcipitem e tecto delapsum vitam amisisse, ibique funus ejus a Terebintho curatum narrat: cujus narrationem non parum infirmat, quod Archelao, Scythanum, paulo post susceptum in Judæam adeundi consilium, diem obiisse testanti, et Cyrillo, eum ex morto decessisse affirmanti, contraria videatur. Photius Scythianum et in Judæa commoratum, et illic obiisse dicit, acerba morte ex huma- C nis sublatum, πικρῷ θανάτῳ τοῦ διδασκάλου κατὰ τὴν Ἰουδαίαν (ἐκεῖσε γὰρ παρεγεγόνει) των ἀνθρώπων ἀποφθαμένος. Verum testimonii ejus vis in Epiphanium, et Cyrillum secundum Petri Siculi citationem Inctum (nam ex his fontinus hausit quæ de Manichæis hoc loco narrat) reducitur. sunt nonnulla apud Cyrillum, quæ Scythiani in Judæam profectionem non parum sustentant. Primo enim videtur dicere Deum morte Scythiano inflicta, contagionem ab eo in Judæam invectam, ibique constitutam compescuisse, ἔπαυσε τὴν λοιμώδη κατάστασιν· deinde Terebinthum Scythiam discipulum statim a magistri morte, vel etiam mortis ejus tempore, uti in Judæa, collecta ejus hæreditate, degentem, nec recens omnino eo advectum repræsentat, παραγενόμενος ἐν τῇ Παλαιστίνῃ. Subinde narrat eum in hac provincia agitum fuisse, γνωριζόμενος, pro Scytniani ut videtur discipulo, et idcirco condemnatium. Nota ergo jam in illis locis D Scythiani et persona et doctrina. Ea momenta effecerunt ut Siculi ac Grodecii lectionem anteponerenius: sed existimatio sua cuique sit.

(3) Καὶ καταγινωσκόμενος. Sic. l. addit, παρὰ πάντων. *ab omnibus damnatus*. Photius, παρὰ τῶν εὐσεβούντων ἁπάντων, *ab omnibus piis*.

(4) Βουδδαν μετωνόμασεν. Βουδδᾶν scripsimus ex Pet. Sic Archelao, *Disp. cum Man.*, n. 52; Epiphanio, pær. LXVI, n. 3; Socrate ho. I *Hist.*, cap. 22; auctore *Historiæ hæresis Manichæorum* supra citatæ. In editis habetur, Βουδᾶν· in codd. Roe et Casaub., Βουδιδᾶν. In Coisl., Βουδᾶν. In Ottob., Βούδανον. Photius *Hist. Man.* vocat Βούδην. Ex codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub. legimus, μετωνόμασεν, cum in editis exstet simpliciter. ὠνόμασεν.

(5) *Adversarios habuit Mithræ ministros*. Hos Archelaus num. 52 et Epiphanius, hæres, LXVI, n. 3, Parcum et Labdacum nominant. Cum Cyrillus simpliciter scripsisset, τοὺς τοῦ Μίθρα, Grodecius ver-

monibus ac disputationibus agitatis, convictus, et ad extremum pulsus, ad viduam quamdam confugit. Deinde ad superiorem domus partem ascendit, et invocatis aeriis dæmonibus (1), quos huc usque Manichæi super abominanda sua invocant ficu, divinitus ictus ac de tecto dejectus, animam efflavit : et ad hunc modum altera fera excisa est.

XXIV. Verum remansere impietatis commentaria, et librorum pecuniarumque hæres vidua fuit. Quæ cum neque cognatum, neque alium quemquam haberet, statuit pecuniis emere puerum Cubricum nomine ; eumque adoptatum, Persarum disciplinis uti filium instituit ; atque in hominum perniciem exitiale telum exucuit. Ita Cubricus improbus servus inter philosophos adolevit ; ac post obitum viduæ, et pecunias, et libros hæreditatis jure possedit ; deinde vero ne probrosum ipsi foret servitutis nomen, pro Cubrico Manem se cognominavit (2), quod nomen Persarum lingua dissertationem sonat : quia enim dialecticus sibi alicujus nominis esse videbatur, Manem se uti probum quemdam sermonum serendorum magistrum appellavit. At ille quidem eo nomine sibi juxta Persarum linguam existimationem comparare nitebatur : Dei vero providentia factum est, ut suus ipse nolens accusator evaderet ; qui, dum sibi in Perside honorem conciliare putat, apud Græcos se ab insania et furore cognominet.

103 XXV. [12] Dicere ausus est se ipsum esse

[12] *Vid. cat.* 10, n. 9.

Α στὰς, τοὺς τοῦ Μίθρα· καὶ πολλῶν λόγων κινουμένων καὶ διαπληκτισμῶν, ἡλέγχετο· καὶ πέρας, συνελαυνόμενος προσφεύγει τινὶ χήρᾳ. Εἶτα ἐπὶ δώματος ἀνελθὼν, καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς ἀερίους δαίμονας, οὓς οἱ Μανιχαῖοι μέχρι σήμερον ἐπὶ τῆς μυσαρὰς αὐτῶν ἰσχάδος (3) ἐπικαλοῦνται, θεόπληκτος γενόμενος καὶ καταβληθεὶς ἀπὸ τοῦ δώματος, ἐξέψυξε· καὶ οὕτως ἐξεκόπη τὸ θηρίον δεύτερον.

ΚΔ'. Ἀλλ' ἔμεινε τὰ ὑπομνηστικὰ τῆς ἀσεβείας βιβλία· καὶ κληρονόμος ἦν ἡ χήρα (4) καὶ τῶν βιβλίων καὶ τῶν χρημάτων. Μήτε δὲ συγγενέα, μητε δὲ ἕτερόν τινα ἔχουσα, ἔκρινεν ἐκ τῶν χρημάτων ἀγοράσαι παῖδα Κούβρικον λεγόμενον· καὶ τοῦτον εἰς υἱοθεσίαν λαβοῦσα ἐπαίδευσε τοῖς Περσῶν μαθήμασιν ὡς υἱὸν, καὶ ὤξυνε κατὰ τῆς ἀνθρωπότητος κακὸν
Β βέλος. Καὶ Κούβρικος ὁ κακὸς οἰκέτης εἰς μέσον φιλοσόφως ἤκμαζε· καὶ τελευτησάσης τῆς χήρας, ἐκληρονόμησε καὶ τὰ βιβλία καὶ τὰ χρήματα. Εἶτα, ἵνα μὴ τὸ τῆς δουλείας ὄνομα ἐπονειδιστον ᾖ, ἀντὶ Κουβρίκου Μάνην ἑαυτὸν ἐπωνόμασεν, ὅπερ κατὰ τὴν Περσῶν διάλεκτον τὴν ὁμιλίαν δηλοῖ· Ἐπειδὴ γὰρ διαλεκτικὸς ἐδόκει τις εἶναι, Μάνην ἑαυτὸν ἐπωνόμασεν, οἱονεὶ ὁμιλητήν τινα ἄριστον. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν εὐδοξίαν ἑαυτῷ κατὰ τὴν Περσῶν γλῶσσαν ἐπραγματεύσατο· ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ οἰκονομία καὶ ἄκοντα αὐτὸν ἑαυτοῦ κατήγορον ἐποίει γενέσθαι· ἵνα ἐν Περσίδι νομίσας ἑαυτὸν τιμᾶν, παρ' Ἕλλησι μανίας ἐπώνυμον ἑαυτὸν (5) καταγγέλλῃ.

ΚΕ'. Ἐτόλμα δὲ λέγειν ἑαυτὸν εἶναι τὸν Παράκλη-

C

tit *Mithræ sacerdotes*. Hos revera Epiphanius ædituos et simulacri sacerdotes fuisse significat, at Parcum tam ipse quam Archelaus *prophetam* idoli appellant. Labdacum Archelai interpres Mithræ filium dicit, male forsan intellectis Græcis vocibus τοῦ Μίθρα. Communi *ministrorum* vocabulo Cyrilli textum reddidimus. Mithram solis apud Persas culti nomen fuisse cuivis notum est : et certum ex Archelao, *Disp. cum Manete*, num, 36.

(1) *Invocatis aeriis dæmonibus*, etc. Archelaus hujus historiæ primigenius auctor, *ritus cujusdam* quem se *nescire* profitetur, *vel artificii gratia* ascendisse ait n. 52. Epiphanius, num. 3, magicis artibus effecturum ne quis sibi deinceps contradiceret. Terebinthum a Deo percussum, Cyrillus ; *per Spiritum* sive *angelum* Deo jubente præcipitatum, Archelaus, Epiphanius, et Socrates memorant.

(2) *Manem se cognominavit*, etc. Affirmat Cyrillus Persica lingua dissertationem hoc vocabulo significari, quod etiam Photius in *Historia Manichæorum* confirmat· Δηλοῖ τοῦτο Περσίδι γλώσσῃ τὸν οἷον ὁμιλητικὸν, καὶ πρὸς διάλεξιν ὁραστήριον. Epiphanius vero, hæres. LXVI, n. 1. ait id nomen Chaldaico sermone idem sonare quod Græce σκεῦος, nempe *vas ;* idque confirmat Scaliger *in Chronicum Eusebii Notarum* pag. 241, 1. Porro ex Archelao, *Disp. cum Man.*, num. 36, Manes nullius alterius linguæ præterquam Chaldæorum scieus erat, nec ullum alium loquentem poterat audire. Quomodo igitur, cum ex ambabus illis etymologiis eas linguas diversas fuisse constet, Manes. qui solam callebat Chaldaicam, Persicum sibi nomen induere potuit? At ipsius Archelai in hoc qui in manibus est loco, et omnium auctorum consensu, Manes genere Persa erat : omnino apud Archelaum idem est sermo Chaldaicus quod Persicus ; nam ipse fatetur num. 55. Manem Persarum linguæ proprium sibi vocabulum sumpsisse. Epiphanius vero Chaldaicæ linguæ proprie dictæ etymologiam secutus est. Cum Manis nomen ob insaniam et furorem quem apud Græcos designat, probrosum haberi cœpisset, ejus discipuli Manichæum magistrum suum Manis loco dixere : et aliqui doctiores geminata littera ν Mannichæum vocaverunt quasi manna fundentem ἀπὸ τοῦ μάννα χεῖν. Aug., hæres. XLVI et lib. XIX *cont. Faust.*, cap. 22.

(3) Αὐτῶν ἰσχάδος. Vocem αὐτῶν adjecimus ex codd. Roe, Casaub., Coisl., Ottob., Grod., Petro Siculo. Photius, loco ἐπὶ τῆς μυσαρᾶς αὐτῶν ἰσχάδος, scribit, ἐπειδὴν αὐτῶν τὴν μυσαρὰν ἰσχάδα τελοῦσιν,
D *quando detestandam suam ficum consecrant*. Nisi Ischada pro festo aut mysterio quodam Manichæorum sumpserit. Ficus intelligenda est, quam humano semine et sanguine menstruo intingentes, in eucharistiæ modum suis porrigebant, ut recitat Cyrillus infra num. 33. Post γενόμενος addidimus particulam καί, ex codd. Coisl., Roe, Casaub., Pet. Sic.

(4) Ἡ χήρα. Articulum adjicimus ex codd. Coisl. Roe, Casaub., Petr. Sic. Paulo post. Κούβρικον nominat Cyrillus Manetem ; et ita quidem omnes. At Latinus interpres Archelai dicit *Corbicium*.

(5) Μανίας ἐπώνυμον ἑαυτόν. Hunc ordinem verborum sequimur, quem exhibent codd. Coisl., Ottob , Roe, Casaub. In editis et Siculo ἑαυτὸν ponitur ante ἐπώνυμον. Coisl., habet, καταγγείλῃ pro καταγγέλλῃ.

τον. Καὶ γέγραπται· Ὃς δ' ἂν βλασφημήσῃ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἔχει ἄφεσιν. Ἐβλασφήμησεν οὖν (1), Πνεῦμα ἅγιον ἑαυτὸν εἰπών ἐκείνοις ὁ κοινωνῶν, βλεπέτω μετὰ τίνων ἑαυτὸν ἐντάσσει. Ἐσάλευσεν ὁ οἰκέτης τὴν οἰκουμένην, ἐπειδὴ (2) Διὰ τριῶν σείεται ἡ γῆ· καὶ τὸ τέταρτον οὐ δύναται φέρειν, ἐὰν οἰκέτης βασιλεύσῃ. Καὶ μέσος ἐλθών, λοιπὸν τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐπηγγέλλετο. Ἐνόσει τοῦ βασιλέως Περσῶν ὁ υἱός, καὶ ἰατρῶν δαψίλεια παρῆν· ἀλλ' ὁ Μάνης ἐπηγγέλλετο (3) διὰ προσευχῆς ὡσανεὶ εὐσεβὴς κατορθώσειν. Ἀπέστησαν οἱ ἰατροί, συναπέστη τοῦ παιδὸς ἡ ζωή· ἠλέγχθη ἡ ἀσέβεια τοῦ ἀνδρός. Καὶ δέσμιος ἦν ὁ δὴ φιλόσοφος, εἰς φυλακήν, οὐ διὰ τὸ περὶ ἀληθείας ἐλέγξαι τὸν βασιλέα, βληθείς· οὐ διὰ τὸ καταλῦσαι τὰ εἴδωλα, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐπαγγείλασθαι σώζειν. καὶ ψεύσασθαι· μᾶλλον δὲ (4),

A Paracletum (5). Atqui scriptum est : « Quisquis blas-« phemaverit in Spiritum sanctum, remissionem non « habet [13].» Blasphemavit igitur, se affirmans Spiritum sanctum ; qui cum ipsis societatem init, videat cum quibus se adjungat. Orbem totum concitavit famulus, nam« Per tria commovetur terra, et quartum « sustinere non potest, si famulus regnaverit [14]. » Id medium progressus (6), jam viribus humanis superiora pollicebatur. Æger erat filius regis Persarum (7), et medicorum astabat frequentia. Manes vero se per orationem, quasi pius, rem perfecturum recepit. Recessere medici, unaque abscessit pueri vita ; deprehensa hominis impietas est : ac vinculis onustus egregius ille philosophus erat ; in

B carcerem, non quia regem veritatis gratia reprehendisset, trusus ; non quia idola confregisset ;

Marc. III, 29. [14] Prov. XXX, 21, 22.

(1) Ἐβλασφήμησεν οὖν. Particulam συν addidimus ex codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub. et Petro Siculo : qui tamen hanc phrasim locat post τὸν Παράκλητον, ante citatam Christi sententiam ; ac pro καὶ γέγραπται, legit, ὡς γέγραπται, *sicut scriptum est*, et post οὐκ ἔχει ἄφεσιν hæc scribit, ὡς καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ, *sicut et qui illum præcessere*. Deinde isthæc subjungit : Ὁ μὲν Σκυθιανὸς ἐτόλμησε Πατέρα ἑαυτὸν ὀνομάσαι· ὁ δὲ Βουδδᾶς υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἐκ παρθένου τε γεγεννῆσθαι, καὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν ἀνατρέφεσθαι· ὅθεν καὶ δώδεκα μαθητὰς ὁ Ἀντίχριστος τῆς πλάνης κήρυκας ἀπέστειλε· « Scythianus quidem se ipsum Patrem nominare « ausus est : Buddas vero Filium Dei et Patris sese « aiens ex virgine natum, et in montibus educatum. « Quamobrem etiam duodecim discipulos erroris C « præcones Antichristus emisit ille. » Hæc quanquam a Siculo continuate cum verbis Cyrilli, nulla propriæ additionis significatione, connexa ; cum in omnibus Cyrilli exemplaribus desint, ab Siculo intersecta non dubito. Eadem ex ipso transcripsit Photius. Ea Buddæ jactatio quod ex Virgine natus, et in montibus enutritus fuisset, refertur ab Archelao, *Disp. cum Manete*, num. 52, qui tamen de usurpato ab eodem Filii Dei nomine, et duodecim discipulorum missione silet.

(2) Ἐπειδή. Phrasis ab hoc verbo incipiens, et in verbo βασιλεύσῃ desinens, prætermittitur a Petro Siculo.

(3) Ἐπηγγέλλετο. In codd. Roe et Casaub., ἐπηγγείλατο διὰ προσευχῆς, ὡσανεὶ εὐσεβὴς, τὴν ἴασιν κατορθώσειν. Deesse videbatur in textu vox ἴασιν. Bod., Morel., Colb., ἐπηγγείλατο διὰ προσευχῆς σώσειν, ὡς εὐσεβεῖς κατηγορηθῶσιν, « pollicitus « est precibus se sanaturum, ut piis crimen inferre-D « tur. » Ms Genovef. eodem modo ; tantum post προσευχῆς adjungit τινός, *quadam prece*. Siculus brevius. ἐπηγγέλλετο ἰάσασθαι, *sanitatem se redditurum recepit*.

(4) Μᾶλλον δέ. Adjecta a nobis particula δέ ex codd. Ottob., Coisl., Roe Casaub., Pet. Sic., Grod.

(5) *Dicere ausus est se ipsum esse Paracletum* Id iterum repetit Cyrillus cat 16, n. 6 et 9, omnesque auctores ecclesiastici confirmant ; en ipsius verba apud Archelaum, num. 13 : « Ego, viri fratres, Christi qui-« dem sum discipulus, apostolus vero Jesu... ! sum « quidem ego Paracletus, qui ab Jesu mitti prædictus « sum... et qui ante me missus est Paulus, ex parte « scire et ex parte prophetare se dixit, mihi reservans « quod perfectum est, ut hoc quod ex parte est des-« truam. » Non tamen eum Manichæi ipsum Spiritum sanctum esse dicebant, sed ***hominem ex utroque sexu natum, a Spiritu sancto susceptum,*** ex Aug « Contr. epist. Manich., *cap.* 7, *n.* 8, *ita ut* Spi-« ritus sanctus, quem Dominus discipulis se missu-« rum esse promisit, per ipsum ad nos venisset ; *id.*, « De util. credendi, » cap. 3, n. 7. Aliquando tamen dicebant « Spiritum sanctum in Manichæo ita man-« sisse, ut non aliud fuerit Manichæus ipse quam « Spiritus, qui per ministerium corporeæ vocis et « linguæ discipulos suos in omnem induceret veri-« tatem. » Ita eorum insaniam commemorat S. Leo, serm. 2, *De Pentecoste*, cap. 7. Theodoretus vero, lib. I *Hæret. fab.*, cap 26, de Manete scribit, quod se *et Christum et Spiritum sanctum* appellare non veritus sit, et duodecim ad exemplum Christi discipulos quaquaversum miserit.

(6) *In medium progressus*. Hæc Archelaus, ex quo Cyrillus hausisse videtur, ita refert num. 53 : *Tunc ergo Corbicius*, ita interpres Latinus effert Cubrici nomen, *sepulta domina* (annorum erat duodecim) « bonis sibi derelictis omnibus uti cæpit, et « migravit ad medium civitatis locum, » in quo manebat rex Persarum. Epiphanius num. 4, ait Manem, nonnisi audita Persarum regis filii ægritudine in urbem regiam se contulisse, cum alio quodam in loco procul ab aula regis dissito ante degeret. At eum Archelaus annorum sexaginta (secundum alium cod. septuaginta) fuisse refert, et jam discipulos acquisivisse, ac varia in loca misisse, cum princeps puer ægritudine correptus est. Mendum in numeralibus notis suspicatur Zacagnius : fieri tamen potest Manem bis in civitatem regiam accessisse : primum statim a dominæ morte, iterumque audita Persarum regis filii invaletudine.

(7) *Æger erat Persarum regis filius*. Rex ille Persarum est Varanis hujus nominis secundus, si, quod affirmat Archelaus *Disp.* num. 55, defuncti Manetis fraude pueri pater fuit is, qui de eo postea supplicium sumpsit haud dudum post coliationem, anno ut putatur 278 : nam ea ætate regnabat Varanes. At ille regium Persarum thronum non conscendit nisi anno 276 : Manis autem diuturnum fuisse carcerem, significat cum Epiphanius, hæresi LXVI, n. 4, tum Archelaus n. 55 et 54, ex rebus ab ipso in captivitate gestis. Quare Tillemontius regem, cujus filius Manis culpa periit, Saporem putat, eamque mortem ad annum 27, revocat. Nihil causæ video cur ultra annum unum et menses aliquot Manis carcer producatur, et Archelai auctoris æqualis, earumdemque regionum, testimonio detrahantur fides. Igitur in Varane acquiescendum existimo. Non solas preces, ut Cyrillus innuit, in ægri curatione adhibuit Manes, verum etiam, si Epiphanio credimus num. 4, medicamenta quædam, τινὰ εἴδη φαρμακευτικῆς. Vincula Maneti

sed quia pollicitus salutem, fefellisset : vel potius, si verum loqui volumus, quia occidisset. Hic enim dum abigit medicos, eum qui medicorum ope servari poterat, prætermittenda curatione letho dedit.

XXVI. Cum vero plura de homine enarrem mala, memineris primo blasphemiæ : secundo servitutis (non quod servire dedecus sit, sed quod servo libertatem fingere pravum). Tertio inanis et falsi promissi, quarto cædis pueri, quinto infamiæ carceris, neque ipsi tantum probro carcer fuit, verum etiam e carcere fuga. Nam aufugit ille, qui se Paracletum et veritatis propugnatorum jactabat : non erat successor Jesu, qui prompto et alacri animo ad crucem accessit : iste ei contrarius fuga se proripuit. Tum rex Persarum **194** carceris custodes ad supplicium duci jussit (1). Per jactantiam Manes puero mortis causa fuit : idem per fugam carceris custodibus. Ergone adorari debet is qui mortis causam attulit ? Nonne ipsum oportuerat Jesum imitari ac dicere : *Si me quæritis, sinite hos abire* [15] ? nonne oportuerat juxta Jonam dicere : « Tollite me, et projicite in ma« re ; propter me enim hæc orta tempestas est [16] ? »

XXVII. Fugit e carcere, et in Mesopotamiam venit (2). Verum occurrit ei scutum justitiæ (3), Archelaus episcopus : eumque coram philosphis ex ferro injecta ; hunc enim *ferri talento onerari* præcepisse regem narrat Archelaus num. 53. In carcere autem illum discipuli identidem invisebant, ipseque comparatis Christianorum libris ultimam suæ doctrinæ manum imposuit.

(1) *Carceris custodes*, etc. Hos ut suæ fugæ faverent, auro plurimo corruperat Manes teste Archelao, num. 54, quo fit ut non injuria Manichæc fuga a Cyrillo crimini vertatur. Non custodes plurali numero, sed *custodem carceris qui eum dimiserat*, a rege *punitum* narrat Archelaus. Cyrillum sequitur Photius, *Hist. Manich.*, pag. 356, qui omnes capite truncatos memorat, τῆς κεφαλῆς ἐζημιώθησαν ἅπαντες. Vitium est in Prevotiana interpretatione Cyrilli ; cum enim Grodecius vertisset, *necari jussit*, Prevotius scripsit *laqueo vitam finire jussit*, quasi legisset, ἀπαγχθῆναι, *strangulari*, non ἀπαχθῆναι, ut ipse edidit, quod significat *in campum et locum supplicii abduci*. Grodecius forte legit, ἀποκταθῆναι vel ἀπεκτάνθαι.

(2) *Venit in Mesopotamiam*. Secessit, ut narrat Archelaus num. 54, in castellum Arabionis, quod erat ultra fluvium Strangam in regione Persarum, ex eodem num. 4 et 55. Epiphanius vero illud Romanæ ditionis fuisse scribit, in solitudine Mesopotamiæ Persidique confini, hæres. LXVI, num. 5 et 7.

(3) *Occurrit ei*, etc. Occasio disputationis Archelai, Cascharorum vel Carcharorum, seu Carrhæ vel Carrharum episcopi cum Manete, narratur ab ejus scriptore ; qui fuit vel Archelaus ipse, vel Hegemonius quidam qui Archelas scripta Syriaco primum sermone vulgata, digesserit ac Græce transtulerit ex Phot. cod. 85. Græca jamdulum periere, exceptis fragmentis ab Epiphanio. Cyrillo nostro, aliisque auctoribus commemoratis Latina Græcorum interpretatio jam ex parte ab Emerico Rigotio, et Valesio publici juris facta erat ex codice Bobiensi ; sed tandem integra ex Casinensi codice ab Alexandro Zacagnio Romæ an. 1698 data

εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, διὰ τὸ φονεῦσαι. Τὸν γὰρ δυνάμενον διὰ τῆς ἰατρικῆς ἐπιμελείας σωθῆναι, οὗτος τοὺς ἰατροὺς ἀποστήσας ἐφόνευσε, τῇ ἀμελείᾳ θανατώσας.

ΚΖ'. Ἐμοῦ δὲ λέγοντος τὰ περὶ αὐτοῦ πάμπολλα κακὰ, μέμνησο πρῶτον τὴν βλασφημίαν, δεύτερον τὴν δουλείαν (4)· οὐχ ὅτι αἰσχύνη ἡ δουλεία, ἀλλ' ὅτι τὸ δοῦλον ὄντα, ἐλευθερίαν πλάττεσθαι, κακόν. Τρίτον τὸ ψεῦδος τῆς ἐπαγγελίας, καὶ τέταρτον τοῦ παιδὸς τὸν φόνον, καὶ πέμπτον τὴν αἰσχύνην τῆς φυλακῆς. Καὶ οὐκ ἦν γε αἰσχύνη τῆς φυλακῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐκ τῆς φυλακῆς φυγή. Ὁ γὰρ λέγων ἑαυτὸν Παράκλητον, καὶ τῆς ἀληθείας ἀγωνιστὴν, ἔφευγεν· οὐκ ἦν διάδοχος Ἰησοῦ τοῦ ἑτοίμως ἐρχομένου εἰς τὸν σταυρὸν, ἀλλ' οὗτος ἐναντίος ἦν φυγάς. Εἶτα ὁ βασιλεὺς Περσῶν ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι τοὺς δεσμοφύλακας· αἴτιος ὁ Μάνης δι' ὑπερηφανίαν θανάτου τῷ παιδὶ, καὶ αἴτιος θανάτου τῶν δεσμοφυλάκων διὰ τὴν φυγήν. Ὁ οὖν παραίτιος θανάτου, οὗτος ἄρα προσκυνεῖσθαι ὀφείλει ; οὐκ ἔδει μιμήσασθαι Ἰησοῦν, καὶ εἰπεῖν· Εἰ ἐμὲ ζητεῖτε, ἄφετε τούτους ὑπάγειν ; οὐκ ἔδει κατὰ τὸν Ἰωνᾶν εἰπεῖν· Ἄρατέ με καὶ βάλλετε εἰς τὴν θάλασσαν· δι' ἐμὲ γὰρ ὁ κλύδων οὗτος ;

ΚΖ'. Φεύγει ἐκ τῆς φυλακῆς, καὶ ἔρχεται εἰς τὴν Μεσοποταμίαν· ἀλλ' ἀπαντᾷ αὐτῷ ὅπλον δικαιοσύνης (5) Ἀρχέλαος ἐπίσκοπος. Καὶ ἐπὶ φιλοσόφων

[15] Joan. XVIII, 8. [16] Jon. I, 12.

est ; in qua tamen nonnulla desiderari, præter alia hoc unum satis argumenti est, quod ea quæ a nostro Cyrillo ex hac disputatione commemorantur, ibi desint. Duplex vero habita est inter Archelaum et Manem collatio. Prima et solemnior, ex qua desumpta sunt quæ hic Cyrillus memorat, Cascharæ ; altera in vico Diodori, cum Manes in priori convictus eo aufugisset. Quæ hic ascribit Cyrillus ex ipso Disputationis initio sumpta videntur. At in actis illius a Zacagnio editis penitus diversum principium est num. 12, pag. 23, et num. 13, pag. 24 et seqq. Manes proloqui incipit magnifica titulorum suorum commendatione : tum in Veteris Testamenti auctorem, quem Satanam dicit, et in mundi Creatorem, invehitur ; sed aliis argumentis quam quæ in hoc loco Cyrillus repræsentat. Archelaus primum silet ; post duas ingenitas Manetis naturas operose confutat. Denique illa Archelai et Manetis de loco Deuteronomii, *Ego ignis consumens*, et de Pauli testimonio, *in quibus Deus hujus sæculi*, etc., altercatio, in iis Actis nullibi comparet. Zacagnius Præfationis suæ num. 14, ea acta mutila esse, et ex prolixiori opere in compendium contracta suspicatur. Tillemontius censet folia quædam in medio et circa finem intercidisse. Mihi utrumque videtur ; nam bona pars eorum, quæ Archelaus epistola ad Diodorum num. 41, se dissertasse testatur, in ea disputatione non habetur. Ad ea autem manifesto pertinent quæ Cyrillus commemorat, quæque ab ipso collationis initio disputata significat Archelaus. Cæterum dubitari merito potest utrum Cyrillus ipsa Archelai verba, an potius dictorum ejus sensum retulerit. Certe, ut infra dicemus, grandem de suo parenthesim adjunxit.

(4) Τὴν δουλείαν. Editi, καὶ τὴν δουλείαν. Καὶ erasimus secundum codices supra citatos.

(5) Ὅπλον δικαιοσύνης. In editis, ὅπλῳ δικαιοσύνης, *armis justitiæ*. Legimus ὅπλον in mss. Coisl., Roe, Casaub., Petro Sic., Grod. qui vertit *scutum justitiæ*. Omnino ex stylo Cyrilli ista est loquendi

κριτῶν ἐλέγξας, ἀκροατήριον Ἑλληνικὸν συστησάμενος, ἵνα μὴ Χριστιανῶν κρινόντων δοκῶσιν οἱ κριταὶ χαρίζεσθαι « Λέγε, φησὶν ὁ Ἀρχέλαος πρὸς τὸν Μάνην, ὃ κηρύσσεις. » Ὁ δὲ ὡς τάφον (1) ἀνεῳγμένον ἔχων τὸ στόμα, ἀπὸ βλασφημίας πρῶτον τοῦ ποιητοῦ τῶν ἁπάντων ἤρξατο, φάσκων· Ὁ τῆς Παλαιᾶς Θεὸς κακῶν ἐστιν εὑρέτης, λέγων περὶ ἑαυτοῦ· Ἐγὼ πῦρ (2) καταναλίσκον. Ὁ δὲ σοφὸς Ἀρχέλαος ὑπεξέλυε τὴν βλασφημίαν, εἰπών· « Εἰ ὁ τῆς Παλαιᾶς Θεὸς, κατὰ τὸν σὸν λόγον, πῦρ ἑαυτὸν λέγει, τίνος υἱός ἐστιν ὁ λέγων· Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν ; Εἰ μέμφῃ τὸν λέγοντα, Κύριος θανατοῖ καὶ ζωογονεῖ, διὰ τί τιμᾷς Πέτρον τὴν Ταβιθὰν μὲν ἐγείραντα, τὴν δὲ Σάπφειραν θανατώσαντα ; Εἰ δὲ καὶ μέμφῃ, ὅτι πῦρ ἡτοίμασε διὰ τί οὐ μέμφῃ τὸν λέγοντα· Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ (3) εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον ; Εἰ μέμφῃ τὸν λέγοντα· Ἐγὼ Θεὸς ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακὰ, ἐξήγησαι πῶς λέγει Ἰησοῦς· Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν. Ἀμφοτέρων τὰ ἴσα λεγόντων, δυοῖν θάτερον· ἢ ἀμφότεροι καλοὶ διὰ τὴν ὁμολεξίαν· ἢ εἰ ἀνέγκλητος Ἰησοῦς ταῦτα λέγων, διὰ τί ψέγεις τὸν τὰ ὅμοια ἐν τῇ Παλαιᾷ λέγοντα ; »

A judicibus arguens, collecto gentillium auditorio, ne si Christiani judices fuissent gratificati fuisse viderentur : « Age, profer, inquit Archelaus ad Manem, id quod prædicas. » Ille vero, cui os quasi sepulcrum patens [17], primum *occepit* a blasphemia in creatorem omnium, dicens : Veteris Testamenti Deus malorum inventor est, de se ipse aiens : *Ego ignis consumens* [18]. Tum sapiens Archelaus blasphemiam hanc dissolvit his verbis : « Si Veteris Testamenti Deus, ut ais, ignem se appellat, cujusnam filius est qui ait : *Ignem veni mittere in terram* [19] ? Si accusas eum qui dicit : *Dominus mortificat et vivificat* [20] ; eccur honoras Petrum, qui Tabitham excitavit e morte [21], et Sapphiram morte multavit [22] ? Si vitio vertis, quod ignem præparavit [23], cur etiam non hunc reprehendis qui dicit : *Discedite a me in ignem æternum* [24] ? Si culpas eum qui ait : *Ego Deus faciens pacem et creans mala* [25] : expone quomodo Jesus dicat : *Non veni pacem mittere, sed gladium* [26]. Cum ambo paria dicant, e duobus alterum : aut uterque bonus propter similem loquendi rationem ; aut si Jesus hæc dicens a reprehensione abest, cur eum vituperas qui in Veteri Testamento similia loquitur ? »

B

ΚΒ'. Εἶτα ὁ Μάνης πρὸς τοῦτον λέγει· « Καὶ ποῖος Θεὸς τυφλοῖ ; Παῦλος γάρ ἐστιν ὁ λέγων· Ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι (4) τὸν φωτισμὸν τοῦ Εὐαγγελίου. » Ὁ δὲ Ἀρχέλαος (5) καλῶς ὑποκρούσας « Προανάγνωθι, φησίν, ὀλίγον· Εἰ δὲ κεκαλυμμένον ἐστὶ τὸ Εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ κεκαλυμμένον. Ὁρᾷς ὅτι ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις κεκάλυπται ; οὐ δεῖ γὰρ δοθόναι τὰ ἅγια τοῖς κυσίν. Εἶτα, ἆρα μόνος ὁ τῆς Παλαιᾶς Θεὸς ἐτύφλωσε τὰ νόημα τῶν ἀπίστων ; Ἰησοῦς δὲ (6) αὐτὸς οὐκ εἴρηκε, Διὰ τοῦτο αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς λαλῶ, ἵνα μὴ βλέποντες μὴ βλέπωσι ; Καὶ ποῖος Θεὸς τυφλοῖ ; Παῦλος γάρ ἐστιν ὁ λέγων· Ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι τὸν φωτισμὸν τοῦ Εὐαγγελίου. » Ὁ δὲ Ἀρχέλαος καλῶς ὑποκρούσας « Προανάγνωθι, φησίν, ὀλίγον· Εἰ δὲ κεκαλυμμένον ἐστὶ τὸ Εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ κεκαλυμμένον. Ὁρᾷς ὅτι ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις κεκάλυπται ; οὐ δεῖ γὰρ δοθόναι τὰ ἅγια τοῖς κυσίν. Εἶτα, ἆρα μόνος ὁ τῆς Παλαιᾶς Θεὸς ἐτύφλωσε τὰ νόημα τῶν ἀπίστων ; Ἰησοῦς δὲ (6) αὐτὸς οὐκ εἴρηκε, Διὰ τοῦτο αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς λαλῶ, ἵνα μὴ βλέποντες μὴ βλέπωσι ;

105 XXVIII. Manes hæc contra : « Et qualisnam Deus excæcat ? Pauli enim verba sunt : *In quibus Deus sæculi hujus excæcavit cogitationes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii* [27]. » Archelaus vero præclare subjiciens : « Quæ paululum antecedunt, inquit, lege. *Quod si opertum est Evangelium nostrum, in iis qui pereunt est opertum* [28]. Cernis in pereuntibus opertum esse ; non enim danda sunt sancta canibus [29]. Præterea, solusne antiqui Testimenti Deus excævavit cogitationes infidelium ? nonne Jesus ipse dixit : *Ideo ipsis in parabolis loquor, ut videntes non videant* [30] ? Nunquid ex

C

[17] Psal. v, 11. [18] Deut. IV, 24. [19] Luc. XII, 49. [20] I Reg. II, 6. [21] Act. IX, 40. [22] ibid. 10. [23] Deuteron. XXXII, 22. [24] Matth. XXV, 41. [25] Isa. XLV, 7. [26] Matth. X, 34. [27] II Cor. VI, 4. [28] ibid. 3. [29] Matth. VII, 6. [30] Matth. XII, 13 ; Luc. XIII, 10 ; Marc. IV, 12.

ratio, sic cat. 2, num. 15, pœnitentiam vocat τὸ καρτερὸν τῆς σωτηρίας ὅπλον, *validum salutis telum* vel *scutum*, quia nempe ejus ope verterat in fugam, et internecione deleverat suos hostes Ezechias. Eodem modo Archelaus Manetem fudit et fugavit.

(1) Ὡς τάφον. Particulam ὡς adjicimus ex Grod. et Petro Siculo.

(2) Ἐγὼ πῦρ. Codd. Coisl., Ottob., Roe. Casaub., Ἐγὼ ὁ (deest ὁ Ottob.) Θεὸς πῦρ κατανν. Sed in loco Scripturæ citato, non Deus, sed Moyses de Deo in tertia persona loquitur, ita : Κύριος ὁ Θεὸς σου, πῦρ καταναλίσκον ἐστί.

(3) Ἀπ' ἐμοῦ. Verba hæc desiderantur in codd. Ottob., Coisl., Roe, Casaub., Grod., Petro Siculo. Paulo post, in Roe et Casaub. scribitur : Ἐγὼ ὁ Θεὸς, ὁ ποιῶν, proxime ad sacrum textum. Cyrillus ipse cat. 9, num. 7, citans sequentia hujus prophetici testimonii verba, legit, Ἐγὼ ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας φῶς. Loco ἐξήγησαι πῶς λέγει Ἰησοῦς. Siculus scribit, διὰ τί οὐ μέμφῃ τὸν Ἰησοῦν λέγοντα ; *cur non reprehendis Jesum aientem*, etc. Post εἰρήνην in codd. Roe, Casaub. et Ottob., in Coisl. autem cod., post βαλεῖν, additur, ἐπὶ τὴν γῆν. Pet. Sic. legit, ἐπὶ τῆς γῆς, *super terram*. Habentur ea verba in citato Matthæi textu, verum non in hoc versiculi membro quod hic refertur, sed in superiore : Μὴ νομίσητε, ὅτι ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν.

(4) Εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι. In Ottob. habetur αὐγάσαι. Pet. Siculus legit : Εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ Εὐαγγελίος τοῦ Χριστοῦ. « Ut non fulgeat illis illuminatio « scientiæ gloriæ Evangelii Christi. » Sed ex iis quæ Cyrillus disputat num. 29, patet Manem non ita citavisse.

D

(5) Ὁ δὲ Ἀρχέλαος. Ita editi et codd. mss. Contra Siculus, Ἀρχέλαος πάλιν, Ὑποστίξας, φησὶ, προανάγνωθι ὃ λέγει νῦν· quod ego vitium librarii puto ex ὀλίγον tria verba conficientis : « Archelaus « rursum, Interpunctione adhibita, *inquit*, antece- « dentia lege, quid sibi nunc velit Apostolus. » Commodior vulgata lectio. Post ea verba sic legit Petrus Seculus : Εἰ δὲ καὶ ἐστι κεκαλυμμένον τὸ Εὐαγγ. Ita etiam in Coisl. et Ottob. codd. et in sacro textu.

(6) Ἰησοῦς δὲ, etc. Hæc paulo aliter Petrus Siculus : Ἢ καὶ Ἰησοῦς αὐτὸς, ὁ καὶ Παῦλον τυφλώσας, οὐκ εἴρηκε· Διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λαλῶ, ὅτι βλέποντες οὐ βλέπουσι ; « Annon et Jesus ipse qui « Paulum excœcavit, ita locutus est : Propterea in « parabolis ipsis loquor, quia videntes non vident ? » At Raderus Siculi interpres vertit, quomodo in

odio volebat ut non viderent? an potius, propter eorum indignitatem, quandoquidem oculos ipsi suos occluserant [31]? Ubi enim voluntaria pravitas adest (1), ibi et gratiæ subductio: « Habenti enim « dabitur; ab eo autem qui non habet, etiam quod « habere se putat, auferetur [32]. »

XXIX. (Si autem, quemadmodum nonnulli quoque interpretantur (2), illud dicendum est [horum enim non est illaudabilis oratio]: quamvis infidelium cogitationes excæcaverit, in bonum excæca-

[31] Matth. XIII, 15. [32] Matth. XXV, 29.

Cyrilli textu, *ut videntes non videant*. Siculi allegatio evangelici dicti fidelior est, et textum Matthæi ad amussim repræsentat. Contra ea quæ in textu est, partim ex Matthæi, partim ex Lucæ verbis cap. VIII, 10, consarcinata est: atque idcirco, me judice, minus mutationis aut emendationis suspicione laborat. Est præterea auctoris scopo et verbis convenientior; qui supponit Christum noluisse, non quidem odio, sed justa indignatione et duritici cordis punitione, ne ii quibus in parabolis loquebatur, viderent

(1) *Ubi voluntaria pravitas*, etc. Ait gratiam denegari vel auferri ab iis qui oblatam voluntarie respuunt. Qui tamen hoc dono, ad non peccandum necessario privati, nihilominus ad peccandum vel non peccandum liberi manent Ita suos sensus exponit Archelaus *Disp. cum Manete* a Zacagnio edita num.32: « Deus omnia quæ fecit, bona valde feeit; « liberi arbitrii sensum unicuique dedit, qua ratio« ne etiam legem judicii posuit. Peccare nostrum « est; ut autem non peccemus Dei donum est, ex « eo quod in nostro sit arbitrio constitutum pecca« re, vel non peccare. »

(2) « Quemadmodum nonnulli interpretantum. » Quam hic Pauli verborum interpretationem affert Cyrillus, apud neminem veterum me legere fateor. Sed similes non desunt in Patrum scriptis locorum huic similium explicationes Origenes verbi gratia in lib. I *De principiis*. cap. 1, verba Hebr. XII. 29, « Deus ignis consumens est *ita intelligit*, quia consu« mit et exterminat malas mentium cogitationes, ges« ta turpia, desideria peccati; animarumque vitiis et « passionibus consumptis, purum sibi eas dignum« que efficit templum » Theodorus Heracliotes, seu quisquis auctor commentarii Catenæ Græcorum Patrum in singulos psalmos Corderio editore præfixi, ea verba psalmi II, vers 9, *Tanquam vas figuli conteres eos*, interpretans explicat de pravitatis et terrestrium ac materialium affectuum contritione. Basil. epist. 317, p. 309, quod Christus dicitur in ruinam et resurrectionem futurus (*Luc.* II, 34), interpretatur de pravitatis nostræ casu, et boni excitatione. Similes aliorum in psalmis contextuum, de peccatorum et impiorum hominum interfectione, eversione, confusione, etc., explicationes passim apud Græcos et Latinos Patres reperias. Alia est Augustini de excæcatione in bonum interpretatio, qua Deum ait superbos de sua justitia præsumentes deserere et excæcare, ut ex peccatis in quæ deserti et excæcati labuntur, salutari pudore demissaque de se ipsis existimatione concepta, ad divinæ gratiæ medicinam confugiant. V. eumdem tractat, 53 *in Joann.*, n. 10 et 11

(3) Τῆς χάριτος. Siculus, τῆς φωτιζούσης χάριτος, *illuminantis gratiæ*.

(4) Εἰ δὲ δεῖ, etc. In codd. Roe, et Casaub., ex δεῖ καὶ ὡς, unum verbum δικαίως confectum est. At ita manet manca constructio. Petrus Siculus δικαίως legit, sed phrasim paulo commutat: Εἰ δὲ καὶ δικαίως τινὲς ἐξηγοῦνται, ἔστι καὶ οὕτως εἰπεῖν

βολαῖς λαλῶ, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι; μὴ μισῶν αὐτοὺς ἐβούλετο μὴ βλέπειν; ἢ διὰ τὸ ἀνάξιον, ἐπειδὴ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν; Ὅπου γὰρ αὐτοπροαίρετος πονηρία, ἐκεῖ καὶ ἀποχὴ τῆς χάριτος (3)· Τῷ γὰρ ἔχοντι δοθήσεται· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν ἀρθήσεται. »

ΚΘ΄. (Εἰ δὲ δεῖ (4) καὶ ὡς τινες ἐξηγοῦνται, τοῦτο εἰπεῖν (οὐ φαῦλον γὰρ τὸ ῥῆμα)· εἰ καὶ ἐτύφλωσε τῶν ἀπίστων τὰ νοήματα (5), ἐπὶ καλῷ ἐτύφλωσεν, ἵνα εἰς τὰ ἀγαθὰ ἀναβλέψωσιν. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἐτύ-

(οὐ φαῦλον γὰρ τὸ ῥῆμα), etc. « Quod si etiam recte « interpretantur nonnulli, licet quoque sic dicere « (non enim absurda est oratio), » etc Porro, tametsi hæc usque ad paragraphi finem Archelai verbis Cyrillus dicere videatur, cum ibi subjiciat, « Hujus« modi aliisque pluribus dictis evertebatur draco: « talibus Archelaus Manem conflictationibus pros« ternebat, » unde Zacagnius hæc omnia ad calcem Disputationis Archelai tanquam partem ejus veram appinxit: nihilominus in hoc loco Archelai verba desinere, et cætera ab his verbis, *Si autem*, etc., usque ad finem, a Cyrillo, parenthesis vice, Archelai rationibus adjecta censemus. Saltem dubitari non potest quin verba ταῦτα τὰ μυστήρια, inferius posita, Cyrilli sint, non Archelai, duabus rationibus quæ omne punctum auferunt. 1° Enim ait mysteria quæ nunc audienti e catechumenorum sorte egresso exponit, licitum non esse gentilibus aperire, atque in his mysteriis nominat sanctissimæ Trinitatis doctrinam. Atqui ut hæc apprime conveniunt Cyrilli auditoribus, e catechumenorum statu in fidelium nomen ac gradum translatis, cat. 5, n. 1, quibus mysterium Trinitatis cat. 4, planissime aperuerat; ita non conveniunt Maneti, qui Cyrillo teste cat. 6 n. 21, neque Christianus unquam, neque ab Ecclesia rejectus fuerat; nedum catechumenus, aut catechumenorum gradum supergressus, atque ita Ecclesiæ filius factus esset, *Procat.* n. 13; nam catechumenos revera ab Ecclesia rejici probat Lucifer, qui in libro *De non conveniendo*, etc., Constantium imp. vocat *hominem excisum e corpore sanctæ Ecclesiæ*. Ait 2° quæ nunc mysteria sine involucris exponit, nefas esse coram gentilibus proloqui. Atqui in gentilium auditorio loquebatur Archelaus, sup. n. 27. Illi igitur affingetur contradicens oratio, qua neget se coram ethnicis loqui, quos tamen disceptationis judices habeat: affirmetque se ea mysteria explicare, de quibus quæstio nulla erat. Cum itaque verba, ταῦτα τὰ μυστήρια, certissime sint Cyrilli, eaque cum superioribus necessaria connexione devinciantur, necessario parenthesis initium in hoc loco collocavimus. Nec morari nos debet parenthesis longitudo: nam digressiones et parentheses longiores Cyrillo non inusitatæ. Vid. cat. 16, n. 14, hom. *in Paral.* n. 8 usque ad 11. Præterea hæ unius Scripturæ loci secundum diversas sententias explicationes, ejus sunt ingenii, ut videre est cat. 17, n. 9 et 10; cat. 13, n. 21, etc. Demum quam postremo loco tradit hujus loci interpretationem, nempe infirmos oculos veritatum, quas capere non possunt, fulgore obtundi, continetur in ea ratione quam reddidit *Procat* n. 12, cur catechumenis mysteria celentur, quia videlicet noceret ipsis rerum quas nondum possunt capare, cognitio.

(5) Τὰ νοήματα. Addit hæc Petrus Siculus, ὡς καὶ Παύλου τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ Χριστός, *quemadmodum et Pauli oculos excæcavit Christus*. Paulo post ubi scripsimus ἁγαθά, ex codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub. et Petri Siculi versione, legitur in editis et Græco Siculi textu, ἅγια, *sancta*.

φλωσεν αὐτῶν τὴν ψυχήν, ἀλλὰ, τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων. Τὸ δὲ λεγόμενον, τοιοῦτόν ἐστι· Τύφλωσον τοῦ πόρνου τὰ πορνικὰ νοήματα, καὶ σέσωσται ὁ ἄνθρωπος· τύφλωσον τοῦ λῃστοῦ τὸ ἁρπακτικὸν καὶ λῃστρικὸν, καὶ σέσωσται ὁ ἄνθρωπος. Ἀλλ' οὐ θέλεις οὕτω νοῆσαι ; ἔστι καὶ ἄλλη ἐξήγησις. Τυφλοῖ καὶ ὁ ἥλιος τοὺς ἀμβλυωποῦντας (1)· καὶ οἱ ὀφθαλμιῶντες τυφλοῦνται, βλαπτόμενοι ὑπὸ τοῦ φωτός· οὐχ ὅτι τυφλωτικός ἐστιν ὁ ἥλιος, ἀλλ' ὅτι ἡ ὑπόστασις τῶν ὀμμάτων οὐ βλέπει (2). Οὕτω καὶ οἱ ἄπιστοι, νοσοῦντες ταῖς καρδίαις, οὐ δύνανται ἐνιδεῖν ταῖς τῆς θεότητος ἀκτῖσιν. Καὶ οὐκ εἶπεν· Ἐτύφλωσε τὰ νοήματα, εἰς τὸ μὴ ἀκοῦσαι τὸ Εὐαγγέλιον· ἀλλ', εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι τὸν φωτισμὸν τῆς δόξης τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· Τὸ μὲν γὰρ ἀκοῦσαι τοῦ Εὐαγγελίου, πᾶσιν ἐφίεται· ἡ δόξα δὲ τοῦ Εὐαγγελίου τοῖς Χριστοῦ γνησίοις μόνοις (3) ἀφώρισται. Ἔλεγεν οὖν ὁ Κύριος, τοῖς μὲν ἀκοῦσαι μὴ δυναμένοις ἐν παραβολαῖς· τοῖς δὲ μαθηταῖς ἐπέλυε κατ' ἰδίαν τὰς παραβολάς· ὁ αὐγασμὸς γὰρ τῆς δόξης τοῖς πεφωτισμένοις, ἡ τύφλωσις τοῖς ἀπίστοις. Ταῦτα τὰ μυστήρια, ἃ νῦν (4) ἡ Ἐκκλησία διηγεῖταί σοι τῷ ἐκ κατηχουμένων μεταβαλλομένῳ, οὐκ ἔστιν ἔθος ἐθνικοῖς διηγεῖσθαι. Οὐ γὰρ ἐθνικῷ τὰ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος διηγούμεθα μυστήρια, οὐδὲ τὰ περὶ τῶν μυστηρίων ἐπὶ κατηχουμένων λευκῶς λαλοῦμεν· ἀλλὰ πολλὰ πολλάκις λέγομεν ἐπικεκαλυμμένως, ἵνα οἱ εἰδότες πιστοὶ νοήσωσι, καὶ οἱ μὴ εἰδότες μὴ βλαβῶσι.)

Α'. Τοιούτοις καὶ ἄλλοις πλείοσιν ἀνετρέπετο ὁ δράκων· τοιαύταις συμπλοκαῖς κατεπάλαισε (5) τὸν Μάνην ὁ Ἀρχέλαος. Φεύγει πάλιν καὶ ἐντεῦθεν, ὁ ἐκ

vit, ut ad bona respiciant. Non enim dixit : Excæcavit eorum animam ; sed, *infidelium cogitationes*. Cujus dicti sensus iste est : Excæca scortatoris scortandi cogitationes, et servatus est homo. Excæca furis **106** rapiendi et latrocinandi ingenium, et salutem consecutus est homo. Verum ita non vis intelligere ? Est et alia interpretatio (6). Excæcat sol habentes obtusam oculorum aciem ; et ii qui oculorum imbecillitate laborant, vi luminis offensi excæcantur : non quod sua sponte atque natura sol inferat cæcitatem, sed quod oculorum substantia a videndo impediatur : ad eum modum infideles, cum ægritudinem in cordibus patiantur, in Divinitatis radios inspicere non possunt. Nec dixit, « Excæca- « vit cogitationes, ut ne audiant Evangelium : *sed* ut « non fulgeat illis illuminatio gloriæ Evangelii Do- « mini nostri Jesu Christi [33]. » Nam Evangelium audire, omnibus permittitur : Evangelii vero *gloria* solia Christi germanis sinceris que [discipulis] reservata est. Illis quidem qui audire non poterant, Dominus in parabolis loquebatur [34] ; discipulis vero privatim parabolas edisserebat [35] : gloriæ enim fulgor eorum est qui sunt illuminati ; excæcatio, infidelium. Hæc mysteria quæ nunc tibi patefacit Ecclesia ex catechumenorum sorte transgresso, gentilibus exponere mos non est ; non enim gentili, quæ Patrem, Filium, et Spiritum sanctum spectant mysteria, declaramus [36] ; neque catechumenis coram de mysteriis palam loquimur : sed multa sæpe tecte dicimus, ut qui norunt fideles, intelligant ; qui vero nesciunt, non lædantur.)

XXX. His et aliis pluribus evertebatur draco : talibus Archelaus conflictationibus Manem prostravit. Iterum inde fugit, qui et de carcere aufugerat :

[33] II Cor. IV, 4. [34] Matth. XIII, 13. [35] Marc. IV, 34. [36] *Vid. Procat. n.* 7, *et cat.* 5, *n.* 12. *Vid. cat.* 4, *n.* 36.

(1) Ἀμβλυωποῦντας. Ita scribimus ex codd. Coisl., Colb., Bodl., edit. an. 1608, Pet. Sic., cum in editis habeatur, ἀμβλυωττοῦντας.

(2) Οὐ βλέπει. Melius apud Siculum, σαθρά ἐστι, *læsa est oculi natura.* Mox loco ἀπιστία, scribimus, ἄπιστοι, ex codd. Coisl., Roe, Ottob., Casaub., Pet. Sic. Vix enim credam verbo νοσοῦντες junctos dativos duos ante et post. In textu Apostoli, quem paulo post veluti majori quam Manes fide recitat Cyrillus, paulum tamen apostolica verba commutat. Legimus enim, εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ Εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ, *ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloriæ Christi.* At Cyrillus legit, διαυγάσαι, et omittit. αὐτοῖς, una cum multis mss. et auctoribus : sed verba τῆς δόξης ponit ante τοῦ Εὐαγγελίου, Evangeliumque ab Evangelii gloria distinguens, responsionis suæ momentum omne in hoc discrimine constituit, cum tamen Apostolus non gloriam Evangelii, sed Evangelium gloriæ, seu gloria plenum, hic dicat. Sed ita fortasse habebat Cyrillus in codice suo : ut etiam legit Cyrill. Alex. hom. 5. Pasch., pag. 46.

(3) Γνησίοις μόνοις. In edidis ponitur, μόνοις ante γνησίοις, contra ordinem naturalem, quem restituimus ex Coisl., Roe, Casaub. At Petrus Siculus omittit, τοῖς, et pro μόνοις legit, δούλοις. Nihil necesse est verbo γνήσιος adjungere δοῦλος, nam **eodem vocabulo sine addito, tanquam substantivo** utitur interdum, ut *Procat.* n. 15. Paulo inferius, post ἔλεγεν addidimus particulam οὖν ex Pet. Sic., et ante δυναμένοις, necessariam negationem μή, ex codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub., Petr. Sic., Grod. Similiter post αὐγασμός, adjicimus γάρ, ex Coisl., Roe, Casaub.

(4) Ἃ νῦν. Relativum ἅ hic primum comparet ex codd. Roe, Casaub. et Grod. sicut et pronomen σοι post διηγεῖται, ex præfat. codd. insuperque ex Colb., Bodl. et Petro Siculo.

(5) Κατεπάλαισε. Ex Coisl., Ottob., Roe. Casaub., Grod. Editi et cæteri, κατεπάλαιε.

(6) *Est et alia interpretatio*, etc. Parum differt tertia hæc interpretatio ab illa superiore Archelai num. 28 easque ambas in unam conjungit sanctus Irenæus lib. IV. cap. 29. n 1. Apud Cyrillum tamen discrepant, quod secundum priorem Deus indignis subtrahit gratiam in pœnam voluntariæ obdurationis ; secundum alteram, gratiæ seu potius luminis præsentia debiles oculos perstringit et excæcat ; quod ut avertat Deus, iis mysteria quæ ferre non possunt, celat : secum non pugnant tres illæ interpretationes. Nam ut Deus quandoque præmisericordia excæcat in bonum secundo sensu, et ne lux noceat in tertio, ita etiam subductione auxilii sui, vel tentationis permissione, eos qui veritati non credunt indurari et seduci patitur : quod Cyrillus de Antichristi temporibus ait cat. 15, **num. 17.**

elapsusque adversario, venit ad vilissimum quemdam pagum (1); ad instar serpentis, qui in paradiso Adamum omittens ad Evam accessit. Sed optimus pastor Archelaus ovibus prospiciens, audita hominis fuga, citato cursu ad lupum requirendum festinavit. Manes vero adversarium confestim conspiciens, exsiliit inde et aufugit; aufugit **107** vero postremam fugam. Nam Persarum regis satellites omnibus locis perquirentes, fugitivum comprehendunt: quamque debebat coram Archelao subire sententiam (2), hanc ipsi inferunt regii satellites. Capitur Manes, ille quem sui adorant discipuli et ad regem adducitur. Exprobravit ipsi rex mendacium et fugam; irrisit servitutem; ultus est pueri interemptionem: damnavit et propter carceris custodum necem. Mani jubet Persico more detrahi cutem (3): et reliquum quidem corpus ferarum pastui traditum est; illud vero pessimæ mentis conceptaculum cutis, pro foribus in sacci modum suspensa fuit. Qui se Paracletum dicebat, et futurorum scientiam

A τῆς φυλακῆς φυγών· καὶ τὸν ἀνταγωνιστὴν διαδράσας, ἔρχεται ἐπὶ κώμην εὐτελεσιάτην· κατὰ τὸν ὄφιν τὸν ἐν παραδείσῳ καταλιπόντα τὸν Ἀδὰμ, καὶ τῇ Εὔᾳ προσελθόντα. Ἀλλ' ὁ καλὸς ποιμὴν Ἀρχέλαος, τῶν προβάτων προνοῶν, ἀκούσας τὴν φυγὴν, εὐθέως ὁρμαῖος ἐπὶ τὴν τοῦ λύκου ἐπείγετο ζήτησιν. Μάνης δὲ ἰδὼν ἐξαίφνης (4) τὸν ἀντίδικον, ἐξεπήδησε καὶ ἔφυγεν· ἔφυγε δὲ τὴν τελευταίαν φυγήν. Οἱ γὰρ τοῦ τῶν Περσῶν βασιλέως ὑπασπισταὶ πανταχοῦ διερευνώμενοι, καταλαμβάνουσι τὸν φυγάδα· καὶ ἦν ὤφειλεν ἐπὶ τοῦ Ἀρχελάου λαβεῖν ἀπόφασιν, ταύτην ἐπιφέρουσιν αὐτῷ οἱ τοῦ βασιλέως ὑπασπισταί. Συλλαμβάνεται ὁ Μάνης, ὃν προσκυνοῦσιν οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ (5), καὶ ἄγεται πρὸς τὸν βασιλέα. Ὠνείδισεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς τὸ ψεῦδος καὶ τὴν φυγὴν, ἐχλεύασε τὴν δουλείαν, ἐξεδίκησε τοῦ παιδὸς τὸν φόνον, κατ-

B ἔκρινε (6) καὶ διὰ τὸν τῶν δεσμοφυλάκων φόνον· ἐκδαρῆναι τὸν Μάνην Περσικῷ νόμῳ προστάττει. Καὶ τὸ μὲν λοιπὸν σῶμα θηρίων παρεδόθη βορᾷ (7)· τὸ δὲ τῆς κακίστης γνώμης δοχεῖον, τὸ δέρμα, θυλάκου δί-

(1) *Vilissimum quemdam pagum.* Vocatur ab auctore, *Disput. cum Manete*, num. 49, *vicus Diodori*: ab Epiphanio, n. 11, Diodoris in Cascharis regione: eodem modo Photius, *Hist. Manich.*, p 358, εἰς Διοδωρίδα Κασχάρων. Huc Manes, ab judicibus quamvis ethnicis causa dejectus, populi in ipsum ruentis furori se subtrahens, fugit. Ibi cum quadam die congregata turba concionaretur, tanto confidentius quod neminem haberet adversarium sibi disserendi vi atque eruditione formidandum; presbyter loci, cui nomen erat Diodoro quamvis ab Epiphanio vocetur Tryphon, Archelaum hujus rei per litteras certiorem fecit: qui presbyterum primo per litteras confirmavit, suppeditatis armis quibus ille gnaviter cum Mane prælium redintegravit; mox ipse eo accessit, venitque ad locum in quo jam Manes disputationem diei præcedentis cum Diodoro inchoatam continuaturus aderat, jam exorsus loqui. Hæc ex *Disp.* Archelas, num. 39 et seqq.

(2) *Quam debebat*, etc. Nimirum narrat Archelaus, *Disp.*, num. 39 Manetem, postquam in prima disputatione Carrhæ habita confutatus et judicum sententia damnatus fuisset ab infantibus primum, deinde ab reliqua multitudine ita impulsum et fugatum fuisse, ut nisi turbas compressisset Archelaus, capitis discrimen aditurus fuerit Epiphanius, hæresi LXVI, num. 11, ait populum voluisse illo tempore lapidibus Manem obruere, sed Marcellum suo conspectu hanc iram repressisse. Iterum vero post collationem in vico Diodori, *turbæ volebant* D *Manem comprehensum tradere potestati barbarorum*, id est Persarum, quorum aliqui paulo ante regis mandato Manem requirentes, in eum locum venerant, ac licet Archelai sermonibus teneretur populus, nonnulli tamen eum fugientem sunt insecuti. Archel num 55. At Epiphanius narrat, num. 11, populum ardentibus animis Manem discerpere conatum esse, ἐπειρῶντο τὸν ἀλιτήριον διαχειρίσασθαι, sed ipsum manus eorum effugisse.

(3) *Persico more.* Nota Persarum, in exquisitorum suppliciorum, ac præsertim detrahendæ vivo homini cutis usu, supra cæteros homines ac barbaros crudelitas, de qua testatur Theodoretus in cap. VII Dan. vers. 5, pag. 628. Manetis supplicium referunt Archelaus, num. 55; Epiphan., hæres. LXVI, num. 12; Photius, *Hist. Manich.*, pag. 357. Photius vivo detractam cutem refert; quod et ipsa Persarum crudelitas, et regis in Manem ira confirmat: accedit et Epiphanii testimonium, *arundine*, ut longius et dirius esset supplicium, *pellem avulsam* memorantis. Cutis illa ex Archelao *medicamentis infecta;* vento, ut refert Photius, innuitque Archelaus, *inflata;* et utris in modum *infartis paleis distenta*, præ foribus, ut videtur, regiæ suspensa fuit; hanc suo tempore ita observatam in Perside narrat Epiphanius. Manetis mors quæ collationem cum Archelao proxime secuta est, non potest ultra annum 278 differri: contigisse videtur mense Martio circa festum Paschatis, quo tempore illam Manichæi majori celebritate quam ipsum Pascha recolebant, sub nomine Bematis, ex Aug., lib. XVIII *cont. Faust.*, cap. 5, erecto videlicet, et quinque gradibus instructo tribunali, et pretiosis linteis adornato, ac in promptu posito, et objecto adorantibus. Idem, *cont. epist. Man.*, cap 8, n 9.

C

(4) Ἰδὼν ἐξαίφνης. Melius in Siculo ponitur ἐξαίφνης ante ἐξεπήδησε. Cæterum Archelao viso statim quidem elabi voluit Manes, sed alterum cum eo conflictum experiri coactus est Archel., num. 46 Loco τὴν τελευταίαν, codd. Roe. Casaub., Coisl., τὴν δευτέραν καὶ (addit Coisl. τὴν) τελευταίαν, *secundam et postremam fugam.* Atqui non hæc secunda, sed tertia erat Manetis fuga, cum Cyrillus num. hujus initio secundam numeret qua ex loco collationis fugit, et primam cum e carcere elapsus est Manes autem in secundo conflictu diligentissime confutatus, in castellum Arabionis clam aufugit; quo in loco ab regis Persarum satellitibus comprehensus est. Ex Archelao ibid. Ante τῶν Περσῶν addidimus τοῦ ex Coisl. et Sic.

(5) Μαθηταί. Addit Siculus ὡς Παράκλητον, *quem sui discipuli velut Paracletum adorant.*

(6) Κατέκρινε etc. Pet. Siculus. καὶ κατέκρινε καὶ διὰ τοῦτο, καὶ διὰ τόν, etc., *eumque condemnavit, tum propter id, tum propter*, etc.

(7) Παρεδόθη βορᾷ. Sic legimus in codd. Ottob., Roe. Casaub. et Petro Siculo, quanquam hic paulo aliter, θηρίοις παρεδόθη βορά, *feris esca traditum est* Editorum lectio est: θηρίων παραδοθῆναι βοράν· sed male convenit cum verbo membri sequentis, ἀνηρτήθη.

κην πρὸ τῶν πυλῶν ἀνηρτήθη. Ὁ τὸν (1) Παράκλητον ἑαυτὸν λέγων, καὶ τὰ μέλλοντα εἰδέναι ἐπαγγελλόμενος, τὴν ἰδίαν φυγὴν καὶ κατάληψιν οὐκ ἔγνω.

ΛΑ'. Τούτου μαθηταὶ (2) τρεῖς γεγόνασι, Θωμᾶς, καὶ Βαδδᾶς, καὶ Ἑρμᾶς. Μηδεὶς ἀναγινωσκέτω τὸ κατὰ Θωμαν Εὐαγγέλιον· οὐ γάρ ἐστιν ἑνὸς τῶν δώδεκα ἀποστόλων, ἀλλ' ἑνὸς τῶν κακῶν τριῶν τοῦ Μάνη μαθητῶν. Μηδεὶς (3) προσφερέσθω τοῖς ψυ-

A profitebatur, suam ipsius fugam comprehensionemque nescivit.

XXXI. Hujus discipuli tres fuere, Thomas, Baddas, et Hermas [37]. Nullus, quæso, legat Evangelium secundum Thomam : non enim est unius e duodecim apostolis, sed unius de tribus pravis Manis discipulis. Nemo se **108** ad corruptores animarum

[37] *Cat.* 4 n. 36.

(1) Ὁ τόν. In editis, omisso articulo τόν, legitur, ὅτι ὁ Παράκλητον, etc Particulam ὅτι delevimus juxta codd. Coisl., Roe, Casaub., Grop. et Petr. Sic : articulum vero τόν addidimus ex Coisl., Roe, Casaub. et ms. Genofev.

(2) Τούτου μαθηταί, etc Hi nobilissimi discipulorum Manetis referuntur ab Archelao, *Disp.*, n. 53, Epiph. hæres. LXVI, num. 12 et aliis Duo autem nomina Baddas et Hermas in nonnullis Cyrilli mss. et apud auctores cum aliquo discrimine leguntur; scribitur in codd. Roe et Casaub., Ἀδδᾶς καὶ Ἑρμᾶς. Petrus Siculus, Βουδδᾶς τε καὶ Ἑρμᾶς· ita scriptum repererat Grodecius, dum vertit Buddah et Hermas. Photius *Hist. Man.* pag. 357 Βούδας τε καὶ Ἑρμᾶς. Marius Victorinus primum Buddam appellat. Archelaus, *Disp. cum Manete*, num 11 et 53, scribit Addas et Hermas. Epiph., hær. LXVI, n. 3, Ἑρμείαν καὶ Ἄδδαν. Theodoret., lib 1 *Hær.*, *fab.*, c. 26, Aldam et Hermam. Auctor *Hist. Manich* jam sæpe laudatus, Abda et Hermas. Alias omitto eorum nominum varietates ex quibus diversas prouna confectas esse personas non dubito. Hujus phrasis, τούτου μαθηταί, etc., loco longe aliud de suo scribit Petrus Siculus. quod Cyrilli verbis continuate interserit, et sub ejus nomine lectoribus proponit, in hunc modum : Ἦν δὲ πρὸ τούτου καὶ ἕτερος τῆς κακίας διδάσκαλος ταύτης, Ζαράνης ὀνόματι, ὁμοφρων αὐτοῦ ὑπάρχων. Μαθηταὶ δὲ τούτου τοῦ ἀντιχριστου Μάνεντος γεγόνασι δώδεκα· Σισίννιος ὁ τούτου διάδοχος, καὶ Θωμᾶς, ὁ τὸ κατ' αὐτὸν Μανιχαϊκὸν Εὐαγγέλιον συντάξας, Βουδδᾶς τε καὶ Ἑρμᾶς, Ἄδαντος καὶ Ἀδήμαντος, ὃν ἀπέστειλεν εἰς διάφορα κλίματα κήρυκα τῆς πλάνης. Ἐξηγηταὶ δὲ αὐτῷ καὶ ὑπομνηματισταὶ γεγόνασιν Ἱέραξ καὶ Ἡρακλείδης, καὶ Ἀβόνιος (l. Ἀφθόνιος ex Photio et libello *De anathematizanda Manichæorum hæresi* apud Cotele.). Ὑπῆρχον δὲ αὐτῷ καὶ ἕτεροι μαθηταὶ τρεῖς· Ἀγάπιος ὁ τὴν Ἑπτάλογον συντάξας, καὶ Ζαρούας, καὶ Γαβριάβιος. « Erat vero et ante hunc alius hujus impietatis magister Zaranes nomine ejusdem cum illo sententiæ. Porro discipuli Maneti antichristo fuere duodeni : Sisinnius qui Maneti successit, Thomas qui Manichaicum suo nomine Evangelium conscripsit Buddas et Hermas, Adantus et Ademantus, quem in diversas regiones erroris præconem misit. Manetis interpretes et a commentariis fuere Hierax et Heraclides, atque Aphthonius. Fuerunt ipsi tres quoque alii discipuli, Agapius qui *Heptalogum* composuit, Zaruas et Gabriabius. » Eadem Photius iisdem pene verbis transcribit : hæc tantum discrepantia, quod quem Siculus Buddam, Photius Budam, quem Sicul Adantum, Photius Adamantum appellat. Eadem quoque nomina in libello *De anathem. Man. hæresi*, anathemati subjiciuntur, ex Siculo forsan auctoribus cognita. Hoc Siculi ad Cyrillum additamentum esse multa suadent : 1° quod in nullis *Catecheseon* codicibus hæc reperiuntur; 2° quod Addas et Adimantus tanquam homines duo distinguantur, quos tamen unum eteumdem fuisse, qui prænomine Addas dictus est, locuples testis est Augustinus lib. II *contra adversarium legis et prophetarum*, cap. 12, num. 41 ; 3° quod is qui nunc Maneti successor dictus est Sisinnius, non alius esse videatur a Sisinnio illo, quem Archelaus, *Disp. cum man.*, num. 5, testatur, magistro relicto, se ad fidem catholicam adjunxisse ; quod quamvis antiqua sit illa de duodecim Manetis discipulis opinio, ab Aug. lib. *De hæresibus*, cap. 46, pag. 17, et Theodoreto, lib. 1 *De hær. fab.*, cap. 26 commemorata, non tamen apud antiquiores legatur ; non id refert Archelaus, non Epiphan. qui, hæres. LXVI, num 5, viginti duos ipsi discipulos attribuit, quorum e numero tres illi nobiliores selecti ; quod forte scripsit propter illos viginti duos j venes virgines electos, quos ad disputationem cum Archelao secum adduxit Manes, referente Archelao num 12, quamquam in Bobiensi codice Archelai disputationis duodecim tantum numerentur ; 5° quod alia discipulorum Manetis nomina ab antiquis recenseatur, verbi gratia Alexander Lycopolitanus in tractatu *contra Manichæos*, *Auctuarii* Combefis. tertii. p 4. Papum quemdam in Ægyptum Manetis doctrinam attulisse tradit. Mar. Victorinus vel quisquis alius auctor tractatus sub ejus nomine *contra Manichæos*, in *Bibl. PP. Lugd.* tom. IV, p. 290, alios Andream, Zoradem et Buddam nominat ; sed Manichæi facile nomina commutabant De trium illorum Monis discipulorum sorte legantur Archelaus, Epiphanius. Theodoretus. De Evangelio Thomæ loquitur Cyrillus cat. 4, n. 36.

(3) Μηδεὶς ect. Ante μηδεὶς, id legitur in Petro Siculo : Μήτε τὴν Ἑπτάλογον Ἀγαπίου, μήτε τὴν ἐπιστολῶν ὁμάδα, μήτε τὴν πᾶσαν παρὰ τούτων τῶν ἀσεβῶν ἐκτεθεῖσαν βίβλον ἀναγινωσκέτω, εἰς λυμτὴν πολλῶν, καὶ τῆς οἰκείας ψυχῆς ἀπώλειαν. Πᾶσαν γὰρ αὐτῶν βίβλον, ὡς ἀσεβῆ διδάγματα κατέχουσαν, καὶ πάσης βλασφημίας πεπληρωμένην, καὶ πᾶσαν εὐχὴν λεγομένην παρ' αὐτῶν, μᾶλλον δὲ γοητείαν, ἡ καθ' ἡμᾶς ἁγία καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία ἀναθεμάτισε, μετὰ καὶ τοὺς ἐκθεμένους αὐτὰς, ὡς πολλῶν καὶ μεγάλων κακῶν ἐφευρετὰς καὶ ὁδηγοὺς ἀπωλείας· ἀναθεμάτισε δὲ καὶ πάντας τοὺς μαθητευομένους ὑπ' αὐτῶν. Διὸ μηδεὶς προσφθειρέσθω τοῖς ψυχοφθόροις Μανιχαίοις, etc. « Neque quisdam legat *Heptalogum* Agapii, neque epistolarum collectionem, neque ullum eorum librorum, qui ab impiis illis ad contagionem plurimorum, propriæque animæ perniciem sunt conscripti Omnem enim eorum librum cen impia dogmata continentem, et universæ blasphemiæ plenum ; omnemque ut ab illis dicitur precationem, verius magicam incantationem, sancta nostra catholica et apostolica Ecclesia anathemati devovit, post ipsarum rerum auctores, tanquam plurimorum eorumque magnorum repertores malorum et certissimi exitii duces ; simul et anathemate feriit omnes qui se ipsis discipulos præbent. Idcirco nullus animarum corruptoribus Manichæis se corrumpendum adjungat » etc. Ea non leguntur apud Photium ; Siculi ad Cyrillum additamentum es2e perspicuum est, cum ante Cyrilli ætatem nullum expressum legatur adversum Manichæos eorumque libros Ecclesiæ decretum. Tantum communi Christianorum horrore, nefariæ hæreseos ab eximiis Ecclesiæ Patribus doctis libris refutatæ damnatio conclamata erat Id autem quod Siculus commemorat decretum, ab Ecclesia Constantinopolitana fieri potuit vel sub Leone Isaurico, quo tempore a patriarcha (Germano) de Manichæis habita quæstio est, ex Siculo pag. 48, 40, circiter annum 722, vel

Manichæos applicet, qui palearum aquis jejunii austeritatem simulant: qui ciborum conditorem calumniantur, cum se ipsi lautissimis quibusque cibis ingurgitent (1): qui docent eum qui hanc vel illam herbam evellit, in eam transmutari. Nam si is qui herbas exscindit aut aliquod olus, in hoc transformatur; agricolæ et olitores in quot mutabuntur formas? In tam multa falcem intulit olitor, ut videmus herbarum genera; in quodnam ergo convertitur? Ridicula plane documenta, sceleris opprobriique plena. Idem homo cum opilio sit, et mactavit ovem et lupum interfecit: id quodnam horum commutatur? Multi hominum, et pisces reti, et aves glutino ceperunt; in quod igitur genus transferuntur?

XXXII. Respondeant filii desidiæ Manichæi (2), qui et ipsi nihil agunt, et laborantium opes comedunt: qui aflerentes sibi cibaria, hilari arridentique vultu excipiunt, et faustarum precationum loco imprecationes rependunt. Cum enim stolidus quispiam eis obtulerit aliquid, Paululum, inquiunt, foris consiste, et tibi benedicam. Deinds sumpto in manus pane (ut qui ex eis resipuere, confessi sunt), Ego te non feci, ait Manichæus pani; et in Altissimum contumelias fundit, et imprecatur conditori, et sic re condita vescitur. Si alimenta 109 odisti, quare sub Michaele Curopalata, et Leone Armeno, cum dira in Manichæos edicta publicata sunt: vel tandem sub Basilio, post relata a Siculo quæ in legatione sua viderat et audierat. Manichæorum mala; decretum hoc non aliud est forsan, quam illud quo anathematizandæ hæreseos Manichaicæ decreta est formula, quam refert Cotelerius in Notis ad IV, *Recogn*, librum. pag. 374.

(1) *Lautissimis quibusque cibis*, etc. Quæcunque hic et sequenti numero de Manichæis dicit, ad eorum electos maxime respicit. Eorum erat illa lautiorum epularum consectatio de qua videri potest Turbo apud Archelaum, num. 9; et Epiphanius, hæres. LXVI, num 28; Aug, lib. II *De morib Nam.*, cap. 16, num. 52, et cap. 10, num. 68. Hæc vero eorum doctrina, qua eos qui odera exscindebant, vel mactabant animalia, in res eas converti aiebant, explicatur a Turbone loco citato num. 9, et Epiphanio num. 28 et 55; Aug., *De morib Manich.*, cap. 17, num. 55; Theodoreto, lib. I *Hæret. fab.*, cap. 26, pag. 214; quorum testimoniis apparet eam Manichæorum transformationem, quam Cyrillus dicit, in pecora et plantas, nihil aliud esse, quam humanæ animæ, istarum ut putabant cædium reæ, in ejusdem modi corpora transfusionem et metempsychosim; nam Manichæi tam stirpibus quam brutis animantibus rationalem animam inesse persuadebant sibi.

(2) *Filii desidiæ* De electis Manichæorum hæc intelligenda, quibus omni opere interdicebatur, ædificatione, lavatione, agricultura, panis confectione ex Turbone apud Archelaum, num. 9. et Epiphan., num 28. At hæc omnia auditoribus licita erant ex Aug., epist 236, num. 2, et lib. XX *cont. Faust.*, cap. 23; imo auditores ad præparanda electis cibaria, grandium, sed imaginariarum pœnarum comminationibus adigebantur, ex Turbone locis citatis. Quæ deinde de exsecrationibus Manichæorum in sumendo cibo commemorat Cyrillus eadem referuntur a Turbone eodem loco Tito Bostrensi, lib. II *contra Manich.*, pag. 465. *Bibl. PP. Lugd.* tom. IV.

(3) Τοῖς ἀχύρων ὕδασι *palearum aquis*. Obscuro fortasse Manichæi non solum a vino abborireb ant. verum etiam a zytho, seu factitio ex horde vel tritici aqua temparati succis liquore, quo nonnulli catholici in locum vini jejuniorum diebus interdicti utebantur, ut ostendunt Patrum querelæ: ipsique aquam paleis infusam adhibebant: quapropter etiam legi potest in Cyrillo, τοῖς εἰς ἄχυρον ὕδασι vel τῷ εἰς ἄχυρον ὕδατι. Habetur in codd. Roe et Casaub., τῷ ἀχύρῳ καὶ ὕδατι, *palea et aqua*, quæ palea intelligi potest ea in qua, omissis culcitris, ex Manetis præcepto cubabant; unde horum præceptorum observantiores Mattarii ab aliis per deridiculum dicti, ex Aug., lib. V *cont. Faust.*, c. 5. Aliter, respiciendo ad proverbium, quo Hilarius utitur, lib. III *in Constant.*, num. 20: *Paleis aquas tegis et foveas cespitibus occultas*, legi potest, τοῖς ἴσα ἀχύρῳ, καὶ ὕδασι, τὸ στυγνόν, etc, *qui palæ et aquis*, illa obtectis *similes*: aut, τοῖς ἄχυρον ὕδασι, τὸ στυγνὸν τῆς νηστείας (supp. ἑαυτοῖς) προσποιουμένοις· *qui* uti *paleam aquis*, ita *tristitiam jejunii* sibi *imponunt*.

(4) Κατὰ τοσούτων. Sic emendavimus ex codd. Roe, Casaub. et Petr. Sic. In editis legitur τοσοῦτον.

(5) Πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων. Hæc et sequentia usque ad ἀργίας excl. prætermittuntur a Siculo

(6) Ἀποκρινέσθωσαν, etc. Vocem ἀποκρινέσθωσαν quam contextus orationis requirere videtur, supplevimus ex codd. Roe et Casaub. Ex eis etiam, atque insuper Coisl., Ottob., ms. Genovef. delevimus vocem ἁρπαγῆς in editis ante ἀργίας nescio quomodo inductam. Mox verbum ἐργαζόμενοι. pro ἐργασάμενοι positum in ed Oxon. fuit ex codd. Roe, Casaub., Bodl. et Pet Sic.; favent Coisl. et Ottob.

(7) Τι προσενέγκῃ. Pronomen τι addidimus ex Pet. Sic.

(8) Κατάρας πέμπει. Cod. Colb. omittit κατάρας et habet καταπέμπει. Grodecius quasi legisset, εἰς τὸ ὕψος, vertit, *exsecrans* (panem) *projecit in altum*,

μένον. Εἰ μισεῖς τὰς τροφὰς, τί μειδιῶντι τῷ προσώπῳ ἐνέβλεψας (1) τῷ προσενέγκαντι ; εἰ τῷ ἐνέγκαντι ἔχεις χάριν, διὰ τί πέμπεις τῷ κατασκευάσαντι καὶ δημιουργήσαντι Θεῷ (2) τὴν βλασφημίαν ; καὶ πάλιν, Ἐγώ σε οὐκ ἔσπειρα, φησί· σπαρείη ὁ σπείρας σε. Ἐγώ σε οὐκ ἐθέρισα δρεπάνῃ· ἐκθερισθείη ὁ θερίσας σε. Ἐγώ σε πυρὶ οὐκ ὤπτησα· ὀπτήθείη ὁ ὀπτήσας σε. Καλὰ τὰ ἀμοιβαῖα τῆς χαριτος.

ΛΓ'. Μεγάλα μὲν κακὰ, ἀλλ' ἔτι μικρὰ πρὸς τὰ ἄλλα. Οὐ τολμῶ ἐπὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν τὸ λουτρὸν αὐτῶν διηγήσασθαι· οὐ τολμῶ εἰπεῖν, τίνι ἐμβάπτοντες τὴν ἰσχάδα, διδόασι τοῖς ἀθλίοις. Διὰ συσσήμων δὲ μόνον δηλούσθω. Ἄνδρες γὰρ τὰ ἐν τοῖς ἐνυπνιασμοῖς ἐνθυμείσθωσαν, καὶ γυναῖκες τὰ ἐν ἀφέδροις. Μιαίνομεν ἀληθῶς τὸ στόμα ταῦτα λέγοντες. Μὴ Ἕλληνες τούτων μυσαρώτεροι ; μὴ Σαμαρεῖται τούτων ἀθλιώτεροι (3) ; μὴ Ἰουδαῖοι τούτων ἀσεβέστεροι ; μὴ οἱ πορνεύοντες τούτων ἀκαθαρτότεροι ; Ὁ μὲν γὰρ πορνεύσας, πρὸς μίαν ὥραν δι' ἐπιθυμίαν τελεῖ τὴν πρᾶξιν· καταγινώσκων δὲ τῆς πράξεως' ὡς μιανθεὶς (4) οἶδε λουτροῦ ἐπιδεόμενος, καὶ γινώσκε

A festivo vultu eum qui tibi attulit, intuitus es ? si afferenti habes gratiam. quare auctori ac conditori Deo convicium rependis ? Iterumque ait : Ego te non sevi ; seratur ille qui te sevit ; ego te non messui falce ; demetatur qui te messuit ; ego te igne non assavi ; assetur qui te assavit. Præclara sane meritorum remuneratio.

XXXIII. Magna illa quidem vitia, sed aliorum comparatione exigua. Lavacrum ipsorum (5) coram viris et mulieribus enarrare non audeo. Vereor dicere (6), cuinam rei caricam intingentes, miseris porrigunt ; signis duntaxat detegatur. Viri, quæ in somniis illudunt cogitent ; et mulieres, quæ in menstruis. Os revera polluimus ista proferentes. Nunquid gentiles istis detestabiliores ? an Samaritani sceleratiores, aut impii magis Judæi ? num scortatores magis impuri ? Qui enim corpus stupro polluit, per unam horam libidinem explet ; mox factum condemnans, se uti inquinatum balneo egere novit (7), commissique sui scelus et fœdita-

(1) Ἐνέβλεψας. Id verbum loco ἀπέβλεψας posuimus ex codd. Roe et Casaub.

(2) Θεῷ Eam vocem quæ in editis post κατασκευάσαντι legitur, hoc loco reposuimus ex codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub.

(3) Ἀθλιώτεροι. In editis habetur ἀθεώτεροι, *magis athei*. Prætulimus scripturam codd. Coisl., Roe, Casaub., tum quod Samaritis legem recipientibus minus convenire videatur atheorum appellatio, qua Cyrillus adversum hæreticos Deum creatorem negantes. et legis auctorem criminantes uti solet : tum quod hic non agitur de blasphemia qua Deus negetur, sed de singulari impuritate et nequitia. Hæc porro de Samaritanis perioche a Siculo prætermittitur.

(4) Ὡς μιανθείς. Particulam ὡς adjecimus ex Coisl., Ottob., Petro Sic., Roe, Casaub. Grod Paulo post. λουτροῦ posuimus ex Sic., cum in editis habeatur λουτρόν, in Coisl., λουτρῷ.

(5) *Lavacrum ipsorum*. De lavacro ipsorum non communi, sed sacro, hoc est de baptismate, Cyrillum loqui, ejus cum ipsorum eucharistia conjuncta mentio suadet. Verum exsistit dubitatio num baptismum Christianum in suos usus admiserint Manichæi. Augustinus, hæresi XLVI, hanc eorum sententiam esse refert, baptismum in aqua nihil cuiquam salutis afferre ; nec illos quemquam eorum quos decipiunt baptizandum putare ; quod forsan de Catholicis aut alioqui baptizatis intelligendum. Lib. III *cont. Petil.*, cap. 17. n. 20, negat catechumenos in secta Manichæorum vocari, tanquam eis baptismus quandoque debeatur. S. Turribius Asturicensis, epistola *ad S. Leonem* 15, cap. 3, refert eos non in aqua, sed in oleo baptizasse. Id Priscillianistis in Hispania forsan peculiare. Photius in *Hist. Manich.*, p. 353, eos non conferre, sed fingere baptisma refert ; et quamvis non baptizentur, imo baptismum conspuam, quoniam tamen in Christum, qui se aquam vivam dixit, credant, hac amphibologia baptizatos se dicere : id quod sumpsit Photius ex Petro Siculo, et post eos refertur in libello *De anathemat. Manich. hæresi*. At hæc de posterioribus Manichæis ; nam tertii et quarti sæculi temporibus baptismo usos illos esse multa probant. Primo Manes in *Disp. cum Archelao*, num. 50, de baptismo sic disputat, quasi revera remissionem peccatorum non conferat, sed tamen a se propter Christi exemplum adhibeatur : et omnino supponit Archelai disputatio baptismum a Manete agnosci. Felix Manichæus apud Augustin., lib. I, *De actis cum Felice*, cap. 19, pag. 484, baptizari Manichæos ut ab adversario Dei liberentur, testis est his verbis : *Si adversarius nullus contra Deum est, utquid baptizati sumus?* Secundo. Athanasius, orat. 2, num. 43, pag. 510, agnoscere videtur Manichæos, Phryges, et Paulianistas baptisma conferre, recitatis etiam trium personarum vocabulis. Hieronimus, in *Dialogo contra Luciferianos*, p. 305, Hilario Romanæ Ecclesiæ diacono objicit, quod baptizatos a Manichæis ante schisma sine novo baptismate recipisset. Auctor Commonitorii *De recipiendis Manichæis*, Append. S. Aug. t. VIII, p. 38, præcipit ut electi Manichæorum diuturno tempore probati, « tunc baptizentur, « si non fuerint baptizati : vel reconcilientur, si pœ« nitentiæ locum acceperint : » quod tamen de apostatis Ecclesiæ intelligi potest. Basilius epistola 1, *ad Amphiloch.*, can. 1. Manichæos, Valentinianos et Marcionitas in eorum hæreticorum numero ponit, quorum baptisma, tanquam ab Ecclesiæ fide recedens ab initio rejectum. Concilium tandem Trullanum can. 95. Manichæos, Valentinianos et Marcionitas cum libellis anathematismi admitti præcipiens, nihil de novo baptismate loquitur. Constare igitur debet Manichæos baptismum usurpasse, sed tantam illi fœditatem admiscuisse, ut eam referre Cyrillum puduerit.

(6) *Vereor dicere*, etc. Nota omnibus infamis et scelerata Manichæorum eucharistia sæpe ab ecclesiasticis auctoribus ex eorum confessione deprehensa : tum vero scelus illud non in universam sectam refundi volebant, sed in specialem quamdam a cæteris schismate divisam, quæ tamen ipsa Manichæi nomine gloriaretur, et ejus ex libris istam hauserat impietatem. V. Aug., hæresi XLVI, pag. 15, et *De natura boni*, cap. 47. Id Manes a Terebintho accepisse videtur, saltem ab eo magicæ incantationes, quas in ficum sceleratam proferebant, erant profectæ : supra, num. 23. Verum pudenda illa eucharistia Simonem Magum et Gnosticos auctores habebat, ex Epiph., hæresi XXI, n. 4, et hæresi XXVI, n. 4.

(7) *Se . . . balneo egere novit*. Balnei usum post fœdatum scelere corpus non a paganis solum, sed a Christianis etiam adhibitum, testes præter Cyrillum, Chrysostomus, hom. 6 *in II Tim.*, pag. 580 et 582, et hom. 18 *in II Cor.*, pag. 184, quo loco id in solis quæ per carnem committuntur peccatis, et antequam in domum reverterentur, usurpari as-

tem cognoscit. Manichæus vero in medium, ut ei quidem videtur, altare isthæc imponit; linguamque et os commaculat. Ab ejuscemodi ore, o homo, doctrinam recipias? huic obviam factus omnino osculum porrigas? [38] Annon, omissa interim reliqua impietate, vel impuritatem fugias, hominesque nebulonibus deteriores, et quovis prostibulo consceleratiores?

XXXIV. [39] Hæc Ecclesia denuntiat, et docet, **110** et cœnum attingit, ne tu eodem inficiaris: edicit vulnera, ut tu ne saucieris. Sufficiat porro tibi ista solummodo scire; experiri autem abstineto. Tonat Deus (1), et contremiscimus omnes; isti autem in blasphemas voces erumpunt Fulgurat Deus, omnesque nos in terram procumbimus: illi autem de cœlis convicia jactant. Jesus ait de Patre suo: « Qui solem suum exoriri facit super jus- « tos et injustos, et pluit super malos et bonos » [40]. Illi autem imbres ex amatorio æstu oriri statuunt (2): audentque dicere esse quamdam in cœlo speciosam virginem cum juvene formoso: eos quo tempore cameli aut lupi, sua fœdæ cupidinis tempora habere: itaque hiberno tempore hunc in virginem insano furore incurrere, illam vero fugere aiunt, istum persequi, atque inde sudorem emittere, quo ex sudore imbrem existere. Hæc in Manichæorum libris scripta sunt. Ea nos legimus, dum narrantibus nolumus fidem adhibere. Nam securitatis protectionisque vestræ causa, in illorum perniciem sollicitius inquisivimus.

τῆς πράξεως τὸ μυσαρόν. Ὁ δὲ Μανιχαῖος θυσιαστηρίου μέσον, οὗ νομίζει (3), τίθησι ταῦτα, καὶ μιαίνει καὶ τὸ στόμα καὶ τὴν γλῶτταν. Παρὰ τοιούτου στόματος, ἄνθρωπε, δέχῃ διδασκαλίαν; τοῦτον ὅλως ἀπαντήσας ἀσπάζῃ φιλήματι; Ἆρα χωρὶς τῆς λοιπῆς ἀσεβείας οὐ φεύγεις τὸ μεμολυσμένον, καὶ τοὺς ἀκολάστων χείρονας, τοὺς πάσης προεστώσης (4) μυσαρωτέρους.

ΛΔ'. Παραγγέλλει ταῦτα ἡ Ἐκκλησία καὶ διδάσκει, καὶ ἅπτεται βορβόρων, ἵνα σὺ μὴ βορβορωθῇς· λέγει τὰ τραύματα, ἵνα μὴ σὺ τραυματισθῇς. Ἀρκεῖ δέ σοι (5) τὸ εἰδέναι μόνον· τὸ δὲ πεῖρα παραλαβεῖν ἀπέχου. Βροντᾷ ὁ Θεὸς, καὶ πάντες τρέμομεν· κἀκεῖνοι βλασφημοῦσιν. Ἀστράπτει ὁ Θεὸς, καὶ πάντες εἰς γῆν ἐπικλίνομεν· κἀκεῖνοι περὶ οὐρανῶν τὰς δυσφήμους ἔχουσι γλώσσας. Ἰησοῦς λέγει περὶ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ. Ὅστις τὸν (6) ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, καὶ βρέχει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς· κἀκεῖνοι λέγουσιν, ὅτι οἱ ὑετοὶ ἐξ ἐρωτικῆς μανίας γίνονται· καὶ τολμῶσι λέγειν ὅτι ἔστι τις παρθένος ἐν οὐρανῷ εὐειδὴς μετὰ νεανίσκου εὐειδοῦς· καὶ κατὰ τὸν τῶν καμήλων ἢ λύκων καιρὸν, τοὺς τῆς αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας (7) καιροὺς ἔχειν· καὶ κατὰ τὸν τοῦ χειμῶνος καιρὸν, μανιωδῶς αὐτὸν ἐπιτρέχειν τῇ παρθένῳ καὶ τὴν μὲν φεύγειν φασὶ· τὸν δὲ ἐπιτρέχειν· εἶτα ἐπιτρέχοντα ἱδροῦν· ἀπὸ δὲ τῶν ἱδρώτων αὐτοῦ εἶναι τὸν ὑετόν. Ταῦτα γέγραπται ἐν ταῖς τῶν Μανιχαίων βίβλοις, Ταῦτα ἡμεῖς ἀνέγνωμεν (8), ἀπιστοῦντες τοῖς λέγουσιν· ὑπὲρ γὰρ τῆς ὑμετέρας (9) ἀσφαλείας, τὴν ἐκείνων ἀπωλειαν ἐπολυπραγμονήσαμεν.

[38] *Vid. sup. n.* 19. [39] *Vid. sup. n.* 13. [40] Matth. v, 45.

severat. Isid. quoque Pel., lib. IV, ep. 129, p. 485; Greg. Mag., lib. IV *Dial.*, cap. 32. Accepta erat a paganis ea purgatio, ut refert auctor *Constitut. apost.*, lib. IV, cap. 29. Nempe ait Tullius, lib. II. *De legibus: Incestum aspersione aquæ vel dierum numero tollitur*, et Persius, satyra 2, vers. 19, *Noctem flumine purgas.*

(1) *Tonat Deus*, etc. Hæc nullus, quod sciam, de Manichæis præter Cyrillum refert. Quod autem de procumbendi in terram usu ad tonitrus sonum, vel fulgurantis cœli conspectum, narrat, idem quoque refert S. Ephræm. sermone parænet. *De adventu Domini*, pag. 495, et serm. *De apparitione crucis*, pag. 229, editionis Latinæ, vel editionis Græcæ pag. 347 aut 457, et auctor *Quæstion. ad Antioch.*, quæst. 136, tom. II Operum S. Athanas. p. 300.

(2) *Imbres ex amatorio æstu.* Hæc refert Turbo apud Archelaum, *Disp.*, num. 8. et ex eo Epiphanius, hæres. LXVI, n. 27, item Tit. Bstr., lib. II *Contr. Manich.*, pag. 465. Sed quod Cyrillus de juvene quasi uno narrat, id Turbo de principibus materiæ, quorum tamen unum solum, nempe principem magnum, pluere dicit. At Titus id ad omnes principes refert, non unius virginis, sed indefinite et plurali numero potestatum boni amore laborantes.

(3) Οὗ νομίζει. Editi habent, ᾧ, scripsimus, οὗ, ex codd. Coisl., Roe, Casaub, uti elegantius et familiari Cyrilli loquendi rationi convenientius Pet. Sic. neutrum legit, sed ὡς. Postea, καὶ τὴν γλῶτταν scripsimus post καὶ τὸ στόμα. ex præfatis codd. et naturali rerum ordine; in editis, καὶ τὴν γλῶτταν, καὶ τὸ στόμα.

(4) Πάσης προεστώσης. Secuti codd. Coisl., Ottob., Colb., Roe, Casaub., ms. Genovef., Pet. Sic., ed. Morelii, expunximus articulum τῆς, inter utramque vocem in editis interpositum.

(5) Ἀρκεῖ δέ σοι. Ex Petro Sic. Nam editi, ἀρκεῖ δέ σε, etc. Loco πεῖρα παραλαβεῖν. Ottob. et Pet. Sic. habent, πεῖραν λαβεῖν. Bodl. πεῖραν παραλαβεῖν.

(6) Ὅστις τὸν, etc. Loco ὅτι scripsimus ὅστις ex codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub., ut etiam citavit sup. num. 16. Porro hic Cyrillus paulum immutat ordinem sententiæ Christi, aientis Deum solem suum oriri facere super bonos et malos, et pluere super justos et injustos. Atque ita legit Pet. Sic. At omnes mss. habent ut in textu, ac Patres nonnulli ita quandoque legerunt, ut Philastr., hær. LXXXII, 3, et G. Nyss. in *Nat. Chr.*, p. 343; tantum Coisl, Roe, Casaub. et Grod. in secundo evangelicæ sententiæ membro ἀγαθούς ante πονηρούς ponunt.

(7) Ἐπιθυμίας. Ita codd. Coisl., Ottob. Roe, Casaub., Grod., Pet. Sicul. Editi vero, μίξεως Post ἔχειν adjecimus, καὶ, ex Coisl., Roe, Casaub., Grod., Siculo.

(8) Ἀνέγνωμεν. In codd. Roe, Casaub., Ottob., ms. Genov., ἀνεγνώκαμεν.

(9) Ὑμετέρας. Ita legere maluimus cum mss. Coisl, Roe, Casaub., Grod., Petro Siculo, quam ἡμετέρας cum editis Hæc ostendunt Cyrillum jam pridem erudiendæ plebi præpositum, nec quidquam prætermisisse eorum quæ ad suum ministerium pertinerent.

ΛΕ'. Ἀλλὰ ῥύσαιτο ἡμᾶς ὁ Κύριος ἀπὸ τοιαύτης πλάνης· δοθείη δὲ (1) ὑμῖν ἔχθρα πρὸς τὸν δράκοντα· ἵνα ὥσπερ ἐκεῖνοι τηροῦσι τὴν πτέρναν, οὕτω καὶ ὑμεῖς αὐτῶν πατήσητε τὴν κεφαλήν. Μνημονεύετε τῶν λεγομένων. Τίς συμφωνία τῶν ἡμετέρων (2) πρὸς τὰ ἐκείνων; τί τὸ φῶς πρὸς τὸ σκότος; τί τὸ τῆς Ἐκκλησίας σεμνὸν, πρὸς τὸ τῶν Μανιχαίων μυσαρόν; Ὧδε τάξις. ὧδε ἐπιστήμη, ὧδε σεμνότης, ὧδε ἁγνεία· ὧδε καὶ τὸ ἐμβλέψαι γυναικὶ πρὸς ἐπιθυμίαν, κατάγνωσις· ὧδε γάμος σεμνότητος (3), ὧδε ἐγκρατείας ὑπομονή, ὧδε παρθενίας ἰσάγγελον ἀξίωμα· ὧδε βρωμάτων μετοχὴ μενὰ εὐχαριστίας· ὧδε εὐγνωμοσύνη πρὸς τὸν τῶν ὅλων δημιουργόν. Ὧδε ὁ Πατὴρ τοῦ Χριστοῦ προσκυνεῖται· ὧδε φόβος καὶ τρόμος διδάσκεται τοῦ βρέχοντος· ὧδε τῷ βροντῶντι καὶ ἀστράπτοντι δοξολογίαν ἀναπέμπομεν.

A XXXV. Verum nos Dominus ab tali defendat errore: eaque vobis adversus draconem inimicitia tribuatur, ut quomodo ipsi calcaneum observant, ita et vos illorum caput conculcetis [41]. Memores estote eorum quæ vobis dicuntur. Qui concentus nostrarum rernm cum rebus illorum? Quid lux cum tenebris comparata [42]? Quid Ecclesiæ gravitas et sanctitas, cum Manichæorum exsecrandis institutis? Hic ordo, hic disciplina, hic gravitas, hic castimonia; hic vel feminam ad libidinem aspicere piaculum est [43]. Hic connubium sanctissimum; hic continentiæ [id est viduitatis] tolerantia (4); hic virginitatis cum angelis certans dignitas: hic ciborum cum gratiarum actione perceptio; hic gratus in universarum ▮▮▮ rerum opificem animus. Hic Pater Christi adoratur: hic ejus qui

B pluviam fundit, metus ac tremor docetur: hic tonanti et fulguranti gloriam et honorem referimus.

Λζ'. Συναγελάζου τοῖς προβάτοις· φεῦγε τοὺς λύκους· τῆς Ἐκκλησίας μὴ ἀναχώρει. Μίσει καὶ τοὺς ποτε εἰς τὰ τοιαῦτα ὑποπτευθέντας· καὶ ἐὰν μὴ χρόνῳ καταλάβῃς αὐτῶν τὴν μετάνοιαν, μὴ προπετῶς σεαυτὸν ἐμπιστεύσῃς· Παρεδόθη σοι τῆς μοναρχίας ἡ ἀλήθεια· γνώριζε τὰς βοτάνας τῶν μαθημάτων· Γίνου δόκιμος τραπεζίτης, τὸ καλὸν κατέχων, ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπεχόμενος. Εἰ δὲ καί ποτε τοιοῦτος γέγονας, μίσησον

XXXVI. Tu ovibus aggregare: fuge lupos; ab Ecclesia non recede. Odio habe eos etiam qui harum aliquando rerum suspicione laboraverunt: quorum nisi pœnitentiam temporis diuturnitate compertam habueris (5), ne ipsis temere et inconsiderate te ipsum credas. Tradita est tibi monarchiæ [seu unici Dei principatus] veritas; internosce documentorum quasi herbas. *Esto bonus nummularius* (6): *quod bonum est, retinens, et ab*

[41] Gen. III, 15. [42] II Cor. VI, 14. [43] Matth. V, 28.

(1) Δοθείη δέ. Particula δέ a nobis adjecta ex Coisl., Roe, Casaub.. Ottob., Grod. Loco ἐκεῖνοι τηροῦσι, et αὐτῶν τὴν κεφαλήν. Grodecius videtur legisse, ἐκεῖνος τηρεῖ, et αὐτοῦ τὴν κεφαλήν, quæ ad draconem referuntur.

(2) Τῶν ἡμετέρων. Sic scripsimus ex codd. Roe et Casaub., ut sensus rerum consequentium postulat. Grod. legit ὑμετέρων, *rerum vestrarum*; facilis commutatio ἡ in ὑ. In editis est, τῶν σῶν, *tuarum rerum*.

(3) Γαμος σεμνότητος. Codd. Coisl., Ottob., Roe et Casaub., γάμος σεμνότατος, quæ lectio magis plana atque elegans. Alteram tamen non mutavi propter similes quæ passim apud Cyrillum occurrunt dicendi rationes. Sic cat. 10, n. 18. τὸ μνῆμα τῆς ἁγιότητος, pro μνῆμα ἁγιώτατον. Cat. 14, num. 17, μετάνοια τῆς σωτηρίας, p. μετάνοια σωτήριος. *Procat.*, num 13, πραγμάτων ἀνωφελεια, p. πράγματα ἀνωφελῆ. et num. 15, θείων πραγμάτων ἐνέργειαν, p θεῖα πράγματα ἐνεργῆ. Cat. 6, num. 16, στόμα ἀθεότητος, p. στόμα ἄθεον. Cæterum in Bodl. cod. habetur, γάμος καὶ σεμνότης. Apud Grod hæc phrasis prætermissa est

(4) *Continentiæ tolerantia.* Continentiæ nomine voluntariam in viduitatis statu permansionem intelligit Quod probat instituta ab eo, tum hic, tum similibus verbis cat. 4, n. 26, et cat. 15, n. 22, trium Ecclesiæ ardinum, conjugatorum, viduorum, et virginum enumeratio. Catechesi quoque 10, n. 19. Annam prophetissam, celebrem illam Evangelii viduam, *continentem* vocat. Continentium nomine viduas designari non est infrequens apud auctores ecclesiasticos Sic Rufinus, lib II, seu. si mavelis, II *Hist. eccl.*, cap 3, de persecutione sub Valente a Lucio Alexandriæ excitata. *Tanta*, inquit, *et tam turpia in virgines et continentes Ecclesiæ gesta sunt, quæ nec in persecutionibus gentilium memorantur.* Incertus *Epistola ad Eustochium et Paulam*, t. V Hieronymi p. 86, distinguit etiam *virgines, continentes et castas, et conjugatas.* Sic etiam Justus Orgelit., *in Cantic.*, num. 149; Primasius. *in Apoc.* c. VII, 4; auctor libri *De disciplina et bono pudicitiæ*, in Appendice Cyprianica, etc. Continentium autem nomine comprehensi, non solæ viduæ, sed etiam ii vel ex quæ post initum et delibatum aliquanto tempore conjugium, abstinentiam sibi ex mutuo consensu indixerant Viduarum autem, seu mutuo consensu se toro separantium castitas, continentia dicebatur, quia majoris laboris existimabatur degustatis voluptatibus carere. Vide Tertull., *De veland. virg.*, c. 10, n 83.

(5) *Quorum nisi pœnitentiam*, etc. Idem præceptum est auctoris *Commonitorii de recipiendis Manichæis* sub nomine S. Aug., Append tom. VIII, p. 37. Suspectam Manichæorum conversionem tria efficiebant: 1° Maxima labis ejus tenacitas, e sectæ illecebris, ac variis Manichæorum fraudibus profecta; tum etiam inde, quod cum in mysteriis suis præstigiis uterentur, inde eorum animæ dæmonum potestati atque imperio illigatæ tenebantur, ex Theodoreto, lib. I *Hæret. fab.*, cap. 26; 2° mendacium ac perjurium, et ambiguæ professiones quibus ad sese occultandos, cum in suspicionem vocati essent, impune abutebantur, ut ex Petro Siculo, Photio, etc., de Manichæis certum est, et de Priscillianistis ex Augustino, Leone Magno, et aliis; 3° furtiva eorum in cœtus ecclesiasticos, et mysteriorum nostrorum participationem adreptio, quam deprehendit S. Leo serm. 41. *De Quadrag.* 4.

(6) *Esto bonus nummularius.* Locus ille, qui cum a nostris N. T. exemplaribus absit, merito inter apocrypha numeratur, a multis tamen Patribus uti pars Scripturæ adductus est, sed ab aliis tanquam ipsius Christi sententia, ejus verbis Matthæi XV, 27, aut Lucæ XIX, 23, adjuncta ab aliis sub nomine Pauli apostoli ad Thessalonicenses scribentis. Ita Cyrillus noster cum Patribus permultis, in primis Alexandrinæ et Palæstinæ Ecclesiæ. Vide

omni specie mala te abstinens [44]. Quod si quando talis fuisti, agnitum errorem odio habe. Est enim via salutis, si vomitum evomas ; si ex animo oderis ; si ab iis te subtraxeris, non labiis solum, sed et anima : si adoraveris Patrem Christi, Deum legis et prophetarum ; si agnoveris bonum et justum, unum eumdemque esse Deum. Qui vos omnes conservet, ab omni casu, offendiculoque protegens, stabiles in fide : in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[44] I Thess. v, 21, 22.

Cotelerium in notis ad librum II *Constit. apostol.*, cap. 36, nota *d*, fuse et erudite pro suo more de hoc loco disserentem. Facile mihi cum ipso persuaderi patior, sententiam hanc a Christo vel apostolo Paulo profectam esse ; eamque ex traditione sive non scripta, sive in quodam melioris notæ apocrypho relata acceptam, postea in exemplaria quædam N. Testamenti inductam fuisse.

A ἐπιγνοὺς τὴν πλάνην· Ἔστι γὰρ ὁδὸς σωτηρίας, ἐὰν ἀπεμέσῃς τὸν ἔμετον· ἐὰν ἀπὸ καρδίας μισήσῃς· ἐὰν ἀποστῇς αὐτῶν, μὴ χείλεσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ ψυχῇ ἐὰν προσκυνήσῃς τὸν Πατέρα τοῦ Χριστοῦ, τὸν Θεὸν νόμου καὶ προφητῶν· ἐὰν γινώσκῃς τὸν ἀγαθὸν καὶ δίκαιον, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὄντα Θεόν. Ὃς πάντας ὑμᾶς συντηρήσειε, φυλάττων ὑμᾶς ἀπτώτους, ἀσκανδαλίστους, ἑδραίους ἐν τῇ πίστει, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα (1) εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

(1) Ὧ ἡ δόξα Pleniorem glorificationem continent cond. Coisl., Roe. Casaub. et Ottob in quibus post, Κυρίῳ ἡμῶν scribitur, μεθ' οὗ ἡ δόξα τῷ Πατρὶ, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν, ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, etc. « In Christo Jesu D. N. cum quo gloria « Patri, cum sancto Spiritu, nunc et semper et in « sæcula, » etc.

B

CATECHESIS SEPTIMA.

DE PATRE

PRÆLOQUIUM.

112 I. *Tradita in superiori institutione* de Deo uno *doctrina, in hac patrium ejus nomen et dignitatem, cujus rei fide a Judæis secernimur* (n. 2), *edisserit. Docet itaque Deum Filii sui Jesu Christi patrem esse proprie et vere, æterna et nulli defectui obnoxia generatione* (n. 5 et 6), *eumdem vero hominum patrem esse abusive et nuncupatione sola* (n. 7) ; *quo sensu patris nomen in Scriptura plures ob titulos tribui solet* (n. 9 et 10). *Tum commemoratis breviter divinæ majestatis insignibus* (n. 11), *hominum qui ligno, lapides et Satanam ipsum, Deo relicto pro patre sumpserint, cæcitatem deplorat* (n. 12) : *ac morali exhortatione ad vitam divina dignam adoptione instituendam* (n. 13), *et honorandos omnibus obsequiis, quibus Deus non lædatur, corporis nostri parentes, orationi finem imponit* (n. 14 et 15).

II. *In hac oratione primum impugnat Judæos* (n. 2), *qui Deum solitarium et filii naturalis expertem docent ; deinde Gnosticos* (n. 6, etc.), *qui partem Jesu Christi alium a Creatore tenebant ; tum etiam Arianos* (n. 5), *quibus Verbum non natura, sed adoptione tantum Filius erat. Obiter etiam refellit hæreticos* (n. 7), *qui Christum ex Joseph genitum vel communem hominem esse docuerant* (n. 7). *Præclara multa de vera et æterna Dei paternitate adversus Arianos, de arbitrii libertate adversus Valentinianos, de officiis filiorum in parentes, etc., hic habentur.*

III. *Habita est hæc catechesis subsequenti die post præcedentem, ut ab ipso ejus exordio significat auctor. Hanc emendavimus ad codd. Roe, Casaub., Coisl. et Ottobon.*

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ Ζ,

ΦΩΤΙΖΟΜΕΝΩΝ,

Ἐν Ἱεροσολύμοις σχεδιασθεῖσα, εἰς τὸ, Πατέρα (1)· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς πρὸς Ἐφεσίους· Τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν Πατέρα, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται, καὶ τὰ ἑξῆς.

CATECHESIS VII ILLUMINANDORUM,

Extemporalis Hierosolymæ habita de hac [Symboli] voce, *Patrem*. Et lectio ex Epistola ad Ephesios : « Hujus rei gratia flecto genua mea ad Patrem, ex quo omnis paternitas in cælis et in terra nomina- « tur [45], » etc.

Α'. Περὶ μὲν τῆς τοῦ Θεοῦ μοναρχίας, αὐτάρκως ἡμῖν ἐν τῇ χθὲς ἡμέρᾳ πρὸς ὑμᾶς εἴρηται· αὐτάρκως δὲ λέγω, οὐ τὸ πρὸς ἀξίαν (τούτου γὰρ (2) ἐφικέσθαι θνητῇ φύσει παντελῶς ἀδύνατον), ἀλλ' ὅσον ἦκεν εἰς τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν. Καὶ τῆς τῶν ἀθέων αἱρεσιωτῶν πολυσχιδοῦς πλάνης τὰς ἐκτροπὰς διῆλθον· ὧν τὸ βορβορῶδες, καὶ τὸ τῶν ψυχῶν ἰοβόλον ἀποσεισάμενοι, καὶ τὰ κατ' ἐκείνους μνημονεύσαντες, οὐχ ἵνα βλαβῶμεν, ἀλλ' ἵνα μειζόνως αὐτοὺς μισήσωμεν, πρὸς ἑαυτοὺς λοιπὸν ἐπανέλθωμεν, καὶ τὰ σωτηριώδη τῆς ἀληθοῦς πίστεως καταδεξώμεθα, τῷ τῆς μοναρχίας ἀξιώματι τὸ πατρικὸν συνάπτοντες, καὶ πιστεύοντες εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα. Οὐ γὰρ δεῖ μόνον εἰς ἕνα Θεὸν πιστεύειν· ἀλλὰ καὶ τὸ, Πατέρα (3) τοῦτον εἶναι τοῦ Μονογενοῦς, Κυρίου δὲ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μετ' εὐσεβείας καταδεχώμεθα.

Β'. Ταύτῃ γὰρ ἂν τῶν Ἰουδαίων ἀνώτερα φρονοίημεν (4), οἳ τὸ μὲν εἶναι ἕνα Θεὸν καταδέχονται τοῖς δόγμασι (τί γὰρ, εἰ καὶ τοῦτο διὰ τῆς εἰδωλολατρείας πολλάκις ἠρνήσαντο ;)· τὸ δὲ καὶ Πατέρα εἶναι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦτον, οὐ παραδέχονται· τοῖς οἰκείοις προφήταις ἐναντία φρονοῦντες, οἳ φασιν ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς· Κύριος εἶπε πρός μέ· Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Καὶ μέχρι σήμερον φρυαττόμενοι, καὶ συναγόμενοι

I. [46] De monachia quidem [seu unico principatu] Dei, sufficienter vobis diximus hesterna die : sufficienter autem dico, non id quod argumenti dignitas postulabat (eo enim attingere mortali naturæ prorsus impossibile) ; sed quantum infirmitati nostræ concessum fuit, ac multifidi atheorum hæreticorum erroris diverticula persecutus sum. Quorum excussa colluvie, pernicialique animabus veneno, ac retentis in memoria illorum rebus, non uti **113** lædamur, sed majus in ipsos odium concipiamus : jam ad nos ipsos revertamus et salutifera veræ fidei dogmata suscipiamus, monarchiæ dignitati paternam prærogativam copulantes, et credentes *in unum Deum Patrem*. Non enim oportet solum *in unum Deum* credere : verum etiam hunc Unigeniti, Domini scilicet nostri Jesu Christi, *Patrem* esse religiose suscipiamus

II. Hæc enim ratione Judæis sublimiora sensuri sumus : qui *unum* quidem *Deum* esse doctrinis suis recipiunt, (quid enim si illud quoque per idolorum cultum sæpius abnegarint ?) *Patrem* vero illum Domini nostri Jesu Christi non admittunt. In quo suis ipsorum prophetis contraria sentiunt, qui in Scripturis divinis aiunt : « Dominus dixit ad « me : Filius meus es tu, ego hodie genui te [47]. » Fremunt vero illi usque in præsentem diem, et

[45] Ephes. III, 14. [46] *Vid. cat.* 6, *n.* 1 *et* 5. [47] Psal. II, 7.

(1) Εἰς τὸ, Πατέρα. Omnes sive editi, sive mss., εἰς τὸν Πατέρα. Non dubitavimus scribere τό exemplo similium titulorum : verbi gratia cat. 8, εἰς τὸ, Παντοκράτορα, cat. 9, εἰς τὸ Ποιητήν, cat. 11, εἰς τὸ, τὸν Υἱόν, etc., et aliorum passim. In loco Apostoli allegato verba, ἐξ οὗ, et sequentia addidimus ex codd. Coisl., Ottob. duobus, et Grodecio Vocem πατρία cum Vulgata vertimus *paternitas*, quæ apud LXX significat familiam ex uno patre prognatam.

(2) Τούτου γάρ. Ex codd. Coisl. scripsimus, τούτου, cum in impressis legatur, τοῦτο Paulo post loco αἱρεσιωτῶν, habetur in codd. Coisl., Roe, Casaub., αἱρετικῶν. Sed in Coisl. legitur, τῶν αἱρετικῶν καὶ ἀθέων, *hæreticorum et atheorum* : quorum postremum referri potest ad gentiles, quorum errores una cum deliramentis hæreticorum superiore catechesi commemoravit Cyrillus : sed atheos sæpe nominat hæreticos Dei unitatem scindentes. Sic cat. 6, n. 17, et alibi.

(3) Ἀλλὰ καὶ τὸ, Πατέρα. Ex Roe et Casaub. et simili locutione num. seq. Editi vero, καὶ τὸν Πατέρα τοῦτον.... Post, ex sola Grodecianæ versionis auctoritate, sed postulante contextus sensu, καταδεχώμεθα loco καταδεχόμεθα scripsimus.

(4) Φρονοίημεν. Ita ex codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub. requirente particula ἄν posuimus, loco φρονοῦμεν. Mox. interjectam inter Θεόν et καταδέχονται vocem Πατέρα, eorumdem codicum. Ottoboniano tamen excepto, et suffragante Grodecii versione, sustulimus.

conveniunt adversus Dominum et adversus Christum ejus [48], existimantes amicitiam Patris citra pietatem in [49] Filium posse se consequi; dum ignorant, quod « nemo venit ad Patrem, nisi per Filium [50] » dicentem: « Ego sum ostium [51]; *et:* Ego sum via [52]. » Qui ergo rejicit viam quæ ducit ad Patrem, et qui ostium negat, is quomodo ingressus ad Deum honore dignabitur? Contradicunt vero iis quæ in octuagesimo octavo psalmo scripta sunt: « Ipse in- « vocabit me, Pater meus es tu, Deus meus, et sus- « ceptor salutis meæ. Et ego primogenitum ponam « illum, excelsum præ regibus terræ [53]. » Si enim hæc in Davidem, vel Salomonem, aut successorum quempiam pronuntiata contenderint; ostendant quomodo *thronus ejus* [54], qui eorum opinione per prophetiam designatur, sit velut dies cæli, *et* sicut « sol in conspectu Dei, et sicut luna perfecta in « æternum [55]. » Quomodo et illud non verentur quod scriptum est: « Ex utero ante luciferum genui te [56]; « *et illud:* Permanebit cum sole et ante lunam, ge- « nerationes generationum [57]? » Quæ quidem ad hominem referre, ingratitudinis extremæ plenum atque refertum est.

III. Verum Judæi sueto incredulitatis suæ, tum in his, tum in similibus Scripturæ sententiis, quando ita volunt, morbo teneantur. Nos vero, quam docet fides, pietatem recipiamus, Deum unum, Patrem Christi adorantes. Qui enim omnibus gignendi vim impartitur [58], illum ejusmodi dignitate fraudare impium sane fuerit. Et credamus *in unum Deum Patrem;* ut etiam ante disputationem a nobis, quæ de Christo plenius doceat, instituendam, Unigeniti fides audientium in anima defigatur; ne [1]14 tantillum quidem ob interpositos de Patre sermones separata.

IV. Patris enim nomen sua ipsius appellatione, Filii notitiam simul subjicit animo: quemadmodum similiter qui Filium nominavit, statim quoque Patrem cogitatione complexus est. Si enim Pater, omnino Filii Pater est; et si Filius omnino Patris Filius. Ut ne igitur, ex eo quod dicimus, *In unum Deum, Patrem omnipotentem; factorem cæli et ter-*

A κατὰ τοῦ Κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, νομίζοντες (1), ὅτι δυνατόν ἐστι Πατρὶ φιλιωθῆναι, χωρὶς τῆς εἰς τὸν Υἱὸν εὐσεβείας, ἀγνοοῦντες, ὅτι οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν Πατέρα, εἰ μὴ διὰ τοῦ Υἱοῦ, τοῦ λέγοντος· Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα· καὶ, Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός. Ὁ τοίνυν (2) τὴν ὁδὸν παραιτούμενος τὴν ἀπάγουσαν πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ ὁ τὴν θύραν ἀρνούμενος, πῶς τῆς πρὸς τὸν Θεὸν εἰσόδου καταξιωθήσεται; ἀντιλέγοντες δὲ καὶ τοῖς ἐν ὀγδοηκοστῷ ὀγδόῳ ψαλμῷ γεγραμμένοις, το, Αὐτὸς ἐπικαλέσεταί με, Πατήρ μου εἶ σὺ, θεός μου καὶ ἀντιλήπτωρ τῆς σωτηρίας μου. Κἀγὼ πρωτότοκον θήσομαι αὐτὸν, ὑψηλὸν παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς. Εἰ γὰρ ταῦτα πρὸς τὸν Δαβὶδ, ἢ Σολομῶντα, ἢ καί τινα τῶν καθεξῆς εἰρῆσθαι βιάζοιντο· δειξάτωσαν πῶς ὁ θρόνος τούτου τοῦ προφητευομένου παρ' αὐτοῖς, ἔστιν ὡς αἱ ἡμέραι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον τοῦ Θεοῦ, καὶ ὡς ἡ σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα. Πῶς δὲ καὶ οὐ δυσωποῦνται τὸ γεγραμμένον, τὸ, Ἐκ γαστρὸς (3) πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε, καὶ τὸ, Συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ καὶ πρὸ τῆς σελήνης, γενεὰς γενεῶν (4); Ἅπερ ἐπ' ἄνθρωπον ἀναφέρειν, πάσης ἀγνωμοσύνης ἀνάπλεων καὶ μεστόν.

B

Γ'. Ἀλλ' Ἰουδαῖοι μὲν τὰ σύνηθη τῆς ἀπιστίας ἔν τε τοῖς ῥητοῖς τούτοις, καὶ ἐν τοῖς παραπλησίοις, ἐπειδὴ βούλονται, νοσείτωσαν. Ἡμεῖς δὲ τὸ τῆς πίστεως εὐσεβὲς ἀναλαμβάνωμεν (5), Θεὸν ἕνα τὸν Πατέρα τοῦ Χριστοῦ προσκυνοῦντες (τὸν γὰρ τοῖς πᾶσι τὸ γεννᾷν χαριζόμενον, τοῦτον τῆς (6) τοιαύτης ἀξίας ἀποστερεῖν ἀνόσιον)· καὶ πιστεύωμεν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα, ἵνα καὶ πρὸ τῶν περὶ Χριστοῦ κινηθησομένων ἡμῖν διδασκαλικῶν λόγων, ἡ περὶ τοῦ Μονογενοῦς (7) πίστις ἐγκαταβάλληται τῇ ψυχῇ τῶν ἀκουόντων, ἐκ τῶν μεταξὺ λόγων τῶν περὶ τοῦ Πατρὸς, κατὰ μηδοτιοῦν ἀποσχοινιζομένη.

C

Δ'. Τὸ γὰρ τοῦ Πατρὸς ὄνομα ἅμα τῷ τῆς ὀνομασίας προσρήματι, νοεῖν παρέχει καὶ τὸν Υἱόν· ὥσπερ ὁμοίως Υἱόν τις ὀνομάσας, εὐθὺς ἐνόησε καὶ τὸν Πατέρα. Εἰ γὰρ Πατὴρ, πάντως ὅτι Πατὴρ Υἱοῦ· καὶ εἰ Υἱὸς, πάντως ὅτι Πατρὸς Υἱός. Ἵν' οὖν μὴ (8) ἐκ τοῦ λέγειν οὕτως· Εἰς ἕνα Θεὸν, Πατέρα παντοκράτορα· ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων.

[48] Psal. II, 2. [49] *Cat.* 10, *n.* 1. [50] Joan. XIV, 6. [51] Joan. X, 9. [52] Joan. XIV, 6. [53] Psal. LXXXVIII, 27, 28. [54] ibid. 30. [55] ibid. 38. [56] Psal. CIX, 3. [57] Psal. LXXI, 5. [58] Isa. LXVI, 9.

(1) Νομίζοντες. Codd. Roe et Casaub., νομίζουσιν. Verum Cyrillus plura cumulat participia, continuans phrasim οὐ καταδέχονται.

(2) Ὁ τοίνυν. Hæc in plurali exhibent codd. Roe et Casaub., οἱ... παραιτούμενοι... οἱ τὴν θύραν ἀρνούμενοι, πῶς καταξιωθήσονται. In Coisl. solum habetur, οἱ παραιτούμενοι, cætera in numero singulari Paulo post, loco πρὸς τὸν Θεόν, in Coisl., Roe, Casaub. et Grod. habetur, πρὸς τὸν Πατέρα.

(3) Ἐκ γαστρός. In editis, post γεγραμμένον perperam reperitur articulus τό· quem erasimus juxta codd. Coisl., Roe, Casaub.

(4) Γενεὰς γενεῶν. Ita etiam hunc locum recitat cat 12, n. 10, ut et habent editiones nostræ LXX: at in codd. Coisl., Roe, Casaub habetur hic, γενεαῖς γενεῶν, atque ita nonnulli Patres legere. Euseb. Cæsar. hunc psalmum interpretans videtur legisse, εἰς γενεάς.

D

(5) Ἀναλαμβάνωμεν. Ita nos ex codd. Roe et Casaub. Editi, ἀναλαμβάνομεν· similiterque scripsimus infra, πιστεύωμεν, ex Grod.

(6) Τῆς. Ex Coisl., Roe, Casaub. Vitiose in editis, τοῖς.

(7) Περὶ τοῦ Μονογενοῦς. Editi, περὶ τοῦ Χριστοῦ. Potiorem judicavimus lectionem codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub. quam hic ascripsimus, uti sequentibus verbis convenientiorem: nam Filii nomini proprie competit, ut in Patris nomine et notione comprehendatur.

(8) Ἵν' οὖν μή, etc. Illud μή in editis et mss. omnibus positum est post ἐκ τοῦ, quod perspicue vitiosum emendare non dubitavi.

των· εἶτα ἐπαγόντων ἡμῶν καὶ τὸ, Εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν· ὑπολάβοι τις οὐχ ὁσίως, οὐρανοῦ καὶ γῆς δευτερεύειν τῇ τάξει τὸν Μονογενῆ· διὰ τοῦτο, πρὸ τῆς ἐκείνων ὀνομασίας Πατέρα τὸν Θεὸν ὠνομάσαμεν, ἵνα ἅμα τῷ νοεῖν Πατέρα, νοήσωμεν καὶ τὸν Υἱόν· Υἱοῦ γὰρ καὶ Πατρὸς οὐδέν ἐστι μεταξὺ τῶν ὄντων.

A ræ, *visibilium omnium et invisibilium*: posteaque subjungimus, *et in unum Dominum Jesum Christum*; suspicetur quispiam minus sanctæ, Unigenitum loco et ordine posteriorem esse cœlo et terra: ideirco, priusquam utrumque nominaremus Deum appellavimus *Patrem*; ut simul ac Pater cogitatur, eodem actu Filium cogitemus: Filium enim ac Patrem nihil prorsus eorum quæ sunt medium interest (4).

Ε'. Ἔστι τοίνυν ὁ Θεὸς, πολλῶν μὲν καταχρηστικῶς Πατὴρ, ἑνὸς δὲ μόνου φύσει καὶ ἀληθείᾳ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ, Κυρίου δὲ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, Πατήρ· οὐ χρόνοις τὸ Πατὴρ εἶναι κτησάμενος, ἀλλ' ἀεὶ Πατὴρ τοῦ Μονογενοῦς τυγχάνων. Οὐ γὰρ ἄπαις ὢν πρὸ τούτου, Πατὴρ γέγονεν (1) ὕστερον μεταβουλευσάμενος· ἀλλὰ πρὸ πάσης ὑποστάσεως, καὶ πρὸ πάσης αἰσθήσεως, πρὸ χρόνων τε καὶ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων τὸ πατρικὸν ἀξίωμα ἔχει ὁ Θεὸς (2), τούτῳ μᾶλλον ἢ τοῖς λοιποῖς ἀξιώμασι σεμνυνόμενος. Καὶ οὐ πάθει Πατὴρ γενόμενος, οὐκ ἐκ συμπλοκῆς, οὐ κατ' ἄγνοιαν, οὐκ ἀποῤῥεύσας (3), οὐ μειωθείς, οὐκ ἀλλοιωθείς (Πᾶν γὰρ δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι, καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ Πατέρος τῶν φώτων, παρ' ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα). Πατὴρ τέλειος, τέλειον Υἱὸν γεννήσας· πάντα παραδοὺς τῷ γεγεννημένῳ· Παν-

B sententia factus est Pater: verum ante omnem substantiam et ante sensum omnem, ante tempora et sæcula omnia, paternam dignitatem habet Deus: qua magis quam reliquis omnibus titulis gaudet [60]. Non ex passione (6) [ac demutatione sui] factus est Pater; non ex complexu; non per ignorantiam (7); non fluxionem passus, non deminutus, non alteratus. *Omne* enim *donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum*; *apud quem non est transmutatio vel conversionis obumbratio* [61]. Pater perfectus, perfectum genuit Filium; omnia

V. Est igitur Deus, multorum quidem abusive Pater; unius vero solius, unigeniti Filii Dominique nostri Jesu Christi, natura et veritate Pater. (5) Non temporum successu adeptus ut Pater sit [59], sed Unigeniti Pater sempiterno existens. Non enim, cum esset antea sine prole, postea mutata

[59] *Vid. cat.* 4, n. 4, *et infr.* n. 10· [60] *Vid. cat.* 11, n. 8, [61] Jac. I, 17.

(1) Πατὴρ γέγονεν. Vocem Πατὴρ addidimus, ex codd. Coisl., Roe, Casaub.

(2) Ὁ Θεός. Editi, ὁ Πατήρ, Roe, Casaub., Ottob., ut scripsimus Coisl., ὁ Υἱός, incaute scriptum pro Θεός.

(3) Ἀποῤῥεύσας. Editi ἀπορρύσας nullo sensu. Codd. Coisl, Roe. Casaub., ἀποῤεύσας, quod secundum grammaticæ leges cum duplici ρ scripsimus.

(4 *Nihil medium interest.* Hom *in paralyt.* n. 5. Filium ex Patre immediate genitum tradit. Illud autem duplici de causa. 1° Quia inter Patrem et Filium nulla prorsus est creatura, vel res alia; ut excludantur illi diversi a Valentinianis et Gnosticis excogitati generationum et processionum gradus. Forte etiam ut excludatur alia sapientia et virtus Patris distincta a Verbo, eaque innata et increata, quæ Christi creatrix et genitrix esset; quod erat inidium Asterii sophistæ commentum, ab Athanasio commemoratum, *De synodis*, num 18, et orat. 2, n. 37. 2° Quia inter Patrem et Filium nulla temporis mora intercedit, cat 11, n. 7: nulla quoque ignorantia vel consultatio in medio, ut ait auctor noster ibidem num. 8.

(5) *Non temporum successu*, etc. Contra Arium qui in *Thalia* apud Athanasium orat. 1, *Contr Arian.* n. 5, dicere ausus est: *Non semper Deus fuit Pater; sed fuit cum solum Deus esset, nondumque Pater erat, postea vero factus est Pater.* Cum deinde Cyrillus subjungit, Deum mutata sententia Patrem non esse factum; occupat Arianorum objectionem, qua Filium in tempore genitum obtinere volentes, moram saltem aliquam, dum Pater Filium producere vult et deliberat, postulabant. Vide Athanas, orat. 3, num. 59, 60 et 63; quo in loco hanc eos a Ptolemæo Valentiniano doctrinam hausisse ait. Æternitatem Filii frequenter et graviter inculcat Cyrillus. V. cat. 4, n. 4 et 7; cat. 11, n. 7, 20; cat. 15, n. 9, etc.

(6) *Non ex passione*, etc. Vocem minus Latinam, ut Græca fideliter sequamur, nobis condonet lector. Duas res a divina generatione, cum passionem excludunt, semovent Patres: 1° τὸ κατὰ ἡδονὴν πάθος, ut loquitur Greg. Nyssenus catech. orat. cap. 16, p. 71, illam videlicet in animo perturbationis, ex voluptatis sensu labem, quæ humanæ generationis indivulsa est comes: 2° illam etiam in corpore demutationem quæ tam in patris corpore contingit. Hoc postremo sensu πάθος intelligit Athanasius orat. 1 *cont. Arian.*, n. 28, pag. 432 et *De decret. Nicænis*, num. 11, et lib. 1 *cont. Apollin.*, num. 21, pag. 939; Greg. Naz., orat. 36 pag 590; Chrysostom. hom. 1 et 4 *in Joan.* Hæc porro Cyrillus adversus Arium intendit, qui, ut generationem e divinis amoveret, hanc sine passione, sectione et effluxu fieri posse negans, hæc omnia catholicæ sententiæ imputabat in suaet sequacium ad Alexandrium epistola apud Athanas., *De synod.*, num. 16, pag. 730. Hanc autem per fluxum Filii generationem auctoribus Sabellio et Valentino tribuit Alexander Alexandrinus, epistola ad Alexandrum Byzantinum apud Theodoret, lib. 1 *Hist.*, cap 4.

(7) *Non per ignorantiam.* Id explicat cat. 11, n. 8. Nimirum quia homines generando, prolem quæ ex se proditura est ignorant; nec quem volunt, sed quem Deus concedit, generant: dicere autem quod Deus eum quem gignit ignoret, summa impietas est. Aliter, consultatio et deliberatio non est sine ignoratione: atqui Ariani Deum deliberatione præmissa Patrem factum esse aiebant: deliberationem igitur amovens Cyrillus, eodem actu ignorationem excludit. Asterius sophista apud Athan., *De synod.*, num. 19 generandi scientiam in Deo generationi ipsi præextitisse volebat ut Filii æternitatem destrueret. Cyrillus ejus generationis æternitatem constituens, ignorantiam quoque, quam filii cum æterna Catholicorum generatione conjunctam existimabant, excludere debuit.

contradens ei quem genuit : *Omnia* enim *mihi tradita sunt*, inquit, *a Patre meo* [62], et ab Unigenito honoratur Pater ; *Ego* enim, inquit Filius, *honoro Patrem* [63] ; et rursus : *Sicut ego præcepta Patris mei servavi, et mane in ejus dilectione* [64]. **115** Dicimus igitur et nos simul cum Apostolo : *Benedictus Deus, Et Pater Domini nostri Jesu Christi ; Pater misericordiarum et Deus totius consolationis* [65] ; et : *Flectimus genua ad Patrem , ex quo omnis paternitas in cœlis et in terra nominatur* [66] : glorificantes ipsum una cum Unigenito (*Qui* enim *negat Patrem, et Filium negat* [67] ; rursus vero : *Qui confitetur Filium, et Patrem habet* [68]), cognoscentes, *quod Dominus Jesus Christus, in gloriam Dei Patris* [69].

VI. Adoramus igitur patrem Christi, cœli et terræ conditorem, Deum Abraham, Isaac et Jacob [70] : cujus in honorem prius illud, hic nobis ex [71] adverso oppositum templum constructum fuit(1). Non enim feremus hæreticos (2), qui Vetus Testamentum abscindunt a Novo : sed Christo auscultabimus dicenti de templo : *Nesciebatis quod in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse* [72] ? et rursus : *Auferte ista hinc, et ne facialis domum Patris mei domum negotiationis* [73]. Quibus verbis prius illud in Hierosolymis templum Patris sui domum esse evidentissime confessus est. Quod si quis præ infidelitate plures adhuc , quod Christi Pater idem sit ac mundi conditor, demonstrationes accipere avet ; audiat iterum dicentem ipsum : *Nonne duo passeres asse veneunt ? et unus ex illis non cadet super terram, sine Patre meo qui est in cœlis* [74] ; et : *Respicite ad volatilia cœli ; quia non seminant, neque metunt; neque congregant in horrea* ; *et Pater vester cœlestis alit illa* [75] ; et illud : *Pater meus usque modo operatur, et ego operor.*

Α τα γὰρ μοι παρενόθη, φησὶν (3), ὑπὸ τοῦ Πατρός μου , καὶ τιμώμενος ὑπὸ τοῦ Μονογενοῦς · Ἐγὼ γὰρ τιμῶ τὸν Πατέρα, φησὶν ὁ Υἱός· καὶ πάλιν· Καθὼς ἐγὼ τὰς ἐντολὰς τοῦ Πατρός μου τετήρηκα, καὶ μένω αὐτοῦ ἐν τῇ ἀγάπῃ. Λέγομεν τοίνυν καὶ ἡμεῖς παραπλησίως τῷ Ἀποστόλῳ· Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ Πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως · καὶ Κάμπτομεν (4) τὰ γόνατα πρὸς τόν Πατέρα , ἐξ οὗ πασα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται· δοξάζοντες αὐτὸν σὺν τῷ Μονογενεῖ (5) (Ὁ γὰρ ἀρνούμενος τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸν Πατέρα ἔχει), γινώσκοντες, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός.

Β ζ'. Προσκυνοῦμεν τοίνυν τὸν Πατέρα τοῦ Χριστοῦ, τὸν οὐρανοῦ (6) καὶ γῆς ποιητὴν , τὸν Θεὸν Ἀβραὰμ, Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ· οὗ πρὸς τιμὴν καὶ ὁ πρότερος ἄντικρυς ἡμῶν ἐνταῦθα ναὸς ᾠκοδόμητο . Οὐ γὰρ ἀνεξόμεθα τῶν αἱρετικῶν τῶν τὴν Παλαιὰν τῆς Καινῆς Διαθήκης ἀποσχιζόντων· ἀλλὰ τῷ Χριστῷ πεισθησόμεθα, τῷ λέγοντι περὶ τοῦ ἱεροῦ· Οὐκ ᾔδειτε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ Πατρός μου δεῖ με εἶναι ; καὶ πάλιν · Ἄρατε ταῦτα ἐντεῦθεν , καὶ μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ Πατρός μου οἶκον ἐμπορίου · δι' ὧν σαφέστατα τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις πρότερον ναὸν, οἶκον εἶναι τοῦ ἑαυτοῦ Πατρὸς ὡμολόγει. Εἰ δέ τις ἐξ ἀπιστίας ἀποδείξεις ἔτι πλείονας λαβεῖν βούλεται, περὶ τοῦ τὸν Πατέρα τοῦ Χριστοῦ τὸν αὐτὸν εἶναι καὶ κόσμου ποιητὴν· ἀκουσάτω πάλιν αὐτοῦ λέγοντος· Οὐχὶ δύο στρουγία ἀσσαρίου πωλεῖται , καὶ C ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν ἄνευ τοῦ Πατρός μου (7) τοῦ ἐν οὐρανοῖς· καὶ τό· Ἐμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι οὐ σπείρουσιν , οὐδὲ θερίζουσιν , οὐδὲ συνάγουσιν εἰς ἀποθήκας· καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτά· καὶ τό· Ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι.

[62] Matth. xi, 27. [63] Joan. viii, 49. [64] Joan. xv, 10. [65] II Cor. i, 3. [66] Ephes. iii, 14, 15. [67] I Joan. ii, 22 [68] ibid. 23. [69] Philip. ii, 11. [70] Exod. iii, 6. [71] *Vid. cat.* 9, n. 2. [72] Luc. ii, 49. [73] Joan. ii, 16. [74] Matth. x, 29. [75] Matth. vi, 26. [76] Joan. v, 17.

(1) *Nobis ex adverso oppositum templum.* Hierosolymitanum templum e regione ad orientem erat Æliæ, in qua Cyrillus orationem habebat ; et ipsa situs sui excelsitate facile conspicuum erat in edito D Calvariæ monte degentibus : nec prostratæ pene ædis conspectui obstabant interjecta Hierosolymæ veteris, quæ ipsa etiam solo prostrata erant ædificia. Quamvis templum illud cat. 10. n. 1 , juxta Christi prophetiam jam *cecidisse* dicat, manebant tamen grandia ejusdem rudera ; nec integra solum modo fundamenta, verum etiam tum exterioris ambitus, tum interioris et secretioris partis templi ædificorum pars non contemnenda exstabat, cat. 15, n. 15. At Juliani temporibus partim Judæorum ædem restaurare volentium manu, partim ignibus e cœlo et e terra missis, reliquiæ templi ad fundamenta usque penitus eversæ sunt.

(2) *Non patiemur hæreticos*, etc. De illis hæreticis duximus ad cat. 4 n. 33.

(3) Παρεδόθη. φησί. Verbum φησὶν in editis ante παρεδόθη positum hic collocavimus, post codd. Cois., Roe, Casaub.

(4) Κάμπτομεν. Ex codd. Coisl. ita scribimus, ut respondeat verbo λεγόμεν superius posito, et verbo προσκυνοῦμεν inferius. Editi vero et nonnulli mss., κάμπτωμεν. Existimarem pariter legendum locis citatis, λέγωμεν et προσκτνῶμεν, quod quidem in posteriori legit Grodecius Codd. Roe et Casaub. habent, κάμπτω μου, ut loquitur Apostolus.

(5) Σὺν τῷ Μονογενεῖ. Aliter in Coisl., διὰ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ Ἰσοῦ τοῦ μονογενοῦς, *per Filium ejus unigenitum Jesum*. Eodem modo legit Grodecius, qui tamen omittit verba. *Filium ejus Jesum* Cyrillus passim Filium Patri in honore conjungit per particulam σύν, in fine omnium fere catecheseon : eodemque modo Patrem ac Filium una et eadem gloria celebrandum docet catech. 6, n. 1. Verum idem esse. Patrem cum Filio, ac per Filium glorificare docet Basilius , lib. *De Spiritu sancto*, cap. 27.

(6) Τὸν οὐρανοῦ. In editis, τοῦ οὐρανοῦ. Sequimur codd. Coisl., Roe, Casaub.

(7) Τοῦ Πατρός μου. Ita editi codd. et Grod.

Ζ'. Ἀλλ' ἵνα μή τις ἐξ ἀφελείας ἢ κακεντρεχείας, ἀνθρώποις δικαίοις ἴσότιμον εἶναι τὸν Χριστὸν ὑπολαβῇ, ἐκ τοῦ λέγειν αὐτόν· Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου, καὶ Πατέρα ὑμῶν· καλὸν ἐκεῖνο προδιαστείλασθαι (1), ὅτι τὸ μὲν τοῦ Πατρὸς ἕν ἐστιν ὄνομα, ποικίλη δὲ τῆς ἐνεργείας ἡ δύναμις. Καὶ τοῦτο αὐτὸς γινώσκων εἴρηκε ἀσφαλῶς· Πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα μου, καὶ Πατέρα ὑμῶν· οὐκ εἰπὼν, πρὸς τὸν Πατέρα ἡμῶν· ἀλλὰ διελὼν, καὶ εἰπὼν πρῶτον τὸ οἰκεῖον, πρὸς τὸν Πατέρα μου, ὅπερ ἦν κατὰ φύσιν· εἶτ' ἐπαγαγὼν, καὶ Πατέρα ὑμῶν, ὅπερ ἦν κατὰ θέσιν. Εἰ γὰρ καὶ μάλιστα λέγειν ἐν προσευχαῖς κατηξιώθημεν, Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἀλλὰ κατὰ φιλανθρωπίαν ἡ δόσις. Οὐ γὰρ κατὰ φύσιν ἐκ τοῦ ἐν οὐρανοῖς Πατρὸς γεννηθέντες, Πατέρα καλοῦμεν αὐτόν· ἀλλ' ἐκ δουλείας εἰς υἱοθεσίαν πατρικῇ χάριτι, διὰ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος μετενεχθέντες, ἀφάτῳ φιλανθρωπίᾳ λέγειν τοῦτο καταξιούμεθα.

VII. Sed ne quis ex simplicitate aut versuta improbitate, Christum ejusdem cum hominibus justis (3) dignitatis esse suspicetur, ex eo quod dicat: *Ascendo ad Patrem meum, et Patrem vestrum* [77]: optimum fuerit illud præmunire [78], quod **116** *Patris* quidem unum est nomen, significationis vero vis multiplex. Quam ille rem notam habens, caute dixit: *Vado ad Patrem meum, et Patrum vestrum.* Non dixit: *ad Patrem nostrum*, sed divisione adhibita, primum edixit quod sibi proprium est, *ad Patrem meum*, id quod nimirum natura erat; tum subjunxit, *et Patrem vestrum*, quod erat per adoptionem. Tametsi enim concessum nobis est in precibus præcipue dicere: *Pater noster, qui es in cœlis* [79]; id tamen ex benignitate munus est: neque enim, uti ex Patre qui in cœlis est naturaliter geniti, Patrem ipsum vocamus; sed a servitute in adoptionem, Patris gratia, per Filium et Spiritum sanctum, translatis, ineffabili bonitate ita dicere nobis conceditur.

Η'. Εἰ δέ τις βούλεται μαθεῖν, ὅπως ἡμεῖς τὸν Θεὸν Πατέρα καλοῦμεν, ἀκουέτω τοῦ καλοῦ παιδαγωγοῦ Μωσέως, λέγοντος· Οὐκ αὐτὸς οὗτός σου Πατὴρ ἐκτήσατό σε (2), καὶ ἐποίησέ σε, καὶ ἔκτισέ σε; καὶ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου· Καὶ νῦν, Κύριε, Πατὴρ ἡμῶν σύ· ἡμεῖς δὲ πηλὸς, ἔργα τῶν χειρῶν σου πάντες· σαφέστατα γὰρ ἐδήλωσεν ἡ προφητικὴ χάρις, ὅτι μὴ κατὰ φύσιν, ἀλλὰ κατὰ Θεοῦ χαριν καὶ θέσει, Πατέρα καλοῦμεν.

VIII. Quod si quis discere voluerit, quomodo nos Deum appellamus Patrem; audiat ille optimum pædagogum Mosen, aientem: *Nonne ille ipse Pater tuus possedit te, et fecit te, et creavit te* [80]? Et Isaiam prophetam: *Et nunc, Domine, Pater noster tu; nos autem lutum, opera manuum tuarum omnes* [81]; manifestissime declaravit prophetica gratia [seu gratia per prophetam loquens] quod non natura, sed Dei gratia et adoptione, Patrem eum vocamus.

Θ'. Καὶ ἵνα γνῷς ἀκριβέστερον, ὅτι μὴ πάντως ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς ὁ κατὰ φύσιν πατὴρ μόνον καλεῖται πατηρ, ἄκουε Παύλου λέγοντος· Ἐὰν γὰρ

IX. Et ut accuratius cognoscas, quod non ubique in divinis Scripturis pater naturalis solum, appellatur pater; audi Paulum dicentem: « Si enim

[77] Joan. xx, 17. [78] *Vid. cat* 11, n. 19. [79] Matth. vi, 9. [80] Deut. xxxii, 6. [81] Isa. lxiv, 8.

At Coisl., Roe, Casaub. et sacer text. habent, τοῦ Πατρὸς ὑμῶν, *Patris vestri*; non habetur hic in sacr. text., τοῦ ἐν οὐρανοῖς. Inferius vero, in altero testimonio ubi legitur, ὁ Πατὴρ ὑμῶν, Grodecius vertit *Pater meus*; quæ hujus loci lectio Cyrilli proposito accommodatior.

(1) Προδιαστείλασθαι. Ita scribimus ex codd. Coisl., Roe, Casaub. loco προσδιαστείλασθαι. Sic Philoponus apud Joan. Damasc. *De hæresib.* cap. 7, τοῦτο πάλιν εὔλογον προδιαστείλασθαι quod *præmonere, præfulcire* ac *præmunire* significat. Paulo post, loco αὐτός, iidem habent αὐτό, mallem αὐτὸ τοῦτο.

(2) Ἐκτήσατό σε Codd. Roe et Casaub. habent, ἔκτισατό σε. Id secutus videtur Grodecius, qui tamen non legit, καὶ ἔκτισέ σε. In LXX pro ἔκτισε legitur, ἐπλασε, *finxit*.

(3) *Christum ejusdem cum hominibus justis*, etc. Ferit hoc loco diversa hæreticorum genera quos respicere potuit In primis Ebionem, qui Christum ex Josephi satu genitum aiebat, ex Epiph. hæres xxx, n. 2 et 3, ejusque discipuli Christum merum hominem prophetam veritatis appellabant; qui Filius Dei, progressione quadam virtutis et conjunctione cum Deo, fieri appellarique meruisset, ex eodem n. 18. Cerinthum, qui ex Irenæo. lib i, cap. 26, ii, 1, Jesum aiebat Joseph et Mariæ filium similiter ut reliqui homines fuisse, ut tamen plus potuerit justitia, prudentia et sapientia præ hominibus cæteris Carpocratem, qui, eodem auctore cap. 25. n. 1 et 2, et Epiph., hæres. xxvii, n. 2, docebat Jesum e Joseph natum, similem reliquis hominibus fuisse, et hoc solo differentem, quod anima ejus cognitione et virtute præstantior exstitisset; quam hæresim amplificantes discipuli, se Jesu etiam ipso non inferiores esse, imo et meliorea evadere posse jactabant; Theodotum coriarium, qui ad minuendam suam de negato in persecutione Christo infamiam, illum nudum hominem dixit, ex auctore æquali apud Euseb., lib. v *Hist eccl.*, cap. 28; Artemam, qui Christum ex virgine natum merum hominem, tametsi prophetis præstantiorem asseruit, ex eodem auctore; Paulum Samosatensem, qui Artemonis hæresim renovavit auctore Eusebio lib v, cap. 28, quique docebat Christum non esse Deum incarnatum, sed hominem profectus sui merito deificatum, quem errorem tacito tamen ejus nomine memorat Cyrillus cat. 12, n. 3; Arium denique, qui Verbum mutationi obnoxium, et gratiæ sicut alios omnes particeps docens, tantum majorem in Filio gratiam prædicabat, meritorum ejus prævisione a Deo collatam; ex epistola Alexandri Alexandrini apud Athanas. pag. 398, n. 2, et Athanasio orat. i *cont. Arian.*, n. 5 et 6, pag. 409. Certe verbis Christi proxime citatis, *Ascendo ad Patrem meum*, etc., quæ Cyrillus errori quem refellit occasionem dare refert, maxime abutebantur Ariani; uti, ne alios commemorem, fidem facit Athanasius, lib. *De Incarn.*, et *cont. Ar.*, n. 8; Hilar., lib. xi, n. 10; Epiph., hær. lxix, n. 5.

« decem millia pædagogorum habeatis in Christo, « sed non multos patres : in Christo enim Jesu per « Evangelium ego vos genui » [82] Non eo quod secundum carnem genuisset, sed quod docuisset et secundnm Spiritum regenerasset, Paulus Corinthiorum pater erat. Audi quoque et Job dicentem: *Pater eram imbecillium* [83]; patrem enim se ipsum appellavit, non quia omnes genuisset, sed quod curam suscepisset. Quin ipse unigenitus Filius Dei, quo tempore cruci secundum carnem affixus erat, Mariam videns sui ipsius ratione carnis matrem, et Joannem discipulorum charissimum, ad ipsum quidem ait : *Ecce mater tua* [84]; ad Mariam vero : *Ecce filius tuus ;* quam deberet illa in posterum Joanni exhibere charitatem docens. Quibus verbis oblique expedivit illud quod a Luca dictum est : « Et erat pater ejus et mater ejus admirantes » [85]. Quam vocem arripiunt hæretici ipsum ex viro ac muliere natum prædicantes (1). Quemadmodum enim Maria Joannis mater dicitur propter charitatem, non vero quod genuisset : ita Joseph pater Christi dictus est, non ratione generationis (*Non* enim *cognovit eam*, juxta Evangelium, *donec peperit filium suum primogenitum* [86]), sed ratione curæ in alendo educandoque collatæ.

X. Hoc itaque vobis nunc obiter velut **117** admonitionis gratia dictum sit. Adjiciamus autem et aliud testimonium, ad demonstrandum Deum hominum patrem abusive dici. Cum enim in Isaia ad Deum dicatur : Tu enim es pater noster, quoniam Abraham non novit nos, et Sara non parturivit nos [87]; estne quidquam de hoc quærendum prælerea ? Quod si Psaltes dicat : « Turbentur a facie ejus pa« tris orphanorum et judicis viduarum » [88] ; nunquid non omnibus manifestum est, quod cum orphanorum, qui recens patres proprios amiserunt, pater dicitur Deus, non idcirco quod ex genuerit, sed quod curam et defensionem eorumdem suscipiat, ita appellatus sit ? Hominum itaque, ut dictum est, abusive pater est ; solius vero Christi Deus pater

μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν Χριστῷ, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας· ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα· οὐ γὰρ τῷ γεννῆσαι κατὰ σάρκα, ἀλλὰ τῷ διδάξαι (2) καὶ ἀναγεννῆσαι κατὰ Πνεῦμα, Παῦλος ἦν Κορινθίων πατήρ. Ἄκουε δὲ καὶ τοῦ Ἰὼβ λέγοντος· Ἐγω ἤμην πατὴρ ἀδυνάτων· πατέρα γὰρ ἑαυτὸν, οὐ τῷ γεννῆσαι πάντας (3), ἀλλὰ τῷ κηδεμονεῖν, ὠνόμασεν. Αὐτός τε ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, τῷ ξύλῳ κατὰ τὸν σταυροῦ καιρὸν τὴν σάρκα προσηλωμένος, ἰδὼν τὴν Μαριὰμ τὴν ἑαυτοῦ κατὰ σάρκα μητέρα, καὶ τὸν Ἰωάννην τὸν τῶν μαθητῶν προσφιλέστατον, φησὶ πρὸς ἐκεῖνον μὲν, Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου· πρὸς δὲ τὴν Μαριὰμ, Ἰδοὺ ὁ υἱός σου· τὴν ὀφειλομένην φιλοστοργίαν ἐκδιδάσκων, καὶ τὸ παρὰ τῷ Λουκᾷ εἰρημένον πλαγίως ἐπιλύων, τὸ, Καὶ ἦν ὁ πατὴρ αὐτοῦ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ θαυμάζοντες· ὅπερ ἁρπάζουσιν αἱρεσιωτῶν παῖδες, ἐξ ἀνδρὸς αὐτὸν καὶ γυναικὸς γεγεννῆσθαι λέγοντες. Ὅνπερ γὰρ τρόπον ἡ Μαρία μήτηρ Ἰωάννου διὰ τὴν φιλοστοργίαν οὐ διὰ τὸ γεννῆσαι· οὕτω καὶ Ἰωσὴφ (4) πατὴρ ἐκαλεῖτο τοῦ Χριστοῦ, οὐ διὰ τὸ γεννῆσαι (Οὐ γὰρ ἔγνω αὐτὴν, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον), ἀλλὰ διὰ τὴν περὶ τὴν ἀνατροφὴν κηδεμονίαν γεγενημένην.

Γ. Τοῦτο μὲν οὖν ὑμῖν ἐν παρεκβάσει νῦν ὡς ἐν ὑπομνήσει λελέχθω. Προσθῶμεν δὲ καὶ μαρτυρίαν ἑτέραν ἀποδεικτικὴν τοῦ καταχρηστικῶς ἀνθρώπων τὸν Θεὸν καλεῖσθαι πατέρα. Ὅταν γὰρ ἐν Ἡσαΐᾳ λέγηται πρὸς τὸν Θεόν· Σὺ γὰρ εἶ πατὴρ ἡμῶν, ὅτι Ἀβραὰμ οὐκ ἔγνω ἡμᾶς, καὶ ἡ Σάρρα οὐκ ὠδίνησεν ἡμᾶς (5)· ἆρα ἔτι περὶ τούτων ζητεῖν χρή ; Κἂν ὁ Ψαλμῳδὸς λέγῃ· Ταραχθήτωσαν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, τοῦ πατρὸς τῶν ὀρφανῶν καὶ κριτοῦ τῶν χηρῶν· ἆρα οὐ πᾶσι πρόδηλον, ὅτι τῶν νεωστὶ τοὺς οἰκείους πατέρας ἀποβεβληκότων ὀρφανῶν πατὴρ ὁ Θεὸς καλούμενος, οὐ διὰ τὸ γεννᾷν ἐξ αὐτοῦ, ἀλλὰ διὰ τὸ κηδεμονεῖν καὶ ὑπερασπίζειν, ὠνόμασται ; Ἀλλὰ τῶν μὲν ἀνθρώπων, καθὼς εἴρηται, καταχρηστικῶς ἐστι πατήρ· Χριστοῦ δὲ μόνου πατὴρ Χριστοῦ, διὰ τὸ ὑπουργὸς γενέσθαι τοῦ μυστηρίου, καὶ κηδεμών, « sic et Joseph pater Chri« sti, propter operam quam in mysterio contulis« set, et curam, » ac consequenter post verba, οὐ γὰρ ἔγνω, etc., omittuntur sequentia, ἀλλὰ, etc., usque ad γεγενημένην inclus. Grodocius ante voces, οὐ διὰ τὸ γεννῆσαι, legit quasdam quas ita vertit, *propter curam vel dilectionem*. Porro ante ἔγνω in editis irrepserat ἄν, quod sustulimus auctoritate cod. Coisl.

(5) Καὶ ἡ Σάρρα οὐκ ὠδίνησεν ἡμᾶς. Ea verba prætermittuntur in codd. Coisl., Roe et Casaub., forte quia non habentur in Bibliis, sed eorum loco legitur, καὶ Ἰσραὴλ οὐκ ἐπέγνω ἡμᾶς, *et Israel non novit nos*. Verum multa habes exempla Cyrilli, dum ex tempore dicit, Scripturæ verba commutantis. Hæc informavit ex altero Isaiæ loco cap. LI, 2, ubi habetur sec. LXX : « Inspicite in Abraham « patrem vestrum, et in Saram quæ vos parturivit ».

[82] I Cor. IV, 15. [83] Job. XXIX, 16. [84] Joan. XIX, 27, 26. [85] Luc. II, 33. [86] Matth. I, 25. [87] Isa. LXIII, 16. [88] Psal. LXVII, 6.

(1) *Quam vocem arripiunt hæretici*. Nimirum Carpocrates, Cerinthus, Ebion citati nota 3, pag. præced., quanquam nonnulli Ebionæi, Eusebio, lib. III *Hist.*, cap. 27 ; et Theodoreto lib. II *Hæret. fab.*, cap. 1, auctoribus, ab hac Ebionis de Christo ex Josephi semine genito, opinione discesserit.

(2) Τῷ γεννῆσαι... τῷ διδάξαι. Nullo quamvis codice freti loco τό quod habetur in editis, τῷ scripsimus ; cum id tum structuræ ratio, tum proximum in simili phrasi post aliquot lineas exemplum postulet. Levis est mss. auctoritas in similis aut vicini soni litteris.

(3 Πάντας Oxoniensis editionis procurator loco hujus vocis scripserat, πένητας, *pauperes*, ex conjectura cl. Casauboni. Ea sane multum arridet ; sed nulla nos necessitas cogit veterem lectionem, cui bonus non deest sensus, commutare.

(4) Οὕτω καὶ Ἰωσήφ. Locus ille paulo aliter legitur in codd. Roe et Casaub., οὕτω καὶ Ἰωσηφ

νου (1) κατὰ φύσιν ἐστὶ Πατὴρ ὁ Θεὸς, οὐ κατὰ θέσιν· καὶ τῶν μὲν ἀνθρώπων ἐν χρόνοις, Χριστοῦ δὲ πρὸ χρόνων, καθὼς αὐτός φησι· Καὶ νῦν δόξασόν με σὺ, Πάτερ, παρὰ σεαυτῷ (2) τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον, πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι, παρὰ σοί.

ΙΑ'. Πιστεύομεν τοίνυν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα (3), τὸν ἀνεξιχνίαστον καὶ ἀνεκδιήγητον· ὃν ἀνθρώπων μὲν οὐδεὶς ἑώρακεν, ὁ Μονογενὴς δὲ μόνος ἐξηγήσατο. Ὁ γὰρ ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ, αὐτὸς ἑώρακε τὸν Θεόν· οὗ τὸ πρόσωπον οἱ ἄγγελοι διαπαντὸς βλέπουσιν ἐν τοῖς οὐρανοῖς· βλέπουσι δὲ, κατὰ τὸ μέτρον τῆς οἰκείας τάξεως ἕκαστος. Τὸ δὲ ἀκραιφνὲς τῆς τοῦ Πατρὸς θεωρίας εἰλικρινῶς, Υἱῷ σὺν ἁγίῳ Πνεύματι τετήρηται.

ΙΒ'. Ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενος, καὶ τῶν πρὸ βραχέως εἰρημένων ὑπομνησθείς, ἐν οἷς ὁ Θεὸς πατὴρ ἀνθρώπων ἀνηγορεύετο μεγάλως πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀγνωμοσύνην ἐξίσταμαι. Ὁ μὲν γὰρ Θεὸς ἀφάτῳ φιλανθρωπίᾳ πατὴρ ἀνθρώπων καλεῖσθαι κατηξίωσεν· ὁ ἐν οὐρανοῖς, τῶν ἐπὶ γῆς· καὶ ὁ τῶν αἰώνων ποιητὴς, τῶν ἐν χρόνοις· καὶ ὁ τὴν γῆν κατέχων ἐν δρακὶ (4), τῶν ἐπὶ γῆς ὄντων ὡς ἀκρίδων. Ὁ δὲ ἄνθρωπος καταλιπὼν τὸν ἐπουράνιον Πατέρα, τῷ ξύλῳ εἶπε· Πατήρ μου εἶ σύ· καὶ τῷ λίθῳ· Σὺ ἐγέννησάς με. Καί μοι δοκεῖ, διὰ τοῦτο πρὸς τὴν ἀνθρωπότητα λέγει ὁ Ψαλμῳδός (5)· Καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, ὅν εἶλου πατέρα, ὃν ἐπεσπάσω πρὸς τὴν ἀπώλειαν.

ΙΓ'. Οὐ μόνον δὲ ξύλα καὶ λίθους, ἔνιοι δὲ καὶ τὸν Σατανᾶν αὐτὸν (6) ἤδη εἵλοντο πατέρα, τὸν ψυχοφθό-

A est secundum naturam, non autem secundum adoptionem (7)[89], et hominum quidem in tempore pater est ; Christi vero ante tempora, quemadmodum ipse ait : « Et nunc glorifica me tu, Pater, apud te « metipsum, gloria quam habui, priusquam mun« dus esset, apud te [90]. »

XI. Credimus igitur *in unum Deum Patrem*, investigabilem et inenarrabilem 8) : quem nemo quidem hominum vidit, Unigenitus vero solus enarravit [91]. *Qui* enim *est ex Deo, hic vidit Deum* [92]. Cujus faciem angeli continuo vident in cœlis [93]; vident autem, unusquisque secundum proprii ordinis et loci mensuram [94]. Purus vero paterni splendoris contuitus, proprie ac sincere Filio una cum Spiritu sancto reservatus est.

B XII. Cum ad hunc locum devenerit oratio, eorum, quæ paulo ante dicebamus, quod Deus hominum Pater appellaretur, recordatione pulsatus, magnopere hominum ingratitudinem obstupesco : Deus enimvero ineffabili bonitate hominum pater dici voluit : qui in cœlis est, degentium in terra ; sæculorum effector, horum qui in temporibus exsistunt ; qui terram in pugillo continet [95], eorum qui super terram instar locustarum sunt [96, 97]. Homo vero, cœlesti patre derelicto, ligno dixit : *Pater meus es tu ;* et lapidi : *Tu me genuisti* [98]. Et propterea, ut mihi quidem videtur, humanam naturam sic alloquitur Psaltes : « Et obliviscere populum « tuam, et domum patris tui [99] ; » quem elegisti patrem, quem ad interitum tibi accivisti.

C XIII. Nec solum ligna et lapides, verum etiam ipsum Satanam animarum perditorem, in pa- **118**

[89] *Vid. cat.* 11, *n.* 4. [90] Joan. XVII, 5. [91] Joan. I. 18. [92] Joan. VI, 48. [93] Matth. XVIII, 10. [94] *Vid. cat.* 6. *n.* 6. [95] Isa. XL, 12. [96] ibid. 22. [97] *Vid. cat.* 6, *n.* 10. [98] Jerem. XI, 27, [99] Psal. XLIV, 11.

(1) Χριστοῦ δὲ μόνου. Loco μόνον, ita scripsimus ex codd. Coisl., Roe, Casaub. et similibus locis cat 4, n. 5, et supra n. 5.

(2) Σὺ, Πάτερ, παρὰ σεαυτῷ. Ea verba non agnoscunt codd. Coisl., Roe, Casaub., Grod.

(3) Θεὸν Πατέρα. Ita ex codd. Coisl., Roe, Casaub., Grod. et similibus locis sup. n. 1, 3, 4, et alibi. In editis Πατέρα ante Θεόν collocatum est.

(4) Ἐν δρακί. Particulam ἐν addidimus ex codd. Roe, Casaub. et Cyrilli consuetudine locum hunc Isaiæ ita recitantis cat. 4, n. 5, cat. 18, n. 3.

(5) Ὁ Ψαλμῳδός. Ita scripsimus ex codd. Coisl. et Grod., convenientius rati quam quod in editis habetur, ψαλμός, quanquam ea loquendi figura, ψαλμὸς λέγει, interdum utitur Cyrillus, ut D cat. 8, n. 2, etc., ut et istis, Γραφὴ λέγει, Εὐαγγέλιον λέγει.

(6) Σατανᾶν αὐτόν. Vox αὐτόν majorem continens emphasim ex codd. Coisl., Roe, Casaub., Ottob. a nobis adjecta. Paulo post, abest vox τοῦ διαβόλου a codd. Coisl., Roe, Casaub. et Grod. Loco τὴν ἀπάτην, legitur in memoratis libris, Grodecio excepto, τὴν ἀγάπην· quasi diabolus impiorum pater esset *per charitatem*. non qua eos ille complectitur, sed qua ipsi voluntaria animi inductione una cum eo currunt, ut inferius ait Cyrillus.

(7) *Non secundum adoptionem.* Arianorum jugulum petit, qui Verbum in tempore factum et creatum asserentes, filium non natura, sed adoptione tantum et gratia confitebantur. Vide ipsamet Arii verba apud Athanas., *De sentent. Dionys. Alexandrini*, num. 23, et orat. 1 *cont. Ar.* n. 5. Sic autem Hilarius eorum scita exprimit lib. IV « De « Trinit., *n.* 3 : Aiunt hæretici non ex Deo esse Chri« stum, id est Filium non ex Patre natum neque « Deum ex natura, sed ex constitutione (*ad litteram « vertit Græcam vocem* θέσει) esse : adoptionem sci« licet ejus in nomine, quia sicut plures Deo filii, « ita et hic Filius sit ; dehinc liberalitatem in digni« tate, quia sicut dii plures sunt, ita et hic Deus sit : « indulgentiore tamen in eo et adoptionis et nuncu« pationis effectu, ut et præ cæteris sit adoptatus, « et adoptivis aliis major ipse sit Filius, » etc.

(8) *Investigabilem et inenarrabilem.* Verba hæc adjecit Cyrillus, et Patris invisibilitatem consequentibus verbis constituit, credo, propter Gnosticos, qui creatorem mundi Deum a Christi Patre in hoc distinguebant, quod iste invisibilis et incomprehensus, ille autem et visibilis esset, et sæpe visus in Veteri Testamento. Similia verba, *invisibilem et impassibilem*, propter Sabellianorum et Patripassianorum errorem Aquileiensi symbolo adjecta dicit Rufinus. Angelos vero Cyrillus statuit contra Gnosticos Dei conspectu secundum suum modum frui ; ac Filium et Spiritum sanctum, contra Arianos et Gnosticos simul, perfectam Patris comprehensionem habere. Ita nos de hoc loco conjicimus. V. notam 6, p. 90, in cat. 6, num. 6.

trem elegerunt nonnulli ; quos increpans Dominus aiebat : *Vos opera patris vestri facitis* [1] : diaboli scilicet, qui hominum non natura, sed deceptione pater est. Quemadmodum enim propter institutionem piam Paulus Corinthiorum dicebatur pater [2] : sic et diabolus eorum qui ex voluntate cum illo currunt [3], pater appellatur. Haud enim patiemur (1) illos, qui prave interpretantur eam sententiam : *Ex hoc cognoscimus filios Dei et filios diaboli* [4] ; quasi exsistant inter homines nonnulli, qui natura aut salvi sint aut pereant [5]. Non enim ex necessitate, sed ex libero animi decreto ad sanctam hujusmodi adoptionem provehimur. Neque ex natura proditor Judas [6], diaboli et perditionis filius fuit [7] ; alioqui nullatenus ab initio in nomine Christi dæmonas ejecisset ; Satanas enim Satanam non ejicit [8] : neque vicissim Paulus ex persecutore in præconem mutatus fuisset ; sed voluntaria plane est adoptio, velut ait Joannes : « Quotquot autem rece- « perunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, « his qui credunt in nomen ejus [9]. » Non enim priusquam crederent, sed ex fide, filii Dei fieri libero plane arbitrio digni habiti sunt.

XIV. Hoc itaque cognoscentes spiritaliter conversemur, ut adoptione divina digni efficiamur. « Qui- « cumque enim Spiritu Dei aguntur, isti sunt filii « Dei [10]. » Nihil enim proderit nobis Christianorum appellationem adeptos esse, nisi et opera consequantur ; ne forte et nobis illud dicatur : « Si filii « Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis [11]. » Si enim patrem invocamus eum, qui sine ullo ad personas respectu judicat secundum uniuscujusque opus, in timore incolatus nostri tempore conversemur : non diligentes mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis enim diligit mundum, non est dilectio Pa-

ρον· πρὸς οὓς ἐλεγκτικῶς ἔλεγεν ὁ Κύριος. Ὑμεῖς τὰ ἔργα (2) τοῦ πατρὸς ὑμῶν ποιεῖτε· τοῦ διαβόλου, πατρὸς ὄντος ἀνθρώπων, οὐ κατὰ φύσιν, ἀλλὰ κατὰ ἀπάτην. Ὃν γὰρ τρόπον, διὰ τῆς εὐσεβοῦς διδασκαλίας, Παῦλος Κορινθίων πατὴρ ἐκαλεῖτο, οὕτω καὶ ὁ διάβολος τῶν ἐκ προαιρέσεως αὐτῷ συντρεχόντων καλεῖται πατήρ. Οὐ γὰρ ἀνεξόμεθα τῶν κακῶς ἐκλαμβανόντων (3) τὸ εἰρημένον ἐκεῖνο, τὸ, Ἐκ τούτου γινώσκομεν τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ τέκνα τοῦ διαβόλου· ὡς ὄντων φύσει τινῶν, καὶ σωζομένων καὶ ἀπολλυμένων ἐν ἀνθρώποις. Οὔτε γὰρ ἐπάναγκες, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως εἰς τὴν τοιαύτην ἁγίαν υἱοθεσίαν ἐρχόμεθα· οὔτε ἐκ φύσεως ὁ προδότης Ἰούδας, υἱὸς ἦν διαβόλου καὶ τῆς ἀπωλείας (4)· ἢ γὰρ ἂν οὔθ' ὅλως ἐξ ἀρχῆς ἐν ὀνόματι Χριστοῦ δαίμονας ἀπήλασε· Σατανᾶς γὰρ Σατανᾶν οὐκ ἐκβάλλει· οὐδ' ἂν πάλιν ὁ Παῦλος ἐκ τοῦ διώκειν εἰς τὸ κηρύττειν μετέβαινεν. Ἀλλ' αὐτεξούσιος ἡ υἱοθεσία, καθώς φησιν ὁ Ἰωάννης· Ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ· οὐ γὰρ πρὸ τῆς πίστεως, ἀλλ' ἐκ τῆς πίστεως τέκνα Θεοῦ γενέσθαι κατηξιώθησαν αὐτεξουσίως.

ΙΔ'. Τοῦτο τοίνυν γινώσκοντες, πνευματικῶς ἀναστρέψωμεν (5), ἵνα τῆς υἱοθεσίας τοῦ Θεοῦ καταξιωθῶμεν. Ὅσοι γὰρ Πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοι υἱοὶ Θεοῦ εἰσιν. Οὐδὲν γὰρ (6) ὄφελος ἡμῖν τὴν Χριστιανῶν κεκτῆσθαι προσηγορίαν, μὴ καὶ τῶν ἔργων ἐπακολουθούντων, μή ποτε καὶ πρὸς ἡμᾶς ῥηθῇ τὸ, Εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε. Εἰ γὰρ Πατέρα ἐπικαλούμεθα, τὸν ἀπροσωπολήπτως κρίνοντα κατὰ τὸ ἑκάστου ἔργον, ἐν φόβῳ τὸν τῆς παροικίας ἡμῶν χρόνον ἀναστραφῶμεν, μὴ ἀγαπῶντες τὸν κόσμον, μηδὲ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ. Ἐὰν γάρ τις ἀγαπᾷ τὸν κόσμον, οὐκ ἔστιν ἡ ἀγάπη τοῦ

[1] Joan. VIII, 41. [2] I Cor IV, 15. [3] Psal. XLIX, 18. [4] Joan. III, 10. [5] *Vid. cat.* 4, *n.* 20. [6] Luc. VI, 16. [7] Joan XVII, 12. [8] Marc. III, 25. [9] Joan. I, 12. [10] Rom. VIII, 14. [11] Joan. VIII, 39.

(1) *Haud enim patiemur*, etc. Didymus in commentariis ad hunc Joannis locum qui præ manibus est, testis etiam est hæreticos Veteris Testamenti et Dei creatoris osores, eo ad astruenda sua figmenta usos esse. Hi vero quos notat Cyrillus, sunt Valentiniani. In fragmentis Heracleonis Valentiniani, ab Origene in Joannem scribente commemoratis pag. 308 et 314, hæreticus ille utitur duobus ex Joannis Evangelio testimoniis, ex prima ejus Epistola isti similibus, « Vos ex patre diabolo « estis, et desideria patris vestri vultis facere : » ut probet, teste Origene, esse quosdam homines ejusdem cum diabolo substantiæ ; qua videlicet factum ut diabolus neque stare in veritate potuerit, nec veritatem in se ipso habere queat, ut est in aliis Heracleonis verbis ab Origene adductis pag. 320. Eadem vero testimonia citat Manes apud Archelaum, *Disp.*, n. 29, et apud Epiph. hæres. LXVI, n. 3. Quod inferius de Juda proditore disputat, facit id propter hæreticos qui Judam, seu natura, seu divinæ prædictionis necessitate ad peccandum ineluctabiliter adductum fuisse docebant. Quos longo ordine refellunt Patres, Origenes apud Euseb., *Præp. evang.*, lib. VI, c. 11, pag. 287 : Eusebius ipse *in psalm.* XL, vers. 10, pag. 171 ; Epiph., hæres. XXXVIII, n. 6 ; Chrysostom., *Hom. de Juda prodit.*, tom. V, pag. 459 ; Isid. Pelus., lib. I, ep. 65, etc.

(2) Τὰ ἔργα. In Evang., τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν· *desideria patris vestri vultis facere*.

(3) Ἐκλαμβανόντων. Hæc codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub. scriptura melior quam editorum, in quibus εἰσλαμβανόντων. Ea voce sæpe utitur auctor.

(4) Τῆς ἀπωλείας. Articulum adjicimus ex Coisl., Roe, Cas., text. sacr.

(5) Ἀναστρέψωμεν. Roe et Casaub., ἀναστραφῶμεν, ut inferius post aliquot lineas habetur. Linea sequenti legimus in cod. Coisl., οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Θεοῦ, quomodo in apostolico textu.

(6) Οὐδὲν γάρ, etc. Hæc verba usque ad εἰ γάρ excl. sub nomine Cyrilli nostri citantur ab Anastasio auctore vel collectore quæstionum 154, sub ejus nomine evulgatarum quæst. 1, et Philippo solitario Dioptræ, lib. I, cap. 1, sub Cyrilli solum nomine. Mirum quod Millesius hanc pericopen ab Anastasio citatam, tanquam Cyrilli fragmentum in appendice retulerit, nusquam in Cyrilli *Catechesibus* comparere dicens, et idcirco ad Cyrillum nostrum pertinere negans ; similis habetur sententia S. Ignatii *Epist. ad Magnes.* n. 4. Pro κεκτῆσθαι, legit Anastasius κεκλῆσθαι. In cod. rero Coisl. num. 120, eas quæstiones continente, scribitur, καλεῖσθαι. Loco, μή ποτε καὶ πρὸς ἡμᾶς ῥηθῇ τό, scribit Anastasius γέγραπται γάρ.

Πατρὸς ἐν αὐτῷ. Ὥστε, τέκνα ἀγαπητὰ, δόξαν τῷ (1) ἐν οὐρανοῖς Πατρὶ διὰ τῶν ἔργων προσενέγκωμεν· ὅπως ἴδωσι ἡμῶν τὰ καλὰ ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ἡμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Πᾶσαν τὴν μέριμναν ἡμῶν ἐπ' αὐτὸν ἐπιῤῥίψωμεν (2)· οἶδε γὰρ ὁ Πατὴρ ἡμῶν ὧν χρείαν ἔχομεν.

ΙΕ'. Τιμῶντες δὲ τὸν ἐπουράνιον Πατέρα, καὶ τοὺς τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρας (3) τιμήσωμεν· ἐπειδὴ σαφῶς ἐν νόμῳ καὶ προφήταις αὐτὸς ὥρισεν ὁ Κύριος, λέγων· Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ τοῦ παραγγέλματος τούτου ἀκουέτωσαν μάλιστα τῶν παρόντων οἱ πατέρας καὶ μητέρας κεκτημένοι. Τὰ τέκνα, ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν κατὰ πάντα· τοῦτο γὰρ εὐάρεστόν ἐστι τῷ Κυρίῳ. Οὐ γὰρ εἶπεν ὁ Κύριος· Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα οὐκ ἔστι μου ἄξιος· μὴ τὸ καλῶς γεγραμμένον αὐτὸς ἐξ ἀγνοίας ἐκλάβῃς κακῶς· ἀλλὰ τὸ, ὑπὲρ ἐμὲ, προσέθηκεν. Ὅταν γὰρ τῷ ἐν οὐρανοῖς Πατρὶ οἱ ἐπὶ γῆς πατέρες φρονῶσιν ἐναντία, τότε δεῖ τῷ ῥήματι ἐπακολουθεῖν. Ὅταν δὲ μηδὲν ἡμῖν εἰς εὐσέβειαν αὐτῶν ἐμποδιζόντων, ἀγνωμοσύνῃ φερόμενοι, καὶ τῶν εἰς ἡμᾶς αὐτῶν εὐεργεσιῶν ἀμνημονοῦντες καταφρονῶμεν (4)· τότε χώραν ἕξει τὸ λόγιον, τὸ λέγον· Ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω.

ΙΖ'. Χριστιανῶν εὐσέβεια (5) ἐνάρετος πρώτη, τὸ τιμᾷν τοὺς γεννήτορας, τὸ τοὺς πόνους ἀμείψασθαι τῶν φύντων, καὶ πάσῃ δυνάμει τὰ πρὸς ἀνάπαυσιν αὐτοῖς ἐπενεγκεῖν· κἂν γὰρ τὰ πλεῖστα τούτοις ἀποδῶμεν, ἀλλ' ἀντιγεννῆσαι τούτους οὐδέποτε δυνησόμεθα· ἵνα καὶ αὐτοὶ τῆς παρ' ἡμῶν (6) ἀναπαύσεως ἀπολαύσαντες, εὐλογίαις ἡμᾶς στηρίξωσιν, ἃς ὁ πτερνιστὴς Ἰακὼβ ἐμφρόνως ἥρπασε· καὶ τὴν ἀγαθὴν ἡμῶν προαίρεσιν ὁ ἐν οὐρανοῖς Πατὴρ ἀποδεξάμενος, καταξιώσειεν ἡμᾶς μετὰ τῶν δικαίων λάμπειν ὡς ὁ ἥλιος, ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρὸς ἡμῶν (7)· ᾧ ἡ δόξα, σὺν τῷ Μονογενεῖ καὶ Σωτῆρι Ἰησοῦ Χριστῷ, σὺν τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A tris in illo [12]. Itaque, dilecti filii, gloriam Patri qui in cœlis est per opera afferamus : ut videant opera nostra bona, et glorificent Patrem nostrum qui in cœlis est [13]. Omnem sollicitudinem nostram in illum projiciamus [14] : scit enim Pater noster, quibus rebus indigemus [15].

119 XV. Honorantes vero cœlestem Patrem, carnisquoque nostræ patres honores prosequamur [16] : quandoquidem aperte in lege et prophetis Dominus ipse definivit, aiens : « Honora patrem tuum et ma- « trem tuam, ut bene sit tibi, et longævus eris super « terram » [17]. Ac mandatum istud audiant præsertim ex astantibus ii qui patres et matres habent. Filii, obedite parentibus vestris in omnibus : hoc enim beneplacitum est Domino [18]. Non enim dixit Domi- B nus : « Qui amat patrem aut matrem, non est me di- « gnus » [19] ; ne id quod scriptum esset bene, tu ex ignorantia interpretareris prave ; verum addidit, *super me* [20]. Quando enim Patri qui in cœlis est, versantes in terra patres contraria senserint, tunc est huic dicto obsequendum ; quando vero illis nullum nobis ad pietatem impedimentum afferentibus, nos ingrati animi furore abrepti, collatorumque ab ipsis in nos benefactorum immemores, eosdem habemus despectui ; tunc locus est illi sententiæ : « Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur » [21] :

XVI. Christianorum prima est in virtutis loco pietas, honorare parentes, eorum qui vitam nobis dederunt labores remunerare, atque omni studio, quæcunque ad illos sublevandos pertinent conferre. Nam etiamsi illis multa refuderimus, nunquam ta- C men illos, uti nos genuere, vicissim generare poterimus. Scilicet ut ipsi procurato per nos solatio fruentes [22], nos illis stabiliant benedictionibus quas supplantator Jacob prudenter præripuit [23] : bonam vero voluntatem nostram cœlestis Pater gratam habens, dignos nos efficiat, qui tanquam sol splendeamus cum justis in regno Patris nostris [24] : qui gloria, cum Unigenito et Servatore Jesu Christo, et cum sancto vivificoque Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[12] Joan. II, 15. [13] Matth. V, 16. [14] I Petr. V, 7. [15] Matth. VI, 8. [16] Heb. XII, 9. [17] Exod. XX, 12. [18] Ephes. VI, 1. [19] Matth. X, 37. [20] ibid. [21] Exod. XXI, 17 ; Levit. XX, 9 : Matth. XV, 4. [22] Eccli. III, 6. [23] Gen. XXVII, 37. [24] Matth. XIII, 43.

(1) Λόξαν τῷ, etc. Hæc phrasis aliter in codd. Roe et Casaub. exhibetur, τῷ ἐν οὐρανοῖς Πατρὶ διὰ τῶν ἔργων εὐαρεστήσωμεν, *cœlesti Patri per opera placeamus*.

(2) Ἐπιῤῥίψωμεν. Ita scripsimus ex codd. Coisl., Roe. Casaub et Grod., quibus accedit Ottob., in quo habetur ἐς αὐτὸν ἀποῤῥίψωμεν. In editis, ἐπιῤῥίψαντες, *projicientes*, ut est I Petr. V, 7, quod referendum superius ad προσενέγκωμεν.

(3) Τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρας· Hunc verborum ordinem servamus ex cod. Coisl., versione Grodecii, et sacro textu Hebr. XII, 9. In editis, τῆς σαρκὸς πατέρας ἡμῶν, *nostros carnis patres*.

(4) Καταφρονῶμεν. In editis, καταφρονοῦμεν. Secuti sumus codd. Coisl., Roe, Casaub., ut responderet verbis superioris phrasis ὅταν... φρονῶσιν, et regiminis æqualitas servaretur.

(5) Χριστιανῶν εὐσέβ., etc., Hæc verba usque ad δυνησόμεθα inclus. citantur sub nomine Cyrilli sine urbis titulo, a sancto Maximo confessore in sermonibus per excerpta, serm. 23, tom. II. Quædam quoque hinc transcripsisse videtur S. Nilus in lib. II, epistola 206.

(6) Αὐτοὶ τῆς παρ' ἡμῶν, etc. Ex Coisl., Roe, Casaub. et Grodec. necessario immutanda fuit vitiosa editorum scriptura, αὐτοὶ ταῖς παρ' ἡμῶν ἀναπαύσαντες.

(7) Πατρὸς ἡμῶν. Scripsimus ἡμῶν, ut totus contextus postulat, ex Coisl. et versione Grodecii, loco ὑμῶν.

CATECHESIS OCTAVA.

De omnipotentia seu ad omnia pertinente providentia Dei.

ADMONITIO.

I. *Explanat auctor in hac oratione eam Dei dotem qua dicitur apud Græcos* παντοκράτωρ, *id est omnia sub imperio tenens et ad arbitrium moderans : quam vocem Latini in Symbolo* Omnipotens *vocabulo reddere solent : quanquam hoc aliam menti subjicit significationem, ab ea quæ voci Græcæ respondet* (num. 1). *Igitur contra gentiles, Judæos et hæreticos omnes duplex principium agnoscentes, maxime Manichæos, defendit Dei providentiam, dominium, et potestatem ad omnia pertinentem* (n. 2 et 3) ; *cœlestia, terrestria ; animam, corpus ; idololatras, hæreticos, diabolum ipsum ; cujus malitia quam tolerat, utitur ad suo consilia perficienda, et promovendam hominum utilitatem* (n. 4). *Trinitati videlicet, quæ sola servitutis expers est, serviunt res omnes creatæ ; peccatores, quos præ patientia pertert Deus, ab ipso tandem punientur* (n. 5). *Regnorum et opum Arbiter et Dominus est, eaque occasione Manichæos, divitias diabolo auctori deputantes, et creatorem Deum blasphemis verbis cædentes, gravissima oratione refellens Cyrillus sermonem absolvit* (n. 6, 7 et 8).

II. *In hac oratione postquam gentiles paucis refellit, Manichæos potissimum tota oratione oppugnat : qui in divinam potestatem multis modis peccabant :* 1° *ab ea subtrahendo corpora, quorum auctorem ab animarum conditore diversum existimabant ;* 2° *diabolum etiam e divinis operibus exeipiendo, eumque uti potestatem Deo contrariam coæternamque, atque in suo imperio summe dominantem admitten-do ;* 3° *universi gubernationem criminando, in qua summam ordinis perturbationem quæ bono Deo aliena esset, reperiri calumniabuntur ; ut videre est in Tito Bostrensi lib.* II cont. Manich. *Quamobrem Cyrillus Dei patientiam in ferendis malis commendare studet ;* 4° *tandem divitias et opes a diabolo auctore et datore esse contendendo. Contra Arianos perspicue trium S. Trinitatis personarum commune imperium et dignitatem defendit. Præclare quoque de divitiarum usu : et prudenter de relicta diabolo in res hujus mundi potestate disserit.*

III. *Nos porro Latinorum consuetudinem secuti, consecratum omnium symbolorum usu* Omnipotentis *vocabulum mutare noluimus ; admonentes tamen aliud Græca voce significari, et in hac catechesi explicari, quam quod Latina vox sonet. Nam* omnipotens *significat eum qui omnia potest, cuique factu impossibile nihil ; eoque sensu Augustinus, aliique omnes ferme Latini Patres hanc Symboli vocem explanant. At Græcis alia vox est ad declarandam omnipotentiam Dei, nempe* παντοδύναμος. *Ista autem* παντοκράτωρ *significat Deum omnia sub imperio tenere ac moderari : ita ipse Cyrillus hujus vocabuli vim reddit num.* 3 : Παντοκράτωρ ἐστὶν, ὁ πάντων κρατῶν, ὁ πάντων ἐξουσιάζων· *quæ vox satis per istam reddetur* omnitenens, *si Latina esset. Id optime vidit Rufinus, qui ex Græcis, et omnium maxime ex Cyrillo, suam Symboli explanationem adornans, retenta Latina quæ in usu erat voce, sensum ejus et etymologiam ad vim Græcæ vocis accommodavit, aiens* Omnipotentem ab eo dici Deum, quod omnium teneat potentatum. *Præiverat huic expositioni Tertullianus, de Filio dicens* contra Praxean *cap.* 17 : Suo jure Deus omnipotens, qua sermo Dei omnipotentis, quamque omnium accepit potestatem. *His exemplis freti consuetam vocem mutare religioni habuimus.*

IV. *Habita est hæc catechesis proxima die post præcedentem, ut ob ipso ejus exordio significat Cyrillus, dum præcedenti die de Patre se sermonem habuisse commemorat. Emendata a nobis est ad codd. Coislin., Ottob., Colb., Roe, Casaub. et Bodl. adjunctis variantibus lectionibus antiqui ms. in libro S. Genovefæ notatis.*

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ Η'

ΦΩΤΙΖΟΜΕΝΩΝ.

Ἐν Ἱεροσολύμοις σχεδιασθεῖσα, εἰς τὸ, Παντοκράτορα· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Ἱερεμίου· Ὁ Θεὸς ὁ μέγας, καὶ ὁ ἰσχυρὸς Κύριος· ὁ μέγας (1) τῇ βουλῇ, καὶ δυνατὸς τοῖς ἔργοις, ὁ παντοκράτωρ, ὁ μεγαλώνυμος Κύριος, καὶ τὰ ἑξῆς.

—

[121] CATECHESIS VIII ILLUMINANDORUM.

Hierosolymæ ex tempore dicta, in illud (2) *Omnipotentem* [id est, omnia sub imperio tenentem]. Et lectio ex Jeremia : *Deus magnus et fortis Dominus ; magnus consilio, et potens operibus, omnipotens, magni nominis Dominus* [25], etc. (3).

—

Α'. Διὰ μὲν τοῦ πιστεύειν εἰς ἕνα Θεὸν, πᾶσαν πολύθεον πλάνην ἐκκόπτομεν, ὅπλῳ τούτῳ κεχρημένοι πρὸς Ἕλληνας, καὶ πᾶσαν ἐναντίαν αἱρετικῶν δύναμιν· διὰ δὲ τοῦ προστιθέναι, εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα (4), πρὸς τοὺς ἐκ περιτομῆς μαχόμεθα, τοὺς ἀρνουμένους τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Καθὼς γὰρ εἴρηται τῇ χθὲς ἡμέρᾳ, καὶ πρὶν τρανῶσαι τὰ περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῷ εἰπεῖν, ὅτι Πατὴρ, ἤδη ἐδηλώσαμεν, ὅτι Υἱοῦ ἐστι Πατήρ· ἵνα ὥσπερ νοοῦμεν, ὅτι Θεός ἐστιν, οὕτω νοήσωμεν, ὅτι καὶ Υἱὸν ἔχει. Προστίθεμεν δὲ πρὸς ἐκείνοις, ὅτι καὶ παντοκράτωρ ἐστί· τοῦτο δὲ καὶ διὰ Ἕλληνας (5) καὶ Ἰουδαίους ὑμοῦ καὶ πάντας αἱρετικοὺς φαμεν.

I. [26] Per id, quod credimus *in unum Deum*, omnem plurium deorum errorem exscindimus, his armis adversus gentiles, et omnem ex adverso oppositam vim hæreticorum utentes ; per illud vero quod adjungimus, *in unum Deum Patrem*, adversus eos qui ex circumcisione sunt, qui negant unigenitum Filium Dei, pugnamus. Nam, ut dictum est hesterna die [27], ante etiam quam explanaverimus ea quæ ad Dominum nostrum Jesum Christum respiciunt, eo solo quod diximus, *Pater*, jam quod Filii sit Pater significavimus : ut sicut intelligimus quod Deus sit, ita et quod Filium habeat recogitemus. His vero illud quoque adjungimus quod *omnipotens* sit [seu omnia sub imperio contineat] ; quod quidem et propter gentiles simul et Judæos et omnes hæreticos affirmamus.

Β'. Ἑλλήνων μὲν γὰρ τινες, ψυχὴν τοῦ κόσμου τὸν Θεὸν εἶπον· καὶ ἕτεροι, τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ φθάνειν εἰς οὐρανὸν μόνον, μηκέτι δὲ καὶ εἰς γῆν. Καὶ τινες

II. Nam gentilium nonnulli animam mundi Deum esse dixerunt (6). Alii quoque, potestatem ejus in cœlum tantum (7), non autem ad terram usque

[25] Jerem. xxxii, 18, 19. [26] *Vid. cat.* 6, *n.* 10, *et seq.* [27] *id.* 7 n. 4.

(1) Ὁ μέγας. Loco μέγας τῇ βουλῇ legitur in LXX ed. Rom., μεγάλης βουλῆς, at in Compl., μέγας βουλῇ.

(2) *Omnipotentem*, παντοκράτορα. De hac ejus vocis versione diximus in Monito, n. 2.

(3) Habita est subsequenti post septimam die (n. 1).

(4) Εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα. Codd. Coisl., Roe, Casaub., Ottob. addunt. ὅτι ante εἰς. At verba, εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα, in Coisl. cod. interlita sunt, et posteriore manu substituta hæc : Εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ· *Et in unum D. J. Christum Filium Dei unigenitum*. Fefellerunt emendatorem verba Cyrilli, quibus adjectione vocum de quibus questio est, Judæos Dei Filium negantes refelli ait : nec intellexit ea referri ad vocem *Patrem ;* ex qua, catechesi superiore n 1 et 3, demonstravit una cum Deus creditur, credendum esse in Filium Dei, cujus fides in Patris nomine comprehenditur.

(5) Καὶ διὰ Ἕλληνας. Codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub. prætermittunt καὶ, et habent πρός loco διά. De Græcorum et hæreticorum circa Providentiam errore mox dicet. Quod autem Judæos ejus negatæ accusat, id respicit puto sectas peculiares hujus gentis : uti Pharisæos, qui peccata non Dei permissione, sed cogente fortuna vel fato oriri dicebant ; vel Masbothæos, qui Providentiam infi-

ciabantur, omnia ex fortuito fluxu constitisse aientes, *Const. apost.* lib. vi, cap. 6.

(6) « Gentilium nonnulli animam mundi Deum esse « dixerunt. » Hoc Cicero lib. i *Academic.* quasi commune Academicorum et Peripateticorum decretum ponit. Quod a Pythagora acceptum refert lib. i « De « nat. deor Pythagoras, *inquit*, censuit Deum animum « esse per naturam rerum omnium intentum et com« meantem. » Id Epiphanius, hæres. v. n 1, tanquam propriam Stoicorum hæresim recenset Platonici de tertia sua hypostasi id intelligebant. Vide Euseb. lib. xi *Præp. evang*., cap 20 et Cyrill. Alex., lib. i *in Jul.*, p. 34 et seq., et lib. viii pag 371 et seqq.

(7) *Alii quoque potestatem ejus*, etc Duplicis generis homines distinguit, qui Dei potestatem cœlo terminaverint : alios quidem qui erroris principes exstiterint, quosque Cyrillus significare videtur religione gentiles : alios qui *cum illis* prioribus simili *errore abducti*. Scripturæ testimonio ad confirmationem sententiæ abusi sint ; quosque aliorum ejus testimoniorum recordari jubet. In illis prioribus Aristotelem sane notavit, qui omnium Patrum et nonnullorum etiam profanorum judicio hujus erroris reus agitur. Jure an injuria nihil est hujus loci Nec me fugit Salomonem Gesnerum libro edito nobilem hunc philosophum ab hac calumnia, selectis ex ejus operibus triginta testimoniis, purgare sategisse. Alios autem qui eodem errore laborave-

pertendere. Aliqui etiam simili cum illis errore abducti, pronuntiato hoc abutentes: « Et veritas « tua usque ad nubes » [28]; ausi sunt Dei providentiam nubibus ac cœlo circumscribere, quæque in terra sunt a Deo abalienare. Immemores scilicet psalmi aientis: « Si ascendero in cœlum, tu illic « es; si descendero in infernum, ades » [29]. Nam si cœlo sublimius nihil est, cum infernus terra profundior sit, profecto qui inferiora occupat, terram quoque ipsam attingit.

122 III. Hæretici rursum (1), sicut anterius dictum est, unum Deum omnipotentem non novere. Omnipotens siquidem est qui omnibus dominatur, suæque habet subjecta potestati; illi vero qui unum quidem animæ dominum, alium vero quempiam corporis dicunt, neutrum eorum perfectum affirmant, quod eorum uterque altera re deficiatur. Qui enim habet animæ potestatem, corporis non habet, qua ratione omnipotens? qui vero in corpora dominatur, in spiritus vero nequaquam, quomodo omnipotens? Atqui illos Dominus convincit, dum e contrario ait: « Timete potius cum, qui potest « et animam et corpus perdere in gehenna » [30]. Si enim utrorumque potestatem non habet, quomodo utraque supplicio subjicit Domini nostri Jesu Christi Pater? nam qui poterit alienum a suo jure corpus invadens, in gehennam tradere, nisi primum ligaverit fortem, et vasa ejus diripuerit [31]?

IV. At divina Scriptura et veritatis dogmata unum Deum norunt; qui omnia quidem potestatis imperio subjecta tenet, multa vero perfert quia vult. Nam et in idolorum cultores imperium exercet, verum sustinet propter patientiam; hæreticos quoque qui eum abjiciunt, habet sub potestate; sed longanimitate tolerat. Diabolum quoque habet

πλανηθέντες μετ' ἐκείνων, κακῶς τῷ ῥητῷ συγχρησάμενοι τῷ λέγοντι, Καὶ ἡ ἀλήθειά σου ἕως τῶν νεφελῶν, ἐτόλμησαν τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν ἕως νεφελῶν περιγράψαι καὶ οὐρανοῦ, ἀπαλλοτριῶσαι δὲ τοῦ Θεοῦ τὰ ἐπὶ γῆς· ἐπιλαθόμενοι τοῦ ψαλμοῦ τοῦ λέγοντος· Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανόν, σὺ ἐκεῖ εἶ· ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει. Εἰ γὰρ ὑψηλότερον μὲν οὐρανοῦ οὐδέν ἐστι, βαθύτερον δὲ τῆς γῆς ὁ ᾅδης, ὁ τὰ κατώτερα κρατῶν, ἅπτεται καὶ τῆς γῆς (2).

Γ'. Αἱρετικοὶ δὲ πάλιν, καθὼς εἴρηται τὸ πρότερον, οὐκ οἴδασιν ἕνα παντοκράτορα Θεόν. Παντοκράτωρ γάρ ἐστι ὁ πάντων κρατῶν, ὁ πάντων ἐξουσιάζων. Οἱ δὲ λέγοντες, τον μὲν εἶναι τῆς ψυχῆς δεσπότην, τὸν δέ τινα (3) τοῦ σώματος, οὐδέτερον αὐτῶν τέλειον λέγουσι, τῷ λείπειν ἑκάτερον θατέρῳ. Ὁ γὰρ ψυχῆς ἐξουσίαν ἔχων. σώματος δὲ ἐξουσίαν μὴ ἔχων, πῶς παντοκράτωρ; καὶ ὁ δεσπόζων σωμάτων, μὴ ἐξουσιάζων δὲ πνευμάτων, πῶς παντοκράτωρ; Ἀλλ' ἀπελέγχει τούτους ὁ Κύριος, ἀπεναντίας λέγων· Φοβήθητε μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ. Εἰ γὰρ μὴ ἔχει ἑκατέρων τὴν ἐξουσίαν, πῶς ἀμφότερα ὑποβάλλει τῇ τιμωρίᾳ ὁ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ Πατήρ; πῶς γὰρ δυνήσεται τὸ ἀλλότριον σῶμα λαβὼν, βαλεῖν εἰς γέενναν, ἐὰν πὴ πρῶτον δήσῃ τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσῃ;

Δ'. Ἀλλ' ἡ θεία Γραφὴ καὶ τὰ τῆς ἀληθείας δόγματα ἕνα Θεὸν οἶδε, πάντων μὲν κρατοῦντα τῇ δυνάμει, πολλῶν δὲ ἀνεχόμενον διὰ τὸ θέλειν. Κρατεῖ γὰρ καὶ τῶν εἰδωλολατρῶν, ἀλλ' ἀνέχεται δι' ἀνεξικακίαν· κρατεῖ καὶ τῶν ἀθετούντων αὐτὸν αἱρετικῶν, ἀλλ ἀνέχεται διὰ μακροθυμίαν· κρατεῖ καὶ τοῦ διαβόλου, ἀλλ' ἀνέχεται διὰ μακροθυμίαν (4)· οὐ γὰρ ἀδυνατῶν

[28] Psal. xxxv, 5; lvi, 11, et cvii, 5. [29] Psal. cxxxviii, 8. [30] Matth. x, 28. [31] Matth. xii, 29.

rint. Judæos intelligere videtur Cyrillus, quos jam superius, n. 1, violatæ Providentiæ reos fecit, atque ex instituta a se argumenti divisione, cum in n. 3 ad hæreticos convertatur, Græcosque ante refellerit, restat ut hic contra Judæos agat. Nullum certe alium memini me legere Patrem, qui determinatæ in cœlis Dei providentiæ Judæos accuset. Respicit forte Masbothæos. At Clemens Alexandrinus, lib. v *Strom.*, n. 14, pag. ed. Par. 591, ipsum Aristotelem, ex adducto inferius Psalmorum loco in eam opinionem pertractum ait: eoque solo argumento eum scripturis nostris usum esse probat. Cæterum hunc errorem Origeni imputat Theophilus Alexandrinus, epist. 1, *Pasch.*, *Bib. PP. Ludg.* tom. V, pag. 846, sed ex consecutione propriorum hujus auctoris dogmatum, nempe quod divini Verbi potestas ad rationabiles creaturas proprie pertineat.

(1) *Hæretici rursum*, etc. Supra sub finem n. 1, *omnes* hæreticos dixit *omnipotentis Dei* professione oppugnari. Et certe quicunque alium a summo Deo mundi conditorem admittebant, quique diabolum, ut Valentiniani, Cosmocratorem, hoc est mundi imperium tenentem confitebantur, Deum in omnia potestatem habere consequenter negabant; atque ita verum est omnes hæreticos de quibus dixit catech. 6, Deum omnipotentem nescire. Quos autem hic refellit, soli sunt Manichæi, et ii quorum errorem hi sumpserant, ut patet ex dictis cat. 4, n. 4, nota δ et n. 18 et 22.

(2) Καὶ τῆς γῆς. Conjunctionem καὶ addidimus ex Coisl., Roe. Casaub. et vers. Grodec. Loco καὶ πρότερον, scripsimus τὸ πρότερον, ex tribus præfatis codd. Paulo post, pro πάντων κρατῶν, iidem codd. habent πάντα κρατῶν. At Cyrillus in hac catechesi, et alibi passim verbum κρατεῖν cum gignendi casu fere semper conjungit.

(3) Τὸν δέ τινα. Locum hunc in editis haud parum deformatum, emendavimus ex mss. codd. Ottob., Roe et Casaub., quibus partim astipulatur Grodecius. Primum, ex his omnibus vocem τινά adjecimus ante τοῦ σώματος. Deinde loco particulæ negantis οὐ, quæ solo ante τέλειον legebatur, scripsimus, οὐδέτερον αὐτῶν. Pro his verbis, πῶς γὰρ τέλειος ὁ λείπων ἕκαστον ἑκατέρῳ; *quomodo enim perfectus, qui singula utrique concedit?* quibus in vocibus sensus nullus inest, ex quatuor memoratis mss. posuimus, τῷ λείπειν ἑκάτερον θατέρῳ, *quod uterque alia re deficiatur*. Quorum loco sic habet Grodecius, *cum alterum alteri tribuunt*. Λείπειν hic neutra significatione significat deficientem esse, ut alibi sæpe apud Cyrill. verbi gratia cat. 5, n. 9, τοῦ νεκροῦ τὸ λεῖπον τῆς πίστεως ἀναπλήρωσον, *fidei defectum in mortuo adimple*. Cat. 12, n. 15, ἵνα τῷ λείποντι μείζονα δῷ τὴν χάριν, *ut ei quod defectum patiebatur, ampliorem conferret gratiam*.

(4) Διὰ μακροθυμίαν. Eas voces ex Coisl., Ottob., Roe et Casaub. codicibus addidi, quas sequentia verba, οὐ γὰρ ἀδυνατῶν ἀνέχεται, necessario postu-

ἀνέχεται, ὡς νικώμενος· Ἀρχὴ γάρ ἐστι πλάσματος Κυρίου, πεποιημένος ἐγκαταπαίζεσθαι, οὐχ ὑπ' αὐτοῦ (ἀνάξιος γάρ ἐστιν), ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἀγγέλων τῶν ὑπ' αὐτοῦ πεποιημένων. Συνεχώρησε δὲ αὐτῷ καὶ τὸ ζῆν, ἵνα δύο γένηται πράγματα, αὐτός τε (1) μειζόνως ἀσχημονῇ νικώμενος, καὶ οἱ ἄνθρωποι στεφανωθωσιν. Ὦ πανόσφου (2) θείας προνίας! ἥτις τὴν πονηρὰν προαίρεσιν εἰς ὑπόθεσιν σωτηρίας λαμβάνει τῶν πιστῶν. Ὥσπερ γὰρ τὴν μισάδελφον τῶν ἀδελφῶν τοῦ Ἰωσὴφ (3) προαίρεσιν ἔλαβεν εἰς ὑπόθεσιν τῆς ἰδίας οἰκονομίας, καὶ συγχωρήσας αὐτοῖς κατὰ μῖσος πωλῆσαι τὸν ἀδελφὸν, ὑπόθεσιν ἔλαβε τοῦ βασιλεῦσαι τοῦτον ὃν ἤθελεν· οὕτω συνεχώρησε παλαίειν τῷ διαβόλῳ, ἵνα οἱ νικῶντες στεφανωθῶσι· καὶ ἵνα νίκης γενομένης, ὁ μὲν μεῖζον ἀσχημονῆται, ὑπὸ τῶν ἡττόνων νικώμενος· ἄνθρωποι δὲ μεγάλως εὐδοκιμῶσι, τόν ποτε ἀρχάγγελον νικήσαντες.

A subjectum, sed ex tolerantia patitur; nec enim per impotentiam quasi superatus patitur. Principium enim est formationis Domini [32]; factus ut illudatur, non ab ipso, indignus est enim, sed ab angelis qui ab ipso sunt facti. Vivere vero ei indulsit duabus de causis; ut et ipse majori verecundia afficiatur superatus, et homines coronis illustrentur. O sapientiæ plenam providentiam Dei! quæ pravam illam voluntatem ad fidelium salutis instrumentum assumit. Ut enim inimica fratrum Josephi voluntate, ad exsecutionem consiliorum suorum usus est, fratremque ab eis ex odio venundari sinens, inde occasionem cepit eum quem volebat regem constituendi; sic diabolo luctari concessit, ut coronarentur ii qui vincerent; et ut adepta victoria, ille quidem uti ab inferioribus devictus majori dedecore cooperiretur [33]; homines vero insigniter nobilitarentur, eo qui archangelus olim fuisset triumphato.

B

Ε'. Οὐδὲν οὖν ὑπεξῄρηται τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως· περὶ αὐτοῦ γὰρ λέγει ἡ Γραφή. Ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλα σά (4). Τὰ σύμπαντα μὲν, δοῦλα αὐτοῦ· εἷς δὲ αὐτοῦ μόνος Υἱὸς, καὶ ἓν τὸ ἅγιον αὐτοῦ Πνεῦμα, ἐκτὸς τούτων πάντων· καὶ τὰ σύμπαντα δοῦλα, διὰ τοῦ ἑνὸς Υἱοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, δουλεύει τῷ Δεσπότῃ. Κρατεῖ τοίνυν τῶν πάντων ὁ Θεὸς, καὶ ἀνέχεται καὶ φονέων, καὶ λῃστῶν, καὶ πόρνων διὰ μακροθυμίαν, ὁρίσας καιρὸν τῆς προθεσμίας, καθ' ὃν ἀποδίδωσιν ἑκάστῳ· ἵνα, πολυχρόνιον (5) λαβόντες τὴν προθεσμίαν, ἀμετανόητον δὲ ἔχοντες τὴν καρδίαν, μειζόνως καταδικασθῶσι. Βασιλεῖς εἰσιν ἀνθρώπων, οἱ ἐπὶ γῆς βασιλεύοντες, ἀλλ' οὐκ ἄνευ τῆς ἄνωθεν ἐξουσίας· καὶ ἔγνω ποτὲ (6) τοῦτο τῇ πείρᾳ ὁ Ναβουχοδονόσορ, εἰπών· Ὅτι ἡ βασιλεία αὐτοῦ, βασιλεία αἰώνιος, καὶ ἡ ἐξουσία αὐτοῦ εἰς πᾶσαν γενεὰν καὶ γενεάν.

V. Nihil ergo Dei potestati subtractum est: **123** de illo enim ait Scriptura: *Quoniam omnia serva sunt tua* [34]. Omnia quidem serva sunt illi: unus porro ac solus ejus Filius (7), et unus sanctus ejus Spiritus extra hæc *omnia* sunt positi. Et *omnia* illa quæ *serva* sunt, per unum Filium in sancto Spiritu serviunt Domino [35]. Omnibus ergo dominatur Deus, perfertque et homicidas, et fures, et scortatores per patientiam, præstituto tempore, quo unicuique pro meritis reddet, ut acceptis diuturni temporis induciis, cor tamen ad pœnitentiam non flectentes, gravius condemnentur. Hominum reges sunt, ii qui in terris regnant: haud tamen absque supernæ potestatis arbitrio. Id olim experimento cognovit Nabuchodonosor, cum dixit: *Quoniam regnum ejus, regnum æternum; et potestas ejus in omnem generationem ac generationem* [36].

C

[32] Job XL, 14. [33] *Vid. cat.* 2, n. 4. [34] Psal. CXVIII, 91. [35] *Vid. cat.* 10, n. 9. [36] Dan. IV, 32.

lant. Paulo post, loco πεποιημένον, scripsi πεποιημένος, ex codd. Colb., Bodl., G. Morel. ed. et sacro textu Job. XL, 14.

(1) Αὐτός τε. Τε posuimqs ex Coisl., Ottob., Roe, Casaub. loco μέν, quod particulam adversam δέ respondentem non habet.

(2) Πανσόφου, etc. Editi, πάνσοφον. Secuti sumus codd. Coisl., Colb., Bodl., Roe. Caoaub., Grod. Mox loco ὅτι scripsimus ἥτις, ex Coisl., Ottob., Roe, Casaub., ms. Genov.

(3) Τοῦ Ἰωσήφ. Articulum adjicimus ex Coisl., Roe, Casaub. Notandum verbum βασιλεῦσαι quod postea sequitur, significare, *regem constituere*, ut sæpe in scriptura LXX, quemadmodum Procat. n. 17, et cat. 1, n. 3, στρατεύω significat, *militem conscribo*. Ne autem quemquom moveat quod Joseph rex Ægypti dicitur a Deo constitutus, idem repetit cat. 15, n. 22, et passim apud Patres reperitur. Ad manum occurrunt Basil. Seleuc., orat. 8, pag. 49; Isidorus Pelus., lib. II, ep. 49 et 263, et lib. IV, ep. 79; Macar., hom. 9, pag. 50; auctor serm. *De patientia* sub nomine Athan., n. 5, tom. II *Collect. Græcor. PP.*, pag. 59; Gregor. Nyss.; S. Ephrem.; Tychonius, etc. Sumptum id ex verbis Sapientiæ c. X, 14: *Donec afferret illi sceptrum regni*. Loco ὧν ἤθελε, scripsimus ex codd. Coisl., Roe et Casaub., ὃν ἤθελε.

(4) Δοῦλα σά. Ottob., δοῦλά σου, ut legit S. Basil. lib. V *contra Eunom.* Paulo post, loco ἐν ἁγίῳ Πνεύματι habet Ottob., σὺν ἁγίῳ Πνεύματι.

(5) Πολυχρόνιον. Articulum οἱ ante πολυχρόνιον adjiciunt codd. Coisl., Ottob., Bodl., Colb., Roe, Casaub. et Grod. Particulam δέ ex iisdem, Bodl. et Colb. exceptis, ascripsi.

(6) Ἔγνω ποτέ. Particulam ποτε ascripsimus ex cod. Ottob. et Grodecii versione. Loco ποτέ, legitur in Coisl., Roe et Casaub. τότε, in editis neutrum habetur. Paulo post, in citato Danielis loco Cyrillus Scripturæ verba parum immutat: habetur enim in prophetico textu: Ἡ ἐξουσία αὐτοῦ, ἐξουσία αἰώνιος, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. Vocem πᾶσαν, quam Cyrillus de suo addit, non agnoscunt codd. Roe, Casaub., Ottob. et Grod.

(7) *Unus ac solus*, etc. Filium ac Spiritum sanctum diserte eximit a generali rerum omnium servitute. Cumque servitutis ratio, rebus omnibus creatis ex eo quod sint creatæ conveniat, cat. 10, n. 10 inde sequitur non solum Filium, sed et Spiritum sanctum e rerum creatarum numerum excipiendum esse. Hanc professionem opponit impiæ Arianorum assertioni, qui Filium et Spiritum sanctum Patris imperio et principatui subjectos esse et gloria dissimiles docebant Arius apud Athan., *De synodis*, num. 16, ita de Patre per respectum ad

VI. Divitiæ, aurum, et argentum diaboli non sunt (1), ut existimatur a nonnullis. *Fidelis* enim viri *totus mundus divitiarum est* [37] (2); *infidelis vero ne obolus quidem*; atqui diabolo nihil infidelibus:et diserte per prophetam dicit Deus : *Meum est aurum et meum argentum* [38], *et qui volo ipsum dono* [39]. Fac solum utaris bene; nec amplius vituperandum argentum est; quando vero tu re bona uteris male, tum nolens ipse administrationem tuam criminari, impie in conditorem querimoniam confers. Potest quis etiam per pecunias justitiam adipisci. *Esurivi, et dedistis mihi manducare* [40] : non dubium quin **124** ex pecuniis. *Nudus eram, et cooperuistis me* [41] : nimirum pecuniarum interventu. Et vis nosse quod cœlestis regni janua fieri possint pecuniæ? *Vende*, inquit, *quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlis* [42].

ς'. Οὐκ ἔστιν ὁ πλοῦτος, καὶ τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον τοῦ διαβόλου, καθὼς νομίζουσί τινες. Τοῦ γὰρ πιστοῦ ὅλος ὁ κόσμος τῶν χρημάτων, τοῦ δὲ ἀπίστου οὐδὲ ὀβολός· διαβόλου δὲ οὐδὲν ἀπιστότερον· καὶ φανερῶς διὰ τοῦ προφήτου λέγει ὁ Θεός· Ἐμὸν τὸ χρυσίον καὶ ἐμὸν τὸ ἀργύριον, καὶ ᾧτινι θέλω δίδωμι αὐτό (3). Σὺ μόνον χρῆσαι καλῶς, καὶ οὐκ ἔστι μεμπτὸν (4) τὸ ἀργύριον· ὅταν δὲ σὺ τῷ καλῷ χρήσῃ κακῶς, τοτε, μὴ θέλων μέμψασθαι τὴν σὴν διοίκησιν, ἀνάγεις τὴν μέμψιν ἐπὶ τὸν Δημιουργὸν ἀσεβῶς. Δύναταί τις καὶ διὰ χρημάτων δικαιωθῆναι. Ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· πάντως ὅτι ἀπὸ χρημάτων. Γυμνὸς ἤμην (5), καὶ περιεβάλετέ με· πάντως ὅτι διὰ χρημάτων. Καὶ θέλεις γνῶναι, ὅτι δύναται θύρα γενέσθαι βασιλείας οὐρανῶν τὰ χρήματα; Ἰώλησόν σου, φησὶ, τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανοῖς.

[37] Prov, xvii, 6. [38] Agg. ii, 9. [39] Luc. iv, 6. [40] Matth. xxv, 35. [41] ibid. 36. [42] Matth. xix, 21.

Filium loquitur : Ἄρχει αὐτοῦ ὡς Θεὸς αὐτοῦ καὶ πρὸ αὐτοῦ ὤν· *Pater Filio dominatur tanquam Deus ejus, et ante ipsum exsistens* Quod autem de Filio, id fortiori ratione de Spiritu sancto dicebat; quem tanto infra Filium dejiciebat, quanto Filium infra Patrem, utrumque videlicet infinite, ut videre est in ejus verbis apud Athan., ibid., n. 15.

(1) *Divitiæ diaboli non sunt*, etc Notat hæreticos quos infra, num 7, refert opes, pecunias et corpora diris devovere. Hi autem erant Manichæi, ut apparet tum ex verbis Manetis apud Archelaum, n. 40 et 42, cum ex Turbone Manetis sententias referente, ibid., n. 9 ; Apollinario, Catena *in Lucam*, cap. xviii, 29 ; Augustino, *De moribus Ecclesiæ* cap. 35, n. 78, etc. Atque inde Veteris et Novi Testamenti diversos esse auctores illi probare conabantur, quod in Novo paupertas laudetur,in Veteri divitiæ præmii loco a Deo suis cultoribus darentur: imprimisque urgebant Aggæi locum a Cyrillo infra recitatum, opponentes illud dictis Christi ; *Beati pauperes spiritu*, etc., aliisque similibus, ut fidem faciunt Epiphanius hæres. lxvi, n. 80, et August. serm 50, n. 1, quem idcirco Aggæi locum Cyrillus, vindicat Deo Hanc vero hæresim de diabolo divitiarum auctore sumere potuerant Manichæi ab Ebionitis, quorum illud dogma diserte asseritur ab Ebionitico Clementinarum homiliarum auctore, hom. 15, n. 9. Quanquam ille diabolum, non uti auctorem et dominum, sed uti dispensatorem a Deo constitutum divitiarum agnoscit V. hom. 3, n. 19, hom 8, n. 21, et hom. 13, n. 19 ; quæ duæ res Cyrilli judicio infra, num. 7, sunt maximæ diversæ, V. Epiph., hær. xxx, n. 17.

(2) *Fidelis hominis*, etc. Verba sunt Proverb. xvii, 6, apud LXX Interpretes, quæ in Hebræo textu desiderantur Nihil Cyrillus his verbis addidit de suo; quamobrem non alio sensu fidelem divitiarum omnium, infidelem vero nullius rei dominum existimavit, quam eo, quicunque sit ille, quo id a Spiritu sancto dictum arbitratus est. Dicti hujus defendendi et declarandi necessitas plures Patrum peperit opiniones, quarum nonnullæ calumniæ patuerunt : imprimis Augustini sententia, ep. ist. 153, n. 26, et serm. 50, n 4 ; qua dicit eum solum jure tenere aliquid qui uti scial ; qui autem male utatur, non possessorem justum, seu impudentem incubatorem esse. Quod ex paradoxis Stoicorum sumptum, non potest legitimas interturbare possessiones ; sed ingeniosa est arguti animi speculatio. Ejusdem generis est alia interpretatio, et ex eisdem fontibus ducta, quam Cyrillus affert cat. 5, n 2. fidelem omnium rerum Dominum esse, in eo quod spernit eas et conculcat: unde contrario sensu infidelis nihil habet, quia habetur potius, et suis opibus indigne servit.Nihil hujusmodi doctrina possessionum juribus officit. Quivis enim rerum Dominus sit, constat creditam a Deo cuique ejus quod suum appellat administrationem, ut ex infra dictis patet: quod ut pacate et nullo perturbante fiat, civilium jurium dispositione cautum est. Alios modo laudati dicti sensus proferre licet; verbi gratia : Fidelis habet omnia, infidelis nihil ; quia ille amplissimas opes sapienti æconomia comparat,tuetur, et amplificat ; iste dilapidat et perdit ; illi propter fidei et bene gerendæ rei opinionem, omnia sponte et ultro utenda commodantur ; isti nemo audet quidquam credere, etc.

(3) Καὶ ᾧτινι θέλω, δίδωμι αὐτό. Ea verba prætermittuntur in codd. Ottob , Roe, Casaub. et vers. Grod. Nec dubito hanc prætermittendi causam exstitisse, quod, licet a Cyrillo sub prophetæ nomine citata, Aggæi tamen non sunt, sed ipsis verbis reperiuntur a diabolo pronuntiata, dum tentat Christum Luc. iv, 6. Ea tamen in nonnullis exemplaribus Aggæi hic assuta fuisse probant quædam Patrum testimonia. Eodem enim modo, verbis tantum paulo commutatis, *locum* hunc Aggæi legit Greg. Naz , orat. 42, pag. 690, in hunc modum: Ἐμὸν τὸ ἀργύριον, καὶ ἐμόν ἐστι τὸ χρυσίον, καὶ δώσω αὐτὸ ᾧ βούλομαι. Cum Chrysostomus,hom.24 *in I Cor.*, ad cap. xiii, pag. 380, sibi ad defensionem divitiarum objecisset locum Aggæi cum hoc additamento, καὶ ᾧ ἐὰν βούλωμαι δώσω αὐτά, respondet prima tantum verba prophetæ esse, posteriora vero ab avaris et nullius pretii hominibus superaddita fuisse, idque ex ejus contextu probat.Quod etiam et multo robustius repetit sermon. 1 *De Verbis Jeremiæ*, tom III, pag. 794, Auctor *quæstionum CLIV*, sub Anastasii Sinaitæ nomine, quæst. 11, eamdem sibi objectionem proponit et solvit ex verbis Chrysostomi, suppresso tamen ejus nomine.

(4) Μεμπτόν Ita codd Ottob Roe, Casaub. Editi vero, μεμπτέον. Paulo post ex eisd. codd. insuperque ex Coisl. scripsimus τῷ καλῷ, loco τὸ καλόν, quod regimini verbi χρᾶσθαι contrarium est.

(5) Γυμνὸς ἤμην, etc. Verba hæc et sequentia usque ad χρημάτων incl. omittuntur in codd. Ottob., Roe, Casaub. et Grod. propter vocem χρημάτων bis repetitam.

Ζ'. Ταῦτα δέ μοι λέλεκται (1) διὰ τοὺς αἱρετικούς, A τοὺς ἀναθεματίζοντας τὰ κτήματα, καὶ τὰ χρήματα, καὶ τὰ σώματα. Οὔτε γὰρ δοῦλον βούλομαί σε χρημάτων εἶναι, οὔτε ὡς ἐχθροῖς προσέχειν τοῖς εἰς ὑπηρεσίαν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ σοι δοθεῖσι. Μὴ τοίνυν ποτὲ εἴπῃς τοῦ διαβόλου εἶναι τὰ χρήματα· κἂν γὰρ λέγῃ, Ταῦτα πάντα σοι δώσω, ὅτι ἐμοὶ παραδέδοται, δύναται μέν τις αὐτοῦ καὶ ἀθετῆσαι τὸ ῥῆμα· τῷ ψεύστῃ γὰρ οὐ δεῖ πιστεῦειν (2). Τάχα δὲ καὶ ἀναγκασθεὶς ὑοὸ τῆς τοῦ παρόντος δυνάμεως, εἶπε τὴν ἀλήθειαν· οὐ γὰρ εἶπε, Ταῦτα πάντα σοι δώσω, ὅτι ἐμά ἐστιν· ἀλλ', ὅτι ἐμοὶ παραδέδοται· οὐ γὰρ τὴν δεσποτείαν ἥρπασεν, ἀλλὰ τὸ ἐγκεχειρῆσθαι καὶ οἰκονομεῖν τέως ὡμολόγησε. Ζητείσθω δὲ κατὰ καιρὸν ὑπὸ τῶν ἐξηγουμένων, πότερον ψεύδεται ἢ ἀληθεύει.

VII. Hæc vero a me sunt dicta propter hæreticos qui anathemate damnant et possessiones, et pecunias et corpora. Nam neque te divitiarum servum esse volo, neque iterum quasi inimicas spectare, quæ tibi in adjumentum a Deo sunt datæ. Ne quando igitur dicas diaboli esse pecunias; tametsi enim dicat: *Hæc omnia tibi dabo, quia mihi tradita sunt* [43]; potest tamen quis vel orationem ejus refutare (5), quoniam mendaci credendum non sit. Fortassis vero, ejus qui aderat potestate coactus, verum dixit; non enim ait: *Hæc omnia tibi dabo*, quoniam mea sunt: sed *quoniam mihi sunt tradita*: non enim dominium usurpavit; sed commissa, et administratione tenus sibi concredita, professus est. Quærant vero opportune explanatores, mentiaturne an vera dicat.

Η'. Εἷς τοίνυν ἐστὶν ὁ Θεὸς, ὁ Πατὴρ, ὁ παντοκράτωρ, ὃν ἐτόλμησάν αἱρετικῶν παῖδες δυσφημεῖν. Ἐτόλμησαν γὰρ δυσφημῆσαι τὸν Κύριον Σαβαὼθ, τὸν καθήμενον ἐπάνω (3) τῶν χερουβίμ· ἐτόλμησαν βλασφημῆσαι τὸν Ἀδωναΐ Κύριον· ἐτόλμησαν βλασφημῆσαι τὸν ἐπὶ προφήταις παντοκράτορα Θεόν. Σὺ δὲ ἕνα προσκύνει τὸν παντοκράτορα Θεὸν, τὸν Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Φεῦγε τὴν πολυθεον (4) πλάνην, καὶ φεῦγε πᾶσαν αἵρεσιν, καὶ λέγε κατὰ τὸν Ἰώβ· Κύριον δὲ τὸν παντοκράτορα ἐπικαλέσομαι, τὸν ποιοῦντα μεγάλα καὶ ἀνεξιχνίαστα, ἔνδοξά τε καὶ ἐξαίσια, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. Καὶ τὸ, Ἐπὶ τούτοις πᾶσιν, τιμὴ παρὰ παντο-

VIII. Est itaque unus Deus, Pater, omnipotens; quem hæretici conviciis appetere ausi sunt: non enim veriti sunt conviciari Domino Sabaoth (6), sedenti snper cherubim [44]. Ausi sunt blasphemiis infamare *Adonai* Dominum, non timuerunt blasphemiis onerare eum, qni prophetarum vocibus celebratur omnipotentem Deum. Tu vero unum adora omnipotentem Deum, Patrem Domini nostri Jesu Christi [45]. Fuge plurium deorum errorem; fuge et hæresim omnem, et dic juxta Jobum: *Dominum autem omnipotentem invocabo, qui facit magna et investigabilia, gloriosa et excellentia, quorum non est numerus* [46]; et: *Propter hæc omnia,*

[43] Matth. IV, 5; Luc. IV, 6. [44] Isa VI, 3; Psal. LXXIX, 2. [45] Rom. XV, 6. [46] Job. V, 8, 9.

(1) Λέλεκται. Emendatum ex Coisl., Roe, Casaub., Ottob. et Groh.; nam in editis scriptum erat λέγε, nullo sensu. Ante ἀναθεματίζοντας, articulum τοὺς reposuimus ex tribus prioribus mss. modo memoratis.

(2) Οὐ δεῖ πιστεύειν. Coisl. habet, οὐδεὶς πιστεύει, *nemo credit*. Ita etiam legit Grodecius. Post τάχα, loco γάρ posuimus δέ, ex Coisl., Ottob., Roe, Casaub., Grod. Ex iisdem etiam addidimus linea sequenti εἶπε, ante ταῦτα πάντα.

(3) Ἐπάνω, Codd. Roe et Casaub. exhibent ἐπὶ pro ἐπάνω. Utrumque in Scripturis legitur, ἐπὶ χερουβίμ, frequentius in Psalmis. Mox, pro βλασφημῆσαι hic et lin. seq. codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub, habent, δυσφημῆσαι.

(4) Φεῦγε τὴν πολύθεον, etc. Horum verborum loco, sic est in Coisl., Roe, Casaub. et Ottob., φυγὼν τὴν πολυθεΐαν, καὶ φυγὼν πᾶσαν αἵρεσιν, καὶ λέγων κατά, etc.; *fugiens deorum multiplicitatem, fugiensque hæresim omnem, et dicens*. Notandum in Græco Jobi textu, ubi Cyrillus legit, παντοκράτορα, haberi duntaxat πάντων δεσπότην. In Alexandrino tamen codice LXX. legitur, παντοκράτορα. Et in altero ejusdem Jobi testimonio, in sacro textu, omittitur πᾶσι et παρά ante παντοκράτορος. Habetur quidem in Ald. et Compl. editione, sed non in edit, Romana, nec in cod. Alexandrino. Cæterum Jobi sensus videtur postulare, παρὰ παντοκρατορι. Sensus Vulgatæ omnino diversus: *Ad Deum formidolosa laudatio*.

(5) *Potest tamen quis vel orationem ejus refutare*, etc. Id præstiterat jam Irenæus, lib. V *contra hæres.* cap. 24. n. 1, his verbis: *Sicut in principio mentitus est, ita et in fine mentiebatur dicens: Hæc omnia mihi tradita sunt, et cui volo do ea. Non enim ipse determinavit sæculi hujus regna, sed Deus.* Idem postea apud Patres frequens est. Quod autem Cyrillus ad explanatores remittit eam quæstionem, num diabolus rerum hujus mundi precariam et a Deo commissam administrationem habeat, id quod sentit Clementinarum homiliarum auctor; profecta videtur ea dubitatio ex communi et celebrata apud Patres opinione, diabolum unum esse ex angelis, imo et principem hujus ordinis angelorum, quibus a Deo in principio rerum hujus universi administratio concredita fuit. Ita sensere, ut alios multos omittam, Greg. Nyss., orat. catech., cap. 6; Rufinus in 4 symboli articulum, Basil. hom. 9, *quod Deus non sit auctor mali*; Damasc., lib. II *De fide orthod.*, c. 4; idem vero docent diaboli casu magnam ejus potestatis partem illi ademptam: cumque reliqua parte abuteretur, homines ad idolorum cultum et crimina pelliciendo, frenos ejus potestati a Deo sæpe injectos; ac tandem Christum sua cruce illam infregisse, in consummatione sæculi penitus abolendam. Nec tamen Cyrillus dubitat num divitiæ et regna Deo conferantur, quod supra constituit num. 5. et istius initio.

(6) *Conviciari Domino Sabaoth*. Turbo apud Archelaum, *Disp.*, num 10; apud Epiph., hær. LXVI, n. 30, de Manete ait: « Hoc quod apud vos [Catholicos] magnum et honorabile est nomen Sabaoth, « ille dicit naturam esse hominis, et patrem concupiscentiæ; et propterea, inquit, simpliciores « [intelligit Catholicos] adorant concupiscentiam, « Deum eam putantes. » Gnostici apud Epiphan., hæres. XXVI, n. 10. Sabaoth cœli et terræ conditorem [angelum] dicebant, eumque modo asini, modo porci figura depingebant, quod Judæis suillas carnes interdixisset.

« bonor ab omnipotente [47]. » Cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

A κράτορος· ᾧ ἡ δόξα (1) εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

[47] Job xxxvi, 22.

(1) Ὧ ἡ δόξα. Sic concluditur catechesis in codd. Coisl., Ottob., Roe; Casaub. et Grod., ᾧ ἡ δόξα καὶ νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, etc. « Cui « gloria, et nunc, et semper, et in sæcula. » etc.

CATECHESIS NONA.

De Deo omnium conditore.

[125] PRÆLOQUIUM.

I. *Deum Domini nostri Jesu Christi Patrem, rerum omnium conditorem et effectorem esse, divinaque sapientia dignum esse opus universi, in hac catechesi demonstrat. Ac primo Deum, nec carnis oculis visibilem, nec ab ullo unquam mortali visum* (n. 1), *ita ex suis operibus cognosci ait, ut tamen a nemine penitus comprehendi queat* (n. 2, 3.) *Tum adversus hæreticos Christi Patrem a mundi creatore distinguentes* (n. 4), *et hujus universi opificium detrectantes, pulchritudinem ejus atque ordinem admirabili artificio exponuit; cæli, solis, et siderum naturam et usum; noctis ac diei et quatuor anni tempestatum statas vices, breviter, sed eleganter describit* (n. 5, 6 *et* 8); *obiter refellens Manichæos lucem et tenebras diversis conditoribus deputantes* (n. 7). *Percurrit eorum quæ meteora vocamus, terræ et maris ac multiplicium animalium admirabilitatem et varietates* (n. 9, 10, *etc.*). *Postremo ad explicandam humani corporis fabricam, in quam peccatorum nostrorum causas rejicere injustum et calumniosum sit, devectus, orationem grata Conditoris laudum celebratione concludit* (n. 16).

II. *Mirari licet in hac catechesi elegantem et compendiariam totius orbis partium descriptionem: quæ nullis Patrum lucubrationibus de hoc argumento data opera susceptis, sive copia, sive elegantia concedat; easque omnes, id effari liceat, brevitate et compendio superet. Manichæos hic, ut fere ubique alias, potissimum respirit; qui pessime de omnibus creaturis et eorum auctore loquebantur; sed orationis principio usque ad num.* 5 *exclusive, Gnosticos oppugnat, et certa quidem ratione, ut deinde tota liberius decurreret oratio. Cum enim illi alium Veteris Testamenti Deum et conditorem mundi, alium Novi Patrem dicerent; in argumentum sumebant, quod Deus antiqui fœderis cognitus, et oculis visus esset, uti in his Scripturis refertur: alter vero invisibilis et incomprehensus, ex illo Evangelii, S. Pauli et Joannis evangelistæ dicto,* Deum nemo vidit unquam; *aliisque, in quibus dicitur Patrem Christi nemini præter Filium notum esse. Hanc fuisse Gnosticorum argumentationem certiores nos faciunt Irenæus, lib.* IV, *cap.* 6 *et* 20; *Didymus, in I Joan. Epist. ad cap.* IV, 12, *etc. Ante igitur quam Cyrillus dignam esse auctore suo mundi fabricam demonstrare aggrederetur, prius illi eorum hæreticorum amolienda fuit objectio. Quapropter contra eos constituit, et ex Veteri quidem Testamento, primo Deum carnis oculis conspici non posse;* 2° *nec a quoquam vivente homine cerni; nec ab ipso Ezechiele visum aliud quam divinæ gloriæ similitudinem; quod etiam luculenter demonstrat Irenæus, lib.* IV, *cap.* 20, *n.* 10; 3° *Deum ex creaturis suis, proportione tamen quadam animo informata, posse cognosci; quod adversus assertum illorum omnimodam Dei Patris ignorationem dictum;* 4° *a nemine tamen comprehendi posse; contra audaciam illorum, Deum Veteris Testamenti plane perspectum asserentium. Hæc ratio hujus Cyrillianæ orationis principii, quod a reliquo velut sermone avulsum et alienum non satis considerantibus videri possit.*

III. *Habetur hæc ortio in mss. S. Basilii operibus, sub nomine homiliæ ejusdem Patris de hoc argumento,* quod Deus sit incompreheusus; *sed nonnullis ad id argumentum identidem mutatis et accomodatis additisque, præsertim in fine. Jam dudum Basilii nomine his mutationibus interpolata prodivit. Nam Metaphrastes, dum ex variis Basilii locis eas* 24 *conciones informat, quæ operum ejus tomo III excusæ sunt; in concione* 15 *longum hujus orationis fragmentum citat, tanquam ex homilia Basilii* quod incomprehensibilis sit Deus; *ut omittam eam sub ejus nomine ita reperiri in mss.* 700 *aut* 800 *annorum. Duos ejusmodi codices ex R. PP. Basilianorum bibliotheca consuluit et excripsit Romæ noster D. Bern. de Montfaucon; cujus labore in hac catechesi usus sum. Harum varietatum nonnullas in natis observavi; sed totam extremam partem, quæ insignibus varietatibus et additamentis interpolata est, ad calcem edendam judicavi.*

IV. *Nulla diei in quo perorata sit hæc a Cyrillo catechesis, occurrit nota. Facile crediderim* **136** *hanc et sequentem tertia Quadragesimæ hebdomada pronuntiatam esse. Codices quibus in ea recensenda usi sumus, præter duos Basilianos, sunt Anglicani tres. Roe, Casaub., Bodl , Gallicani totidem, Coisl., Colb., et is cujus varietates in S. Genovefæ libro adnotantur : demum Ottobonianus unus.*

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ Θ

ΦΩΤΙΖΟΜΕΝΩΝ.

—

'Εν 'Ιεροσολύμοις σχεδιαβεῖσα, εἰς τὸ, Ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων (1)· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ 'Ιώβ· Τίς οὗτος ὁ κρύπτων με βουλὴν, συνέχων δὲ ῥήματα ἐν καρδίᾳ, ἐμὲ δὲ οἴεται κρύπτειν ; καὶ τὰ ἑξῆς.

—

CATECHESIS IX ILLUMINANDORUM.

Hierosolymis ex tempore pronuntiata, in illud : « Factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisi-
« bilium. *Et lectio ex Job :* Quis est iste qui me celat consilium, et continet verba in corde ; mihi vero
« se abscondere putat [48] ? »

—

Α'. Σαρκὸς μὲν ὀφθαλμοῖς θεωρῆσαι τὸν Θεὸν, ἀδύ- Α
νατον· τὸ γὰρ ἀσώματον σαρκὸς ὄμμασιν ὑποπίπτειν οὐ δύναται· καὶ μεμαρτύρηκεν αὐτὸς ὁ μονογενὴς Υἱὸς Θεοῦ, λέγων· Θεὸν οὐδεὶς πώποτε τεθέαται. Κἂν γὰρ κατὰ τὸ γεγραμμένον ἐν τῷ 'Ιεζεχιὴλ ἐκλαμβάνῃ (2) τις, ὅτι εἶδεν ὁ 'Ιεζεχιὴλ· ἀλλὰ τί λέγει ἡ Γραφή ; Εἶδεν ὁμοίωμα δόξης Κυρίου, οὐκ αὐτὸν τὸν Κύριον, ἀλλὰ τὸ ὁμοίωμα τῆς δόξης, καὶ οὐκ αὐτὴν τὴν δόξαν, ὡς ἔστιν ἀληθῶς. Καὶ ἰδὼν τὸ ὁμοίωμα τῆς δόξης μόνον, καὶ οὐκ αὐτὴν τὴν δόξαν, ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν ἀπὸ τοῦ φόβου. Εἰ δὲ τὸ τῆς δόξης ὁμοίωμα θεαθὲν φόβον καὶ ἀγωνίαν περιεποίει τοῖς προφήταις· αὐτὸν εἴ τις ἐπιχειρήσειε (3) θεωρῆσαι τὸν Θεὸν, πάντως ἂν καὶ τοῦ ζῆν ἀπηλλάττετο, κατὰ τὸ εἰρημένον· Οὐδεὶς ὄψεται τὸ πρόσωπόν μου, καὶ ζήσεται. Διὰ τοῦτο, κατὰ τὴν μεγίστην Β
αὐτοῦ φιλανθρωπίαν, ὁ Θεὸς παραπέτασμα τῆς οἰκείας θεότητος ἐξέτεινε τὸν οὐρανὸν, ἵνα μὴ ἀπολώμεθα·

I. [49] Carnis quidem oculis Deum cernere impossibile est : quod enim incorporeum est, sub carnis oculos cadere non potest, quod et ipse testificatus est unigenitus Filius Dei, aiens : *Deum nemo vidit unquam* [50]. Nam etiam si quis illud quod in Ezechiele scriptum est, ita interpretetur quasi viderit Ezechiel ; verum [audiat] quid dicit Scriptura. Vidit *similitudinem gloriæ Domini* [51] : non ipsum Dominum, sed *similitudinem gloriæ*, neque ipsam gloriam, ut revera est. At vero intuitus similitudinem gloriæ solum, non autem gloriam ipsam [52], procidit in terram præmetu. Quod si similitudo gloriæ conspecta, timorem æstuationemque prophetis injiciebat ; Deum sane ipsum si quis intueri conaretur, vitam amitteret, juxta illud : *Nemo videbit faciem meum, et vivet* [53]. Hujus rei gratia, Deus ex bonitate sua maxima cœlum divinitati suæ pro velo prætendit, ne periremus. Non est meus hic sermo, sed

[48] Job XXXVIII, 2. [49] *V. cat.* 6, *n.* 5 ; *cat.* 7, *n.* 8 *et* 11 ; *cat.* 12, *n.* 13. [50] Joan. I, 18. [51] Ezech. II, 1. [52] ibid. [53] Exod. XXXIII, 20.

(1) Καὶ ἀοράτων. Post ἀοράτων repetitur in editis vox ποιητήν, quam sustulimus, ex codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub., Grod. et auctoritate ipsius Cyrilli, cat. 7, n. 4, articulum primum Symboli integre referentis. Mox, loco 'Ιώβ, G. Morelii editio habet 'Ιωήλ quod Prevotius in versione secutus est, licet in textu 'Ιώβ posuerit. In verbis vero Jobi sequentibus, loco κρύπτων με, editio an. 1608, habet κρύπτων σε, reclamantibus codd. omnibus : quod optime convenit cum vulgata quæ huc usque obtinuit verborum sequentium scriptura καί σε οἴεται. At nos scripsimus ex codd. Ottob., Colb., Roe Casaub , Bodl. et versionibus Grodecii et Prevotii, atque ex sacro textu, ἐμὲ δὲ οἴεται. Lectio Vulgata contraria est sacro textui, in quo Deus loquitur : sumpta est per errorem ex Job cap. XLII. 2. in quo Job Deum alloquens, et verba ejus superiora repetens, ait : Τίς γάρ ἐστιν ὁ κρύπτων σε βουλήν... καὶ σε οἴεται κρύπτειν ; « Quis enim est qui sua te
« consilia celet, et se tibi latere putet ? »

(2) 'Εκλαμβάνοι. In editis, ἐκλαμβάνει. Codicem Coisl secuti sumus ; habet Bodl., ἐκλαμβάνῃ, Roe, Casaub , Ottob. ἐκλάβοι. Paulo post, voces ὅτι εἶδεν ὁ 'Ιεζεχιὴλ, addidimus ex Ottob. quo in codice prætermittitur ἀλλά, ante τί λέγει, et 2 codd. sub nomine S. Basilii continentibus hanc homiliam conjicerem legendum, ἄλλο τι, pro ἀλλὰ τί.

(3) 'Επιχειρήσειε. In editis, ἐπεχείρησε. In codd. Roe et Casaub, ἐπιχειρήσειε, quod secuti sumus, augmentum præter grammaticæ leges insertum auferendo. Paulo post Exodi locum. Οὐδεὶς ὄψεται, etc., hic et cat 10, n. 7, citat auctor paulo diverse ab editionibus nostris Bibliorum Græcis, C
in quibus locus ille ita habetur : Οὐ γὰρ μὴ ἴδῃ ἄνθρωπος τὸ πρόσωπόν μου, καὶ ζήσεται. At eodem modo quo Cyrillus multi legere Patres Ad manum Chrysostomus hom in illud : *In qua potestate hæc facis ?* etc , t. III *Monument. Ecclesiæ Græcæ* per Cotel., p. 133. Aliæ sunt apud Patres ejusdem loci legendi varietates.

prophetæ inquienti : « Si aperueris cœlos, tremor ex « te apprehendet montes, et liquefient[54]. » Quid vero miraris si Ezechiel similitudinem gloriæ conspicatus procubuit ? quandoquidem Danieli visus est Gabriel servus Dei, ac statim consternatus est animo, et in faciem procidit : nec respondere ausus est propheta, donec sese angelus in similitudinem filii hominis coactus transformasset [55]. Si Gabrielis conspectus tremorem incutiebat prophetis, **127** Deus ipse, si, ut erat, conspicuum se præbuisset, nonne omnes interiissent ?

II. Divinam itaque naturam corporeis oculis conspici non datur ; ex operibus vero divinis possumus potestatis ejus cogitationem assequi, juxta Salomonem qui ait : « Nam ex magnitudine et pul- « chritudine creaturarum, proportione servata pro- « creator earum conspicitur[56] ; » non enim ait ex creaturis procreatorem cerni, sed addidit, *proportione servata*. Tanto namque major unicuique apparet Deus, quanto sublimiorem homo creaturarum contemplationem fuerit assecutus ; cumque animum majori contemplatione subvexerit majorem quoque de Deo sibi notitiam ac speciem informat.

III. Vis tu cognoscere quod naturam Dei comprehendere possibile non sit[57] ? Tres illi in camino ignis pueri, Deum laudibus celebrantes dicunt : *Benedictus es qui intueris abyssos, sedens super cherubim*[58]. Dic mihi, quæso, quæ sit cherubim natura ; tuncque eum qui super illos sedet considerato. Atqui Ezechiel propheta horum descriptionem, quatenus fieri poterat, expressit, dicens : Quatuor vultus uni ; primus quidem hominis, alter leonis, aquilæ tertius, postremus vituli[59] ; et sex pennæ uni [60] : et oculi eis undique [61] ; et sub unoquoque rota quadripartita subjecta [62] : nihilominus post eam descriptionem prophetæ, nondum etiam legendo possumus cogitatione complecti. Quod si solium, quod explanavit ille, comprehendere non

οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, ἀλλ' ὁ προφήτης εἶπεν. Ἐὰν ἀνοίξῃς τοὺς οὐρανοὺς (1), τρόμος λήψεται ἀπὸ σοῦ ὄρη, καὶ ταχήσονται. Καὶ τί θαυμάξεις εἰ Ἰεζεχιὴλ τὸ ὁμοίωμα τῆς δόξης ἰδὼν ἔπεσεν ; ὅπου τῷ Δανιὴλ ὁ Γαβριὴλ, οἰκέτης ὢν τοῦ Κυρίου, ὤφθη, καὶ παραλῦμα ἔπτηξε καὶ ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον· καὶ ἄχρις ὅτου ἐξεβιάσατο ἑαυτὸν ὁ ἄγγελος εἰς ὁμοίωμα υἱοῦ ἀνθρώπου, οὐκ ἐτόλμησεν ἀποκριθῆναι ὁ προφήτης. Εἰ δὲ Γαβριὴλ ὀπτανόμενος τρόμον ἐνεποίει προφήταις, αὐτὸς ὁ Θεὸς εἰ ὤφθη καθ' ὃ ἦν, οὐκ ἀπώλλυντο (2) πάντες ;

Β'. Θείαν τοίνυν φύσιν ἰδεῖν σαρκὸς ὄμμασιν ἀδύνατον· ἐκ δὲ τῶν ἔργων τῶν θείων εἰς φαντασίαν τῆς δυνάμεως ἐλθεῖν δυνατόν, κατὰ τὸν Σολομῶντα τὸν λέγοντα· Ἐκ γὰρ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων, ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἐκ τῶν κτισμάτων ὁ γενεσιουργὸς (3) θεωρεῖται· ἀλλὰ προσέθηκεν, ὅτι ἀναλόγως. Τοσούτῳ γὰρ μείζων ἑκάστῳ φαίνεται Θεὸς, ὅσῳ ἂν μείζονος θεωρίας τῶν κτισμάτων ἐπιλάβηται ὁ ἄνθρωπος· καὶ ὅταν διὰ τῆς μείζονος θεωρίας ὑψωθῇ τῇ καρδίᾳ, μείζονα (4) καὶ περὶ Θεοῦ λαμβάνει φαντασίαν.

Γ'. Καὶ θέλεις γνῶναι, ὅτι Θεοῦ φύσιν καταλαβεῖν ἀδύνατον ; λέγουσιν οἱ τρεῖς παῖδες ἐν τῇ καμίνῳ τοῦ πυρὸς ὑμνολογοῦντες τὸν Θεόν· Εὐλογητὸς εἶ ὁ ἐπιβλέπων ἀβύσσους, καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβίμ. Εἰπέ μοι τίς ἐστιν ἡ φύσις τῶν χερουβὶμ, καὶ τότε τὸν ἐπικαθήμενον θεώρει (5). Καίτοιγε Ἰεζεχιὴλ ὁ προφήτης καὶ τὴν ἔκφρασιν αὐτῶν ἐποιήσατο κατὰ τὸ δυνατὸν, λέγων, ὅτι Τέσσαρα πρόσωπα τῷ ἑνί· τὸ μὲν ἀνθρώπου, τὸ δὲ λέοντος, τὸ δὲ ἀετοῦ, τὸ δὲ μόσχου· καὶ ὅτι ἓξ πτέρυγες (6) τῷ ἑνὶ, καὶ ὀφθαλμοὶ αὐτοῖς πανταχόθεν· καὶ ὅτι ὑπὸ ἕκαστον τροχὸς τετραμερὴς ὑποκείμενος. Καὶ ὅμως τοῦ προφήτου τὴν ἔκφρασιν ποιουμένου, οὔπω ἡμεῖς οὐδὲ ἀναγινώσκοντες καταλαβεῖν δυνάμεθα. Εἰ δὲ τὸν θρόνον, ὃν διηγήσατο, καταλαβεῖν οὐ δυνάμεθα· τὸν

[54] Isa. LXIV, 1. [55] Dan. VIII, 17 ; X, 15-16. [56] Sap. XIII, 5, [57] *Vid. cat.* 6. *n.* 2, 3, 4, 5. [58] Dan. III. 55. [59] Ezech. I, 6. [60] Isa. VI, 2. [61] Apoc. VII, 8. [62] Ezech. X, 12 ; I, 15, 17 ; X, 2, 9.

(1) Τοὺς οὐρανούς Codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub., Grod., τὸν οὐρανόν, ut in sacro prophetæ textu.

(2) Οὐκ ἀπώλλυντο. Particulam negantem recte apposuit Millesius ex codd. Roe, Casaub., Bodl., Grod. et Morel. Suffragantur Coisl. et Ottob., qui postremus habet, ἀπώλοντο.

(3) Ὁ γενεσιουργός. Ita restituimus ex codd. Coisl., Ottob. Roe, Casaub. In editis legitur, Δημιουργός, at ibi Cyrillus citati Scripturæ loci verba recenset et expendit. Porro voces inter utrumque θεωρεῖται comprehensas omisit Grodecius.

(4) Μείζονα, etc. Hæc vox et sequentes usque ad καὶ θέλεις excl. desunt in codd. Coisl., Colb., Grodecii vers. et omnibus editionibus ante Oxoniensem in qua ex codd. Roe. et Casaub. reparatæ sunt. Habentur in primo ms. Basiliano.

(5) Θεώρει. Codd. Coisl., Colb., editiones Morelii, et Prevotii an. 1608, et Basiliana exemplaria habent, θεωρεῖς, *vides*. Paulo inferius ante τέσσαρα, adjecimus ὅτι ex Coisl., Roe, Casaub., Ottob. et Basil. Illud ὅτι requiri videtur ab altero ὅτι inferius posito.

(6) Ἓξ πτέρυγες, *sex alæ*. Ita omnes pene mss. Basiliana exemplaria et editiones Cyrilli ; in solis codd Roe et Casaub. legitur ὀκτὼ loco ἓξ. Probabile est illud in iis emendatum fuisse ex sacro textu Ezechielis cap. X, 21, in quo *octo* alæ cherubinis tribuuntur apud Romanam LXX. Interp. editionem. At in hoc loco editiones Aldina et Complutensis ferunt tantum *quatuor*, ut textus Hebræus et Vulgata, idemque etiam habetur in LXX, Rom. cap. I, 6 et 11. Unde ergo sex alas sumpsit Cyrillus ? puto memoriæ lapsu, cherubinis Ezechielis aptavit, quæ de seraphinis refert Isaias cap VI, 2 ; aut etiam fortassis huc translulit, quæ in gemino et simillimo huic Apocalypsis loco cap. IV, 8, de quatuor animalibus a se visis Joannes refert, sex alas ipsis attribuens Quamvis enim Cyrillus Apocalypsis libro tanquam canonico non utatur, nihil tamen prohibet quominus aliqua ex eo, velut ex aliis libris quos pro canonicis non habet, sive de industria, sive fallente ex familiari usu memoria, desumpserit. Cæterum verba Cyrilli non accurate repræsentant textum neque Eyechielis, neque Apocalypsis.

ἐπικαθήμενον, ὄντα ἀόρατον (1) καὶ ἀνεκδιήγητον Θεὸν, πῶς καταλαβεῖν δυνησόμεθα; Φύσιν μὲν Θεοῦ πολυπραγμονεῖν, ἀδύνατον· δοξολογίας δὲ ἀναπέμπειν αὐτῷ ἐπὶ τοῖς ὁρωμένοις αὐτοῦ δημιουργήμασι, δυνατόν (2).

Δ'. Ταῦτα δὲ ὑμῖν λέγεται διὰ τὴν τῆς πίστεως ἀκολουθίαν, καὶ διὰ τὸ λέγειν ἡμᾶς· Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, Πατέρα παντοκράτορα (3)· ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων· ἵνα μνημονεύωμεν. ὅτι αὐτός ἐστι Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ αὐτός ἐστιν ὁ πεποιηκὼς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· καὶ ἵνα ἀσφαλιζώμεθα ἑαυτοὺς (4) διὰ τὰς ἐκτροπὰς τῶν ἀθέων αἱρετικῶν, τῶν τετολμηκότων κακῶς ἀναγορεύειν τὸν πάνσοφον τεχνίτην παντὸς τοῦδε τοῦ κόσμου· τῶν βλεπόντων μὲν σαρκὸς ὀφθαλμοῖς, τὰ δὲ ὄμματα τῆς διανοίας πεπωρωμένων·

Ε'. Τί γὰρ ἔχουσι μέμψασθαι τῷ μεγίστῳ δημιουργήματι τοῦ Θεοῦ; οὓς ἔδει ἐκπλαγῆναι θεωρήσαντας τῶν οὐρανῶν τὰ κύτη· οὓς ἔδει προσκυνῆσαι τὸν στήσαντα ὡς καμάραν τὸν οὐρανόν· τὸν ἐκ ῥευστῆς φύσεως τῶν ὑδάτων ἄπτωτον ὑπόστασιν οὐρανοῦ ποιήσαντα. Εἶπε γὰρ ὁ Θεός· Γενηθήτω τὸ στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος. Εἶπεν ὁ Θεὸς ἅπαξ·

A possumus; eum qui illi insidet, invisibilem ineffabilemque Deum quomodo comprehendere poterimus? Naturam quidem Dei intime scrutari impossibile est: at eum ex iis quæ conspicimus ejus operibus, glorificationibus et honore prosequi possibile.

IV. Hæc autem vobis propter fidei (5) consequentiam ordinemque dicuntur; et quia ita dicimus: *Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium:* ut meminerimus eumdem esse **128** Patrem Domini nostri Jesu Christi (6), et eumdem esse qui fecit cœlum et terram [63]; utque nosmetipsos præmuniamus, propter alienorum Deo hæreticorum deflexiones, qui sapientissimo totius hujusce mundi conditori obloqui sunt ausi; qui carnis quidem oculis vident, mentis vero oculis destituuntur.

B

V. Quid enim habent, quod in hoc maximo Dei opificio criminentur? quos oportebat conspectis cœlorum convexitatibus stupore percelli: eum adorare qui cœlum statuit quasi fornicem [64]: qui de fluxa aquarum natura (7) ruere nesciam cœli substantiam efformavit. Dixit enim Deus: *Fiat firmamentum in medio aquæ* [65]. Dixit Deus semel;

[63] *Vid. cat.* 7, n. 3. [64] Isa. XL, 22. [65] Gen. I, 6.

(1) Ὄντα ἀόρατον. Verbum ὄντα loco καὶ ascripsimus ex codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub.

(2) Δυνατόν. Loco δυνατόν scriptum est in quatuor præfatis codicibus, εὐσεβέστατον, *piissimum est.*

(3) Πατέρα παντ. etc. Vox Πατέρα prætermittitur in editis; hanc supplemus, tum ex codd. Colb., Ottob., Roe, Bodl. et vers Grod tum ex aliis locis quibus hunc primum Symboli articulum ita refert Cyrillus, ut cat. 7, n. 4, etc.; tum vero ex eo quod verba sequentia, ἵνα μνημονεύωμεν, etc., supponunt eam vocem in hoc loco recitatam esse. Mox, in impressis habetur tantum, ὁρατῶν καὶ ἀοράτων. Encliticam τε, et vocem πάντων, tam ex memoratis codicibus, quibus adjungendus Coisl quam ex commemorato cat. 7, n. 4, loco, hic addidimus.

(4) Ἀσφαλιζώμεθα ἑαυτούς. Vocem ἑαυτοὺς ex Coisl., Ottob, Roe, Casaub., Grod. et Basil. exempl. hic supplevi. Paulo infra loco ἀναγορεύειν, legitur in Roe et Casaub. ἀπαγορεύειν. Post τοῦ δὲ alterum articulum τοῦ adjeci ex codd. Coisl. et Colb.

(5) Hoc est Symboli.

(6) *Eumdem esse Patrem*, etc. Hæc contra omnes fere veteres hæreticos qui mundum ab angelis vel a Demiurgo, vel a male principio, id est diabolo conditum, Jesum autem Christum supremi Dei Filium aiebant, creatori mundi oppositum. Mundum ab angelis conditum sensere multi quos generatim notat Cyrillus cat. 11, n. 21. Hi sunt Simon Magnus ex Irenæo lib. I, cap. 23, n. 2; Menander, ibidem. num. 5; Saturninus, ex eodem, cap. 24, n. 1; Basilides, num. 3 et 4; Carpocrates, cap. 25. n. 1; Cerinthus non a primo Deo factum esse mundum, sed a virtute quadam valde separata et distante a summo Deo, eumque ignorante, statuebat cap. 26 n. 1; Valentiniani varia de institutione mundi figmenta habebant, de quibus Cyrillus cat. 6, n. 18, suumque Demiurgum, qui purus esset angelus: ex Iren. lib. I, cap, 5, n. 2, et lib. III, cap. 11, n. 2. His accensendus Tatianus ex Iren., lib. I, cap. 28, n. 1; Ptolemæus, Marcus, etc. Marcion alium Patrem, alium factorem mundi docebat, ex Cyrillo, cat. 6. n. 16; quod hauserat e Cerdone, ex Iren. lib. I, cap. 27, n. 1; Manichæi mundum a malo productum aiebant, cat. 6, n. 15, 27 et 32. Hi omnes creatorem a Jesu Christi Patre secernebant, illum cognitum et oculis olim visum, hunc incognitum prorsus alii quam Filio statuentes.

(7) *De fluxa aquarum natura*, etc Cœlos ex aquis compositos et institutos docet cat. 3, n. 5; hic autem etiam liquidæ et aqueæ esse naturæ decernit, adeo ut cœlum ipsum aqua sit; in aquis discurrant igneæ siderum formæ; cœlum ad fundendos imbres ex sua ipsius natura et constitutione promptum et paratum sit. Communis quidem Patrum opinio fert cœlum ex aquis primordium ducere. At in nonnullis eorum a Cyrilo sententia discordat. Nam: 1° Nonnisi cœlum secundum, hoc est istud aspectabile, sive firmamentum in quo infixa sunt sidera, ex aquis conflatum dicunt: primum autem cœlum, sive superius, alterius conditionis existimant. Cyrillus vero, cat. 3, n. 5, cœlos generatim sine discrimine ex aquis constare affirmat, cœlosque non duos, sed plures tribus, qui angelorum habitacula sint diversa, numerat cat. 6, n 3, et cat 11, n 11: 2° Patres vulgo firmamentum ex aquis in crystalli glacieive duritiem compactis constare sentiunt, ut Theodoretus quæst 11 *in Genes.*; auctor *Recogn.*, lib. I, n. 27 et 28; Olympiodorus, Caten· *in Job* XXXVII. 18. vel contra ex aquis in summam raritatem et subtilitatem attenuatis, ut Basil., hom. 3 *in Hexaem.*, p. 30. Contra Cyrillus ex ipsis aquis in specie et natura sua remanentibus: ita ut neque nubes juxta ipsum ex aquis rarefactis, sed ex aere densato constent, et imbrium aquas bajulent, infra n. 9. Hanc forte Cyrilli sententiam respiciebat Damascenus, dum lib. II *De fide*, cap. 6, ait quosdam firmamentum aquæ naturæ putare, tanquam in medio aquarum existentem, ἕτεροι δὲ ὑδατώδη, ὡς ἐν μέσῳ ὑδάτων γενομένην.

et stat, nec cadit. Cœlum aqua est; flammeæ vero naturæ quæ in ipso infixa sunt, sol et luna, et sidera: et quonam modo in aqua discurrunt igneæ species? Si quis vero propter contrarias ignis et aquæ naturas in dubitationem adducatur, memineritignis illius qui Mosis tempore in Ægypto ardebat in grandine [66], sapientissimam quoque Dei in condendo dispositionem consideret. Nam cum aquis opus esset terræ in posterum exercendæ, aquosum in sublimi comparavit cœlum; ut cum imbrium irrigatione telluris regio indigeret, ad id ex natura sua promptum paratumque cœlum esset.

VI. Quid vero? nonne admirari oportet eum qui in solis fabricam inspexerit? nam modici instar vasis apparens [67], vim ingentem complectitur; ab oriente apparens et in occidentem usque lumen emittens. Cujus matutinos exortus describens Psalmidicus aiebat: *Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo* [68]; blande enim splendentem ac temperatum prioris ejus, qua lucere incipit hominibus, formæ modum describebat. Meridianas quippe perequitantem illum plagas, propter nimium fervorem persæpe fugimus: in exortu vero suo recreat omnes, quando uti *sponsus* apparet. Ipsius porro aptam dispositionem considera (quanquam non ipsius, sed illius magis qui illi cursum suo mandato definivit), quomodo æstate sublimio factus, longiores effici dies, opportunitatem tribuens hominibus ad opera: **129** hieme vero cursum contrahit. ut non equidem frigoris tempus longius producatur, sed uti noctes longiores factæ cum hominibus ad levamentum, tum vero telluri ad fructuum proventus ferendos, adjumento sint. Vide etiam quomodo dies sibi invicem concedant ordine apto: æstate crescunt, hieme vero contrahuntur, vere autem atque autumno parem intervallorum men-

A καὶ ἔστηκε (1), καὶ οὐ πίπτει. Ὕδωρ ὁ οὐρανὸς, καὶ πύρινοι οἱ ἐν αὐτῷ, ἥλιος καὶ σελήνη καὶ τὰ ἄστρα. καὶ πῶς τὰ πύρινα ἐν τῷ ὕδατι τρέχει; Εἰ δέ τις διὰ τὰς ἐναντίας φύσεις πυρὸς καὶ ὕδατος ἀμφιβάλλει, μνημονευέτω τοῦ πυρὸς τοῦ ἐπὶ Μωσέως ἐν Αἰγύπτῳ φλογίζοντος ἐν τῇ χαλάζῃ, καὶ βλεπέτω τοῦ Θεοῦ τὴν πάνσοφον δημιουργίαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἦν ὑδάτων χρεία, μελλούσης τῆς γῆς γεηπονεῖσθαι, ὑδατώδη κατεσκεύασεν ὑπεράνω τὸν οὐρανόν· ἵνα ὅταν δι' ὑετῶν ἀρδείας γένηται χρεία τῷ τῆς γῆς χωρίῳ, ἕτοιμος ᾖ ἐκ φύσεως (2) πρὸς τοῦτο ὁ οὐρανος.

ζ'. Τί δέ; καὶ θαυμάσαι οὐκ ἔστιν ἀποβλέποντα καὶ εἰς ἡλίου κατασκεύασμα; ὡς μικρὸν γὰρ ὁρώμενον σκεῦος, μεγάλην δύναμιν περίἐχει· ἐξ ἀνατολῆς B φαινόμενος, καὶ μέχρι δύσεως ἀποστέλλων τὸ φῶς· οὗ τὰς πρωινὰς ἀνατολὰς διαγράφων ὁ Ψαλμῳδὸς ἔλεγε· Καὶ αὐτὸς ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ· τὸ γὰρ φαιδρὸν καὶ σύμμετρον τῆς πρώτης αὐτοῦ καταστάσεως φαινομένης εἰς ἀνθρώπους (3) διέγραφε· μεσημβρινὸν μὲν γὰρ διιππεύοντα πολλάκις καὶ φεύγομεν διὰ τὸ φλογῶδες· ἅμα δὲ ταῖς ἀνατολαῖς τερπνός ἐστι τοῖς πᾶσιν, ὡς νυμφίος ὁρώμενος (4) Καὶ πλέπε τὴν διοίκησιν αὐτοῦ (μᾶλλον δὲ οὐκ αὐτοῦ, ἀλλὰ τοῦ τὸν δρόμον αὐτῷ διὰ προστάγματος ὁρίσαντος)· πῶς θέρους μὲν ὑψηλότερος γινόμενος, μακροτέρας ἀπεργάζεται τὰς ἡμέρας, διδοὺς εὐκαιρίαν εἰς ἔργα τοῖς ἀνθρώποις· χειμῶνος δὲ, συστέλλει τὸν δρόμον, ἵνα μὴ τοῦ ψύχους ὃ) πλείων γένηται ὁ χρόνος· ἀλλ' ἵνα αἱ νύκτες μείζονες γινόμεναι, προς ἄνεσιν μὲν συνεργῶσι τοῖς ἀνθρώποις, C συνεργῶσι δὲ καὶ πρὸς καρποφορίαν τῶν γεννημάτων τῇ γῇ (6). Ὅρα δὲ καὶ πῶς ἀντιπαραδιδόασιν ἀλλήλαις εὐτάκτως αἱ ἡμέραι, θέρους μὲν αὐξανόμεναι, χειμῶνος δὲ συστελλόμεναι· ἐν ἔαρι δὲ καὶ φθινωπώρῳ, τὴν ἰσότητα τῶν διαστημάτων (7) ἀλλήλαις

[66] Exod. IX, 23. [67] Eccli. XLIII, 2. [68] Psal. XVIII, 6.

(1) Ἔστηχε. Pro ἔστη ita scripsimus ex Coisl., Roe, Casaub., Ottob. et Basil. exempl. Puncti post πίπτει appositu, et additione articuli ante οὐρανός ex tribus primum memoratis codicibus sumpti, sensum huic phrasi mala interpunctione confusæ reddidimus.

(2) Ἐκ φύσεως. Hæc addita sunt ex codd. Coisl. Ottob., Roe, Casaub. et Grod.

(3) Εἰς ἀνθρώπους. Melius nostro judicio Colb. et Bodl., εἰς οὐρανους, *in cœlos*. Quod etiam videtur legisse Grodecics Agit enim auctor de solis ab oriente in cælos progressu et cursu juxta versiculum psalmi quem enarrat; sed habent ἀνθρώπους cæteri mss., etiam Basil.

(4) Ὡς νυμφίος ὁρώμενος. Ex codd. Coisl., Roe, Casaub. et Basil. sustulimus articulum masculinum ὁ ante ὁρώμενος, femininum vero τὴν ante διοίκησιν, ex iisd. et Colb. ac Bodl. addidimus.

(5) Ἵνα μὴ τοῦ ψύχους, etc. Codd. Roe et Casaub. hic omittunt μή, et paulo post loco ἀλλ' ἵνα, habent solummodo καί. hoc sensu editis plane contrario: *ut frigoris tempus longius producatur, et ut noctes*, etc. Sic legi quasi ἵνα μή positum esset pro οὐχ ἵνα, ut occurrerem huic paradoxo, solem breviores dies efficere ad contrahenda frigoris spatia, cum contra ea suo accelerato discessu augeat. Ut ita legerem suasit sequens ἀλλ' ἵνα. Loco πλεῖον scripsimus πλείων, auctoritate codd. Basil. et præfatorum Cyrilli mss. ferentium πλείω, et pro μείζόνως, posuimus μείζόνες, ex Coisl., Roe, Casaub., Grod. et Basil. Noctes hiemis prodixiores telluri ad ferendas fruges adjumento esse dicit fortasse sensu Plinii, qui lib. II *Hist., nat.*. cap. 11- solem brumali tempore abcedere docet, ut noctium opacitate terras reficiat, exusturus haud dubie; et sic quoque exurens in quadam parte.

(5) Τῇ γῇ, Hanc lectionem codd. Roe et Casaub. præferimus vulgatæ, τῆς γῆς, ut melius respondeat oppositis phrasis superioris verbis; συνεργῶσι . . . τοῖς ἀνθρώποις.

(7) Τῶν διαστημάτων, etc. Articulum τῶν addidimus juxta codd. Coisl., Colb., Bodl.,Roe, Casaub. ad verbum χαριζόμεναι. loco σωζόμεναι posuimus ex Coisl., Ottob., Roe, Casaub et Basil. Verbum χαριζόμεναι optime convenit cum superiori, ἀντιπαραδιδόασι. Sic Theophil. Al., lib. III « Pasch., Bib. « PP. Ludg. tom. V, pag. 856: Dies ordine et circulo suo de noctis temporibus mutuatur,et rursum « nox recipit quod largita est: dumque vicissim et « tribuunt et accipiunt,et orbe quodam,quod paulatim amiserant decrescentes,sensim crescentes re- « cipiunt, creatoris Dei interpretantur sapientiam.»

χαριζόμενοι. Καὶ αἱ νύκτες πάλιν ἐπιτελοῦσι τὰ παραπλήσια. ὡς καὶ τὸν Ψαλμῳδὸν λέγειν περὶ αὐτῶν· Ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν. Τοῖς γὰρ οὐκ ἔχουσιν ὦτα αἱρετικοῖς μονονουχὶ βοῶσι, καὶ διὰ τῆς εὐταξίας λέγουσι, μὴ ἄλλον τινὰ (1) εἶναι Θεὸν, ἢ τὸν δημιουργὸν καὶ ὁροθέτην, τὸν ἐκτάξαντα τὰ ὅλα.

Ζ'. Μηδεὶς δὲ ἀνασχέσθω (2) λεγόντων τινῶν, ἄλλον μὲν εἶναι τὸν φωτὸς ποιητὴν, ἄλλον δὲ σκότους· μνημονευέτω γὰρ Ἡσαΐου λέγοντος. Ἐγὼ ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας φῶς, καὶ κτίσας σκότος. Τί ἀσχάλλεις ἐπ' αὐτῷ, ὦ ἄνθρωπε; τί βαρέως φέρεις τὸν καιρὸν τὸν εἰς ἀνάπαυσιν σὴν δοθέντα; Οὐκ ἂν οἰκέτης παρὰ δεσποτῶν ἔλαβεν ἀνάπαυσιν, εἰ μὴ τὸ σκότος ἐπάναγκες ἐπήγαγε προθεσμίαν. Ἠῶς δὲ πολλάκις καμόντες (3) ἐν ἡμέρᾳ, ἐν νυξὶν ἀνανεούμεθα· καὶ ὁ τῇ χθὲς ἡμέρᾳ γεγονὼς ἐν καμάτοις, ἕωθεν γίνεται ῥωμαλέος διὰ τὴν τῆς νυκτὸς ἀνάπαυσιν; Τί δὲ νυκτὸς πρὸς σοφίαν χρησιμώτερον; Ἐν ταύτῃ μὲν γὰρ πολλάκις τὰ περὶ Θεοῦ φανταζόμεθα· ἐν αὐτῇ δὲ ἀνάγνωσιν καὶ θεωρίαν τῶν θείων λογίων ποιούμεθα. Πότε δὲ μᾶλλον (4) εἰς ψαλμῳδίαν καὶ προσευχὴν συντέταται ἡ διάνοια ἡμῶν; ἆρα οὐκ ἐν νυκτί; Πότε δὲ πολλάκις τῶν οἰκείων ἁμαρτιῶν ἤλθομεν εἰς ὑπόμνησιν; οὐκ ἐν νυκτί; Μὴ τοίνυν παραδεξώμεθα κακῶς, ἄλλον σκότους εἶναι ποιητήν· ἀγαθὸν γὰρ καὶ τοῦτο δείκνυσιν ἡ πεῖρα καὶ χρησιμώτατον·

Η'. Ἐχρῆν δὲ (5) αὐτοὺς, οὐ μόνον ἡλίου καὶ σελήνης τὴν κατασκευὴν ἐκπλαγῆναι καὶ θαυμάσαι· ἀλλὰ γὰρ καὶ τῶν ἀστέρων τὰς εὐτάκτους χορείας, καὶ τοὺς ἀνεμποδίστους δρόμους, καὶ τὰς ἀνατολὰς τὰς εὐκαίρους ἑκάστου· καὶ πῶς οἱ μὲν σημεῖά εἰσι θέρους, οἱ δὲ χειμῶνος· καὶ πῶς οἱ μὲν τοῦ σπόρου τὸν καιρὸν δηλοῦσιν, οἱ δὲ τοῦ πλέειν τὴν ἀρχὴν σημαίνουσι· καὶ ἄνθρωπος ἐν πλοίῳ καθήμενος, καὶ

A suram sibi mutuo gratificantur; item noctes similia faciunt: ita ut de illis Psalmista dicat: *Dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam* [69]. Aures enim non habentibus hæreticis velut inclamant, ac per concinnum suum ordinem dicunt, non alium quempiam esse Deum præter conditorem ac finitorem, qui universa coordinavit.

VII. Nemo autem ferat quosdam qui dicunt alium esse lucis conditorem (6), alium tenebrarum; meminerit enim Isaiæ dicentis: *Ego Deus qui feci lumen, et tenebras creavi* [70]. Quid illis succenses, o homo? quare fers graviter tempus tibi ad requietem datum? Nullam famulus ab heris consequeretur levationem laborum, nisi tenebræ necessario inducias afferrent. Quomodo persæpe diurno labore fatigati, noctibus renovamur: quique hesterno die in laboribus fuit, mane robustus et alacer propter noctis relaxationem efficitur? Quid vero nocte ad sapientiam conducibilius? in ipsa enim persæpe quæ ad Deum spectant cogitatione volvimus; in ea divinorum oraculorum lectioni contemplationique vacamus. Quandonam ad psalmos canendos (7), aut fundendam precem majori contentione enititur mens nostra? annon noctu? Quando autem sæpius in mentem venit peccatorum nostrorum? nonne in nocte? Ne igitur alium tenebrarum auctorem esse, perverse admittamus: eas enim quoque et bonas et ultissimas esse experientia demonstrat.

B

C

VIII. Oportebat vero ipsos, non solis et **130** lunæ tantum fabricam stupere atque mirari; sed etiam stellarum ordinatas choreas liberosque nullo interturbante cursus, ac tempestivos singularum exortus. Et quonam modo aliæ æstatis, aliæ hiemis signa sunt: aliæ serendi tempora indicant, aliæ navigandi initium significant; atque homo in navigio sedens, inque immensum extensis fluctu-

[69] Psal. XVIII, 3. [70] Isa. XLV, 7.

(1) Μὴ ἄλλον τινὰ, etc. Editi voci Θεόν præponunt articulum τόν, quem uti redundantem, et vim phrasis retundentem erasimus, fulti auctoritate codd. Coisl Roe, Casaub. Loco ἢ τὸν ὡροθέτην, scripsimus καὶ ὁροθέτην, ex iisdem codicibus Basilianis et Grodecio, quamvis Roe et Casaub. habeant ὡροθέτην. Forte exclusit Cyrillus hoc loco Valentinianorum ὁροθέτην, de quo Irenæus lib. I c. 2, n. 4. Demum particulam καί, ante τὸν ἐκτάξαντα abrasimus codd. Roe et Casaub. secuti. Pro ἐκτάξαντα legendum forte εὖ τάξαντα.

(2) Ἀνασχέσθω. Coisl., Ottob., Roe, Casaub., ἀνεχέσθω. Iidem et Basiliani, inferius, pro ἀσχάλλεις exhibent ἀμφιβάλλεις, *Quid dubitas?* In allegato Isaiæ loco, LXX Interpretum hæc sunt verba, parum a Cyrilliadis diversa: Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός, Ἐγὼ ὁ κατασκευάσας φῶς, καὶ ποιήσας σκότος· ὁ ποιῶν εἰρήνην καὶ κτίζων κακά.

(3) Καμόντες. Editi vitiose κάμνοντας. Coisl. et Basil., κάμνοντες. Ottob., Roe, Casaub., ut scripsimus.

(4) Πότε δὲ μᾶλλον, etc. Particulam δέ adjeci ex Coisl., Roe, Casaub.

(5) Ἐχρῆν δέ. Hæc verba usque ad μυθολογίας incl. citantur in Catena *in Genesim* a Combefisio transcripta, ad cap. I, 14, sub nomine Cyrilli nostri.

(6) *Qui dicunt alium esse lucis conditorem*, etc. Manichæos intelligit, qui lucem et tenebras, bonum et malum, Deum et materiam uti disparata principia aguoscebant. Verba Manetis referuntur ab Epiph., hæres LXVI, n. 14; sed tenebras istas sensibiles quæ in nocte apparent, aiebant *indicium* esse illarum tenebrarum ingenitarum quas pro secundo principio admittebant, ex Tit. Bostr., lib. II *cont. Manich.*, pag. 460. Præluserat Manichæis Tatianus apud Clem. Alex., Excerpt., pag. 806, col. 2. Vide et Origenem, *De orat.* lib. II, cap. 13, pag. 77.

(7) *Quandonam ad psalmos canendos*, etc. Pia hæc quæ numerat noctis exercitia, vel in privatis ædibus, vel in ecclesia, sacris illis, quas vetusti auctores commemorant, pervigilationibus fiebant. Basilius, epist. 63, p. 96 et 97, sacrarum vigiliarum, quæ in Palæstina multo fructu celebrabantur, cum laude meminit: ut et earum quæ Hierosolymis speciatim fiebant. Socrates, lib. V, cap. 22. Cyrillus cat. 13, n. 26, ait psalmistas indesinenter in ecclesia Deum laudare consuesse.

bus navigans, in stellas inspiciens navem dirigit. De his enim rebus præclare ait Scriptura: *Et sint in signa, et in tempora, et in annos* [71]; non in astrologiæ et genituræ fabulas. Porro adverte quam pulchre nobis [Deus] diurnam lucem per incrementa gratificatus est: haud enim simul ac repente solem oriri videmus; sed præcurrIt exiguum quoddam lumen ut præparata per exspectationem pupilla majorem radii vim possit intueri. Illud quoque considera, quomodo noctis tenebras lunarium splendorum solatio mitigarit.

IX. Quis est pluviæ pater? quis stillas peperit roris [72]? quis aerem in nubes concretum coegit (1), et imbrium aquas sustinere jussit? et nonnunquam ab aquilone nubes aureo splendore fulgentes advehit [73]; interdum vero in unam speciem formamque transmutans, iterum in varias orbium, alteriusque generis figuras transfert? Quis est qui possit numerare nubes sapientia? qua de re apud Jobum dicitur: *Novit vero discrimina nubium* [74]. *Cœlum autem in terram inclinavit* [75]; et: *Qui numerat nubes sapientia* [76]; et: *Non est effracta nubes sub eo* [77]. Tot enim aquarum mensuræ nubibus incumbunt, nec rumpuntur; sed composito prorsus ordine in terram defluunt. Quis est qui educit ventos de thesauris illorum [78]? quis, inquam, est, ut ante diximus, qui roris guttas peperit [79]? Cujusnam vero ex utero glacies emergit [80]? aquosa enim ejus substantia est lapidea vero ejus proprietas (2). Et interdum quidem aqua efficitur nix sicut lana; alias vero subservit ei qui nebulam sicut cinerem spargit [81]; aliquando autem in lapidosam substantiam convertitur: quandoquidem aquam subigit et gubernat quomodo libuerit. Uniusmodi ejus natura est; et multiplici potestate prædita, ejus efficientia. Aqua in vitibus vinum est, quod lætificat cor hominis; oleum est in oleis, quod faciem hominis

ἐν ἀπεριορίστοις κύμασι πλέων, εἰς ἀστέρας (3) βλέπων εὐθύνει τὴν ναῦν. Περὶ τούτων γὰρ τῶν πραγμάτων λέγει ἡ Γραφὴ καλῶς τὸ, Καὶ ἔστωσαν εἰς σημεῖα, καὶ εἰς καιροὺς, καὶ εἰς ἐνιαυτούς· οὐκ εἰς ἀστρολογίας (4) καὶ γενέσεως μυθολογίας. Ὅρα δὲ πῶς καὶ τὸ τῆς ἡμέρας φῶς καλῶς ἡμῖν ἐχαρίσατο ἐκ προσαγωγῆς· οὐ γὰρ ἅμα τὸν ἥλιον ἀνατέλλειν (5) θεωροῦμεν· ἀλλὰ προτρέχει μικρόν τι φῶς, ἵνα προμελετήσασα κόρη δύνηται βλέπειν τῆς ἀκτῖνος τὰ μείζονα· ὅπως δὲ τὸ τῆς νυκτὸς σκότος παρεμυθήσατο τοῖς σεληνιαίοις αὐγάσμασι.

Θ'. Τίς ἐστιν ὁ ὑετοῦ πατήρ (6); τίς δέ ἐστιν ὁ τετοκὼς βόλους ὁρύσου; τίς ὁ τὸν ἀέρα παχύνας εἰς νέφη, καὶ κελεύσας τῶν ὀμβρων βαστάζειν τὰ ὕδατα, ποτὲ δὲ εἰς ἓν εἶδος (7) μεταποιῶν ταῦσα, καὶ πάλιν μεταφέρων εἰς ποικίλα κύκλων καὶ ἄλλα σχήματα; Τίς ὁ δυνατὸς ἀριθμεῖν νέφη σοφίᾳ; περὶ οὗ φησιν ἐν τῷ Ἰώβ· Ἐπίσταται δὲ διακρίσεις τεφῶν, οὐρανὸν δὲ εἰς γῆν ἔκλινε· καὶ τὸ, Ὁ ἀριθμῶν νέφη σοφίᾳ· καὶ τό, Οὐκ ἐρράγη νέφος ὑποκάτω αὐτοῦ. Τοσαῦτα γὰρ μέτρα ἐπὶ τὰ νέφη ὑδάτων ἐστὶ, καὶ οὐ ῥήγνυται· ἀλλὰ μετὰ πάσης εὐταξίας ἐπὶ τὴν γῆν κατέρχεται. Τίς ὁ ἐξάγων ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτῶν; τίς δέ ἐστιν, ὡς προειρήκαμεν, ὁ τετοκὼς βόλους ορόσου; ἐκ γαστρὸς δὲ τίνος ἐκπορεύεται ὁ κρύσταλλος; ὑδατώδης γὰρ ἡ ὑπόστασις, καὶ λιθώδης ἡ ἐνέργεια. Καὶ ποτὲ μὲν τὸ ὕδωρ γίνεται χιὼν ὡσεὶ ἔριον, ποτὲ δὲ ὑπουργεῖ τῷ πάσσοντι τὴν ὁμίχλην ὡς σποδὸν, ποτὲ δὲ εἰς λιθώδη ὑπόστασιν μεταβάλλεται· ἐπειδὴ οἰακίζει τὸ ὕδωρ ὡς ἂν βούληται. Μονοειδὴς ἡ φύσις, καὶ πολυδύναμος ἡ ἐνέργεια. Τὸ ὕδωρ, οἶνος μὲν ἐν ἀμπέλοις, εὐφραίνων καρδία ἀνθρώπου· καὶ ἔλαιον (8) ἐν ἐλαίαις, λαμπρύνον πρόσωπον ἀνθρώπου· καὶ εἰς ἄρτον δὲ μεταβάλλεται, στηρίζοντα καρδίαν ἀνθρώπου, καὶ εἰς παντοῖα καρπῶν δημιουργήματα.

[71] Gen. I, 14. [72] Job XXXVIII, 28. [73] Job XXXVII, 22. [74] ibid. 16. [75] Job XXXVIII. 37. [76] Job XXVI, 8. [77] Job XXII, 14. [78] Psal. CXXXIV, 8. [79] Job XXXVIII, 28. [80] ibid. [81] Psal. CXLVII, 5, 16.

(1) *Aerem densavit in nubes.* Nubes ex concreto aere fieri, easdemque utrium more imbrium aquas gestare, communis inter veteres opinio, Hebræorum systemati conformis, sed consultioris philosophiæ principiis proscripta.

(2) *Lapidea proprietas.* Vox ἐνέργεια, quam *proprietatis* vocabulo reddidimus ad litteram *efficientiam* significat; verum apud auctores Græcos latius patere solet ejus significatio, non enim actionem semper, sed passionem, proprietatem et affectionem naturæ inhærentem designat; sic Cyrillus cat. 6, n 12, *bonitatem, clementiam, omnipotentiam*, etc., divinæ naturæ ἐνέργειαν, id est *proprietatem* appellat; cat. 14, n. 9, scribit ὁμοιότητος ἐνεργειαν, pro *similitudinis ratione et causa*. In causa Monothelitica ἐνέργεια, non solam operationem, sed etiam passiones et affectus naturæ Christi designabat. Variæ apud S. Maximum, tom. II, pag. 154 et 155, et Damasc., lib. II *De fide orth.* c. 23, exstant SS. Patrum vocis ἐνέργεια definitiones, quarum multæ eo revocantur, ut idem sit ἐνέργεια, atque illud quod philosophi proprietatem dicunt; nec actiones solas, sed et passiones comprehendat.

(3) Εἰς ἀστέρας. Ita codd. Coisl. Ottob., Roe, Casaub. Editi vero, εἰς ἀστέρα, *ad stellam*. Basiliani ἐν ἀστέρι.

(4) Εἰς ἀστρολογίας. Codd. Coisl., Roe et Grod., ἀστρολογίαν. Legendum non accusandi, sed gignendi casu.

(5) Ἀνατέλλειν. Est ἀνατέλλοντα in Coisl., Ottob., Roe, Casaub, Grod. Linea sequenti, loco τὸ φῶς, posuimus τι φῶς, ex iisd., Ottob. excepto.

(6) Ὁ ὑετοῦ πατ. Deest articulus in codd. Coisl., Roe et Casaub., et sacr. textu. Loco βόλους, Basilianus secundus habet βόλας. Bib. Vaticana, ut multi Patres, βώλους.

(7) Εἰς ἓν εἶδος, *in unam speciem*. Codd. Bodl., Colb. et G. Morelii editio, loco ἕν habent, ἴσον, at omittitur εἰς in Colb. et Morel. Paulo post loco ἀριθμεῖν, legitur in ms. Genov., ἀριθμοῦν infinitivi modi, in Coisl., Roe et Casaub. ἀριθμῶν participium, in Ottob., Colb., Bodl., Morel. et Basil., ὁ ἀριθμῶν. Observes vero verba οὐρανὸν εἰς γῆν ἔκλινε, et ὁ ἀριθμῶν νέφη σοφίᾳ esse versum 37 capitis XXXVIII Jobi, sed inverso verborum ordine, nam in Jobi textu prima pars est, ὁ ἀριθμῶν, et secunda, οὐρανὸν δέ εἰς γῆν, etc.

(8) Καὶ ἔλαιον. Repetitio vocum καρδίαν ἀνθρώπου fecit, ut in codd. Grod. duæ phrases inter hæc verba interceptæ exciderent. Porro earum ordo inversus est in codd. Coisl., Roe et Casaub.

nitentem reddit : in panem quoque convertitur,qui cor hominis confirmat [82] ; et in omnigena fructuum opificia.

Ι'. Ἐπὶ τούτοις τί ἔδει ; βλασφημεῖσθαι τὸν Δημιουργὸν, ἢ προσκυνεῖσθαι μᾶλλον ; καὶ τέως οὔπω λέγω τῆς σοφίας αὐτοῦ τὰ μὴ φαινόμενα. Θεώρησόν μοι τὸ ἔαρ, καὶ τὰ ἄνθη τὰ παντοῖα ἐν ὁμοιότητι διακεκριμένα· ῥόδου μὲν τὸ ἐρυθρότατον, κρίνου δὲ τὸ λευκότατον (1). Ἐξ ἑνὸς γὰρ ὑετοῦ ταῦτα καὶ μιᾶς τῆς γῆς, τίς ὁ διακρίνων ; τίς ὁ δημιουργῶν ; Θεώρησόν μοι τὴν ἀκρίβειαν· ἐκ μιᾶς ὑποστάσεως τοῦ δένδρου, τὸ μὲν εἰς σκέπην, τὸ δὲ εἰς καρποὺς διαφόρους· καὶ εἷς ὁ τεχνίτης. Μιᾶς ἄμπέλου τὸ μέν τι εἰς καῦσιν (2), τὸ δὲ εἰς βλαστήματα, τὸ δὲ εἰς φυλλάδας, τὸ δὲ εἰς ἕλικας, τὸ δὲ εἰς βότρυν. Ἐκπλάγηθι καὶ (3) τοῦ καλάμου τὴν πυκνοτάτην τῶν κόμβων περιβολήν, ἣν ἐποίησεν ὁ τεχνίτης. Ἐκ τῆς μιᾶς γῆς ἑρπετὰ προέρχεται, καὶ θηρία, καὶ κτήνη, καὶ ξύλα, καὶ βρώματα· καὶ χρυσὸς, καὶ ἄργυρος, καὶ χαλκὸς, καὶ σίδηρος, καὶ λίθος. Μία τῶν ὑδάτων ἡ φύσις, καὶ ἐξ αὐτῆς νηκτῶν καὶ ὀρνέων ὑπόστασις· ἵνα ὥσπερ ἐκεῖνα νήχεται ἐν τοῖς ὕδασιν, οὕτω καὶ τὰ ὄρνεα ἵπτανται ἐν τῷ ἀέρι.

ΙΑ'. Αὕτη ἡ θάλασσα ἡ μεγάλη καὶ εὐρύχωρος, ἐκεῖ ἑρπετὰ ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. Τίς δύναται διηγήσασθαι τῶν ἰχθύων τῶν ἐν αὐτῇ τὸ κάλλος ; τίς δύναται διηγήσασθαι κητῶν τὰ μεγέθη, καὶ τῶν ἀμφιβίων ζώων τὴν ὑπόστασιν, ὅπως καὶ ἐν χέρσῳ γῇ, καὶ ἐν ὕδασι διαιτᾶται ; Τίς δύναται διηγήσασθαι τῆς θαλάσσης τὸν βυθὸν καὶ τὸ πλάτος, ἢ τῶν ὑπερμέτρων κυμάτων τὰς ὁρμάς (4) ; ἀλλ' εἰς τοὺς ὅρους αὐτῆς ἔστηκε διὰ τὸν εἰπόντα· Ἄλρι τούτου ἐλεύσῃ, καὶ οὐχ ὑπερβήσῃ· ἀλλ' ἐν σεαυτῇ συντριβήσονταί σου τὰ κύματα. Ἥτις καὶ δηλοῦσα τὸν ἐπηρτημένον αὐτῇ τοῦ προστάγματος λόγον, ἐπεκδραμοῦσα, διὰ τῶν κυμάτων γραμμήν τινα φανερὰν ἐναφίησι τοῖς αἰγιαλοῖς, δηλοῦσα τοῖς ὁρῶσιν ὥσπερ, ὅτι τοὺς προστεταγμένους οὐ παραβέβηκεν ὅρους.

Β'. Τίς δύναται σκέψασθαι τῶν ἀερίων ὀρνέων τὴν φύσιν ; πῶς τὰ μὲν γλῶσσα περιφέρει μουσικὴν, τὰ δὲ παντοίᾳ τῇ ζωγραφίᾳ περιπεποίκιλται

[82] Psal civ, 15. [83] ibid., 25. [84] Job xxxviii, 11.

(1) Κρίνου δὲ τὸ λευκότατον. Ea verba in Oxoniensi editione prætermissa,ex aliis omnibus mss. et editis codicibus restituimus.

(2) Εἰς καῦσιν. Ita primum in Græco-Latini editionibus obtinuit. Auctor editionis Oxoniensis καῦστιν reposuit ex edit. G. Morelii, cui consentit cod. Coisl. ; at Grodecius legit,καῦσιν,et ita scriptum in codd. Ottob., Colb., ms. Genov. et sine dubio Roe et Casaub., quos Millesius, si suæ emendationi favissent, citare non omisisset. Basilianus unus habet, καῦσιν· alter, πλόσιν, *lotionem*, parum interest utrumvis legatur.Facilius a librariis, καῦστιν, quod forte non intelligebant, in καῦσιν familiarius vocabulum vertit potuit, quam καῦσιν in καῦστιν. At si καῦστιν scripserit Cyrillus, non video qui fœdam repetitionem effugerit ; nam καῦστις, quod significat segetem adultam,et sole adurente maturescentem, vel fenum solis ardore torrescens, non satis distinguitur a sequentibus quæ enumerat.

(3) Ἐκπλάγηθι καί, etc. In hoc loco particulam καί ex codd. Ottob., Roe et Casaub., addidimus. Loco πυκνότητα, τῶν κόμβων περιβολήν, *arundinis densitatem*, *internodiorum ambitum*, scripsimus ex codd. Coisl., Roe, Casaub. et Grodecio, πυκνοτάτην τῶν κόμβων περιβολήν· non quod hæc lectio magnopere alteri præferenda videatur,sed quod unam rem, non duas hic a Cyrillo commemoratas, sequentia verba ἣν ἐποίησεν insinuent.Aliunde arundinis densitas nonnisi in internodiis spectabilis, eoque spectabilior,quo levior et in laminas facilius sectilis ipsa arundo.

(4) Τῶν ὑπερμέτρων κυμάτων τὰς ὁρμάς. Ex codd. Roe et Casaub. unum nomen in gignendi casu efficimus, quod in editis in duo divisum est, ὑπὲρ μέτρον. Τὰς ὁρμάς vero scripsimus loco τὴν ὁρμήν, ex codd. iisdem, itemque ex Coisl. et Ottob.

A **131** X. Ob hæc quid præstandum fuit? conviciandus rerum opifex, an non potius adorandus? necdum interim sapientiæ ejus arcana loquor. Ver mihi contempleris velim, et omnigenos flores in similitudine discrimina sua retinente : rosæ ruborem, et lilii candorem maximum. Ex uno enim imbre, et una humo isthæc prodeuntia,quis discriminat, quis construit? Consideres, velim, accuratam solertiam : ex una arboris substantia, aliud quidem in umbraculum, aliud vero in diversos fructus dispertitum est, et unus est artifex. Unius vitis alia pars in combustionem abit,alia in propagines, alia in frondium sylvam, alia in capreolos, alia denique in uvam. Arundinis quoque obstupesce densissimum internodiorum ambitum,quem B effecit artifex. Ex una tellure serpentes prodeunt, feræ, jumenta, ligna, esculenta,aurum, argentum, æs,ferrum, lapis. Una est aquarum substantia ; et ex ea natantium animalium, et avium genus exsistit ; ita ut,quemadmodum illa in aquis natant,sic et aves in aere volitent.

XI. Hoc mare magnum et spatiosum,illic reptilia quorum non est numerus [83]. Quis degentium in ipso piscium pulchritudinem exponere valeat? quis cetorum magnitudinem, et amphibiorum animantium naturam, quomodo et in arida tellure, et in aquis degunt ? Quis exponat maris profunditatem et latitudinem, aut fluctuum immensum se effe- C rentium impetus ? Illud tamen intra defixos sibi limites consistit,propter eum qui ipsi dixit : « Huc- « usque venies, nec prætergrediere ; sed in teipso « conterentur fluctus tui [84].» Quod quidem[elementum] impositum sibi mandatum perspicue declarat ; dum excurrens descriptam fluctibus suis conspicuam quamdam in littoribus relinquit lineam ; videntibus quasi significans se constitutos limites prætergressum non esse.

XII. Quis potest aeriarum volucrum naturam speculari ? quomodo aliæ quidem linguam circumferunt canendi peritam ; aliæ in pennis omni pictu-

rarum genere variegatæ sunt : aliæ supervolantes in medium aera stant immobiles, uti accipiter : nam Dei mandato « accipiter expansis alis immotus stat, « australes mundi partes conspiciens [85]. » Quis hominum potest aquilam cernere in sublime elatam [86] ? Quod si avium eam quæ abest a ratione longissime, in sublime raptam cogitatione assequi non potes : quonam modo rerum omnium factorem vis mente comprehendere ?

διὰ τῶν πτερῶν (1), τὰ δὲ ὑπερπτάντα εἰς μέσον ἀέρα ἕστηκεν ἀκίνητα, ὡς ἱέραξ· ἀπὸ γὰρ τοῦ θείου προστάγματος, ἱέραξ ἐκπετάσας τὰς πτέρυγας ἕστηκεν ἀκίνητος, καθορῶν τὰ πρὸς νότον. Τίς δύναται ἀνθρώπων ὑψωθέντα θεωρῆσαι ἀετόν ; Εἰ δὲ τῶν ἀρνέων τὸ ἀλογώτατον ὑψωθὲν οὐ δύνασαι κατανοῆσαι, πῶς τὸν πάντων ποιητὴν θέλεις κατανοῆσαι ;

132 XIII. Quis ex hominibus ferarum omnium vel nuda scivit nomina ; aut quis singularum naturam et vim potest perspectam habere ? Quod si ferarum ne quidem duntaxat nomina novimus, quomodo auctorem ipsarum comprehendemus ? Unum Dei præceptum fuit, quo dixit : « Producat « terra feras, et jumenta, et reptilia secundum genus « suum [87] ; » diversæque animalium naturæ, uno mandato, ex uno fonte prodierunt : ovis mansuetissima, leo carnivorus ; et diversi irrationabilium animantium motus, qui humanorum affectuum diversitates imitantur ; ita ut vulpes dolosam hominum vafritiem exprimat ; serpens, amicos virulentis jaculis ferientes ; equus adhinniens, libidinosos adolescentes [88]. Formica vero actuosissima [ad hoc comparata est], ut desidem et pigrum exstimulet : quando enim quis inertem et otiosam agit juventutem, tum ab animantibus ratione destitutis eruditur, increpitus a Scriptura dicentes : « Vade ad formicam, o piger, et æmulare videns vias « ejus, estoque illa sapientior [89]. » Cum enim videris illam sibi opportuno tempore cibos recondentem, imitare ; et bonorum operum fructus tibi ipse in futura sæcula, velut in thesaurum colligito. Et iterum : *Perge ad opem, et disce quam operosa sit* [90*] : quomodo omnium generum flores circumcursans, mel tibi ad utilitatem conficit, ut et tu divinas Scripturas circumiens, tuam ipsius salutem prehenses ; et illis exsatiatus dicas : « Quam dulcia « faucibus meis eloquia tua ! super mel et favum « ori meo [90]. »

ΙΓ'. Τίς ἐν ἀνθρώποις θηρίων πάντων οἶδε κἂν τὰ ὀνόματα ; ἤ τίς ἑκάστου δύναται διασκέψασθαι τὴν φυσιολογίαν ; Εἰ δὲ τῶν θηρίων μόνον οὐδὲ τὰ ὀνόματα γινώσκομεν, πῶς τὸν ποιητὴν αὐτῶν καταληψόμεθα ; Ἓν τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσταγμα, τὸ λέγον· Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ θηρία καὶ κτήνη καὶ ἑρπετὰ, κατὰ γένος· καὶ διάφοροι φύσεις ἐκ μιᾶς πηγῆς (2) γεγόνασιν ἑνὶ προστάγματι· πρόβατον ἡμερώτατον καὶ λέων σαρκοβόρος· καὶ διάφοροι ζώων ἀλόγων κινήσεις, μιμήσεις ἔχουσαι διαφόρων προαιρέσεων ἀνθρωπίνων· ἵνα ἀλώπηξ μὲν δηλώσῃ τὸ ἐν ἀνθρώποις δολερόν· ὄφις δὲ, τῶν φίλων τοὺς ἰοβόλους· ἵππος δὲ χρεμετιστὴς, τῶν νέων τοὺς ἀκολάστους· μύρμηξ δὲ ὁ γοργώτατος (3), ἵνα διεγείρῃ τὸν ὀκνηρὸν, τὸν νωθρόν· ὅταν γαρ τις ἀργὴν ἔχῃ τὴν νεότητα, τότε ὑπὸ τῶν ἀλόγων ζώων διδάσκεται, διελεγχόμενος ὑπὸ τῆς θείας Γραφῆς, λεγούσης. Ἴθι πρὸς τὸν μύρμηκα, ὦ ὀκνηρὲ, καὶ ζήλωσον ἰδὼν τὰς ὁδοὺς (4) αὐτοῦ, καὶ γενοῦ ἐκείνου σοφώτερος. Βλέπων γὰρ ἐκεῖνον ἑαυτῷ εὐκαίρως θησαυρίζοντα τὴν τροφὴν, μιμοῦ, καὶ θησαύρισον σεαυτῷ καρποὺς ἔργων ἀγαθῶν εἰς τοὺς μέλλοντας αἰῶνας. Καὶ πάλιν· Πορεύθητι (5) πρὸς τὴν μέλισσαν, καὶ μάθε ὡς ἐργάτις ἐστί· πῶς ἄνθη παντοῖα περιτρέχουσα, συντίθησί σοι πρὸς ὠφέλειαν τὸ μέλι· ἵνα καὶ αὐτὸς περιερχόμενος τὰς θείας Γραφὰς, τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας περιδράξῃ, καὶ τούτων ἐμφορούμενος εἴπῃς· Ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου ! ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον (6) τῷ στόματί μου.

XIV. Nunquid ergo non glorificatione potius opifex dignus ? Quid enim, etiamsi tu naturam non

ΙΑ'. Ἀρα οὐχὶ δοξάζεσθαι μᾶλλον ὁ τεχνίτης ἄξιος ; Τί γάρ ; εἰ καὶ σὺ μὴ πάντων γινώσκεις τὴν ὑπό-

[85] Job XXXIX, 26. [86] ibid. 27. [87] Gen. I, 24, 25. [88] Jerem. V, 8. [89] Prov. VI, 6. [89*] ibid. 8, *sec.* LXX. [90] Psal. CXVIII, 103.

(1) Περιπεποίκιλται διὰ τῶν πτερῶν. In editis habetur solum, πεποίκιλται. At lectio nostra est codd. Coisl., Casaub. et Roe, quamvis postremus hic librarii errore habeat, περιποίκιλται. Voces, διὰ τῶν πτερῶν, addidimus ex præfatis codd. Ottoboniano, Basilii, ac versione Grodecii. Paulo post, ex Roe, Casaub. et Bas. 2, scripsimus, ὑπερπτάντα, cum in editis legatur ὑπὲρ πάντα. Inferius voces, ἀπὸ γὰρ τοῦ θείου προστάγματος, propter repetitionem vocis ἱέραξ, in editis omnibus prætermissa, restitutæ sunt a Millesio, ex codd. Roe et Casaub., quibus accedunt Coisl. et Ottob.

(2) Ἐκ μιᾶς πηγῆς. Ita restituimus ex codd Roe et Casaub. loco μιᾶς φωνῆς, *ex una voce ;* quia idipsum est quod postea dicitur ἑνὶ προστάγματι. Grodecius legit, ἐκ μιᾶς γῆς, *ex una terra*, ut habent Basiliani.

(3) Ὁ γοργώτατος. Editi, ὁ γεωργότατος, *formica agriculturæ studiosissima.* Sed colligit fruges formica, non seminat, nec arat. Codd. Coisl., Roe, Casaub., Basil et Grod. sequimur.

(4) Ἰδὼν τὰς ὁδούς. Vox ἰδὼν abest a codd. Coisl., Colb., Roe, Casaub., Bodl. et editione G. Morelii : facile crediderim eam in aliis codicibus ex sacro textu adjectam esse. In cod. Ottob. habetur εἰδώς. Infra, post βλέπων voci ἐκεῖνον præponitur verbum φησί in codd. Ottob., Roe, et Casaub., ac versione Grodecii. At in cod. Coisl. eidem voci ἐκεῖνον postponitur.

(5) Πορεύθητι. Hæc Scripturæ ad explorandum imitandumque apis exemplum cohortatio abest ab Hebræo, et Vulgata et Complut. LXX editione ; habetur in Romana, et a multis Patribus citatur. Post περιδράξῃ, legitur in Basilianis, διὰ τῶν ἀθανάτων καὶ ἐπουρανίων ἀνθῶν.

(6) Καὶ κηρίον. Desunt hæ duæ voces in codd.

στασιν, ἤδη ἀργὰ καὶ τὰ γενόμενα ; μὴ γὰρ πασῶν βοτανῶν δύνασαι γνῶναι τὴν ἐνέργειαν ; ἢ τὴν ὠφέλειαν δύνασαι μαθεῖν πᾶσαν, τὴν ἐκ παντὸς ζώου προχωροῦσαν ; ἤδη καὶ ἐξ ἰοβόλων ἐχιδνῶν ἀντίδοτοι προεχώρησαν (1) εἰς σωτηρίαν ἀνθρώποις. Ἀλλ' ἐρεῖς μοι· Δεινὸς ὁ ὄφις. Φοβοῦ τὸν Κύριον, καὶ οὐ δυνήσεταί σε βλάψαι. Σκορπίος πληκτικός· φοβοῦ τὸν Κύριον, καὶ οὐ πλήξει σε. Λέων αἱμοβόρος· φοβοῦ τὸν Κύριον, καὶ παρακαθήσεταί σοι, ὡς τῷ Δανιήλ. Ἔστι δὲ θαυμᾶσαι ἀληθῶς καὶ τῶν ζώων τὴν ἐνέργειαν· πῶς τὰ μὲν ἐν κέντροις, ὥσπερ ὁ σκορπίος, ἔχει τὸ ὀξύ· ἑτέροις δὲ ἐν τοῖς ὀδοῦσιν ἡ δύναμις· καὶ ἄλλα δι' ὀνύχων καταγωνίζεται· βασιλίσκῳ δὲ τὸ βλέμμα ἡ δύναμις. Ἐκ τῆς ποικίλης οὖν δημιουργίας, νόησον τοῦ Δημιουργοῦ τὴν ἐνέργειαν (2).

ΙΕ'. Ἀλλ' ἴσως ταῦτα οὐ γινώσκεις· μηδέν σοι καὶ τοῖς ἔξωθέν σου ζώοις. Εἴσελθε λοιπὸν εἰς σεαυτόν, καὶ ἐκ τῆς σῆς ὑποστάσεως νόησον τὸν τεχνίτην. Τί μεμπτὸν (3) ἐν τῷ σώματί σου πέπλασται ; Κράτει σεαυτοῦ, καὶ οὐδὲς ψαῦλον ἐκ πάντων τῶν μελῶν. Ἐξ ἀρχῆς ὁ Ἀδὰμ ἐν τῷ παραδείσῳ γυμνὸς ἦν μετὰ τῆς Εὔας, ἀλλ' οὐ διὰ τὰ μέλη ἦν ἀπόβλητος. Οὐκ ἄρα τὰ μέλη τῆς ἁμαρτίας αἴτια· ἀλλ' οἱ χρώμενοι τοῖς μέλεσι κακῶς· σοφὸς δὲ ὁ τῶν μελῶν ποιητής. Τίς ὁ παρασκευάσας εἰς τεκνογονίαν μήτρας ὄγκους ; τίς ὁ τὸ ἄψυχον ἐν αὐτῇ ψυχώσας ; τίς ὁ νεύροις καὶ ὀστέοις ἡμᾶς ἐνείρας, δέρμα δὲ καὶ κρέας περιβαλών, καὶ ἅμα τῷ γεννηθῆναι τὸ βρέφος, ἔκ μαστῶν πηγὰς γάλακτος ἐκφέρων ; Πῶς τὸ μὲν βρέφος εἰς παιδίον αὔξει, καὶ τοῦτο εἰς νεανίαν, εἶτα εἰς ἄνδρα· καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς εἰς πρεσβύτην μεταβάλλεται, μηδενὸς καταλαμβάνοντος τῆς μεταβολῆς τὴν καθ' ἡμέραν ἀκρίβειαν ; Πῶς τῆς τροφῆς τὸ μὲν ἐξαιματοῦται, τὸ δὲ εἰς προχώρησιν διακρίνεται (4), τὸ δὲ εἰς σάρκα μεταβάλλεται ; Τίς ὁ τὴν καρδίαν ἀεικινήτως κινῶν ; τίς ὁ τὴν ἀπαλότητα τῶν ὀφθαλμῶν τῇ τῶν βλεφάρων περιβολῇ σοφῶς ἀσφαλισάμενος ; Περὶ γὰρ τῆς ποικίλης καὶ θαυμασίας τῶν ὀφθαλμῶν κατασκευῆς, αἱ πολύστιχοι τῶν ἰατρῶν μόγις ἐξηγοῦνται βίβλοι. Τίς ὁ τὴν μίαν ἀνπανοὴν εἰς ὅλον τὸ σῶμα

A noris omnium, idcircone otiosa sunt quæ quidem creata fuere ? Potesne herbarum omnium vires animo complecti ? aut potes omnem quæ ex quovis animali prodit, utilitatem addiscere ? Jam vero ex ipsis venenatis viperis profecta sunt mortalibus ad salutem antidota. Dices vero mihi : At horrendus est anguis. Time Dominum, et tibi nocere non poterit. Scorpius pungendo valet : Dominum verere, teque ille non punget. Leo sanguinis vorax : Dominum time, et ut olim Danieli [91], sic tibi assidebit. Vere autem admirandæ animalium ipsorum vires; quomodo alia, sicut scorpius, in aculeis acumen habeant; aliorum vis posita sit in dentibus ; alia unguibus depugnent ; basilisco demum in aspectu sit [nocendi] potestas. Ex diversa igitur opificii B ratione, efficaciam opificis intellige.

133 XV. At hæc tibi fortasse nota non sunt : nihil tibi cum animalibus quæ extra te sunt posita, commune ; in teipsum superest ut ingrediare, et ex tua ipsius natura artificem nosce. [92] Quidnam in tuo corpore reprehensione dignum conditum est ? Te ipsum contine, nihilque pravum ex omnibus membris exsistet. Ab initio nudus erat Adam cum Eva in paradiso ; nec propter membra opprobrio ac rejectione dignus erat. Non igitur membra peccati sunt causa, sed ii qui membris male utuntur ; sapiens vero, artifex membrorum. [93] Quis est qui ad liberorum procreationem uteri cava præparavit ? quis inanimatum fetum in ipso animavit ? quis nervis et ossibus nos connexuit, pellemque et carnem circumduxit [94] ; et simulatque natus est C infans, ex uberibus lactis fontes expromit ? Quomodo infans in puerum crescit, ex puero in juvenem, deinde in virum, et idem rursus in senem mutatur ; nemine quid quaque die mutationis præcise fiat, deprehendente ? Quomodo alimentum partim quidem in sanguinem convertitur, partim vero in excrementum secernitur, partim in carnem transmutatur ? Quis est qui indeficienti cor agitat motu ? qui oculorum teneritudinem palpebrarum amplexu tam sapienter munivit ? Nam de varia et

[91] Dan. VI, 18. [92] *Vid. cat.* 4, *n.* 22, *et cat.* 12, n. 30. [93] *Vid. cat.* 12, *n.* 30. [94] Job x, 11.

Ottob., Roe, Casaub. et Basil., nec habentur in Psalteriis nostris, tam Græco quam Latino. Eas tamen innumeri Patres tam Latini quam Græci legere. Et habentur in veteribus Psalteriis Latinis, atque etiam fortassis Græcis.

(1) Προεχώρησαν. Editi, προεδόθησαν. Secuti sumus codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub. et Basil. Nota Manichæos, quos in hac catechesi sæpe castigat Cyrillus, animantes sævam naturam sortitas ad calumniam Creatoris traxisse, ut videre est apud Titum Bostrensem, lib. II *cont. Manich.*, qui hoc eorum argumentum fuse, et iisdem quibus Cyrillus rationibus confutat.

(2) Ἐνέργειαν. Basiliani codd., ἀόρατον ἐνέργειαν, *invisibilem operationem :* adduntque, ἡ δὲ ἀόρατός τε καὶ ἀκατάληπτος. Τίς διηγήσεται τοῦ ἐνεργοῦντος τὴν οὐσίαν; *hæc autem invisibilis et indeprehensa.* D *Quis operantis substantiam enarrabit ?* Inferius vero, loco νόησον τὸν τεχνίτην, habent, νόησον τὸν ἑαυτοῦ τε καὶ πάντων πλούσιόν τε καὶ μεγαλόδωρον ἀγαθὸν τεχνίτην, *considera tuum ipsius, imo omnium divitem et manificum bonum opificem.*

(3) Τί μεμπτόν, etc. Hanc Cyrilli sententiam cum argumento ex primis parentibus adducto exscribere videtur S. Nilus, lib. II, epist. 168. Hæc autem cum insigni additamento et varietate repræsentantur in Basilianis codd., ut ad calcem hujus catechesis exhibemus.

(4) Τὸ δὲ εἰς προχώρησιν διακρίνεται. Hæc verba in codd. Roe, Casaub. et Coisl., transposita sunt, et collocata inferius n. 16, inter εἰρημένων et ἀναγινωσκομένων. In Ottob. vero in his duobus locis habentur.

admirabili oculorum structura, vix grandes medicorum sufficienter edisserunt libri. Quis unicam respirationem in totum corpus distribuit ? Vides, homo, artificem, vides sapientem Conditorem.

XVI. Hæc nunc tibi sermo noster fusius explanavit; prætermissis multis, et aliis innumerabilibus rebus, maxime incorporeis et invisibilibus; ut eos odio prosequaris qui sapientem bonumque artificem conviciis proscindunt : et ex his quæ dicta lectaque sunt, quæque ipse reperire aut cogitare poteris, ex magnitudine et pulchritudine creaturarum, proportione servata, auctorem ipsarum conspicias[95] : pieque flectens genu coram universorum factore : sensibilium dico et intelligibilium, visibilium et invisibilium : grata memorique, ac benedicenti lingua, labiis non deficientibus et corde laudes Deum, dicens : « Quam admirabilia sunt opera « tua, Domine ! omnia in sapientia fecisti[96]. » Te enim decet honor, gloria et magnificentia, et nunc, et in sæcula sæculorum. Amen.

διαδούς ; Βλέπεις, ἄνθρωπε, τὸν τεχνίτην, βλέπεις τὸν σοφὸν (1) Δημιουργόν.

ΙΖ'. Ταυτα σοι νῦν ἐπλάτυνεν ὁ λόγος, πολλῶν καὶ ἄλλων μυρίων καταλελειμμένων, καὶ μάλιστα τῶν ἀσωμάτων καὶ ἀοράτων· ἵνα μισήσῃς μὲν τοὺς βλασφημοῦντας τὸν σοφὸν καὶ ἀγαθὸν τεχνίτην· ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων (2) καὶ ἀναγινωσκομένων, καὶ ὧν ἂν αὐτὸς εὑρεῖν ἢ νοῆσαι δυνηθείης, ἐκ μεγέθους κτισμάτων καὶ καλλονῆς ἀναλόγως τὸν γενεσιουργὸν θεωρήσας· γόνυ κάμπτων εὐσεβῶς τῷ τῶν ὅλων ποιητῇ· τῶν αἰσθητῶν λέγω καὶ νοητῶν, ὁρατῶν τε (3) καὶ ἀοράτων· μετ' εὐγνώμονος καὶ εὐφήμου γλώττης, ἀδιαλείπτοις τε χείλεσιν ἀνυμνῇς (4) καὶ καρδίᾳ τὸν Θεὸν, λέγων· Ὡς θαυμαστὰ τὰ ἔργα σου, Κύριε ! πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. Σοὶ γὰρ πρέπε (5) τιμὴ, δόξα, καὶ μεγαλωσύνη, νῦν τε καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν

[95] Sap. XIII, 5. [96] Psal. CIII, 24.

(1) Τὸν σοφόν. Coisl., Roe, Casaub., τὸν σόν. Iidem inferius pro μυρίων ferunt μαρτυρίων.

(2) Τῶν εἰρημένων. Codd. Ottob., τῶν νῦν εἰρημένων, *quæ nunc dicta sunt.*

(3) Ὁρατῶν τε. Encliticam τε addidimus ex codd. Ottob., Roe et Casaub.

(4) Ἀνυμνῇς. Ex codd. Ottob., Roe, Casaub. et Coisl. emendamus quod prave legitur in editis ἀνυμνήσω. Quanquam in Coisl. et Ottob. amanuensis imperitia scriptum est ἀνομνεῖς. In Bodl. cod. legitur ἀνομνήσῃς.

(5) Σοὶ γὰρ πρέπει. Horum et sequentium verborum loco, catechesis sic concluditur in codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub., et apud Grod. : Ὧ καὶ τιμὴ (deest καί in Coisl., Ottob. et Grod.) καὶ δόξα, μεγαλοσύνη, καὶ κράτος, πρὸ παντὸς τοῦ (deest τοῦ, Ottob.) αἰῶνος, καὶ εἰς πάντας τοὺς ἀτελεύτους αἰῶνας. Ἀμήν. « Cui et honor, et gloria, et magnificentia, et « imperium ante omne sæculum, et in omnia inde- « sinentia sæcula. Amen.

134 *APPENDIX HUJUS CATECHESIS..*

« In iis codicibus, quibus hæc oratio sub nomine Homiliæ sancti Basilii *De incomprehensibili Deo* con- « tinetur, nonnulla ad hoc argumentum accommodate mutata sunt ; sed finis præsertim grandi acces- « sione ac varietate insignis est, quam hic repræsentare juvat. Loco itaque verborum num. 15 τί μεμπ- « τόν, et seqq., sic habetur in præfatis mss. »

Quidnam in tuo corpore dignum reprehensione fabricatum est ? dic in medium prodiens. Mentis tuæ sententiam moderare, nihilque ex omnibus membris pravi exoritur ; horum enim unumquodque ad usum nostrum necessarie factum est. Cogitationem tuam ad pietatem erudi, divinis mandatis obtemperans esto : et nullum eorum peccat, in his propter quæ facta sunt, operantia quæque et subservientia. Nisi volueris, prave non videt oculus : non exaudit auris quæ minime oporteat : non extenditur manus ad pravam usurpationem ; non pes sed ad injustitiam promovet ; non aliena adamas ; non fornicari ; non proximi uxorem concupiscis. E corde prava supprime : scito quomodo a Deo effictus es, et mage gratias habebis ei qui te efformavit. Ab initio nudus erat Adam in paradiso delicians ; cumque mandatum accepisset, non autem

Τί μεμπτὸν ἐν τῷ σώματί σου πέπλασται ; λεγε παρελθὼν εἰς μέσον. Κράτει σεαυτοῦ τῆς γνώμης, καὶ οὐδὲν φαῦλον ἐκ πάντων τῶν μελῶν. Ἕκαστον γὰρ τούτων ἀναγκαίως εἰς ἡμετέραν χρῆσιν γέγονε. Παίδευσον τὸν σὸν λογισμὸν εἰς εὐσέβειαν, ἀνέχου τῶν τοῦ Θεοῦ προσταγμάτων· καὶ οὐδὲν τούτων ἁμαρτάνει, ἐνεργοῦντα καὶ ὑπηρετούμενα ἐν οἷς κατεσκευάσθη. Ἐὰν μὴ θέλῃς, οὐκ ὀφθαλμὸς ὁρᾷ κακῶς· οὐκ ἀκούει οὖς τὰ μὴ δέοντα· οὐ χεὶρ ἐκτείνεται ἐπὶ τὴν κακὴν πλεονεξίαν· οὐ ποῦς βαδίζει ἐπὶ τὴν ἀδικίαν· οὐκ ἐρᾷς τῶν ἀλλοτρίων· οὐ πορνεύεις, οὐκ ἐπιθυμεῖς τὴν τοῦ πλησίον γυναῖκα. Κόλασον ἀπὸ καρδίας τὰ πονηρά· ἴσθι, ὡς ἐπλάσθης ὑπὸ Θεοῦ, καὶ εὐχαριστήσεις μᾶλλον τῷ δημιουργήσαντί σε. Ἐξ ἀρχῆς ὁ Ἀδὰμ γυμνὸς ἦν, τρυφῶν ἐν παραδείσῳ· καὶ λαβὼν τὴν ἐντολὴν, μὴ φυλάξας δὲ ταύτην, καὶ ἐκτείνας κακῶς τὴν χεῖρα [οὐ τῆς χει-

ρὸς τοῦτο βουλομένης, τῆς δὲ προαιρέσεως τὴν χεῖρα εἰς ὃ μὴ ἔδει ἐκτεινάσης), διὰ τὴν παρακοὴν καὶ ὧν ἔσχεν καλῶν ἐξέπεσεν. Οὕτως οὐ τὰ μέλη τοῖς χρωμένοις αἴτια τῆς ἁμαρτίας, ἀλλ' ἡ κακὴ διάνοια, ὥς φησιν ὁ Κύριος· Ἀπὸ γὰρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται λογισμοὶ πονηροί, πορνεῖαι, μοιχεῖαι, φθόνοι, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Ἐν οἷς βούλει, ἐν τούτοις ὑπηρετεῖταί σοι τὰ μέλη. Ταῦτα πρὸς ὑπηρεσίαν καλῶς τῆς ψυχῆς γέγονε· ταῦτα δοῦλα τῷ λογισμῷ κατεσκεύασται. Ἡνιόχησον ταῦτα καλῶς τῷ τῆς εὐσεβείας κινήματι· χαλίνωσον αὐτὰ τῷ τοῦ Θεοῦ φόβῳ· δουλαγώγησον αὐτὰ τῷ τῆς σωφροσύνης καὶ τῆς νηστείας πόθῳ, καὶ οὐδέποτε ἐπαναστήσεταί σοι τυραννοῦντα κατὰ σοῦ· φυλάξει δέ σε μᾶλλον, μειζόνως τὴν κατὰ τοῦ διαβόλου νίκην σοι προξενοῦντα, ἀπεκδεχόμενον καὶ τῆς νίκης τὸν ἄφθαρτον καὶ αἰώνιον στέφανον. Τίς ὁ διανοίγων οικους μήτρας ; τίς, etc.

A servavisset, sed prave extendisset manum, (non ita volente manu, sed animi desiderio manum quo non oportebat extendente) propter inobedientiam ab iis etiam quæ habebat bonis excidit. Ad eumdem modum membra non sunt utentibus peccati causa, sed mala animi inductio, sicut ait Dominus : « Ex corde *enim* prodeunt cogitationes malæ, fornications, adulteria, homicidia[97], » hisque similia. Quibus in rebus volueris, in his tibi membra subserviunt. Hæc optime ad animæ ministerium facta : hæc rationi serva constructa sunt. Ea præclare pietatis motu rege et aurigare ; ea Dei metu refrena ; ea temperantiæ jejuniique desiderio morigera subjice : neque unquam adversum te insurgent, tyrannidem exercentia : contra potius custodient, victoriam adversus diabolum sublimius B conciliantia, incorruptam quoque ac æternam victoriæ coronam exspectantem. Quis est qui matricis ædes aperit ? Quis, etc.

Sub finem hujus numeri, post σοφὸν Δημιουργὸν, sic habetur : Δόξασον αὐτὸν ἐν τοῖς ἀνεξιχνιάστοις αὐτοῦ ποιήμασι, καὶ μὴ περιεργάζου ὃν οὐ χωρεῖς γνῶναι, τίς τὴν οὐσίαν τυγχάνει. Κάλλιόν σοί ἐστι σιωπῆσαι, καὶ πίστει προσκυνεῖν, κατὰ τὴν θείαν φωνήν, ἢ τολμηρῶς ἐρευνᾷν ἃ μήτε σὺ ἐφικέσθαι δύνασαι, μήτε σοι ἡ Γραφὴ παρέδωκεν. Ταῦτά σοι νῦν ἐπλάτυνεν ὁ λόγος, ἵνα μισήσῃς μὲν τοὺς βλασφημοῦντας τὸν σοφὸν καὶ ἀγαθὸν τεχνίτην, ἵνα μᾶλλον εἴπῃς καὶ αὐτός· Ὡς θαυμάσια τὰ ἔργα σου, Κύριε ! πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. Σοὶ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, καὶ ἡ προσκύνησις, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Glorifica illum in investigandis ejus operibus, nec eum curiose scrutare, quem, quis secundum essentiam sit, capere non sufficis. Melius tibi silere, et per fidem adorare juxta divinam vocem : quam audacter ea scrutari, quæ neque tu attingere vales, nec tibi Scriptura tradidit. Hæc tibi nunc fusiori oratione disserui, ut eos, qui sapienti et bono artifici obtrectant, odio habeas, ut et ipse potius dicas : « Quam admirabilia sunt opera tua, Domine ! omnia in sapientia fecisti[98]. » Tibi gloria, et imperium, et adoratio, una cum sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[97] Matth. xv, 19. [98] Psal. CIII, 24.

CATECHESIS DECIMA

DE UNO DOMINO JESU CHRISTO.

135 ADMONITIO.

1. *Secundum symboli articulum duabus catechesibus exponens, in hac priores ejus articuli voces* unum Dominum Jesum Christum *interpretatur. Ac primo quidem contra Judæos agnoscendi Dei Filii necessitatem probans, quamobrem* unus *dicatur rationem reddit ; nempe ut occurratur hæreticorum fraudibus, qui propter diversas unius et ejusdem Christi appellationes, eum in diversos scindere sunt ausi* (num. 1). *Dehinc verum ejus et æternum, ipsi ex Creatoris titulo etiam ante incarnationem conveniens dominum ex veteribus Scripturis probat : cui dominio res omnes creatæ, etiam angeli subsint* (n. 2 et seqq.). *Transiens deinde* (n. 10) *ad duo nostri Servatoris nomina,* Jesum *et* Christum, *a duobus eximiis viris Josue et Aaron regnum ejus et sacerdotium exprimentibus gestata, duplicem vocis Jesu etymologiam ex Hebraicæ et Græcæ linguæ proprietate persequitur : juxta quam idem Salvator, et tam corporum quam animarum medicus sit. Christi vero appellationem ab unctione derivat, qua Christum ex omni æternitate a Patre sacerdotem constitutum ait, eumque ab omnibus prophetis et ab ipsis dæmonibus hoc nomine cogitum, quanquam a Judæis impie rejectum, ostendit. Christum propter ef-*

fusam divinitatis suæ bonitatem, suam cum hominibus appellationem communicasse miratur (n. 16) : *ac defenso a novitatis invidia Christianorum nomine, Christi vim et potestatem commendat, ex Apostolorum, et in primis Pauli olim hostis ac persecutoris præconio* (n. 17 et 18). *Conglobatisque omnis generis de Christi virtute, gloria, et præsenti potestate testimoniis, brevi ad fidem et dignam Christiano nomine vitam adhortatione sermonem claudit* (n. 19).

II. *Maxime notanda sunt quæ in hac oratione tradit de variis Christi nominibus ; sempiterno ejus sacerdotio ; præsenti et efficaci virtute in dæmones, qui ejus nomine invocato a fidelibus expelluntur ; in morbos corporales eodem modo sanatos ; in hominum mentes quos ad suam religionem, quamvis ignotos et inimicos traduxit. Christi ante incarnationem exsistentiam probat multis Veteris Testamenti auctoritatibus* (n. 6, 7, 8), *quæ tametsi a Patribus omnibus antiquis adhibitæ, parum tamen momenti jam habere videntur ad vim Hebraici textus expensæ. Christum a prophetis visum, et ipsum Moysi locutum assumpta tamen specie, supponit secundum veteres Ecclesiæ theologos* (n. 7 et 8) ; *quod in angelum Dei nomine loquentem, jam inde ab Augustino Latinorum turba conferre solet. Æternum Christi nomen et sacerdotium asserit* (n. 14), *quod humanitati assumptæ proprium esse jam in confesso est. At ea de re in præviis huic operi dissertationibus speciatim egimus. In probanda Christi ante incarnationem exsistentia et dominatu multis immoratur : quod tum propter Judæos facit, tum etiam contra Gnosticos, qui Patrem in Veteri Testamento visum volebant ; tum etiam, ut puto, contra Marcellum Ancyranum ; cui hujus ætatis episcopi imputare solent, quod post Paulum Samosatensem Verbum nonnisi post incarnationem Filium Dei, Christum, et Dominum esse dixisset ; nec in secundo fallebatur Marcellus.*

III. *In hac catechesi n.* 14, *citat homiliam a se in synaxi Dominica die præcedenti navitam, in lectionem credo ex Epistola ad Hebræos desumptam, qua occasione de æterno Christi sacerdotio disputaverat. Cumque catecheses* XI *et* XII *subsequentibus diebus pronuntiatæ sint, istam oportet vel feria secunda, vel primis hebdomadæ tertiæ aut quartæ diebus peroratam esse. Recensita est a nobis ad codd. Coisl., Colb., Ottob., Roe, Casaub., Bodl., ad ms. cod. cujus variantes in libro S. Genovefæ ad marginem ascriptæ sunt. Notandum in codd. Bodl., Colb. et in editione G. Morelii ingentem lacunam esse a verbis n.* 10 : Ὅτι τότε ἀπέστη ὁ διάβολος, *etc., usque ad hæc n.* 19, ἥλιος νῦν λάμπων, *sed hæc lacuna in Moreliano S. Genovefæ libro a quodam docto viro suppleta est ad calcem, ex manuscr. distincto a veteri codice, cujus variantes ad marginem annotavit.*

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ Ι'

ΦΩΤΙΖΟΜΕΝΩΝ,

Ἐν Ἱεροσολύμοις σχεδιασθεῖσα, εἰς τὸ, Καὶ εἰς ἕνα Κύριον (1) Ἰησοῦν Χριστόν· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους α' Ἐπιστολῆς· Καί γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ, εἴτε ἐν οὐρανῷ εἴτε ἐπὶ γῆς· ἀλλ' ἡμῖν εἷς θεὸς, ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

—

[138] CATECHESIS X ILLUMINANDORUM

In illud : « Et in unum Dominum Jesum Christum. » Et lectio (2) ex prima ad Corinthios Epistola : « Nam etsi sunt qui dicantur dii, sive in cœlo, sive super terram : nobis tamen unus est Deus, Pater, « ex quo omnia et nos in ipsum ; et unus Dominus, Jesus Christus, per quem omnia et nos per ipsum [99]. » et quæ sequuntur.

—

I. [1] Qui *in unum Deum Patrem omnipotentem* credere edocti sunt, *in unigenitum* quoque *Filium* credere debent. Qui enim negat Filium neque Patrem habet [2]. *Ego sum ostium*, ait Jesus [3] : *nemo venit ad*

A Α'. Οἱ πιστεύειν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα δεδιδαγμένοι, καὶ εἰς Υἱὸν μονογενῆ πιστεύειν ὀφείλουσιν. Ὁ γὰρ ἀρνούμενος τὸν Υἱὸν, οὐδὲ τὸν Πατέρα ἔχει. Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα, φησὶν ὁ

[99] I Cor. VIII, 5, 6. [1] *Vide cat.* VII, *n.* 1 *et* 2. [2] I Joan. II, 23. [3] Joan. X, 9.

(1) Καὶ εἰς ἕνα Κύριον. Præpositionem εἰς adjecimus ex codd. Ottobon., Coislin., Roe, Casaub., Grod. et ipso Cyrillo hunc articulum referente cat. hujus num. 4, et alibi. In mox relato Apostoli loco Coislin. omittit θεοί, sed post θεοί adjungitur in Ottob., πολλοί. Quod etiam legit Cyrillus hujus cat. n. 10, hunc locum recitando. Id sumptum ex verbis in textu S. Pauli sequentibus, quæ in hac citatione et infra a Cyrillo transiliuntur : Ὥσπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ, καὶ κύριοι πολλοί. At ea in suo exemplari hic legit Grodec. In codd. vero Roe et Casaub. legitur tantum prima pars horum verborum, ὥσπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοί. Vox ὁ Πατήρ deest in Coisl. cod.

(2) Lectio hæc confirmatur ex cat. 10.

Ἰησοῦς. οὐδεὶς εἰσέρχεται πρὸς τὸν Πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ. Ἐὰν γὰρ ἀρνήσῃ τὴν θύραν, ἀποκέκλειστταί σοι ἡ πρὸς τὸν Πατέρα γνῶσις (1). Οὐδεὶς ἐπιγινώσκει Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, καὶ ᾧ ἂν Υἱὸς ἀποκαλύψῃ· ἐὰν γὰρ ἀρνήσῃ τὸν ἀποκαλύπτοντα, μένεις ἐν ἀγνωσίᾳ. Ἀπόφασίς ἐστιν ἐν Εὐαγγελίοις λέγουσα· Ὁ μὴ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν, οὐκ ὄψεται ζωήν· ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ μένει ἐπ' αὐτόν· ἀγανακτεῖ γὰρ Πατὴρ Υἱοῦ τοῦ μονογενοῦς ἀθετουμένου. Δεινὸν μὲν γὰρ βασιλεῖ καὶ τὸν στρατιώτην ἁπλῶς ἀτιμασθῆναι· ὅταν δὲ τῶν ἐνδοξοτέρων τις ὑπασπιστῶν ἢ φίλων ἀτιμασθῇ, τότε προστίθεται μείζων ἡ ὀργή· ἐὰν δὲ καὶ αὐτόν τις τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ βασιλέως ὑβρίσῃ, τίς παρακαλέσει πατέρα ὑπὲρ υἱοῦ μονογενοῦς ἀγανακτοῦντα;

A *Patrem, nisi per me* [4]. Si ostium negaveris, præclusa tibi est ad Patrem [ducens] cognitio. « Nemo novit « Patrem, nisi Filius, et cui Filius revelarit » [5]. Nam si eum qui revelat negaveris, mansurus es in ignorantia. Sententia est in Evangeliis aiens : « Qui non cre- « dit in Filium, non videbit vitam; sed ira Dei manet « super eum » [6]. Indignatur enim Pater, dum Filius ejus unigenitus honore privatur. Grave quidem regi est, si quis vel militem solummodo contumeliose habuerit; cum vero aliquis ex honoratioribus, sive satellitibus sive amicis, indecore habitus fuerit, ira major accenditur : at si quis ipsum unicum regis filium contumelia affecerit, ecquis patrem unigeniti filii causa commotum leniet atque exorabit?

Β'. Εἴ τις οὖν εὐσεβεῖν εἰς Θεὸν βούλεται, προσκυνείτω τὸν Υἱὸν, ἐπεὶ οὐ παραδέχεται τὴν λατρείαν ὁ Πατήρ. Πατὴρ οὐρανόθεν ἐπεφώνησε (2) λέγων· Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱὸς μου ὁ ἀγαπητὸς, εἰς ὃν ἐγὼ ηὐδόκησα. Εὐδόκησεν ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ· ἐὰν μὴ καὶ σὺ εὐδοκήσῃς, ζωὴν οὐκ ἔχεις. Μὴ συμπαραφέρου (3) τοῖς Ἰουδαίοις, πανούργως λέγουσι τὸ, Εἷς Θεὸς μόνος· ἀλλὰ μετὰ τοῦ εἰδέναι, ὅτι εἷς Θεὸς, γίνωσκε ὅτι καὶ Υἱός ἐστι Θεοῦ μονογενής. Ἐγὼ τοῦτο πρῶτος οὐκ εἶπον, ἀλλ' ὁ Ψαλμῳδὸς ἐν προσώπου τοῦ Υἱοῦ (4) λέγει· Κύριος εἶπε πρὸς μὲ, Υἱός μου εἶ σὺ. Μὴ οὖν τί λέγουσιν οἱ Ἰουδαῖοι πρόσεχε, ἀλλὰ τί λέγουσιν οἱ προφῆται. Θαυμάζεις εἰ ἀθετοῦσι τῶν προφητῶν τὰ ῥήματα, οἱ τοὺς προφήτας λίθάσαντες καὶ ἀποκτείναντες;

B II. Si quis igitur pius in Deum esse velit, Filium adoret; alioqui cultum ejus non est admissurus Pater. Pater e cœlo acclamavit dicens : « Hic est Fi- « lius meus dilectus, in quo mihi bene complacui » [7]. In Filio complacitum est Patri: nisi tibi quoque complaceat, vitam non es habiturus. Ne te una cum Judæis pessum abripi patiare, qui improbe vafreque aiunt, *Unus est Deus solus.* Sed una cum ea cognitione, quod unus est Deus, agnosce simul esse unigenitum Filium Dei non ego primus hoc dixi, sed Psaltes ex persona Filii ait : « Dominus dixit **137** « ad me, Filius meus es tu » [8]. Ne itaque ad id quod Judæi dicunt, sed ad id quod prophetæ loquuntur, attende. Miraris si despiciunt prophetarum voces, qui ipsos prophetas lapidarunt, et neci dederunt?

Γ'. Σὺ πίστευε εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ (5)· ἕνα δὲ λέγομεν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἵνα μονογενὴς ᾖ ἡ υἱότης· ἕνα λέγομεν, ἵνα μὴ ὑπονοήσῃς ἄλλον· ἕνα λέγομεν, ἵνα μὴ τὸ πολυώνυμον τῆς ἐνεργείας εἰς

C III. Tu crede « in unum Dominum Jesum Christum « Filium Dei unigenitum. Unum » vero dicimus Dominum Jesum Christum, ut unica sit filietas; unum dicimus, ne enuntiatam multis nominibus illius efficientiam multos in filios impie diffundas. Dicitur

[4] Joan. XIV, 6. [5] Matth. XI, 27. [6] Joan. III, 36. [7] Matth. III, 17. [8] Psal. II, 7.

(1) Γνῶσις. Ita omnes mss. et editi codices. Casaubonus legendum conjicit, εἰσέλευσις, *ingressus;* quod sane melius cum sensu auctoris et phraseos constructione quadrat; nam si legatur γνῶσις, nulla videtur inter hoc et sequens membrum distinctio; cum in priori neget Patrem adiri posse nisi per Filium, in altero cognosci posse nisi per eumdem. Forte scripsit Cyrillus, ἕνωσις, *unio conjunctio.*

(2). Ἐπεφώνησε. Editi, ὑπεφώνησε. Secuti sumus lectionem cod. Coisl. cui finitima est codicis Bodl., ἐπεφώνησε. In eodem argumento usus est Cyrillus voce ἐπηχέω, cat. 3, n. 14, et προσφωνέω, cat. 11, n. 9, quæ ἐπιφωνέω similiores.

(3) Συμπαφέρου. In editis, συμπεριφέρου. Emendavimus ex Coisl. et Ottob. codd. Voce συμπεριφέρυσθαι, utitur semper in bonam partem Cyrillus, ut attemperationem et accommodationem Dei ad homines ex benignitatis fonte significet. Sic infra num. 5. Paulo post, ante εἷς Θεός secundo loco positum ex codd Coisl, Roe, Casaub., adjecimus, ὅτι. Ambo postremi cum Ottobon. post Θεός subjungunt μόνος.

(4) Τοῦ Υἱοῦ. Male in editis, τοῦ Θεοῦ. Juxta codd. Coisl. et Ottob., et versionem Grodecii scripsimus, Υἱοῦ· in codd. Roe et Casaub. legitur, Ἰησοῦ. Post εἶ σύ, additur in Ottob. quod sequitur *in psal.:* Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· *Ego hodie genui te,* quæ etiam legit Grodecius.

(5) Τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ. Hæc verba addidi ex Grod. ac codd Coisl. et Ottobon., sequentia, Ἕνα δὲ λέγομεν Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, ex Ottob. et Coisl. in quo habetur Ἰησοῦν τὸν Κύριον Χριστόν· quo loco pro Ἰησοῦν legendum forte Υἱόν, accommodate ad sequentia. Verba, ἵνα μονογενὴς ᾖ ἡ υἱότης, desunt in Grod. Articulum masculinum qui erat in editis ante μονογενής, sustuli auctoritate codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub., at in Coisl. habetur υἱότητος, nullo sensu. Vox μονογενής non est hic substantiva, sed abjectiva; quod in auctoribus ecclesiasticis passim et in Cyrillo ipso reperitur. Μονογενής vero seu unica dicitur a Cyrillo filiatio divina, seu ad exclusionem plurium in divinis filiationum quas Gnostici numerabant; quo sensu cat. 18, num. 8, post Clementem Romanum, phœnicem vocat *avem unicam,* ὄρνεον μονογενές· seu ad commendandam singularem et nulli alteri comparandam divinæ nativitatis rationem et modum; quomodo Gregor. Nyss., lib. VII *contra Eunom.*, pag 632, ait generationem Christi μονογενῆ non futuram, si ullam cum alia communitatem aut societatem haberet: Πῶς γὰρ ἂν εἴη μονογενὴς αὕτη ἡ γένεσις, εἰ κοινωνίαν κατὰ τὴν ἔμφασιν καὶ ταυτότητα πρὸς ἄλλην γένεσιν ἔχει;

enim janua [9]: verum ne ligneam, ex hac appellatione, januam esse putes; sed rationabilem, viventem, et ingredientium discrimen facientem. Via vocatur [10]; non quæ pedibus conculcetur, sed quæ ad cœlestem Patrum ducat. Ovis vocatur; non irrationabilis, sed quæ per pretiosum sanguinem suum orbem a peccatis mundat; quæ coram tondente ducitur, et cognoscit quandonam silere præstet [11]. Ovis illa rursum pastor appellatur, qui ait: *Ego sum pastor bonus* [12]: ovis propter humanam naturam, pastor propter divinitatis benignitatem. Vis autem nosse quod rationales sint oves? Dicit apostolis Servator: *Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum* [13]. Leo iterum nominatur [14]; non vorator hominum: sed ea appellatione naturæ propriæ regiam dignitatem, firmumque ac confidentiæ plenum robur veluti commonstrans. Leo quoque dicitur, ut opponatur leoni adversario rugienti, et errore deceptos devoranti [15]. Venit enim Salvator, non suæ naturæ mansuetudinem demutans; sed tanquam leo potens de tribu Juda [16], credentibus quidem salutem afferens, adversarium vero proculcans. Lapis appellatur [17], non inanimus, et humanis manibus excisus [18]; sed lapis angularis, in quem si quis crediderit, non confundetur [19].

IV. Christus vocatur [20] (1); non humanis linitus manibus, sed æternum a Patre in sacerdotium humanis rebus superius perunctus [21]. Mortuus nominatur [22], non permanens inter mortuos, ut [reliqui] omnes in inferno; sed solus in mortuis liber [23]. Filius hominis dicitur [24]: non ut nostrum unusquisque nativitatem consecutus e terra (2), sed venturus in nubibus judicare vivos **138** et mortuos [25]. Dominus vocatur [26]: non abusive, ut ii qui in ho-

πολλοὺς υἱοὺς ἐχχέῃς δυσσεβῶς. Λέγεται γὰρ θύρα· ἀλλὰ μὴ ξυλίνην (3) εἶναι νόμιζε τὴν προσηγορίαν, ἀλλὰ θύραν λογικὴν, ζῶσαν, διακριτικὴν τῶν εἰσερχομένων· ὁδὸς καλεῖται, οὐ ποσὶν πατουμένη, ἀλλ' ὁδηγοῦσα πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς Πατέρα· πρόβατον καλεῖται, οὐκ ἄλογον, ἀλλὰ τὸ διὰ τοῦ τιμίου αἵματος αὐτοῦ καθαρίζον τὴν οἰκουμένην τῶν ἁμαρτιῶν· τὸ ἀγόμενον ἐνώπιον τοῦ κείροντος, καὶ γινῶσκον πότε δεῖ σιωπᾷν. Τοῦτο τὸ πρόβατον πάλιν καλεῖται ποιμήν, ὁ λέγων· Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός· πρόβατον διὰ τὴν ἀνθρωπότητα, ποιμὴν διὰ τὴν φιλανθρωπίαν τῆς θεότητος. Καὶ θέλεις γνῶναι, ὅτι πρόβατά ἐστι λογικά; λέγει τοῖς ἀποστόλοις ὁ Σωτήρ· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων. Λέων πάλιν καλεῖται, οὐκ ἀνθρωποβόρος, ἀλλὰ τὸ βασιλικὸν καὶ στερρὸν καὶ πεποιθὸς τῆς ὑποστάσεως διὰ τῆς προσηγορίας ὥσπερ ἐνδεικνύμενος· λέων δὲ καλεῖται ἀπεναντίας τῷ λέοντι τῷ ἀντιδίκῳ, τῷ ὠρυωμένῳ καὶ τοὺς ἠπατημένους καταπίνοντι· ἦλθε γὰρ ὁ Σωτὴρ, οὐ μεταβαλὼν τὸ πρᾶον τῆς φύσεως τῆς ἑαυτοῦ· ἀλλ' ὡς λέων δυνατὸς ἐκ φυλῆς Ἰούδα, σώζων μὲν τοὺς πιστεύοντας, καταπατῶν δὲ τὸν ἀντίδικον. Λίθος καλεῖται, οὐκ ἄψυχος ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων λατομούμενος, ἀλλὰ λίθος ἀκρογωνιαῖος, εἰς ὃν ὁ πιστεύσας οὐ καταισχυνθήσεται.

Δ'. Χριστὸς καλεῖται, οὐ χερσὶν ἀνθρωπίναις κεχρισμένος, ἀλλ' ὑωὸ τοῦ Πατρὸς ἀϊδίως εἰς τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον (4) ἀρχιερωσύνην χρισθείς. Νεκρὸς καλεῖται· οὐκ ἀπομείνας ἐν νεκροῖς, ὡς πάντες ἐν ᾅδῃ· ἀλλὰ μόνος ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος. Υἱὸς ἀνθρώπου καλεῖται, οὐχ ὡς ἕκαστος ἡμῶν ἐκ γῆς τὴν γέννησιν ἐσχηκώς, ἀλλ' ἐρχόμενος ἐπὶ τῶν νεφελῶν κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Κύριος καλεῖται, οὐ καταχρηστικῶς ὡς οἱ ἐν ἀνθρώποις (5), ἀλλὰ ὡς φυσικὴν καὶ

[9] Joan. x, 7. [10] Joan. xiv, 6. [11] Act. viii, 32; Isa. liii, 7. [12] Joan. x. 11. [13] Matth. x. 16. [14] Gen. xlix, 9; Apoc. v, 5. [15] I Petr. v, 8. [16] Apoc. v, 5. [17] Psal. cxvii, 22; I Petr. ii, 4. [18] Dan. ii, 34. [19] Isa. xxviii, 16. [20] Matth. i, 16. [21] Act. iv, 27; Hebr. v, 5. [22] Apoc. i, 18. [23] Psal. lxxxvii, 5. [24] Matth. xvi, 13. [25] Matth. xxiv, 30. [26] Luc. ii, 11.

(1) *Christus vocatur*, etc. Christum duplici unctione consecratum a Patre censuit: prima eaque æterna ut Deum, qua sacerdos est ab æterno constitutus; hanc commemorat tum hic, tum infra n. 14, et cat. 11, n. 15; de ea dicemus ad numerum hujus catecheseos 14, pag. 143; secunda temporali, qua ut homo unctus est Spiritu sancto a Patre, eum totius mundi Salvatorem constituente, cat. 21, n. 2. Utrique applicat eumdem psalmi xliv versiculum: *Propterea unxit te Deus*, etc. Christum existimat, non humanæ, sed sublimioris naturæ appellationem esse, quæ vulgaris his temporibus opinio erat.

(2) *Non... nativitatem consecutus e terra*. Hanc admonitionem sæpius repetendam judicavit, ut cat. 4, n. 15, et cat. 15, n. 10, idque semper ad ultimum Christi adventum refert; ut excludatur tum Antichristus qui in terris olim proditurus est, tum reliqui impostores, qui Christi nomen sibi olim imposuere vel imposituri sunt. Hic autem præter supremum Christi adventum, primum quoque respexisse videtur, Spiritus sancti virtute in Virginis utero factum; dum negat Christum e terra generationem habuisse. Sed aliter Græca reddi possunt: *non ut nostrum unusquisque qui e terra nativitatem habuimus*; ἐσχηκώς referendo non ad Υἱὸς ἀνθρώπου, sed ad ἕκαστος.

(3) Ἀλλὰ μὴ ξυλίνην, etc. Pro ἀλλὰ μὴ νόμιζε, codd. Roe et Casaub., ἵνα μὴ νομίσῃς. Verbum εἶναι adjecimus ex cod. Coisl.

(4) Ἄνθρωπον. Ita ex Coisl. scripsi. Editi, ἀνθρώπων.

(5) Ὡς οἱ ἐν ἀνθρώποις. Articulum οἱ supplevimus ex Ottobon., Roe, Casaub. et Coislin. Sequentes voces, ἀλλὰ ὡς φυσικὴν καὶ ἀΐδιον ἔχων κυριείαν, ex Roe et Casaub. solis addidimus: iis detractis, phrasi isti membrum unum deesse videtur; cum præcedentes et subsequentes phrases omnes duplici membro instructæ sint, quorum posterius incipit per ἀλλὰ. Naturale esse Filio dominium constans Cyrilli sententia est, sæpe inferius repetita, ut num. seq., ἐκ φύσεως τὸ τῆς κυριότητος ἔχων ἀξίωμα, et num. 9, οὐχ ἁρπάσας τὸ κυριεύειν, ἀλλὰ παρ' αὐτοπροαιρέτου λαβὼν φυσικῶς. Quod autem Filio naturale est, id sine dubio ab æterno acceptum: unde n. 9 jam citato, ait Filium a Patre accepisse dominatum, haud quasi ante non haberet, et in Ottob. cod. sæpius legitur Christum esse Dominum absque principio, ἀνάρχως. Verum dominii rationem repetit ex creatione, quod fusius edisserit cat. 11, n. 22, et diserte affirmat istius n. seq. Filium prius esse conditorem, postea Dominum: πρῶ-

ἀΐδιον ἔχων κυριείαν. Ἰησοῦς καλεῖται φερωνύμως, ἐκ τῆς σωτηριώδους ἰάσεως ἔχων τὴν προσηγορίαν. Υἱὸς καλεῖται, οὐ θετικῶς προαχθείς, ἀλλὰ φυσικῶς γεννηθείς (1). Καὶ πολλαὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰσιν αἱ προσηγορίαι. Ἵνα τοίνυν μὴ τὸ πολυώνυμον τῆς προσηγορίας πολλοὺς υἱοὺς ποιήσῃ σε νομίζειν· καὶ διὰ τὰς πλάνας τῶν αἱρετικῶν, τῶν λεγόντων ἄλλον μὲν εἶναι τὸν Χριστὸν, ἄλλον δὲ τὸν Ἰησοοῦ, ἄλλον δὲ τὴν θύραν, καὶ τὰ λοιπά· προασφαλίζεταί σε ἡ πίστις, λέγουσα καλῶς· εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν· εἰ γὰρ καὶ πολλαὶ αἱ προσηγορίαι, ἀλλ' ἓν τὸ ὑποκείμενον.

Ε'. Ἑκάστῳ δὲ ποικίλος ὁ Σωτὴρ γίνεται πρὸς τὸ συμφέρον. Τοῖς μὲν γὰρ εὐφροσύνης χρείαν ἔχουσιν, ἄμπελος γίνεται· τοῖς δὲ χρείαν ἔχουσιν εἰσελθεῖν, ἔστηκε θύρα· καὶ τοῖς χρείαν ἔχουσι προσενέγκαι τὰς εὐχὰς, ἔστηκε μεσίτης ἀρχιερεύς. Πάλιν τοῖς ἔχουσιν ἁμαρτίας γίνεται πρόβατον, ἵνα ὑπὲρ αὐτῶν σφαγιασθῇ. Τοῖς πᾶσι γίνεται πάντα, μένων αὐτὸς κατὰ φύσιν ὅπερ ἐστί. Μένων γὰρ καὶ ἔχων τὸ τῆς υἱότητος ἀληθῶς ἀπαράτρεπτον ἀξίωμα, κάλλιστος οἷά τις ἰατρὸς καὶ διδάσκαλος συμπαθὴς, συμπεριφέρεται ταῖς ἡμετέραις ἀσθενείαις· Κύριος ὢν (2) κατὰ ἀλήθειαν, οὐκ ἐκ προκοπῆς τὸ κυριεύειν λαβὼν, ἀλλ' ἐκ φύσεως τὸ τῆς κυριότητος ἔχων ἀξίω-

minibus sunt ;[27] sed tanquam naturalem et æternum habens dominatum. Jesus nominatur congruo sibi nomine[28], a salutari medicina appellationem habens[29, 30] Filius vocitatur[31] ;[32] non per adoptionem promotus, sed naturaliter genitus. Et multæ sunt sane nostri Servatoris appellationes : ut ne igitur appellationum multitudo multorum tibi filiorum opinionem efficiat ; et propter errores(3)hæreticorum, qui alium esse Christum dicunt, alium Jesum, alium ostium, et sic de reliquis : præmunit te fides recte habens : *in unum Dominum Jesum Christum*. Quamvis enim nuncupationes sint numero multæ, una tamen iis omnibus subjecta res est.

V. Unicuique vero secundum quod ipsi conducit, varius Salvator efficitur.[33] Quibus lætitia opus est, illis vinea fit[34] : iis qui ingredi opus habent, ostium[35] : iis qui preces offerendas habent, constitutus est mediator[36] summus sacerdos[37]. Rursus habentibus peccata fit ovis, ut pro ipsis mactetur. Omnibus efficitur omnia,[38] manens ipse secundum naturam id quod est. Manens enim, et vere nulli obnoxiam conversioni filii dignitatem obtinens, optimus tanquam medicus compatiensque magister, ad nostras sese demittit infirmitates : cum sit Dominus secundum veritatem : non ex profectu adeptus (4) id quod dominus est, sed ex natura do-

[27] *Vide infra n.* 5 *et seqq.* [28] Matth. I, 21. [29] *Vide infra n.* 11 *et* 13. [30] *Vide cat.* 11 *ab initio ad n.* 8. [31] Matth. III, 17 ; Psal. II, 7. [32] *Vide cat.* 11 *usque ad n.* 21. [33] *Id. homil. in Paral.* n. 9. [34] Joan. XV, 1. [35] Joan. X, 7. [36] I Tim. XI, 5. [37] Hebr. VII, 26. [38] I Cor. IX, 22.

τὸν Ποιητὴς, εἶτα Κύριος. Quomodo igitur ab æterno Dominus sit, qui in tempore conditor? Atqui ex Cyrillo cat. 11, num. 21, eodem modo cum de Filio agitur, de domini atque de regis titulo sentiendum est ; amboque illi eadem creationis ratione conveniunt. Regem autem ab æterno Christum esse graviter et copiose propugnat, tum cat. 4, n. 7, tum maxime cat. 14, n. 26. In quo naturæ dignitatem spectat.

(1) Φυσικῶς γεννηθεις. Codd. Roe et Casaub. habent, θεϊκῶς φύσει γεννηθεὶς ἐκ τοῦ Θεοῦ, *divine per naturam ex Deo genitus*. Post προσηγορίαι, verba, ἵνα τοίνυν, et sequentes lineæ usque ad ἀλλ' ἓν τὸ ὑποκείμενον exclus. prætermittuntur in codd. Colb., Bodl. et Morel., non dubium propter repetitionem vocis προσηγορίαι excidisse.

(2) Κύριος ὤν. Addit Ottob., ἀνάρλως. *absque initio*. Vide cat. 11, n. 4.

(3) *Propter errores*, etc. Multi hujusmodi exstitere. In primis Jesum a Christo distinxere, Cerinthus auct. Iren., lib. I, c. 26, n. 1 ; Ophitæ ex eod., lib. I, c. 30, n. 12 ; Marcion ex Justino, apolog. 2, pag. 70 et 92 ; Tertull., lib. I *contra Marcion.*, c. 6 ; Valentiniani non solum Jesum a Christo distinguebant, sed et multos alios ex divisis et inter plures partitis Christi appellationibus et dotibus confingebant : nempe Noun sive Monogenem, Logon sive Verbum, alium Monogenem, Sophiam seu Sapientiam, ejus filiam Enthymesim sive Achamoth, Christum, Jesum seu Salvatorem, Horum tandem, quem Lytrotem, hoc est Redemptorem nominabant. Hos potissimum respexisse Cyrillus videtur. Ubi autem legimus, ἄλλον δὲ τὴν θύραν, suspicatur Millesius legendum, τὸν Σωτῆρα, *alium vero Salvatorem*, quod ex elementorum similitudine facile contingere potuisse probat. Nec ei dubium est ita contigisse, opiniones veterum hæreticorum consideranti, et in primis hunc Irenæi locum, lib. III, cap. 16, n. 8 : « Alterum quidem Jesum intelligunt, alterum « autem Christum, et alterum Unigenitum : ab hoc « autem rursum esse Verbum, et alterum Salvato- « rem. » Cui loco alius plane similis est Præfat. in lib. IV, n. 3. Quanquam autem conjectoris ingenium laudamus, persuaderi nobis non potest Cyrillum τὴν θύραν non scripsisse. Hic enim omnes illas appellationes, quas Christo in Scripturis tributas longo ordine recensuit, capitulatim resumit, ut probant verba καὶ τὰ λοιπά. Harum autem prima est januæ appellatio. Præterea idem est Cyrillo, idemque erat Valentinianis Jesu et Salvatoris nomen ; quamobrem frigidam ejusdem tituli repetitionem, atque ignotam hæreticis duorum vocabulorum distinctionem intulisset. Quod si ad aliquem Valentinianorum Æonem respexerit in hoc loco, facile crediderim januæ nomine eorum Horon sive Terminum, quem Lytroten supra ab iis appellatum diximus, designari. Huic enim simile quoddam janitori officium deputabant, ex Iren., lib. I, c. 2, n. 4 ; c. 3, n. 5.

(4) *Non ex profectu adeptus*, etc. His verbis oppugnat hæresim Pauli Samosatensis, qui teste Athanas. orat. 2, num. 13, negabat Christum ante incarnationem et crucem, regem ac Dominum fuisse. Vide Cyrill. catech. 4, n 7 ; cat. 14, n. 26 et 28. Id autem tunc temporis apud Græcos ita in confesso erat, ut neque id negare auderent Ariani, ut ex variis Athanasii locis patet. Latini vero hoc titulos, non tanquam naturæ, sed uti officii nomina spectantes, aliquando negant Deum ante Dominum et regem fuisse, quam creaturas haberet suæ dominationi et regno subjectas. Vide Tertull., *contra Hermogenem*, c. 4, et auctorem commentarii *in Psalmos* sub nomine Rufini, *in ps.* XVII. Contra Græci ; ut patet ex Athanasio, orat. 2, n. 12, 13, 14, et aliis locis ; Cyrillo Alexandrino, *in cap.* XVII *Joan.*, 8, scribente : Ἦν ἀεὶ Κύριός τε καὶ βασιλεὺς καθ' ὃ φύσει Θεός, etc. : *Erat ab æterno Dominus et rex, qua-*

minatus dignitatem habens. [39] Non abusive instar nostri Dominus appellatus, sed veritate dominus exsistens : quandoquidem nutu Patris propriis dominatur opificiis. Nos quidem jus dominii exercemus in homines nobis honore pares, et iisdem affectionibus obnoxios ; sæpe etiam in majores natu ; ac juvenis non raro herus famulis imperat senioribus. At in Domino nostro Jesu Christo non est hujusmodi dominii **139** ratio. Primum enim factor [ac auctor est], postea Dominus : [40] prius voluntate Patris fecit omnia, deinde in res a se factas dominatur.

A μα· καὶ οὐ καταχρηστικῶς ὡς ἡμεῖς Κύριος καλούμενος, ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ κύριος ὤν· ἐπειδὴ νεύματι. Πατρὸς κυριεύει τῶν οἰκείων δημιουργημάτων. Ἡμεῖς μὲν γὰρ ἔχομεν τὸ κυριεύειν ἀνθρώπων ἰσοτίμων καὶ ὁμοιοπαθῶν, πολλάκις δὲ καὶ προγενεστέρων· καὶ νέος πολλάκις δεσπότης οἰκετῶν ἄρχει πρεσβυτέρων. Ἐπὶ δὲ τοῦ Κυρίου (2) ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὸ κυριεύειν οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πρῶτον ποιητής, εἶτα Κύριος· πρῶτον ἐποίησε θελήματι Πατρὸς τὰ πάντα, εἶτα κυριεύει τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων.

VI. *Christus Dominus* est ille, qui *natus est in civitate David* [41]. Vis vero addiscere quod cum Patre etiam ante inhumanationem (1) est Christus Dominus ; ut non solum fide recipias id quod dicitur, verum etiam demonstrationem habeas ex Veteri Testamento ? accede ad primum librum qui Genesis est ; ait Deus : *Faciamus hominem*, non, ad imaginem meam, sed, *ad imaginem nostram* [42]. Et postquam factus esset Adam, dicit : *Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum* [43]. Nec enim ad Patrem solum divinitatis dignitatem restrinxit, verum una etiam Filium comprehendit : ut declararetur hominem non solius Dei opus esse, sed Domini quoque nostri Jesu Christi, qui et ipse verum est Deus. Hic ipse Dominus qui cum Patre cooperatur, cooperatus est et circa Sodoma, juxta Scriptu-

ζ'. Χριστὸς ὁ Κύριός (3) ἐστιν ὁ τεχθεὶς ἐν πολει Δαβίδ. Καὶ θέλεις γνῶναι, ὅτι σὺν τῷ Πατρὶ καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεώς ἐστι Χριστὸς Κύριος· ἵνα μὴ μόνον τῇ πίστει παραδέξῃ τὸ λεγόμενον, ἀλλὰ καὶ ἀπόδειξιν λάβῃς ἀπὸ τῆς Παλαιᾶς Γραφῆς ; ἐλθὲ ἐπὶ τὴν πρώτην βίβλον τὴν Γένεσιν· λέγει ὁ Θεός· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον, οὐ, κατ' εἰκόνα ἐμὴν, ἀλλὰ, κατ' εἰκόνα ἡμετέραν· καὶ μετὰ τὸ γενέσθαι τὸν Ἀδάμ, φησί· Καὶ ἐποίησε Κύριος (4) τὸν ἄνθρωπον· κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. Οὐ γὰρ περιώρισεν εἰς τὸν Πατέρα μόνον τὸ τῆς θεότητος ἀξίωμα, ἀλλὰ συμπεριέλαβε καὶ τὸν Υἱόν· ἵνα δειχθῇ, ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὐ μόνον Θεοῦ ποίημα, ἀλλὰ καὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὄντος καὶ αὐτοῦ Θεοῦ ἀληθινοῦ (5). Οὗτος ὁ Κύριος ὁ τῷ Πατρὶ συνεργαζόμενος, συνήργησε καὶ ἐπὶ Σοδόμων, κατὰ τὴν λέγουσαν

[39] *Vide cat.* 11, *n.* 22 ; *Hom. in Paral. n.* 5. [40] *Vide cat.* 11, *n.* 21. [41] Luc. II, 11. [42] Gen. I, 26. [43] ibid. 27.

tenus natura Deus. Omitto, regnum et dominium Christi sæpe a theologis referri ad ejus humanitatem solere.

(1) *Cum Patre etiam ante inhumanationem.* Varios hic oppugnat hæreticos, qui Christum ante incarnationem, vel in totum exstitisse negabant, vel saltem distinctum a Patre : aut eum jam tum filium, vel regem ac dominum fuisse. In his qui ante Mariam omnino exstitisse inficiabantur, sunt omnes pene qui Christum nudum hominem prædicabant, Ebio, Carpocrates, Artemas, Theodotus, de quibus dixi ad catech. 7, num. 7, not. 3. Alii hujus erroris sunt accusati, quanquam nonnullam Filio, sed non satis distinctam a paterna exsistentiam tribuerent. Sic Beryllus negabat Christum, antequam ex Maria nasceretur, in propriæ personæ differentia exstitisse, ex Hieron , *Catalog. scrip. eccles* , in *Beryllo*, et Eusebio, lib. VI, c. 33. Sabellius eo modo negabat Christum subsistere ante sæcula, ex Hilar., lib. I *De Trin.*, n. 26, tunc primum Filium a Patre distinguens, (nominibus intellige, non personis), *cum in Virginis utero se Pater extendo corporavit*, ait Hilar. lib. VI *De Trin.*, n. 11. Paulus Samosatenus, ex Athan., orat. 1, n. 25, et *De synod.*, n. 45, pag. 759, sentiebat Filium non esse ante Mariam, sed ab illa exsistendi initium accepisse. Marcello Ancyrati et Photino imputant Orientales episcopi apud Athan., *De synod.*, n. 26, art. 5 et 6, eorum sententia Christum ipsum Filium Dei, mediatorem et imaginem Dei, non fuisse ante sæcula ; sed eo tempore ipsum Christum et Filium Dei factum esse, ex quo nostram carnem ex Virgine assumpsit ; et ex eo tempore initium regni Christum habuisse. Verba Marcelli in fragmentis librorum suorum ab Eusebio repræsentatis, lib. II contra eumdem, cap. 2. pag. 37, et lib. I *De eccles. theolog.*, cap. 18. pag. 81 et 82, Verbum ante incarnationem Filium fuisse disertis verbis videtur inficiari. Photinus vero Christum negabat antequam ex Maria natus est, Christum esse ; aiens eum cum ex ea natus est, esse cœpisse, ex Hilar., lib. X *De Trin.*, n. 50, et Epiph., hæresi LXXI, n. 1, fuisse nimirum Verbum in Patre latentem et indistinctum ab eo ; nec Filium fuisse antequam ex Maria prodiret, sed per anticipationem tantum ita in veteribus Scripturis appellatum ; Epiph., ibid., n. 2, quam sententiam fuse refellit Athan. orat. 4, n. 13, 14 et 15, et Orientales episcopi in concilio Sirmiensi an. 351, apud Athan., *De synod.*, n. 27.

(2) Ἐπὶ δὲ τοῦ Κυρίου, etc. Loco ἐπεί, scripsimus, ἐπὶ, ex cod. Coisl. Et ex codd. Roe et Casaub. eliminavimus particulam καὶ male ante τοῦ Κυρίου insertam.

(3) Χριστὸς ὁ Κύριος. Particulam δέ, ante ὁ Κύριος in editis positam, rejecimus auctoritate codd. Roe, Casaub., Coisl. et Ottoboniani ; apud quem etiam prætermittitur articulus voci Κύριος præfixus. Paulo inferius cod. Coisl. post σὺν τῷ Πατρὶ adjectum habet verbum ἦν, *erat*.

(4) Ἐποίησε Κύριος. Codd. Coisl., Roe, Casaub. et Grod. habent ut in Scripturæ textu : Ἐποίησεν ὁ Θεός· *Fecit Deus*. Hæc autem verba quæ post formationem Adæ dicta vult Cyrillus, ante ipsam formationem, vel potius ipsam formationem narrando a Moyse dicta sunt.

(5) Ὄντος καὶ αὐτοῦ Θεοῦ ἀληθινοῦ. Hæc desunt in codd. Roe, Casaub. et vers. Grodec., at in cod. Ottob. non solum leguntur, sed etiam cum hoc additamento, ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, *cum sit ipse Deus verus ex Deo vero*.

Γραφήν· Καὶ Κύριος ἔβρεξεν ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμορρα πῦρ καὶ θεῖον, παρὰ Κυρίου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Οὗτος ὁ Κύριος ὤφθη τῷ Μωϋσεῖ (1) πάλιν ὡς ἐδύνατο ἰδεῖν. Φιλάνθρωπος γὰρ ὁ Κύριος, ἀεὶ συμπεριφερόμενος ἡμετέραις ἀσθενείαις.

Ζ'. Καὶ ἵνα δὲ γνῷς, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ τῷ Μωϋσεῖ ὀφθείς, δέξαι μαρτυρίαν Παύλου, λέγοντος· Ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός· καὶ πάλιν· Πίστει Μωϋσῆς κατέλιπεν Αἴγυπτον· καὶ μετ' ὀλίγα φησί· Κρείττονα πλοῦτον ἡγησάμενος τὸν ὀνειδεισμὸν τοῦ Χριστοῦ, τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θησαυρῶν. Οὗτος ὁ Μωϋσῆς φησι πρὸς αὐτόν· Ἐμφάνισόν μοι σεαυτόν. Βλέπεις, ὅτι (2) καὶ οἱ προφῆται τότε ἔβλεπον τὸν Χριστὸν, ἀλλὰ καθὸ ἐχώρου ἕκαστος· Ἐμφάνισόν μοι σεαυτὸν, γνωστῶς ἴδω σε. Ὁ δὲ φησι· Οὐδεὶς ὄψεται τὸ πρόσωπόν μου, καὶ ζήσεται. Διὰ τοῦτο τοίνυν, ἐπειδὴ (3) τὸ τῆς θεότητος πρόσωπον οὐδεὶς ἠδύνατο ἰδεῖν ζῶν, ἀνέλαβε τὸ τῆς ἀνθρωπότητος πρόσωπον, ἵνα τοῦτο ἰδόντες ζήσωμεν· καὶ ὅτε δὲ ἠθέλησε καὶ αὐτὸ τοῦτο δεῖξαι μετ' ὀλίγης ἀξίας, ὅτε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἔλαμψεν ὡς ὁ ἥλιος, οἱ μαθηταὶ πίπτουσι φοβηθέντες. Εἰ δὲ τὸ τοῦ σώματος πρόσωπον λάμψαν, οὐ καθὸ ἐδύνατο ὁ ἐνεργῶν (4), ἀλλὰ καθὸ ἐχώρουν οἱ μαθηταὶ, ἐφόβησεν αὐτοὺς, καὶ ὅμως ἐνέγκαι οὐκ ἐδυνήθησαν· πῶς εἰς τὸ τῆς θεότητος ἀξίωμα ἀτενίσαι τις ἠδύνατο. Μέγα, φησὶν ὁ Κύριος, ἐπιθυμεῖς, ὦ Μωϋσῆ· καὶ ἀποδέχομαί σου τὴν ἄπληστον ἐπιθυμίαν, καὶ τοῦτόν σοι τὸν λόγον ποιήσω· ἀλλὰ καθὸ χωρεῖς. Ἰδοὺ τίθημί σε εἰς τὴν ὀπὴν τῆς πέτρας· ὡς γὰρ μικρὸς, μενεῖς ἐν μικρᾷ περιγραφῇ.

Η'. Ὧδέ μοι λοιπὸν ἀσφάλισον, διὰ τοὺς Ἰουδαίους, τὸ λεχθησόμενον· ὁ γὰρ σκοπὸς ἡμῖν (5) ἀποδεῖξαι, ὅτι ἦν παρὰ τῷ Πατρὶ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστός

A ram aientem : « Et Dominus pluit super Sodoma et « Gomorrha ignem et sulphur, a Domino de cœlo[44]. » Iste rursus Dominus Moysi visus est; quantum hic videre potuit[45] Benignus enim est Domihus, semper ad nostras infirmitates sese indulgenter demittens.

VII. Et ut noveris ipsum esse qui Moysi apparuit, accipe testimonium Pauli dicentis : « Bibebant enim « de spiritali consequente petra : petra autem erat « Christus[46] ; » et iterum : « Fide Moyses reliquit Ægyptum[47] » et post pauca dicit : « Majores divitias « arbitratus probrum Christi quam Ægypti thesau- « ros[48]. » Moyses ad eum dicit : « Ostende mihi teip- « sum[49]. » Viden' quod et tunc prophetæ Christum videbant (6) verum quantum quisque capiebant. « Ostende mihi teipsum, scienter videam te[50]. » Ille autem ait : « Nemo videbit faciem meam, et vivet[51]. » Propterea sane, **140** quod divinitatis faciem vivens nullus videre poterat, humanitatis faciem assumpsit, ut hanc videntes viveremus[52]. Imo et quando eam ipsam cum modica quadam dignitate ostendere voluit, cum scilicet vultus ejus resplenduit ut sol, discipuli procumbunt timore conterriti[53]. Si igitur corporis facies splendescens non quantum poterat qui id operabatur, sed quantum ferre poterant discipuli, ipsos nihilominus conterruit, nec sustinere potuerunt : quomodo in ipsam quis deitatis majestatem posset inspicere? Magnum quiddam, inquit Dominus, concupiscis, o Moyses ; inexpletum tamen desiderium tuum approbo « et « hoc verbum tibi faciam[54] ; » verum ita ut tu capere potes. « Ecce pono te in foramen petræ[55] ; ut enim parvus es, in modica circumscriptione manebis.

VIII. Hic jam mihi propter Judæos, quod dicendum est tuto observa. Propositum namque nobis erat demonstrare quod apud Patrem erat Dominus

[44] Gen. XIX, 24. [45] Exod. III, 2, 6, et XXXIV, 5, 6. [46] I Cor. X, 4. [47] Hebr. IX, 27. [48] ibid 26, [49] Exod. XXXIII, 13. [50] ibid. [51] ibid., 20 [52] « Vid. cat. 12, n. 5. » [53] Matth. XVII, 2, 6, [54] Exod. XXXIII. 17. [55] ibid., 22.

(1) Μωϋσεῖ. Ita nomen hoc scripsimus ex codd. Coisl., Colb., Bodl. edit. an. 1608, et ex aliis hujus catecheseos locis, in qua etiam in impressis ita legitur. Alibi autem fere scribitur, Μωσῆς.

(2) Βλέπεις, ὅτι, etc. Hæc et sequentia verba, usque ad ἐμφάνισόν μοι σεαυτόν, propter hanc repetitionem prætermissa sunt in codd. Roe et Casaub.

(3) Ἐπειδή, etc. Hæc verba et sequentia usque ad Μέγα φησίν, exclus. citantur a Joan. Cyparissiot. Decade 6, cap. 4, *De apparit. div. luminis.*

(4) Ὁ ἐνεργῶν, Articulum ὁ addidimus ex codd. Roe et Casaub., atque ita videtur legisse Cyparissiotus, quantum ex ejus translatione per Turrianum intelligi potest. Loco ὁ ἐνεργῶν, cod. Coisl, habet ἐνεργοῦν, quod refertur ad πρόσωπον· sensusque est non incommodus : « si corporeus vultus « resplendens, non quantum poterat efficaciæ ha- « bens : » vereor tamen ut efficacia , et efficaciæ potestas vultui tribuenda sit.

(5) Ἡμῖν. Ita loco ὑμῖν scripsimus ex codd. Ottob., Colb., Roe, Casaub., Bodl., Morol. et Grodec. Infra ante Κύριος articulum ὁ adjecimus ex Coisl., Roe, Casaub., quibus tamen in codd. prætermittitur Χριστός.

(6) *Prophetæ Christum videbant.* Cyrillus ubique Patrem nunquam, sed Filium in Veteri Testamento a prophetis visum affirmat : vide cat. 14, n. 26 ; cat. 12, n. 13. Notum est hanc communem apud veteres, non solum ante-Nicænos, verum etiam post Nicænos Patres Græcos et Latinos ante Augustinum sententiam fuisse, apparitiones Veteris Testamenti in quibus Deus loquitur, non Deo Patri, quem adversus Gnosticos nunquam visum defendebant, sed Filio Patrem revelanti tribuendas. At negabant, uti Cyrillus, Verbum in propria et divina substantia visum esee ; neque enim mortalem naturam huic conspectui sustinendo parem esse; vide et cat. 12, n. 13 et 14 Quapropter quod Cyrillus ait, Deum approbasse Moysis desiderium videndi scienter, γνωστῶς, divinam faciem ; intelligendum de quadam forma ad Moysis captum attemperata, quam Christus Moysi tuendam obtulerit, qualem prophetæ cernebant : videlicet similitudinem quamdam gloriæ Domini, non ipsam gloriam, ut ait cat. 9, n. 1 Unde Dominum, cum Moysis desiderium, ut ipse capere poterat, adimpleret, *in nube* tectum descendisse dicit inferius num. 8.

Jesus Christus. Ait igitur Dominus ad Moysen : « Ego « præteribo prior te gloria mea, et vocabo in no- « mine Domini coram te [56]. » Qui ipse Dominus est, qualem vocat Dominum? Cernis, quomodo obscure docuit piam de Patre et Filio doctrinam. Et rursus in consequentibus ipsis verbis scriptum habetur : « Et descendit Dominus in nube, et præsens ibi fuit « illi, et vocavit nomine Domini ; et præterivit Do- « minus ante faciem ejus, et vocavit : Dominus, Do- « minus misericors et clemens, longanimis et mul- « tæ misericordiæ et verus ; et justitiam custodiens « et faciens misericordiam in millia, auferens ini- « quitates et injustitias et peccata [57]. » Deinde in consequentibus procumbens Moyses et adorans coram Domino qui vocabat, Patrem, dicit : « Una « autem gradiaris, Domine, nobiscum [58].

IX. Habes primam hanc demonstrationem. Aliam evidentem accipe. « Dixit Dominus Domino meo : « Sede a dextris meis [59]. » Dominus hæc dicit *Domino* non servo [60] ; sed Domino quidem omnium, sui autem Filio cui « omnia subjecit [61]. Quando autem dicit, « quod omnia subjecta sunt ei, sine dubio præter eum « qui subjecit ei omnia [62], *et quæ sequuntur* : ut sit « Deus omnia in omnibus [63]. » Omnium Dominus est unigenitus Filius : Filius vero ■■■ est Patris, morem ipsi gerens (1) qui dominatum non usurpavit,

Λέγει τοίνυν Κύριος πρὸς τὸν Μωϋσῆν· Ἐγὼ παρελεύσομαι πρότερός σου τῇ δόξῃ μου (2), καὶ καλέσω ἐν ὀνόματι Κυρίου ἐναντίον σου. Κύριος ὤν, ποῖον Κύριον καλεῖ ; Καὶ βλέπεις, ὅπως ἐπικεκαλυμμένως ἐδίδασκε τὸ εὐσεβὲς περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ δίδαγμα. Καὶ πάλιν ἐν τοῖς ἑξῆς αὐτολεξεὶ γέγραπται· Καὶ κατέβη Κύριος ἐν νεφέλῃ, καὶ παρέστη αὐτῷ ἐκεῖ, καὶ ἐκάλεσε τῷ ὀνόματι Κυρίου (3)· καὶ παρῆλθε Κύριος πρὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἐκάλεσεν· Κύριος, Κύριος οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων μακρόθυμος καὶ πολυέλεος καὶ ἀληθινὸς, καὶ δικαιοσύνην διατηρῶν, καὶ ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας, ἀφαιρῶν ἀνομίας καὶ ἀδικίας καὶ ἁμαρτίας. Εἶτα ἑξῆς, κύψας Μωϋσῆς καὶ προσκυνήσας (4) ἐνώπιον τοῦ Κυρίου τοῦ καλοῦντος τὸν Πατέρα, λέγει· Συμπορεύθητι δή, Κύριε, μεθ' ἡμῶν.

Θ'. Ἔχεις ταύτην πρώτην ἀπόδειξιν· δέξαι καὶ δευτέραν φανεράν. Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐξ δεξιῶν μου. Κύριος Κυρίῳ ταῦτα λέγει, οὐ δούλῳ· ἀλλὰ Κυρίῳ μὲν τῶν πάντων, Υἱῷ δὲ αὐτοῦ, ᾧ πάντα ὑπέταξεν. Ὅταν δὲ εἴπῃ, ὅτι πάντα αὐτῷ ὑποτέτακται, δῆλον, ὅτι ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα, καὶ τὰ ἑξῆς (5)· Ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσι. Κύριός ἐστι τῶν πάντων ὁ μονογενὴς Υἱός· Υἱὸς δὲ τοῦ Πατρὸς εὐπειθὴς, οὐχ ἁρπάσας τὸ κυριεύειν, ἀλλὰ παρ' αὐτοπροαιρέτου λα-

[56] Exod. xxxiii, 19. [57] Exod. xxxiv, 5-8. [58] ibid. 9. [59] Psal. cix, 1. [60] « Vid. cat. 7, n. 2. » [61] Hebr. ii, 8. [62] I Cor. xv, 27. [63] ibid. 28.

(1) *Morem gerens*, εὐπειθής. Eumdem Apostoli locum expedens cat. 15, n. 30, ait Filium Patri obedire, « non coactam obedientiam, sed spontaneum « animi obsequium præstantem : neque enim servum « esse ut ex necessitate subjiciatur ; sed filium, ut ex « voluntate et amore obsequens sit. » Quas sententias incertum videatur num de Christo homine an de Verbo ac Filio intelligat : at eum hic de superiori natura mentionem facere vix dubium est ; cum de eo loquatur qui ab æterno a Patre per generationem omnium rerum dominium accepit. Aliunde Patrem Fili etiam secundum superiorem naturam spectati caput et Deum dicit cat. 11, n. 14 et 19 ; sed alio prorsus modo quam creaturarum. Quanquam autem recte Gregor. Naz., orat. 36, n. 23, p. 580, dicat Filium quatenus Deus est neque obedientem neque inobedientem esse, his nihilominus temporibus innoxie dicebatur Filium quatenus filius est, et divinæ generationis ratione quodam recto sensu Patre minor, ipsi obedientem esse. Plures hujusmodi sententiæ apud Hilarium occurrunt, præsertim lib. VI *De Trin.*, n. 27 ; lib. IX, n. 50, 51, 53, et *De Synod.*, n. 51. Unum locum afferam ex lib. III « De Trin., n. 12 : Quis non Patrem potiorem « confitebitur ut unigenitum ab ingenito, ut eum qui « miserit ab eo qui missus sit, ut volentem ab eo qui « obediat ? Phœbad. contra Arianos *tom. V. Bib. PP. pag.* 303, « Subjectum Patri Filium, non Patris et Fi- « lii nomine ut sancta et catholica dicit Ecclesia, sed « creaturæ conditione profitemini. » Omitto episcopos auctores in concilio formulæ apud Athan. commemoratæ, *De synod.*, num 26, art. 9, ex qua confessione nonnulla Cyrillus derivasse videtur ; qui Patrem omnium et Filii etiam dominari tranun, παντοκράτορος πάντων, καὶ αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ, et Filium subjectum docent. Posterioribus etiam temporibus sanctus Paulinus Nolanus, epist. 19 n. 3, dixit : « Hoc Dei verbum, quia non necessitate subjecti, « sed Dei æqualis assensu, et pietatis officio obe- « diens Patri Filius, humiliavit se usque ad mortem « crucis : » et poem. 32, vers 83, de filii incarnatione et in terras adventu ex decreto Patris loquens scribit :

Paruit ille libens Deus omnia cum Patre concors,
Communem curans rem pietate pari

Taceo etiam Patres veteres qui Filium Patris servum dicere non tinuerunt. Tantum adjiciam hanc Filii erga Patrem obedientiam et subjectionem quam Cyrillus admittit, consistere in perfecta voluntatis inter ambos unitate ; qua, sicut deitate regno et operatione, sunt unum ambo, ut tradit cat. 11, n. 16, ut tamen Filius a Patre hæc omnia vi suæ generationis acceperit ; qua in re sola ejus subjectio consistit : nam Filium et Spiritum sanctum a generali rerum omnium servitute eximit, cat. 8, n. 5.

(2) Τῇ δόξῃ μου. Codd. Coisl. et Ottob. et vetus ms. Genov., ἐν τῇ δόξῃ μου. Cætera hujus Mosaici testimonii verba paulo aliter in nostris LXX editionibus habentur. In Rom. ed. : Καλέσω τῷ ὀνόματί μου, Κύριος ἐνάντιόν σου : Compl. : Καλέσω ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, Κύριος, etc. Aldina, et codex Alexandrinus proxime ad Cyrillum : Καλέσω τῷ ὀνόματι Κυρίου ἐναντίον σου.

(3) Τῷ ὀνόματι Κυρίου. Hæc verba et sequentia usque ad ἐκάλεσεν inclus. desunt in cod. Colb. et in impressis ante Oxon. editionem, in qua restituta sunt ex codd. Roe, Casaub., vers. Grodec. et sacro textu. His adjunge mss. Coisl, et Ottob. Ut locus iste intelligatur, observandum verba, *Dominus Dominus misericors*, quæ Vulgatæ auctor Moysi tribuit, juxta interpretes LXX et Hebræum textum ipsius Domini qui Moysi visus est verba esse. Ea vero Cyrillus in Christum confert de Patre loquentem : cumque Dominus de Domino dicat, hinc optime probat tam Christum quam Patrem ante incarnationem Dominum esse.

(4) Καὶ προσκυνήσας. Hæc verba addidi ex Coisl., Roe, Casaub., Ottob., Grod.

(5) Καὶ τὰ ἑξῆς. Loco horum verborum totus Apostoli locus describitur in codd. Colb., Bodl., et edit. Morelii ad hunc modum : Τότε καὶ αὐτὸς ὁ

δῶν φυσικῶς (1). Οὔτε γὰρ ὁ Υἱὸς ἥρπασεν, οὔτε Ηατὴρ ἐφθόνησε τῆς μεταδόσεως. Αὐτός ἐστιν ὁ λέγων· Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Πατρός μου· παρεδόθη μοι, οὐχ ὡς πρότερον μὴ ἔχοντι· καὶ τηρῶ καλῶς, οὐκ ἀποστερῶν τὸν δεδωκότα.

Ι'. Κύριος τοίνυν ἐστὶν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· Κύριος ὁ τεχθεὶς ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, κατὰ τὸν εἰρηκότα τοῖς ποιμέσιν ἄγγελον· Εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν μεγάλην, ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν Χριστὸς Κύριος σήμερον ἐν πόλει Δαβίδ· περὶ οὗ φησιν ἀλλαχοῦ τῶν ἀποστόλων τις· Τὸν λόγον ὃν ἀπέστελε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· οὗτός ἐστι πάντων Κύριος. Ὅταν δὲ εἴπῃ τὸ, πάντων, μηδὲν ὑπεξέλῃς τῆς κυριότητος. Εἴτε γὰρ ἄγγελοι, εἴτε ἀρχάγγελοι (2)· εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι· εἴτε τι ὑπὸ τῶν ἀποστόλων ὀνομαζόμενον γενητὸν, πάντα ὑπὸ τὴν κυριότητα τοῦ Υἱοῦ τυγχάνει. Ἀγγέλων ἐστὶ Κύριος, καθὼς ἔχεις ἐν Εὐαγγελίοις, ὅτι Τότε (3) ἀπέστη ὁ διάβολος ἀπ' αὐτοῦ, καὶ οἱ ἄγγελοι προσῆλθον καὶ διηκόνουν αὐτῷ· οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἐβοήθουν αὐτῷ, ἀλλὰ, διηκόνουν αὐτῷ· ὅπερ ἐστὶ δουλικῶς. Μέλλοντος αὐτοῦ γεννᾶσθαι ἐκ Παρθένου, ὑπηρέτει τότε ὁ Γαβριὴλ, οἰκεῖον ἀξίωμα λαβὼν τὴν ὑπηρεῖσαν αὐτοῦ. Μέλλοντος αὐτοῦ πορεύεσθαι εἰς Αἴγυπτον, ἵνα καταλύσῃ τὰ χειροποίητα τῆς Αἰγύπτου, πάλιν ἄγγελος κατ' ὄναρ φαίνεται τῷ Ἰωσήφ. Σταυρωθέντος αὐτοῦ καὶ ἀναστάντος, ὁ ἄγγελος εὐηγγελίσατο, καὶ λέγει ταῖς γυναιξὶν ὡς καλὸς οἰκέτης· Πορευθεῖσαι, εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ὅτι ἀνέστη, καὶ προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν· ἰδοὺ εἶπον ὑμῖν· μονονουχὶ Υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα· *Tunc et ipse Filius subjicietur ei, qui subjecit ei omnia.* At in Coisl. non solum ea verba prætermittuntur, sed etiam sequentia : Ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα, quod ex vocis τὰ πάντα repetitione factum. Post Κύριός ἐστι τῶν πάντων, adjicitur in Ottob., ἀνάρχως, *sine initio.* Idem verbum supra n. 5, p. 138, lin. 24, in simili loco in eodem codice additum vidimus.

sed a spontaneo ac volente naturaliter accepit Neque enim Filius rapuit, neque Pater Filio dominii traditionem invidit. Ipse est qui ait : « Omnia mihi « tradita sunt a Patre meo [64]. » Tradita vero non quasi prius carenti (4) mihi : et pulchre custodio, non privans largitorem.

X. Dominus est igitur Filius Dei ; Dominus natus in Bethlehem Judææ, juxta angeli ad pastores verba: « Evangelizo vobis gaudium magnum, quod natus est « vobis Christus Dominus hodie in civitate David [65]. » De quo alibi dicit quidam apostolorum : « Sermo- « nem quem misit filiis Israel, evangelizans pacem « per Jesum Christum : is est omnium Dominus [66]. » Quando autem dicit, *omnium*, nihil prorsus ejus dominio subtrahe ; sive enim angeli, sive archangeli, *sive principatus, sive potestates* [67]; sive aliud quidpiam e rebus factis quod ab apostolis nominetur [68] : omnia sunt Filii dominationi subjecta. Angelorum est Dominus, sicut habes in Evangeliis : « Tunc recessit « diabolus ab eo, et angeli accesserunt et ministra- « bant ei [69]. » Non enim ait, opitulabantur ei : sed, *ministrabant ei*, quod servilis officii est. Cum esset ille ex Virgine nasciturus, subservivit tunc Gabriel, propria sibi dignitate functus ut ei subserviret [70]. [71] Ipso in Ægyptum profecturo, ut manufacta Ægypti [numina] dirueret [72] (5), iterum angelus in somnis apparet Joseph [73]. Crucifixus cum resurrexisset, angelus annuntiavit, et seduli instar famuli dixit mulieribus : « Profectæ, dicite discipulis ejus « quod resurrexit, et præcedit vos in Galilæam ; ecce « dixi vobis [74]. » Quasi diceret : Non præterivi mandatum : **142** hoc testificor [me] dixisse vobis ; ut

[64] Matth. XI, 27. [65] Luc. II, 10. [66] Act. X, 36. [67] Coloss. I, 16. [68] Ephes. I, 21. [69] Matth. IV, 11. [70] Luc. I, 16. [71] *Vid. cat.* 17, *n.* 6. [72] Isa. XIX, 1. [73] Matth. II, 13. [74] Matth. XXVIII, 7.

(1) Ἀλλὰ παρ' αὐτοπροαιρέτου λαβὼν φυσικῶς. In Grod. versione deest interpretatio verbi φυσικῶς. At in Coisl., Roe et Casaub. codd. horum verborum loco leguntur ista : ἀλλ' ἔχων πρὸ αἰώνων, *sed habens ante sæcula.* Verba sequentia : οὔτε γὰρ ὁ Υἱὸς ἥρπασεν, ad complementum et sensus et constructionis adjecimus, ex Coisl., Ottob., Roe, Casaub. et Grodecio. Ea prætermitti fecit repetitio particulæ οὔτε. Non omittendum, quod in Ottob. post μεταδόσεως additur ταύτης, *eam traditionem invidit.* Sed loco μεταδόσεως legitur in Roe et Casaub., κυριότητος· *dominum non invidit.*

(2) Εἴτε ἀρχάγγελοι. Ea verba addidimus ex codd. Coisl., Colb., Roe, Casaub., Bodl., Grodec.

(3) Ὅτι τότε. Ea verba et sequentia usque ad finem *Catecheseos*, scilicet usque ad voces, Ἥλιος νῦν λάμπων, n. 19, desunt in codd. Bodl., Colb., et in editione G. Morelii.

(4) *Tradita vero non quasi prius carenti*, etc. Occupat Arianorum objectionem ex citato Scripturæ loco depromptam, quam his verbis commemorat Athanasius in Tractatu ad hæc verba tom. I, p. 103 : Φασὶ γάρ· Εἰ τὰ πάντα παρεδόθη (πάντα λέγοντες τὴν κυριότητα τῆς κτίσεως), ἦν ποτε ὅτε οὐκ εἶχεν ταῦτα· « Aiunt enim : Si omnia ei tradita sunt (omnium no- « mine rerum creatarum dominatum intelligentes), « fuit ergo aliquando [*tempus*] cum illa non habuerit. » Vide et orationem tertiam num. 35 et 36. Unde et Filium Patris principatui subjectum aiebant, quatenus ab eo esse, glorias, vitam accepisset, et omnia ei tradita essent : Καθὸ οὖν παρὰ τοῦ Θεοῦ τὸ εἶναι ἔχει, καὶ τὰς δόξας, καὶ τὸ ζῆν, καὶ τὰ πάντα αὐτῷ παρεδόθη· κατὰ τοῦτο ἀρχὴ αὐτοῦ ἐστιν ὁ Θεός. Ita loquitur Arius cum sequacibus apud Athan., *De synod.*, n. 16. Quod autem addit Cyrillus, hæc æterna et naturali Patris largitione Patrem ipsum non iis privari quæ tradidisset : id iterum Arianorum opinioni opponit, qui, nisi hæc in tempore et per creationem Filio tradita essent, Patrem aiebant iis se privaturum fuisse largiendo ; hæc enim eorum argumentatio est loco proxime citato, quem consule.

(5) *Ut manufacta Ægypti dirueret.* Accedit Cyrillus ad eam sanctorum Patrum sententiam qui ex citato ad marginem Isaiæ loco, aut etiam ex traditione quadam, dixere adventu Christi in Ægyptum hujus provinciæ idola corruisse. Vide Euseb., lib. VII *Dem. evang.*, cap. 20, pag. 296 ; Rufinum, lib. II *Vit. PP.*, cap. 7, pag. 460 ; Athan., *De Incarn. Verbi Dei*, num. 36, et *Epist ad Maxim.*, num. 4, etc.

si neglexeritis, nulla mei, sed eorum qui neglexere sit culpa. Iste igitur est, unus ille Dominus Jesus Christus, de quo etiam modo audita lectio hæc verba continet : « Nam etsi sunt qui dicantur dii multi « sive in cœlo, sive super terram, » et cætera, « nobis tamen unus est Deus, Pater, ex quo omnia et « nos in ipsum : et unus Dominus, Jesus Christus, « per quem omnia et nos per ipsum [75]. »

A τοῦτο λέγων· Οὐ παρέδην τὸ πρόσταγμα, μαρτύρομαι τὸ (1) εἰρηκέναι ὑμῖν· ἵν' ἐὰν ἀμελήσητε, μὴ κατ' ἐμοῦ ἢ τὰ τῆς μέμψεως, ἀλλὰ κατὰ τῶν ἀμελησάντων. Οὗτος τοίνυν ἐστὶν ὁ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, περὶ οὗ καὶ νῦν τὸ ἀνάγνωσμα λέγει· Καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ πολλοὶ, εἴτε ἐν οὐρανῷ, εἴτε ἐπὶ γῆς, καὶ ἐξῆς, ἡμῖν δὲ (2) εἷς ὁ Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ.

XI. Jesus autem Christus duplici vocabulo nuncupatur : *Jesus*, quia salutem dat ; *Christus*, quia sacerdotio fungitur. Quod apprime sciens divinus propheta Moyses, duobus viris omnium selectissimis duas illas appellationes largitus est : alterum quidem, Ausen sui principatus successorem, mutato nomine *Jesum*, appellans ; proprio vero fratri Aaroni, *Christi* nomen adjungens [76] ; ut per duos eximios homines, conjunctas in futuro uno Jesu Christo regiam et pontificiam potestatem repræsentaret. Christus enim instar Aaronis summus est pontifex, siquidem, « non sibimet sumpsit ut pontifex fieret, sed qui lo- « cutus est ad eum : Tu es sacerdos in æternum, se- « cundum ordinem Melchisedech [77]. » Typum vero gessit illius in multis Jesus Nave filius ; sui enim in populum principatus exordium fecit a Jordane [78], unde et Christus baptismo suscepto evangelizare cœpit [79]. Duodecim Nave filius hæreditatis divisores constituit [80] : et duodecim apostolos veritatis præcones in totum orbem mittit Jesus [81]. Rahab meretricem quæ crediderat typicus ille servavit [82] : verus autem dicit : « Ecce publicani et meretrices « præcedunt vos in regnum Dei [83]. » Jubilo solum adhibito prostrata sunt sub illo typico Hierichuntinæ urbis mœnia [84] : et propter hunc Jesu sermonem : *Non relinquetur hic lapis super lapi-*

ΙΑ'. Ἰησοῦς δὲ Χριστὸς καλεῖται διωνύμως· Ἰησοῦς διὰ τὸ σώζειν, Χριστὸς διὰ τὸ ἱερατεύειν (3). Καὶ τοῦτο γινώσκων ὁ θεσπέσιος τῶν προφητῶν Μωϋσῆς, ἀνδράσι δυσὶ τοῖς πάντων ἐγκριτοις τὰς δύο ταύτας προσηγορίας ἐχαρίσατο· τὸν μὲν οἰκεῖον τῆς ἀρχῆς διάδοχον Αὐσῆν (4), Ἰησοῦν μετονομάσας· τὸν δὲ οἰκεῖον ἀδελφὸν τὸν Ἀαρὼν ἐπονομάσας Χριστόν· ἵνα διὰ δύο ἀνθρώπων ἐγκρίτων, τὸ ἀρχιερατικὸν ἅμα καὶ βασιλικὸν τοῦ μέλλοντος ἑνὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ παραστήσῃ. Ἀρχιερεὺς μὲν γάρ ἐστιν ὁ Χριστὸς κατὰ τὸν Ἀαρών· ἐπειδὴ οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γενέσθαι ἀρχιερέα (5), ἀλλ' ὁ λαλήσας πρὸς αὐτόν· Σὺ εἶ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. Τύπον δὲ ἔφερεν αὐτοῦ ὁ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦς (6) κατὰ πολλά. Ἀρξάμενος γὰρ ἄρχειν τοῦ λαοῦ, ἤρξατο ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου· ὅθεν καὶ ὁ Χριστὸς βαπτισθεὶς ἤρξατο εὐαγγελίζεσθαι. Δώδεκα δὲ διαιροῦντας τὴν κληρονομίαν καθίστησιν ὁ τοῦ Ναυῆ υἱός· καὶ δώδεκα τοὺς ἀποστόλους, κήρυκας τῆς ἀληθείας εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἀποστέλλει ὁ Ἰησοῦς. Πιστεύσασαν Ῥαὰβ τὴν πόρνην ἔσωσεν ὁ τυπικός· ὁ δὲ ἀληθής φησιν· Ἰδοὺ (7) οἱ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι προάγουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Ἀλαλαγμῷ μόνον ἐπὶ τοῦ τυπικοῦ κατέπεσε τὰ τείχη τῆς Ἰεριχώ· καὶ διὰ τὸ εἰπεῖν τὸν Ἰησοῦν, Οὐ μὴ ἀφεθῇ ὧδε λίθος ἐπὶ λίθον (8), πέπτωκεν ὁ ἀντι-

[75] I Cor. VIII 5, 6. [76] Num. XIII, 17 ; Exod. XXIX, 4. [77] Hebr. V, 5, 6. [78] Josue III, 1. [79] Matth. III, 13. [80] Josue XIV, 1 ; Num. XXIV, 17 et seq. [81] Matt. X, 5. [82] Josue IV, 5 ; Hebr. XI, 31. [83] Matth. XXI., 31 [84] Josue VI, 20.

(1) Μαρτύρομαι τό. In Coisl., μαρτύρομαι τῷ εἰρηκέναι, *testificor, in eo quod dixi.* Aliter in cod. Ottob., μαρτυρεῖ μοι τὸ εἰρημένον ὑμῖν τοῦτο πρόσταγμα, « testimonium mihi reddit, injunctum hoc « vobis a me mandatum. »

(2) Ἡμῖν δέ. In editis ὑμῖν vitiose positum est : quod emendavimus ex codd. Coisl., Roe, Casaub., ms. Genovef., sacro textu, et Prevotii versione. Nam in Grodeciana prætermittuntur verba superius posita περὶ οὗ, et sequentia usque ad δι' οὗ τὰ πάντα exclus., propter repetitam vocem Ἰησοῦς Χριστός.

(3) Διὰ τὸ ἱερατεύειν. Ad servandam regiminis et constructionis similitudinem ita scripsimus ex codd. Coisl., Roe, Casaub. et Grod., cum in editis haberetur, Χριστὸς δὲ, τῷ ἱερατεύειν.

(4) Αὐσῆν. Hanc vocem ex codd. Coisl., Roe, et Casaub. scripsimus, loco Ναυῆ, quod in editi vitiose habebatur. Nam Josue, qui apud LXX dicitur Jesus, prius Auses, ut Græci legunt, vocabatur ; quod nomen in Vulg. scribitur Osee. *Nave* autem, patris ejus juxta eosdem LXX nomen erat ; nos vero post Hieronymum dicimus *Nun*. Hæc porro de Moyse, Aaron Christum, et Ausen Jesum appellante, iisdem pene verbis leguntur apud Eusebium lib. IV *Deum. evang.*, pag. 196.

(5) Γενέσθαι ἀρχιερέα. Codd. Ottob., Coisl., Roe, Casaub., Genovef. vetus habent, γενόμενος ἀρχιερεύς. In sacro textu, γενηθῆναι ἀριερέα.

(6) Ὁ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦς. In codd. Roe et Casaub. loco Ἰησοῦς legitur Υἱός. In Coisl. utrumque, ὁ Ἰησοῦς τοῦ Ναυῆ υἱός. Inferius vero, ubi legimus, ὁ τοῦ Ναυῆ υἱός, loco υἱός Coisl., Ottob., Roe et Casaub. habent, Ἰησοῦς. Facile ambo nomina in sese invicem librariorum abbreviatis notis permutantur.

(7) Ἰδού. Ea vox deest in codd. Roe et Casaub., ut in evangelico textu.

(8) Ἐπὶ λίθον. Addit Coisl. reliqua Christi verba, ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ, *qui non destruatur.* Hanc prophetiam Christi clade per Titum inducta ex parte tantum impletam supponit cat. 15, n. 15, quo loco adhuc ingentia veteris templi rudera superesse ait : nec futurum, nisi sub temporum finem, cum jamjam proximus aderit Antichristus, ut Salvatoris prædictio de lapide super lapidem penitus non mansuro, compleatur. Anno 363, hoc est quindecim post hæc a Cyrillo declamata annis, quidquid templi veteris e solo eminens supererat cœlitus dirutum.

κρὸς ἡμῶν τῶν Ἰουδαίων ναὸς, οὐχ ὅτ' ἡ ἀπόφα- A σις τοῦ πεσεῖν αἰτία, ἀλλ' ὅτι ἡ ἁμαρτία τῶν παρανόμων γέγονε τοῦ πεσεῖν αἰτία.

ΙΒ'. Εἷς ἐστι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὄνομα θαυμαστὸν ὑπὸ τῶν προφητῶν πλαγίως προαναφωνούμενον· λέγει γὰρ Ἡσαΐας ὁ προφήτης· Ἰδοὺ ὁ Σωτήρ σοι παραγίνεται, ἔχων τὸν ἑαυτοῦ μισθόν. Σωτὴρ δὲ παρὰ Ἑβραίοις ὁ Ἰησοῦς ἑρμηνεύεται· τὸ γὰρ Κυριοκτόνον (1) τῶν Ἰουδαίων προβλέπουσα ἡ προφητικὴ χάρις, ἐκάλυψε τὴν προσηγορίαν, ἵνα μὴ ἐκ τοῦ προειδέναι σαφῶς, ἑτοίμως ἐπιβουλεύσωσιν, Ἰησοῦς δὲ ἐκλήθη, οὐχ ὑπὸ ἀνθρώπων, ἀλλ' ὑπὸ ἀγγέλου φανερῶς· οὐκ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ ἐλθόντος, ἀλλὰ δυνάμει Θεοῦ ἀποσταλέντος, τοῦ λέγοντος πρὸς τὸν Ἰωσήφ· Μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματος ἁγίου ἐστί. Τέξεται δὲ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Καὶ τὴν αἰτίαν τῆς προσηγορίας ἀποδιδοὺς εὐθέως λέγει· Αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. Ὁ μηδέπω γεννηθεὶς πῶς λαὸν ἔχει, νόησον, εἰ μὴ καὶ πρὸ τοῦ γεννηθῆναι ἦν. Καὶ τοῦτο ὁ προφήτης ἐκ προσώπου αὐτοῦ φησιν· Ἐκ κοιλίας μητρός μου ἐκάλεσε τὸ ὄνομά μου· διὰ τὸ προλέγειν τὸν ἄγγελον, ὅτι Ἰησοῦς κληθήσεται. Καὶ πάλιν περὶ τῆς ὑπὸ Ἡρῴδου (2) ἐπιβουλῆς λέγει· Καὶ ὑπὸ τὴν σκέπην τῆς χειρὸς αὐτοῦ ἔκρυψέ με.

ΙΓ'. Ἰησοῦς τοίνυν ἐστὶ κατὰ μὲν Ἑβραίους Σωτὴρ, κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν, ὁ ἰώμενος. Ἐπειδὴ ἰατρός ἐστι ψυχῶν καὶ σωμάτων, καὶ θεραπευτὴς πνευμάτων· τυφλῶν μὲν αἰσθητῶν θεραπευτὴς, ᾠταγογῶν δὲ (3) τὰς διανοίας· χωλῶν φαινομένων ἰατρὸς, καὶ ποδηγῶν τοὺς ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν· λέγων τῷ παραλυτικῷ· Μηκέτι ἁμάρτανε· καὶ, Ἆρον τὸν κράββαιτον σὸν καὶ περιπάτει. Ἐπειδὴ γὰρ διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἁμαρτίαν παρελύθη τὸ σῶμα προεθεράπευσε τὴν ψυχὴν, ἵνα ἐπαγάγῃ (4) καὶ τῷ σώματι τὴν ἴασιν. Εἴ τις τοίνυν πάσχει τὴν ψυχὴν ἐν ἁμαρτίαις, ἔχει τὸν ἰατρόν· καὶ εἴ τις ὀλιγόπιστος ἐνταῦθα, λεγέτω πρὸς αὐτόν· Βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ. Εἴ τις καὶ σωματικοῖς περιβέβληται πάθεσι, μὴ ἀπιστείτω, ἀλλὰ προσερχέσθω

dem [85]; [86] cecidit hoc quod nobis ex adverso est, Judæorum templum. Non quod ea sententia fuerit ei candendi causa; sed eam ruinam peccatum impiorum attraxit.

XII. Unus est Dominus Jesus Christus, nomen admirabile a prophetis oblique prænuntiatum; ait enim Isaias propheta: *Ecce Salvator tibi advenit, habens mercedem suam* [87]. Jesus autem apud Hebræos interpretatur *Salvator*: at Judæorum in Domini cædem furentem animum prævidens propheticagratia, appellationem ejus obtexit; ne si palam prius cognita fuisset, paratius insidiarentur. Jesus vero manifeste vocatus est, non ab omnibus, sed ab angelo; **143** qui non sua auctoritate veniens, sed divina potestate missus, ait Josepho: « Ne timeas « assumere Mariam conjugem tuam; quod enim in « ea natum est, de Spiritu sancto est Pariet autem « filium, et vocabis nomen ejus Jesus [88]. » Cujus appellationis causam reddens, illico subjicit: « Ipse « enim salvum faciet populum suum a peccatis eo- « rum. » [89] Qui nondum natus est, quomodo populum habeat, concipe, nisi esset antequam nasceretur. Et hoc est quod ex ejus persona dicit propheta: « De ventre matris meæ vocabit nomen meum [90]; » quia nempe prædixit angelus ipsum vocatum iri Jesum: iterumque de Herodis insidiis ait: « Sub te- « gumento manus suæ absondit me [91]. »

XIII. Jesu itaque juxta Hebræos (5) *Salvatorem* sonat, in lingua vero Græca *eum qui sanat* [92]. Quandoquidem animarum est et corporum medicus, et spiritum curator: eos quidem qui sensibilibus oculis cæci sunt sanans, mentibus vero etiam lumen inducens; claudorum visibilium medicus, peccatorumque pedes ad pœnitentiam dirigens qui dicit paralytico: *Ne amplius pecces* [93] et: *Tolle grabatum tuum, et ambula* [94]. [95] Quoniam enim propter animæ peccatum paralysi traditum corpus fuerat; prius curavit animam, ut deinde corpori quoque afferret medicinam. Si cujus igitur mens peccatorum ægritudine teneatur, medicum habet: si quis hic est modicæ fidei, dicat illi: *Adjuva incredulitatem meam* [96]. Si quis etiam corporeis occuppatus est

[85] Matth. XXIV, 2. [86] Vid. cat. 6, n. 6. [87] Isa. LXII, 11. [88] Matth. I, 26, 21. [89] ibid. 21. [90] Isa. XLIX, 1. [91] ibid., 2. [92] « id homil in Par. » n. 2. [93] Joan. V, 14. [94] ibid. 8. [95] « Vid. homil. in Paralatyt. » n. 21. [96] Marc. IX, 23.

(1) Τὸ γὰρ Κυριοκτόνον. Ita reposui ex codd. Coisl. et Genovefano, in quo habetur tamen, Κυριοκτόνων· cum in editis esset, τὸ γὰρ τῶν Κυριοκτόνων. Simili loquendi modo habetur cat. 13, n. 38, τὸ παράνομον τῶν ἐπιβουλευόντων. D

(2) Ὑπὸ Ἡρῴδου. Male in editis, ὑπὲρ Ἡρῴδου. Emendatum ex Coisl., Roe, Casaub. In Genovef. habetur, ἀπό.

(3) Ῥωταγωγῶν δέ. Particulam δέ loco καί scripsimus ex Coisl., Roe, Casaub.

(4) Ἐπαγάγῃ. Melius quam ἐπάγῃ quod habetur in impressis. Sequimur codd. Roe, Casaub., Ottob.

(5) *Jesu... juxta Hebræos*, etc. Duplicem hanc, secundum Hebraicæ et Græcæ linguæ etymoligiam, vocabuli Jesus interpretationem uno verbo supra complexus est, dum ait num. 4, Jesum a salutari medicina appellatum esse. Prior quidem de Salvatore etymologia vera est; altera ex Græcis exquisita paulo subtilior; nam vocabulum pure Hebraicum, nec Græcum ullo modo esse notavit Chrysostomui hom. 2 *in Matth*, p. 17. Placuit tamen hæc etymologia multis uti Eusebio Cæsar., lib. IV *Demonst. evang.*, cap. 10, pag. 164; Epiph., hæres. XXIX, n. 4; auctori *Dialogorum de Trinitate* sub Athanasii nomine, operum ejus tom. II, p. 559, num. 5; Tito Bostrensi seu auctori commentarii *in Lucam* ejus nomine vulgati ad cap. I, vers. 31; Basilio *Grammaticæ* p, 595, et aliis.

morbis ne diffidat, sed accedat (his enim etiam medetur), et noverit quod Jesus est Christus.

XIV. [97] Judæi enim illum Jesum esse ultro concedunt, Christum vero etiam esse inficiantur. Propterea dicit Apostolus : *Quis est mendax nisi qui negat quod Jesus sit Christus* [98] ? Christus autem est summus sacerdos (1), non transferendum habens sacerdotium : qui neque in tempore sacerdos esse cœpit, neque alterum habet pontificatus sui succœpit, neque alterum habet pontifiaatus sui successorem : quemadmodum nos Dominica die in synaxi disserentes audivistis (2), in illud : *Secundum ordinem Melchisedech* [99]. [1] Non ex corporea successione adeptus pontificium, neque factitio oleo unctus ; sed ante sæcula a Patre : et tanto excellentior aliis, quod cum jurejurando sacerdos est. « Alii enim sine « jurejurando sunt sacerdotes, hic autem cum jure- « jurando, per eum qui dicit : Juravit Dominus, et non « pœnitebit eum [2]. » Sufficiebat quidem ad rei securitatem sola Patris voluntas : duplicata vero securitatis ratio est, juramenti ad voluntatem accessio : *Ut per duas res immutabiles, in quibus impossi-*

A (θεραπεύει γὰρ καὶ ταῦτα), καὶ γινωσκέτω, ὅτι ὁ Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστός.

ΙΔ'. Ἰουδαῖοι γὰρ καταδέχονται τὸ εἶναι αὐτὸν Ἰησοῦν· τὸ δὲ καὶ Χριστὸν (3) εἶναι τοῦτον, οὐκέτι. Διὰ τοῦτο λέγει ὁ Ἀπόστολος· Τίς ἐστιν ὁ ψεύστης, εἰ μὴ ὁ ἀρνούμενος, ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ὁ Χριστός ; Χριστὸς δὲ ἐστιν ἀρχιερεύς, ἀπαράβατον ἔχων τὴν ἱερωσύνην· οὔτε ἀπο χρόνων ἀρξάμενος τῆς ἱερατείας οὔτε διάδοχον ἕτερον ἔχων τῆς ἀρχιερατείας· καθὼς ἤκουσας ἐν τῇ Κυριακῇ διαλεγομένων ἡμῶν ἐπὶ τῆς συνάξεως, εἰς τὸ, Κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. Οὐκ ἐκ διαδοχῆς σωμάτων λαβὼν την αρχιερωσύνην, οὐδὲ ἐλαίῳ σκευαστῷ χρισθεὶς, ἀλλὰ πρὸ

B τῶν αἰώνων ὑπὸ τοῦ Πατρός· καὶ τοσούτῳ διαφέρων τῶν ἄλλων, ὅσῳ μεθ' ὁρκωμοσίας ἐστὶν ἱερεύς. Οἱ μὲν γὰρ χωρὶς ὁρκωμοσίας εἰσὶν ἱερεῖς, ὁ δὲ μεθ' ὁρκωμοσίας διὰ τοῦ λέγοντος· Ὤμοσε Κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται. Αὔταρκες μὲν ἦν εἰς ἀσφάλειαν καὶ τὸ βούλεσθαι μόνον Πατέρα· διπλασίων δὲ τῆς ἀσφαλείας ὁ τρόπος, τὸ μετὰ (4) τῆς βουλήσεως καὶ ὅρκον παρακολουθῆσαι· Ἵνα διὰ δύο πραγμά-

[97] « Vid. cat. 13, n. 40, et Hom. in Paral. » n. 19. [98] I Joan. II, 22. [99] Psal. CIX, 4 ; Hebr, V, 6.
[1] « Vid. cat. 11, n. 1 et 15. » [2] Hebr. VII, 20, 21 ; Psal. CIX, 4.

XIX. [44] Sed ut ne existimes, illum eodem modo Filii et creaturarum esse Patrem, distinxit in sequentibus. Non enim dixit : Ascendo ad Patrem nostrum, ne creaturarum cum unigenito communitas induceretur : sed *Patrem meum et Patrem vestrum*, ait ; aliter meum, secundum naturam, et aliter vestrum, secundum adoptionem. Iterumque *ad Deum meum, et Deum vestrum ;* aliter meum, tanquam germani et unigeniti filii, et aliter vestrum, tanquam opificiorum. Deus igitur verus est Filius Dei, ante omnia sæcula inenarrabiliter genitus : sæpe enim idem vobis ingemino, ut hoc menti vestræ imprimatur[45]. Et quod quidem Filium

[38] *Vid cat.* 4, n. 7 *et sup.* n. 4. [39] Joan. XIV, 9. [40] *Vid cat.* 4, n. 7 *sup.* n. 16 ; *vid. cat.* 16, n. 4. [41] I Cor. I, 24. [42] ibid. [43] Joan. XX, 17. [44] *Vid. cat.* 7, n. 7. [45] *id sup.* n. 11.

(1) Τοῦ Πατρός. Hæc verba supplevimus ex codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub. Grod. Loco τοὺς λέγοντας, iidem excepto Ottob. habent, τοῦ λέγοντος.

(2) Ἐστερήθη. In cod. Coisl. post ἐστερήθη, ita legitur: οὔτε τι αὐτὸς τῆς θεότητος ἐστερήθη, καὶ οὔτε τι.

(3) Ὑμῶν. In hoc, et mox sequenti loco, recte Millesius emendavit impressos qui ferebant, ἡμῶν. Emendationem firmant omnes cod. mss. et comparatio loci paralleli cat. 7, n. 7. Ante τοῖς ἑξῆς, posuimus ἐν ex codd. Roe, Casaub. et Grod. In Ottob. est, αὐτοῖς ἑξῆς. Porro hæc Cyrilli animadversio in verba Christi, quod non dixerit *Patrem nostrum, et Deum nostrum*, sed utrobique, *meum et vestrum* : raro invenitur apud Græcos ; apud Latinos frequentius. Inter Græcos, Damascenus Cyrilli locum imitatus videtur lib. IV *De fide orthod.*, cap. 8, cum hoc discrimine, quod verba *Deum meum*, ut omnes pene qui hunc locum edisseruere Patres, de humanitate Christi dicta velit ; cum Cyrillus etiam ad sublimiorem naturam referat. Ita autem dicit Patrem Filii sui Deum esse, ut nulla divinitati ejus fiat injuria, sitque a creaturis universa re secretus et tantum Deus verus quantum ipsius Pater. Eodem de modo sanctus Hilarius, lib. XI *De Trin.* n. 11, Patrem ratione generationis Deum Filii dictum ait hunc ipsum locum expendendo : sicque concludit n. 12 : « Hæc ita demonstrata sunt, ut et nativitas « Deum substitutionis suæ confiteretur, et substitutio naturæ conscientiam non taceret : profitens sibi « Patrem Deum Deus Filius dum ex eo nascitur ; « cæterum ad id quod Deus est, totum habens naturale quod Deus ; et lib. IV, n. 53 ; Idcirco Deus « ejus est, quia, ex eo natus in Deum est.

(4) Τῶν ποιημάτων, etc. In Coisl, sic : τῶν ποιημάτων πρὸς τὸν Ποιητὴν καὶ Μονογενῆ. In Roe et Casaub. fusius, τῶν ποιημάτων πρὸς τὸν Ποιητὴν, καὶ τῶν δούλων πρὸς τὸν Μονογενῆ, « creaturarum « cum creatore, et servorum cum unigenito. » Recte Milesius ex codd. Roe et Casaub. restituit ὑμῶν, post καὶ Πατέρα sequens. Paulo post, ante ἄλλως ὑμῶν, posuimus καί ex Coisl., Casaub. ut habetur in membro sequente καὶ ἄλλως ὑμων ὡς δημιουργημάτων.

Deus habeat, illud crede : quomodo vero, ne curiosius sciscitare : quærens namque non reperies. Ne extollas teipsum, ne cadas. « Quæ tibi mandata « sunt, ea sola meditare[46]. » Dic mihi prius quisnam est is qui genuit ; et tunc addisce quid genuit. Si autem genitoris naturam assequi cogitatione non potes, ejus quod genitum est modum ne sollicitus scrutare.

πίστευε· τὸ δὲ πῶς, μὴ πολυπραγμόνει· ζητῶν γὰρ οὐχ εὑρήσεις· Μὴ ἐξυψοῦ σεαυτὸν, ἵνα μὴ πέσῃς· Ἃ προσετάγη σοι, ταῦτα διανοοῦ μόνα. Εἰπέ μοι πρῶτον τίς ἐστιν ὁ γεννήσας, καὶ τότε μάνθανε ὃ ἐγέννησεν (2)· εἰ δὲ φύσιν οὐ δύνασαι νοῆσαι τοῦ γεγεννηκότος, τοῦ γεγεννημένου τὸν τρόπον μὴ πολυπραγμόνει.

XX. Sufficit tibi ad pietatem nosse, uti diximus [47], quod unum solum Filium Deus habeat ; unum naturaliter genitum : qui non cum in Bethleem natus est tunc esse cœpit ; sed *ante omnia sæcula*. Audi enim Michæam prophetam dicentem : « Et tu, Bethleem, domus Ephratha, nequaquam par- « vula es ut sis in millibus Juda : ex te enim mihi « exibit dux, qui pascet populum meum Israel ; et « egressiones ejus ab initio, ex **159** diebus sæculi[48]. » Ne igitur attendas ad eum qui nunc ex Bethleem [ortus est], verum adora eum qui sempiterno ex Patre genitus est. Ne quemquam patiare qui temporale Filii principium dicat (1) ; sed agnosce prin-

Κ'. Αὔταρκές σοι πρὸς εὐσέβειαν εἰδέναι, καθὼς εἴπαμεν, ὅτι ἕνα Υἱὸν ὁ Θεὸς ἔχει μόνον, ἕνα φυσικῶς γεγεννημένον· οὐχ ὅτε ἐγεννήθη ἐν Βηθλεὲμ τοῦ τίναι ἀρξάμενον, ἀλλὰ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων. Ἄκουε γὰρ Μιχαίου τοῦ προφήτου λέγοντος· Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ, οἶκος τοῦ Ἐφραθᾶ, μὴ ὀλιγοστὸς εἶ (3) τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα. Ἐκ σοῦ γάρ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ· καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς, ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος. Μὴ οὖν πρόσεχε (4) τῷ νῦν ἐκ τῆς Βηθλεὲμ· ἀλλὰ προσκύνει τὸν ἀϊδίως ἐκ Πατρὸς γεννηθέντα. Μὴ χρονικὴν ἀρχὴν τοῦ Υἱοῦ καταδέξῃ τινὸς λέγοντος, ἀλλὰ ἄχρονον ἀρχὴν γίνω-

[46] Eccli, III, 22. [47] *Vid. cat.* 7, n. 12. [48] Mich. V, 2.

(1) « Qui temporale Filii principium dicat. » Theodorus Heracleotes citatus in Catena Possini *in Matth.* cap. XIII, 44, pag. 191, hunc errorem Marcioni et Marco hæreticis tribuit. Μαρκίων ἅμα καὶ Μάρκος οἱ αἱρετικοὶ ἐλέγχονται, λέγοντες ἀρχὴν χρονικὴν ἐσχηκέναι τὸν Χριστόν. At nullus alius hic quærendus præter Arium, cujus en blasphema verba in *Thalia*, apud Athan., *De synodis*, num. 15 : Τοῦτον ἄναρχον ἀνυμνοῦμεν, διὰ τὸν ἀρχὴν ἔχοντα· ἀΐδιον δὲ αὐτὸν σέβομεν, διὰ τὸν ἐν χρόνῳ γεγαότα. Ἀρχὴν τὸν Υἱὸν ἔθηκε τῶν γενητῶν ὁ ἄναρχος· *Hunc*, Patrem dicit, « sine principio celebramus, propter eum « qui initium habet, æternum ipsum veneramur, « propter eum qui in tempore natus est. Qui sine « initio est Filium posuit initium creaturarum. »

(2) Ὃ ἐγέννησεν, *id quod genuit*. Coisl. non male, ὃν ἐγέννησεν, *quem genuit*.

(3) Μὴ ὀλιγοστὸς εἶ. Ita hunc locum iterum recitat cat. 12, n. 20. Utrobique Coisl. loco μή, habet οὐχ, quod idem est ; nisi quod μή sumi potest interrogandi sensu pro *Nunquid ?* quomodo in Matthæi secundo capite nonnulla ferunt vetera exemplaria Latina. At in codd. Roe et Casaub. in utroque Cyrilli loco particula negans vel interrogans omittitur ; sicque reducitur textus Cyrilli ad lectionem LXX : quæ non solum nostra ætate exhibet affirmanter, ὀλιγοστὸς εἶ sed etiam Hieronymi temporibus ; qui tum in hunc Michææ locum, tum in epistola ad Pammachium *De opt. gen. interpret.* eorum scripturam ita refert, *Modicus es, ut sis in millibus Juda*, atque ad hunc modum Græci Patres ac Latini Michææ testimonium recitare solent. Sunt tamen numero multi, qui ita ut Cyrillus legere, μὴ ὀλιγοστὸς εἶ. Et Hieronymus ipse in epist. al. 27, nov. ed. 86, etc Codex Barberinus LXX dicitur habere, μὴ ὀλιγοστὸς. Facile assentian particulam negantem ex Matthæi Evangelio in quosdam Michææ codices Græcos transportatam esse ; ac fortassis etiam ex illis LXX codicibus vocem μή in nonnulla Matthæi exemplaria loco οὐδαμῶς irrepsisse. In nonnullis enim legitur, μὴ ἐλαχίστη εἶ, atque ita prorsus erat in iis, unde expressa versio Latina in veteri ms. Corbeiensi, *Nunquid minima es ?* Particula γάρ, quæ abest a LXX et apud Theodoretum, omittitur tam hic quam cat. 12 in codd. Coisl., Roe et Casaub. Huc accessisse videtur ex Evangelio Matthæi ; quemadmodum etiam vox ἡγουμενος quæ a textu Michææ abest, reperitur tamen in cod. Alexandrino. Indidem sumpsit Cyrillus voces, ὅστις ποιμαινεῖ τὸν λαόν μου Ἰσραήλ, quorum loco legit cat. 12, n. 20, quemadmodum in Bibliis, τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα ἐν τῷ Ἰσραήλ.

(4) Μὴ οὖν πρόσεχε. Aliter prorsus codd. Roe et Casaub : Μὴ οὖν πρόσεχε τῷ νῦν ἐν Βηθλεὲμ γεγεννῆσθαι αὐτὸν, καὶ Υἱὸν ἀνθρώπου ὅλον αὐτὸν προσφατον νόμιζε· ἀλλὰ προσκύνει τὸν αἰδίως, etc. « Ne igitur « attende quod nunc in Bethlehem natus sit, et totum « ipsum Filium hominis recens proditum existima : « sed adora eum, » etc. Coisl. habet ut editi tantum loco ἐκ ante Βηθλεέμ, fert ἐν. Nullus dubito, quin ad molliendam prioris scripturæ quæ durum aliquid ac Nestorianum sonare videtur, offensionem, hæc præfatorum codicum lectio substituta sit. Interpolationem prodit haud satis apta verborum constructio ; secundumque membrum de eo qui æternum ex Patre genitus est, postulat in priori membro mentionem fieri ejus qui e Bethlehem egressus est nascendo. Similis est altera Cyrilli nostri sententia « Hom. in paralyt., n. 9 : Deum qui in carne ap- « paret respice : neque cum qui videtur considera ; sed « eum qui operatur per illum qui conspicus est. » Neque erroris suspecta aut insolens videri nobis debet hujusmodi ante Nestorianam hæresim oratio, cum similes passim in hujus et sequentis etiam ætatis Patribus occurrant sententiæ ; quas vel catholici dogmatis de una Christi persona securitas, vel naturas male ab Arianis Apollinaristisque confusas operosius distinguendi necessitas peperit ; unde etiam Theodoretus, epist. 82, pag. 956, questus est, Patres nonnullos qui adversum Arianos scripsere in naturarum discrimine pressius urgendo aliquando locutionibus minus accuratis usos. Omnium illorum minime suspectus noster Cyrillus esse debet, quo nemo luculentius unitatem Christi personæ explicavit, præsertim cat. 4, n. 9, qui Mariam Deiparam appellat, Deum ex Virgine natum dicit ; non nudum hominem, sed Deum incarnatum in cruce mortuum ubique inculcat. In hoc ipso loco paulo ante « eum qui in Bethlehem natus est ante « omnia sæcula esse *profitetur*. *Voces* Non attende « ei qui nunc ex Bethlehem egressus est, sed adora « illum qui ex Patre ab æterno genitus est, » non

σκε τὸν Πατέρα. Ἀρχὴ γὰρ Υἱοῦ ἄχρονος, ἀκατάληπτος, ἄναρχος, ὁ Πατήρ· πηγὴ τοῦ τῆς δικαιοσύνης ποταμοῦ, τοῦ Μονογενοῦς, ὁ Πατὴρ, ὁ γεννήσας αὐτὸν καθὼς οἶδεν αὐτὸς μόνος. Καὶ θέλεις γνῶναι, ὅτι καὶ αἰώνιός ἐστι βασιλεὺς ὁ Κύριος ἡμῶν (1) Ἰησοῦς Χριστός ; ἄκουε πάλιν αὐτοῦ λέγοντος· Ἀβραὰμ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν· καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη. Εἶτα, σκληρῶς τοῦτο καταδεξαμένων τῶν Ἰουδαίων, τὸ ἐκείνοις ἔτι σκληρότερον λέγει· Πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι· καὶ πάλιν πρὸς τὸν Πατέρα λέγει· Καὶ νῦν δόξασόν με σὺ, Πάτερ, παρὰ σεαυτῷ, τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον, πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι, παρὰ σοί· σαφῶς γὰρ εἴρηκεν, ὅτι Πρὶν τὸν κόσμον γενέσθαι, ἐγὼ εἶχον τὴν παρὰ σοὶ δόξαν. Καὶ πάλιν, Ὅτι ἠγάπησάς με πρὸ καταβολῆς κόσμου, λέγων, σαφῶς φησιν, ὅτι ἀΐδιον ἔχω τὴν παρὰ σοὶ δόξαν.

ΚΑ'. Πιστεύωμεν (2) τοίνυν εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ· τὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα Θεὸν ἀληθινὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο· εἴτε γὰρ θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι, τὰ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ οὐδὲν τῶν γεννητῶν ὑπεξῄρηται τῆς ἐξουσίας αὐτοῦ. Φιμούσθω πᾶσα αἵρεσις, διαφόρους ποιητὰς καὶ κοσμοποιοὺς εἰσάγουσα· φιμούσθω βλασφημοῦσα γλῶσσα τὸν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ· φιμούσθωσαν οἱ λέγοντες τὸν ἥλιον εἶναι τὸν Χριστόν· ἡλίου γάρ ἐστι δημιουργὸς, οὐχ ὁ ἥλιος ὁ φαινόμενος. Φιμούσθωσαν οἱ λέγοντος ἀγγέλων δημιούργημα τὸν κόσμον, οἱ τὸ τοῦ Μονογενοῦς ἀξίωμα παραρπάζειν βουλόμενοι. Εἴτε γὰρ ὁρατὰ εἴτε ἀόρατα, εἴτε θρόνοι εἴτε κυριότητες, εἴτε τι ὀνομαζόμενον, πάντα διὰ τοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. Βιασιλεύει τῶν ὑπ' αὐτοῦ πεποιημένων, οὐκ ἀλλοτρίαν αἰχμαλωσίαν ἁρπάσας, ἀλλὰ ἰδίων δημιουργημάτων βασιλεύων, καθὼς ὁ εὐαγγελιστὴς εἴρηκεν Ἰωάννης·

A cipium temporis expers, Patrem. Principium namque, Filii temporis nescium, incomprehensum, principio carens, Pater est : fons fluminis justitiæ [49], Unigeniti nimirum, Pater, qui ipsum generavit sicut novit ipse solus. Vis autem nosse, quod etiam æternus rex est Dominus noster Jesus Christus ? ipsum rursus audi dicentem : « Abraham pater « vester exsultavit ut videret diem meum : et vidit, « et gavisus est [50]. » Deinde, cum id dure acciperent Judæi, aliquid ipsis adhuc durius dicit : « Priusquam « Abraham fieret, ego sum [51]. » Iterumque ad Patrem dicit. « Et nunc glorifica me tu, Pater, apud temet- « ipsum, gloria quam habui, antequam mundus es- « set, apud te [52]. » Palam enim hoc dixit : Priusquam mundus fieret, ego habebam apud te gloriam. Et rursus aiens : « Quia dilexisti me ante constitutio- B « nem mundi [53], » manifeste dicit : æternam habeo apud te gloriam.

XXI. Credamus igitur « in unum Dominum Jesum « Christum, Filium Dei unigenitum; qui ex Patre natus « est Deus verus ante omnia sæcula : per quem omnia « facta sunt [54]. » Sive enim throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates, omnia per ipsum facta sunt [55], et nulla generatarum rerum ejus potestati subtracta est. Obmutescat omnis hæresis diversos factores (3) et mundi auctores inducens. Compescatur lingua Christum Dei Filium blasphemiis verberans ; obmutescant qui (4) solem esse Christum dicunt ; solis enim est artifex, non sol iste conspicuus. Conticescant, qui mundum aiunt angelorum opificium : qui **160** Unigeniti prærogativam invadere volunt. Sive enim visibilia sive C invisibilia, sive throni sive dominationes [56], sive quidquid nomen habet [57], omnia per Christum facta sunt. Regnat Filius in res a se factas : non aliena spolia rapiens, sed propria in opera regnum exercens, sicut evangelista Joannes dixit : *Omnia per*

[49] Psal. XLV, 3. [50] Joan. VIII, 56. [51] ibid. 58. [52] Joan. XVII, 5. [53] ibid. 24. [54] Joan. I, 3. [55] Coloss. I, 16. [56] ibid. [57] Ephes. I, 21.

excludunt ab humanitate Christi adorationem ipsi debitam, cum cat. 12, n. 33, adorari jubeat eum qui ex Virgine natus est ; et tum cat. 4, n. 3, tum cat. 13, sæpius crucifixum a toto orbe adorari observet : tantum in Christo humanitatem solam et nudam respici prohibet Cyrillus, attentionemque potiorem ad id quod in Christo præcipuum est, et unde tota sacræ humanitati dignitas, haberi præcipit. Id cum per se patet, tum ex comparatione similium sententiarum, ut cat. 3, n. 3. cat. 17, n. D 35, cat. 22, n. 6.

(1) Κύριος ἡμῶν. Scripsimus, ἡμῶν, ex codd. Ottob. et Grodecii versione, ipso sensu postulante.

(2) Πιστεύωμεν. Ita scripsimus ex vers. Grod. Editi omnes et mss. πιστεύομεν, *credimus*. Paulo post, loco Θεὸν ἀληθινόν, *Deum verum*, habetur in codd. Coisl., Roe, Casaub., Υἱὸν ἀληθινόν, *Filium verum*. At prior lectio tum ex titulo catecheseos, tum ex num. 14, ubi iste refertur Symboli articulus, et toto catecheseos scopo et instituto, vera comprobatur.

(3) *Diversos factores*, etc. Multas hæreses in hoc loco notat. Primum eos qui diversos mundi auctores inducebant : sive alium corporis et alium animæ, alium lucis tenebrarumque alium conditorem dicendo ; quos variis locis refellit : sive mundum a pluribus conditum, vel simul operantibus, vel diversas partes condentibus, affirmando ; nam ea veterum Gnosticorum sententia fuit. Secundo eos qui Christum Dei Filium blasphemabant : eos intelligo qui vel Christum negabant creatoris hujus mundi Filium, ipsumque creatorem, ut omnes Gnostici, Marcion, etc., catech. 7, n. 6, vel qui eum justis hominibus æqualem aiebant cat. 7, n. 7, vel Maria D antiquiorem inficiabantur cat. 12, n. 3 ; vel in creaturarum numerum relegabant aut contra cum Patre confundebant, cat. 11, n. 17. Tertio qui Christum solem istum aiebant : isti sunt Manichæi ex cat. 6, n. 13, et cat 15, n. 3. Quarto eos qui angelos mundi conditores statuebant. Ita Simon Magnus, Basilides, Nicolaus, Menander, Borboriani, Cerinthus, Saturninus, apostolici, teste Ammonio, Caten. *in Joan.* cap. I, 3 : De Simone Mago certum ex Irenæo, lib. I, cap. 23, n. 2 ; De Menandro ex eodem, ibid., n. 5 ; de Saturnino, ibid., cap. 24, n. 1 ; de Basilide, ibid., n. 8 et 4 ; Carpocrate, cap. 25, n. 1 ; Cerintho, cap. 26, n. 1 ; et ex Epiph., hæres. XXVIII, n. 1 ; omitto alios.

(4) Manichæi, ex cat. 15, n. 3.

ipsum facta sunt, et sine ipso ne una quidem res facta est [58], omnia per ipsum facta sunt, Patre per Filium operante (1).

XXII. Vellem equidem eorum quæ dicuntur exemplum quoddam afferre, sed illud infirmum esse novi : quænam enim ex visibilibus rebus divinæ invisibilisque potestatis idoneum exemplum esse queat? dicatur nihilominus tanquam infirmum, et ab infirmo ad infirmos. Quemadmodum videlicet, si quis rex filium habens regem, civitatis constituendæ cupidus filio secum regnanti subjiciat struendæ civitatis exemplar ; ille autem, exemplari sumpto, cogitatum opus ad finem perducat ; [59] ita, cum Pater omnia fabricare voluisset, Patris nuto omnia Filius architectatus est ; ut nutus quidem ille Patri servet incolume summæ arbitrium potestatis, Filius vero rerum a se factarum habeat potestatem ; ut neque Pater propriorum operum dominatione fraudetur ; neque Filius in res ab alio, sed a se conditas regnum obtineat. Non enim angeli, ut dictum est (n. 21), mundum condidere, sed unigenitus Filius ante omnia sæcula genitus, quomodo diximus ; per quem omnia facta sunt, nulla re ab illius opificio excepta. Et hæc quidem a nobis hactenus per Christi gratiam dicta sunto.

XXIII. Recurrentes vero in fidei confessionem, concludamus in præsenti sermonem. Omnia effecit Christus, sive angelos dixeris, sive archangelos, sive dominationes, sive thronos. Non quod Pater sufficienti ad creandum per seipsum potestate caruerit; sed quia Filium voluit rebus quas fecisset regnare, ipse exhibens illi rerum creandarum designationem (2). Honorans enim Unigenitus Patrem suum

A Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, τοῦ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐργαζομένου.

ΚΒ'. Καὶ βούλομαι μέν τι (3) εἰπεῖν καὶ ὑπόδειγμα τῶν λεγομένων, ἀλλ' οἶδα αὐτὸ ἀσθενές· ποῖον γὰρ ἔσται τῶν ὁρατῶν ἀκριβὲς ὑπόδειγμα τῆς θείας καὶ ἀοράτου δυνάμεως ; ἀλλ' ὅμως λεγέσθω ὡς ἀσθενὲς, παρὰ ἀσθενῶν πρὸς ἀσθενεῖς. Ὥσπερ γὰρ ἄν τις βασιλεὺς βασιλέα υἱὸν ἔχων, βουλόμενος κατασκευάσαι πόλιν, ὑπόθοιτο τῷ υἱῷ συμβασιλεύοντι τὴν κατασκευὴν τῆς πόλεως· ὁ δὲ, τὸ παράδειγμα λαβὼν, εἰς τέλος ἄγει τὸ νοηθέν· οὕτω, Πατρὸς βουληθέντες τὰ πάντα κατασκευᾶσθαι (4), τῷ τοῦ Πατρὸς νεύματι ὁ Υἱὸς τὰ πάντα ἐδημιούργησεν· ἵνα τὸ μὲν νεῦμα τηρῇ τῷ Πατρὶ τὴν αὐθεντικὴν ἐξουσίαν, καὶ ὁ Υἱὸς δὲ πάλιν ἔχῃ ἐξουσίαν τῶν ἰδίων δημιουργημάτων· καὶ μήτε Πατὴρ ἀπαλλοτριωθῇ τῆς δεσποτείας τῶν ἰδίων δημιουργημάτων, μήτε ὁ Υἱὸς τῶν ὑπ' ἄλλου δημιουργηθέντων (5) βασιλεύῃ, ἀλλὰ τῶν ὑπ' αὐτοῦ. Οὐ γὰρ ἄγγελοι, καθὼς εἴρηται, τὸν κόσμον ἐδημιούργησαν, ἀλλὰ Υἱὸς μονογενὴς, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων γεγεννημένος, καθὼς εἴρησαι· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, μηδενὸς ὑπεξῃρημένου τῆς ὑπ' αὐτοῦ ποιήσεως. Καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν (6) τέως, τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι λελέχθω.

ΚΓ'. Ἀναδραμόντες δὲ ἐπὶ τὴν τῆς πίστεως ἐπαγγελίαν, καταπαύσωμεν ἐν τῷ παρόντι τὸν λόγον. Πάντα ἐποίησεν ὁ Χριστὸς, κἂν ἀγγέλους λέγῃς, κἂν ἀρχαγγέλους, κἂν κυριότητας, κἂν θρόνους· οὐχ ὅτι ὁ Πατὴρ ἠτόνει περὶ τὴν τῶν δημιουργημάτων αὐτουργίαν, ἀλλ' ὅτι βασιλεύειν τῶν ὑπ' αὐτοῦ πεποιημένων τὸν Υἱὸν ἠβουλήθη, αὐτὸς αὐτῷ παρέχων τῶν κατασκευαζομένων τὴν ὑφήγησιν. Τιμῶν γὰρ τὸν

[58] Joan. I, 3. [59] *Vid. cat.* 10, *n.* 5.

(1) *Patre per Filium operante.* Quam certum est mundum totius Trinitatis opificium esse, tam certum ex Scripturis, Symbolorum confessionibus, et unanimi Patrum consensu, Patrem per Filium operari. Quæri autem possunt tria in Cyrilli sententia: 1° num mandatum illud supremæ Christi dignitati, intimæque ejus cum Patre conjunctioni officiat ; 2° num Deus nihil ad condendum orbem aliud contulerit, præter mandatum, et designationem rerum faciendarum Filio monstratam ; 3° quibus de causis causam exemplarem Patri, efficientem Filio assignarit, contra receptum in scholis Latinis ea de re disserendi modum. Tres illas quæstiones in Diss. 3 enucleamus ; ac probasse nos speramus Cyrillum nullam aliam Filii a Patre præter naturæ ac generationis dependentiam agnovisse : creandi actionem tribus personis communem fecisse : exemplarem causam et mandatum Patri attribuisse, ut Filium persona distingueret a Patre.

(2) *Creandarum rerum designationem*, etc., ὑφήγησιν. Male profecto Grodecius vertit *administrationem*. Ex præcedentibus manifestum est hic agi de rerum faciendarum exemplari, conjuncto cum Patris mandato exsecutionem imperante. Hæc vis vocis ὑφήγησις, quæ significat demonstrationem, delineationem, documentum rerum quas fieri a nobis oportet. Inter multa exempla sufficient hæc ex Gregor. Nyss., *De perfecta Christiani forma*, tom. III, pag. 275 : Οὕτως ἂν ἀξιόπιστος ἦν τῶν ἀγαθῶν ἡ ὑφήγησις, τοῦ βίου τοῖς λόγοις συμφθεγγομένου· *Sic enim fide digna futura erat bene agendorum præceptio, moribus idem quod verba loquentibus*, pag. 276, de S. Paulo : Μάλιστα πάντων ἀκριβῶς καὶ τί ἐστιν ὁ Χριστὸς, κατενόησε· καὶ οἷον εἶναι χρὴ τὸν ἐπονομαζόμενον αὐτῷ, δι' ὧν ἐποίησεν ὑφηγήσατο· *Omnium maxime et quid sit Christus accurate intellexit : et qualem oporteat eum esse qui ejus nomine censeatur, suis actionibus descripsit et demonstravit ;* et pag. 290 : Οὐκ ἔστι, μὴ δεχομένης τῆς ἀκοῆς τὴν ὑφήγησιν, δεόντως τι τῶν προκειμένων γενέσθαι· *Fieri non potest . . . . , ut si auris rerum gerendarum præceptionem non admittat, quidquam eorum quæ nobis sunt proposita geratur.* Vide Basil. epist. ad monachum qui exciderat, pag. 9.

(3) Βούλομαι μέν τι. Τι loco τοι scripsimus ex codd. Coisl., Roe, Casaub., Grod. Infra, aute ὁρατῶν addidimus articulum τῶν ex Roe et Casaub. ; sed Coisl. habet ὁρατόν, non male. Nota exemplum hoc a Cyrillo agnosci quasi imperfectissimum : unde nulla ad res divinas trahi consequentia possit.

(4) Κατασκευᾶσθαι. In codd. Roe, Casaub. et Ottob., κατασκευάσαι. Infra verba, ἵνα τὸ μὲν, usque ad ἐξουσίαν incl. desunt in codd. Roe, et Casaub. ; verba vero sequentia, καὶ Υἱός, paulo aliter ab iis exhibentur ad hunc modum : Καὶ ἔχει ἐξουσίαν τῶν ἰδίων δημιουργημάτων, ἵνα καὶ ὁ Πατὴρ δημιουργὸς ᾖ καὶ ὁ Υἱός· καὶ μήτε Πατήρ, etc. *Et habet* (Filius) ; *potestatem in opificia propria, ut et Pater opifex sit et Filius et neque Pater*, etc.

(5) Δημιουργηθέντων. Ita emendavimus ex codd. Coisl. et Grod., habebatur in editis, δημιουργημάτων.

(6) Ἡμῖν. Coisl., Roe, Casaub. ὑμῖν. Perinde

ἑαυτοῦ Πατέρα ὁ Μονογενὴς, φησίν· Οὐ δύναται ὁ Υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἐὰν μή τι βλέπῃ (1) τὸν Πατέρα ποιοῦντα· ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ· καὶ πάλιν· Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι· οὐδεμιᾶς οὔσης ἐν τοῖς ἐργαζομένοις ἐναντιότητος. Τὰ γὰρ ἐμὰ πάντα, σά ἐστι· καὶ τὰ σὰ, ἐμὰ, φησὶν ἐν Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος. Καὶ τοῦτό ἐστιν ἐπιγνῶναι σαφῶς ἐκ τῆς Παλαιᾶς καὶ Καινῆς Διαθήκης. Ὁ γὰρ λέγων, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν, πάντως ὅτι τινὶ παρόντι προσδιελέγετο. Σαφέστατα δὲ μᾶλλον ὁ Ψαλμῳδὸς εἴρηκεν· Αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν· ὡς μὲν τοῦ Πατρὸς ἐντελλομένου καὶ λέγοντος, τοῦ δὲ Υἱοῦ νεύματι αὐτοῦ (2) τὰ πάντα δημιουργοῦντος. Καὶ τοῦτο μυστικῶς ὁ Ἰὼβ ἔλεγεν· Ὁ τανύσας τὸν οὐρανὸν μόνος, καὶ περιπατῶν ὡς ἐπ' ἐδάφους ἐπὶ θαλάσσης· δηλῶν τοῖς νοοῦσιν, ὅτι ὁ διὰ τῆς παρουσίας περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης, οὗτος ἦν ὁ πρὸ τούτου τῶν οὐρανῶν ποιητής. Καὶ πάλιν ὁ Κύριός (3) φησιν· Ἢ σὺ λαβὼν γῆν πηλὸν, ἔπλασας ζῶον, καὶ λαλητὸν αὐτὸν ἔθου ἐπὶ τῆς γῆς; εἶτα ἑξῆς· Ἀνοίγονται δέ σοι φόβῳ πύλαι θανάτου, πυλωροὶ δὲ ᾅδου ἰδόντες σε ἔπτηξαν; δηλῶν, ὅτι ὁ εἰς ᾅδου κατελθὼν διὰ φιλανθρωπίαν, οὗτος ἐξ ἀρχῆς ἐκ πηλοῦ κατεσκεύασε τὸν ἄνθρωπον.

ΚΔ'. Ἔστι τοίνυν ὁ Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ μονογενὴς καὶ τοῦ κόσμου ποιητής, Ἐν γὰρ τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο· καὶ, εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καθὼς ἡμᾶς διδάσκει τὸ Εὐαγγέλιον. Οὐ μόνον δὲ τῶν φαινομένων, ἀλλὰ καὶ τῶν μὴ φαινομένων νεύματι Πατρὸς ποιητής ἐστιν ὁ Χριστός. Ἐν αὐτῷ (4) γὰρ ἐκτίσθη τὰ πάντα, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα· εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες· εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι· τὰ πάντα δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται· καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε. Κἂν τοὺς αἰῶνας αὐτοὺς εἴπῃς, καὶ τού-

A ait: *Non potest Filius facere a semetipso quidquam, nisi quid viderit Patrem facientem. Quæ enim* **161** *ille fecerit, hæc et Filius similiter facit* [60]. Et iterum: *Pater meus usque modo operatur, et ego operor* [61]; nulla prorsus in his qui operantur contrarietate. *Mea* enim *omnia tua sunt, et tua mea*, ait in Evangeliis Dominus [62]. Quod quidem aperte cognoscere licet, tam ex Veteri quam ex novo Testamento. Qui enim dicit: *Faciamus hominem ad imaginem nostram et ad similitudinem* [63]; omnino præsentem aliquem alloquebatur. Omnium vero apertissime Psalmidicus ait: *Ipse dixit, et facta sunt: ipse mandavit, et creata sunt* [63]; tanquam Pater quidem mandante et dicente, Filio vero nutu ejus omnia efficiente. Quod etiam Job mystice di- B xit: *Qui extendit cælum solus, et ambulat super mari tanquam super solo* [65]; intelligentibus significans, quod qui dum hic versaretur ambulavit super mari, is erat qui cœlos antea condiderat. Et rursus Dominus ait: *Aut tu sumens terram lutum, finxisti animantem, et loquendi vi præditum illud posuisti super terram* [66]? deinde in consequentibus: *Aperiuntur vero tibi præ timore portæ mortis, janitoresque inferni videntes te timuerunt* [67]? Declarans nimirum eum qui in infernum propter suam bonitatem descendit, ipsum esse qui ab initio ex luto hominem construxit.

XXIV. Est igitur Christus, Filius Dei unigenitus et mundi effector. *In mundo* enim *erat, et mundus per ipsum factus est* [68]. Et, *in propria venit* [69], sicut nos docet Evangelium. Non autem eorum quæ con- C spiciuntur solum, sed et eorum quæ non videntur nutu Patris factor est Christus (5). *In ipso* enim *creata sunt omnia*, juxta Apostolum, *quæ sunt in cælis et quæ super terram, visibilia et invisibilia; sive throni sive dominationes, sive principatus sive potestates, omnia per ipsum et in ipsum creata sunt. Et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant* [70]. Etiam si ipsa dixeris sæcula, horum quoque, nutu Patris, factor est Jesus Christus. *Novis-*

[60] Joan. v, 19. [61] ibid. 17. [62] Joan. xvii, 10. [63] Gen. i, 26. [64] Psal. cxliii, 5. [65] Job. ix, 8. [66] Job. xxxviii, 14. [67] ibid. 17. [68] Joan. i, 10. [69] ibid. 11. [70] Coloss. i, 16, 17.

est. Loco Χριστοῦ, iidem codd. habent, Κυρίου. Grod. legit, Θεοῦ.

(1) Μή τι βλέπῃ. Editi τις. Emendavimus ex Coisl., Roe, Casaub. In notis supponit Millesius id se emendasse, adhuc tamen in textu retentum, τις.

(2) Νεύματι αὐτοῦ. In codd. Coisl., Roe, Casaub. desunt hæ voces. Nos αὐτοῦ addidimus ex sola vers. Grod. cum in editis et mss. desit.

(3) Καὶ πάλιν ὁ Κύρ. Roe et Casaub.. Καὶ πάλιν πρὸς αὐτὸν ὁ Κύριος· *Et rursus ad ipsum Dominus*. Loco γῆν πηλόν, quod legitur in editis et cod. Coisl., juxta LXX Romanæ editionis; habetur in codd. Ottob., Roe et Casaub., γῆς πηλόν, ut in ed. Compl. LXX; at editio Aldina habet ἀπὸ γῆς πηλόν. Paulo post, loco καὶ τὰ ἑξῆς, scripsimus, εἶτα ἑξῆς, ex codd. Ottob., Roe, Casaub., Coisl.

(4) Ἐν αὐτῷ. Ita emendavimus ex Coisl., Roe, Casaub. et sacro textu; nam in editis legitur, ἐν ἑαυτῷ.

D (5) *Sed et eorum quæ non videntur*, etc. Visibilium et invisibilium nomine res corporeæ et incorporeæ a Patribus designari solent. Vide Greg. Nyss. *De iis qui mature abripiuntur*, pag. 325. At hic Cyrillus invisibilium rerum nomine angelorum ordines diversos videtur intelligere, ut et cat. 23, n. 6. Ferit hoc loco Marcioni hæresim, quæ ut ait Hieronymus epistola ad Pammachium veteris edit. 61, n. 38: *Alterum bonum, alterum justum Deum ferens, illum invisibilium, hunc visibilium asserit creatorem.* Manichæos quoque alterum corporis, animæ alterum conditorum affirmantes respicere potuit. Sæculorum, αἰώνων, nomine quæ ipsa quoque a Christo facta dicit, fortassis certum angelorum ordinem designat. Notum est enim ab Ignatio, *Epist. ad Trallian.*, n. 5, *Constit. apost.* auctore, lib. viii, cap. 12: Eusebio, *De laudibus Constantini*, cap. 1, pag. 606; Hilar., lib. ii *De Trin.*, num. 9, αἰῶνας, sive sæcula angelici ordinis speciem numerari.

simis enim *his diebus locutus est nobis in Filio, quem possuit hæredem universorum, per quem et sæcula fecit* [71]. Cui gloria, honor, imperium, cum Patre et sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A των νεύματι τοῦ Ηατρός ἐστι ποιητὴς Ἰησοῦς ὁ Χριστός· Ἐπ' ἐσχάτων (1) γὰρ τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν Υἱῷ, ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν. Ὧ ἡ δόξα, τιμή, κράτος, σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ (2) ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν

[71] Hebr. I, 2.

(1) Ἐπ' ἐσχάτων. Roe et Casaub., ἐπ' εσχατου. Vide adnotata ad titulum catecheseos. Post τούτων additur ὁ Θεός, in præfat. codd.

(2) Τῷ Ηατρὶ, καὶ τῷ. Eas voces adjecimus ex codd. Roe et Casaub.; nam editi omittunt Patris mentionem. Grodecius aliter legit : *Cui gloria, honor, et potentia, in sancto Spiritu, ubique, nunc et semper in omnia sæcula. Amen.* In Coisl. omittitur Patris et sancti Spiritus commemoratio, ac post κράτος immediate subjicitur, εἰς τοὺς αἰῶνας, etc.

CATECHESIS DUODECIMA.

DE CHRISTO INCARNATO.

MONITUM.

162 I. *Incarnationis veritatem in hac oratione contra Judæos et hæreticos propugnat : causas ejus inquirit : signa venturi Christi a prophetis prænuntiata describit : circumstantias temporis, loci, generis ac modi quo natus est Christus, ex utroque Testamento diligentissime persequitur.*

II. *Exposita primum humanitatis juxta ac divinitatis in Christo confitendæ necessitate* (n. 1), *et obiter confutata Judæorum pertinacia* (n. 2), *varios de Christo incarnato hæreticorum errores memorat, eisque Ecclesiæ fidem opponit* (n. 3). *Tum ad refellendas diversorum contradictiones, incarnationis causas aperit, quæ fuerunt permultæ ; in primis humani generis reparatio, quod argumentum dum tractat, prophetias adventus Domini prænuntias percurrit* (n. 5-9) *; et in Jesum, qui asino sedens Hierosolymam invectus est, in Olivarum monte stetit, miracula operatus est, a subditis judicatus est, plane cadere demonstrat* (n. 10-12). *Tum alias commemorat Dominici adventus causas ; ut nimirum Deum capere possemus ; ut aquas sanctificaret* (n. 13 et 14) ; *Deum sub sensus subjectum nobis adorare liceret ; diabolum Christus eodem quo ille nos dejecerat, carnis instrumento debellaret* (n. 15, 16). *Post, adversum Judæos possibilem incarnationem probat ; tempusque hujus Dei in terras adventus ex patriarchæ Jacob, Davidis, et Danielis prophetiis, in Herodis regno et principum Judaicorum definit* (n. 17-19). *Bethlehem nativitatis Christi locum ex Davide atque Michæa comprobat* (n. 20). *Dehinc Jesum ex virgine de Davidis prosapia ut promissum erat, natum ostendit* (n. 21 et seq.). *Gentilibus ex ipsorum fabulis, Judæis ex Scripturarum testimonio possibilem ex virgine nativitatem ostendit* (n. 27 et seq.) ; *et non indignam nec dedecoram Deo humani corporis assumptionem contra hæreticos evincit* (n. 25, 26-32). *Tandem eximia castitatis et virginalis status commendatione orationem concludit* (n. 33, 34).

III. *Varia sunt in hac oratione singulari animadversione digna : accurata divinitatis et humanitatis Christi confessio ; Jacobi et Danielis prophetiarum explanatio ; præclarum sacerdotum continentiæ testimonium ; encomia virginitatis et manastici status.*

IV. *Pronuntiata est altera post præcedentem die, ut, num.* 4, *declarat auctor initio. Emendata a nobis est ad fidem codicum Coisliniani, Ottoboniani, Roe, Casauboniani, et Regii num.* 2503 *notati, in quo hæc cum tribus sequentibus catechesibus habetur : duodecimi vel tertii decimi circiter est sæculi.*

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ ΙΒ'

ΦΘΤΙΖΟΜΕΝΩΝ.

Ἐν Ἱεροσολύμοις σχεδιασθεῖσα, εἰς τὸ, Σαρκωθέντα (1) καὶ ἐνανθρωπήσαντα· καί ἀνάγνωσις ἐν τοῦ Ἡσαΐου· Καὶ προσέθετο Κύριος λαλῆσαι τῷ Ἀχάζ, λέγων· Αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον· καὶ ἐξῆς· Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται. καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῖ Ἐμμανουήλ, καὶ τὰ ἐξῆς.

—

CATECHESIS XII ILLUMINANDORUM [2].

163 Hierosolymis ex tempore pronuntiata, in illud : « Qui incarnatus et inhumanatus est. » Et lectio ex Isaia : « Et adjecit Dominus loqui ad Achaz, dicens : Pete tibi ipsi signum ; » et infra : « Ecce virgo in « utero accipiet, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel [72] ; » et quæ sequuntur.

—

Α'. Ἁγνείας σύντροφοι καὶ σωφροσύνης μαθηταὶ, τὸν ἐκ Παρθένου (3) γεννηθέντα Θεὸν, ἁγνείας μεστοῖς χείλεσιν ἀνυμνήσωμεν· Οἱ τοῦ νοητοῦ προβάτου τῶν κρεῶν μεταλαβεῖν καταξιούμενοι, κεφαλὴν μετὰ τῶν ποδῶν μεταλάβωμεν· κεφαλῆς μὲν τῆς θεότητος νοουμένης, ποδῶν δὲ τῆς ἀνθρωπότητος ἐκλαμβανομένης. Οἱ τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων ἀκροαταὶ, Ἰωάννῃ τῷ Θεολόγῳ πεισθῶμεν· Ὁ γὰρ εἰπὼν, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· ἐπήγαγε λέγων, Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο.

I. Puritatis alumni (4) et castitatis discipuli, Deum ex Virgine natum plenis castitate labiis celebremus Qui intellectualis ovis (5) carnibus vesci digni habemur, caput simul cum pedibus sumamus [73] ; divinitate per caput, humanitate vero per pedes intellecta. Qui sancta audimus Evangelia, Joanni Theologo audientes simus : ille enim postquam dixit : « In principio erat Verbum, et Verbum erat « apud Deum, et Deus erat Verbum [74] ; » dein subjecit, dicens : « Et Verbum caro factum est [75] ». Neque enim nudum hominem adorare fas est ; nec Deum so-

[72] Isa. VII, 10. [73] Exod. XII, 9. [74] Joan. I, 1. [75] ibid. 14,

(1) Σαρκωθέντα. Hujus vocis loco Cyrillus hunc articulum referens hujus cat. n. 13, scribit, ἐν σαρκὶ παραγενόμενον. Ante Ἀχάζ, adjecimus articulum τῷ ex cod. Coisl. et sacro textu. Loco καλέσουσι, codd. Coisl. et Ottob. habent ut in prophetico textu, καλέσεις, *vocabis* ; at Cyrillus ipse hujus cat. n. 21, legit, καλέσουσι. Quæ vox sumpta ex Matth. I, 3, hunc Isaiæ locum referente. Ita tamen multi Patres legere, ut Greg. Nyss. in nat. Christi, p. 344, etc.

(2) Habita est sequenti die post præcedentem, num. 4.

(3) Τὸν ἐκ Παρθένου. Articulum τόν addidimus ex codd. Coisl. Reg., Roe, Casaub. Foot Θεόν, additur in Coisl. Λόγον, *Deum Verbum*, ac post χείλεσι· in eodem et in Reg. adjicitur, καὶ συνειδήσεως ἀγαθῆς, « plenis castitatis et bonæ conscientiæ « labiis celebremus. » Sequentia de confitenda humanitate simul cum divinitate Christi, ex comparatione agni paschalis, transcribit S. Nilus lib II, epist. 187, adjuncta phrasi ex cat. 4, n. 9.

(4) *Puritatis alumni*. Sic reddidi vocem ἁγνείας, qum quanquam apud auctores ecclesiasticos castitatem omnem, sive virginum, sive viduorum, sive conjugum significet, apud Cyrillum tamen, si unum locum excipias, virginalem semper continentiam designat. In hoc exordio Cyrillus tribus hujus periodi membris tria hominum genera mihi videtur alloqui, in primo virgines et cœlibes, quos etiam in fine catecheseos convenit sicut initio, in secundo fideles baptizatos qui Eucharistiæ participant ; Christique per agnum Paschalem figurati carnibus vescebantur ; in tertio omnes prorsus qui aderant, baptizatos et baptizandos. Cadit igitur Albertini objectio contra realem corporis Christi manducationem inde petita, quod baptizandos Cyrillus carnis Christi participes efficiat, eamque manducationem concludat in fide divinitatis et humanitatis ejus. At prime in hoc membro baptizatos alloquitur : quanquam non diffiteor idem ad baptizandos dici potuisse, quos cat. 1, n. 1. « mysteriorum Christi participes » dicit ; non quidem *re et gratia*, sed *vocatione* solum et certa exspectatione ; quosque bonis baptismi anticipato frui passim inculcat 2° Quamvis fides in Christum, quædam mystica sit ejus manducationis species, ea tamen non destruit realem ejus in Eucharistia manducationem : nihil enim præcipui supra catechumenos, quibus fides in Christum imperabatur, habuissent fideles ; quibus tamen Eucharistia tanquam ingens favor, catechumenis non negatus solum sed et occultatus, commendabatur. Quin imo illa per fidem manducatio, supponit pro fundamento realem Christi participationem, istius per fidem manducationis figuram ; et argumentum Cyrilli quod totus Christus credendus sit quia totus manducatur, supponit et agnum paschalem totum a Judæis, et Christum totum a fidelibus realiter manducatum. Cæterum illa capitis et pedum agni paschalis ad Christi divinitatem et humanitatem accommodatio, communis est apud Græcos et Latinos Patres, ante et post Berengarium.

(5) Christi per agnum paschalem figurati.

lummodo absque humanitate dicere, pium. Si enim Deus est Christus, uti revera est, humanitatem autem non assumit, alieni a salute sumus. Adoretur igitur ut Deus, credatur vero quod humanam quoque naturam induit. Neque enim hominem seclusa divinitate dicere, conducibile est : neque a deitatis confessione humanitatem sejungere, salutiferum. Confiteamur regis et medici præsentiam. Rex enim Jesus medicinam allaturus, linteo humanitatis se præcingens [76], quod infirmum erat curavit. Perfectus infantium magister, puerum **164** se cum pueris fecit ; ut imprudentibus sapientiam instillaret [77]. Cœlestis panis ad terram descendit, ut aleret famelicos.

II. Judæi vero, dum eum qui venit rejiciunt, eumque qui infauste venturus est exspectant ; verum illi quidem Christum repudiavere, impostorem vero ipsi in errorem abducti recipient : ut in hoc quoque vera reperiatur Salvatoris sententia : « Ego veni « in nomine Patris mei, et non recipitis me ; si au- « tem alius venerit in proprio nomine, illum reci- « pietis [78]. » Optimum autem fuerit eam Judæis interrogationem proponere : Veraxne sit Isaias propheta, dum ait Emmanuelem ex virgine nasciturum [79], an mendax ? Si quidem illum uti mendacem criminentur, nihil mirum : mos enim illis prophetas non solum quasi mendaces insimulare, sed et lapidibus opprimere ; sin verax propheta fuerit, ostendite Emmanuelem. Item, utrumne is qui venturus est, quem exspectatis, ex virgine proditurus est, necne ? si ex virgine non nascitur, falsi arguitis prophetam. Si vero id in futura re exspectatis, eccur id quod jam factum est repudiatis ?

III. Ac Judæi quidem, quando ita volunt, errore abducantur ; Ecclesia autem Dei glorificetur [80]. Nos enim recipimus Deum Verbum inhumanatum vere : non ex voluntate viri et mulieris, ut hæretici aiunt ; sed *ex Virgine et Spiritu sancto* juxta Evangelium *inhumanatum ;* non specie, sed veritate. Quod autem vere ex Virgine humanam naturam susceperit, tradendæ doctrinæ tempus nunc ex-

A Οὔτε γὰρ τὸν φιλὸν ἄνθρωπον προσκυνεῖν, ὅσιον οὔτε Θεὸν μόνον λέγειν χωρὶς τῆς ἀνθρωπότητος (1), εὐσεβές. Εἰ γὰρ Θεός ὁ Χριστὸς, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστι. μὴ ἀνέλαβε δὲ τὴν ἀνθρωπότητα, τῆς σωτηρίας ἀλλότριοι καθεστήκαμεν. Προσκυνείσθω μὲν ὡς Θεὸς (2), πιστευέσθω δὲ, ὅτι καὶ ἐνηνθρώπησεν. Οὔτε γὰρ τὸ λέγειν ἄνθρωπον ἄνευ θεότητος, ἐπωφελές· οὔτε τὴν ἀνθρωπότητα μὴ συνομολογεῖν τῇ θεότητι, σωτήριον. Ὁμολογήσωμεν τοῦ βασιλέως καὶ ἰατροῦ τὴν παρουσίαν (3). Ὁ γὰρ βασιλεὺς Ἰησοῦς ἰατρεύειν μέλλων, λέντιον ἀνθρωπότητος περιζωσάμενος, ἐθεράπευσε τὸ νοσοῦν· ὁ τέλειος τῶν νηπίων διδάσκαλος, συνενηπίασε τοῖς νηπίοις, ἵνα σοφίσῃ τοὺς ἄφρονας· ὁ ἐπουράνιος ἄρτος κατῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς, ἵνα θρέψῃ τοὺς λιμώσσοντας.

B Β', Ἰουδαίων δὲ παῖδες, τὸν μὲν ἐλθόντα ἀθετοῦντες, τὸν δὲ κακῶς ἐρχόμενον προσδοκῶντες· τὸν μὲν ἀληθῆ Χριστὸν παρητήσαντο (4), τὸν δὲ πλάνον οἱ πλανηθέντες ἐκδέχονται, ἀληθοῦς καὶ ἐν τούτῳ τοῦ Σωτῆρος εὑρισκομένου, τοῦ εἰπόντος· Ἐγὼ ἐλήλυθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου, καὶ οὐ λαμβάνετέ με· ἐὰν δὲ ἄλλος ἔλθῃ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, ἐκεῖνον λήψεσθε. Καλὸν δὲ καὶ ἐπερώτησιν προσενέγκαι (5) τοῖς Ἰουδαίοις· Ἀληθὴς ὁ προφήτης Ἡσαΐας, ὁ λέγων, ὅτι Ἐμμανουὴλ ἐκ παρθένου γεννηθήσεταί, ἢ ψευδής; Εἰ μὲν γὰρ ὡς ψευδοῦς κατηγορεῖτε, οὐδὲν θαυμαστόν· ἔθος γὰρ αὐτοῖς οὐ μόνον ὡς ψευδεῖς (6) κατηγορεῖν, ἀλλὰ καὶ λιθάζειν τοὺς προφήτας· εἰ δὲ ἀληθὴς ὁ προφήτης, δείξατε τὸν Ἐμμανουήλ. Καὶ πότερον, ὁ ἔρχεσθαι μέλλων ὁ ὑφ' ὑμῶν προσδοκώμενος, ἐκ παρθένου τίκτεται, ἢ οὔ; Εἰ μὲν γὰρ ἐκ παρθένου μὴ γεννᾶται, ψευδοκατηγορεῖτε (7) τοῦ προφήτου· εἰ δὲ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος τοῦτο προσδοκᾶτε, τί τὸ ἤδη γενόμενον παραιτεῖσθε ;

C Γ'. Ἰουδαῖοι μὲν οὖν πλασάσθωσαν, ἐπειδὴ θέλουσιν· ἡ δὲ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ δοξαζέσθω. Ἡμεῖς γὰρ παραδεχόμεθα Θεὸν Λόγον (8) ἐνανθρωπήσαντο κατὰ ἀλήθειαν, οὐκ ἐν θελήματος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ὡς αἱρετικοὶ λέγουσιν, ἀλλ' ἐκ Παρθένου καὶ Πνεύματος ἁγίου, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, ἐνανθρωπήσαντα, οὐ φαντασίᾳ, ἀλλὰ ἀληθείᾳ. Καὶ ὅτι ἀληθῶς ἐκ Παρθένου ἐνηνθρώπησε, περίμενε τὸν καιρὸν

[76] Joan. XIII, 4. [77] Prov. I, 4. [78] Joan. V, 43. [79] Isa. VII, 14. [80] *Vid. cat.* 4, n. 9.

(1) Χωρὶς τῆς ἀνθρωπότητος. Hæc non legit Grodecius. Coisl., Roe et Casaub. loco ἀνθρωπότητος habent, ἐνανθρωπότητος. Reg., ἐνανθρωπήσεως. « sine inhumanatione. »

(2) Μὲν ὡς Θεός. Ita scripsimus ex codd. Reg. Roe, Casaub. Grod. et S. Nilo. In editis vero est, Προσκ. μὲν οὖν ὁ Θεός « Adoretur itaque Deus. »

(3) Ἰατροῦ τὴν παρουσίαν. Habetur in impressis. τὴν σωτηρίαν καὶ τὴν παρουσίαν, « salutem et « præsentiam. » Auctoritate codd. Coisl., Reg., Roe, Casaub. et Grod. eliminavimus verba, τὴν σωτηρίαν καὶ. Conjicerem tamen legendum, τὴν σωτήριον παρουσίαν, « salutarem præsentiam. » Paulo post, loco τὸν νοσοῦντα, ex præfatis codd. posuimus, τὸ νοσοῦν, at Grod. legisse videtur, τὴν νόσον, *morbum*.

(4) Παρητήσαντο. Ita loco παραιτησάντες, postulante constructionis lege, emendavimus, ex Ottob., Reg., Roe, Casaub. et Grod.

(5) Προσενέγκαι. Ex codd Reg., Coisl., Ottob., Roe, Casaub. In editis, ἐπενέγκαι.

(6) Ὡς ψευδεῖς. Deest ὡς Roe, Casaub. Loco ψευδεῖς. Caisl., Reg., Ottob. habent, ψεύδους.

(7) Ψευδοκατηγορεῖτε. Ita codd. Coisl., Reg., Roe, Casaub. Male omnino in editis, ψεῦδος κατηγορεῖτε, forte ψευδοῦς κατήγορ.

(8) Θεὸν Λόγον. Vocem Θεόν supplevimus ex Coisl., Reg., Ottob., Roe, Casaub. Voces *ex Virgine et Spiritu sancto*, quasi ex Symbolo desumptas majoribus litteris notari curavi : cum tamen in titulo catecheseos, et num. 13, ubi refertur tertius symboli articulus, desint. Sed in omnibus pene Latinis et Græcis symbolis leguntur ; referunturque, cat. 4, num. 9.

τῆς διδασκαλίας νῦν (1), καὶ λήψῃ τὰς ἀποδείξεις· πολύπλοκος γάρ ἐστιν ἡ τῶν αἱρετικῶν πλάνη. Καὶ οἱ μὲν μηδόλως αὐτόν ἐκ Παρθένου γεγενῆσθαι εἰρήκασιν· οἱ δὲ γεγενῆσθαι μὲν, οὐκ ἐκ Παρθένου δὲ, ἀλλ' ἐκ γυναικὸς ἀνδρὶ συνοικούσης. Οἱ δὲ λέγουσιν οὐ Θεὸν ἐνηνθρωπηκέναι τὸν Χριστὸν, ἀλλ' ἄνθρωπόν τινα τεθεοποιῆσθαι. Ἐτόλμησαν γὰρ εἰπεῖν, ὅτι οὐχ ὁ προὼν Λόγος, οὗτος ἐνηνθρώπησεν· ἀλλὰ ἄνθρωπός τις προκόψας, οὗτος ἐστεφανώθη.

A spectes velim, et hujus rei demonstrationes accipies, multiplex enim est hæreticorum error. Atque hi quidem ipsum in totum ex Virgine natum esse pernegarunt (5); alii vero natum concessere; non tamen ex Virgine, sed ex muliere viro permista. Alii aiunt non Deum Christum inhumanatum esse sed hominem quemdam deificatum; ausi sunt namque dicere, non illud Verbum quod præexsistebat, hominem induisse: sed hominem quemdam profectus sui merito coronatum esse.

Δ'. Σὺ δε μνημονευσον τῶν χθὲς περὶ τῆς θεότητος εἰρημένων. Πίστευσον, ὅτι αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ τοῦ Θεοῦ μονογενὴς Υἱὸς, οὗτος ἐκ Παρθένου πάλιν ἐγεννήθη. Ἰωάννῃ τῷ εὐαγγελιστῇ πείσθητι λέγοντι· Καὶ ὁ Λόγος σαρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. Ὁ μὲν γὰρ Λόγος αἰώνιος, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ Πατρὸς γεννηθείς· τὴν δὲ σάρκα προσάτως ἀνέλαβε δι' ἡμᾶς. Ἀλλὰ ἀντιλέγουσι πολλοὶ, καὶ λέγουσι· Τί τοσοῦτον ἦν αἴτιον, ὥστε Θεὸν εἰς ἀνθρωπότητα (2) καταβῆναι; καὶ εἰ ὅλως Θεοῦ φύσις ἐστὶν ἀνθρώποις συναναστρέφειν; καὶ, εἰ δυνατόν ἐστι παρθένον τεκεῖν ἄνευ ἀνδρός; Πολλῆς δὲ ἀντιλογίας οὔσης, καὶ πολυειδοῦς τῆς μάχης· φέρε, τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι, καὶ ταῖς τῶν παρόντων εὐχαῖς, ἕκαστον διαλύσωμεν.

B quidem æternum est, ante omnia sæcula ex Patre genitum; carnem vero recens propter nos suscepit. Verum contradicunt multi, et dicunt: Quæ tanta fuit causa, ut Deus ad humana delaberetur? iterumque: an id omnino in Dei naturam cadit, ut cum hominibus conversetur [82]? Et, possibile estne virginem parere sine viro? Cum plurima sit contradictio et multiformis pugna, age, per Christi gratiam et eorum qui hic adsunt orationes, singula dissolvamus.

IV. Tu vero memineris eorum quæ hæsterna die de divinitate sunt dicta. Crede, quod ille ipse unigenitus Dei Filius, iste iterum natus est de Virgine. Crede Joanni evangelistæ **165** dicenti: *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* [81]. Verbum

Ε'. Καὶ πρῶτόν γε ἡμῖν ζητείσθω, τίνος ἕνεκεν κατέβη ὁ Ἰησοῦς. Καὶ μὴ ταῖς ἐμαῖς εὑρεσιλογίαις πρόσεχε· δυνατὸν γὰρ ἴσως κατασοφισθῆναι· ἀλλ' ἐὰν μὴ προφητῶν περὶ ἑκάστου πράγματος δέξῃ μαρτυρίαν, μὴ πίστευε τοῖς λεγομένοις· ἐὰν μὴ καὶ περὶ τῆς Παρθένου, καὶ τοῦ τόπου, καὶ τοῦ χρόνου, καὶ τοῦ τρόπου μάθῃς ἐκ τῶν θείων Γραφῶν, μὴ παραδέξῃ παρά ἀνθρώπου μαρτυρίαν. Τὸν μὲν γὰρ παρόντα καὶ διδάσκοντα δυνατόν ἐστι καὶ ὑποπτεῦσαι· τὸν δὲ πρὸ χιλίων καὶ πλειόνων ἐτῶν (3) προφητεύσαντα, τίς ὑποπτεύσει νοῦν ἔχων; Εἰ τοίνυν (4) ζη-

C nisi et de Virgine, et de loco, et de tempore, et de modo didiceris ex divinis Scripturis, ne accipias ab homine testimonium [84]. In eum enim qui nunc adest et docet, potest quidem suspicionis nonnihil cadere: at eum qui ante mille et eo amplius annos prophetavit, quisnam mente præditus suspectum

[81] Joan. I, 14. [82] Baruch III, 38. [83] *Vid. cat.* 4, n. 17. [84] Joan. V, 34.

(1) Νῦν. Deest ea vox in Reg., Roe, Casaub. et Grod. Paulo post, voces ἐκ Παρθένου post μηδόλος αὐτόν, desunt in Roe et Casaub., ac reverra tollere videntur discrimen a Cyrillo positum inter hæreticos quos hic notat, et eos quos sequenti membro tanquam ab illis diversos refert. Sed verba *ex virgine* idem sonare possunt quod ex femina universe, vel ex Maria speciatim: ac præter Docetas qui phantasticam docebant incarnationem, respicere potuit eos qui reale quidem, non autem ex virgine sumptum Christo corpus tribuebant. Cujusmodi erat vel Apelles qui aerium Christi corpus docebat, ex Tertull., *De carne Christi*, c. 6, vel Valentinus qui illud per virginem quasi per canalem e sideribus transjectum somniabat.

(2) Εἰς ἀνθρωπότητα. Cod. Reg. et Coisl. horum verborum loco unum habent, ἐνανθρωπήσαντα. Loco vero sequentium, Καὶ εἰ ὅλως. etc. codd. Roe et Casaub. ista exhibent: Καὶ εἰ ὅλως Θεὸς φύσει ἐστὶ, πῶς ἀνθρώποις συνεστράφη; *Et si omnino natura Deus est, quemadmodum cum hominibus conversatus est?*

(3) Ἐτῶν. Editi præponunt articulum τῶν, quem ex codd. Coisl., Roe, Casaub. sustulimus.

4) Εἰ τοίνυν, etc. Hæc verba, usque ad Ἀλλὰ τοῦτο excl. citantur a sancto Joanne Damasceno, orat. 3 *De imag.*, pag. 383 nov. ed., cum aliquot levioris momenti discriminibus, et parum emendate prorsus. A sancto quque Nilo, lib. II, epist. 191, partim transcribuntur.

(5) *Hi quidem*, etc. Tria hæreticorum genera commemorat. Primum Docetarum, qui Christum omnino natum negavere, de quibus diximus ad catech. 4. n 9, nota 8, vel hominem quidem, sed non ex homine ortum, ut Apelles, et si qui alii; secundum, eorum qui Christum sicut cæteros homines natum dixere: quos assignavimus ad catech. 7, n. 7, nota 3; tertium tandem eorum qui Christum ex homine puro deificatum aiebant; hi sunt quos Prudentius in *Apotheosi* Homuncionitas vocat. Hujus erroris notantur Ebion ab Hilario, lib. II *De Trin.* n. 4, Paulus Samosatensis, ab episcopis in concilio an. 344, vel 346, auctoribus formulæ fidei ab Athanasio, lib. *De Synodis*, recitatæ, num. 26, art. 4: Οἱ ἀπό Παύλου τοῦ Σαμοσατέως ὕστερον αὐτὸν μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ἐκ προκοπῆς τεθεοποιῆσθαι λέγοντες, τῷ τὴν φύσιν ψιλὸν ἄνθρωπον γεγονέναι.. *Qui ab Paulo Samosatensi profecti sunt, ipsum* (nempe Filium) *post incarnationem demum Deum factum esse dicentes, qui natura simplex homo factus fuisset.* Idem Athanasius ipse confirmat orat. I *cont. Ar.*, II, 38 et 39. Eadem Photini hæresis fuit, teste Lucifero, *De non conveniendo cum hæreticis*, pag. 224, Rufino, in *Exp. Symboli*, ad articulum de Ecclesia, etc.

habere queat? Igitur, si Christi adventus causam inquiris, recurre ad primum Scripturarum librum. Sex in diebus Deus mundum fecit : verum mundus propter hominem est. Sol splendidissimis fulgoribus micat : sed ut homini luceat, effectus est; et omnia animalia, ut nobis serviant constituta sunt; herbæ et arbores ad usum nostrum creatæ. Bona, opificia omnia [85]; sed nullum eorum imago Dei, præter hominem solum. Sol mandato solum; homo divinis manibus efformatus fuit. *Faciamus hominem ad imaginem nostram et ad similitudinem* [86]. Lignea terreni regis imago honoratur (1); quanto magis rationabilis imago Dei? At maximum hoc opificiorum Dei, in paradiso choros agens, inde diaboli ejecit invidia [87]. Plaudebat sibi inimicus prostrato eo cui inviderat : an tu gaudentem voluisses inimicum permanere? Iste ad virum accedere propter firmitatem non ausus, ad mulierem uti ad imbecilliorem accessit, cum adhuc virgo esset; nam post suum e paradiso casum, tunc cognovit Adam Evam uxorem suam [88].

VI. Secundi exstitere humanæ progeniei **166** successores Cain et Abel : et Cain fuit primus homicida. [89] Diluvium post hæc effusum est, propter multiplicatam hominum pravitatem. Ignis e cœlo in Sodomitas ob eorum impietatem delapsus. Deus subsequentibus temporibus Israelem elegit; verum et ipse quoque perversus effectus est, sauciatumque electum genus. Moses enim in monte astabat Deo; ac vitulum populus in Dei locum adoravit [90]. Sub legislatore Moyse qui dixerat, *non mœchaberis* [91]; vir in lupanar ingressus scortari ausus est [92]. Missi sunt post Moysen prophetæ Israelem curaturi. At ipsi medicinam afferentes, morbi vi superati deplorabant; ut quidam ex ipsis diceret : *Hei mihi, quia periit pius de terra, et qui recte faciat inter homines nullus est* [93]; et rursus : *Omnes*

Α τεῖς τῆς Χριστοῦ παρουσίας τὸ αἴτιον, ἀνάδραμε ἐπὶ τὸ πρῶτον τῶν Γραφῶν βιβλίον. Ἐν ἓξ ἡμέραις ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον· ἀλλ' ὁ κόσμος διὰ τὸν ἄνθρωπον Ἥλιος μὲν γὰρ λαμπροτάταις (2) αὐγαῖς ἀποστίλβων, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀνθρώπῳ φαίνειν ἐγένετο· καὶ πάντα δὲ τὰ ζῶα, διὰ τὸ δοηλεύειν ἡμῖν κατέστη· βοτάναι καὶ δένδρα διὰ τὴν ἡμετέραν ἀπόλαυσιν ἐκτίσθη. Πάντα καλὰ τὰ δημιουργήματα, ἀλλὰ τούτω, οὐδὲν εἰκὼν Θεοῦ, μόνος δὲ ἄνθρωπος. Ἥλιος προστάγματι μόνῳ (3), ἄνθρωπος δὲ χερσὶ θείαις ἐπλάσθη· Ποιήσωμεν ἄνθρωπων κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. Εἰκὼν ξυλίνη ἐπιγείου βασιλέως τιμᾶται· πόσῳ γε μᾶλλον εἰκὼν λογικὴ Θεοῦ; Ἀλλὰ τοῦτο τὸ μέγιστον τῶν δημιουργημάτων, ἐν παραδείσῳ χορεῦον, φθόνος ἐξέβαλε διαβολικός. Ἐπέχαιρεν ὁ ἐχθρὸς πεπιωκοτι τῷ φθονηθέντι· ἆρα ἐβούλου μένειν χαίροντα τὸν ἐχθρόν; Οὗτος μὴ τολμήσας διὰ τὸ ἰσχυρὸν προσελθεῖν τῷ ἀνδρὶ, προσῆλθεν ὡς ἀσθενεστέρᾳ τῇ γυναικὶ ἔτι παρθένῳ οὔσῃ· μετὰ γὰρ τὴν ἀπόπτωσιν ἐκ παραδείσου, τότε ἔγνω Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.

Β

(2) *Sexaginta et novem hebdomades*, etc. Multa sunt in hac Cyrilli explicatione hebdomadum Danielis non cursim prætereunda. Primo, tempus adventus Christi prænuntium 69 hebdomadibus definit, septuagesimam hebdomadam reservans vel prædicationi Christi cum Eusebio, lib. VIII *Demonst.*, pag. 400, vel ad tempora Antichristi, ut sanctus Hippolytus, *De Antichristo* pag. 59 : Apollinarius ab Hieronymo in Danielis cap. IX citatus, Africani auctoritate se muniens, aliique : quorum omnium fundamentum est abominatio desolationis in septuagesimæ hebdomadæ dimidio prædicta, quam Cyrillus, cat. 15, num. 9 et 20, et memorati auctores de Antichristo intelligunt. Secundo, hebdomadas incipit ab edicto de ædificanda urbe Hierosolyma ; sed male tribuit Dario edictum illud quod ab Artaxerxe Longimano profectum est anno ejusdem regni vicesimo, II Esdr. II, 1, 8 ; nam Darius non de ædificanda urbe, sed templo duntaxat, præceptum dedit I Esdr. VI, 3 ; neque tum urbs, nisi forte tecta quædam circa templum, sed templum duntaxat ædificatum est. Omitto quod Darium hunc præpostere Medum vocat, qui fuit Hystaspis filius. Qui autem in Scripturis vocatur Darius Medus, est Astyages Cyri magni avunculus, Dan. V, 31, et VI, 28. Huic autem idcirco forte decretum attribuit, quod primo regni ejus anno facta sit hæc Danielis prophetia, Dan. IX, 1. Tertio, hebdomadarum initium non sumit an anno edicti a Dario dati, et ædificationis inceptæ ; qui fuit annus Darii secundus, quo interrupta prioribus regnis ædificatio templi instaurata est, I Esdr. IV, 24 ; sed ab ipsa ædificatione peracta et absoluta, μετὰ τὸ οἰκοδομηθῆναι (nam male in mss. nonnullis est, οἰκοδομῆσαι). Quod anno Darii sexto perfectum est, I Esdr. VI, 15. Hunc autem annum assignat, Olympiadis sexagesimæ sextæ primum : et tam in hac hebdomadum initii assignatione, quam in annorum computatione sequitur Eusebii computandi rationem in *Chronico*, secundum Hieronymi interpretationem ; nam in Græcis Eusebii, typographi credo incuria, annus sextus Darii est Olympiadis 65 quartus. Qui tamen Eusebius, lib. VIII *Demonst.*, cap. 2, pag. 396, secundum Darii annum cum olympiade 66, componens, ab eo 70 hebdomadas inchoat. Quarto, hebdomadas 69 terminat in regno Herodis, ut Jacobi et Danielis prophetias in unum scopum componat. Sequitur Eusebium in *Chronico*, tam loco citato, quam ad olympiad. 186, pag. 197, et lib. VIII *Demonst.*, pag. 396. Rectene an secus habeat hæc Cyrilliana hebdomadum explicatio et annorum computatio, non est hujus loci disputare. Ipse inferius alias earumdem interpretandarum rationes afferri fatetur. Plures ab Hieronymo commemorantur ; et ab iis temporibus aliæ etiam multo plures tam ab veteribus quam a recentioribus adjectæ.

D

(3) Τῶν βασιλειῶν. Ita editiones Cyrill. an. 1640, et Oxon. cum ed. LXX Aldina. At ed. Prev. 1608, et cod. Ottob. cum LXX Rom. Compl., etc., βασιλέων, *regum*.

(4) Σὺ δέ μοι, etc. Codd. Coisl. et Reg., σημείω-

ναι Ἰερουσαλήμ, τετρακοσίων ὀγδοήκοντα τριῶν (1) ἐτῶν διελθόντων, καὶ τῶν ἀρχόντων ἐκλιπόντων, τότε ἔρχεταί τις ἀλλόφυλος βασιλεὺς, ἐφ' οὗ γεννᾶται ὁ Χριστός. Δαρεῖος τοίνυν ὁ Μῆδος ᾠκοδόμησεν, ἕκτῳ μὲν ἔτει τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας, πρώτῳ δὲ ἔτει τῆς καθ' Ἕλληνας ἑξηκοστῆς καὶ ἕκτης ὀλυμπιάδος. Ὀλυμπιὰς δὲ παρ' Ἕλλησι καλεῖται ὁ μετὰ τέσσαρα ἔτη συντελούμενος ἀγών, διὰ τὴν, κατὰ τετραετίαν τῶν τοῦ ἡλίου δρόμων, ἐκ τῶν κατ' ἔτος τριῶν ὡρῶν (2) συντελουμένην ἡμέραν. Ἡρώδης δὲ βασιλεύει ἐν τῇ ἑκατοστῇ ὀγδοηκοστῇ ἕκτῃ ὀλυμπιάδι, τετάρτῳ ἔτει ταύτης. Ἀπὸ τοίνυν τῆς ἑξηκοστῆς (3) ἕκτης, εἰς τὴν ἑκατοστὴν ὀκτοστὴν ἕκτην, γίνονται μεταξὺ ἑκατὸν εἴκοσιν ὀλυμπιάδες, καὶ ὀλίγον τι. Συνάγονται τοίνυν τῶν ἑκατὸν εἴκοσιν ὀλυμπιάδων ἔτη τετρακόσια ὀγδοήκοντα· τὰ γὰρ ἕτερα (4) τρία ἔτη λοιπὸν, ἴσως ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ πρώτου καὶ τοῦ τετάρτου ἀναλαμβάνεται. Καὶ ἔχεις τὴν ἀπόδειξιν κατὰ τὴν Γραφὴν τὴ λέγουσαν· Ἀπὸ ἐξόδου τοῦ λόγου, τοῦ ἀποκριθῆναι, καὶ τοῦ οἰκοδομηθῆναι τὴν Ἰερουσαλήμ, ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου, ἑβδομάδες ἑπτὰ, καὶ ἑβδομάδες ἑξήκοντα δύο. Τῶν μὲν οὖν χρόνων ταύτην τέως ἔχεις τὴν ἀπόδειξιν, καὶ ἄλλων οὐσῶν ἑρμηνειῶν διαφόρων, περὶ τῶν προειρημένων ἐν τῷ Δανιὴλ ἑβδομάδων τῶν ἐτῶν.

A octoginta tres. Ait igitur, quod elapsis post ædificatam Hierusalem annis quadringentis octoginta tribus, ac deficientibus principibus; tunc veniet rex quidam alienigena, **173** sub quo nascetur Christus. Darius igitur Medus ædificavit [Hierusalem(5)], sexto quidem sui ipsius regni anno [65], sexagesimæ vero sextæ Græcorum olympiadis primo. Olympias autem apud Græcos vocatur, quod singulis quadrienniis fieri solet certamen ; propter eam diem, quæ in solaribus per quadriennium cursibus, ex horis tribus unoquoque anno residuis conficitur. Herodes porro regnat centesima octogesima sexta olympiade, quarto ejusdem anno. Igitur a sexagesima sexta, ad centesimam octogesimam sextam, intercedunt centum et viginti olympiades, et modicum quidpiam (6). Conficiunt ergo viginti supra centum olympiades, summam annorum quadringentorum octoginta. Nam tres alii postea anni,[ad complendum hebdomadarum numerum necessarii] in eo sane, quod inter primum et quartum annum interjacet, intervallo sumuntur. Jam igitur habes demonstrationem ex Scriptura aiente: « Ab exitu sermonis, ut responsum sit, et ædificata sit Hierusalem,usque ad Christum ducem hebdomades septem « et hebdomades sexaginta duæ.» Hanc interim habes temporum demonstrationem, quamvis aliæ diversæ non desint, de prædictis in Daniele annorum hebdomadis, interpretationes.

B

Κ'. Ἐπαγγελίας δὲ τὸν τόπον λοιπὸν ἄκουε, Μιχαίου λέγοντος· Καὶ σὺ Βηθλεὲμ, οἶκος τοῦ Ἐφραθᾶ, μὴ ὀλιγοστὸς εἶ, τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα. Ἐκ σοῦ

XX. Promissionis vero locum audi jam, Michæa dicente: « Et tu Bethlehem,domus Ephratha, nequa« quam minima es ut sis in millibus Juda. Ex te »

[65] I Esdr. VI, 15 ; III Esdr. VII, 5.

σου. Hæc verba non sunt e Bibliis, neque a Cyrillo Danieli ascribuntur,ut ab interpretibus existimatum est : sed sunt parenthesis auctoris majorem a lectore attentionem postulantis. Plura habemus ejusdem rei exempla similia. Sic *Procat.*, n. 6, cat. 13, n. 13 ; cat. 14, n. 8; cat. 15, n. 25, post promissum verbo λέγειν, quasi subsequentibus verbis immediate afferendum Scripturæ testimonium, parenthesim interjicit antequam ipsas Scripturæ voces proferat. Vide simile huic fere exemplum cat. 10, n. 8. Confirmat nostrum judicium, quod in codd. Roe et Casaub. post καὶ συνήσεις, (sic enim scriptum habent cum LXX loco συνήσῃ) additur, φησί, quasi tunc incipiat allegatum prophetæ testimonium. Loco οἰκοδομηθῆναι,Coisl.,Reg.,Roe,Casaub. hic et inferius duobus locis habent, οἰκοδομῆσαι, ut est in Bibliis, et vulgo legunt Patres. At Cyrillus omnino legit, οἰκοδομηθῆναι, cum annos hebdomadum incipiat ab anno Darii sexto, qua absoluta est templi ædificatio, I Esdr. VI, 15 : quæ anno ejusdem secundo cœpta seu potius resumpta est, ibid. cap. IV, vers. 24 : Grodecius loco ἕκτῳ, *sexto*, legit, ὄγδοῳ, *octavo*. Sed male.

C

(1) Τετρακοσίων ὀγδ. τριῶν. Ex codd. Reg., Roe, Casaub., emendamus editos, in quibus contra constructionis leges scriptum in accusandi casu, τετρακόσια... τρία ἐτῶν. Paulo post, Coisl. et Reg. habent, τις Ἡρώδης ἀλλόφυλος βασ., *quidam Herodes alienigena.*

(2) Τριῶν ὡρῶν. Ita nos ex Coisl. Editi, τριτῶν ὡρῶν. Pro τριῶν Roe et Casaub. ferunt, ἓξ, *sex*, quæ sola lectio prima fronte recipienda videtur ; quoniam non tres horæ, sed sex post evolutos quatuor annos residuæ, diem unum quo crescit bissextilis annus conficiunt. Quid tamen, si non civilem diem, qui horis 24 constat, sed naturalem solum duodecim horarum, neglecta noctis mentione, respexerit Cyrillus ? Credibilius est horas illum intellexisse,quæ duas æquinoctiales continent: quem admodum sanctus Epiphanius, hæres. XXIV, n. 7, ait annum constare 365 diebus et tribus horis.Ejusmodi horas computabant Marcosii apud Irenæum, lib. I, c. 17, n. 1, cum dies duodecim horarum mensuram continentes, dicerent suæ mysticæ duodecadis typum esse ; dies vero illos intelligebant totum spatium die ac nocte constans, ac totum solis circulum complectens ; alioqui rueret eorum hypothesis, totum anni circulum ejusmodi computationibus concludentium. Vide verba Irenæi Græca apud Epiphan, hæres. XXXIV, n. 14. De instituto post quadriennium agone olympico ob diem quarto quoque anno intercalatum, vide Censorinum *De die natali*, cap. 18.

D

(3) Τῆς ἑξηκ. Hunc articulum supplevi ex Coisl., Reg., Roe, Casaub., et ex duobus memoratis vocem ἕτερα, inferius ante τρία ἔτη λοιπόν.

(4) Ἕτερα. Hanc vocem addidimus ex codicibus Roe et Casaub.

(5) Hoc est, ædificium consummavit.

(6) *Et modicum quidpiam.* Sic intelligendus est locus ille. Ab olympiadis sexagesimæ sextæ anno primo qui Darii sextus fuit, ad olympiadis centesimæ octogesimæ sexta annum quartum quo regnum adiit Herodes, exsistunt olympiades centum et viginti, quæ annos quadringentos octoginta conficiunt ; et præterea modicum quidpiam, nempe tres anni priores olympiadis 186 ; cujus anno postremo regnum invasit Herodes.

« enim mihi exibit dux, ut sit in principem in Israel « et egressiones ejus ab initio, ex diebus sæculi [66] » Quanquam loca quod attinet, Hierosolymitanus cum sis, jam prius nosti ea quæ in centesimo tricesimo primo psalmo scripta sunt: *Ecce audivimus eam in Ephratha, invenimus eam in campis silvæ* [67]. Ante paucos namque annos silvestris erat locus (1). Audisti rursus Habbacum dicentem ad Dominum : « Cum « appropinquaverint anni, agnosceris; cum advenerit « tempus, ostenderis [68]. » Et quodnam, **174** o prophetа, venientis Domini signum erit? Ille autem subdit : « In medio duarum vitarum cognosceris: » in hanc sententiam Dominum perspicue alloquens: In carne adveniens, vives et morieris ; et resurgens ex mortuis, iterum vives. Quanam vero ex Hierosolymitanæ regionis parte venturus est? num ex oriente vel occasu, aquilone vel austro? dic nobis accurate. Ille autem planissime respondet et ait: *Deus a Thæman veniet* (Thæman vero interpretatur « auster) et Sanctus de monte Pharan um- « broso, condenso [69], » quod in eumdem sensum dixit Psaltes : « Invenimus eam in campis silvæ [70].

A δα· ἐκ σοῦ γάρ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος, τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα ἐν τῷ Ἰσραήλ· καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος (2). Οὐ μὴν ἀλλὰ, περὶ τῶν τόπων, Ἱερουσολυμίτης ὤν, προλαβὼν οἶδας καὶ τὸ ἐν ἑκατοστῷ τριακοστῷ πρώτῳ ψαλμῷ γεγραμμένον· Ἰδοὺ ἠκούσαμεν αὐτὴν ἐν Ἐφραθὰ, εὕρομεν (3) αὐτὴν ἐν τοῖς πεδίοις τοῦ δρυμοῦ· πρὸ ὀλίγων γὰρ ἐτῶν δρυμώδης ἦν ὁ τόπος. Ἤκουσας πάλιν τοῦ Ἀββακοὺμ λέγοντος πρὸς τὸν Κύριον· Ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη, ἐπιγνωσθήσῃ· ἐν τῷ παρεῖναι τὸν καιρὸν, ἀναδειχθήσῃ. Καὶ τί τὸ σημεῖόν ἐστιν, ὦ προφῆτα, τοῦ ἐρχομένου Κυρίου; Ὁ δέ φησιν ἐξῆς (4)· Ἐν μέσῳ δύο ζωῶν γνωσθήσῃ· τοῦτο πρὸς τὸν Κύριον λέγων σαφῶς, ὅτι Παραγενόμενος ἔνσαρκος, ζῇς καὶ τελευτᾷς, καὶ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν ζῇς πάλιν. Καὶ ἐκ τοίου μέρους τοῦ περὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἔρχεται; ἐξ ἀνατολῶν ἢ δυσμῶν, ἢ βορρᾶ ἢ νότου; εἰπὲ ἡμῖν ἀκριβῶς. Ὁ δὲ ἀποκρίνεται σαφέστατα, καὶ φησιν· Ὁ Θεὸς ἀπὸ Θαιμὰν ἥξει (Θαιμὰν δὲ ἑρμηνεύεται νότος), καὶ ὁ ἅγιος ἐξ ὄρους Φαρὰν (5) κατασκίου, δασέως· ὅπερ συμφώνως εἶπεν ὁ Ψαλμῳδός· Εὕρομεν αὐτὴν ἐν τοις πεδίοις τοῦ δρυμοῦ.

B

[66] Mich. v, 2. [67] Psal. cxxxi, 6. [68] Habac. iii, 2. [69] ibid. 3. [70] Psal. cxxxi, 6.

(1) *Ante paucos annos*, etc. Nimirum sexdecim circiter. Erat enim propter sacram Christi nativitatis speluncam lucus Adonidi consecratus, teste Hieronymo epistola 13, veter. ed. novæ 49, ad Paulinum. Sed lucum illum Davidis tempore jam tum exstitisse existimare videtur Cyrillus ; cum ab Adriano consitus verisimilius censeatur. Nam locus psalmi cxxxi, ad Bethlehem, ut jam dixi, non pertinet. Ab Adriano locus ille ad abolendam mysteriorum nostrorum memoriam profanatus. At sordidum illum situm deposuit Augustæ Helenæ magnificentia ; quæ locum splendidissimis ornamentis decoravit ; ibique templum ædificavit, a Constantino pretiosis ex auro argentoque donariis, variisque aulæis exornatum, Euseb., lib. iii, *Vitæ Constantini*, cap. 40 et seqq. et *De laudib. Constantini*, cap. 9.

C

(2) Ἐπαγγελίας δὲ τὸν τόπον λοιπὸν ἄκουε, Μιχαίου λέγοντος· Καὶ σὺ, etc. Hanc lectionem informavimus ex diversis codicibus. In editis et Grod. legitur, Ἐπαγγέλλει δὲ καὶ αὐτὸς τὸ, Καί, etc., « Promittit autem et ipse hoc, » ex quo vel nullus, vel tam a vero quam a Cyrillo ipso alienus sensus efficitur. In codd. Coisl. Reg. et Gttob. sic habetur: Ἐπαγγελίας δὲ καὶ αὐτὸ, (Reg. καὶ τοῦτο) τὸ, Καί, etc. *Promissionis etiam sunt hæc verba*, minus commode dictum, nec satis orationis scopo conveniens. Planior multo quam sequimur codd. Roe et Casaub. scriptura, cujus solum primam vocem immutavimus ; nam loco ἐπαγγελίας, quod ex Coisl. et Reg. mutuati sumus, corrupte scriptum habent ἀπαγγέλλεις. Particulam vero δέ ex editis, Coisl. et Reg. propter μέν præcedens ascripsimus. Notandum in Michææ textu legi in Coisl. et Reg. οὐκ ὀλιγοστός, at in Roe, Ottob. et Casaub. negantem particulam prætermitti. Voces, οὐ μὴν ἀλλὰ, ascripsimus ex utroque cod. Roe et Casaub. in quibus desiderantur verba, περὶ τῶν τόπων· quæ ex editis Coisl., Reg. et Grodecio retinenda judicavimus, omisso δέ post περί in iis libris posito.

D

(3) Εὕρομεν. Coisl. et Roe, εὕραμεν, ut in cod. Al. LXX. Porro ad Bethlehem adaptat Cyrillus quod David de Cariathiarim dicit : quo in loco arcam Domini requiescere, cum juvenis in Ephrata degeret, auditu acceperat.

(4) Φησιν ἐξῆς. Non in consequentibus post verba jam citata, sed ante ἐν τῷ ἐγγίζειν, leguntur hæ Habacuc voces : Ἐν μέσῳ δύο ζωῶν. Porro ζωῶν scripsi cum circumflexo in ultima, ut significaret *vitarum*, juxta sensum quem illi loco tribuit Cyrillus ; loco ζώων penultima acuta, quod in omnibus editis et mss. habetur, significatque *animalium*. Jam multi ante nos ita emendandum Cyrilli textum annotarunt, in primis Malvenda, in appendice libri *De Antichristo*, ad pag. 48. Tillemontius, in notis primi tomi, ad vitam Christi, nota 5, etc. Quanquam lectio *duorum animalium* communior et probatior apud Patres, alteram tamen *duarum vitarum* multi commemorant, licet alteram anteponentes, ut Severianus Gabalensis Oratione in vivificam crucem, Cyrillus Alexandrinus in hunc prophetæ locum, etc. Origenes vero, lib. i *De principiis*, cap. 3, utramque recitat, dubius quam sequatur. At Theodoretus præfet lectionem *duarum vitarum* : Eusebius Cæsariensis, lib. vi *Demonst.*, cap. 15, pag. 279, alteram *duorum animalium* mendosam esse contendit, et eodem sensu quo Cyrillus noster prophetæ testimonium exponit. Greg. Nyssenus, hom. 12 *in Cant.*, pag. 646, ad hunc locum alludit, in quo legebat, ζωῶν. Διὰ τοῦτο ταῖς δύο ταύταις ζωαῖς μεσιτεύει, ὁ ἐν μέσῳ τῶν δύο ζῶων γινωσκόμενος. Sic etiam legit sanctus Maximus confessor, quæst. 63 *in Scripturam*, tom. I, pag. 247 ; Gergentius quoque in *Disp. cum Herbano Bib. PP. Græco-Lat.*, t. II, pag. 217, quamvis librariorum vel typographorum vitio scriptum sit ζώων ; nam vocem ζωῶν interpretatur de duabus Christi naturis. Variæ sunt Patrum sive duorum animalium, sive duarum vitarum interpretationes ; quas fortassis omnes hujus loci alienas esse convincit lectio Hebraici textus penitus diversa, quam sic Hieronymus reddidit : *In medio annorum vivifica illud.* Septuaginta plura in hoc loco apud Hebræorum textum legere quam nos : vel quod magis censeo, plures ejusdem sententiæ Hebraicæ variorum interpretum congestæ sunt in nostra interpretatione versiones.

(5) Φαράν. Deest hæc vox in codd. Ottob., Roe, Casaub., sicut in ed. Ald. LXX et in multis ejus versionis exemplaribus ; irrepsisse putatur ex Theodo-

ΚΑ'. Λοιπὸν ζητοῦμεν ἐκ τίνος ἔρχεται καὶ πῶς ἔρχεται. Τοῦτο δὲ ἡμῖν Ἡσαΐας λέγει· Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν· καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. Καὶ ἀντιλέγουσιν Ἰουδαῖοι τούτοις· ἔθος γὰρ αὐτοῖς ἐστιν ἄνωθεν, τῇ ἀληθείᾳ κακῶς ἀντιπίπτειν· καὶ λέγουσιν, ὅτι (1) οὐ γέγραπται, ἡ παρθένος, ἀλλ' ἡ νεᾶνις· Ἐγὼ δὲ τῷ λεχθέντι συμπεριφερόμενος, καὶ οὕτως εὑρίσκω τὴν ἀλήθειαν. Ἐρωτητέον γὰρ αὐτούς· Παρθένος βιαζομένη πότε βοᾷ, μετὰ τὴν φθορὰν ἢ πρὸ τῆς φθορᾶς, ἐκκαλουμένη τοὺς βοηθοὺς; Ἐὰν τοίνυν ἀλλαχοῦ λέγῃ ἡ Γραφή· Ἐβόησεν ἡ νεᾶνις, καὶ οὐκ ἦν ὁ βοηθῶν αὐτῇ· ἆρα οὐ περὶ παρθένου λέγει; Ἵνα δὲ σαφέστερον μάθῃς, ὅτι καὶ ἡ παρθένος ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ νεᾶνις καλεῖται, ἄκουε τοῦ βιβλίου τῶν Σατιλειῶν, περὶ τῆς Ἀβισὰκ τῆς Σουναμίτιδος, λέγοντος· Καὶ ἦν ἡ νεᾶνις καλὴ σφόδρα (2)· τὸ γὰρ παρθένον αὐτὴν ἐκλεχθεῖσαν ἐνηνέχθαι πρὸς Δαβὶδ, ὡμολόγηται.

ΚΒ'. Ἀλλὰ λέγουσιν οἱ Ἰουδαῖοι (3) πάλιν· Τῷ Ἀχὰζ ἐρρέθη τοῦτο περὶ Ἐζεκίου. Οὐκοῦν ἀναγνῶμεν τὴν Γραφήν· Αἴτησαι (4) σεαυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, εἰς βάθος ἢ εἰς ὕψος. Καὶ μάλιστα μὲν τὸ σημεῖον παράδοξον εἶναι ἀφείλει. Σημεῖον γὰρ, τὸ ὕδωρ τὸ ἐκ πέτρας, τὸ ῥαγῆναι θάλασσαν, τὸ ἥλιον ὑποστρέψαι, καὶ τὰ τοιαῦτα. Τὰ δὲ λεχθησόμενα, φανερώτερον ἔχει τὸν πρὸς Ἰουδαίους ἔλεγχον. (Οἶδα πολλὰ λέγων, καὶ κεκμηκότας τοὺς ἀκροωμένους· ἀλλὰ ἀνέχεσθε τῶν λόγων τοῦ πλήθους, ἐπειδὴ διὰ Χριστὸν ταῦτα (5) κινεῖται, καὶ οὐκ ἔστι περὶ τῶν τυχόντων λόγων.) Βασιλεύοντος τοίνυν τοῦ Ἀχὰζ, τοῦ Ἡσαΐου τοῦτο εἰρηκότος, ἔξ καὶ δέκα ἔτη τοῦ Ἀχὰζ βασιλεύσαντος μόνα, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν προφητείας ἐν τούτοις ῥηθείσης· ἐλέγχει τὴν ἀντίῤῥησιν Ἰουδαίων ὁ διαδεξάμενος βασιλεὺς Ἐζεκίας, ὁ τοῦ Ἀχὰζ υἱὸς, ἐν τῷ βασιλεύειν ὢν ἐτῶν εἰκοσιπέντε. Τῆς προφητείας γὰρ ἐν ἐκκαίδεκα ἔτεσι περιληφθείσης, προγεννηθεὶς ἦν ὑπὸ τοῦ Ἀχὰζ (6), πρὸ τῆς προφητείας ἐννέα ἔτη. Τί τοίνυν περὶ τοῦ ἤδη γεννηθέντος. καὶ πρὸ αὐτῆς βασιλείας τοῦ Ἀχὰζ πατρὸς, ἀναγκαῖον ἦν λέγειν τὴν προφητείαν; Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι Ἔλαβεν, ἀλλ', ἀτι Λήψεται ἡ παρθένος, προγνωστικῶς εἰπών.

XXI. Deinde quærimus, ex qua [persona] veniet, et quomodo veniet? Hoc autem non docet Isaias : *Ecce virgo in utero accipiet, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel* [71]. Et his contra dicunt Judæi, solent enim illi antiquitus veritati male retragari ; aiuntque scriptum non esse *virgo*, sed *puella* (7). Ego autem in hac voce indulgenter acquiescens, sic quoque veritatem reperio : quærendum namque ex illis : Virgo cum violatur, ecquando clamat : num ante vim illatam, an postquam corrupta est, auxilium advocans? Si igitur alicubi dicat Scriptura : *Clamavit puella, et non fuit qui succurreret illi* [72] ; nunquid hic de virgine non loquitur? Ut vero manifestius addiscas, quod virgo etiam in divina Scriptura *puella* appelletur; audi librum Regnorum de Abisac Sunamitide dicentem : *Et erat puella pulchra valde* [73] : eam enim virginem electam fuisse, atque ad Davidem adductam, in confesso est.

XXII. Sed dicunt rursus Judæi : De Ezechia hoc dictum est ad Achaz. Legamus igitur Scripturam : *Pete tibi ipsi signum a Domino Deo tuo, in profundum aut in sublime* [74]. Atqui signum maxime admirabile ac præter opinionem esse debet. Signum enim fuit aqua de petra elicita [75] : disruptio maris [76] : solis retrocessio [77], et similia. Quæ autem dicturus sum, evidentiorem habent adversus Judæos convictionem. (Novi me multum extendi sermone, et delassari auditores. Verum sermonis prolixitatem sustineatis velim ; quando ista propter Christum **175** dicuntur, neque de rebus contemnendis hic agitur.) Cum itaque regnante Achaz hoc dixerit Isaias; Achaz porro sexdecim duntaxat annos regnaverit [78], quos intra dicta est ad ipsum prophetia : Judæorum contradictionem revincit successor ejus rex Ezechias Achaz filius ; qui cum regnum adiit, annorum quinque et viginti erat [79]. Cum enim prophetiæ [tempus] annorum sexdecim (spatio) circumscribatur, novem ante prophetiam annis fuerat ex Achaz natus. Quid igitur de eo qui jam natus erat, etiam antequam pater ejus Achaz regnum adiret, prophetiam loqui necesse erat? Non enim dixit, *Accepit* ; sed prædictionis modo, *Accipiet virgo*.

[71] Isa. VII, 14. [72] Deut. XXII, 27. [73] III Reg. I, 4. [74] Isa. VII, 11. [75] Exod. XVII, 6. [76] Exod. XIV, 21, 22. [77] IV Reg. XX, 11. [78] IV Reg. XVI, 2. [79] IV Reg. XVIII, 2.

tionis versione: non legebatur apud LXX temporibus Hieronymi. Qui hunc locum de Bethlehem, ad austrum Hierosolymæ sita, quasi loco unde oriturus sit Salvator, etiam ab Hebræo quodam interpretatum se audisse testis est, in hunc locum.

(1) Ὅτι. Particulam hanc adjecimus ex Coisl., Reg., Roe, Casaub., Ottob.

(2) Σφόδρα. Coisl., Reg., Roe, Casaub., Ottob., ἕως σφόδρα, ut in sacro textu. Post τό, loco δὲ scripsimus γάρ, ex codicibus præfatis.

(3) Οἱ Ἰουδαῖοι. Articulum ex nominatis codicibus supplevimus.

(4) Αἴτησαι Optime ita Millesius cudi curavit, cum in editis, legeretur, αἴτησε, ε pro αι posito. Articulus τό ante ἐκ πέτρας deest in codd. Coisl. et Reg. In codd. Roe et Casaub. legitur, τὸ, ὕδωρ πηγάσαι ἐκ πέτρας, *aquam ex silice scaturire*.

(5) Ταῦτα. Sic nos ex Coisl., Reg., Roe, Casaub. In editis αὐτά.

(6) Ὑπὸ τοῦ Ἀχάζ. Ea verba desunt in codd. Roe, Casaub., Grod. ; facile ad intelligentiam addi potuere. Paulo post, ante βασιλείας, loco τῆς scripsimus, αὐτῆς ex Coisl. et Reg. At ea phrasis, καὶ πρὸ αὐτῆς βασιλείας τοῦ Ἀχὰζ πατρός, prætermittitur in Roe, Casaub. et Grod.

(7) *Puella*, νεᾶνις. Hæc interpretatio Hebrææ vocis עלמה a Symmacho, Aquila et Theodotione interpretibus Judæis data, et Christianis opposita, teste Eusebio. lib. VII *Demonst.*, pag. 316 ; et Iren., lib. III, cap. 21, n. 1 : de qua videri possunt præter memoratos auctores, Hieronymus et Basilius in hunc Isaiæ locum.

XXIII. At illud quidem manifeste cognovimus, quod ex virgine nascitur Christus : jam vero ex quo genere virgo exstiterit, aperiendum. « Juravit Domi- « nus Davidi veritatem, et non frustrabitur eam : De « fructu ventris tui ponam super sedem tuam [80] ; » et rursus : « Ponam in sæculum sæculi semen ejus, « et thronum ejus sicut dies cœli [81] » et deinde : « Semel juravi in sancto meo, si Davidi mentiar : « semen ejus in æternum manebit; et thronus ejus « sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta « in æternum [82]. » Vides de Christo, non autem de Salomone sermonem haberi ; non enim thronus ejus sicut sol permansit. Quod si quis contradixerit, eo quod Christus non sederit in ligneo Davidis solio, hanc illi sententiam proferamus : *Super cathedram Mosis sederunt Scribæ et Pharisæi* [83] ; non enim ligneam cathedram significat, sed doctrinæ auctoritatem : sic et solium Davidis quærito, non ligneum solium, sed ipsam regiam potestatem. Cujus rei testes accipe pueros acclamantes : *Hosanna Filio David : benedictus Rex Israelis* [84]. Cæci quoque aiunt : *Fili David, miserere nostri* [85]. Et Gabriel aperte testatur ad Mariam dicens : *Et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus* [86]. Et Paulus ait : *Mementote Jesum Christum excitatum a mortuis, ex semine David, secundum Evangelium meum* [87] : et in principio Epistolæ ad Romanos, ait : *Qui factus est ex semine David secundum carnem* [88]. Recipe igitur eum qui ex Davide natus est, obsequens prophetiæ aienti : *Et erit in die illa radix Jesse, et qui exsurget recturus gentes ; in ipso gentes sperabunt* [89].

XXIV. Sed Judæi propter hæc vehementer discruciantur. Præviderat hoc quoque Isaias dicens : *Et volent, si fuerint igne combusti. Quia puer natus est nobis* (non enim **176** illis), *filius et datus est nobis* [90]. Animadverte porro quod prius Filius Dei erat, deinde datus est nobis ; et post pauca dicit : *Et pacis ejus non est terminus* [91]. Romanis sui sunt termini : regni autem Filii Dei terminus non est Persarum Medorumque determinati sunt fines : Filii vero Dei terminus nullus. Deinde sequitur :

ΚΓ'. Ἀλλ' ὅτι μὲν ἐκ παρθένου γεννᾶται ὁ Κύριος, σαφῶς, ἔγνωμεν· Ἐκ ποίου γὲ γένους ἦν ἡ παρθένος, δεικτέον. Ὤμοσε Κύριος τῷ Δαβὶδ ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσει αὐτήν (1)· Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τὸν θρόνον σου· καὶ πάλιν· Θήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα τόῦ αἰῶνος τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἑξῆς· Ἅπαξ ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου, εἰ τῷ Δαβὶδ (2) ψεύσομαί· τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μενεῖ· καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον μου, καὶ ὡς σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα. Ὁρᾷς, ὅτι περὶ Χριστοῦ, καὶ οὐ περὶ Σολομῶντος ὁ λόγος. Οὐ γὰρ ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἔμεινεν. Εἰ δέ τις ἀντιλέγῃ, διὰ τὸ μὴ κεκαθικέναι τὸν Χριστὸν ἐπὶ τὸν ξύλινον θρόνον τοῦ Δαβὶδ, προσοίσωμεν (3) ἐκεῖνο τὸ ῥητόν· Ἐπὶ τῆς καθέδρας Μωσέως ἐκάθισαν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι· οὐ γὰρ τὴν ξυλίνην καθέδραν, ἀλλὰ τῆς διδασκαλίας σημαίνει τὴν ἐξουσίαν. Οὕτως οὖν καὶ θρόνον Δαβὶδ μοι ζήτει (4), μὴ τὸν ξύλινον θρόνον, ἀλλὰ τὴν βασιλείαν αὐτήν. Καί μοι μάρτυρας λάβε τοὺς παῖδας τοὺς ἐπιφωνήσαντας· Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβὶδ, εὐλογημένος ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ. Καὶ οἱ τυφλοὶ δὲ λέγουσιν· Υἱὲ Δαβὶδ, ἐλέησον ἡμᾶς. Καὶ ὁ Γαβριὴλ μαρτυρεῖ σαφῶς πρὸς τὴν Μαριὰμ, λέγων· Καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· καὶ ὁ Παῦλός φησιν· Μνημονεύετε Ἰησοῦν Χριστὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν, ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου· καὶ ἐν ἀρχῇ τῆς πρὸς Ῥωμαίους φησί. Τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα. Καταδέχου τοίνυν τὸν ἐκ Δαβὶδ γεγεννημένον, πειθόμενος τῇ προφητείᾳ τῇ λεγούσῃ· Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ (5), καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν· ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν.

ΚΔ. Ἀλλὰ διαπονοῦνται οἱ Ἰουδαῖοι διὰ ταῦτα· Προῄδει καὶ τοῦτο Ἡσαΐας, λέγων· Καὶ θελήσουσιν, εἰ ἐγένοντο πυρίκαυστοι· ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν (οὐ γὰρ αὐτοῖς), υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν. Σημείωσαι δὲ, ὅτι πρῶτον ἦν Υἱὸς Θεοῦ, εἶτα ἐδόθη ἡμῖν· καὶ μετ' ὀλίγα φησίν· Καὶ τῆς εἰρήνης (6) αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ὅριον. Ὅρια Ῥωμαίων ἔστι· τῆς τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ βασιλείας ὅριον οὐκ ἔστιν. Ὅρια Περσῶν καὶ Μήδων ἔστιν, τοῦ δὲ Υἱοῦ ὅριον οὐκ ἔστιν. Εἶτα ἑξῆς· Ἐπὶ τὸν θρόνον Δαβὶδ, καὶ ἐπὶ

[80] Psal. CXXXI, 11. [81] Psal. LXXXVIII, 30. [82] ibid. 36-38. [83] Matth. XXIII, 2. [84] Matth. XXI, 9 ; Joan. XII, 13. [85] Matth. IX, 26. [86] Luc. I, 32. [87] II Tim. II, 8. [88] Rom. I, 3. [89] Isa. XI, 10. [90] Isa. IX, 5, 6. [91] ibid. 7.

(1) Αὐτήν. In codd. Roe et Casaub. et Ottob. habetur, αὐτόν, *ipsum*, videlicet Davidem. Ita etiam cod. Alex. LXX.

(2) Δαβίδ. In editis irrepserat mendum ut legeretur, Δανιήλ loco Δαβίδ. Monuerat olim Coteleriusin notis ad interpolatam sancti Ignatii ad Philadelphios epistolam, num. 4, protectum id videri ex similitudine formarum quibus utrumque nomen compendio scribitur Δαλ pro Δαδ. Emendatum a Millesio, faventibus omnibus mss.

(3) Προσοίσωμεν. Ex codd. Roe et Casaub. : nam editi, προοίσωμεν. Sic infra, n. 27 in simili loco, ταυτα προσηνέγκαμεν.

(4) Μοι ζήτει. Scripsimus ex Roe et Casaub., μοι pro μή. Loco θρόνον sequentis, codd. Coisl., Reg., Roe et Grod. habent, μόνον.

(5) Ἰεσσαί. Ita scripsimus ex codd. Reg· et Roe, juxta sacrum Textum, et nominis etymologiam. Editi, Ἰεσσέ, quod ex librariorum inscitia profectum.

(6) Καὶ τῆς εἰρηνης, etc. Coisl., Reg·. Roe, Casaub., τῆς εἰρηνης (posteriores tamen tres, εἰρημένης) βασιλείας αὐτοῦ, *regni ejus pacis*, vel *præfati ejus regni non est terminus*. Sequentia videntur arguere Cyrillum nomen βασιλείας legisse. At pax a Christo procurata idem est cum ejus regno. Forte ambo finitima loca, unum Isaiæ, quo pacis Christi, et alterum Lucæ, cap. I, 32, quo regni ejus finis nullus futurus esse affirmatur, in unum confuderit Cyrillus. Regnum Christi nullis finibus determinatum Ecclesia catholica est. Vide cat. 18, n. 27 : cat. 10, n. 16.

την βασιλείαν αὐτοῦ, κατορθῶσαι αὐτήν (1). Ἐκ τοῦ Δαβὶδ τοίνυν ἦν ἡ ἁγία Παρθένος.

ΚΕ'. Ἔπρεπε γὰρ τῷ ἁγνοτάτῳ, καὶ διδασκάλῳ τῆς ἁγνείας, ἐξ ἁγνῶν ἐξελεηλυθέναι παστάδων. Εἰ γὰρ ὁ τῷ Ἰησοῦ (2) καλῶς ἱερατεύων ἀπέχεται γυναικὸς, αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς πῶς ἔμελλεν ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἔρχεσθαι ; Ὅτι σὺ εἶ, φησὶν ἐν Ψαλμοῖς, ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαστρός. Πρόσεχε ἀκριβῶς τῷ, ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαστρὸς, σημαίνοντι τὸ χωρὶς ἀνδρὸς ἐκ παρθένου γαστρὸς καὶ σαρκὸς αὐτὸν ἐκσπασθέντα γεγεννῆσθαι· τῶν γὰρ ἀπὸ γαμικῆς ἀκολουθίας γεννωμένων ἕτερος ὁ τρόπος.

ΚΖ'. Οὐκ ἐπαισχύνεται δὲ ἐκ μελῶν τοιούτων ἀναλαμβάνειν σάρκα, ὁ τῶν μελῶν αὐτῶν (3) πλάστης. Καὶ τίς ἄρα τοῦτο ἡμῖν φησιν ; Λέγει πρὸς Ἱερεμίαν ὁ Κύριος· Πρὸ τοῦ με πλάσαι σε, ἐκ κοιλίας ἐπίσταμαί σε· καὶ πρὸ τοῦ σε ἐξελθεῖν ἐκ μήτρας, ἡγίασά σε. Ὁ οὖν ἐν τῷ πλάττειν ἀνθρώπους, ἐφαπτόμενος καὶ μὴ ἐπαισχυνόμενος· ἆρα ἐν τῷ πλάττεσθαι τὴν ἁγίαν σάρκα, τὸ καταπέτασμα τῆς θεότητος, δι' ἑαυτὸν, ἐπησχύνετο ; Θεός ἐστιν ὁ ἐν γαστρὶ καὶ μέχρι νυνὶ δημιουργῶν τὰ βρέφη, καθὼς ἐν τῷ Ἰὼβ γέγραπται· Ἢ οὐχ ὥσπερ (4) γάλα με ἤμελξας, ἐτύρωσας δέ με ἴσα τυρῷ ; δέρμα καὶ κρέας με ἐνέδυσας, ὀστέοις δέ με καὶ νεύροις ἔνειρας. Οὐδὲν μιαρόν ἐστιν ἐν ἀνθρωπίνῃ κατασκευῇ, ἐὰν μὴ μολύνῃ μοιχείαις καὶ ἀκολασίᾳ ταύτην. Ὁ πλάσας τὸν Ἀδὰμ, ἔπλασε καὶ τὴν Εὔαν, καὶ χερσὶ θείαις τὸ ἄρσεν καὶ τὸ θῆλυ πέπλασται. Οὐδὲν τῶν ἐν σώματι μελῶν ἐστι μιαρὸν ἐξ ἀρχῆς πλασθέν. Φιμούσθωσαν γὰρ οἱ αἱρετικοὶ πάντες οἱ κατηγοροῦντες τῶν σωμάτων, μᾶλλον δὲ αὐτοῦ τοῦ πλάσαντος. Ἡμεῖς δὲ μνημονεύωμεν (5) Παύλου λέ-

A «Super thronum David, et super regnum ejus, ut «erigat illud [92]. »Ex Davide igitur fuit Virgo sancta.

XXV. Decebat enim eum qui purissimus est, et puritatis magister, ex puris prodire thalamis. Si enim is qui apud Jesum bene fungitur sacerdotio, abstinet a muliere : ipse Jesus quomodo ex viro et muliere proditurus foret ? « Quoniam tu es, »ait in Psalmis, «qui extraxisti me de ventre [93]. »Attende diligenter ad illud, «qui extraxisti me de ventre : » quo significatur eum sine virili opera ex virginis utero et carne extractum et natum esse ; eorum enim qui nuptiali lege nascuntur alius est modus.

XXVI. Non veretur autem ex hujusmodi membris carnem assumere, qui est ipsorum membrorum fictor : sed quis tandem hoc nobis dicit ? Jeremiæ dicit Dominus : « Priusquam te fingerem, ea
B «utero novi te; et antequam exires ex vulva sancti«cavi te [94]. »Qui igitur in fingendis hominibus, [membra] contingit, nec id probro ducit ; puderetne illum sanctam carnem, illud suæ deitatis velamen, propter seipsum effingere ? [95] Deus est, qui in utero hodiernum usque diem hominum fetus construit sicut in Job scriptum est : « Nonne sicut lac me mulsisti, « coagulasti vero me sicut caseum ? cute et carnibus « me induisti, ossibus me et nervis innexuisti [96]. » Nihil est in hominis fabrica abominabile, nisi ipsam adulteriis et lascivia coinquinet. Qui Adamum finxit Evam finxit quoque ; divinisque manibus tum masculus tum femina efficti sunt. Nullum e corporis membris abominatum ab initio formatum est. Ob mutescant enim omnes hæretici qui corpora criminantur, imo potius ipsum qui effinxit. Nos vero meminerimus Pauli sententiæ : « Nescitis quod cor-

[92] Isa, IX, 7. [93] Psal. XXI, 10. [94] Jerem. I, 5. [95] *Vid. cat.* 9, *n.* 15 ; *cat.* 4, *n.* 22. [96] Jol. X, 10, 11.

(1) Κατορθῶσαι αὐτήν. Hæc verba desunt in codd. Coisl., Reg., Roe, Casaub. et Grod. ; alias nihil ad propositum Cyrilli faciunt.

(2) Τῷ Ἰησοῦ, et infra, ὁ Ἰησοῦς. In his locis scriptum habent editi, τῷ Υἱῷ, et ὁ Υἱός. Utrobique Jesu nomen ascripsimus ex Reg., Roe, Casaub. et Grod. Hanc vero phrasim, qua luculentum sacerdotum continentiæ testimonium continetur, nulla codicis aut editionis auctoritate, se teste, se judice, *insulsi monachi assumentum* pronuntiat deterrimus criticorum Rivetus ; tam frivola ratione, ut eam refellere, imo referre pigeat : perinde quasi recentior Græculus contrariam Ecclesiæ suæ consuetudini sententiam in S. Patrem intruserit. Nec dignus erat locus qui Riveto moveret stomachum : haud enim Cyrillus abstinere a muliere definit, quicunque sacerdotio fungitur ; sed restricte ait qui *præclare* sacerdotium obit, ὁ καλῶς ἱερατεύων. Quamvis enim his temporibus generalis esset in Ecclesia tam Latina quam Græca, seu præceptio seu consuetudo ut
D sacerdotes a mulieribus abstinerent : certis nihilominus in locis, seu veteri instituto, seu canonum negligentia, seu ministrorum aliorum defectu, sacerdotes conjugio usos monumenta quædam et exempla, sed rara, fidem faciunt. Perverse vero interpretatur Cyrillum Millesius, dum ait ab eo duntaxat commendari morem ecclesiasticum, quo tenebantur sacerdotes dum sacra facerent ab uxoribus abstinere. Primo enim, non dicit eum qui sacrum facit, ὁ ἱερουργῶν, removeri a muliere ; sed qui sacerdotio fungitur, ὁ ἱερατεύων· ut perpetuam et statui affixam continentiam designet. Eodem
C pertinet instituta inter Mariam ex proposito virginem, et filii ejus sacerdotes comparatio ; quæ ejus modi est ut ab his ad illam argumentum ducat. Secundo, loquitur auctor de more sacerdotio fungentibus proprio. Atqui laicis conjugatis eo tempore severe conjugii abstinentia præcipiebatur, cum erant ad sacram mensam accessuri : id ipse Cyrillus commendat cat. 4, n. 25. Nihil itaque proprii ac singularis sacerdotibus impositum fuisset. Tertio, Cyrillus in hoc Christi sacerdotes, a reliquis sacerdotibus, sive ethnicis, sive Judaicis distinguit, ὁ τῷ Ἰησοῦ ἱερατεύων. Notum tamen eum morem, ut quo tempore sacris operam darent, abstinerent a conjugibus sacerdotes, ethnicis ipsis, saltem in multis locis, ac diversis sacrificiorum generibus usurpatum fuisse : Judæis vero, ut multis Patribus, et Scripturarum interpretibus sive novis, sive veteribus placet, severe a Deo imperatum ; non igitur sola tempore sacrorum continentia, uti aliquid Christi sacerdotibus peculiare denotatur.

(3) Τῶν μελῶν αὐτῶν. Vocem αὐτῶν adjecimus ex quatuor codd. Coisl., Reg., Roe, Casaub. Grodecius legisse videtur αὐτός, *Ipse membrorum effictor*. Paulo post, loco ἐκ κοιλίας, *ex utero*, codex Reg. habet, ἐν κοιλίᾳ, *in utero*, sicut in nostris Bibliis habetur. At cod. Alexandr. LXX scriptum habet ut Cyrillus, ἐκ κοιλίας. Pronomen σε ante ἐξελθεῖν addidi ex Reg. cod., Roe, Casaub. et sacro textu.

(4) Ἢ οὐχ ὥσπερ, etc. Particulam οὐχ addidi ex quatuor nominatis mss. libris, ac sacro textu.

(5) Μνημονεύωμεν. Editi, μνημονεύοντες. Emendantur ex Coisl., Roe, Casaub., Grod. et Reg.

« pora 177 vestra templum sunt Spiritus sancti, qui « in vobis est [97] ? » Rursumque propheta ex persona Jesu prædixit· « Caro mea ex ipsis [98] »(1), et alibi scriptum est : « Propter hoc dabit eos usque ad tempus « parturientis [99] ». Quodnam autem signum ? in consequentibus dicit : « Pariet, et reliqui fratrum ipso- « rum convertentur [1] ». Et quinam sunt virginis, sanctæ sponsæ, nuptiarum arrhabones ? « Et despon- « sabo te mihi ipsi in fide [2] ; » et Elisabeth ad ipsum loquens similiter dicit : « Et beata quæ credidit, quo- « niam perficientur ea quæ dicuntur ei a Domino [3]. »

XXVII. Sed exagitant nos tam Græci quam Judæi, aientes impossibile fuisse ut Christus ex virgine nasceretur. Græcis primum ex ipsorummet fabulis os obstruamus. Qui enim dicitis projectos lapides in homines transmutari (2), quomodo virginem parere impossibile dicitis ? Qui ex cerebro natam filiam fabulamini, qui ex virginali utero nasci filium non posse affirmatis ? Qui de femore vestri Jovis, quasi prægnante utero, falso editum Bacchum asseritis ; quomodo nostra quæ sunt vera respuitis ? Indigna præsenti auditorio me dicere haud clam me est : verum ut tu Græcis opportune opprobres hæc attulimus, suis ipsos ex fabulis confutantes.

XXVIII. Illis vero qui ex circumcisione sunt ita occurras rogando : Utrum difficilius sit, sterilem anum suetis jam defectam parere ; an virginem in ætatis flore generare ? Sterilis erat Sara, et postquam muliebria desierant [4] præter naturam peperit [5]. Igitur, si sterilem generare præter naturam est, hoc quoque præter naturam, virginem matrem fieri : aut ergo utrumque simul rejice, aut utrumque admittito. Idem enim Deus et illud fecit, et hoc molitus est : neque audebis dicere, illic possibilem Deo, hic impossibilem rem fuisse. Rursus : Ecquis ille naturæ ordo, ut manus hominis una in hora in alteram speciem transmutetur, et rursus restituatur ? quomodo igitur Mosis manus nivis instar in candorem versa, et repente in priorem statum redintegrata est [6] ? Nempe id dices. Deum cum voluisset transmutasse. An vero Deus illic cum voluerit potest, hic autem non valet ? Ac illud quidem signum ad Ægyptios tantum pertinebat : istud vero signum fuit universo orbi datum. O Judæi,

γοντος· Οὐκ οἴδατε, ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστι· καὶ πάλιν ὁ προφήτης προεῖρηκεν ἐκ προσώπου Ἰησοῦ· Σάρξ μου ἐξ αὐτῶν· καὶ ἀλλαχοῦ γέγραπται· Διὰ τοῦτο δώσει αὐτοὺς (3) ἕως καιροῦ τικτούσης. Καὶ τί τὸ σημεῖον ; ἐξῆς φησι· Τέξεται, καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν ἐπιστρέψουσι. Καὶ τίνα τὰ μνῆστρα τῆς Παρθένου, τῆς ἁγίας νύμφης ; Καὶ μνηστεύσομαί σε ἐμαυτῷ ἐν πίστει· καὶ Ἐλισάβετ λαλοῦσα πρὸς αὐτὴν ὁμοίως λέγει· Καὶ μακαρία ἡ πιστεύσασα, ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λεγομένοις (4) αὐτῇ παρὰ Κυρίου.

ΚΖ'. Ἀλλὰ διασύρουσιν ἡμᾶς Ἕλληνές τε καὶ Ἰουδαῖοι, καὶ φασιν, ὅτι ἀδύνατον ἦν τὸν Χριστὸν ἐκ παρθένου γεννηθῆναι. Ἕλληνας μὲν ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς μύθων ἐπιστομίσωμεν. Οἱ γὰρ λέγοντες λίθους ῥιπτομένους εἰς ἀνθρώπους μεταβάλλεσθαι, πῶς τὸ παρθένον τεκεῖν λέγετε ἀδύνατον εἶναι ; Οἱ ἐξ ἐγκεφάλου θυγατέρα τετέχθαι μυθολογοῦντες, πῶς ἐκ παρθενικῆς γαστρὸς τετέχθαι υἱὸν λέγετε εἶναι ἀδύνατον ; Οἱ ἐκ μηροῦ τοῦ παρ' ὑμῖν Διὸς κυοφορηθῆναι ψευδῶς λέγοντες Διόνυσον, πῶς ἀθετεῖτε τὸ ἡμέτερον ἀληθές ; Οἶδα λέγων ἀνάξια τῆς παρούσης ἀκροάσεως· ἀλλ' ἵνα εὐκαίρως σὺ τοὺς Ἕλληνας ὀνειδίσῃς ταῦτα προσηνέγκαμεν, ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς μύθων τὰ πρὸς αὐτοὺς λέγοντες.

ΚΗ'. Πρὸς δὲ τοὺς ἐκ περιτομῆς οὕτως ἀπαντήσον ἐρωτήσας· Πότερόν ἐστι δύσκολον ; στεῖρα πρεσβύτιν τῶν ἐθίμων ἐκλιπόντων τεκεῖν, ἢ παρθένον νεάζουσαν γεννῆσαι ; Στεῖρα ἦν Σάῤῥα, καὶ ἐκλιπόντων τῶν γυναικείων τέτοκε παρὰ φύσιν. Οὐκοῦν εἰ τὸ στεῖραν γεννῆσαι παρὰ φύσιν· καὶ τὸ παρθένον γεννῆσαι. Ἢ τὰ δύο τοίνυν ἀθέτησον, ἢ τὰ δύο κατάδεξαι. Ὁ γὰρ Θεὸς αὐτός ἐστιν ὁ κἀκεῖνο ποιήσας καὶ τοῦτο κατασκευάσας. Οὐ γὰρ τολμήσεις εἰπεῖν, ὅτι ἐκεῖ δυνατόν ἐστι Θεῷ, καὶ ὧδε ἀδύνατον. Καὶ πάλιν· Ποία φύσις χεῖρα ἀνθρώπου μεταβληθῆναι ἐν μιᾷ ὥρᾳ πρὸς ἕτερον εἶδος, καὶ πάλιν ἀποκατασταθῆναι ; Πῶς τοίνυν ἡ Μωσέως χεὶρ ὡς χιὼν ἐλευκάνθη, καὶ ἅμα πάλιν ἀποκατεστάθη ; Ἀλλὰ λέγεις (5), ὅτι Θεὸς θελήσας μετέβαλεν. Ἐκεῖ Θεὸς θελήσας δύναται, καὶ ὧδε ἆρα οὐ δύναται ; κἀκεῖνο σημεῖον ἦν πρὸς Αἰγυπτίους μόνον, τοῦτο δὲ σημεῖον ἦν τῇ οἰκουμένῃ δωρούμενον. Ὦ Ἰουδαῖοι, ποῖόν δέ ἐστι μᾶλλον δυσκολώτερον ; παρθένον γεννῆσαι, ἢ ῥάβδον εἰς ζῶον ψυχωθῆναι ; Ὁμολογεῖτε, ὅτι ἐπὶ Μωσέως, εὐ-

[97] I Cor. VI, 19. [98] Ose. IX, 12. [99] Mich. V, 3. [1] ibid. [2] Ose. II, 20. [3] Luc. I, 45. [4] Gen. XI, 30 ; XVIII, 11. [5] Gen. XXI, 2. [6] Exod. IV, 6, 7.

(1) *Caro mea ex ipsis.* Hunc locum Theodoretus aliique permulti Patres cum Cyrillo ad incarnationem referunt. Fatendum tamen alienum prorsus ab hac intelligentia Hebraicum textum esse, quem Hieronymus ita vertit juxta Aquilam, *cum recessero ab eis ;* ad litteram, *in declinando me ab ipsis.* Hieronymus hunc locum commentans, diversam penitus LXX interpretum et Theodotionis sententiam profectam inde ait, quod loco בשורי quod significat *in recedendo me*, legerint בשרי *caro mea.*

(2) *Projectos lapides.* Notæ vel pueris fabulæ de Deucalione et Pyrrha, apud Ovidium, lib. I *Metamorph.*, fab. 8. De Minerva ex Jovis cerebro prodeunte, ex Apollonio lib. IV *Argonaut.* et Luciani *Dialogis ;* de Baccho ex utero Semeles matris, Jovis fulmine incensæ, extracto a Jove, suoque femori usque ad legitima partus tempora insuto, ex Ovidio, *Metamorph.* lib. III, fab. 4.

(3) Δώσει αὐτούς. Additur in impressis, ἐξαποστελλομένους. Quæ vox ab Coisl., Reg., Roe, Casaub. et Grod. prætermissa, in editos irrepsit ex simili loco Michææ I, 14.

(4) Λεγομένοις. Codd. Coisl., Reg., Roe, Casaub., Grod. ferunt ut in sacro textu, λελαλημένοις.

(5) Λέγεις. Ita nos legimus, ex codd. Coisl., Roe, Casaub., Grod. Qegius vero et impressi, λέγει. Post

θυτάτη ῥάβδος ὀφιοειδὴς γενομένη, φοβερὰ ἦν τῷ ῥίψαντι· καὶ ὁ πρὸ τούτου κατέχων τὴν ῥάβδον, ἔφυγε ταύτην ὡς δράκοντα· δρᾰκων γὰρ ἦν τῇ ἀληθείᾳ, ἔφευγε δὲ, οὐ φοβηθεὶς ὃ κατεῖχεν, ἀλλὰ ἀγωνιάσας τὸν μεταβεβληκότα (1)· ὀδόντας εἶχεν ῥάβδος, καὶ δρακοντικοὺς ὀφθαλμούς. Ἐκ ῥάβδου τοίνυν ὀφθαλμοὶ βλέποντες ἐκφύονται, καὶ ἐκ παρθενικῆς γαστρὸς παιδίον οὐ γεννᾶται Θεοῦ θέλοντος; Σιωπῶ γάρ, ὅτι καὶ ἡ ῥάβδος ἡ Ἀαρὼν, ὅπερ τὰ λοιπὰ (2) δένδρα δι' ἐνιαυτῶν ποιεῖ πλειόνων, τοῦτο διὰ μιᾶς νυκτὸς ἐποίησε. Τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὅτι ῥάβδος ἀπολέσασα τὸν φλοιὸν, οὔτ' ἂν μεταξὺ ποταμῶν τεθῇ, φύσει ποτέ; Ἀλλ' ἐπειδὴ Θεὸς οὐ φύσεσιν ἀκολουθεῖ δένδρων, ἀλλὰ φύσεών (3) ἐστι ποιητής· ἡ ἄκαρπος καὶ ξηρὰ καὶ ἄφλοιος ῥάβδος ἤνθησε καὶ ἐβλάστησε καὶ κάρυα ἐκαρποφόρησεν. Ὁ οὖν τῇ ῥάβδῳ, διὰ τὸν τυπικὸν ἀρχιερέα, καρπὸν ὑπὲρ φύσιν χαρισάμενος, ἆρα τῇ παρθένῳ, διὰ τὸν ἀληθινὸν ἀρχιερέα, τὸ τεκεῖν οὐκ ἐχαρίζετο;

A quidnam difficilioris videtur operæ, virginem parere, an virgam in animantem mutari? Confitemini quod sub Mose, virga rectissima serpentis in speciem versa, ipsi qui projecerat timorem incussit[7]: quique antea virgam tenebat, eam postea effugiebat ceu draconem, vere enim draco erat: fugiebat autem, non id quod tenebat extimescens; sed **178** ejus qui mutaverat pavore constrictus; dentes habuit virga, et oculos draconis. Scilicet, ex virga oculi videndi vi præditi enascuntur: et ex utero virginali non nascitur, Deo volente, puer? Taceo enim quod Aaronis virga, id quod cæteræ arbores plurium annorum spatio producunt, hoc ipsum intra unam noctem protulerit[8]. Quis enim nescit virgam cortice destitutam, etiamsi in mediis fluminibus plantetur, nunquam germinaturam esse? Sed cum Deus arborum naturis non serviat, imo naturarum auctor sit; infructuosa, arida, et decorticata virga floruit, germinavit, et nucum fructus protulit. Ille igitur qui virgæ, propter summum sacerdotem typicum [seu alterius figuram], fructum supra naturam ferre dedit: nonne virgini, propter verum summum sacerdotem, parere concesserit?

Κθ'. Καλὰ ταῦτα ὑπομνηστικὰ τῶν λόγων. Ἀλλ' ἔτι ἀντιλέγουσιν Ἰουδαῖοι· καὶ οὐ πείθονται τοῖς περὶ ῥάβδου λόγοις, ἐὰν μὴ ὁμοίοις παραδόξοις καὶ παρὰ φύσιν πεισθῶσι τοκετοῖς. Ἐξέτασον (4) τοίνυν αὐτοὺς οὕτως· Ἡ Εὔα ἐξ ἀργῆς ἐκ τίνος ἐγεννήθη; ποία μήτηρ συνείληφεν ἐκείνην τὴν ἀμήτορα; Λέγει δὲ ἡ Γραφὴ, ὅτι ἐκ πλευρᾶς γέγονε τοῦ Ἀδάμ. Ἆρα οὖν ἡ μὲν Εὔα ἐκ πλευρᾶς ἄρσενος χωρὶς μητρὸς (5) γεννᾶται· ἐκ δὲ παρθενικῆς γαστρὸς χωρὶς ἀνδρὸς παιδίον οὐ γεννᾶται; Ἐχρεωστεῖτο τοῖς ἀνδράσι παρὰ τοῦ θήλεος γένους ἡ χάρις. Ἡ γὰρ Εὔα ἐκ τοῦ Ἀδὰμ ἐγεννήθη, καὶ οὐκ ἐκ μητρὸς συλληφθεῖσα, ἀλλ' ἐκ μόνου ἀνδρὸς ὥσπερ ἀποτεχθεῖσα. Ἀπέδωκεν οὖν ἡ Μαρία τῆς χάριτος τὸ χρέος, οὐκ ἐξ ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς μόνης ἀχράντως, ἐκ Πνεύματος ἁγίου, δυνάμει Θεοῦ γεννήσασα.

XXIX. Egregiæ sane hæ sermonum commemorationes; sed nihilominus pugnant Judæi; nec in his virgæ exemplis acquiescunt, nisi similis generis admirabilibus et præter naturam partubus persuadeantur. Illos itaque in hunc modum percunctare. Eva ab initio de quo nata est? quæ mater illam sine matre feminam concepit? Ait autem Scriptura[9], quod ex Adæ costa effecta est. Ergone Eva ex viri latere sine matre nata fuerit; puer vero ex virginis utero absque opera viri nasci non possit? Reddendæ viris gratiæ obnoxium erat femineum genus. Eva namque ex Adam nata fuerat, non ex matre concepta, sed ex viro solo tanquam partu edita: reddidit ergo Maria hujus gratiæ debitum, dum non ex viro, sed ex se sola incontaminate de Spiritu sancto per virtutem Dei genuit.

Λ'. Λάβωμεν δὲ ἔτι τὸ τούτου μεῖζον. Τὸ μὲν γὰρ ἐκ σωμάτων σώματα γεννηθῆναι, εἰ καὶ παράδοξον, ἀλλ' ὅμως καὶ δυνατόν· τὸ δὲ τὸν χοῦν τῆς γῆς ἄνθρωπον γενέσθαι, τοῦτο θαυμαστότερον. Τὸ πηλὸν συγκεχυμένον ὀφθαλμῶν χιτῶνας λαβεῖν καὶ λαμπηδόνας, τοῦτο θαυμαστότερον. Τὸ ἐκ μονοειδοῦς χοὸς γεννᾶσθαι (6) καὶ ὀστέων καρτερότητα, καὶ πνεύμο-

XXX. Accipiamus porro aliud longe majus. Ex corporibus namque corpora produci, mirum licet videatur, possibile est tamen. At pulverem terræ hominem fieri hoc admirabilius (7). Quod lutum confusum, oculorum tunicas et splendores assumat, id sane majorem habet admirabilitatem. Quod ex pulvere unius formæ, et ossium firmitudo, et

[7] Exod. IV, 5. [8] Num. XVII, 8. [9] Gen. II, 22.

δύναται in Coisl. et Reg. adjicitur, ὁ αὐτὸς Θεός, *idem Deus*. Post κἀκεῖνο habebatur, μόνον, in impressis, quod uti redundans sustulimus, ex codd. Coisl., Reg. et Grod. In codd. Roe et Casaub. reperitur hoc loco, μόνον, sed omittur in fine phraseos post Αἰγυπτίους.

(1) Τὸν μεταβεβληκότα. Sensus Cyrilli postulare videretur τὸ μεταβεβλημένον, *rem in serpentem mutatam*. At optime Cyrillus inducit Moysen Dei rerum naturas mutantis pavore et formidine comprehensum.

(2) Ὅπερ τὰ λοιπά. Ex Reg., Roe, Casaub. et Coisl. expunximus particulam καὶ post ὅπερ in editis positam.

(3) Φύσεων. Ita melius scriptum putavimus in codd. Reg., Roe et Casaub., quam φύσεως in impressis.

(4) Ἐξέτασον. Ita Coisl. et Reg. Roe vero et Casaub., ἐξέταζε, *interroga*. Editi, ἐξετάζω, *interrogo*.

(5) Χωρὶς μητρός. Reg. et Coisl., χωρὶς μήτρας, *sine matrice*.

(6) Γεννᾶσθαι. Codd. Coisl., Reg., Roe, Casaub., Grod. ferunt, γενέσθαι, *fieri*. Nihil tamen mutandum censuimus, cum verbo γεννᾶσθαι pro *fieri*, et γενητός pro *factus*, non raro Cyrillus uti consueverit, ut cat. 2, n. 4; cat. 18, n. 13; cat. 11, n. 8. Hæc porro, et ea quæ supra sub finem num 26 continentur, vel transcribit vel imitatur Basilius Seleuciensis homil. *in Deiparum*, Combefis. *Auct.* tom. I, pag. 583.

(7) *Pulverem terræ hominem fieri*, etc. Confer hunc locum cum simili cat. 18, n. 9, ubi admira-

pulmonis teneritas, et reliquæ membrorum diversæ species enascantur; illud admiratione dignum. Lutum animatum, orbem insito motu circuire, et ædificare; hoc mirabile. Lutum docere et loqui, et fabrilia opera exercere, et regnum moderari [10], hoc mirari decet. Igitur, o imperitissimi Judæi, unde Adam factus est? nonne Deus pulverem e terra sumens, admirabile illud **179** figmentum effinxit [11]? Quid ergo? lutum in oculum transformatur, et virgo filium non generabit? Quod hominum judicio magis impossibile censetur, fit tamen; et quod se ipso possibile est, id non fiat?

XXXI. Honorum memores simus, fratres. His tanquam propulsatoriis armis utamur. [12] Ne perferamus hæreticos qui adventum [Christi] sola specie atque opinione docent. [13] Despuamus et eos qui nativitatem Salvatoris ex viro et femina contigisse dicunt, qui eum ex Joseph et Maria progenitum dicere ausi sunt, eo quod scriptum sit: *Et accepit conjugem suam* [14]. Meminerimus Jacob, qui priusquam Rachelem sumeret, dixit ad Laban: *Redde uxorem meam* [15]. Sicut enim illa ante nuptiarum sanctionem, propter solam quæ intercesserat promissionem, Jacobi uxor appellabatur; sic et Maria, propter desponsationem uxor Josephi dicta fuit (1). Vide autem Evangelii accuratam loquendi rationem, dum ait: « In mense autem sexto missus est « angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro cui « nomen Joseph [16], » etc. Et iterum, cum descriptio ageretur, et ascenderet Joseph ut describeretur, quid dicit Scriptura? « Ascendit autem et Joseph a « Galilæa, ut describeretur cum Maria desponsata « sibi uxore prægnante [17]: » prægnans enim erat non autem dixit *uxore, sua*, sed, *desponsata sibi. Misit* enim *Deus Filius suum*, ait Paulus; non factum

A νος ἀπαλότητα, καὶ λοιπὰς διαφόρους ἰδέας μελῶν· τοῦτο θαυμαστόν. Τὸ πηλὸν ψυχωθέντα περιέρχεσθαι τὴν οἰκουμένην αὐτοκινήτως, καὶ οἰκοδομεῖν· τοῦτο θαυμαστόν. Τὸ πηλὸν διδάσκειν, καὶ λαλεῖν, καὶ τεκτονεύειν, καὶ βασιλεύειν· τοῦτο θαυμαστόν. Ὦ τοίνυν ἀμαθέστατοι Ἰουδαῖοι, πόθεν Ἀδὰμ ἐγένετο; οὐχ ὁ Θεὸς χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, ἔπλασε τὸ πλάσμα τοῦτο τὸ θαυμάσιον; Εἶτα, πηλὸς μὲν εἰς ὀφθαλμὸν μεταβάλλεται, καὶ παρθένος υἱὸν οὐ γεννᾷ; Τὸ ὡς ἐν ἀνθρώποις ἀδύνατον μᾶλλον γίνεται, καὶ τὸ ἐγχωροῦν ἄρα οὐ γίνεται;

ΛΑ'. Τούτων μνημονεύωμεν, ἀδελφοί· τοῖς ὀργάνοις τούτοις ἀμυντηρίοις χρησώμεθα. Μὴ ἀνεχώμεθα
B τῶν αἱρετικῶν, τῶν κατὰ φαντασίαν τὴν παρουσίαν διδασκόντων. Καταπτύσωμεν καὶ τῶν λεγόντων ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικός εἶναι τὴν γέννησιν τοῦ Σωτῆρος (2)· τῶν τολμησάντων εἰπεῖν, ὅτι ἦν ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ καὶ τῆς Μαρίας, διὰ τὸ γεγράφθαι· Καὶ παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. Μνημονεύσωμεν γὰρ τοῦ Ἰακὼβ, τοῦ πρὶν λαβεῖν τὴν Ῥαχὴλ λέγοντος τῷ Λάβαν· Ἀπόδος τὴν γυναῖκά μου. Ὥσπερ γὰρ ἐκείνη πρὸ τῆς γαμικῆς καταστάσεως, τῷ μόνον ἐπαγγελίαν εἶναι, γυνὴ τοῦ Ἰακὼβ ὠνομάζετο· οὕτω καὶ ἡ Μαρία, τῷ μνηστευθῆναι, γυνὴ τοῦ Ἰωσὴφ ὠνομάζετο. Καὶ βλέπε τοῦ Εὐαγγελίου τὴν ἀκρίβειαν, λέγοντος (3)· Ἐν δὲ τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ, ἀπεστάλη ἄγγελος Γαβριὴλ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς πόλιν
C τῆς Γαλιλαίας ᾗ ὄνομα Ναζαρὲθ, πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ ᾧ ὄνομα Ἰωσὴφ, καὶ ἐξῆς. Καὶ πάλιν, ὅτε ἡ ἀπογραφὴ ἦν, καὶ ἀνέβη Ἰωσὴφ ἀπογράψασθαι, τί λέγει ἡ Γραφή; Ἀνέβη δὲ καὶ Ἰωσὴφ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, ἀπογράψασθαι σὺν Μαριὰμ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ γυναικὶ, οὔσῃ ἐγκύῳ· ἔγκυος μὲν γὰρ ἦν. Οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι; τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, ἀλλὰ, τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ.

[10] Job. XXXVIII, 14. [11] Gen. II, 7. [12] *Vid. cat.* 4, n. 9. [13] *Vid. cat.* 7, n. 7, *et sup.* n. 3. [14] Matth. I, 24. [15] Gen. XXIX, 21. [17] Luc. I, 26. [17] Luc. II, 4, 5.

lem hominis sueto modo generati formationem exponit. In utroque ex ipsa qua humanum corpus constituitur materia, originem animæ tribuere videtur. At neque animam ex luto formatam, neque ex traduce propagatam sensisse continuo existimandus est. In cat. 3, n. 4, et cat. 4. n. 18, hominem duplicem esse docet, ex animo incorporeo, et ex
D corpore constatem, quemadmodum et Christum n. 9, cat. 4, duplicem dixit, Deum invisibiliter, hominem visibiliter. Animam iterum incorpoream, et similem incorporeæ Spiritus sancti naturæ, tradit cat. 17, a. 14. Ait eam præstantissimum opus esse conditoris cat. 4. n. 18. In numero invisibilium rerum comprehendit cat. 11, n. 24, et cat. 9, n. 16. Nullum in animis virorum ac feminarum discrimen statuit, animamque immortalem affirmat cat. 4. n. 20. Ita refellit eos qui animas, antequam in mundum adventarent, peccasse aiebant, ut eas huc tanquam in alienum solum advenisse fateri videatur cat. 4, n. 19. Animam celerrimo momento cuncta mundi spatia discurrere ait cat. 6, n. 2, mundi terminos circumobire, cat. 5, n. 11. sese longe a corpore in res dissitas et in cœlos usque porrigere, cat. 16, n. 16, 17, 18. Hæc neque cum anima corporea neque cum exordium habente ex corpore, conciliari possunt.

nullum dubium sit, quin Rufinus ex istis Cyrilli fontibus suos hortulos irrigarit. Eædem sunt sententiæ, eædem Scripturarum, in eumdemque sensum allegationes, eodem ordine recitatæ; eadem objectiones, et ad objecta responsiones; mihi plane videtur totus ille Rufini locus nihil aliud esse, nisi libera et plane Rufiniana Cyrilli interpretatio. Præcipuos locos in notis commemorabo.

(1) Ἀνηγγέλη. Editi, ἀναγγελεῖ. Mendum correximus ex cod. Colb. et sacro textu. Ced. Reg., ἀνηγγέλει. Coisl., Roe et Casaub., ἀναγγέλη. Hoc testimonium Cyrillus citat eo ordine verborum quo sanctus Paulus in Ep. ad Rom.

D

(2) Πρὸς ἡμᾶς. Editos, qui ferunt ὑμᾶς, emendavimus tam hic, quam inferius post θρηνῶν, ex mss. Coisl., Colb., Reg., Roe, Casaub., Grod. Hi omnes, cod. Colb. excepto, scriptum habent, καὶ ἀντίσχυον pro κατίσχυον.

(3) Πνεῦμα προσώπου. In Colb., Πνεῦμα ἀπὸ προσώπου, *Spiritus a facie*; at catech. 17, n. 34, legit, πρὸ προσώπου, *ante faciem*. Rufinus *in Symbolum* scribit *Spiritus vultus nostri*. Post Cyrillus legit, ἐν διαφθοραῖς ἡμῶν, sicut habetur in ed. LXX, Ald. et Compl., et multis Patribus, ac Rufino hic: at in ed. Rom. legitur, διαφθοραῖς αὐτῶν, quod significare videtur regem Sedeciam aut alium comprehensum esse a Chaldeis non sine ipsorum sanguine ac multorum cædibus. Vide Ezech. XIX, 4. Habet Vulg., *in peccatis nostris*. In verbis sequentibus, *Cujus in umbra ejus*, etc., est Hebraismus, quem retinendum judicavimus. Vide psal. CXXXIV, 15.

(4) *Illius temporis Hierosolymam*. Sic cat. 18, n. 34, auditores suos compellat: *Surge, illuminare, nova Hierusalem*. Vetus Hierosolyma quæ a Judæis habitabatur et Christum crucifixit, per Vespasianum primo, ac tandem per Adrianum funditus excisa, simul locum, nomen et incolas mutavit. Nam pulsis inde Adriani decreto, prohibitisque velipsum locum Intueri Judæis, gentilibus occupanda tradita est nova civitas, circum Calvariæ montem ex veteris ruinis instituta; et Romana civitas facta, Ælia ab imperatoris nomine appellata est; veteri Hierosolymæ vocabulo ita in gentilium memoria oblitterato, ut Firmilianus Palæstinæ præses quarti sæculi initio quid esset Jerusalem ignoraret, apud Euseb., lib. VIII *Hist. eccl.*, cap. 21. Post repertam crucem, urbs Helenæ et Constantini magnificentia aucta et ornata, et balneis etiam instruc a est, ut significat *Procat.* n. 16; tumque vetus Hierosolymæ nomen resumpsit, et nova Jerusalem ab Helena appellata est. Vide Euseb., lib. III *Vit. Constant.*, cap, 32, et Socrat., lib. I, cap. 17. Ita ut ab eo tempore modo Ælia, modo Hierosolyma appellata sit, donec primum nomen sensim in desuetudinem abiit.

verberatum fuisse Christum [96] : non debes explorare, scriptum ne illud quoque sit? Audisti in horto crucifixum esse [97] : non debes inquirere utrum et hoc scriptum sit? Audisti triginta argenteis venumdatum esse [98] : non debes prophetam qui hoc dixit addiscere? Audisti aceto potatum esse [99] : hoc quoque ubi scriptum sit addisce. Audisti corpus in petra repositum fuisse, et impositum lapidem [1] : non debes et hujus rei a propheta recipere testimonium? Audisti cum latronibus crucifixum [2] : non debes scitari an et illud scriptum? Audisti quod sit sepultus [3] ; non te oportet inspicere, an certo alicubi de sepultura scriptum sit? Audisti quod resurrexit [4] : non debes inquirere, num te his doctrinis ludamus? *Sermo* enim *noster et prædicatio nostra non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis consistit* [5]. Non sophistica nunc instruuntur artificia, siquidem ipsa dissolvuntur : non verbis verba vincuntur, quandoquidem in irritum abeunt:[6] verum *prædicamus Christum crucifixum* [7], quæ res in antecessum a prophetis prædicata est. Tu vero, testimonia accipiens, ea in corde tuo obsigna. Cum autem ea magno numero sint, et tempus jam in angustum contrahatur, pauca, ut licet, quæ plus momenti habeant, nunc audi. At tu inde argumenta captans, laborem suscipe, et quæ reliqua erunt perquire. Nec enim ad accipiendum tantum porrecta, verum etiam ad operandum prompta tibi sit manus [8]. Omnia gratificatur Deus. *Si quis* enim *vestrum deficitur sapientia, postulet ab eo qui largitur Deo* [9], et accipiet. Qui precibus vestris exoratus, et nobis, qui verba facimus, dicere, et vobis, qui auditis, credere concedat!

A τοῦτο γέγραπται; Ἤκουσας, ὅτι ἐν κήπῳ ἐσταυρώθη· οὐκ ὀφείλεις ἰδεῖν εἰ καὶ τοῦτο γέγραπται; Ἤκουσας, ὅτι τριάκοντα ἀργυρίοις ἐπράθη· οὐκ ὀφείλεις μαθεῖν τὸν εἰπόντα τοῦτο προφήτην; Ἤκουσας, ὅτι ἐποτίσθη ὄξος· μάθε καὶ τοῦτο ποῦ γέγραπται. Ἤκουσας, ὅτι ἐν πέτρᾳ ἀπετέθη τὸ σῶμα, καὶ λίθος ἐπετέθη· οὐκ ὀφείλεις λαβεῖν καὶ ταύτην ἐκ τοῦ προφήτου τὴν μαρτυρίαν; Ἤκουσας, ὅτι λῃσταῖς συνεσταυρώθη· οὐκ ὀφείλεις ἰδεῖν εἰ καὶ τοῦτο γέγραπται; Ἤκουσας, ὅτι ἐτάφη· οὐκ ὀφείλεις ἰδεῖν εἰ ἀσφαλῶς που (1) τὰ περὶ ταφῆς ἀναγέγραπται; Ἤκουσας, ὅτι ἀνέστη· οὐκ ὀφείλεις ἰδεῖν μὴ παίζομέν σε ταῦτα διδάσκοντες; Ὁ γὰρ λόγος ἡμῶν καὶ τὸ κήρυγμα ἡμῶν οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις. Οὐ σοφιστικαὶ κατασκευαὶ κινοῦνται B νῦν, ἐπεὶ διαλύονται· οὐ λόγους νικῶσιν (2), ἐπεὶ παραλύονται· ἀλλὰ κηρύσσομεν χριστὸν ἐσταυρωμένον, ἐκ προφητῶν ἤδη τούνου προκηρυχθέντος. Σὺ δὲ μοι δεξάμενος τὰς μαρτυρίας, ἐναφράγισαι τῇ καρδίᾳ ταύτας. Πολλῶν δὲ οὐσῶν, καὶ τοῦ χρόνου λοιπὸν τῆς ὥρας εἰς ὀλίγον περιγραφομένου, ὀλίγας, ὡς ἐγχωρεῖ, τὰς κυριωτέρας ἄκουσον νῦν. Λαβὼν δὲ τὰς ἀφορμὰς, γενοῦ φιλόπονος, καὶ ἐκζήτησον τὰς λειπούσας. Μὴ γὰρ ἔστω (3) σοι ἡ χεὶρ μόνον ἐκτεταμένη εἰς τὸ λαβεῖν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ ἐργάζεσθαι ἕτοιμος. Πάντα Θεὸς χαρίζεται (4). Εἰ γὰρ τις ὑμῶν λείπεται σοφίας, αἰτείτω παρὰ τοῦ διδόντος Θεοῦ, καὶ λήψεται. Ὅς ταῖς ὑμετέραις εὐχαῖς (5), καὶ ἡμῖν παράσχοιτο τοῖς λέγουσι τὸ εἰπεῖν, καὶ ὑμῖν τοῖς ἀκούουσι τὸ πιστεῦσαι.

IX. Quæramus igitur quæ de passione Christi C agunt testimonia. Convenimus enim, non ut pure contemplatricem Scripturarum expositionem efficiamus nunc, sed ut potius de his quæ credidi-

II. Ζητείσθωσαν τοίνυν ἡμῖν αἱ περὶ τοῦ παθους τοῦ Χριστοῦ μαρτυρίαι· συνελήλυθαμεν γὰρ οὐ Γραφῶν ἐξήγησιν θεωρητικὴν ποιήσασθαι νῦν, ἀλλὰ πιστοποιηθῆναι μᾶλλον περὶ ὧν πεπιστεύκαμεν. Τῆς

[96] Joan. XIX, 34, 37. [97] ibid. 41. [98] Matth. XXVI, 15. [99] Joan. XIX, 29, 30. [1] Matth. XXVII, 60. [2] ibid. 38. [3] ibid. 59, 60. [4] Luc. XXIV, 34. [5] I Cor. II, 4. [6] *Vide hom. in Paralyt. n.* 9. [7] I Cor. I, 23. [8] Eccli. IV, 36. [9] Jac. I, 5.

(1) Ἀσφαλῶς που. Particulam που ex Reg. adjecimus.

(2) Οὐ λόγοι λόγους νικῶσιν. Ex Coisl., Reg., Roe et Casaub. scripsimus λόγους loco λόγοις. Aliter in Colb., οὐ λόγους κινοῦμεν, *non sermones agitamus*. Ait Cyrillus se adversus sophisticos adversariorum sermones, simili verborum apparatu divini testimonii auctoritate destituto, non pugnare ; quia in hujusmodi conflictu æquo jure, vel potius æqua utrinque verborum in ventos abeuntium vanitate certatur. Similis est Nostri sententia hom. *in Paralyt.*, n. 13 : Λόγον λόγῳ μάχεται, τὸ δὲ ἔργον ἄμαχον, *Sermo cum sermone concertat, opus vero insuperabile est*. Sic Naz., carm. Tetrasticho, p. 156 : Λόγῳ παλαίει πᾶς λόγος. Et carm. Iamb. 18, p. 19 : Λόγῳ γάρ ἐστι πᾶς λόγος ἀντίστατος. *Nam ratio quævis alteram pugnantem habet.*

(3) Μὴ ἔστω, etc. Sententia est Ecclesiastici, quam Cyrillus ex memoria recitans, paulo diversis verbis retulit. Loco σοι, habetur σου in Coisl., Reg., Roe, Casaub. velut in sacro textu. Deest ἐκτεταμένη in Roe et Casaub. Loco εἰς τὸ ἐργάζεσθαι ἕτοιμος, legitur in Bibliis, εἰς τὸ ἀποδιδόναι συνεσταλμένη, *ad reddendum contracta*. Plura de diversis sanctorum Patrum hujus testimonii allegationibus congessit Cotelerius, in Notis ad cap. 19 epistolæ S. Barnabæ.

(4) Πάντα Θεὸς χαρίζεται, *Omnia Deus gratificatur*. Varie refertur hæc sententia in mss. Colb., Παντὶ Χριστὸς χαρίζεται· *Christus cuivis gratificatur*. Grodecius vertit : *Christus in omnibus gratificabitur*. Cod. Reg. vitiose, Πάντα θεῷ χαρίζετε, quod revocandum ad lectionem vulgatam. Paulo post, extrema sancti Jacobi verba, diversæ a sacro textu recitat Cyrillus. At ipsas Apostoli voces codd. Reg., Coisl. et Colb. exhibent : Αἰτείτω παρὰ τοῦ διδόντος Θεοῦ πᾶσιν ἁπλῶς; καὶ μὴ ὀνειδίζοντος, καὶ δοθήσεται αὐτῷ. *Postulet a Deo qui dat omnibus indifferenter, et non exprobrat, et dabitur ei.*

(5) Ὑμετέραις, *vestris precibus*. Ita restituimus, loco ἡμετέραις, *nostris* ex codd. Reg., Roe et Grod., et similibus Cyrilli loci : supra hujus ipsius numeri initio, φέρε ταῖς ὑμετέραις εὐχαῖς. Cat. 12, n. 4, φέρε τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι, καὶ ταῖς τῶν παρόντων εὐχαῖς. Loco τὸ εἰπεῖν, ex codd. Coisl., Colb., Reg., Roe, Casaub. scripsimus τὸ εἰπεῖν, id postulante sensu, et membro opposito καὶ ὑμῖν τὸ πιστεῦσαι. Vide *Procat.* n. 17. *Meum est dicere, tuum vero ad opus aggredi*, etc. ; et cat. 16, n. 2 : *Gratiæ opus est nobis concedere ut inoffense loquamur, et vobis ut cum intelligentia audiatis.*

μὲν οὖν παρουσίας Ἰησοῦ πρῶτον ἐδέξω τὰς μαρτυρίας· καὶ ὅτι ἐπὶ θαλάσσης περιεπάτησεν, (Ἐν γὰρ θαλάσσῃ ἡ ὁδός σου,) γέγραπται, [Περιπατῶν (1) ἐπὶ θαλάσσης, ὡς ἐπ' ἐδάφους,] καὶ περὶ διαφόρων ἰάσεων μαρτυρίαν ἔλαβες ἄλλοτε. Ἄρχομαι τοίνυν ὅθεν τὸ πάθος ἤρξατο. Ἰούδας ἦν (2) ὁ προδότης, καὶ ἐλθὼν ἐξ ἐναντίας καὶ στὰς, εἰρηνικὰ λέγων καὶ πολεμικὰ κατασκευάζων. Λέγει οὖν περὶ τούτου ὁ Ψαλμῳδός· Οἱ φίλοι μου καὶ οἱ πλησίον μου ἐξ ἐναντίας μου ἤγγισαν καὶ ἔστησαν· καὶ πάλιν· Ἡπαλύνθησαν οἱ λόγοι αὐτῶν ὑπὲρ ἔλαιον, καὶ αὐτοί εἰσι βολίδες. Χαῖρε, Ῥαββί· καὶ παρεδίδου τὸν διδάσκαλον εἰς θάνατον. Οὐκ ᾐδέσθη τοῦ λέγοντος τὴν ὑπόμνησιν· Ἰούδα, φιλήματι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδίδως; σχεδὸν γὰρ τοῦτο πρὸς αὐτὸν ἔλεγεν· Ὑπομνήσθητι τῆς σεαυτοῦ προσηγορίας. Ἰούδας καλεῖται ἐξομολόγησις· συνέθου, ἔλαβες τὸ ἀργύριον, ἐξομολόγησαι ταχέως· Ὁ Θεὸς, τὴν αἴνεσίν μου μὴ παρασιωπήσῃς, ὅτι στόμα ἁμαρτωλοῦ καὶ στόμα δολίου ἐπ' ἐμὲ ἠνοίχθη· ἐλάλησαν (3) κατ' ἐμοῦ γλώσσῃ δολίᾳ, καὶ λόγοις μίσους ἐκύκλωσάν με. Ὅτι δὲ (4) τινες καὶ ἀπὸ ἀρχιερέων παρῆσαν, καὶ ὅτι πρὸ τῶν πυλῶν τῆς πόλεως ἦν τὰ δεσμὰ, ἤκουσας πρώην· εἴ γε μνημονεύεις τῆς ἐξηγήσεως τὸν καιρὸν καὶ τὸν τόπον τοῦ ψαλμοῦ εἰρηκότος, ὅπως Ἐπέστρεψαν εἰς ἑσπέραν, καὶ ἐλίμωξαν ὡς κύνες, καὶ ἐκύκλωσαν πόλιν.

Ι'. Ἄκουε καὶ διὰ τὰ τριάκοντα ἀργύρια. Καὶ ἐρῶ πρὸς αὐτούς· Εἰ καλὸν ἐνώπιον ὑμῶν ἐστὶ, δότε τὸν μισθόν μου (5), ἢ ἀπείπασθε, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἄλλος μισθός μοι παρ' ὑμῶν χρεωστεῖται θεραπείας τυφλῶν καὶ χωλῶν, καὶ ἄλλον λαμβάνω· ἀντὶ μὲν εὐχαριστίας ἀτιμίαν, ἀντὶ δὲ προσκυνήσεως ὕβριν. Βλέπεις πῶς προεῖδεν ἡ Γραφὴ τὰ πράγματα; Καὶ ἔστησαν τὸν μισθόν μου τριάκοντα ἀργυροῦς. Ὢ προφητικῆς ἀκριβείας! ὢν πολλῆς συνέσεως ἀπλανοῦς Πνεύματος (6) ἁγίου! Οὐ γὰρ δέκα εἶπεν, οὐδὲ εἴκο-

A mus certis documentis convincamur. Et antea quidem [10] testimonia accepisti de adventu Jesu. Et quod super mari ambularit, (*In mari* enim *via tua* [11],) scriptum est, [*Ambulans super mari, tanquam super solo* [12],]et de diversis curationibus alibi [13] testimonium **188** accepisti. Incipiam igitur unde passio exorsa est : Judas fuit proditor, quique ex adverso venit et stetit, pacifica loquens [14], dum hostilia moliebatur. Dicit igitur de eo Psaltes : « Amici mei et proximi mei ex adverso mihi appro« pinquaverunt, et steterunt [15]. *Rursumque* : Molliti « sunt sermones eorum super oleum, et ipsi sunt « jacula [16]. Salve, Rabbi [17]. » Simul tradidit magistrum in mortem : nec reveritus est admonitionem dicentis : *Juda, osculo Filium hominis tradis* [18] ? B Illum enim his quasi verbis compellabat : Tui ipsius nominis recordare : Judas *confessionem* sonat : pactus es, argentum accepisti, ocius confitere « O « Deus, laudem meam ne tacueris, quia os peccato« ris et os dolosi super me apertum est ; locuti « sunt contra me lingua dolosa et sermonibus odii « circumdederunt me [19-20]. » Quod autem quidam etiam a principibus sacerdotum aderant [21], quodque ante fores civitatis (injecta) sunt vincula, audivisti nuper [22] : si tamen mente retines expositionem psalmi tempus et locum assignantis, quomodo « Conversi sunt ad vesperam, et famem passi sunt « ut canes, et circumdederunt civitatem [23]. »

X. Audi igitur et de triginta argenteis. *Et dicam ad ipsos : Si bonum vobis videtur, date mercedem meam, aut abnegate* [24]. et quæ sequuntur. Alia mi- C hi a vobis debetur merces curationis cæcorum, claudorumque ; et aliam accipio : pro gratiarum actione, contumeliam ; pro adoratione, injuriam. Vides quomodo Scriptura futura prænovit : *Et statuerunt mercedem meam triginta argenteos* [25]. O prophetæ sermonem ad amussim exactum ! o multam nec errantem Spiritus sancti intelligentiam ! Non

[10] *Catech.* 12. n. 15, *et cat.* 11, n. 23. [11] Psal. LXXVI, 20. [12] Job IX, 8. [13] *Cat.* 11, n. 12, *cat.* 10, n. 13. [14] Psal. XXXIV, 20. [15] Psal. XXXVII, 12. [16] Psal, XIV, 22. [17] Matth. XXXVI, 49. [18] Luc. XXII, 48. [19-20] Psal. CVIII, 1, 2. [21] Matth. XXVI, 47. [22] *in homilia quadam.* [23] Psal. LVIII, 7, 15. [24] Zach. XI, 12. [25] ibid.

(1) Περιπατῶν, etc. Hunc scripturæ locum ex sola Grodecii versione hic inseruimus. Scripsisse Cyrillum, ut nos restituimus, facile probatur ; quod eo Jobi loco detracto, verbum γέγραπται pendens relinquitur. Præterea locum Scripturæ hoc de argumento se superioribus catechesibus citasse insinuat. Istum autem Jobi citavit cat. 11, n. 23. Alterum vero, *In mari via tua*, palam ab eo per parenthesim interjectum, nullibi allegavit.

(2) Ἰούδας ἦν. Hæc de Judæ proditione exscribit Rufinus.

(3) Ἐλάλησαν. Editi, καὶ ἐλάλησαν. Conjunctionem, quæ in psalmi contextu abest, expunximus auctoritate codd Coisl., Reg , Colb. et Gr.

(4) Ὅτι δέ. Particulam καί, in editis ante ὅτι positam, sustulimus, ex codd. Coisl., Reg , Colb. Roe, Casaub ; at Reg. et Coisl loco ὅτι scriptum habent εἰ. Paulo post, turbata constructio sic legi debet : εἰ μνημονεύεις τῆς ἐξηγήσεως τοῦ ψαλμοῦ εἰρηκότος τὸν καιρὸν καὶ τὸν τόπον. Hanc expositionem attule- D rat in homilia quadam superioribus diebus in synaxi pronuntiata.

(5) Δότε τὸν μισθόν μου. Codd. Coisl. et Reg., δότε στήσαντες τὸν μισθόν, etc., quemadmodum legitur in mss. Alexandrino, et apud Cyril. Alex.

(6) Ἀπλανοῦς Πνεύματος, etc. In codd. Roe et Casaub. et Grod., καί ἀπλανοῦς. Illud ἀπλανοῦς ex Cyrilli stylo non ad Πνεύματος ἁγίου, sed at συνέσεως referri videtur. In Coisl. et Reg. loco ἁγίου habetur σοφίας. Ex his omnibus confici posset ista lectio perquam commoda : Ὢ πολλῆς συνέσεως καὶ ἀπλανοῦς Πνεύματος ἁγίου σοφίας ! *O maximam intelligentiam, et inerrantem Spiritus sancti sapientiam !* Mox, loco ἀκριβῶς, καὶ ὅσα ἦν, in codd. Roe et Casaub. legitur hoc modo : Ἐπεὶ οὖν προείρηκα, ἀκριβῶς, καὶ πόσα ἦν. *Quando igitur accurate prædixi, et quod fuerunt.* Hanc lectionem uti emendationem commendat Milesius : quæ tamen ut ad textum quadraret, legendum foret, προείρηκας, *prædixisti.*

enim decem dixit nec viginti, sed triginta presse et circumscripte, totidem quod fuerunt. Dic et quo pretium hoc abiit, o propheta. Isne qui accepit retinebit, an redditurus est? et postquam reddiderit quo cedet! Ait itaque propheta: *Et accepi eos triginta argenteos, et projeci eos in domum Domini in conflatorium* [26]. Contende Evangelium cum prophetia. *Pœnitentia* enim, inquit, *ductus Judas, et projectis in templo argenteis, recessit* [27].

XI. Sed hic a me apparentis ambiguitatis enodatio quæritur. Qui enim prophetas contemnunt, aiunt prophetam dicere: *Et projeci eos in domum Domini in conflatorium* [28]: Evangelium contra: *Et dederunt eos in agrum figuli* [29]. Quomodo igitur ambo verum dicant, audi. Judæi siquidem, illi scilicet religiosi qui tum principes **189** sacerdotum erant, videntes Judam pœnitentem et dicentem, *Peccavi tradens sanguinem justum* [30]; reponunt *Quid ad nos? tu videris* [31]. Nihilne ad vos qui crucifixistis? sed is quidem qui cædis prætium et accipit et reddidit, videat: vos autem qui cædem peragitis, non videbitis? Deinde inter se dicunt: *Non licet eos in corbonam jacere, quia pretium sanguinis est* [32]. Ex ore vestro vestra prodit damnatio, si abominabile pretium, abominabile quoque facinus: quod si crucifigendo Christo justitiam adimples, quare non accipis pretium? Sed illud quærebatur: Quomodo non dissentiunt, Evangelium ex una parte dicens, *agrum figuli*; propheta vero ex alia, *conflatorium*? Verum non aurifices solum conflatorium habent, nec æratiis solis suum est conflatorium; sed et figuli habent luti conflatoria. Tenuem enim, pinguem, usuique profuturam terræ partem a calculis percolando secernentes, feculentæque materiei copiam segregantes, lutum prius aqua conflant, ut efficienda ex eo opera nullo negotio instituant. Quid igitur miraris, si Evangelium *agrum figuli* apertius, propheta vero sub ænigmate prophetiam proposuerit, quandoquidem sub ænigmate plerumque latens est prophetia?

XII. Ligaverunt Jesum, et adduxerunt in aulam summi pontificis [33]. Vis nosse et videre, quod hoc quoque scriptum sit? Ait Isaias: *Væ animæ ipso-*

σιν· ἀλλὰ τριάκοντα, ἀκριβῶς καὶ ὅσα ἦν. Εἶπὲ καὶ ποῦ προχωρεῖ τοῦτο τὸ τίμημα, ὦ προφῆτα· ἆρα ὁ λαμβάνων κατέχει, ἢ ἀποδίδωσι; καὶ μετὰ τὸ ἀποδοῦναι, ποῦ προχωρεῖ; Λέγει τοίνυν ὁ προφήτης· Καὶ ἔλαβον (1) τοὺς τριάκοντα ἀργυροῦς, καὶ ἐνέβαλον αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον Κυρίου εἰς τὸ χωνευτήριον. Σύγκρινον τῇ προφητείᾳ τὸ Εὐαγγέλιον· Μεταμεληθεὶς γάρ, φησὶν, Ἰούδας, καὶ ῥίψας τὰ ἀργύρια ἐν τῷ ναῷ, ἀνεχώρησεν.

ΙΑ'. Ἀλλ' ὧδέ μοι λοιπὸν τῆς δοκούσης ἀμφιβολίας ἡ ἀκρίβεια ζητεῖται. Οἱ γὰρ ἀθετοῦντες τοὺς προφήτας λέγουσιν, ὅτι ὁ μὲν προφήτης λέγει. Καὶ ἐνέβαλον αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον Κυρίου εἰς τὸ χωνευτήριον· τὸ δὲ Εὐαγγέλιον· Καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως. Πῶς οἱ δύο τοίνυν ἀληθεύουσιν, ἄκουσον. Οἱ γὰρ δῆθεν εὐλαβεῖς (2) Ἰουδαῖοι, οἱ τότε ἀρχιερεῖς, ἰδόντες τὸν Ἰούδαν μετανοήσαντα καὶ εἰπόντα, Ἥμαρτον παραδοὺς αἷμα ἀθῷον, φασί· Τί πρὸς ἡμᾶς; σὺ ὄψῃ (3). Ἆρα οὐδὲν πρὸς ὑμᾶς τοὺς σταυροῦντας; ἀλλ' ὁ μὲν τοῦ φόνου τὸν μισθὸν λαβὼν καὶ ἀποδοὺς ὄψεται, ὑμεῖς δὲ οἱ φονεύοντες οὐκ ὄψεσθε; Εἶτά φασι πρὸς ἑαυτούς· Οὐκ ἔξεστι βαλεῖν αὐτὰ εἰς τὸν κορβωνᾶν, ἐπεὶ τιμὴ αἵματός ἐστιν. Ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν ἡ κατάκρισις· εἰ μιαρὸς ὁ μισθὸς, μιαρὰ καὶ ἡ πρᾶξις· εἰ δὲ δικαιοσύνην πληροῖς σταυρῶν τὸν Χριστὸν, τί οὐ παραδέχῃ τὸν μισθόν; Ἀλλὰ τὸ ζητούμενον τοῦτό ἐστι· Πῶς οὐ διαφωνοῦσι, τὸ μὲν Εὐαγγέλιον λέγον, ἀγρὸν τοῦ κεραμέως· ὁ δὲ προφήτης, τὸ χῶνευτήριον; Ἀλλ' οὐ μόνον χρυσοχόων παῖδες ἔχουσι χωνευτήριον, οὐδὲ χαλκουργοὶ μόνον ἔχουσι χωνευτήριον· ἀλλὰ καὶ κεραμεῖς ἔχουσι πηλοῦ χωνευτήρια (4). Τὸ γὰρ λεπτὸν καὶ λιπαρὸν καὶ χρήσιμον τῆς γῆς ἐκ τῶν χαλίκων ἀποδιυλίζοντες, καὶ τὸ πολὺ τῆς συμφετώδους ὕλης ἀποχωρίζοντες προχωνεύουσιν ὕδατι τὸν πηλὸν, εἰς ἀνεμπόδιστον ἐργασιαν τῶν κατασκευασθησομένων. Τί τοίνυν θαυμάζεις, εἰ τὸ μὲν Εὐαγγέλιον φανερῶς (5) τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, ὁ δὲ προφήτης αἰνιγματωδῶς εἶπε τὴν προφητείαν, αἰνιγματώδως οὔσης πολλαχοῦ τῆς προφητείας.

ΙΒ'. Ἔδησαν τὸν Ἰησοῦν (6), καὶ εἰσήνεγκαν εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως. Θέλεις δὲ γνῶναι καὶ εἰδέναι, ὅτι καὶ τοῦτο γέγραπται; Φησὶν Ἡσαΐας· Οὐαὶ

[26] Zach. XI, 13. [27] Matth. XXXII, 3, 5. [28] Zach. XI, 13. [29] Matth. XXVII, 10. [30] ibid. 4. [31] ibid. 5. [32] ibid. 7. [33] Luc. XVII, 54.

(1) Ἔλαβον. In Colb., Roe et Casaub. ἔλαβεν *sumpsit*. Et loco ἐνέβαλον. Roe, Casaub., Grod., ἐνέβαλεν *projecit*. At in textu prophetico Zacharias manifeste in prima persona loquitur.

(2) Δῆθεν εὐλαβεῖς. Ante εὐλαβεῖς reperitur in editis οἱ, quod ex codd. Coisl., Reg., Colb., Roe, Casaub, eliminavimus, sic cat. 6, n. 25, καὶ δέσμιος ἦν ὁ δὴ φιλόσοφος.

(3) Σὺ ὄψῃ. Colb. et Reg. ut in Evangelio, σὺ ὄψει. Paulo post voci κορβωνᾶν præfiximus articulum ex codd Roe, Casaub., Reg., Colb., Ottob. et sacro textu. Κορβωνᾶν vero scripsimus loco κορβονᾶν cum Coisl: sacer vero textus, ex codd Reg. et Ottob., κορβονᾶν.

(4) Χωνευτήρια. Ita nos cum codd. Coisl., Colb., Reg., Roe, Casaub, Grod., ubi editi habent singulari numer, χωνεύτηριον.

(5) Φανερῶς. Male in editis, φανερός· emandatum ex Roe et Casaub. Paucis post verbis, loco πολλαχοῦ Reg. et Coisl. habent παντταχοῦ. At Regius eam phrasim aliter cum additamento repræsentat, sic: Αἰνιγματώδους παντταχοῦ τῆς προφητείας οὔσης, ἐδήλωσε τὸ, Καὶ ἐνέβαλον αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον Κυρίου εἰς τὸ χωνευτήριον. « Cum ubique œnigmati « similis sit prophetia, significavit illud: et pro« jeci eos in domum Domini, in conflatorium. »

(6) Ἔδησαν τὸν Ἰησοῦν. Hic quoque Rufinus Cyrilli interpretem agit.

τῇ ψυχῇ αὐτῶν, ὅτι βεβούλευνται (1) βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν, εἰπόντες· Δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι. Καὶ ἀληθῶς, Οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν· καὶ βλέπωμεν. Ἡσαΐας μὲν ἐπρίσθη, καὶ ἐθεραπεύθη μετὰ ταῦτα ὁ λαός. Ἰερεμίας εἰς βόρβορον λάκκου ἐνεβλήθη, ἀλλ' ἰάθη τῶν Ἰουδαίων τὸ τραῦμα· μικρότερον γὰρ ἦν, ἐπειδὴ εἰς ἄνθρωπον. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ εἰς ἄνθρωπον, ἀλλ' εἰς Θεὸν ἐνανθρωπήσαντα ἥμαρτον Ἰουδαῖοι, Οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν. — Δήσωμεν τὸν δίκαιον. Ἆρα οὐκ ἐδύνατο λῦσαι ἑαυτὸν, ἐρεῖ τις, ὁ λύσας ἐκ δεσμῶν θανάτου τετραήμερον Λάζαρον, καὶ Πέτρον ἐκ δεσμῶν σιδηρέων φυλακῆς λύσας; Ἕτοιμοι παρειστήκεισαν ἄγγελοι λέγοντες· Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν· ἀλλὰ ἀνέχονται, διὰ τὸ θέλειν ὑπομεῖναι τοῦτο τὸν Δεσπότην. Πάλιν ἤχθη ἐπὶ πρεσβυτέρων εἰς κριτήριον. Ἔχεις ἤδη τὴν μαρτυρίαν· Αὐτὸς Κύριος εἰς κρίσιν ἥξει μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ, καὶ μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ.

ΙΓ'. Ἀλλὰ ἐρωτήσας ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ ἀκούσας τὴν ἀλήθειαν, ἀγανακτεῖ. Καὶ ὁ κακὸς κακῶν ὑπηρέτης (2) δίδωσι ῥάπισμα· καὶ τὸ πρόσωπον, τὸ λάμψαν ὡς ὁ ἥλιος, χερσὶν ἀνόμοις ῥαπιζόμενον ἠνέσχετο. Καὶ ἄλλοι ἐλθόντες ἐμπτύουσι τῷ προσώπῳ, τοῦ διὰ πτυελοῦ (3) τὸν ἐκ γενετῆς τυφλὸν θεραπεύσαντος. Ταῦτα Κυρίῳ ἀνταποδίδοτε; Οὗτος λαὸς μωρὸς, καὶ οὐχὶ σοφός. Καὶ ὁ προφήτης ἀποθαυμάζων φησί· Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; ἄπιστον γὰρ τὸ πρᾶγμα, εἰ Θεὸς (4), Θεοῦ Υἱὸς, καὶ βραχίων Κυρίου, ταῦτα ὑπομένει. Ἀλλ' ἵνα μὴ ἀπιστήσωσιν οἱ σωζόμενοι, προγράφει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ προσώπου Χριστοῦ, λέγοντος (αὐτὸς γὰρ ὁ τότε ταῦτα λαλῶν, ὕστερον παρῆν)· Τὸν νῶτόν μου ἔδωκα (5) εἰς μάστιγας· Πιλᾶτος γὰρ αὐτὸν φραγελλώσας παρέδωκεν εἰς τὸ σταυρωθῆναι· τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα· τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων· μονονουχὶ λέγων· Προειδῶς, ὅτι μέλλουσι τύπτειν, οὐδὲ ἐπλαγίασα τὴν σιαγόνα μου. Πῶς γὰρ ἔμελλον νευροῦν τοὺς μαθητὰς εἰς τὸν ὑπὲρ ἀληθείας θάνατον, εἰ αὐτὸς ἠγωνίων τοῦτο; Ἐγὼ ἔλεγον· Ὁ φιλῶν (6) τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει αὐτήν· εἰ ἐφιλοζώησα, πῶς ἐδίδασκον, μὴ πράττων ὃ ἐδίδασκον; Πρῶτον οὖν, αὐτὸς Θεὸς ὢν ὑπὸ ἀνθρώπων ταῦτα πάσχων

A rum, *quia consultarunt consilium pravum contra seipsos, dicentes: Ligemus justum, quia incommodus est nobis*[34]. Vere omnnino, *Væ animæ ipsorum*; idque videamus. Isaias quidem sectus est, et populus postea senatus est. Jeremias in cænum laci dejectus [35]: verum curatum est hoc Judæorum vulnus; quod, cum in hominem peccatum fuisset, levius erat. Ex quo vero non in hominem, sed in Deum inhumanatum peccarunt Judæi, *Væ animæ eorum.* — *Ligemus justum.* Nonne, inquiet aliquis, seipsum solvere poterat, qui quatriduanum Lazarum vinculis mortis exsolvit[36], Petrumque ferreis carceris catenis exemit[37]! Parati aderant angeli dicentes: *Disrumpamus vincula eorum* [38], verum abstinent vim, quoniam id sufferre voluit Dominus. Iterum productus est coram senioribus in judicium [39]. Jam habes testimonium: « Ipse Dominus « in judicium veniet cum senioribus populi, et « cum principibus ejus [40].

B XIII. [41] Sed interrogans princeps sacerdotum, audita veritate indignatur [42]: et malus malorum minister alapam impigit [43]; faciesque illa, quæ olim ut sol resplenduerat [44], manibus iniquis allidi sustinuit; aliique venientes inspuunt in vultum ejus qui per sputum cæcum natum curavarat[45]. « Hæc- « cine redditis Domino? **190** Hic populus stultus et « non sapiens[46]. » Et prophetes admirans dicit: « Do- « mine, quis credidit prædicationi nostræ[47]? » Incredibilis profecto res est, Deum, Dei Filium et brachium Domini[48] ista perpeti. Sed ne id credere recusent

C qui salvi fiunt, hoc prædicit Spiritus sanctus ex persona Christi, dicentis (ipse enim qui tunc ea loquebatur, postea præsens erat [49]): *Dorsum meum dedi in flagella* [50]: Pilatus enim eum flagellatum tradidit ad crucifigendum [51]: « maxillas vero meas « in alapas, faciem vero meam non averti a probro « sputorum[52]. » Quasi diceret: Prævidens quod ne verberaturi sunt, neque maxillam leviter deflexi. Quomodo enim discipulos ad mortem pro veritate obeundam roborarem, si hoc ipse pavescerem. Ego dixi: *Qui amat animam suam, perdet eam* [53]; si vitæ amans fuissem, quomodo docerem, non faciens quæ docerem? Prius igitur ipse, cum esset Deus, hæc ab hominibus pati sustinuit, ut nos ho-

[34] Isa. III, 9, 10. [35] Jerem. XXXVIII, 6. [36] Joan. XI, 39, 44. [37] Act. XII, 7. [38] Psal. II, 3. [39] Matth. XXVII, 59. [40] Isa. III, 14. [41] *Vid. cat.* 12, *n.* 4. [42] Matth. XXVII, 63. [43] Joan. XVIII, 22. [44] Matth. XVII, 2. [45] Joan. IX, 6. [46] Deut. XXXII, 6. [47] Isa. LIII, 1. [48] ibid. [49] Isa. LII, 6. [50] Isa. L, 6. [51] Mars. XV, 15. [52] Isa. L, 6 [53] Joan. XII, 25.

(1) Βεβούλευνται. Editi ferunt, βεβούλευται. Quos emendavimus ex codd. Colb., Roe Casaub. et sacro textu.

(2) Ὁ κακὸς κακῶν ὑπηρ Articulum ὁ addidimus ex Colb., Casaub., Roe et Reg., et vocem κακῶν, ex duobus primis.

(3) Διὰ πτυελοῦ. Loco διὰ πηλοῦ, *per lutum*, ita reposuimus ex codd. Roe et Casaub. Colb. habet, διὰ σιέλου, et Reg., διὰ σίελον, *per salivam*. Ex πτυελοῦ palam est ambas scripturas πηλοῦ et σιέλου natas esse.

D (4) Εἰ Θεός. Editi, εἷς Θεός, *unus Deus*. Ex cod. Regio emendavimus, juxta Rufinum scribentem: *Incredibile enim est, ut Deus Dei Filius passus ista dicatur*, etc.

(5) Δέδωκα. Editi, δέδωκαν· quos emendavimus ex codd. Roe et Casaub. In Coisl. et Reg. legitur, ἔδωκα, juxta LXX, Rom. edit.

(6) Ὁ φιλῶν. Ita editi et cæteri codd. juxta tenorem hujus sententiæ apud Joan. cap. XII, 25. At in Colb. legitur, Ὁ εὑρών, ut commemoratur Matth. cap. X, 39.

mines talia postea ab hominibus ejus causa perpeti non puderet. Vides hæc a prophetis diserte prænuntiata fuisse. Plura vero Scripturarum testimonia propter temporis angustias, ut ante dixi [54], prætermittimus. Si quis enim omnia accurate perquisierit, nulla Christi rerum absque testimonio relinquetur.

XIV. Ligatus venit a Caipha ad Pilatum [55]. Anne et hoc perscriptum est? *Et ligantes ipsum* (1) *abduxerunt* [*in*] *munera regi Jarim* [56]. Verum obstrepet aliquis eorum qui arguti sunt in audiendo: Pilatus rex non erat (ut interim multa ad eam quæstionem pertinentia omittamus):quomodo igitur *ligantes eum abduxerunt in munera regi?* At lege Evangelium: *Audiens Pilatus ipsum esse a Galilæa, misit eum ad Herodem* [57]. Herodes autem tum rex erat, et aderat Hierosolymis. Et vide Prophetæ sedulam diligentiam : *munerum* enim *loco* ipsum missum esse ait. *Facti sunt* enim *amici Pilatus et Herodes in die illa ad invicem : antea* enim *inimicitias exercebant* [58]. Decebat enim ut ille, qui terram et cœlum pacificaturus erat [59], priores (omnium) eos a quibus condemnabatur pacificaret. Aderat namque ipse Dominus *qui reconciliat corda principum terræ* [60]. Tene prophetarum exploratam fidem et testificationem veram.

191 XV. Admirare Dominum judicatum. Passus est se a militibus agi et versari Pilatus sedebat judicans [61] : et qui in dextra Patris sedet[62], stans judicabatur [63]. Populus ab ipso e terra Ægypti, et aliis ex locis multoties liberatus in ipsum vociferabatur : *Tolle, tolle, crucifige eum* [64]. Qua de causa, o Judæi? quod cæcos vestros curavit? vel quod claudos vestros ambulare fecit, et reliqua beneficia contulit? Ita ut stupens propheta de hoc

A ἠνείχετο, ἵνα ἄνθρωποι ὑπὸ ἀνθρώπων μετὰ ταῦτα δι' αὐτὸν τοιαῦτα πάσχοντες μὴ αἰσχυνθῶμεν. Βλέπεις, ὅτι καὶ ταῦτα σαφῶς προέγραψαν οἱ προφῆται. Πολλὰς δὲ τῶν Γραφῶν μαρτυρίας διὰ τὸ τοῦ χρόνου στενὸν παρατρέχομεν, ὡς προεῖπον. Εἰ γὰρ πάντα ζητήσειέ τις ἀκριβῶς, οὐδὲν τῶν τοῦ Χριστοῦ πραγμάτων ἀμάρτυρον καταλειφθήσεται.

ΙΔ'. Δεθεὶς ἦλθεν ἀπὸ τοῦ Καϊάφα πρὸς Πιλᾶτον. Ἆρα καὶ τοῦτο γέγραπται ; Καὶ δήσαντες αὐτὸν ἀπήγαγον ξένια τῷ βασιλεῖ Ἰαρείμ. Ἀλλ' ὑποκρούει τις τῶν ὀξέως ἀκροωμένων· Πιλᾶτος οὐκ ἦν βασιλεύς· (ἵνα τέως παραλίπωμεν τὰ πολλὰ τοῦ ζητήματος [2])· πῶς τοίνυν δήσαντες αὐτὸν, ἀπήγαγον ξένια τῷ βασιλεῖ ; Ἀλλὰ ἀνάγνωθι τὸ Εὐαγγέλιον· Ἀκούσας Πιλᾶτος αὐτὸν εἶναι ἀπὸ τῆς B Γαλιλαίας, ἀνέπεμψεν αὐτὸν πρὸς Ἡρῴδην· Ἡρῴδης δὲ ἦν τότε βασιλεὺς, καὶ παρῆν ἐν Ἱεροσολύμοις. Καὶ βλέπε τοῦ προφήτου τὴν ἀκρίβειαν· ξένια γάρ φησιν (3) αὐτὸν ἀπεστάλθαι· Ἐγένοντο γὰρ φίλοι ὅ τε Πιλᾶτος καὶ ὁ Ἡρῴδης ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ μετ' ἀλλήλων· προϋπῆρχον γὰρ ἐν ἔχθρᾳ ὄντες. Ἔπρεπε γὰρ τῷ μέλλοντι εἰρηνοποιεῖν τὴν γῆν καὶ τὸν οὐρανὸν, πρώτους αὐτοὺς τοὺς καταδικάζοντας αὐτὸν εἰρηνομοιῆσαι· καὶ γὰρ παρῆν ὁ Κύριος αὐτὸς, ὁ διαλλάσσων καρδίας ἀρχόντων (4) τῆς γῆς. Ἔχε τῶν προφητῶν τὴν ἀκρίβειαν, καὶ ἀληθῆ μαρτυρίαν.

ΙΕ'. Θαύμασον τὸν κρινόμενον Κύριον· ἠνέσχετο ὑπὸ στρατιωτῶν ἀγόμενος καὶ φερόμενος· Πιλᾶνος ἐκαθέζετο κρίνων, καὶ ὁ ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς καθεζόμενος, ἑστὼς ἐκρίνετο (5). Ὁ λαὸς ὁ λυτρωθεὶς ὑπ' C αὐτοῦ ἐκ γῆς Αἰγύπτου καὶ ἀλλαχόθεν πολλάκις, κατ' αὐτοῦ ἐβόα· Αἶρε, αἶρε, σταύρωσον αὐτόν. Διὰ τί, ὦ Ἰουδαῖοι ; ὅτι τοὺς τυφλοὺς ὑμῶν ἐθεράπευσεν ; ἀλλ' ὅτι τοὺς χωλοὺς ὑμῶν περιπατεῖν ἐποίησε, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν εὐεργεσιῶν παρέσχεν ;

[54] *n.* 8. [55] Matth. XXVIII, 2. [56] Ose. X, 7. [57] Luc. XXIII, 6, 7. [58] ibid. 12. [59] Coloss. I, 20. [60] Job XII, 24. [61] Matth. XXVII, 19. [62] Psal. CIV, 1. [63] Matth. XXVII, 11. [64] Joan. XIX, 15.

(1) *Ligantes ipsum*, etc. Hunc Oseæ locum Cyrillus post Justinum, *Dialog* , p. 331, et Rufinus post Cyrillum, Christo ad Pilatum,et inde ad Herodem misso accommodant, qui diversam prorsus in prophetico textu intelligentiam habet. Omissis variis interpretationibus, ea sola vera est,quæ prophetæ locum intelligit de argento et muneribus, a rege D Israelitarum Manahem ad Phul Assyriorum regem missis, auxilii emendi gratia. In his donis unum vitulum aureum, ex his quos Jeroboam Bethele posuerat, fuisse ferunt. Et huic narrationi prorsus favet Græcus prophetæ textus.Rex ille Assyriorum dicitur *Jarim*, quod significat *silvarum*, sive ita scripserunt LXX Interpretes, sive librariorum incuria mutata sit postrema littera β in μ, quod in similibus vocabulis persæpe contingit. Nam in Hebræo est Jaribut et in editione Græca Complutensi, quod Hieronymus vertit *ultori*,defensori. Ad perficiendum Cyrilli sensum, qui regem illum Jarim Herodem dicit esse, non abs re erit hanc Rufini, quam nostri verbis subjicit,sententiam subnectere. *Et bene addidit, Jarim, quod est Sylvester. Non enim erat Herodes de domo Israel, nec de vinea illa Israelitica; sed erat Sylvester,id est ex silva alienigenarum.*

(2) Τὰ πολλὰ τοῦ ζητήματος. Colb. omittit, πολλά. Nos τοῦ ζητήματος loco ζητούμενα posuimus ex Coisl., Reg., Colb., Roe, Casaub. Post βασιλεῖ additur in editis, Ἰαρείμ. Quod cum superfluum videatur, ac desit in codd. præfatis, expungere non sumus veriti.

(3) Ξένια γάρ φησιν. Voces, γάρ φησιν, ex nominatis modo codd. posuimus in locum particulæ τοίνυν nescio quomodo huc invectæ. Ea tamen retinent codd. Roe et Casaub. loco particulæ causalis γάρ.

(4) Καρδίας ἀρχόντων. In editis, καρδίας ἀνθρώπων ἀρχόντων, etc. Vocem ἀνθρώπων, quæ sacro textui superaddita est,auctoritate codd.Coisl.,Reg., Colb. et Grodecii sustulimus. Notandum vocem διαλλάσσων, quæ naturaliter *reconciliare* significat, in Jobo alium sensum habere, nempe *permutare, invertere.*

(5) Ἐκρίνετο, *judicabatur*. Sequimur hic scripturam codd.Coisl.et Reg., quæ propter oppositionem Pilati judicantis videtur opportunior, quam lectio vulgata, quæ fert, ἠνέσχετο, vel ut Colb., Roe et Casaub. habent, ἠνείχετο, *patiebatur, tolerabat.*

ὡς, ἐπλησσόμενον τὸν προφήτην καὶ περὶ τούτου λέγειν· Ἐπὶ τίνα ἠνοίξατε τὸ στόμα ὑμῶν, καὶ ἐπὶ τίνα ἐχαλάσατε τὴν γλῶσσαν ὑμῶν; καὶ αὐτὸν τὸν Κύριον ἐν προφήταις λέγειν· Ἐγενήθη ἡ κληρονομία μου ἐμοὶ, ὡς λέων ἐν δρυμῷ· ἔδωκεν ἐπ' ἐμὲ τὴν φωνὴν αὐτῆς· διὰ τοῦτο ἐμίσησα αὐτήν. Οὐκ ἐγὼ παρῃτθσάμην, ἀλλ' αὐτοί με παρητήσαντο· διὰ τοῦτο ἀκολούθως λέγω (1)· Ἐγκατα-
λέλοιπα τὸν οἰκόν μου.

Ιζ'. Κρινόμενος ἐσιώπα ὡς ὑπερπάσχειν τὸν Πιλᾶτον, καὶ λέγειν· Οὐκ ἀκούεις τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν; οὐχ ὅτι ᾔδει τὸν κρινόμενον, ἀλλ' ἐφοβήθη τὸ τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς (2) ἐνύπνιον τὸ ἀποσταλέν. Καὶ ὁ Ἰησοῦς ἐσιώπα. Λέγει ὁ Ψαλμῳδός· Καὶ ἐγενόμην ὡσεὶ ἄνθρωπος οὐκ ἀκούων, καὶ οὐκ ἔχων ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ ἐλεγμούς· καὶ πάλιν· Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ κωφὸς οὐκ ἤκουον, καὶ ὡσεὶ ἄλαλος οὐκ ἀνοίγων τὸ στόμα αὐτοῦ. Ἤκουσας τὰ περὶ τούτου καὶ πρότερον, εἴ γε μνημονεύεις.

ΙΖ'. Ἀλλ' οἱ στρατιῶται περιχυθέντες αὐτῷ καταπαίζουσι· καὶ γίνεται παίγνιον αὐτοῖς ὁ Κύριος, καὶ καταπαίζεται ὁ Δεσπότης· Ἔδοσάν με, καὶ ἐσάλευσαν κεφαλὰς αὐτῶν. Καὶ ὁ τύπος γίνεται τῆς βασιλείας· καταπαίζουσι μὲν γὰρ, γονυπετοῦσι δέ. Καὶ σσαυροῦσι προενδύσαντες αὐτὸν πορφύραν στρατιῶται, καὶ στέφανον ἐπιτιθέασιν αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ· τί γὰρ, εἰκαὶ ἀκάνθινον; Ἂς βασιλεὺς ὑπὸ στρατιωτῶν ἀναγορεύεται· ἔδει καὶ Ἰησοῦν τυπικῶς ὑπὸ στρατιωτῶν στεφανωθῆναι· ὡς διὰ τοῦτο τὴν Γραφὴν ἐν Ἄσμασι λέγειν· Ἐξέλθετε, καὶ ἴδετε, θυγατέρες Ἰερουσαλὴμ; ἐν τῷ βασιλεῖ Σολομὼν (3) ἐν τῷ στεφάνῳ, ᾧ ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ. Μυστήριον δὲ ἦν καὶ ὁ στέφανος· λύσις γὰρ ἦν τῶν ἁμαρτιῶν, ἀπόλυσις τῆς ἀποφάσεως.

ΙΗ'. Ἔλαβε καταδίκην ὁ Ἀδάμ· Ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου, ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι. Διὰ τοῦτο Ἰησοῦς λαμβάνει τὰς ἀκάνθας, ἵνα λύσῃ τὴν καταδίκην· καὶ διὰ τοῦτο ἐτάφη ἐν τῇ γῇ, ἵνα ἡ κατηραμένη γῆ ἀντὶ κατάρας δέξηται τὴν εὐλογίαν. Κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἁμαρτίας, συκῆς φύλλα περιεβάλλοντο· διὰ τοῦτο καὶ Ἰησοῦς τέλος σημείων τὴν συκῆν ἔδωκε. Μέλλων γὰρ εἰς τὸ πάθος χωρεῖν, καταρᾶται τὴν συκῆν· οὐ πᾶσαν συκῆν, ἀλλ' ἐκείνην μόνην διὰ τὸν τύπον, λέγων· Μηκέτι ἐκ σοῦ (4) καρπόν τις φάγῃ· λελυσθω ἡ καταδίκη. Καὶ ἐπειδὴ τότε συκῆς φύλλα περιεβάλλοντο,

A dicat: « Super quem aperuistis os vestrum et super « quem linguaR vestram laxavistis [65]? » ipseque Dominus in prophetis referat: « facta est hæreditas « mea mihi sicut leo in silva: dedit contra me vo- « cem suam: propterea odio eam habui [66]. » Non ego eam abjeci, sed ipsi abjecerunt me. Idcirco consequenter dico: *Dereliqui domum meam* [67].

XVI. Judicatus tacebat [68]: ita ut pro ipso pateretur Pilatus, et diceret: « Non audis quid illi contra « te testificantur [69]? » non quod eum novisset qui judicabatur, sed uxoris suæ somnium sibi significatum metuebat [70]. Et Jesus tacebat. Dicit Psalmista: « Et factus sum sicut homo non audiens, et non ha- « bens in ore suo refutationes [71]. *Et iterum*: Ego au- « tem tanquam surdus non audiebam, et sicut mu- « tus non aperiens os suum [72], » quæ ad hoc attinent antea [73] quoque audivisti, si meministi probe.

XVII. Sed milites circumfusi ipsi illudunt [74]. Ludibrium ipsis fit Dominus, et herus deridiculo est: *Viderunt me, et moverunt capita sua* [75]. In figura regnum adumbratur: illudunt siquidem, sed genuflectunt [76]: crucique illum affigunt milites, injecta prius purpura, [77] et coronam circumponunt ejus capiti [78]. Quid enim inde, et si spineam? Rex omnis a militibus proclamatur. Oportuit et Jesum in figura a militibus coronari. Ita ut propterea Scriptura in Canticis dicat: « Egredimini, et videte, filiæ Hie- « rusalem, in rege Salomone, in corona qua coro- « navit eum mater sua [79]. » Mysterium vero etiam corona illa; solutio enim erat peccatorum, absolutio a condemnationis sententia.

XVIII. Accepit condemnationem Adamus: « Ma- « ledicta terra in operibus tuis, spinas et tribulos pro- « ducet tibi [80]. » Propterea Jesus spinas assumit, ut solvat maledictionem; et idcirco sepultus est in terra, ut quæ maledicta fuerat tellus, pro maledictione benedictionem reciperet. [81] Tempore [primi] peccati, ficulnea folia sibi circumposuere; ideo et Jesus finem signorum in ficu fecit. [82] Ad passionem enim iturus, maledictione ferit ficum; non ficum omnem, sed illam solam in figuram dicens: *Nemo amplius ex te fructum comedat* [83]: dissolvatur damnatio. **192** Et quandoquidem ficus folia sibi tunc

[65] Isa. LVII, 4. [66] Jerem. XII, 8. [67] ibid. 7 [68] Matth. XXVII, 14. [69] Matth. XXVI, 62; XXVII, 13. [70] Matth. XXVII, 19. [71] Psal. XXXVII, 15. [72] ibid. 14. [73] *forte in quadam homilia.* [74] Matth. XXVII, 27. [75] Psal. CVIII, 25. [76] Matth. XXVII; 29. [77] *idem hom. in Paral. n.* 12. [78] Joan. XIX, 2. [79] Cant. III, 11. [80] Gen. III. 17, 18. [81] *id infr.* n. 35, *et cat.* 14, n. 11. [82] *Vide Isid. Pelus lib.* I, *ep.* 31, *et* 358. [83] Marc. XI, 14.

(1) Λέγω. Ex Reg., Coisl., Colb., Grod. ita scripsi pro λέγων *dicens*; ut Cyrillus ex Domini persona sermonem continuet.

(2) Τῆς ἑαυτοῦ γυναικός. Vocem ἑαυτοῦ adjecimus ex Roe, Casaub., Grod., Ottob. et Regio; qui postremus habet solum αὐτοῦ.

(3) Ἐν τῷ βασιλεῖ Σολομῶν. Ea verba addita sunt a nobis ex cod. Colb. et sacro textu: sine quibus phrasis sensus est imperfectus. Rufinus tamen hic, et S. Nilus, lib. II, epist. 197, eumdem locum, ut putamus, ex Cyrillo recitantes, ea omittunt.

(4) Μηκέτι ἐκ σοῦ, etc. In codd. Roe et Casaub. legitur ut apud Matth. XXI, 19: Μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται, at in Reg., καρπόν τις φάγοι, proxime ad Marcum qui scribit: Μηκέτι ἐκ σοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μηδεὶς κάρπον φάγοι.

induerunt, eo tempore venit quo cibus non invenitur. Quis ignorat, quod hiemis tempore ficus fructum non affert, sed foliis tantum vestitur ? Quod omnes norant, id Jesus nesciebat ? At gnarus licet venit tanquam quæsiturus ; non ignorans se nihil reperturum, sed maledictionem figuræ [et mysterii loco intentatam] ad folia tantum extendens.

XIX. Quoniam vero paradisi res attigimus, certe figurarum veritatem admiror. [84] In paradiso casus ; et salus in horto : a ligno peccatum ; et ad lignum usque peccatum. Post meridiem Domino perambulante latibulum quæsivere [85] et post meridiem a Domino in paradisum introducitur latro [86]. Sed dicet mihi quispiam : Comminisceris ista : crucis lignum mihi a propheta demonstra ; nisi mihi ex propheta testimonium præbueris, non acquiescam. Audi igitur ex Jeremia. et convincere. *Ego sicut agnus innocens ductus ad immolandum ; non cognovi* [87] ? (Sic enim lege per interrogationem, ut dixi. Qui enim ait : *Nostis, quod post biduum pascha fiet, et Filius hominis tradetur ut crucifigatur* [88] ; num ille ignorabat ?) *Ego sicut agnus innocens qui ad immolandum ducitur ; non cognovi* [89] ? (Qualis agnus ? Joannes Baptista interpretetur, dum dicit : *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi* [90].) *Super me cogitaverunt consilium pravum dicentes* (qui cogitationes novit, eventumne ignorabat ? et quid dixerunt) : *Venite, et injiciamus* (1) *lignum in panem ipsius* [91]. Si te Dominus dignum habuerit, in posterum cognosces quod corpus ejus juxta Evangelium figuram ferebat panis. *Venite* igitur, *lignum injiciamus in panem ejus, et conteramus ipsum de terra viventium* ; (vita non conteritur, quid casso labore fatigamini ?) *et nomen ejus non memoretur amplius* [92]. Vanum est consilium vestrum : ante solem quippe nomen ejus in

ἦλθεν ἐν καιρῷ ἐν ᾧ βρῶσις οὐχ εὑρισκεται (2). Τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι ἐν καιρῷ χειμῶνος συκῆ οὐ καρποφορεῖ, ἀλλὰ φύλλα περίκειται μόνον ; Ὅπερ πάντες ἤδεισαν, τοῦτο Ἰησοῦς ἄρα οὐκ ἤδει ; ἀλλ' εἰδὼς, ἦρχετο ὡς ζητήσων· οὐκ ἀγνοῶν, ὅτι οὐχ εὑρίσκει· ἀλλὰ τὸν τύπον τῆς κατάρας μέχρι τῶν φύλλων μόνον ποιούμενος.

ΙΘ'. Καὶ ἐπειδὴ τῶν κατὰ παράδεισον ἡψάμεθα πραγμάτων. τεθαύμακα ἀληθῶς τὴν ἀλήθειαν τῶν τύπων. Ἐν παραδείσῳ ἡ ἀπόπτωσις, καὶ ἐν ξύλῳ ἡ σωτηρία· ἀπὸ ξύλου ἡ ἁμαρτία, καὶ μέχρι ξύλου ἡ ἁμαρτία (3) · δειλινὸν τοῦ Κυρίου περιπατοῦντος ἐκρύβησαν, καὶ δειλινὸν ὑπὸ τοῦ Κυρίου εἰς παράδεισον ὁ λῃστὴς εἰσάγεται. Ἀλλ' ἐρεῖ μοί τις (4). Εὑρεσιλογεῖς· δεῖξόν μοι ἀπὸ προφήτου τοῦ σταυροῦ τὸ ξύλον· ἐὰν μὴ μαρτυρίαν ἀπο προφήτου παράσχῃς, οὐ πείθομαι. Ἄκουε τοίνυν ἀπὸ Ἱερεμίου, καὶ πιστοποιοῦ· Ἐγὼ ὡς ἀρνίον ἄκακον ἀγνόμενον (5) τοῦ θύεσθαι · οὐκ ἔγνων ; (Οὕτω γὰρ ἀνάγνωθι ἐπεροτηματικῶς ὡς εἶπον. Ὁ γὰρ λέγων, Οἴδατε, ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς τὸ σταυρωθῆναι· ἆρ' οὐκ ἤδει ;) Ἐγὼ ὡς ἀρνίον ἄκακον ἀγόμενον τοῦ θύεσθαι· οὐκ ἔγνων ; (ποῖον ἀρνίον ; Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς ἑρμηνευέτω, λέγων· Ἰδὲ ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου (6).) Ἐπ' ἐμὲ ἐλογίσαντο πονηρὸν λογισμὸν, λέγοντες· (ὁ τοὺς λογισμοὺς εἰδὼς, τὸ ἀποβησόμενον ἆρ' οὐκ ἤδει ;) καὶ τί ἔλεγον ; Δεῦτε, καὶ ἐμβάλωμεν ξύλον εἰς τὸν ἄρτον αὐτοῦ. Καὶ ἐάν σε ὁ Κύριος καταξιώσῃ, εἰς τὸ ἔμπροσθεν γνώσῃ, ὅτι τὸ σῶμα αὐτοῦ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον τύπον ἔφερεν ἄρτου. Δεῦτε τοίνυν, ξύλον ἐμβάλωμεν εἰς τὸν ἄρτον αὐτοῦ, καὶ ἐκτρίψωμεν αὐτὸν ἀπὸ γῆς ζώντων· (ζωὴ [7] οὐκ ἐκτρίβεται, τί κάμνετε μάτην ;) καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ οὐ μὴ μνησθῇ ἔτι. Ματαία

[84] *Vide cat.* 14, n. 10 [85] Gen. III, 8. [86] Luc. XXIII, 43. [87] Jerem. XI, 19. [88] Matt. XXVI, 2. [89] Jerem. XI, 19. [90] Joan. I, 29. [91] Jerem. XI, 19. [92] ibid.

(1) *Venite, et injiciamus*, etc. Hæc quoque transcribit Rufinus. Hunc Jeremiæ locum magno consensu Patres de Christi corpore in crucem acto interpretantur : illud panis nomine a propheta idcirco significari aientes, quod Christus in Eucharistia corpus suum sub panis specie edendum præbuerit. Vide Tertull, *adversus Judæos*, cap. 10, lib. III *cont. Marc.*, cap. 19, et lib. IV, cap. 40. Quod Cyrillus religione silentii hic apertius disserere prohibitus est, planissime aperuit catechesi 22, in qua hæc inter alia habentur num. 3 : « Itaque cum om- « persuasione quasi corpus et sanguinem Christi « sacra mysteria sumamus. In typo enim panis « datur tibi corpus, et in typo vini datur tibi sanguis, » ἐν τύπῳ γὰρ ἄρτου δίδοταί σοι τὸ σῶμα, etc.

(2) Οὐχ εὑρίσκεται. Ita scripsimus ex codd. Colb. et Grod. In Reg. et Coisl. scriptum, εὑρίσκεται. Editi habent, ἐγίνετο.

(3) Ἁμαρτία. In impressis legitur, ἡ σωτηρία, *usque ad lignum salus*. Cujus sententiæ vel improprius et obscurus est sensus, vel etiam contrarius ; num non in ligno desierit, sed incœperit salus. Scripsimus itaque ex Roe et Casaub., μέχρι ξύλου ἡ ἁμαρτία. Sive enim vox *usque* sensu exclusivo intelligatur, significatum erit usque ac crucem qua sublatum est, peccatum viguisse ; quomodo ait Cat. 19, num. 3, dæmonem homines usque ad aquas baptismi, in quibus submergitur, persequi : sive inclusive explicetur, sensus erit, peccata nostra usque ad lignum crucis in quo ea Christus portavit, nec plus ultra vim habuisse ; quomodo superius ait Christum foliis tenus, μέχρι τῶν φύλλων μόνον, ficui maledixisse, ut in iis hæreret maledictio. Vide infra, num. 28. Grodecius legisse videtur, quod omnem difficultatem e medio tollit, διὰ ξύλου ἡ σωτηρία, *per lignum servatio*.

(4) Ἀλλ' ἐμεῖ μοί τις. Coisl., Colb., Reg., ἐρεις μοι ὅτι εὑρεσ. Paulo post scripsimus, μαρτυρίαν, ex Coisl., Ottob., Reg., Colb., Roe, Casaub., quo loco habent impressi, προφητείαν.

(5) Ἀγόμενον, Roe et Casaub., ἀγόμενος. Quam interrogationem legendam putat auctor post οὐκ ἔγνων, ea neque Hebraico fonti, neque interpretationi LXX conformis est. Solus eam cum Cyrillo Rufinus legendam censet.

(6) Ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Desunt hæc in codd. Coisl., Colb., Reg., Roe, Casaub. et Grod. Verba, ἐπ' ἐμοῦ, ascripsimus ex iisdem libris et Ottob. quorum loco in editis legitur tantum ἐφ'

(7) Ζωή, *vita*· Spiritum in Colb., ζῶν *vivens*. Ex sequentibus apparet legendum, ζωή *vita*.

ἡ βουλὴ ὑμῶν· πρὸ γὰρ ἡλίου τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ μένει. Καὶ ὅτι γε ζωὴ ἦν ἡ ἐπὶ τοῦ ξύλου κρεμασθεῖσα, Μωσῆς ἀποκλαιόμενός φησι· Καὶ ἔσται ἡ ζωή σου κρεμαμένη ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν σου, καὶ φοβηθήσῃ ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ οὐ πιστεύσεις τῇ ζωῇ σοῦ· καὶ τὸ ἀναγνωσθὲν ἀρτίως· Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν ;

Κ'. Τοῦτον τὸν τύπον ἐπετέλει Μωσῆς σταυρῶν τὸν ὄφιν· ἵν' ὁ δακνόμενος ὑπὸ τοῦ ζῶντος ὄφεως, καὶ βλέπων τὸν Χαλκοῦν ὄφιν, σωθῇ πιστεύσας. Εἶτα, χαλκοῦς μὲν ὄφις ἐσταυρωμένος σώζει, Υἱὸς (1) δὲ Θεοῦ σαρκωθεὶς ἐσταυρωμένος οὐ σώζει ; Πάντοτε διὰ ξύλου ἡ ζωή. Ἐπὶ τοῦ Νῶε μὲν γὰρ διὰ κιβωτοῦ ξυλίνης ἡ ζωοποίησις· ἡ δὲ θάλασσα ἐπὶ Μωσέως τὸν τύπον τῆς ῥάβδου θεασαμένη, ἐδυσωπήθη τὸν κρούσαντα. Εἶτα, ἡ Μωσέως ῥάβδος ἰσχύει, καὶ ὁ τοῦ Σωτῆρος σταυρὸς ἀδυνατεῖ ; Παρίημι δὲ τὰ πολλὰ τῶν τύπων, συμμετρίας ἕνεκεν. Τὸ ξύλον ἐπὶ Μωσέως ἐγλύκανε τὸ ὕδωρ, καὶ ἐκ πλευρᾶς Ἰησοῦ τὸ ὕδωρ ἐῤῥεύσεν ἐπὶ ξύλου.

ΚΑ'. Ἀρχὴ σημείων ἐπὶ Μωσέως αἷμα καὶ ὕδωρ (2), καὶ τὸ τελευταῖον πάντων τῶν σημείων Ἰησοῦ τὸ αὐτό. Πρῶτον Μωσῆς τὸν ποταμὸν μετέβαλεν εἰς αἷμα· καὶ ὁ Ἰησοῦς, τὸ τέλος (3), ὕδωρ ἐξήνεγκεν ἐκ πλευρᾶς μετὰ αἵματος. Διὰ τὰς δύο φωνὰς ἴσως, τοῦ τε κρίνοντος, καὶ τῶν ἐπιβοώντων· ἢ διὰ τοὺς πιστεύοντας, καὶ τοὺς ἀπιστοῦντας. Ὁ μὲν Πιλᾶτος ἔλεγεν· Ἀθῷός εἰμι, καὶ ὕδατι ἀπενίπτετο τὰς χεῖρας· οἱ δὲ ἐπιβοῶντες ἔλεγον· Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς. Ἦν οὖν τὰ δύο ἐκ τῆς πλευρᾶς· τὸ ὕδωρ ἴσως τῷ κρίνοντι, τοῖς δὲ ἐπιβοῶσι τὸ αἷμα. Καὶ πάλιν ἄλλως νοητέον· Ἰουδαίοις μὲν τὸ αἷμα, Χριστιανοῖς δὲ τὸ ὕδωρ· ἐκείνοις μὲν γὰρ ὡς ἐπιβούλοις, ἡ ἐκ τοῦ αἵματος καταδίκη· σοὶ δὲ τῷ πιστεύοντι νῦν, ἡ διὰ ὕδατος σωτηρία· οὐδὲν γὰρ εἰκῇ γέγονεν. Ἀπέδωκαν οἱ ἐξηγηταὶ Πατέρες ἡμῶν καὶ ἄλλην τοῦ πράγματος αἰτίαν. Ἐπειδὴ γὰρ διπλῆ τίς ἐστι τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος ἐν Εὐαγγελίοις ἡ δύναμις, μία μὲν ἡ τοῖς φωτιζομένοις δωρουμένη δι' ὕδατος, δευτέρα δὲ ἡ ἐπὶ τῶν

A Ecclesia manet [93]. Et quod quidem vita erat in ligno suspensa, Moses deplorans ait : « Et erit vita « tua pendens ante oculos tuos, et timebis die ac « nocte, et non credes vitæ tuæ [94]. » Et quod nuper lectum est : « Domine, quis credidit auditæ voci « nostræ [95] ? »

XX. Hanc figuram adumbravit Moyses crucifigens serpentem, ut qui a vivo serpente morsus erat, æneum serpentem intuitus, salutem consequeretur cum credidisset [96]. Jam vero, **193** æneus serpens crucifixus salutem dat [97] : incarnatus vero Dei Filius cruci affixus salutem non dederit? Semper per lignum salus. Noemi enim temporibus per arcam ligneam vitæ facta est conservatio [98]. Mare sub Mose cum figuram virgæ conspexisset, ferienti se ex reverentia concessit [99]. Ergone Mosis virga tantum potuit, et Salvatoris crux inefficax erit? Multas e figuris brevitatis causa prætermitto. Lignum Mosis tempore dulcem effecit aquam [1] ; et de latere Christi aqua effluxit in ligno [2].

XXI. Primum signorum Mosis aqua et sanguis : eademque res omnium Jesu signorum postremum fuit. Primo loco Moses fluvium in sanguinem transmutavit [3] : et in fine Jesus aquam ex latere emisit cum sanguine. Forte propter duas voces, alteram judicantis, alteram vero eorum qui [dire] vociferabantur : aut propter credentes, et propter incredulos. Nam cum Pilatus diceret : *Innocens sum*, et aqua lavaret manus, vociferantes dicebant : *Sanguis ejus super nos* [4]. Emerserunt igitur hæc duo de latere : aqua fortassis judici, sanguis vero vociferantibus. Rursusque aliter intelligi potest : Judæis sanguis, Christianis aqua : illis quidem ut insidiatoribus, ex [fuso] sanguine condemnatio : tibi vero qui nunc credis, per aquam salus. Nihil enim frustra factum est. Reddiderunt quoque explanatores (4) Patres nostri aliam ejus rei causam. Cum enim duplex quædam sit in Evangeliis salutiferi baptismatis vis : una quidem per aquam iis qui illumi-

[93] Psal. LXXI, 17. [94] Deut. XXVIII, 66. [95] Isa. LIII, 1. [96] Num. XXI, 9. [97] Num. XXI, 9 ; Joan. III, 14, 15. [98] Gen. VII, 23. [99] Exod. XIV, 16-21. [1] Exod. XV, 25. [2] Joan. XIX, 34. [3] Exod VII, 20. [4] Matth. XXVII, 24, 25.

(1) Σώζει, Υἱός, etc. In Colb. paulo explicatius, σώζει πάντοτε τοὺς δακνομένους· τοῦ δὲ Ἰησοῦ ὁ σταυρὸς οὐ σώζει πάντοτε ; διὰ τοῦ ξύλου γὰρ ἡ σωτηρία· « Serpens æneus cruci appensus salvos semper facit morsu vulneratos : Jesu vero crux non « semper dat salutem? per lignum namque salus. »

(2) Αἷμα καὶ ὕδωρ. Non prætermittendum quod codd. Coisl. et Reg. scriptum habent, αἷμα τὸ ὕδωρ, *sanguis aqua*, seu, *de aqua ;* quo significantius exprimitur Mosis signum. Infra, loco πρῶτον. Coisl., Reg. et Colb. ferunt, πρῶτος, minus bene.

(3) Ὁ Ἰησοῦς, τὸ τέλος, etc. Hæc quoque usque ad numeri finem, in suam Symboli expositionem transtulit Rufinus : ac sub nomine Cyrilli nostri citantur in Catena regiæ Bibliothecæ *in Joannem*, cod. 1887, p. 298 ; sed paulo liberius, fere ex Catenarum more. Eadem quoque habentur, sed commutatis magis verbis, et nullius auctoritate citata, apud Theophanem Ceraucum, hom. 27, in fin., pag. 212. Magis ex Catena quam ex Cyrillo sumpsisse Theophanem credo.

(4) *Reddiderunt explanatores*, etc. Communis est inter Patres veteres seu Græcos seu Latinos ea duplicis baptismi, per aquam et sanguinem e Christi latere manantes figurati, distinctio. E Græcis eam adhibet Origenes, hom. 7 *in lib. Judic.*, pag. 393, et tom. XVI *in Matth.*, p. 416. Ipse Cyrillus jam eam attulit distinctionem cat. 3, n. 10. Nota in utroque loco vim utriusque baptismi ex parte recipientis, in confessione fidei reponi ; qua de re vide Gennad., *De eccles. dogm.*, cap. 41, perfectam inter martyrium et baptismum comparationem instituentem. Alteram causam quam affert cur Christi latus sit punctum, nimirum propter peccatum e femina de Adami latere educta profectum, reperitur in multis antiquis auctoribus, ut in auctore homil. *De passione*, num. 25, Athan., tom. II, sive III, pag. 100. Apollinario et Antiocho Ptolemaidis, Catenæ *in Joan.*, ad cap. XIX, 34, pag. 444 ; Augustino, tract. 120, *in Joan.*, n. 2, etc.

nantur [seu baptizantur] concessa ; altera vero, quæ persecutionum tempore sanctis martyribus per proprium sanguinem datur : exiere e Salvatoris latere sanguis et aqua ; quæ confessionis, cum in illuminatione [seu baptismo] tum in temporibus martyrii factæ pro Christo, confirmant gratiam. Est et alia lateris ejus causa. Peccati princeps et dux fuit mulier, quæ e latere formata est. Jesus autem cum venisset, ut viris simul ac feminis veniam gratificaretur, latus perfossus est pro mulieribus, ut peccatum solveret.

A ἁγίων (4) μαρτύρων ἐν διωγμοῖς δι' οἰκείου αἵματος· ἐξῆλθεν ἐκ τῆς σωτηρίου πλευρᾶς αἷμα καὶ ὕδωρ, τῆς ὑπὲρ Χριστοῦ γινομένης ὁμολογίας, ἔν τε φωτίσματι (5) καὶ μαρτυρίου καιροῖς βεβαιοῦσα τὴν χάριν. Ἔστι καὶ ἄλλη τῆς πλευρᾶς αἰτία. Γυνὴ γέγονεν ἀρχηγὸς ἁμαρτίας, ἡ πλασθεῖσα ἐκ πλευρᾶς· ἀλλ' ὁ ἐλθὼν Ἰησοῦς ἀνδράσιν ὁμοῦ καὶ γυναιξὶ χαρίσασθαι τὴν ἀμνηστίαν, ἐνύγη τὴν πλευρὰν ὑπὲρ γυναικῶν, ἵνα λύσῃ τὴν ἁμαρτίαν.

XXII. Quod si quis adhuc perquirat, alias etiam causas inveniet, hæc tamen dicta sufficiant, et propter temporis angustiam, et ut aurium satietati occurratur, quamvis nusquam est labor audiendi de coronis [seu tropæis] Domini ; præsertimque in isto ter sancto Golgotha. Alii enim tantummodo audiunt, nos autem **194** et videmus et tangimus. Nemo delassetur. Arma pro ipsa cruce contra adversarios sume : fidem crucis pro tropæo adversus contradicentes statue. Quando enim de cruce Christi contra infideles disceptationem instituras eris, prius manu signum crucis (1) emitte, et obmutescet qui contra nititur. Ne pudeat crucem confiteri : de hac namque gloriantur angeli aientes : *Novimus quem quæratis, Jesum crucifixum*[5]. Nonne potueras dicere, o angele : Novi quem quæritis, Dominum meum ? sed, Ego, ait ille cum fiducia, *novi crucifixum*. Crux enim corona est, non ignominia.

B ΚΒ'. Καὶ εἴ τις ἐρευνήσειε, εὑρήσει καὶ ἄλλα αἰτίας. Ἀλλ' αὐτάρκη καὶ ταῦτα λέγεσθαι, διὰ τὸ τοῦ καιροῦ στενὸν, καὶ διὰ τὸ μὴ προσκορῆ γενέσθαι (6) τὴν ἀκρόασιν τοῖς ἀκούουσι. Καίτοιγε οὐκ ἔστι ποτὲ καμεῖν ἀκούοντας τὰ περὶ τοῦ Δεσπότου στεφανουμένου, καὶ μάλιστα ἐν τῷ παναγίῳ τούτῳ Γολγοθᾷ. Ἄλλοι μὲν γὰρ ἀκούουσι μόνον, ἡμεῖς δὲ καὶ βλέπομεν, καὶ ψηλαφῶμεν. Μηδεὶς καμνέτω· λάβε τὰ ὅπλα κατὰ τῶν ἐναντίων ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ σταυροῦ· τρόπαιον στῆσον τὴν πίστιν τοῦ σταυροῦ κατὰ τῶν ἀντιλεγόντων. Ὅταν γὰρ μέλλῃς περὶ τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ συζητεῖν πρὸς ἀπίστους, προαπόστειλον τῇ χειρὶ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ, καὶ φιμοῦται ὁ ἀντιλέγων. Μὴ ἐπαισχυνθῇς τὸν σταυρὸν ὁμολογεῖν· ἄγγελοι γὰρ ἐγκαυχῶνται λέγοντες· Οἴδαμεν (7) τίνα ζητεῖτε, Ἰησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον. Ἆρ' οὐ δύνασαι εἰπεῖν, ὦ ἄγγελε· Οἶδα ὃν ζητεῖτε, τὸν ἐμὸν Δεσπότην ; ἀλλ', Ἐγὼ, φησὶ μετὰ παῤῥησίας, οἶδα τὸν ἐσταυρωμένον. Στέφανος γάρ ἐστιν ὁ σταυρὸς, οὐκ ἀτιμία.

XXIII. Cæterum redeamus ad propositam ex prophetis demonstrationem. Crucifixus est Dominus ; accepisti testimonia. Vides locum Golgothæ... (2). Acclamas cum præconio tanquam assentiens : vide ne aliquando in tempore persecutionis neges. Ne in tempore pacis solummodo gaudium tibi crux sit : verum etiam in tempore persecutionis eamdem habeto fidem, ne in tempore pacis sis amicus Jesu, et bellorum tempore inimicus. Accipis nunc peccatorum tuorum remissionem, et spiritualis donativi (3) regis tui munificas gratias : cum ingruerit

C ΚΓ'. Ἡμεῖς δὲ λοιπὸν ἀναδράμωμεν ἐπὶ τὴν εἰρημένην ἐκ τῶν προφητῶν ἀπόδειξιν. Ἐσταυρώθη ὁ Κύριος, εἴληφας τὰς μάρτυρίας. Ὁρᾷς τοῦ Γολγοθᾶ τὸν τόπον... Ἐπιβοᾷς ἐπαίνῳ, ὡς συντιθέμενος. Βλέπε μήποτε ἐν καιρῷ διωγμοῦ ἀρνήσῃ. Μὴ ἐν καιρῷ εἰρήνης ἐπευφραίνου τῷ σταυρῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν καιρῷ διωγμοῦ τὴν αὐτὴν ἔχε πίστιν· μὴ ἐν καιρῷ εἰρήνης Ἰησοῦ φίλος, καὶ ἐν καιρῷ πολέμων ἐχθρός. Λαμβάνεις νῦν ἄφεσιν τῶν σῶν ἁμαρτημάτων, καὶ πνευματικῆς δωρεᾶς τοῦ βασιλέως τὰ χαρίσματα· ὅταν ἔλθῃ πόλεμος, ὑπεραγώνισαι γενναίως

[5] Matth. XXVIII, 6.

(1) *Prius manu signum crucis.* Hoc præceptum secutus est sanctus Porphyrius Gazensis in Ecclesia Hierosolymitana sub Joanne nostri successore educatus, qui disputationem cum Manichaica muliere ab signo crucis exorsus, eam miraculo reddidit mutam, ut narratur in ejus *Vita*, num. 61, Februarii die 26.

(2) Acclamatio auditorum assentientum.

(3) *Spiritualis donativi*, etc. Intelligit dona Spiritus sancti gratis data, quæ donativi loco a Christo in baptismo vel in confirmatione supra remissionem peccatorum eo tempore non infrequenter dabantur. Vide cat. 1, n. 5, cat. 5, n. 11, cat. 17, n. 37.

(4) Ἡ ἐπὶ τῶν ἁγίων. Codd. Colb., Roe, Casaub. et Grod. ommittunt ἐπί.

(5) Ἔν τε φωτίσματι, etc. Coisl., Reg., Roe, Casaub., ἐν τῷ φωτίσματι, iidem, Casaub. excepto, loco μαρτυρίου habent, μαρτυρίοις. Ottob., μαρτυρίῳ. Pro βεβαιοῦσα, quod ægre ad δύναμις referri potest, legendum puto, βεβαιοῦντα, vel βεβαιῶσαι.

(6) Προσκορῆ γενέσθαι. Verbum γενέσθαι addidimus ex codd. Reg., Roe, Casaub., Ottob., Coisl. et Colb., cum tamen hi duo posteriores scriptum habeant, γίνεσθαι.

(7) Οἴδαμεν, *scimus*. In codd. Reg., Colb., Roe, Casaub. et Ottob. singulari numero οἶδα, *scio*, ut legitur Matth. XXVIII, 5. Id et sequentibus Cyrilli verbis, quibus unius angeli loquentis mentionem facit, et Matthæi textui quem allegare hic præ cæteris evangelistis videtur, conformius. At superiora verba Cyrilli, ἄγγελοι ἐγκαυχῶνται λέγοντες, nullo discrimine ab omnibus codicibus eo modo relata, necessario postulant οἴδαμεν. Usus est itaque Cyrillus figura quæ dicitur enallage, seu commutatio numeri ; nisi dicas eum respexisse ad Luc. XXIV, 5, quo loco eadem fere Lucas ab duobus angelis ad mulieres dicta narrat, quæ Matthæus et Marcus ab angelo uno.

τοῦ σοῦ βασιλέως. Ἰησοῦς ἐσταυρώθη ὑπὲρ σοῦ ὁ ἀναμάρτητος, καὶ σὺ ὑπὲρ τοῦ σταυρωθέντος ὑπὲρ σοῦ (1) οὐ σταυροῦσαι; Οὐ χάριν δίδως· προείληφας γάρ· ἀλλὰ χάριν ἀποδίδως, ἀποδιδοὺς τὸ χρέος τῷ ἐν τῷ Γολγοθᾷ σταυρωθέντι διὰ σέ. Γολγοθᾶς δὲ ἑρμηνεύεται Κρανίου τόπος. Τίνες ἄρα οἱ προφητικῶς τὸν τόπον τοῦ Γολγοθᾶ τοῦτον (2) ὀνομάσαντες, ἐν ᾧ ἡ ἀληθὴς κεφαλὴ Χριστὸς τὸν σταυρὸν ὑπέμεινε; καθὼς ὁ Ἀπόστολός φησιν· Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου· καὶ μετ' ὀλίγα· Καὶ αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς Ἐκκλησίας. καὶ πάλιν· Παντὸς ἀνδρὸς ἡ κεφαλὴ ὁ Χριστός ἐστι· καὶ πάλιν· Ὅς ἐστιν ἡ κεφαλὴ πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας. Ἡ κεφαλὴ ἐν τῷ τοῦ Κρανίου τόπῳ πέπονθεν. Ὦ μεγάλης προφητικῆς ὀνομασίας! μονονουχὶ καὶ τὸ ὄνομα ὑπομιμνήσκει σε λέγον· Μὴ προσχῇς ὡς ψιλῷ ἀνθρώπῳ τῷ στραυρωθέντι. Ἡ κεφαλὴ πάσης ἀρχῆς ἐστι καὶ ἐξουσίας. Κεφαλὴ μὲν πάσης ἐξουσίας ἡ σταυρωθεῖσα (3). κεφαλὴν δὲ ἔχουσα τὸν Πατέρα. Κεφαλὴ γὰρ τοῦ ἀνδρὸς ὁ Χριστὸς, κεφαλὴ δὲ τοῦ Χριστοῦ ὁ Θεός.

ΚΔ'. Χριστὸς τοίνυν ὑπὲρ ἡμῶν ἐσταυρώθη, ὁ κριθεὶς ἐν νυκτὶ, ψύχους ὄντος, καὶ ἀνθρακιᾶς διὰ τοῦτο παρακειμένης. Ἐσταυρώθη τρίτην ὥραν (4)· ἀπὸ δὲ ἕκτης ὥρας σκότος ἐγένετο ἕως ἐννάτης· ἀπὸ δὲ ἐννάτης πάλιν φῶς. Ἆρα καὶ ταῦτα γέγραπται; ζητήσωμεν. Λέγει τοίνυν ὁ Ζαχαρίας· Καὶ ἔσται, ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ οὐκ ἔσται φῶς, καὶ ψῦχος καὶ πάγος ἔσται μίαν ἡμέραν (τὸ ψῦχος δι' ὃ Πέτρος ἐθερμαίνετο·) καὶ ἡ ἡμέρα ἐκείνη γνωστὴ τῷ Κυρίῳ (τί γάρ; τὰς ἄλλας οὐκ οἶδε; Πολλαὶ ἡμέραι, ἀλλ' αὕτη ἡ ἡμέρα τῆς ὑπομονῆς τοῦ Κυρίου, ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος)· καὶ ἡ ἡμέρα ἐκείνη γνωστὴ τῷ Κυρίῳ· καὶ οὐχ ἡμέρα, καὶ οὐ νύξ. Τί τὸ αἴνιγμα ὃ λέγει ὁ προφήτης; ἡ ἡμέρα ἐκείνη οὔτε ἡμέρα ἐστὶν, οὔτε νύξ· τί οὖν αὐτὴν ὀνομάσομεν; Ἑρμηνεύει τὸ Εὐαγγέλιον, τὸ πρᾶγμα διηγούμενον. Οὐκ ἦν ἡμέρα. οὐ γὰρ ἐξ ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν ὁμοίως ἔλαμψεν ὁ ἥλιος, ἀλλὰ ἀπὸ ὥρας ἕκτης ἕως ὥρας ἐννάτης σκότος ἐγένετο ἐν ἡμέρᾳ μέσῃ. Μεσέμβολον ἦν ἄρα τὸ σκότος· ὠνόμασε δὲ ὁ Θεὸς τὸ σκότος νύκτα. Διὰ τοῦτο οὔτε ἡμέρα ἦν, οὔτε νύξ. Οὔτε γὰρ

A bellum, pro rege tuo strenue decerta. Jesus pro te crucifixus est, qui nihil peccaverat: et tu non crucificaris pro eo qui tui gratia crucis affixus est? Non tu gratiam das, prior enim accepisti: sed gratiam reddis, exsolvens debitum ei qui propter te in Golgotha est crucifixus. Golgothas vero per interpretationem redditur *Calvariæ locus* [6]. Quinam illi prophetice loco huic Golgothæ nuncupationem imposuere, in quo verum caput Christus crucem subivit? sicut Apostolus dicit: *Qui est imago Dei invisibilis* [7]; et post pauca: *Et ipse est caput corporis Ecclesiæ* [8]; et rursus: *Omnis viri caput Christus est* [9]; iterumque: *Qui est caput omnis principatus et potestatis* [10]. Caput in loco Calvariæ passum est. O magnam et prophetiæ plenam appella-

B tionem! propemodum namque te nomen ipsum admonet veluti aiens: Ne crucifixo tanquam homini nudo attende. *Caput* est *omnis principatus et potestatis*. Caput quidem omnis potestatis est quod cruci affixum; quod tamen Patrem habet pro capite: *Caput* enim *viri Christus, caput autem Christi Deus* [11].

195 XXIV. Christus igitur pro nobis est crucifixus; qui noctu judicatus est, cum frigus esset [12], et carbonum focus ea de causa appositus. Crucifixus est hora tertia [13]. Ab hora autem sexta tenebræ factæ sunt usque ad nonam [14]; et rursus ab hora nona lux. Nunquid hæc quoque scripta sunt? quæramus. Dicit igitur Zacharias: *Et erit, in die illa non erit lumen, et frigus et gelu erit per unam diem*: (frigus, propter quod Petrus calefaciebat

C se:) *et dies illa nota Domino* [15]. (Quid enim? alias non novit? Multi quidem dies; sed *illa dies* patientiæ Domini, *quam fecit Dominus* [16].) *Et dies illa nota Domino; et non dies, neque nox* [17]. Quod ænigma narrat propheta? dies illa neque dies est, neque nox; quomodo igitur eam vocabimus? Evangelium id interpretatur rem enarrans. *Non* erat *dies*: non enim ab oriente ad occidentem similiter [ut in reliquis diebus] sol refulsit; sed ab hora sexta usque ad horam nonam tenebræ factæ sunt in media die [18]. Interpositæ igitur sunt tenebræ: nominavit autem Deus tenebras, noctem [19]. Pro-

[6] Joan. XIX, 17. [7] Coloss. I, 15. [8] ibid. 18. [9] I Cor. XI, 3. [10] Coloss. II, 10. [11] I Cor. XI, 3. [12] Joan. XVIII, 18 [13] Marc. XV, 25, [14] Matth. XXVII, 45. [15] Zach. XIV, 6, 7. [16] Psal. CXVII, 24. [17] Zach. XIV, 7. [18] Matth. XXVII, 45. [19] Gen. I, 5.

(1) Ὑπέρ σοῦ. Has voces adjecimus ex codd. Coisl., Reg., Colb., Grod. Paulo post, loco προείληφες quod vitiose ferebatur, scripsi, προείληφας, Roe, προείληψας, Reg. et Coisl. προείληψαι, et Ottob., προείληψε, vitio describentis.

(2) Τὸν τόπον τοῦ Γολγοθᾶ τοῦτον. Addidimus τοῦτον ex mss. qui in his verbis referendis admodum variant. Colb., τὸν τόπον τὸν Γολγοθᾶν τοῦτον ὀνομ. Reg., τόπον τοῦτον τοῦ Γολγοθᾶ ὀνομ. Coisl. habet ut scripsimus. Post κεφαλή, addit Colb. τοῦ σώματος τῆς Ἐκκλησίας, *verum caput corporis Ecclesiæ*. At Cyrillus Christum non solum corporis Ecclesiæ, sed et aliarum rerum caput esse probat in sequentibus.

(3) Ἡ κεφαλὴ πάσης ἀρχῆς ἐστι καὶ ἐξουσίας. Κεφαλὴμὲν πάσης ἐξουσίας ἡ σταυρω... Ita scripsimus ex codd. Colb., Roe Casaub., quanquam in Colb. desunt voces, ἀρχῆς ἐστι καί. Editi simplicius, Ἡ κεφαλὴ πάσης ἐστὶν ἐξουσίας ἡ σταυρωθεῖσα. Repetitio vocis ἐξουσίας facile cæteras prætermittendi occasionem dare potuit: cæterum sequens particula δέ post κεφαλήν, præcedentem μέν postulare visa, fecit ut codicum citatorum lectionem anteponerem. Ubi scripsimus, κεφαλήν, impressi habebant, κεφαλή. Emandatum ex Colb. et Reg. codd. Post κεφαλή sequens, loco δέ, scripsimus γάρ, ex Reg., Colb., Roe, Casaub. et Coisl., qui tamen utramque particulam γάρ et δὲ, habet.

(4) Τρίτην ὥραν. Roe, Casaub., τρίτης ὥρας. Cat. 17, n. 19, scribit, ἐν τρίτῃ ὥρᾳ. Sequentia vero de tenebris meridianis, divisione vestium Christi, et pallii coccinei gestatione, exscribit Rufinus.

plerea *neque dies* erat, *neque nox;* neque enim tota lumen erat, ut vocaretur dies; neque tota tenebræ, ut nox appellaretur; sed post nonam illuxit sol. Hoc quoque prænuntiat propheta; postquam enim dixit, *Et non dies, neque nox*, subjungit: *Et ad vesperam erit lumen* [20]. Cernis prophetarum accuratum sermonem, cernis prædictarum rerum veritatem?

XXV. Verum quæris adamussim qua hora defecit sol, quintane hora, an octava, vel decima? Dic definite, o propheta, Judæis incredulis: quandonam sol occubuit? Ait igitur Amos propheta: « Et « erit in die illa, dicit Dominus Deus, occidet sol me- « ridie: » (ab hora enim sexta factæ sunt tenebræ [21]) « et obscurabitur super terram in die lux [22]. » Cujusmodi hæc temporis ratio, o propheta, et qualis dies? « Et convertam festivitates vestras in luctum [23];» in azymis enim res ea peragebatur, et in Paschatis festo [24]. Deinde dicit: « Et ponam eum sicut luctum « dilecti, et eos qui cum ipso sicut diem doloris [25]. » In die enim azymorum et festivitate, mulieres eorum cœdebant se et flebant [26]; apostoli vero occultati dolore conficiebantur; admiranda ergo hæc prophetia.

XXVI. Verum dicat aliquis: Da mihi et alterum signum: quænam alia est certa ejus rei quæ contigit nota? Crucifixus est Jesus: tunica autem una, et pallio uno utebatur. At milites pallium in quatuor partes scissum **196** dispertiti sunt: tunica vero scissa non est, quia nulli usui scissa profutura foret; deque ea milites inter sors projecta est [27]. Pallium dividunt, tunicam sortiuntur: anne et illud scriptum est? Norunt studiosi Ecclesiæ psalmistæ (1), qui angelicos imitantur exercitus,

A ὅλη φῶς ἦν, ἵνα κληθῇ ἡμέρα· οὔτε ὅλη σκότος, ἵνα κληθῇ νύξ· ἀλλὰ μετὰ τὴν ἐννάτην ἔλαμψεν ὁ ἥλιος. Προλέγει καὶ τοῦτο ὁ προφήτης· εἰπὼν γὰρ, Καὶ οὐχ ἡμέρα, καὶ οὐ νὺξ, προσέθηκε· Καὶ πρὸς ἑσπέραν ἔσται φῶς. Βλέπεις προφητῶν ἀκρίβειαν; βλέπεις ἀλήθειαν τῶν προγεγραμμένων;

ΚΕ'. Ἀλλὰ ζητεῖς σαφῶς κατὰ ποιαν ὁ ἥλιος ὥραν ἐξέλιπεν; ἄρα πέμπτην ὥραν, ἢ ὀγδόην, ἢ δεκάτην (2); Εἰπὲ τὴν ἀκρίβειαν Ἰουδαίοις τοῖς ἀνηκόοις, ὦ προφῆτα· πότε δύνει ὁ ἥλιος; Φησὶ τοίνυν Ἀμὼς ὁ προφήτης· Καὶ ἔσται ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, λέγει Κύριος ὁ Θεὸς, δύσεται ὁ ἥλιος μεσημβρίας. (ἀπὸ γὰρ ὥρας ἕκτης σκότος ἐγένετο·) καὶ συσκοτάσει ἐπὶ τῆς γῆς ἐν ἡμέρα τὸ φῶς. Ποῖος καιρὸς (3), ὦ προφῆτα, οὗτος, καὶ ποία ἡμέρα; Καὶ
B μεταστρέψω τὰς ἑορτὰς ὑμῶν εἰς πένθος· ἐν ἀζύμοις γὰρ ἦν τὸ πραχθὲν, καὶ τῇ τοῦ πάσχα ἑορτῇ· εἶθ' ἑξῆς φησι. Καὶ θήσομαι αὐτὸν ὡς πένθος ἀγαπητοῦ, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ ὡς ἡμέραν ὀδύνης. Ἐν ἀζύμων γὰρ ἡμέρᾳ καὶ ἑορτῇ (4) αἱ μὲν γυναῖκες αὐτῶν ἐκόπτοντο καὶ ἔκλαιον, ὠδυνῶντο δὲ ἀποκρυβέντες οἱ ἀπόστολοι. Θαυμαστὸν (5) μὲν οὖν τὸ προφητευθέν.

ΚΖ'. Ἀλλὰ, Δός μοι καὶ ἕτερον, ἐρεῖ τις, σημεῖον (6)· ποῖόν ἐστι σημεῖον ἄλλο ἀκριβὲς ἐπὶ τῷ γεγενημένῳ; Ἐσταυρώθη ὁ Ἰησοῦς· μονοχίτων δὲ ἦν, καὶ ἐνὶ περιβολαίῳ κεχρημένος. Ἀλλ' οἱ στρατιῶται διεμερίσαντο τὸ περιβόλαιον εἰς τέσσαρα σχισθέν· ὁ δὲ
C χιτὼν οὐκ ἐσχίσθη· εἰς οὐδὲν γὰρ ἔτι σχισθεὶς ἐχρησίμευσε· καὶ λαχμὸς περὶ τούτου γίνεται τοῖς στρατιώταις. Καὶ τὸ μὲν (7) μερίζονται, περὶ τούτου δὲ λαφχάνουσιν· ἄρα καὶ τοῦτο γέγραπται; Οἴδασιν οἱ σπουδαῖοι τῆς Ἐκκλησιας ψαλμῳδοὶ, οἱ τὰς ἀγγελι-

[20] Zach. XIV, 7. [21] Amos VIII, 9. [22] ibid. 10. [23] Matth. XXVII, 2; Marc. XIV, 1. [24] Amos VIII, 10. [25] Luc. XXIII, 27. [26] Joan. XIX, 23, 24.

(1) *Studiosi Ecclesiæ psalmistæ.* Erant forte aliqui ex his psalmistis in baptizandorum numero; nam Hierosolymis locum habere potuit, quod observabatur in Ecclesia Alexandrina, ut lectores et cantores ὑφηγηταί sumeretur promiscue tam ex catechumenorum quam ex fidelium numero, teste Socrate, lib. v *Hist. eccl.*, cap. 22. Psalmistæ isti ecclesiæ Resurrectionis addicti et affixi, *semper*, hoc est tam nocte quam die, certis horarum canonicarum intervallis canebant. Nondum in Ecclesia Hie- D rosolymitana usus institutus erat, ut alii præter psalmistas canerent. His enim quasi proprium jus et dignitatem attribuit quod ad cantandum essent deputati. At quotiescunque Psalmos citat, audivisse semper, nunquam autem cantasse dicit auditores. Idem præcipit Concil. Laod., can. 15. Non multo post, si non Hierosolymis, saltem in Palæstina mos obtinuit, ut etiam populus alternatim divisis choris decantaret, quod testatur Basilius, epist. 63, p. 97. Psalmistæ non solum legebant ac recitabant, quod ab Athanasio in Ecclesia Alexandrina statutum dicit Aug., l. XIII *Confess.*, cap. 33, sed suavi quodam vocis flexu psallebant, quem divinum quoddam melos appellat Cyrillus, cat. 23, num. 20. Quo in loco psalmistam unum versiculum ad communionem invitantem cecinisse ait, ex veteri consuetudine ut psalmi ab uno cæteris audientibus canerentur. Forte autem aliquando simul conjunctis vocibus cantabant, in hoc propius angelicos exercitus imitantes.

(2) Ἢ δεκάτην. Post hæc verba, id Roe et Casaub. adjiciunt, Τοῦτο ἀπαγγελεῖ σοι ἕτερος προφήτης· *Hoc tibi annuntiabit alter propheta.* Potest id additamentum confirmari his similibus Rufini verbis: *Et iterum alius de hoc ipso testimonium dicit.*

(3) Ποῖος καιρός, etc. Rectius ordo verborum ponitur in Reg., Roe, Casaub., Coisl., Colb., Ποῖος καιρὸς οὗτος, ὦ προφῆτα, καὶ ποία ἡμέρα. Post scripsimus, ὑμῶν, *festivitates vestras*, ex codd. Coisl., Roe, Casaub. et Grod. et sacro textu, cum feretur in impressis, ἡμῶν, *festivitates nostras.*

(4) Ἐν ἀζύμων γὰρ ἡμέρᾳ καὶ ἑορτῇ. In editis et Coisl. levi deflexione, Ἀζύμων γὰρ ἡμέρα καὶ ἑορτή· *Azymorum enim dies et festivitas erat.* Eodem modo exstat in codd. Colb., Roe et Casaub., nisi quod Colbert. habet., ἑορτῆς. *Azymorum et festivitatis dies erat;* in Roe vero et Casaub. post ἑορτή additur

(5) Θαυμαστόν, etc. Vitiose in editis, θαυμαστός, corriguntur ex codd. Coisl., Colb., Reg., Roe, Casaub. Tres postremi vocem ἀληθῶς, *vere*, adjiciunt ante τὸ προφητευθέν.

(6) Σημεῖον. Vocem hanc prorsus necessariam addidimus ex Colb. cod. Ejus loco Roe et Casaub. scriptum habent, τέρας, *portentum.* Paulo inferius, ubi scripsimus, κεχρημένος, ex Coisl., Colb., Roe et Casaub. librariorum inscitia legebatur, κεκριμένος.

(7) Καὶ τὸ μέν, etc. Videlicet, περιβόλαιον. Neutro igitur genere scripsimus τό ex Coisl., Reg., Colb., cum in editis in masculino haberetur τόν.

κὰς μιμούμενοι στρατιὰς, καὶ πάντοτε τὸν Θεὸν ἀνυμνοῦντες· οἱ καταξιούμενοι ψάλλειν ἐν τῷ Γολγοθᾷ τούτῳ (1), καὶ λέγειν· Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον πλῆρον· κλῆρος δὲ ἦν ὁ λαχμός.

ΚΖ'. Πάλιν ἐπὶ Πιλάτου κριθεὶς, ἐφόρησεν ἐρυθρά· ἐκεῖ γὰρ περιέθηκαν αὐτῷ χλαμύδα κοκκίνην· ἆρα καὶ τοῦτο γέγραπται; Λέγει ὁ Ἡσαΐας· Τίς οὗτος ὁ παραγενόμενος ἐξ Ἐδώμ; ἐρύθημα ἱματίων αὐτοῦ ἐκ Βοσόρ· (τίς οὗτος (2) ὁ κατὰ ἀτιμίαν φορῶν τὰ κόκκινα; ἡ γὰρ Βοσὸρ τοιαύτην τινὰ παρ' Ἑβραίοις ἔχει τὴν ἑρμηνείαν)· ἵνα τί σου ἐρυθρὰ τὰ ἱμάτια, καὶ τὰ ἐνδύματά σου ὡς ἀπὸ πατητοῦ ληνοῦ; Ὁ δὲ ἀποκρίνεται καὶ λέγου· Ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα, καὶ ἀντιλέγοντα.

ΚΗ'. Ἐξεπέτασεν ἐν σταυρῷ τὰς χεῖρας, ἵνα περιλάβῃ τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα· τῆς γὰρ γῆς τὸ μεσώτατον ὁ Γολγοθᾶς οὗτός ἐστιν. Οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, προφήτης ἐστὶν ὁ φήσας· Εἰργάσω (3) σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς. Ἐξέτεινεν ἀνθρωπίνας χεῖρας ὁ ταῖς νοηταῖς αὐτοῦ χερσὶ στερεώσας τὸν οὐρανόν· καὶ προσεπάγησαν ἥλοις, ἵνα τῆς ἀνθρωπότητος τῷ ξύλῳ προσπαγείσης, τῆς βασταζούσης τῶν ἀνθρώπων τὰ ἁμαρτήματα, καὶ τελευτησάσης τῆς ἀνθρωπότητος, συναποθάνῃ μὲν ἡ ἁμαρτία, ἡμεῖς δὲ ἀναστῶμεν ἐν δικαιοσύνῃ. Ἐπειδὴ γὰρ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ζωή· δι' ἑνὸς δὲ ἀνθρώπου τοῦ Σωτῆρος, αὐτοπροαιρέτως τελευτῶντος· Μνημόνευε γὰρ τῶν εἰρημένων· Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν.

ΚΘ'. Ἀλλ' ὁ μὲν ταῦτα ὑπέμεινεν, ἐπὶ σωτηρίᾳ ἐλθὼν πάντων· ὁ δὲ λαὸς κακὴν ἀντιμισθίαν ἀπεδίδου. Λέγει ὁ Ἰησοῦς, Διψῶ, ὁ ἐξαγαγὼν αὐτοῖς ἐξ ἀκροτόμου τὰ ὕδατα πέτρας· καὶ ᾔτει τὴν ἄμπελον, ἣ ἐφύτευσε, τοὺς καρπούς. Ἀλλὰ τί ἡ ἄμπελος; Ἡ κατὰ φύσιν μὲν ἐξ ἁγίων πατέρων, κατὰ προαίρεσιν δὲ ἐκ Σοδόμων (Ἡ γὰρ ἄμπελος αὐτῶν ἐκ Σοδόμων (4), καὶ ἡ κληματὶς αὐτῶν ἐκ Γομόρρας), διψῶντι τῷ Κυρίῳ, σπόγγῳ πλησθέντι καὶ περιθέντι καλάμῳ, προσκομίζει τὸ ὄξος· Καὶ ἔδωκαν

A et Deum indesinenter laudibus celebrant: qui digni habentur ut psallant in hoc sancto Golgotha, et dicant: « Partiti sunt vestimenta mea sibi, et super vestem meam projecerunt sortem [27] »: sors autem illa, militum sortitio fuit.

XXVII. Rursum cum a Pilato judicaretur, rubris amictus erat: ibi enim chlamydem coccineam circum posuerunt ei [28]: illudne etiam scriptum est? Dicit Isaias: « Quis est hic qui advenit de Edom? rubedo vestimentorum ejus ex Bosor [29] »: (Quis iste, qui per ignominiam coccineis amititur? Bosor enim apud Hebræos tale quidpiam sonat;) « quare rubra sunt vestimenta tua, et indumenta tua sicut a calcato torcularі [30] »? Ille autem respondet et dicit: « Tota die expandi manus meas ad populum ino-
B « bedientem et contradicentem [31] ».

XXVIII. Expandit in cruce manus, ut comprehenderet orbis fines; medius enim terræ locus est hic Golgothas. Non meus hic sermo est; Propheta est qui ait: « Operatus es salutem in medio terræ [32] ». Extendit humanas manus, qui suis illis, quas sola mens assequitur, manibus firmavit cœlum [33]: et clavis confixæ sunt, ut affixa ligno et mortua, quæ hominum peccata portabat humanitate, una moreretur peccatum; nos autem in justitia resurgeremus. Quandoquidem enim per unum hominem mors, per unum quoque hominem vita [34]: per unum hominem, Salvatorem videlicet, sua sponte mortem subeuntem. Recorderis enim eorum quæ
C dicta sunt [35]: « Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo rursus sumendi eam [36] ».

XXIX. At ille quidem hæc sustinuit, cum ad salutem omnium venisset: populus vero malam illi remunerationem rependit. Dicit Jesus: *Sitio* [37], is qui ex prædura rupe illis eduxit aquas: et reposcit fructus a vinea quam plantavit [38]. Verum quid vinea? Hæc, secundum naturam quidem ex sanctis patribus, secundum autem animi inductionem ex Sodomis, (*Vinea* enim *illorum ex Sodomis, et palmes eorum* **197** *ex Gomorrha* [39];) sitienti Domino, spongiæ impletæ et arundini circumpositæ adminis-

[27] Psal. XXI, 19. [28] Matth. XXVII, 28. [29] Isa. LXIII, 1. [30] ibid. 2. [31] Isa. LXV, 2. [32] Psal. LXXIII, 12. [33] Psal. XXXII, 6. [34] Rom. V, 12, 17; I Cor. XV, 21. [35] Num. 6. [36] Joan. X, 18. [37] Joan. XIX, 28. [38] Jerem. II, 21; Isa. V, 2. [39] Deut. XXXII, 32.

additur ἐν ᾗ, *in qua*. His omnibus prætulimus Regii codicis lectionem, quam secutus est Grodecius. Quæri potest quam azymorum diem dicat; an diem quartam decimam in qua ad vesperam occidebatur agnus paschalis, an quintam decimam quæ festivitatis solemnissima dies erat (*Levit.* XXIII, 6). Si primam, Christus aut pascha Judaicum non celebravit; aut non eodem die quo Judæi. Secundam vero hic significari colligi potest ex eo, quod cat. 14, n. 22, noctem qua Christus resurrexit numeret decimam sextam. Igitur nox a feria sexta in Sabbatum erat decima quinta, et dies crucifixionis, dies decima quinta solemnissima. Ita quidem si dies prius quam nox numeretur.

(1) Γολγοθᾷ τούτῳ. Pronomen τούτῳ additum a nobis ex Coisl., Reg. Colb., Roe, Casaub., Grod.

(2) Τίς οὗτος. Editi, Τίς οὖν οὗτος loco οὖν scri-
D psimus juxta prophetam, ex Ottob., Colb., Reg., Roe et Casaub. Inferius codd. Coisl. et Reg., Βοσόρ generis masculini faciunt, habent enim ὁ γὰρ Βοσόρ. Bosor Cyrillus dum confusionem et contumeliam significare ait, derivat ab Hebræo בוש. Ex Hieronymo epist. 61, nov. ed. 38, num. 37: significat aut *caro*, aut *in tribulatione*. At in Hebræo est בערה quod *munitionem* significat, aut *vindemiam*, aut *in tribulatione*.

(3) Εἰργάσω, *operatus es*. Colb. et Grod. sicut in Psalmis, εἰργάσατο, *operatus est*. Communis est omnium fere Patrum hæc opinio de Calvariæ loco totius orbis medio, hujus versiculi auctoritate ab eis confirmata.

(4) Ἐκ Σοδόμων. LXX, ἐξ ἀμπέλου Σοδόμων. Hæc quoque Rufinus ex Cyrillo transcripsit.

culo, porrigit acetum [40]. « Et dederunt in escam « meam fel, et in sitim meam potaverunt me ace- « to [41] ». Vides prædictionis prophetarum perspicuitatem. Cujusmodi autem fel dederunt in os meum? « Dederunt, inquit, illi vinum myrrha con- « ditum [42] ». Myrrha vero fellei saporis, et subamara. [43] Hæccine Domino redditis [44]? hæc offers, vinea, Domino? Juste igitur vos olim deplorabat Isaias dicens: « Vinea facta est dilecto in cornu,in « loco pingui [45] » : et ut ne omnia recitemus, *Exspectavi*, inquit, *ut faceret uvam* ; sitivi, ut daret vinum : *ipsa autem fecit spinas* [46]. Vides enim coronam qua redimitus sum. Quid ergo deinceps statuam? « Nubibus præcipiam,ne pluant super ipsam « imbrem [47] ». Ablatæ sunt enim ab eis nubes videlicet prophetæ ; prophetæ vero deinceps in Ecclesia sicut Paulus ait : « Prophetæ autem duo vel « tres loquantur, aliique dijudicent [48] » ; et rursus : « Deus dedit in Ecclesia alios quidem aposto- « los, alios vero prophetas [49] ». Propheta erat Agabus, qui sibi manus et pedes ligavit.

XXX. De latronibus vero qui cum eo crucifixi sunt [51], dictum est illud : *Et cum iniquis deputatus est* [52]. Et ambo quidem prius iniqui fuere : unus autem esse desiit. Alter enim ad finem usque legum contemptor, inflexibilis ad salutem : qui dum manibus affixus esset, lingua per blasphemas voces cædebat. Judæi prætereuntes movebant capita crucifixo illudentes, dum adimplent quod scriptum erat: *Viderunt me, moverunt capita sua* [53]. Et ille quidem una cum ipsis conviciabatur, alter vero conviciantem increpabat [54] : fuitque illi vitæ finis et emendationis initium; animæ traditio,et salutis ante (alios) perceptio (1). Et post hanc sodalis reprehensionem ait : *Memento mei, Domine*, ad te enim mihi sermo est ; omitte illum ; obcæcatus mentis oculis est : *mei* vero *memineris*. Non dico, Memineris operum meorum ; hæc enim vereor : homo omnis ad socium viæ benigne se habere so-

εἰς τὸ βρῶμά μου χολὴν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος. Βλέπεις λευκότητα προαγορεύσεως τῶν προφητῶν. Ποίαν δὲ χολὴν ἔδωκαν εἰς στόμα μου ; Ἔδωκαν αὐτῷ, φησὶν, ἐσμυρνισμένον οἶνον· χολώδης δὲ καὶ κατάπικρος ἡ σμύρνα. Ταῦτα τῷ Κυρίῳ ἀνταποδίδοτε (2) ; ταῦτα προσφέρεις, ἡ ἄμπελος τῷ Δεσπότῃ ; Δικαίως προαπεθρήνει ὑμᾶς Ἡσαΐας, λέγων· Ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ ἐν κέρατι, ἐν τόπῳ πίονι· καὶ ἵνα μὴ πάντα λέγωμεν, Ἔμεινα, φησὶν (3), ἵνα ποιήσῃ σταφυλήν· ἐδίψησα, ἵνα δῷ οἶνον· αὐτὸς δὲ ἐποίησεν ἀκάνθας. Βλέπεις γὰρ τὸν στέφανον, ὃν περίκειμαι. Τί οὖν ἀποφαίνομαι λοιπόν ; Ταῖς νεφέλαις ἐντελοῦμαι τοῦ μὴ βρέξαι εἰς αὐτὸν ὑετόν. Ἤρθησαν γὰρ ἐξ αὐτῶν αἱ νεφέλαι, οἱ προφῆται· οἱ προφῆται δὲ λοιπὸν ἐν Ἐκκλησίᾳ, καθώς φησι Παῦλος· Προφῆται δὲ δύο ἢ τρεῖς λαλείτωσαν, καὶ οἱ ἄλλοι διακρινέτωσαν· καὶ παλιν· Ὁ Θεὸς ἔδωκεν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοὺς μὲν ἀποστόλους, τοὺς δὲ πρσφήτας. Προφήτης ἦν Ἄγαβος ὁ δήσας ἑαυτοῦ τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας,

Λ'. Περὶ δὲ τῶν λῃστῶν (4) τῶν μετ' αὐτοῦ σταυρωθέντων εἴρηται τὸ, Καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη. Καὶ οἱ δύο μὲν ἦσαν πρὸ τούτου ἄνομοι, ὁ δὲ εἷς οὐκέτι. Ὁ μὲν γὰρ εἰς τέλος ἄνομος, ἀνένδοτος εἰς σωτηρίαν, χεῖρας μὲν προσπεπηγμένος (5), γλώσσῃ δὲ διὰ βλασφημίας πλήττων. Ἰουδαῖοι παρερχόμενοι ἐκίνουν τὰς κεφαλὰς χλευάζοντες τὸν ἐσταυρωμένον, πληροῦντες τὸ γεγραμμένον. Ἐ'δοσάν με, ἐσάλευσαν κεφαλὰς αὐτῶν· καὶ ἐκεῖνος μετ' αὐτῶν ἐδυσφήμει· ὁ δὲ ἕτερος ἐπετίμα τῷ δυσφημοῦντι· καὶ ἦν αὐτῷ τέλος ζωῆς, καὶ ἀρχὴ διορθώσεως· παράδοσις ψυχῆς, καὶ πρόληψις σωτηρίας, Καὶ μετὰ τὴν πρὸς ἐκεῖνον ἐπιτίμησιν, φησί. Μνήσθητί μου, Κυριε· πρὸς σὲ γάρ μοι ὁ λόγος· κατάλειπε τοῦτον, πεπήρωται τῆς διανοίας τὰ ὄμματα· ἐμοῦ δὲ μνήσθητι. Οὐ λέγω (6)· Μνήσθητί μου τῶν ἔργων· φοβοῦμαι γὰρ ταῦτα. Πᾶς ἄνθρωπος διάκειται πρὸς τὸν συνοδεύοντα· συνοδεύω σοι πρὸς τὸν

[40] Joan. XIV, 29. [41] Psal. LXVIII, 22. [42] Marc. XV, 23. [43] *Vide infra* n. 32, *et hom. in Paralyt. n.* 11. [44] Deut. XXXII, 6. [45] Isa. V, 1. [46] ibid. 2. [47] ibid. 6. [48] I Cor. XIV, 29. [49] Ephes. IV, 11. [50] Act. XXI, 10, 11. [51] Luc. XXIII, 32. [52] Isa. LIII, 12· [53] Matth. XXVII, 39 ; Psal. CVIII, 25. [54] Luc. XXIII, 39, 40, 41.

(1) *Salutis ante alios perceptio*, etc. Ita verti vocem πρόληψις, significat latronem eo momento quo animam reddidit, salutem non solum recepisse, sed recepisse ante omnes patriarchas et prophetas qui eamdem longorum laborum et operum exercitio meruerant et diuturno tempore exspectarant. Sic Paulinus,epist. 31, n. 6 : « Longas in magnis laborie- « bus sanctorum vias de momenti fide et momento « confessionis anticipans, non immerito ante ipsos « apostolos et martyres præparatum ipsis abinitio,ut « ait regnum primus invasit,et pius cœli prædo diri- « puit ». Sed paradisum non cœlum intelligit Cyrilli,

(2) Ἀνταποδίδοτε. Ex Coisl. et sacro textu item codd. Ottob , Roe et Casaub. qui tamen habent, ἀνταποδίδοται : αι pro ε, familiari describentium lapsu. Editi vitiose, ἀνταποδίδωτε.

(3) Ἔμεινα, φησίν. Verbum φησίν, addidimus ex cod. Roe et Casaub. ac Grod. Loco ἵνα ποιήσῃ, citati codices cum Coisl., Reg., Colb. habent ut in sacro textu, τοῦ ποιῆσαι. Post, pro ἀποφαίνομαι, Reg. ἀποφαινσῦμαι, leg. ἀποφανοῦμαι.

(4) Περὶ δὲ τῶν λῃστῶν, etc. Hæc de latronibus hoc et sequenti numero contenta, sub nomine Cyrilli nostri citantur ab auctore Catenæ *in Lucam* ad cap. XXIII, vers. 29.

(5) Προσπεπηγμένος. Emendatum ex Coisl., Reg., Roe et Casaub., cum scriptum in impressis sit, προπεπηγμένος. Ottob. habet, προσπηγμένος. Præpositionem διά ante βλασφημίας ex Coisl.. Reg. et Colb. adjecimus. At hi, Colb. excepto, loco βλασφημίας habent, δυσφημίας· melius cum seqq. convenit, ubi Cyrillus verbo δυσφημεῖν bis utitur.

(6) Οὐ λέγω, etc. Aliter Colb., Σοὶ λέγω. Μὴ μνησθῇς μου τῶν ἔργων· *Tibi dico. Ne memineris actuum meorum*. Post συνοδεύω positum in editis γάρ delevimus, fulti codd. Coisl., Reg., Colb. et Grod. Atque in sequenti phrasi addidimus μου post μνήσθητι, ex Coisl. et Reg., et σοῦ post συνοδοιπόρου, ex omnibus præfatis libris, et cod. Roe.

θάνατον· μνήσθητί μου τοῦ σοῦ συνοδοιπόρου. Ἀλλ' A οὐ λέγω. Νῦν μνήσθητί μου, ἀλλ', ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

ΛΑ'. Ποία σε ἐφωταγώγησε δύναμις, ω λῃστα ; τίς σε ἐδίδαξε προσκυνῆσαι τὸν καταφρονούμενον καὶ συνεσταυρωμένον ; ὦ φωτὸς ἀϊδίου, φωτοποιοῦντος τοὺς ἐσκοτισμένους ! Διὸ καὶ δικαίως ἤκουσε· Θάρσει (1)· οὐχ ὅτι τὰ πράγματά σου τοῦ θαρσεῖν ἄξια, ἀλλ' ὅτι βασιλεὺς πάρεστι χαριζόμενος. Μακροχρόνιος μὲν ἡ αἴτησις, ὀξυτάτη δὲ ἡ χάρις· Ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ· ἐπειδὴ σήμερον τῆς φωνῆς μου ἤκουσας, καὶ οὐκ ἐσκλήρυνάς σου τὴν καρδίαν. Ὀξύτατα κατὰ τοῦ Ἀδὰμ ἀπεφηνάμην, ὀξύτατά σοι χαρίζομαι. Ἐκείνῳ μὲν εἴρηται· Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε· σὺ δὲ σήμερον ὑπήκουσας τῇ πίστει, σήμερόν σοι ἡ σωτηρία. Ἐκεῖνος διὰ τοῦ ξύλου ἀπέπεσε, καὶ σὺ διὰ τοῦ ξύλου εἰσάγῃ εἰς τὸν παράδεισον. Μὴ φοβηθῇς τὸν ὄφιν· οὐκ ἐκβαλεῖ (2) σε· πέπτωκε γὰρ ἐξ οὐρανῶν. Καὶ οὐ λέγω σοι, Σήμερον ἀπερχῇ· ἀλλὰ, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ. Θάρσησον, οὐκ ἐκβληθήσῃ. Μὴ φοβηθῇς τὴν φλογίνην ῥομφαίαν· δυσωπεῖται τὸν Δεσπότην. Ὦ μεγάλης καὶ ἀνεκδιηγήτου χάριτος ! οὔπω Ἀβραὰμ ὁ πιστὸς εἰσῆλθε, καὶ ὁ λῃστὴς εἰσέρχεται· οὔπω Μωσῆς καὶ οἱ προφῆται, καὶ ὁ λῃστὴς παράνομος εἰσέρχεται. Ἐθαύμασε καὶ πρὸ σοῦ ὁ Παῦλος, εἰπών· Ὅπου ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. Οἱ βαστάσαντες τὸν καύσωνα, οὔπω, εἰσῆλθον· καὶ ὁ περὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν, εἰσῆλθε. Μηδεὶς γογγυζέτω κατὰ τοῦ οἰκοδεσπότου, ἐπεί φησιν· Ἑταῖρε, οὐκ ἀδικῶ σε. Οὐκ ἔχω ἐξουσίαν, ἐν τοῖς ἐμοῖς ποιῆσαι ὃ C βούλομαι ; Θέλει δικαιοπραγῆσαι ὁ λῃστὴς, ἀλλὰ προλαμβάνει ὁ θάνατος· οὐ τὸ ἔργον (3) περιμένω μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν πίστιν ἀπεδεξάμην. Ἦλθον ὁ

let : viæ tibi ad mortem socius exsisto : memineris mei comitis tui. Non tamen dico : Nunc « memi- « neris mei, *sed*, cum veneris in regno tuo [55-58]. »

XXXI. Quæ te, o latro, illuminavit potestas? quis te docuit, ut contemptum et tecum una crucifixum adorares? o lucem æternam, quæ in tenebris jacentes illuminat ! Ideo et juste audivit : *Confide* : non quod opera **198** tua fiduciam tibi efficere debeant sed quia rex adest qui tibi gratificatur. Longe remotæ rei petitio (4) erat, sed velocissima est gratia : *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso* [59] : quandoquidem hodie audivisti vocem meam, et non obdurasti cor tuum [60]. Ocissime in Adamum sententiam dixi : ocissime tibi indulgeo. Illi quidem dictum est : *Quacunque die comederitis, morte moriemini* [61]. Tu vero hodie obedivisti fidei, hodie tibi B salus. [62] Ille per lignum cecidit : et tu per lignum introduceris in paradisum. Ne timeas serpentem ; non ejiciet te, cecidit enim de cœlis [63]. Nec dico tibi, Hodie abibis, sed, *hodie mecum eris Confide*, non rejiciere. Ne timeas flammeum gladium [64] ; reveretur Dominum. O ingentem et ineffabilem gratiam ! nondum Abraham ille fidelis [65] ingressus est (5), et latro ingreditur ; nondum Moyses et prophetæ ; et latro iniquus intrat. Admiratus id etiam ante te est Paulus, dicens : *Ubi abundavit peccatum, superabundavit et gratia* [66]. Qui pertulerunt æstum [67], nondum ingressi sunt ; et qui circa undecimam horam venit, ingressus est. Nemo obmuret adversus patremfamilias, cum ille dicat *Amice, non facio tibi injuriam. Nonne potestatem habeo de meis rebus faciendi quod volo* [68] ? Vult justa opera facere latro, sed eum mors præoccupat : non tantum opus moror, sed et fidem recepi Veni qui pasco in liliis, veni ut pascam in hortis [69].

[55-58] Luc. XXIII, 40-42. [59] ibid. 43. [60] Psal. XCIV, 8. [61] Gen. II, 17. [62] *Vide cat.* 1, n. 1 ; *cat.* 5, n. 10 ; *cat.* 14, n 10 [63] Luc. X, 18. [64] Gen. III, 24. [65] Gal. III, 9. [66] Rom. V, 20. [67] Matth. XX, 12. [68] Ibid. 13, 15. [69] Cantic. VI, 1, 2.

(1) Θάρσει. *Confide.* Hoc verbum ad Scripturæ voces adjungit Cyrill. Legit illud auctor antiquus epistolæ de vera circumcisione in Hier. App. t. V. p. 164, sic Christi verba repetens : *Forti animo esto : Amen dico tibi, hodie mecum,* etc. Idem quoque verbum ab aliis auctoribus citatum legi. Habetur in Cantabrig. evangel. codice Græco.

(2) Ἐκβαλεῖ. Ita scripsimus juxta cod. Reg., Roe, Casaub., at in impressis, ἐκβάλλει. D

(3) Οὐ τὸ ἔργον. Planior hæc sententia in Colb. cod. transpositione vocis μόνον· Οὐ τὸ ἔργον περιμένω, ἀλλὰ μόνον τὴν πίστιν ἀπεδεξάμην, « non opus « exspecto, sed fidem solummodo acceptam habui. »

(4) « Longe remotæ rei petitio, » πολυχρόνιος ἡ αἴτησις. Sic apud Nilum tractatu ad Magnam cap. 4, pag. 238, πολυχρόνιος τροφή, est cibus in longum tempus præparatus. Male Grodecius, *longa petitio ;* supra, num. 30. notavit latronem non postulasse ut *nunc* Christus ipsius meminissent, sed cum *venisset in regno suo*, quod de judicio novissimo intelligere videtur Cyrillus. Vide cat. 4, num. 15 ; cat. 15, n. 1 et 26.

(5) *Nondum Abraham... ingressus est.* Cum variæ sint cum veterum tum recentiorum theologorum, de paradiso in quem latro perductus est opiniones eam quæ apud veteres usitatior et omnium verisimillima est secutus videtur Cyrillus ; nimirum eum in paradisum terrestrem, unde dejectus est Adam, Christo comite introivisse. Confer hunc locum cum cat. 14, n. 10. Quod autem ait primum ante omnes latronem in paradisum introivisse, communis hæc Cyrillo est cum Patribus Latinis et Græcis bene multis sententia : primus est sane cui ea promissio facta legatur. Sed si Christus ad inferos descendens, statim inde patriarchas eduxerit atque in paradisum transtulerit, non potuit ante eos ingredi latro qui nonnisi post Christum crucifragio extinctus est. Potuit Cyrillus id non attendere : vel cum auctore libri *De virginitate* apud Athanasium, tom. III, num. 10, existimare Christum nonnisi hora duodecima, hoc est nostra sexta vespertina inferos adivisse ; ac priusquam eo adiret latronem in paradisum deduxisse, quod Tito Bostrensi, seu auctori Commentariorum in *Lucam* sub ejus nomine probabile visum est : vel etiam arbitratus est latronem statim a morte sua in paradisum inductum ; patriarchas vero nonnisi post triduum a Christi anima in subterraneis exactum, quod insinuat cat. 4, n. 14, et cat. 14, n. 18. Quæ vero fuerit Cyrilli sententia, num latro cum anima an cum divinitate Christi ipsa die fuerit in paradiso, nihil in utramvis partem ex ejus scriptis colligere potui.

Ovem perditam inveni ; eam in humoros meos accipio [70]. Credit enim, cum et ipse dixerit : « Erravi « sicut ovis quæ periit [71]. Memento mei, Domine, « cum veneris in regno tuo [72]. »

XXXII. [73] De hoc horto in Canticis ad sponsam meam ante cecini, et ad eam hæc dixi : *Ingressus sum in hortum meum, soror mea sponsa* [74] (erat autem ubi crucifixus est, hortus [75]). Et quid inde colligis ? *Messui myrrham meam* [76] (1), dum myrrhatum vinum et acetum bibit ; quibus acceptis dixit : *Consummatum est* [77]. Completum est enim mysterium : completa quæ scripta sunt : soluta peccata. « Christus *enim* adveniens pontifex futurorum bonorum « per amplius **199** et perfectius tabernaculum, non « manu factum (id est non hujus creationis et stru- « cturæ), neque per sanguinem hircorum et vitulo- « rum ? sed per proprium sanguinem introivit semel « in sancta, æterna redemptione inventa. Si enim « sanguis taurorum et hircorum, et cinis vitulæ as- « pergens inquinatos, sanctificat ad carnis mundi- « tiem ; quanto potius sanguis Christi [78] ? *Et iterum* : « Habentes igitur, fratres, fiduciam ad ingrediendum « in sancta in sanguine Jesu, ea via quam dedica- « vit nobis novam et viventem, per velamen, hoc « est carnem suam [79]. » Et quoniam caro, ipsius velamen, dedecore affecta fuit ; idcirco figurativum templi velum discissum est, sicut scriptum est : « Et ecce velum templi scissum est in duo a sum- « mo usque ad imum [80] : » neque enim tantillum ex ipso derelictum est ; quoniam enim Dominus dixit : « Ecce relinquetur vobis domus vestra de- « serta [81], » domus ipsa disrupta est.

XXXIII. Sustinuit autem hæc Salvator, pacificans per sanguinem crucis, quæ in cœlis et quæ in terra sunt [82]. Inimici enim Dei per peccatum eramus, et definivit Deus peccantem mori oportere. [83] Ex duobus igitur alterum fieri necesse erat : ut aut Deus sibi constans omnes interimeret, aut

A ποιμαίνων (2) ἐν τοῖς κρίνοις, ἦλθον ποιμᾶναι ἐν τοῖς κήποις. Πρόβατον εὗρον ἀπολωλός· ἀλλ' ἐπὶ τοὺς ὤμους μου τοῦτο λαμβάνω. Πιστεύει γὰρ, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς εἶπεν. Ἐπλανήθην ὡς πρόβατον ἀπολωλός. Μνήσθητί μου, Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

ΛΒ'. Προανεφώνησα ἐν Ἄσμασι περὶ τούτου του κήπου πρὸς τὴν ἐμὴν νύμφην, καὶ ταῦτα εἶπον πρὸς αὐτήν· Εἰσῆλθον εἰς κῆπόν μου (3), ἀδελφή μου νύμφη (ἦν δὲ, ὅπου ἐσταυρώθη, κῆπος). Καὶ τί λαμβάνεις ἐκεῖθεν ; Ἐτρύγησα σμύρναν μου, οἶνον ἐσμυρνισμένον πιὼν καὶ τὸ ὄξος· ἅτινα λαβὼν, εἶπε. Τετέλεσθαι. Πεπλήρωται γὰρ τὸ μυστήριον· πεπλήρωται τὰ γεγραμμένα· ἐλύθησαν αἱ ἁμαρτίαι. Χριστοὺς γὰρ (4) παραγενόμενος ἀρχιερεὺς τῶν B μελλόντων ἀγαθῶν, διὰ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς, οὐ χειροποιήτου (τουτέστιν, οὐ ταύτης τῆς κτίσεως), οὐδὲ δι' αἵματος τράγων καὶ μόσχων· διὰ δὲ τοῦ ἰδίου αἵματος εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ ἅγια, αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος (5). Εἰ γὰρ τὸ αἷμα ταύρων καὶ τράγων, καὶ σποδὸς δαμάλεως ῥαντίζουσα τοὺς κεκοινωμένους, ἁγιάζει πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα· πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ ; καὶ πάλιν· Ἔχοντες οὖν, ἀδελφοὶ, παῤῥησίαν εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων ἐν τῷ αἵματι Ἰησοῦ, ἣν ἐνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν πρόσφατον καὶ ζῶσαν, διὰ τοῦ καταπετάσματος, τουτέστι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. Καὶ ἐπειδὴ ἡ σὰρξ αὐτοῦ, τὸ καταπέτασμα, ἠτιμάσθη· διὰ τοῦτο, τὸ καταπέτασμα (6) τοῦ ναοῦ τὸ τυπικὸν διεῤῥήξατο, καθὼς γέγραπται· Καὶ ἰδοὺ τὸ κατα- C πέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο, ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω· οὐδὲ γὰρ ὀλίγον αὐτοῦ περιελείφθη.

Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Δεσπότης εἶπεν, Ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος, ὁ οἶκος περιεῤῥήξατο.

ΛΓ'. Ὑπέμεινε δὲ ταῦτα ὁ Σωτὴρ, εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ τὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ γῆς. Ἐχθροὶ γὰρ ἦμεν Θεοῦ δι' ἁμαρτίας, καὶ ὥρισεν ὁ Θεὸς τὸν ἁμαρτάνοντα ἀποθνήσκειν. Ἔδει οὖν ἓν ἐκ τῶν δύο γενέσθαι (7)· ἢ ἀληθεύοντα Θεὸν πάντας ἀνελεῖν, ἢ φιλανθρωπευόμενον παραλῦσαι τὴν ἀπό-

[70] Luc. xv, 5, 5. [71] Psal. LXVIII, 176. [72] Luc. XXIII, 42. [73] *Vid. cat.* 14, n. 5 et 11, *et Hom, in Paralyt.* n. 11. [74] Cant. v, 1. [75] Joan. XIX, 41. [76] Cant. v. 1. [77] Joan XIX, 30. [78] Hebr. IX, 11-14. [79] Hebr. x, 19, 20. [80] Matth. XXVII, 51. [81] Matth. XXIII, 38. [82] Coloss. I, 20. [83] *Vide sup. n.* 2.

(1) *Messui myrrham meam.* Quod testimonium hic refert ad myrrhatum vinum, cat. 14, n. 11, accommodat sepulturæ Christi.

(2) Ἦλθον ὁ ποιμαίνων, etc. : *Veni qui pasco.* Hic et infra male in Coisl., Reg., Roe, Casaub. Ottob. et Grod., Ἦλθεν, tertia persona, *Venit qui poscit*, etc., cum auctor sermonem in persona Christi continuet. Ubi legebatur, κήποις, posuimus κρίνοις, et loco κρίνοις, scripsimus, κήποις, ex codd. Coisl., Colb., Reg. et Grod juxta sensum Canticorum testimonii hic a Cyrillo respecti. Codd. Roe et Casaub. utrobique scriptum ferunt, κήποις.

(3) Κῆπον μου. Illud μου adjecimus ex codd. Coisl., Colb., Reg. Grod, et sacro textu.

(4) Χριστὸς γάρ. Particulam γάρ ascripsimus ex Coisl., Reg., Roe, Casaub. Grod. Loco μελλόντων, codd. Coisl., Reg., colb., Roe, Casaub ferunt, γενομένων, *factorum*, quod in multis Novi Testamenti D codicibus reperiri notat Joh. Millius.

(5) Αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος. Ea verba ex codd. Coisl., Colb. et Reg. adjecimus

(6) Τὸ καταπέτασμα, etc. Locus hic in mss. codd. inversus reperitur. Sic est in Coisl. et Reg. Roe, τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω. Τὸ τυπικὸν διεῤῥήξατο, καθὼς εἴρηται· οὐδὲ γάρ, etc. Cod. Colb. habet fere ut in textu. Tantum omittit hic, τὸ τυπικόν, quod ponit interius post κάτω, ubi sic habet : τὸ τυπικὸν διεῤῥήξατο, καθὼς εἴρηται. Οὐδὲ γάρ, etc.

(7) Ἔδει οὖν ἓν ἐκ τῶν δύο γενέσθαι. Ita restituimus ex codd. Ottob., Coisl., Colb, Reg. Roe, Casaub. addita ex editis præpositione ἐκ. Aliter in editis per interrogationem, Τί οὖν ἐκ τῶν δύο γενέσθαι ἔδει : *Quodnam igitur ex duobus fieri oportuit ?* at nulla ad interrogationem responsio subsequitur. Sola accentus mutations sic recepta lectio restitui

φασιν. Ἀλλὰ βλέπε Θεοῦ σοφίαν· ἐτήρησεν καὶ τῇ ἀποφάσει τὴν ἀλήθειαν, καὶ τῇ φιλανθρωπίᾳ τὴν ἐνέργειαν. Ἀνέλαβε Χριστὸς τὰς ἁμαρτίας ἐν τῷ σώματι ἐπὶ τὸ ξύλον, ἵνα διὰ τοῦ θανάτου (1) αὐτοῦ ταῖς ἁμαρτίαις ἡμεῖς ἀπογενόμενοι, τῇ δικαιοσύνῃ ζήσωμεν. Οὐ μικρὸς ἦν ὁ ὑπεραποθνήσκων ἡμῶν· οὐκ ἦν πρόβατον αἰσθητόν· οὐκ ἦν ψιλὸς ἄνθρωπος· οὐκ ἦν ἄγγελος μόνον, ἀλλὰ Θεὸς ἐνανθρωπήσας. Οὐ τοσαύτη ἦν τῶν ἁμαρτωλῶν ἡ ἀνομία, ὅση τοῦ ὑπεραποθνήσκοντος ἡ δικαιοσύνη· οὐ τοσοῦτον ἡμάρτομεν, ὅσον ἐδικαιοπράγησεν ὁ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ ἡμῶν τεθεικώς, ὁ τεθεικὼς ὅτε ἤθελε, καὶ πάλιν λαβὼν ὅτε ἤθελε. Καὶ θέλεις γνῶναι, ὅτι οὐ βιοσφαγῶς ἀπέθετο τὴν ζωὴν, οὐδὲ ἀκουσίως παρέδωκε τὸ πνεῦμα; Προσφώνει τῷ Πατρὶ, λέγων· Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παρατίθεμαι (2) τὸ πνεῦμά μου· παρατίθεμαι, ἵνα πάλιν αὐτὸ λάβω. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα· ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πολλῷ τῷ χρόνῳ, ταχέως γὰρ ἐκ νεκρῶν ἀνέστη πάλιν.

ΛΔ'. Ἐξέλιπεν ὁ ἥλιος, διὰ τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον· πέτραι ἐσχίσθησαν, διὰ τὴν νοητὴν πέτραν· μνήματα ἠνεῴχθη καὶ νεκροὶ ἀνέστησαν, διὰ τὸν ἐν νεκροῖς ἐλεύθερον· ἐξαπέστειλε δεσμίους αὐτοῦ ἐκ λάκκου οὐκ ἔχοντος ὕδωρ. Μὴ τοίνυν ἐπαισχύνου τὸν ἐσταυρωμένον, ἀλλὰ παῤῥησιάζου λέγων καὶ αὐτός· Οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται (3), καὶ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν· μὴ ἀχαριστήσωμεν τῷ εὐεργέτῃ· καὶ πάλιν· Ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου ἦχθη εἰς θάνατον· καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο σαφῶς λέγει ὁ Παῦλος· Ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν ἡμῶν κατὰ τὰς Γραφὰς, καὶ ὅτι ἐτάφη, καὶ ὅτι ἐγήγερται τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ κατὰ τὰς Γραφάς.

ΛΕ'. Ζητοῦμεν (4) δὲ γνῶναι σαφῶς, ποῦ τέθαπται. Χειροποίητο ἆρα ὁ τάφος; ἆρα κατὰ τοὺς τῶν βασιλέων τάφους ὑπερανέχει τῆς γῆς; ἐκ λίθων γεγένηται τὸ μνῆμα συγκειμένων; καὶ τούτῳ δὲ τί ἐπιτίθεται (5); Εἴπατε ἡμῖν, ὦ προφῆται, καὶ τοῦ τάφου τὴν ἀκρίβειαν, ποῦ τίθεται, καὶ ποῦ αὐτὸν ζητήσομεν. Οἱ δέ φασιν· Ἐμβλέψατε εἰς τὴν στερεὰν πέτραν, ἣν ἐλατομήσατε· ἐμβλέψατε καὶ

clementia usus datam sententiam dissolveret. Verum Dei sapientiam conspicare : suam servavit et sententiæ firmitatem, et bonitati efficaciam. Assumpsit Christus peccata in corpore (suo) super lignum, ut nos per mortem ejus peccatis mortui, justitiæ viveremus [84]. Non minimi pretii erat qui pro nobis moriebatur : non erat ovis sensibilis : non erat nudus homo : non erat solummodo angelus [85], sed Deus inhumanatus. Non tanta erat peccantium iniquitas, quanta ejus qui nostri gratia moriebatur justitia : non tantum peccavimus, quantum ille justitia excelluit qui pro nobis animam posuit : qui posuit quando voluit, et iterum sumpsit quando voluit [86]. [87] Vis nosse quod non coacte ac vi vitam deposuit, neque invitus tradidit spiritum? Inclamavit ad Patrem dicens : « Pater, in manus tuas « commendo spiritum meum [88]. Commendo », ut eum resumam. « Et hæc cum dixisset, dimisit spiri« tum [89] : » sed non in longum tempus, ocius enim ex mortuis rursum resurrexit.

XXXIV. Defecit sol [90], propter justitiæ solem [91]. Petræ scissæ sunt [92], propter intelligibilem petram [93]. Monumenta aperta sunt et mortui resurrexere [94], propter eum qui in mortuis liber erat [95] : emisit vinctos suos de lacu non habente aquam [96]. Ne te igitur pudeat crucifixi, sed cum fiducia tu etiam dicito : « Hic peccata nostra portat, et de no« bis dolet, et vibice ejus **200** nos sanati sumus [97] : » ne simus erga benefactorem ingrati. Et iterum : « A peccatis populi mei ductus est ad mortem : et « dabo malos pro sepultura ipsius, et divites pro « more ejus [98]. » Propter hoc apertius ait Paulus : « Quod Christus mortuus est pro peccatis nostris « secundum Scripturas, et quod sepultus, et quod « resurrexit tertia die secundum Scripturas [99]. »

XXXV. [1] Volumus autem diserte cognoscere ubinam sit sepultus. Anne manufactus tumulus? an regiorum sepulcrorum more e terra prominet? num ex lapidibus coagmentatis factum sit monumentum? et quidnam illi impositum sit? Edicite nobis, o prophetæ, et sepulcri descriptionem, et ubi positum sit corpus, et ubinam illud requisituri simus. Illi autem respondent : « Inspicite in solidam petram

[84] I Petr. II, 24. [85] Isa. LXIII, 9. [86] Joan. X, 18. [87] *Vid. sup. n.* 6, *et cat.* 14, *n.* 8. [88] Luc. XXIII, 46. [89] Matth. XXVII, 50. [90] Luc. XXIII, 45. [91] Malac. IV, 2. [92] Matth. XXVII, 51. [93] I Cor. X, 4. [94] Matth. XXVII, 52. [95] Psal. LXXXVII, 6. [96] Zach. IX, 11. [97] Isa. LIII, 4, 5. [98] ibid. 8, 9. [99] I Cor. XV, 3, 4. [1] *Vide infr. n.* 39, *et cat.* 14, *n.* 5, *etc.*

possit : Τὶ οὖν ἐκ τῶν δύο γενέσθαι ἔδει· *Aliquid igitur ex his duobus fieri oportebat.*

(1) Διὰ τοῦ θανάτου. Articulum adjecimus, ex Coisl., Reg., Roe, Casaub. Post. loco, ὑπεραποθανὼν, ὑπεραποθνήσκων scripsimus ex Coisl., Colb., Reg., et ἡμῶν ex Coisl. pro ὑμῶν.

(2) Παρατίθεμαι. Sic editi, cum codd. Coisl., Roe et Casaub. ; at Colb. et Reg., παραθήσομαι *commendabo, deponam*, ut in sacro textu tam Lucæ XXIII, 46, quam psalmi XXX, 6.

(3) Καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται. Ea desunt in codd. Roe et Casaub. et Grod. Sequente autem voces sic in Coisl., Colb. et Reg. scriptæ sunt prætermittendo καὶ, οὗ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἰάθημεν ; *cujus livore ejus omnes sanati sumus.* Illud οὗ pro καὶ sumptum ex I Petri Epistol. c. II, vers. 24.

(4) Ζητοῦμεν, etc. Hæc et sequentia usque ad præsentis numeri finem citantur in catena *in Lucam* ad cap. XXIII, vers. 51, et partim a Rufino transcribuntur.

(5) Τούτῳ δὲ τί ἐπιτίθεται. Sic restituimus ex Coisl., Colb., Reg., Grod., Roe et Casaub quanquam hi postremi omittunt δέ. In editis legitur, τούτων, et omittuntur δέ et τί. Paulo post, ποῦ τίθεται scripsimus, loco ποῦ τεθείκατε, *ubi posuistis?* ex Coisl., Colb., Reg. et Grod.

« quam excidistis [2] : inspicite et videte [4]. » Habes in Evangeliis: « In monumento exciso [4], quod erat exci- « sum ex petra [5].» Et quid post hæc? quale monumenti ostium? Rursus alius propheta dicit: « Morti « dederunt in lacu vitam meam, et posuerunt lapi- « dem super me [6].» Ego lapis angularis, electus, pretiosus [7], intra lapidem condor ad modicum tempus; lapis offensionis Judæis [8], et salutaris credentibus. [9] Insitum est igitur lignum vitæ in terra, ut hæc quæ maledicta fuerat benedictionem consequeretur, et ut liberarentur mortui.

XXXVI. [10] Ne nos igitur teneat verecundia, quominus crucifixum confiteamur. In fronte confidenter, idque ad omnia, digitis crux pro signaculo efficiatur: dum panes edimus, et sorbemus pocula; in ingressibus et egressibus; ante somnum; in dormiendo et surgendo: eundo et quiescendo. Magnum illud præsidium: gratuitum, propter egenos; nullo labore constans, propter imbecilles; siquidem a Deo est gratiæ loco concessum: signum fidelium et dæmonum formido. In illo enim triumphatos eos confidenter ostentans traduxit [11]. [12] Quando siquidem viderint crucem, crucifixi eis in mentem venit. Metuunt eum qui contrivit capita draconis [13]. Ne, quia gratuitum est, signaculum contemne; imo eo magis benefactorem venerare.

XXXVII. Et si quando in disceptationem incideris, atque argumentis deficiaris, inconcussa tamen apud te maneat fides. Quin tu potius comparata eruditione, Judæos ex prophetis, et Græcos ex suis ipsorum fabulis ad silentium redige. [14] Hi (1) fulmine percussos adorant: fulmen vero de cœlis veniens non temere ruit. Si illi fulminatos Deo exosos adorare non verecundantur; an te, dilectum Deo et Dei Filium, tui gratia crucifixum adorare pudebit? **201** Verecundia prohibeor ne suorum quos appellant deorum vitia evulgem, eaque propter horæ angustiam prætermitto; qui autem norunt, exponant. Obstruatur etiam os hæreticis omnibus; si quis dixerit crucem tantum opinione constare, aversare. Oderis eos qui dicunt ficta tantum specie [Christum] crucifixum esse. Si enim specie tantum crucifixus

A ἴδετε (2). Ἔχεις ἐν Εὐαγγελίοις· Ἐν μνήματι λαξευτῷ, ὃ ἦν λελατομημένον ἐκ πέτρας. Καὶ τί γίνεται; ποταπὴ τοῦ μνήματος ἡ θύρα; πάλιν, προφήτης ἄλλος λέγει· Ἐθανάτωσαν ἐν λάκκῳ ζωήν μου, καὶ ἔθηκαν (3) λίθον ἐπ' ἐμοί. Ὁ λίθος ὁ ἀκρογωνιαῖος, ὁ ἐκλεκτὸς, ὁ ἔντιμος, ἐνδοτέρω λίθου κεῖμαι πρὸς ὀλίγον χρόνον· λίθος προσκόμματος Ἰουδαίοις, καὶ σωτήριος τοῖς πιστεύουσιν. Ἐνεφυτεύθη τοίνυν τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ἐν τῇ γῇ, ἵνα ἀπολαύσῃ τῆς εὐλογίας ἡ καταραθεῖσα γῆ, καὶ ἵνα λυθῶσιν οἱ νεκροί.

ΛΖ'. Μὴ τοίνυν ἐπαισχυνθῶμεν ὁμολογῆσαι τὸν ἐσταυρωμένον. Ἐπὶ μετώπου μετὰ παῤῥησίας δακτύλοις ἡ σφραγὶς, καὶ ἐπὶ πάντων, ὁ σταυρὸς γινέσθω· ἐπὶ ἄρτων βιβρωσκομένων, καὶ ἐπὶ ποτηρίων
B πινομένων· ἐν εἰσόδοις, ἐν ἐξόδοις· πρὸ τοῦ ὕπνου· κοιταζομένοις, καὶ διανισταμένοις· ὁδεύουσι, καὶ ἡσεμοῦσι. Μέγα τὸ φυλακτήριον· δωρεὰν, διὰ τοὺς πένητας· χωρὶς καμάτου, διὰ τοὺς ἀσθενεῖς· ἐπειδὴ καὶ παρὰ θεοῦ ἡ χάρις· σημεῖον πιστῶν καὶ φόβος δαιμόνων· ἐθριάμβευσε γὰρ αὐτοὺς ἐν αὐτῷ, δειγματίσας ἐν παῤῥησίᾳ. Ὅταν γὰρ ἴδωσι τὸν σταυρὸν, ὑπομιμνήσκονται τοῦ ἐσταυρωμένου· φοβοῦνται τὸν συντρίψαντα τὰς κεφαλὰς τοῦ δράκοντος. Μὴ διὰ τὸ δωρημαῖον καταφρόνει τῆς σφραγῖδος· ἀλλὰ διὰ τοῦτο μᾶλλον τίμησον τὸν εὐεργέτην.

ΛΖ'. Καὶ ἐὰν εἰς συζήτησίν ποτε ἐμπέσῃς, καὶ μὴ τοὺς λόγους τῆς ἀποδείξεως ἔχῃς, ἡ πίστις ἑδραία μενέτω παρὰ σοί. Μᾶλλον δὲ, πολυμαθὴς γενόμενος Ἰουδαίους ἐπιστόμιζε ἐκ τῶν προφητῶν, καὶ Ἕλληνας ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς μυθολογουμένων. Αὐτοὶ κε-
C κεραυνωμένους προσκυνοῦσι· κεραυνὸς δὲ ἐξ οὐρανῶν ἐρχόμενος, οὐκ ἀκρίτως ἔρχεται. Εἶτ' ἐκεῖνοι τοὺς κεραυνωθέντας θεομισεῖς προσκυνοῦντες οὐκ αἰσχύνονται· σὺ τὸν θεοφιλῆ καὶ Υἱὸν (4) θεοῦ, τὸν ἐσταυρωμένον ὑπὲρ σοῦ, προσκυνεῖν αἰσχύνῃ; Αἰδοῦμαι λέγειν τὰ περὶ τῶν λεγομένων θεῶν αὐτῶν, καὶ καταλιμπάνω διὰ τὴν ὥραν· οἱ δὲ εἰδότες, λεγέτωσαν. Ἐπιστομιζέσθωσαν δὲ καὶ αἱρετικοὶ πάντες. Ἐάν τις εἴπῃ (5) ὅτι δόκησις ὁ σταυρὸς, ἀποστράφητι· μίσησον τοὺς λέγοντας, ὅτι κατὰ φαντασίαν ἐσταυρώθη. Εἰ γὰρ κατὰ φαντασίαν ἐσταυρώθη, ἐκ σταυ-

[2] Isa. LI, 1. [3] Eccli. II, 11. [4] Luc. XXIII, 53. [5] Marc. XV. 46. [6] Thren. III, 53. [7] I Pet. II, 6; Isa. XXVIII, 16 [8] I Petr II, 8. [9] *Vid sup. n.* 18, *et cat.* 14, n. 11. [10] *Vide sup. n.* 22, *et cat.* 4, *n.* 14. [11] Coloss. II, 15. [12] *Vide sup. n.* 3, *inf.* 40. [13] Psal. LXXIII, 14. *Vid. cat.* 12, *n.* 27.

(1) Æsculapium.

(2) Ἐμβλέψατε καὶ ἴδετε. Vox ἐμβλέψατε reperitur in loco Isaiæ citato vers. 2; at vox καὶ ἴδετε a nobis ita posita est, ex codd. Coisl., Colb. et Reg. juncta reperitur cum ἐμβλέψατε Eccli. cap. II, vers. 10. In editis pro ἴδετε, legitur αἰδέσθητε, *reveremini*, at Grod. videtur legisse, αἰσθήσεσθε, *sentietis*. Locum Isaiæ, quo, ad litteram, Judæos fidei parentum suorum memores esse jubet Deus, eodem modo quo Cyrillus, sepulturæ Christi accommodat Eusebius in hunc Isaiæ locum. Voces sequentes ex duobus evangelistis sumptæ: ἐν μνήματι λαξευτῷ sumptum et Luc. XXIII, 53; ὃ ἦν, etc., ex Marco XV, 46.

(3) Ἔθηκαν. Colb., ἐπέθηκαν, ut in sacro textu. Videtur ad hanc lectionem respicere Cyrillus his verbis, τούτῳ δὲ τί ἐπιτίθεται; Infra scripsimus, ἐνδοτέρω λίθου, ex Colb., Roe et Casaub. cum in
D impressis habeatur, ἐνδοτέρῳ λίθῳ. Postremo, loco πρὸ ὀλίγων χρόνων, *ante pauca tempora*, quod nihil sonat, restituimus ex Coisl., Colb., Reg., Casaub., Grod., πρὸς ὀλίγον χρόνον.

(4) Θεοφιλῆ καὶ Υἱόν. Coisl., Reg., θεοφιλῆ, τὸν Υἱόν Colb., θεοφίλητον Ἰησοῦν.

(5) Εἴπῃ. Sic nos ex Coisl., Colb. et Reg. Editi vero, λέγει. Paulo post, voces, εἰ κατὰ φαντασίαν ἐσταυρώθη, item istas, καὶ ἡ σωτηρία φαντασία, quæ facile propter repetitas voces, ἐσταυρώθη et φαντασία, excidere potuerunt, restituimus ex cod. Colb. At paulo alia est codd. Roe et Casaub. lectio; nam post ὅτι κατὰ φαντασίαν ἐσταυρώθη, sic habent: Εἰ ἐκ σταυροῦ δὲ ἡ σωτηρία, οὐ φαντασία ἡ σωτηρία· εἰ φαντασία, etc. *Si autem e cruce est nostra salus, nonne imaginaria salus erit? Si,* etc.

ρου δὲ ἡ σωτηρία· καὶ ἡ σωτηρία, φαντασία. Εἰ φαντασία ὁ σταυρὸς, φαντασία καὶ ἡ ἀνάστασις. Εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, ἔτι ἐσμὲν ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν. Εἰ φαντασία ὁ σταυρὸς, φαντασία καὶ ἡ ἀνάληψις· καὶ εἰ φαντασία ἡ ἀνάληψις, φαντασία ἄρα καὶ ἡ δευτέρα κάθοδος, καὶ πάντα λοιπὸν ἀνυπόστατα.

A sit, cum e cruce nobis oriatur salus, ipsa etiam salus nonnisi ludicra specie constabit. Si imaginaria species, crux imaginaria pariter species resurrectio ; si autem Christus non resurrexit, adhuc sumus in peccatis nostris [15]. [16] Si crux imagine et opinione tantum, imagine pariter assumptio constabit; si autem assumptio, similiter et secundus adventus ; et omnia denique nulla solidare consistent.

ΛΗ'. Λάμβανε οὖν (1) πρῶτον ἀρραγὲς θεμέλιον τὸν σταυρὸν καὶ ἐποικοδόμει τὰ λοιπὰ τῆς πίστεως. Μὴ ἀρνήσῃ τὸν ἐσταυρωμένον· ἐὰν γὰρ ἀρνήσῃ, πολλοὺς ἔχεις τοὺς ἐλέγχοντας. Ἰούδας ἐλέγξει σε πρῶτος, ὁ προδότης· ὁ γὰρ προδοὺς οἶδεν, ὅτι ὑπὸ ἀρχιερέων καὶ πρεσβυτέρων κατεκρίθη πρὸς θάνατον. Μαρτυρεῖ τὰ τριάκοντα ἀργύρια· μαρτυρεῖ τὸ Γεθσημανῆ, ἔνθα ἡ προδοσία γέγονεν. Οὔπω λέγω τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν, ἐν ᾧ προσηύχοντο παρόντες ἐν νυκτί (2). Μαρτυρεῖ ἡ ἐν νυκτὶ σελήνη· μαρτυρεῖ ἡ ἡμέρα, καὶ ὁ ἥλιος ἐκλείπων· οὐ γὰρ ἔφερεν ὁρᾶν τὸ παράνομον τῶν ἐπιβουλευόντων. Ἐλέγξει σε τὸ πῦρ, ᾧ παρεστὼς ἐθερμαίνετο ὁ Πέτρος· ἐὰν ἀρνήσῃ τὸν σταυρὸν, μενεῖ σε τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, σκληρὰ λέγω, ἵνα μὴ σκληρῶν πειρασθῇς (3). Μνημόνευε τῶν ἐν Γεθσημανῆ μαχαιρῶν ἐλθουσῶν ἐπ' αὐτὸν, ἵνα μὴ ῥομφαίς πειρασθῇς αἰωνίου. Ἐλέγξει σε ἡ οἰκία Καϊάφα, διὰ τῆς νῦν ἐρημίας δεικνύουσα τοῦ κριθέντος ἐκεῖ τότε τὴν δύναμιν. Ἀντικαταστήσεταί σοι (4) ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως καὶ αὐτὸς Καϊάφας· ἀντικαταστήσεται σοι καὶ ὁ ὑπηρέτης, ὁ ῥάπισμα δοὺς τῷ Ἰησοῦ. καὶ οἱ δήσαντες, καὶ οἱ ἀπαγαγόντες. Ἀντικαταστήσεταί σοι καὶ Ἡρῴδης καὶ Πιλᾶτος, μονονουχὶ λέγοντες· Τί ἀρνῇ τὸν ἐφ' ἡμῶν ὑπὸ Ἰουδαίων συκοφαντηθέντα, ὃν ἤδειμεν ἡμεῖς μηδὲν ἁμαρτήσαντα ; ἐγὼ γὰρ Πιλᾶτος ἀπενιψάμην τότε τὰς χεῖρας . Ἀντικαταστήσονταί σοι οἱ ψευδομάρτυρες· καὶ οἱ στρατιῶται, οἱ τὸ πορφυροῦν ἱμάτιον περιβαλόντες , καὶ τὸν ἀκάνθινον στέφανον ἐπιθέντες, καὶ

XXXVIII. Sume igitur primum pro insolubili fundamento crucem, eoque reliqua fidei consectaria inædifica. Ne crucifixum abneges ; si enim abnegaveris, multos habes qui te revincent. Primus te arguet proditor Judas : ipse enim qui prodidit, novit eum a principibus sacerdotum et senioribus damnatum ad mortem fuisse [17]. Testantur triginta argentei [18] ; testatur Gethsemane [19], locus ubi proditio peracta fuit. Nondum dico montem Olivarum in quo orabant præsentes [apostoli] noctu [20] : testatur quæ in nocte lucebat luna ; testatur dies, et sol deficiens [21] ; nec enim insidiatorum crimen videre sustinuit. Arguet te ignis cui astans calefaciebat se Petrus [22] : si crucem negaveris, manebit te ignis æternus : dura dico, ne tu dura experiare. Recordare ruentium super illum in Gethsemane gladiorum [23], ne tu æternum gladium patiare. Arguet te Caiphæ domus (5) quæ presenti vastitate potestatem ejus ostendit, qui tunc in ea judicatus est. Exsurget tibi ex adverso in die judicii Caiphas ipse ; exsurget et minister qui Jesu colaphum impegit [24], et qui ligaverunt, et qui abduxerunt. Exsurget adversum te et Herodes et Pilatus, ita ferme loquentes : Quid negas eum qui coram nobis a Judæis calumniis est appetitus, quem nos nihil peccasse probe calluimus [25] ? ego enim Pilatus tunc lavi manus [26]. Stabunt contra te ipsi falsi testes [27] ; et milites qui purpureum ipsi induerunt vestimentum, spineamque imposuerunt coronam [28]

[15] I Cor. xv, 17. [16] *Id fere cat.* 4. n. 9, *et sup.* n. 4. [17] Matth. xxvii, 3. [18] Matth. xxvi, 16. [19] ibid. 36. [20] Luc. xxii, 39. [21] Luc. xxiii, 45. [22] Joan. xviii, 18. [23] Matth. xxvi, 55. [24] Joan. xviii, 22. [25] Luc. xxiii, 14, 15, [26] Matth. xxvii, 24. [27] Matth. xxvi, 60, [28] Joan. xix, 2.

(1) Λάμβανε οὖν. Particulam οὖν ascripsimus ex Coisl. et Reg. ; at Colb., λάμβανε σύ.

(2) Ἐν νυκτί. Articulum ἡ addidimus ex Coisl., Reg., Colb , Roe, Casaub.

(3) Πειρασθῇς. Roe, Casaub. et Coisl. πειρασθῇς, ut supra σκληρῶν πειρατῆς.

(4) Ἀντικαταστήσεταί σοι. Ea verba usque ad οἱ ἀπαγαγόντες incl., in editis prætermissa propter repetitionem vocis ἀντικαταστήσεται, reposui ex codd. Ottob, Coisl., Reg., Roe. Casaub., Grod. et Colb. qui tamen postremus omittit membrum illud prius, Ἀντικαταστήσεταί σοι ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως καὶ αὐτὸς Καϊάφας. Paulo post, ἐφ' ἡμῶν, loco ὑφ' ὑμῶν, posuimus ex Coisl., Colb. et Grod., et συκοφαντηθέντα, loco σταυρωθέντα *crucifixum*, ex Coislin., Reg., Roe. Casaub. et Grodec.

(5) *Caiphæ domus.* etc. Caiphæ domum hic, et prætorium Pilati inferius, ad vastitatem et solitudinem redacta significat, quod non his solis ædificiis proprium, sed toti veteri Hierosolymæ, ac præsertim monti Sion in quo ambo hæc ædificia fuisse traduntur, commune erat. Vide cat 17, num 18, et Euseb. lib. viii *Demonst.*, pag 406. De hac domo Caiphæ auctor *Itinerarii Hierosolymitani* : *In eadem assenditur Sion ; et paret ubi fuit domus Caiphæ sacerdotis ; et columna adhuc ibi est, in qua Christum flagellis cecíderunt.* Columna hæc postea in ecclesia porticum sustinens visebatur. Hieronym. epist. al. 27, nunc 86, de S. Paula scribit : « Ostendebatur illi columna ecclesiæ porticum sustinens « infecta cruore Domini, ad quam vinctus ducitur « et flagellatur. Erat hæc ecclesia in ipsis, ut reor et ex ipsis Caiphæ ædibus ædificata : quod tum ex citati Hieronymiani loci serie, tum ex istis Prudentii in *Enchiridio* versibus colligitur :

Impia blasphemi cecidit domus alta Caiphæ ..
Vinctus in his Dominus stetit ædibus, atque columnæ
Annexus, tergum dedit ut servile flagellis.
Perstat adhuc, templumque gerit veneranda columna.

Sed quod hanc ecclesiam in honorem S. Petri ab Aelena structam dicit Nicephorus lib viii *Hist. eccl.* cap. 30 refellitur tum ex præsenti Cyrilli, et mox allegato *Itinerarii* testimonio, quibus locus ille uti Cyrilli ætate pristinam vastitatem retinens describitur : tum ex Eusebii, Theodoreti Socratis et Sozomeni silentio, qui ecclesias ab Helena constructus referentes, nullum de ista verbum faciunt.

et in Golgotha crucifixerunt [29], deque tunica sunt sortiti [30], **202** Arguet te Simon Cyrenæus qui crucem portavit post Jesum [31].

XXXIX. Convincet te ex sideribus, sol deliquium passus [32]; ex terrenis vero rebus, myrrhatum vinum [33]; ex cannis, arundo [34]; ex herbis, hyssopum; ex marinis, spongia [35]; ex arboribus crucis lignum. Milites, sicut dixi, qui clavis confixerunt, et de vestibus sortem jecere [36]. Miles qui lancea latus ejus aperuit [37]; mulieres quæ tunc adfuerunt [38]; velum templi tunc discissum [39]. Pilati prætorium [40], virtute ejus qui tunc cruci affixus est, nunc in solitudinem redactum. Golgothas iste sanctus supereminens, et hucusque conspicuus, atque in præsentem diem fidem faciens (1), quomodo petræ propter Christum eo tempore sunt scissæ [41]. Proximum quoque monumentum, in quo conditus est; et ostio impositus lapis [42], qui ad hunc usque diem proxime monumentum jacet. Angeli qui tunc præsentes fuere [43]: mulieres quæ post resurrectionem adoravere [44]. Petrus et Joannes, qui ad monumentum cucurrere [45, 46] et Thomas qui manum in latus ejus, et digitos in clavorum vestigia inseruit [47]. Pro nobis enim ille dilioenter contrectavit: quodque, tu, qui præsens non adfuisti. inquisiturus eras, id ille præsens altiori Dei consilio conquisivit.

XL. Habes duodecim apostolos crucis testes, et terram universam, ac mundum credentium in crucifixum hominum. [48] Hoc ipsum quod nunc ades,

ἐν τῷ Γολγοθᾷ σταυρώσαντες, καὶ περὶ τοῦ χιτῶνος λαχόντες. Ἐλέγξει σε Σίμων ὁ Κυρηναῖος, ὁ τὸν σταυρὸν φέρων ὀπίσω τοῦ Ἰησοῦ.

Λθ'. Ἐλέγξει σε ἀπὸ μὲν ἄστρου, ὁ ἐκλείπων ἥλιος· ἀπὸ δὲ τῶν ἐπὶ γῆς, ὁ ἐσμυρνισμένος (2) οἶνος· ἀπὸ καλάμων, ὁ κάλαμος· ἀπὸ βοτανῶν, τὸ ὕσσωπον· ἀπὸ τῶν θαλασσίων ὁ σπόγγος· ἀπὸ δένδρων, τοῦ σταυροῦ τὸ ξύλον. Οἱ στρατιῶται, καθὼς εἴρηται, οἱ καθηλώσαντες, καὶ λαχόντες περὶ τῶν ἱματίων· ὁ στρατιώτης, ὁ τῇ λόγχῃ τὴν πλευρὸν αὐτοῦ ἀνοίξας· αἱ γυναῖκες (3), αἱ τότε παροῦσαι· τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ τότε διαῤῥαγέν· τὸ Πιλάτου πραιτώριον, τὸ τῇ δυνάμει τοῦ τότε σταυρωθέντος νῦν ἠρημωμένον· ὁ Γολγοθᾶς οὗτος ὁ ἅγιος, ὁ ὑπεραναστὰς, καὶ μέχρι σήμερον φαινόμενος, καὶ δεικνύων μέχρι νῦν, ὅπως διὰ Χριστὸν αἱ πέτραι τότε ἐῤῥάγησαν· τὸ μνῆμα τὸ πλησίον, ὅπου ἐτέθη· καὶ ὁ ἐπιτεθεὶς τῇ θύρᾳ λίθος, ὁ μέχρι σήμερον παρὰ τῷ μνημείῳ (4) κείμενος· ἄγγελοι, οἱ τότε παρόντες· γυναῖκες αἱ προσκυνήσασαι μετὰ τὴν ἀνάστασιν· Πέτρος καὶ Ἰωάννης, οἱ ἐπὶ τὸ μνῆμα δραμόντες· καὶ Θωμᾶς, ὁ βαλὼν τὴν χεῖρα εἰς τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, καὶ τοὺς δακτύλους εἰς τοὺς τύπους τῶν ἥλων. Ὑπὲρ γὰρ ἡμῶν κἀκεῖνος ἀκριβῶς ἐψηλάφησεν· καὶ ὅπερ σὺ ἔμελλες, ὁ τότε μὴ παρὼν ζητεῖν, τοῦτο ἐκεῖνος παρὼν κατ' οἰκονομίαν ἐζήτησεν.

Μ'. Ἔχεις δώδεκα ἀποστόλους τοῦ σταυροῦ μάρτυρας· καὶ τὴν οἰκουμένην, καὶ τὸν κόσμον τῶν εἰς (5) τὸν ἐσταυρωμένον πιστευόντων ἀνθρώπων. Αὐτὸ τοῦτο, σὲ νῦν παρεῖναι, πειθέτω σε τοῦ σταυ-

[29] Joan. XIX, 17. [30] ibid. 24. [31] Luc. XXIII, 26. [32] Luc. XXIII 45. [33] Marc, XV, 23. [34] Matth. XXVII, 48. [35] Joan. XIX, 29. [36] Matth. XXVII, 35. [37] Joan. XIX, 34. [38] Matth. XXVII, 55. [39] ibid 51 [40] ibid. 27. [41] ibid. 51. [42] ibid. 60. [43] Joan. XX, 12. [44] Matth. XXVIII, 9. [45] Joan. XX, 3, 4. [46] *Vide cat.* 14, n. 12. [47] Joan. XX, 27. [48] *Vide cat.* 10. n. 19.

(1) *Fidem faciens*, etc. Scissuram in monte Golgotha passionis tempore factam, suo tempore conspicuam in testimonium appellat Cyrillus testis omni exceptione major. Idem confirmat Lucianus martyr, qui apud Rufinum lib. IX *Hist. eccles.*, cap. 6, Christianæ religionis defensorem agens sic præsidem alloquitur: « Si minus adhuc creditur, adhibebo vo- « bis etiam loci ipsius in quo res gesta est testimo- « nium. Astipulatur his ipse in Hierosolymis locus, « et Golgothana rupes sub patibuli onere dirupta. » Ex his verbis colligi potest fissuram factam fuisse in loco ubi crux fixa fuerat. Eadem fissura nunc Hierosolymis peregrinis ostenditur.

(2) Ὁ ἐσμυρνισμένος. Articulum addi placuit ex Roe et Casaub.

(3) Αἱ γυναῖκες. Articulus ex codd. Roe et Casaub. hic ascriptus.

(4) Παρὰ τῷ μνημείῳ. Coisl. et Reg., πρὸ τοῦ μνημείου. Colb., πρὸ τοῦ μνεύματος. Grod. quoque, *ante monumentum*. Erat ille lapis, Hieronymi saltem tempore, intra ipsam monumenti speluncam, sed prope sarcophagum in quo Christus compositus fuerat. Hæc sunt ipsius verba epist. 27, nov. ed. 86, de S. Paula loquentis: « Ingressa sepulcrum, re- « surrectionis osculabatur lapidem, quem ab ostio « monumenti removerat angelus; » forte ad pedes sacri sepulcri fuisse, istis ejusdem Hieronymi ep. 17, novæ editionis 44, verbis suaderi potest: « Quo- « tiescunque ingredimur sepulcrum Domini... vide- « mus angelum sedere ad pedes ejus.

(5) Τὸν κόσμον τῶν εἰς, etc., *mundum hominum qui in Crucifixum credunt*. Cod. Coisl. omittit, ἀνθρώπων. At Colb. simplicius habet, τὸν κόσμον τὸν εἰς ἐσταυρωμένον πιστεύοντα, *mundum qui in Crucifixum credit*. In hoc stat utriusque lectionis discrimen, quod in posteriore, mundus totus, propter credentes per ipsum universum fusos, in testimonium vocetur; in priori, soli credentes, qui ipsa sua multitudine per orbem fusa, mundum alterum in mundo communi conficiant. Huic sensui suffragatur similis dicendi ratio qua utitur Ecclesia Smyrnensis in epistola *De martyrio S. Polycarpi*, in *Actis martyr.* Ruin., num. 17, dum ait Christum passum esse pro salute totius mundi eorum qui salvi fiunt, τὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ παντὸς κόσμου τῶν σωζομένων σωτηρίας παθόντα. Nota est Augustini duplicis mundi distinctio ex sacris litteris ab eodem probata. Nihilominus existimem Cyrilli verba ad alterum sensum reducenda esse, ut mundus credentium nihil aliud significet, præter mundum totum credentem, vel post Evangelii prædicationem totum fere ex credentibus compositum. Sic catechesis hujus n. 1, verba, τοὺς ἐν τῇ οἰκουμένῃ ταῖς ἁμαρτίαις νενεκρωμένους, significant universos, qui in toto orbe sunt, peccatis mortuos, et infra eodem loco verba, κόσμον ὅλον ἀνθρώπων, significant « universos homines qui in mundo sunt. » Idem est sensus hujus Proverbiorum sententiæ bis a Cyrillo citatæ, « Fidelis hominis est totus mundus di- « vitiarum, *hoc est*, totius mundi divitiæ. »

ρωθέντος τὴν δύναμιν. Τις γάρ σε νῦν συνήγαγε ; ποῖοι στρατιῶται ; ποίοις δεσμοῖς ἠναγκάσθης ; ποία καταδίκη σε νῦν κατέπειξεν (1) ; Ἀλλὰ τὸ τρόπαιον Ἰησοῦ τὸ σωτήριον, ὁ σταυρὸς, πάντας συνήγαγε. Τοῦτο Πέρσας ἐδουλαγώγησε, καὶ Σκύθας ἡμέρωσε· τοῦτο τοῖς Αἰγυπτίοις, ἀντὶ αἰλούρων καὶ κυνῶν καὶ τῆς πολυσχιδοῦς πλάνης, τὴν θεογνωσίαν ἐχαρίσατο· τοῦτο μέχρι σήμερον θεραπεύει νόσους· τοῦτο μέχρι σήμερον δαίμονας ἀπελαύνει, φαρμάκων τε καὶ ἐπαοιδῶν ἀνατρέπει γοητείας.

A Crucifixi virtutem (4) tibi persuadeat. Quis enim te nunc ad hunc cætum adduxit? qui milites? quibus es vinculis coactus? quæ te nunc adursit judicis sententia? Verum salutare Jesu tropæum, crux, omnes huc coegit. Hoc Persas servituti addixit, **203** et Scythas cicuravit. Hoc Ægyptis, in locum felium et canum, ac multiplicis erroris, Dei notitiam impertivit : hoc in hodiernum usque diem morbos curat, effugat dæmones, veneficiorumque atque incantationum evertit imposturas.

ΜΑ'. Τοῦτο μετὰ τοῦ Ἰησοῦ φαίνεσθαι μέλλει πάλιν ἐξ οὐρανοῦ. Προηγήσεται γὰρ τοῦ βασιλέως τὸ τρόπαιον· ἵνα ἰδόντες ὃν ἐξεκέντησαν, καὶ ἐκ τοῦ σταυροῦ γνόντες τὸν ἠτιμασμένον, οἱ μὲν (2) μετανοήσαντες Ἰουδαῖοι κόψωνται (ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν κόψονται φυλαὶ κατὰ φυλάς· τότε γὰρ μετανοήσουσιν, ὅτε οὐκ ἔστιν αὐτοῖς μετανοίας καιρὸς), ἡμεῖς δὲ καυχησώμεθα, ἐναβρυνόμενοι τῷ σταυρῷ, προσκυνοῦντες τὸν ἀποσταλέντα Κύριον, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν σταυρωθέντα, προσκυνοῦντες καὶ τὸν ἀποστείλαντα Πατέρα Θεὸν, σὺν ἁγίῳ Πνεύματι (3) ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

XLI. Hoc cum Jesu olim apparebit[49] (3) ex cœlo : præcedet enim regis tropæum, ut Judæi quidem videntes quem pupugerunt[50], et ex cruce eum quem ignominia affecerunt recognoscentes, lamentis conficiantur (at illi quidem deplorabunt se tribus contra tribus[51], tunc enim pœnitebit eos, cum non erit eis tempus pœnitentiæ), nos autem gloriemur, de cruce plaudentes ac gestientes, adorantes eum qui missus et pro nobis crucifixus est Dominum, adorantes quoque Patrem a quo missus est Deum, cum sancto Spiritu : cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

B

[49] Matth. XXIV, 30. [50] Joan. XIX, 37 ; Zach. XII, 10, 12 ; Apoc. I, 7. [51] Zach. XII, 12.

(1) Κατέπειξεν. Ita nos scripsimus sensu postulante, loco κατέπηξεν, *affixit*. Ita certe Grodecius legit. Cod. Colb. habet, ἤπειξεν. Roe et Casaub., ὕπειξεν. Reg. et Coisl., ὕπηξεν. Post, vocem τοῦ σταυροῦ superflue positam inter τρόπαιον et Ἰησοῦ, resecuimus, ex Colb., Coisl., Reg., Grod.

(2) Οἱ μέν. Particulam μέν, cui respondet particula δέ in vocibus, ἡμεῖς δὲ καυχησώμεθα, addidimus ex codd. Coisl. et Ceg. In Ottob. pro μέν habetur μη, *qui pœnitentiam non egerunt* ; male, cum agat Cyrillus de infructuosa et extra tempus pœnitentia Judæorum. Propter verbum καυχησώμεθα scripsimus, κόψωνται, subjunct modi, ex simili loco cat. 15, n. 21, pro κόψονται indicat. quod in editis et aliis codicibus habetur. Loco μετανοίας καιρός, Coisl. et Grod habent, σωτηρίας καιρός. Colb. vero simpliciter, σωτηρία.

(3) Σὺν ἁγίῳ Πνεύματι. Codd. Roe et Casaub. sic, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. « Adorantes et Deum. et « Spiritum sanctum », Spiritus sancti mentio nulla hic apud Grodecium.

(4) *Crucifixi virtutem*, τοῦ σταυρωθέντος τὴν δύναμιν. Intimam virtutem intelligit, quam cat. 14, num. 18, vocat operantem in hodiernum usque diem redivivi efficaciam, ἐκ τῆς μέχρι σήμερον τοῦ ἀναστάντος ἐνεργείας· qua nimirum in cordibus hominum operans, persuadet ut relictis erroribus religionem veram amplectantur. Hunc ejus loci sensum esse suadent, præter subjecta verba quibus efficacius nihil inveniri potest, similes ad probandam Christi viventis vim et potestatem Patrum loci; ut Eusebii, orat. *in Dedic. ecclesiæ Tyriensis*, lib. x *Hist. eccl.*, cap. 4 ; Athanasii, *De Incarnat. Verbi Dei*, num. 30 et 31 ; Chrysostom., homil. 8 *in II Cor.*, pag 588 ; Ambros., *in psal.* XXXVI, num. 15 et 16. Quod tropæum crucis omnes in ecclesiam congregasse dicit, sciendum ecclesiam Resurrectionis cruci dedicatam fuisse videri ex Euseb., *De laud. Const.*, cap. 9. saltem ambo sanctæ Crucis, et Resurrectionis nomina habuit. Scythas per crucem cicuratos cum dicit, id referri potest vel ad conversionem eorum ad fidem. quæ Tertulliani temporibus facta jam erat, ex libro ejus *Adv. Judæos*, cap. 7, vel ad id bellum, quo Constantinus illato adversum Scythas labaro, partim rebellantes subjecit, partim legationibus mansuefecit ; atque ab exlege et ferino ritu, ad rationabiles et legitimos vivendi usus traduxit ; quod refert Euseb. lib. IV *Vitæ Constantini*, cap. 5. De veneficiis et incantationibus crucis signo in irritum deductis, exstant clarissimæ Patrum auctoritates, uti apud Athanas., *De Incarn. Verbi Dei*, num. 48, etc. Habetur ejus rei luculentum exemplum in provincia Palæstina non longe ante hæc tempora. de Chsistiana muliere per crucis signum adversus omnem vim magiæ munita ; quod ab Epiphanio refertur hæresi 30. num 8.

(5) *Hoc cum Jesu olim apparebit*, etc. De cruce communiter interpretantur Patres signum illud Filii hominis, quod Christus in novissimo judicio apparitarum tradit. Verum nonnulli id de ipsa lignea cruce intellexisse visi sunt, ut sanctus Paulinus. poem. 27, v. 95 ; sanctus Ephræm in diversis locis, aliique a Rosweydo in suis ad præfatum Paulini locum animadversionibus citati. Verum omisso locorum illorum examine, dum in eorum numero nostrum Cyrillum ex præsenti loco recenset, parum feliciter sensum ejus assecutus est. Primum enim hic non de cruce ipsa loquitur, sed de ejus signo, quo adhibito morbi curantur, dæmones fugantur, magicæ operationes evanescunt : neque enim hæc de ipsa cruce dixeris. Præterea, cat 15. num. 21. in loco huic gemino, signum, quod venientem Christum præcedet, vocat *luminosum*, vel *luminosæ crucis signum*, φωτοειδὲς (ut alii codd. φωτοειδοῦς) σταυροῦ σημεῖον· quod idem est cum eo quod ad Constantium scribens dicit num. 4, σταυρὸς ἐκ φωτὸς κατεσκευασμένος, *crux ex lucе composita*, ac non ipsam crucem, sed signum crucis illo die hostibus tremorem. amicis gaudium incussurum ait. Postremo epist. ad Constantium, num. 6, prædictionem de signo crucis apparituro in Evangeliis consignatam, in apparitione lucidæ crucis quæ Paschali tempore Hierosolymis visa est. ex parte completam scribit, plenius tamen in die judicii complendam. Atqui crucis signum solum apparuerat : nihil ergo amplius a Christo significatum existimavit.

C

D

CATECHESIS DECIMA QUARTA.

De Christi resurrectione, ascensione in cœlos, et ad Patris dexteram consessu.

PRÆLOQUIUM.

I. *Tria hæc Symboli decreta in una oratione conjungit auctor et contra Judæos atque hæreticos Scripturarum auctoritate communit; ut tamen duo posteriora leviter tantum in fine præstringens, totam pene catechesim in probanda resurrectione declarandisque ejus circumstantiis consumere videatur.*

II. *Ac primo ad lætitiam de Christi mortui resurrectione capiendam adhortatus* (n. 1), *omnes ejus circumstantias ex Scripturis sibi probandas proponit* (n. 2). *Post, allatis aliquot de sepultura testimoniis, multa de resurrectione congerit, quæ et tempus et locum ejusdem declarant* (n. 3); *locum quidem, qui et hortus, et spelunca fuerit, et ab prophetis etiam* martyrii *nomine illi postmodum proprio appellatus sit; tempus vero, quod et matutinum fuit, et verna anni tempestate, qua etiam creatus est est mundus. Tum de mulieribus, ac nominatim Maria Magdalene, aromata ad eum ungendum ferentibus, ac redivivum sollicite requirentibus tractat* (n. 11): *quorum fidei robur cum stolido Judæorum, resurrectionem Christi occultare tentantium, consilio comparat. Judæis deinde ex domesticis testibus resurrectionis veritatem probat, et ex eorum Scripturis, maximeque ex Jonæ exemplo, possibilem nec difficilem Deo fuisse convincit* (n. 15). *Eaque occasione Christi ad inferos descensum,* **204** *et beneficium omnibus sanctis ibi detentis impensum commemorat. Manichæis tandem resurrectionem opinione tantum constare asserentibus, ejus veritatem ex Novo Testamento et conglobatis omnium generum testimoniis, præsertimque conspicuis Hierosolymæ ejus monumentis, evincit.*

III. *Hinc ad articulum de ascensione transgreditur* (n. 24): *quem cum die superiori qui Dominicus erat in synaxi explicasset, satis habuit nonnulla auditoribus in memoriam revocare loca et exempla Scripturæ quibus eam asseruerat.*

IV. *Pauca quoque de Filii ad dexteram Patris sessione propter temporis angustias subjungit* (n. 27). *hanc ex diversis Scripturis astruens: illudque in primis ingeminans, non in tempore post ascensionem datam hanc Christo sessionis prærogativam, sed et ab omni æternitate convenire. Quibus peroratis, fausta apprecatione et brevi adhortatione orationi finem imponit* (n. 30).

V. *Hic potissimum annotanda quæ de ornamentis sancti Sepulcri et ecclesiæ Resurrectionis tradit: de Jacobo primo Hierosolymorum episcopo, et successoribus ejus Hebræis: de Pauli raptu in cœlum tertium et in paradisum.*

VI. *Habita est hæc catechesis mense Xanthico incipiente, paucis diebus post æquinoctium vernum, ex num.* 10, *feria secunda seu die Lunæ, ex num.* 24, *sed cujusnam hebdomadæ, divinare non facile est. Ait n.* 24, *se die præcedenti in synaxi diei Dominicæ de Ascensione Domini disputasse, argumento ex lectione, illo die secundum anni ordinem recitata, sumpto: sed neque ex quo libro Scripturæ excerpta esset, meminit, neque qui ordo lectionum toto anno in Ecclesia Hierosolymitana Cyrilli temporibus servaretur, ullis monumentis compertum est. Dedit Zacagnius Euthalii Sulcensis opus in Epistolas S. Pauli in quo assignat initium lectionis Dominicæ quintæ Quadragesimæ in versu* 11, *cap.* IX *Epistolæ ad Hebræos*: Christus assistens pontifex, etc., *pag.* 680, *col.* 1; *quam lectionem hodie quoque Græci sicut Latina Ecclesia, eo die legunt. Aliud quoque lectionarium Ecclesiæ Alexandrinæ vetustissimum idem dedit, in quo ejusdem Dominicæ lectio assignatur in vers.* 19, *cap.* X, Habentes itaque fratres fiduciam, etc. *Utraque porro commodam Cyrillo de ascensione disserendi ansam dare potuit, cum agatur de Christi in cœlos introitu; sed nihil super hac re certi statui potest. Hanc catechesim non dubitamus aut feria secunda post Dominicam Palmarum, aut post Dominicam Passionis habitam esse: si anno* 348 *habitæ sunt catecheses, non est pronuntiata hæc feria secunda post Dominicam quintam, quæ hoc anno in vicesimam Martii ante æquinoctium et mensem Xanthicum incidebat; si habitæ anno* 347, *Dominica Passionis erat* 29 *Martii et omnia plene cohærent; si anno* 345, *eadem Dominica erat* 24 *Martii, sed non in mense Xanthico. De his fusius disputamus in Dissertatione secunda.*

VII. *Emendata a nobis hæc oratio est ad codd. mss. Ottob., Coisl., Reg., Roe, Casaub.*

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ ΙΔ' ΦΩΤΙΖΟΜΕΝΩΝ.

Ἐν Ἱεροσολύμοις σχεδιασθεῖσα, εἰς τὸ, Καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς, καὶ καθίσαντα ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρός· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους πρώτης· Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοί, τὸ Εὐαγγέλιον ὃ εὐηγγελισάμην (1) ὑμῖν, καὶ τὰ ἑξῆς. Ὅτι ἐγήγερται τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς Γραφάς, καὶ τὰ ἑξῆς.

CATECHESIS XIV ILLUMINANDORUM.

Hierosolymis dicta ex tempore in illud : *Qui et resurrexit a mortuis tertia die ; et ascendit in cœlos, et consedit a dextris Patris.* Lectio (*a*) ex priore ad Corinthios : *Notum autem vobis facio, fratres, Evangelium quod annuntiavi vobis*, etc. *Quod resurrexit tertia die secundum Scripturas* [52], et quæ sequuntur.

Α'. Εὐφράνθητι, Ἱερουσαλὴμ, καὶ πανηγυρίσατε, πάντες οἱ ἀγαπῶντες Ἰησοῦν· ἐγήγερται γάρ. Χαίρετε, πάντες ὅσοι πρότερον ἐπενθήσατε, τὰς Ἰουδαίων τόλμας τε καὶ παρανομίας ἀκούσαντες· ὁ γὰρ ὑβρισθεὶς ὑπ' αὐτῶν ἐνταῦθα, πάλιν ἠγέρθη. Καὶ ὥσπερ ἡ κατὰ τὸν σταυρὸν ἀκρόασις, λυπηρά τις ἦν· οὕτως ὁ περὶ τῆς ἀναστάσεως εὐαγγελισμὸς εὐφραινέτω τοὺς παρόντας. Τὸ πένθος εἰς εὐφροσύνην στραφήτω, καὶ ὁ κοπετὸς εἰς χαράν· καὶ πλησθήτω χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης τὸ στόμα ἡμῶν, διὰ τὸν μετὰ τὴν ἀνάστασιν εἰπόντα· Χαίρετε. Οἶδα γὰρ τῶν φιλοχρίστων ἐν ταῖς παρελθούσαις ἡμέραις τὴν λύπην· ἐπειδὴ τῶν λεγομένων καταλιξάντων μὲν εἰς τὸν θάνατον καὶ τὴν ταφήν, τὴν δὲ ἀνάστασιν μὴ εὐαγγελισαμένων, ἐκκρεμὴς ἦν ἡ διάνοια πρὸς τὸ ἀκοῦσαι τὸ ποθούμενον. Ἐγήγερται τοίνυν ὁ νεκρὸς, ὁ ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος· καὶ νεκρῶν ἐλευθερωτής· ὁ κατὰ ἀτιμίαν δι' ὑπομονῆς (2) τὸν στέφανον τῶν ἀκανθῶν περιδεδεμένος, οὗτος ἀναστὰς, τὸ διάδημα τῆς κατὰ τοῦ θανάτου νίκης διεδήσατο.

Β'. Ἀλλ' ὥσπερ τὰς περὶ τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ μαρτυρίας παρεθέμεθα, οὕτω φέρε καὶ νῦν τὰς περὶ τῆς ἀναστάσεως ἀποδείξεις πιστοποιησώμεθα· ἐπειδὴ ὁ παρὼν Ἀπόστολός φησιν· Ἐτάφη, καὶ ἐγήγερται τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς Γραφάς. Ἀποστόλου τοίνυν εἰς τὰς μαρτυρίας τῶν Γραφῶν (3) ἡμᾶς ἀναπέμψαντος, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ἐπιγνῶναι τῆς ἡμετέρας σωτηρίας τὴν ἐλπίδα καὶ μαθεῖν πρῶτον, εἰ αἱ θεῖαι Γραφαὶ λέγουσιν ἡμῖν τὸν καιρὸν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ· πότερον ἐν θέρει, ἢ ἐν φθινοπώρῳ γίνεται, ἢ μετὰ χειμῶνα, καὶ ἐκ ποίων τόπων ὁ Σωτὴρ ἐγήγερται, καὶ τί τὸ ὄνομα τοῦ τόπου τῆς ἀναστάσεως ; ἐν τοῖς θαυμασίοις προφήταις ἀνηγόρευται, καὶ εἰ γυναῖκες αἱ

I. *Lætare, Hierusalem, et conventum agite, omnes qui diligitis* [53] Jesum : resurrexit enim ; *gaudete, omnis qui* antea *in luctu fuistis*, auditis Judæorum ausis et facinoribus : **205** qui enim ab eis his in locis dehonestatus est, rursus ad vitam revocatus est. Et sicut crucis commemoratio tristitiæ nonnihil intulit ; ita faustus resurrectionis nuntius præsentes lætificet. Convertatur luctus in gaudium, et planctus in lætitiam [54] ; repleatur os nostrum gaudio et lætitia [55], propter eum qui post resurrectionem suam dixit : *Gaudete* [65] (5). Novi enim quæ anteactis diebus fuerit Christi amantium tristitia, dum oratione nostra in mortem ac sepulturam desinente, emissa resurrectionis denuntiatione, suspensus erat animus ad illud quod optabat audiendum. Resurrexit itaque mortuus ille *inter mortuos liber* [57], et mortuorum liberator. Qui ignominiæ causa, spinea corona redimitus per patientiam fuit, ille resurgens devictæ mortis diadema sibi cinxit.

II. Sed quemadmodum pertinentia ad ejus crucem testimonia protulimus, age, et nunc ad eumdem modum demonstrationibus fidem resurrectionis faciamus ; siquidem qui in manibus est Apostolus ait : *Sepultus est, et resurrexit tertia die secundum Scripturas* [58]. Cum igitur nos Apostolus ad Scripturarum testimonia remittat, optimum est ut repositam salutis nostræ spem agnoscamus, ac primum quidem addiscamus, num divinæ nobis Scripturæ certum resurrectinis ejus tempus renuntient ; eane in ætate, aut in autumno fiat, vel post hiemem ; et cujusmodi ex locis resurrexerit Salvator ; et quodnam resurrectionis loco nomen

[52] I Cor. xv, 1-4. [53] Isa. lxvi, 10. [54] Psal. xxix, 12. [55] Psal. lxx, 8 ; cxxv, 2. [56] Matth. xxviii, 9. [57] Psal. lxxxvii, 5. [58] I Cor. xv, 4.

(*a*) Confirmatur hæc lectio ex n. 2.

(1) Ὃ εὐηγγελισάμην, etc. Hæc et sequentia verba usque ad tituli finem addidimus ex codd. Coisl., Ottob., Reg., Roe, Casaub. et Grod.

(2) Δι' ὑπομονῆς. Horum loco Coisl., καὶ τὴν ὑπομονήν, *Per ignominiam et patientiam.*

(3) Τῶν Γραφῶν. Eas voces suppl. ex codd. Roe, Casaub. et Grod.

(4) *Gaudete.* Ita sensus postulavit verti vocem, Χαίρετε, quam Vulgatus reddidit per *Avete.* Eodem sensu quo Cyrillus multi Patres intellexere, ut inter alios Chrysostomus.

apud admirandos prophetas tribuatur; et utrum mulieres quæ illum non repertum quæsivere, eo rursus reperto gaudeant; ut cum leguntur Evangelia, non fabulæ, neque rhapsodiæ (seu ineptæ rerum consarcinationes) existimentur sanctorum Evangeliorum narrationes.

A ξητοῦσαι αὐτὸν καὶ μὴ εὑροῦσαι, παλιν εὑρουσαι χαίρουσιν· ἵνα τῶν Εὐαγγελίων ἀναγινωσκομένων, μὴ μῦθοι, μηδὲ ῥαψῳδίαι νομιζοιντο τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων αἱ διηγήσεις.

III. Quod igitur sepultus sit Salvator aperte audistis in superiori [59] sermone (1), Isaia dicente: *Erit in pace sepultura ejus* [60]; pacificavit enim sepultura sua cœlum et terram [61], peccatores adducens Deo; et, *A facie iniquitatis sublatus est justus* [62]; et, *Erit in pace sepultura ejus*; et, *Dabo malos pro sepultura ipsius* [63]. Et est prophetia Jacob dicens in Scripturis: *Procumbens dormivit ut leo, et ut catulus; quis suscitabit eum* [64]? Et simile hoic in Numeris testimonium: *Recubans requievit ut leo, et ut catulus* [65]. Et sæpe audivistis psalmum dicentem: *Et in pulverem mortis deduxisti me* [66]. [67] Locum vero adnotavimus in hoc dicto: *Inspicite in petram quam excidistis* [68]; deinceps vero de ipsa ejus resurrectione testimonia subnectamus.

Γ'. Ὅτι μὲν οὖν ἐτάφη ὁ Σωτὴρ, ἀκηκόατε σαφῶς ἐν τῇ προτέρᾳ διαλέξει, τοῦ Ἡσαΐου λέγοντος. Ἔσται ἐν εἰρήνῃ ἡ ταφὴ αὐτοῦ· εἰρηνοποίησε γὰρ ἐν τῇ ταφῇ αὐτοῦ (2) οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, τοὺς ἁμαρτωλοὺς προσάγων τῷ Θεῷ· καὶ, ὅτι Ἀπὸ προσώπου ἀδικίας ἦρται ὁ δίκαιος· καὶ, Ἔσται ἐν εἰρήνῃ ἡ ταφὴ αὐτοῦ· καὶ, Δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ· καὶ ἡ προφητεία τοῦ Ἰακὼβ λέγουσα ἐν ταῖς Γραφαῖς· Ἀναπεσὼν ἐκοιμήθη ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος· τίς ἐγερεῖ αὐτόν; Καὶ τὸ ἐν Ἀριθμοῖς παραπλήσιον· Κατακλιθεὶς ἀνεπαύσατο ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος. Καὶ τοῦ ψαλμοῦ λέγοντος ἠκούσατε πολλάκις· Καὶ εἰς χοῦν θανάτου κατήγαγές με. Καὶ τὸν τόπον δὲ (3) ἐπεσημειωσάμεθα, ἐν τῷ λέγειν· Ἐμβλέψατε εἰς τὴν πέτραν, ἣν ἐλατομήσατε. Λοιπὸν δὲ περὶ αὐτῆς τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ, παρακολουθείτωσαν ἡμῖν αἱ μαρτυρίαι.

B

206 IV. Primum igitur in psalmo undecimo dicit: *Propter miseriam inopum et gemitum pauperum, nunc exsurgam, dicit Dominus* [69]. Sed hoc testimonium apud quosdam adhuc dubium manet; nam et in iram sæpe exsurgit ad ultionem sumendam de inimicis [70]. Veni igitur ad psalmum quintum decimum propalam dicentem: *Conserva me, Domine, quia in te speravi*; et postea: *Non congregabo conventicula eorum ex sanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea*: quandoquidem me abnegantes, regem suum sibi Cæsarem ascripserunt [71]; et in consequentibus: *Prospiciebam Dominum coram me semper, quia a dextris meis est ut non commovear.* Et post pauca: *Adhuc vero et usque ad noctem erudierunt me renes mei.* Et postea manifestissime ait: *Quoniam non derelinques animam meam in infernum, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.* Non dixit, Nec dabis Sanctum tuum videre mortem, alioqui mortuus non esset; sed, *corruptionem* quidem, inquit, non video, in morte autem non permanebo. *Notas mihi fecisti*

Δ'. Λέγει τοίνυν πρῶτον ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ ψαλμῷ· Ἕνεκεν τῆς ταλαιπωρίας τῶν πτωχῶν καὶ τοῦ στεναγμοῦ τῶν πενήτων, νῦν ἀναστήσομαι, λέγει Κύριος. Ἀλλ' ἔτι τοῦτο παρά τισιν ἀμφίβολον τυγχάνει· πολλάκις γὰρ καὶ εἰς ὀργὴν ἐγείρεται (4), πρὸς τὸ λαβεῖν ἐκδίκησιν παρὰ τῶν ἐχθρῶν. Ἐλθὲ τοίνυν ἐπὶ τὸν πεντεκαιδέκατον ψαλμὸν λέγοντα σαφῶς· Φύλαξόν με, Κύριε, ὅτι ἐπὶ σοὶ ἤλπισα· καὶ μετὰ ταῦτα· Οὐ μὴ συναγάγω τὰς συναγωγὰς αὐτῶν ἐξ αἱμάτων, οὐδ' οὐ μὴ μνησθῶ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν διὰ χειλέων μου, ἐπειδὴ ἐμὲ παραιτησάμενοι, βασιλέα ἑαυτῶν ἐπέγραψαν τὸν Καίσαρα· καὶ τὰ ἑξῆς· Προωρώμην τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διαπαντὸς, ὅτι ἐκ δεξιῶν μού ἐστιν ἵνα μὴ σαλευθῶ· καὶ μετ' ὀλίγον· Ἔτι δὲ καὶ ἕως νυκτὸς ἐπαίδευσάν με οἱ νεφροί μου· καὶ μετὰ ταῦτα σαφέστατα λέγει· Ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, οὐδὲ δώσεις τὸν Ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. Οὐκ εἶπεν (5)· Οὐδὲ δώσεις τὸν Ὅσιόν σου ἰδεῖν θάνατον, ἐπεὶ οὐκ ἀπέθνησκεν· ἀλλὰ, τὴν μὲν διαφθοράν, φησὶν, οὐ βλέπω, ἐν δὲ

C

[59] *Cat.* 13, *n.* 34. [60] Isa. LVII, 2. [61] Coloss. I, 20. [62] Isa. LVII, 1. [63] Isa. LIII, 9. [64] Gen. XLIX, 9. [65] Num. XXIV, 9. [66] Psal. XXI, 16. [67] *Cat.* XIII, *n.* 35. [68] Isa. LI, 1. [69] Psal. XI, 6. [70] Psal. VII, 7. [71] Joan. XIX, 15.

(1) *Audistis in superiore sermone.* Locum Isaiæ quem se illic citasse commemorat, non habetur in decima tertia catechesi; aut ergo significat homiliam in synaxi die præcedenti habitam; aut, quod ego verius censeo, fallente memoria citasse se existimavit testimonium, quod forte cum recitandum proposuisset, ex tempore dicens prætermisit.

(2) Ἐν τῇ ταφῇ αὐτοῦ. Verba hæc addidimus ex codd. Coisl. et Reg. quæ hanc phrasim cum superiore Isaiæ loco connectunt magis; et adducto inferius ejusdem Isaiæ loco *Dabo malos*, etc., a Cyrillo confirmata videntur. Quæ sequuntur, ab hoc testimonio: *A facie iniquitatis*, transcribit Rufinus, sed paulo liberius et solutius quam decimam tertiam catechesim compilavit; sumpta ex Cyrillo sparsim et longioribus intervallis inserens. Loco, *Et, Erit in pace sepultura ejus*, legit ille, *Et, In pace est locus ejus*, ps. LXXV, 2, nec invitus crediderim loco ἡ ταφή scripsisse Cyrillum ὁ τόπος. Ita enim frigida ejusdem testimonii repetitio vitabitur.

D

(3) Τόπον δέ. Δέ posuimus ex codd. Coisl., Reg.. Roe, Casaub., cujus loco male in editis scriptum δίς.

(4) Ἐγείρεται, *exsurgit*. Ita scripsimus ex Coisl., Reg., Roe, Casaub., Grod. loco ἐγήγερται, *exsurrexit*.

(5) Οὐκ εἶπεν, *Non dixit*. Ex Coisl, Reg., Roe, Casaub., Grod. emendatum, ut responderet alteri verbo infra φησίν. Editi vero contra sensum constructionis habent in prima persona, Οὐκ εἶπον, *Non dixi*. Paulo post, loco ὑπομένω, *suffero*, ex Coisl. et Reg. et Grod. ascripsimus, ἀπομενῶ, *non permanebo*.

τῷ θανάτῳ οὐκ ἀπομενῶ. Ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς. Ἰδοὺ σαφῶς μετὰ τὸν θάνατον ζωὴ κηρύσσεται (1). Ἦλθὲ καὶ ἐπὶ τὸν εἰκοστὸν ἔνατον ψαλμόν· Ὑψώσω σε, Κύριε, ὅτι ὑπέλαβές με, καὶ οὐκ εὔφρανας τοὺς ἐχθρούς μου ἐπ' ἐμέ. Τί τὸ γενόμενον; ἐν ἐχθρῶν ἐρρύσθης, ἢ μέλλων τύπτεσθαι ἀπηλλάγης; Αὐτὸς σαφέστατα λέγει· Κύριε, ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου τὴν ψυχήν μου. Ἐκεῖ λέγει, Οὐκ ἐγκαταλείψεις, προφητικῶς· καὶ ὧδε λέγει τὸ μέλλον γίνεσθαι ὡς γεγενημένον, ὅτι Ἀνήγαγες. Ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον. Ἐν ποίῳ καιρῷ τὸ ἐσόμενον; Τὸ ἑσπέρας αὐλισθήσεται κλαυθμὸς, καὶ εἰς τὸ πρωὶ ἀγαλλίασις. Ὀψὲ γὰρ τῶν μαθητῶν ἦν τὸ πένθος· καὶ πρωὶ, τῆς ἀναστάσεως ἡ εὐφροσύνη.

Ε'. Θέλεις δὲ γνῶναι καὶ τὸν τόπον; Λέγει πάλιν ἐν Ἄσμασιν· Εἰς κῆπον καρύας κατέβην· κῆπος γὰρ ἦν ὅπου ἐσταυρώθη. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα νῦν βασιλικαῖς δωρεαῖς ἐφαιδρύνθη, ἀλλὰ κῆπος ἦν πρότερον, καὶ τὰ σύμβολα τούτου μένει καὶ τὰ λείψανα. Κῆπος κεκλεισμένος, πηγὴ ἐσφραγισμένη, ὑπο τῶν Ἰουδαίων τῶν λεγόντων· Ἐμνήσθημεν, ὅτι ὁ πλάνος ἐκεῖνος ἔτι ζῶν εἶπεν· Ὅτι μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι· κέλευσον οὖν ἀσφαλισθῆναι τὸν τάφον· καὶ ἐξῆς (2). Οἱ δὲ πορευθέντες ἠσφαλίσαντο τὸν τάφον, σφραγίσαντες τὸν λίθον μετὰ τῆς κουστωδίας. Πρὸς οὓς καλῶς ἀποτεινόμενός (3) τις εἶπε· Καὶ εἰς ἀνάπαυσιν αὐτοὺς κρινεῖς. Τίς δέ ἐστιν ἡ πηγὴ ἡ ἐσφραγισμένη, ἢ τίς ἑρμηνεύεται πηγὴ φρέατος ὕδατος ζῶντος; Αὐτός ἐστιν ὁ Σωτὴρ, περὶ οὗ γέγραπται· Ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς.

ς'. Ἀλλὰ τί λέγει τοῖς μαθηταῖς ὁ Σοφωνίας ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ; Ἑτοιμάζου, ὄρθριζε (4)· διέφθαρται πᾶσα ἡ ἐπιφυλλὶς αὐτῶν· τῶν Ἰουδαίων δηλονότι, παρ' οἷς οὐ καταλέλειπται βότρυς

A *vias vitæ*, ecce diserte post mortem vita prædicatur. Veni et ad vicesimum nonum psalmum : « Exaltabo « te, Domine, quoniam suscepisti me, nec lætificasti « inimicos meos de me. » Quid factum est? ab inimicis liberatus es, aut jamjam percutiendus dimissus fuisti? Ipse dicit clarissime : *Domine, eduxisti ab inferno animam meam.* Illic dicit, *Non derelinques*, prophetice : hic autem futurum tanquam jam factum enuntians ait, *Eduxisti. Salvasti me a descendentibus in lacum.* Quonam id tempore futurum est? *Ad vesperum demorabitur fletus, et ad matutinum lætitia ;* sub vesperam enim erat discipulorum luctus, et mane resurrectionis lætitia.

B V. Vis et de loco cognoscere? Dicit iterum in Canticis : *In hortum nucis descendi* [72]; hortus enim erat ubi crucifixus est [73]. [74] Tametsi enim imperatoriis donis (5) nunc maxime exornatus sit, prius tamen hortus erat, hujusque manent adhuc vestigia et reliquiæ. *Hortus conclusus, fons signatus* [75], a Judæis videlicet qui dixerunt : « Recordati sumus, « quod seductor ille dixit adhuc vivens : Post tres dies « resurgam. Jube igitur muniri sepulcrum ; *et in se-* « *quentibus* : Illi autem profecti munierunt sepul- « crum, signantes lapidem, adhibitis excubiis [76]. *In* « *quos pulchre invectus ait aliquis* : 207 Et in re- « quietem judicabis ipsos [77]. *Quis vero est* fons si- « gnatus [78], *aut quis significatur* fons putei aquæ « viventis [79]? » Ipse est Salvator, de quo scriptum est : « Quoniam apud te est fons vitæ [80]. »

C VI. Verum quid dicit discipulis Sophonias ex persona Christi? « Præpara te, mane surge ; corru- « ptus est omnis racemulus ipsorum [81] ; » Judæorum nempe, apud quos relicta non est uva salutis sed

[72] Cant. VI, 10. [73] Job XIX, 41. [74] *Vide infr.* n. 9 *et* 14. [75] Cant. IV, 12. [76] Matth. XXVII, 63-66. [77] Job VII, 18. [78] Cant. IV, 12. [79] ibid. 15. [80] Psal. XXXV, 9. [81] Sophon. III, 7.

(1) Κηρύσσεται. Hoc verbum in codd. Roe et Casaub. excipit hoc glossema : Ἀναμφίβολος ἡ ἀπόδειξις τῆς ἀναστάσεως· *Indubitata est resurrectionis comprobatio.* Loco εὔφρανας, Roe scriptum habet, ηὔφρανας. Inferius loco γινόμενον, scripsimus, γενόμενον ex codd. Reg. et Coisl. Sequentia exscribit Rufinus.

(2) Καὶ ἐξῆς. Eas voces et sequentes usque ad τὸν τάφον incl., propter hujus vocis repetitionem prætermissas, restituimus ex codd. Reg., Oltob., Coisl., Roe, Casaub. In Roe et Casaub prætermittitur, σφραγίσαντες τὸν λίθον.

(3) Καλῶς ἀποτεινόμενος. Vocem καλῶς ascripsimus ex codd. Reg , Coisl., Roe, Casaub. At hi omnes omittunt τίς. In sequenti ex Jobi libro testimonio, loco αὐτοὺς scriptum est αὐτόν in Coisl , Reg., Roe, Casaub. ut est revera in textu Jobi : at Cyrillum legisse αὐτούς plurali numero probat applicatio hujus loci ab eo facta ad Judæos : Πρὸς οὓς ἀποτεινόμενος. Loco, πηγὴ φρέατος, habetur in Coisl., Reg. et Grod φρέαρ simpliciter. In Canticis vero cap. IV, vers. 15, πηγὴ κήπου, καὶ φρέαρ ὕδ. ζῶν.

(4) Ὄρθριζε. Reg. et Coisl., ὄρθρισον, ut in prophetico textu, et hic etiam paucis post lineis. Vocem ἐπιφυλλίς verti *racemulus*, secutus Cyrillum Alexandrinum qui in suis ad hunc locum commentariis probat, Scripturæ stylo ἐπιφυλλίδα dici *minimos et paucis granis constantes racenos ;* qui frondibus velut insepulti, plerumque colligentium oculos fugiunt. In Latina LXX interpp. versione apud Hieronymum scribitur *racemi* ; in Commentario vero scriptum in LXX ait esse *frondositas* ; ipse Hebraicam vocem vertit *cogitationes.*

(5) *Imperatoriis donis.* Hortum in quo sepultus est Christus decoravit, seu potius in sacra ædificia commutavit Constantinus ; ornata sacræ resurrectionis specu, et ædificata ex adverso ei ad occidentem magnifica Resurrectionis ecclesia, basilica, porticibus, atriis, diversisque aliis ædificiis constante. Quas superfuisse dicit Cyrillus prioris horti reliquias, sunt qui existiment comprehensas fuisse in subdivali spatio, quod inter sacrum monumentum et basilicam, longissimis porticibus ad tria latera additis interceptum erat. Illud autem cum splendido lapide constratum esset, ex Euseb., Lib. *Vit. Constant.* cap. 35. quinam horti vestigia retinere potuerit non intelligo. Malim igitur ea vel pone sacrum monumentum ad orientem, vel ad ejusdem latera, juxta antemuralia quibus conjunctum erat, infra, num. 9 collocare.

neque racemulus : exscinditur namque vinea ipsorum. Vide quomodo ad discipulos loquitur : « Præ« para te, mane surge : » mane exspecta resurrectionem Et deinde secundum eamdem Scripturæ consequentiam ac tenorem, ait : « Propterea exspecta « me, ait Dominus, in diem resurrectionis meæ in « martyrium[82] » [seu testimonium]. Vides etiam prophetam prævidisse locum resurrectionis (1), qui Martyrium appellandus erat. Quæ enim ratione, non cæterarum Ecclesiarum more hic Golgothæ et resurrectionis locus Ecclesia appellatur, sed Martyrium ? At id fortasse propter prophetam qui dixit : « In diem resurrectionis meæ in martyrium. »

VII. Et quis iste est, quodve ejus resurgentis signum ? Evidenter in consequentibus in ipsa prophetici contextus serie dicit : « Quia tunc convertam «super populos linguam[83];» siquidem post resurrectionem, misso Spiritu sancto data est gratia linguarum[84], « ut serviant Domino sub jugum unum[85]. » Quodnam vero aliud in eodem propheta adjungitur symbolum, quod, servient Domino sub jugum unum? « Ex finibus fluviorum Æthiopiæ afferent tibi victi«mas. » Nosti quod in Actis scriptum est[86], cum venit Æthiops eunuchus ex finibus fluviorum Æthiopiæ. Quando igitur et temporis circumstantiam, et loci proprios characteres, quando et consecuta resurrectionem signa edicunt Scripturæ ; firmam deinceps resurrectionis fidem concipe, neque te quisquam permoveat, quominus Christum confitearis e mortuis excitatum.

VIII. Accipe et aliud testimonium in octogesimo septimo psalmo, Christo in prophetis dicente (ipse enim qui tum loquebatur[87], postea **208** adfuit) :

A σωτηρίας, ἀλλ' οὐδὲ ἐπιφυλλίς· ἐκκόπτεται γὰρ ἡ ἄμπελος αὐτῶν. Βλέπε, πῶς λέγει πρὸς τοὺς μαθητάς· Ἑτοιμάζου, ὄρθριζον· ὄρθρου προσδόκα τὴν ἀνάστασιν (2). Καὶ ἐξῆς κατὰ τὴν αὐτὴν ἀκολουθίαν τῆς Γραφῆς φησι· Διὰ τοῦτο ὑπόμεινόν με, λέγει Κύριος, εἰς ἡμέραν ἀναστάσεώς μου εἰς μαρτύριον. Βλέπεις, ὅτι καὶ τὸν τόπον τῆς ἀναστάσεως προεῖδεν ὁ προφήτης, Μαρτύριον ἐπικληθησόμενον ; Τίνι γὰρ τῷ λόγῳ, μὴ κατὰ τὰς λοιπὰς Ἐκκλησίας ὁ τοῦ Γολγοθᾶ καὶ τῆς ἀναστάσεως οὗτος ὁ τόπος Ἐκκλησία καλεῖται, ἀλλὰ Μαρτύριον (3) ; Ἀλλ' ἴσως διὰ τὸν προφήτην, τὸν εἰπόντα· Εἰς ἡμέραν ἀναστάσεώς μου εἰς μαρτύριον.

B Ζ'. Καὶ τίς ἐστιν ἄρα οὗτος, καὶ τί τὸ σημεῖον τοῦ ἀνισταμένου ; Σαφῶς ἐν τοῖς ἑξῆς, ἐν τῇ αὐτῇ ἀκολουθίᾳ τοῦ προφήτου, φησίν· Ὅτι τότε μεταστρέψω ἐπὶ λαοὺς γλῶσσαν· ἐπειδὴ, μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀποσταλέντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐδόθη χάρις γλωσσῶν, πρὸς τὸ δουλεύειν τῷ Κυρίῳ ὑπὸ ζυγὸν ἕνα. Καὶ τί ἄλλο σύμβολον ἐν τῷ αὐτῷ πρόκειται προφήτῃ, τοῦ δουλεύειν τῷ Κυρίῳ ὑπὸ ζυγὸν ἕνα ; Ἐκ περάτων ποταμῶν Αἰθιοπίας οἴσουσί μοι θυσίας. Οἶδας τὸ γεγραμμένον ἐν ταῖς Πράξεσιν, ὅτε ἦλθεν Αἰθίοψ εὐνοῦχος ἐκ περάτων ποταμῶν Αἰθιοπίας. Ὅταν τοίνυν καὶ τὸν καιρὸν καὶ τοῦ τόπου τὸ ἰδίωμα, ὅταν καὶ τὰ (4) μετὰ τὴν ἀνάστασιν σημεῖα λέγωσιν αἱ Γραφαί· πιστοποιοῦ λοιπὸν εἰς τὴν ἀνάστασιν, καὶ μηδείς σε σαλευέτω ἀπὸ τοῦ ὁμολογεῖν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἐγηγερμένον.

C Η'. Λάμβανε δὲ καὶ ἄλλην μαρτυρίαν ἐν τῷ ὀγδοηκοστῷ ἑβδόμῳ ψαλμῷ, Χριστοῦ λέγοντος ἐν προφήταις (αὐτὸς γὰρ ὁ λαλῶν τότε (5) ὕστερον παρ-

[82] Sophon. III, 8. [83] ibid. 9. [84] Act. II, 4. [85] Sophon. III, 10. [86] Act. VIII, 27. [87] Isa. LII, 6.

(1) « Locum resurrectionis qui appellandus erat « Martyrium. » Deducit id Cyrillus ex loco Sophoniæ; cujus Hebraicam vocem LXX Interpp. reddiderunt μαρτύριον *testimonium* Hieronymus *futurum*. Cum ecclesiæ, quæ super martyrum tumulos ædificari solebant, *martyria* dicerentur, e variis quæ in sacris locis Christo constructæ sunt ecclesiis. sola quæ ad monumentum ejus condita est, *martyrii* nomen retinuit ; quod ecclesiis *Nativitatis* Bethlehemi, et *Ascensionis* in monte Olivarum ædificatæ, et superiori in monte Sion ecclesiæ tribui non poterat Non dubi m illi ecclesiæ præcipue convenisse *martyrii* nomen, quæ ad Christi martyrum capitis D sepulcrum, et in loco ubi præclaram confessionem testificatus fuit (*I Tim.* VI, 13) ædificata erat. Quamobrem apud Eusebium variis in locis, et hujus sæculi atque etiam sequentium scriptores, ecclesia Resurrectionis proprio nomine *Martyrium*, vel *magnum Martyrium*, vel *Martyrium Salvatoris* dici solet. Verum *martyrii* nomen ipsi sepulcro, aut loco et sacello Resurrectionis seu sancto monumento, peculiariter attributum legimus : verbi gratia apud Euseb. lib. III *Vit. Constantini*, cap. 8, et *De laudib. Constantini*, cap. 9. et Hieron., epist. olim 17, num. 44, sanctum monumentum *Christi Domini confessionem*, quod idem Latinis est ac martyrium Græcis, appellare videtur. Ipsum etiam locum in quo quæsita et reperta crux. Paulinus epist. 31, num. 6, *locum testificationis* appellat, quem num. seq. *locum passionis* dicit. Ecclesiæ martyribus ædificatæ horum sanctorum *martyria* dicebantur ; quemadmodum etiam templa prophetis, apostolis et virginibus condita, horum προφητεῖα, ἀποστολεῖα, et παρθενῶνας appellata legimus. At etiam ad ecclesias aliis sanctis non martyribus conditas, extensum *martyrii* nomen variis in monumentis reperitur. Quod autem Millesius in suis ad hunc locum notis, ex appellatione martyrii Hierosolymitani factum ait, ut alia quoque templa *martyria* nuncuparentur ; id nullo auctore prodit, et ex frequenti Eusebii usu ecclesias martyriorum nomine appellandi. jam ante ecclesiæ Hierosolymitanæ structionem confirmatum fuisse hunc ecclesias nuncupandi morem, satis ut puto convincitur ; magisque ex aliis martyriis id nomen in istam derivatum censuerim.

(2) Ὄρθρου προσδόκα τὴν ἀνάστασιν. Eæ voces desiderantur in codd. Coisl., Reg., Roe et Casaub. quarum loco leguntur istæ : Εἶτα τὸ, Διέφθαρται πᾶσα ἡ ἐπιφυλλὶς αὐτῶν, καὶ ἑξῆς κατὰ, etc.

(3) Ἀλλὰ Μαρτύριον. Editi, ἀλλὰ καὶ Μαρτύριον, contra scopum Cyrilli qui hanc ædem, communi usu non Ecclesiam, sed Martyrium appellatam dicit : quare illud καὶ expunximus, auctoritate codd. Coisl., Reg., Roe, Casaub.

(4) Καὶ τά. Articulum τά addidimus ex codicibus Roe et Casaub.

(5) Ὁ λαλῶν τότε. Adverbium τότε adjectum a nobis ex codd. Roe, Casaub. et Grod. Scripsimus vero παρεγένετο, loco παρεγένεται quod manifeste mendosum est, ex codd. Reg., Coisl. et Roe. Et iisdem etiam libris, insuperque ex Casaub. et Grod. codd. vocem ἄνθρωπος post παρεγένεται positam delevimus.

εγένετο)· Κύριε ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου, ἡμέρας ἐκέκραξα καὶ ἐν νυκτὶ ἐναντίον σου· καὶ μετ' ὀλίγα · Ἐγενήθην ὡσεὶ ἄνθρποι ἀβοήθητος ἐν νεκροῦς ἐλεύθερος . Οὐκ εἶπεν · Ἐγερθήν (1) ἄνθρωπος ἀβοήθητος· ἀλλ', ὡσει ἄνθρωποις ἀβοήθητος. Καὶ γὰρ ἐσταυρώθη, οὐκ ἐξ ἀσθενείας, ἀλλ' ἑκουσίως· καὶ οὐκ ἐξ ἀσθενείας ἀκουσίου ἦν ὁ θάνατος . Προσελογίσθην μετὰ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον. Καὶ τί τὸ σύσσημον ; Ἐμάκρυνας τοὺς γνωστούς μου ἀπ' ἐμοῦ (πεφεύγασι γὰρ οἱ μαθηταί) . Μὴ τοῖς νεκροῖς ποιήσῃς θαυμάσια ; εἶτα μετ' ὀλίγα · Καὶ ἐγὼ, Κύριε, πρὸς σὲ ἐκέκραξα, καὶ τὸ πρωὶ ἡ προσευχή μου προφθάσει σε. Βλέπεις, πῶς δηλοῦσι καὶ τὸν καιρόν τῆς ὥρας, καὶ τοῦ πάθους, καὶ τῆς ἀναστάσεως (2) ;

Θ'. Καὶ πόθεν ἐγήγερται ὁ Σωτήρ ; Λέγει ἐν τοῖς Ἄσμασι τῶν ᾀσμάτων. Ἀνάστα, ἐλθὲ, ἡ πλησίον μου · καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς· Ἐν σκέπῃ τῆς πέτρας . Σκέπην τῆς πέτρας (4; εἶπε τὴν τότε πρὸ τῆς θύρας τοῦ σωτηρίου μνήματος οὖσαν σκέπην, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς πέτρας, καθὼς συνηθες ἐνταῦθα γίνεσθαι πρὸ τῶν μνημάτων, λελαξευμένην (4). Νῦν γὰρ οὐ φαίνεται, ἐπειδὴ τότε ἐξεκολάφθη τὸ προσκέπασμα διὰ τὴν παροῦσαν εὐκοσμίαν. Πρὸ γὰρ τῆς βασιλικῆς φιλοτιμίας τῆς κατασκευῆς τοῦ μνήματος, σκέπη ἦν ἔμπροσθεν τῆς πτέρας. Ἀλλὰ ποῦ ἐστιν ἡ πέτρα, ἡ ἔχουσα τὴν σκέπην ; ἆρα περὶ τὰ μέσα τῆς πόλεως κεῖται, ἢ περὶ τὰ τείχη καὶ τὰ τελευταῖα ; καὶ πότερον ἐν τοῖς ἀρχαίοις τείχεσίν ἐστιν, ἢ τοῖς ὕστερον γενομένοις προτειχίσμασι ; Λέγει τοίνυν ἐν τοῖς Ἄσμασιν· Ἐν σκέπῃ (5) τῆς πέτρας, ἐχόμενα τοῦ προτειχίσματος.

A *Domine Deus salutis meæ, de die clamavi et in nocte coram te* [88], et post pauca : *Factus sum sicut homo sine adjutorio, in mortuis liber* [89]. Non dixit, Factus sum homo sine adjutorio ; sed, *sicut homo sine adjutorio* : crucifixus enim est, non ex virium defectu, sed voluntariæ, nec ex involuntaria infirmitate mors ejus prodivit. *Reputatus sum cum descendentibus in lacum* [90]. Et quod signum ? *Longe fecisti notos meos a me* [91] (fugerunt enim discipuli [92]). *Nunquid mortuis facies mirabila* [93] ? Deinde post pauca : *Et ego, Domine, ad te clamavi, et mane oratio mea perveniet te* [94]. Viden', quomodo etiam declarant ipsam horæ circumstantiam, tum passionis tum resurrectionis ?

B IX. Undenam vero resurrexit Salvator ? ait in Canticis canticorum : *Surge, veni, proxima mea* [95] ; et in sequentibus. *In spelunca petræ* [96]. Speluncam petræ dicit, cam quæ tunc fuit (6) ante Salvatoris monumenti ostium speluncam ; ex eadem petra, sicut hic in foribus monumentorum fieri solet, excisam. Nunc vero jam non apparet, eo quod præsentium ornamentorum instituendorum gratia olim erasa sit anterior spelunca ; ante enim hanc monumenti ex regia magnificentia structuram, erat ante petram spelunca. Ubinam autem petra illa est quæ speluncam habet ? an in medio urbis sita, aut circa muros et extrema ? utrumne vero in veteribus muris est, an in exstructis postea antemuralibus ? Dicit igitur in Canticis : *In spelunca petræ juxta antemurale* [97].

C

[88] Psal. LXXXVII, 1. [89] ibid. 5, 6. [90] ibid. 9. [92] Matth. XXVI, 56. [93] Psal. LXXXVII, 11. [94] ibid. 14. [95] Cant. II, 10. [96] ibid. 14. [97] ibid.

(1) Ἐγενήθην. Eam vocem supplevimus ex codd. Coisl., Reg., Roe., Cas., deest in Rufino hunc locum ex Cyrillo ut videtur exscribente.

(2) Καὶ τοῦ πάθους, καὶ τῆς ἀναστάσεως, Coisl. Reg. Roe, Casaub., καὶ τὸ πάθος, καὶ τὴν ἀνάστασιν, *et passionem et resurrectionem* At Cyrillus non de ipsa passione et resurrectione, sed de utriusque adjunctis et circumstantiis loquitur. Paulo post, loco ἐγείρεται, Reg., Roe et Casaub. habent, ἐγήγρεται.

(3) Τῆς πέτρας. Addunt codd. Roe et Casaub., ἐχόμενα τοῦ προτειχίσματος. Quæ sunt verba consequentia laudati ex Canticis testimonii. Verum ea verba inferius tantum explicat Cyrillus, ibique ita recitat quasi eorum ante non meminerit.

(4) Λελαξευμένη. Male in codd Coisl. et Reg., λελαξευμένη νῦν φαίνεται, ἐπειδή, contra Cyrilli mentem. D

(5) Ἐν σκέπῃ. Naturalem horum Scripturæ verborum ordinem ex codd. Coisl., Reg., Roe et Casaub. restituimus, qui in editis ita confusus erat : Ἐν σκέπῃ τοῦ προτειχίσματος ἐχόμενα τῆς πέτρας : quod pessime versum a Grodecio, *In caverna maceriæ habentis petras*. Ait Cyrillus sacram resurrectionis speluncam neque in urbis medio, neque juxta veteres muros, sed juxta antemuralia sitam. Non hic veteris Hierosolymæ, sed Æliæ mentionem facit : cujus antemuralia hæc recentia a Constantino, dum sepulcrum ornat, ad illud protegendum instituta censemus. Nam quod Sozoremus, lib. II *Hist.*, c. 1, ait Adrianum tum Calvariæ montem, tum locum sepulcri muro circumducto cinxisse, facile Adriano imputare potuit quod est a Constantino perfectum et absolutum. Quidquid ædificiorum intra hæc antemularia inclusum fuit, una cum Resurrectionis ecclesia, id esse puto quod ab Eusebio, lib. III *Vit. Constant.*, cap. 33, vocatur nova Jerusalem ex adverso veteris ædificata. Quod cum Socrates, lib. I, c. 17, de sola Resurrectionis ecclesia, Valesius in suis ad hunc Eusebii locum notis de tota Ælia interpretatur ; ille hanc appellationem nimium contraxisse videtur, iste plus æquo ampliasse. Quamvis Anastasis in extremis urbis partibus foret, conjuncta tamen ei Basilica, atriis et porticibus ante et pone septa tantum spatii occupabat, ut ad medium usque urbis forum extrema templi vestibula perducerentur. Euseb. loc. cit. cap. 9, unde ipse, *De laud. Const.*, c. 9, ecclesiam Resurrectionis in ipso urbis meditullio ædificatam ait. Temporum decursu urbis ab Orientali parte amplificata est, et templum a Mahummedanis in loco Salomonæi templi structum, atque a Christianis postliminio in ecclesiam conversum, intra mœnia recepit : adeo ut in angulum quemdam urbis una cum sacro sepulcro contracti censerentur Christiani : qui rerum status erat cum bellum sacrum inceptum est. Vide Guill. Tyr. lib. VIII cap. 2, et IX, cap 18,

(6) *Eam quæ tunc fuit*, etc. Constabat sepulcrum Christi spelunca duplici in rupe excavata : quarum prior alteri pro vestibulo erat, ex antiquo more loci, ut videtur Gen. XXIII, 19 ; XXV, 9. Patens erat prior illa spelunca, de qua Juvencus, l. IV, *Hist. evang.* :

Limen concludunt immensa volumina petræ.

X. Quo tempore exsurgit Salvator? nunquid æstatis tempore vel alio? In eisdem Canticis proxime ante ea quæ modo recitata sunt, dicit: « Hiems « transiit, imber transiit sibi, et abiit; flores visi « sunt in terra; tempus putationis **209** advenit [98] » Nonne nunc floribus plena tellus est, et putantur vineæ? Cernis quomodo transactam etiam hiemem dixit. Xanthico enim hoc mense jam præsente, ver deinceps adest Hoc autem tempus est primi Hæbræorum mensis (1), in quo celebratur festivitas Paschæ, typici quidem et figurativi prius, nunc autem veri. Hoc creationis mundi tempus: tunc enim dixit Deus: « Producat terra herbam feni, germi- « nantem semen juxta genus, et juxta similitudi- « nem [99], » et nunc, ut vides, jam omnis herba germinat. Et quemadmodum tunc Deus cum solem et lunam fecit, æqualium illis dierum ac noctium cursus impertivit, sic et paucis ante diebus æquinoctii tempus erat. Tunc dixit Deus: *Faciamus hominem ad imaginem nostram et similitudinem* [1]. Et illud quidem, *ad imaginem* (2), accepit: hoc vero,

[98] Cant. II, 11, 12. [99] Gen. I, 11. [1] ibid. 26.

Ι'. Ποίῳ καιρῷ ἐγείρεται ὁ Σωτὴρ; ἆρα θέρους καιρὸς, ἢ ἄλλος; Ἐν αὐτοῖς τοῖς Ἄσμασιν ἀνωτέρω τῶν εἰρημένων εὐθὺς λέγει· Ὁ χειμὼν παρῆλθεν. ὁ ὑετὸς παρῆλθεν (3) ἑαυτῷ, καὶ ἐπορεύθη· τὸ ἄνθη ὤφθη ἐν τῇ γῇ· καιρὸς τῆς τομῆς ἔφθασεν. Ἆρα οὐχὶ νῦν ἡ γῆ ἀνθῶν πλήρης, καὶ τέμνουσι τὰς ἀμπέλους; Ὁρᾷς, ὅπως καὶ τὸν χειμῶνα εἶπε λοιπὸν παρελθόντα Ξανθικοῦ γὰρ (4) τούτου τοῦ μηνὸς ἐνεστῶτος, ἔαρ ἐστὶ λοιπόν. Ὁ δὲ καιρός ἐστιν οὗτος, ὁ μὴν ὁ παρ' Ἑβραίοις πρῶτος, ἐν ᾧ ἡ ἑορτὴ τοῦ Πάσχα τοῦ πρότερον τυπικοῦ, νῦν δὲ ἀληθινοῦ. Οὗτος ὁ καιρὸς τῆς τοῦ κόσμου δημιουργίας· τότε γὰρ εἶπεν ὁ Θεός. Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα. Καὶ νῦν, ὡς ὁρᾷς, λοιπὸν πᾶσα βοτάνη σπερματίζει. Καὶ ὥσπερ τότε ὁ Θεὸς ποιήσας ἥλιον καὶ σελήνην, ἰσημερινοὺς αὐτοῖς ἐχαρίσατο δρόμους· οὕτως (5) καὶ πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν ἰσημερίας ἦν ὁ καιρός. Τότε εἶπεν ὁ Θεός· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. Καὶ τὸ μὲν κατ' εἰκόνα, ἔλαβε· τὸ δὲ καθ' ὁμοιότητα, διὰ

Altera vero interior ita describitur a Paschasio Ratberto, lib. II *in Matth.* c. XXVII, vers. 60: « Ut rotunda fuerit domus intus infra rupem vastissimam præcisa; tantæ altitudinis, ut intra stans homo vix manu extrema culmen ejus posset attingere. Ad eam aditus erat ab Oriente per ostium monumenti, qui lapis ille magnus advolutus atque oppositus cum signaculis fuit. Ibi compositum fuit Christi corpus ad aquilonarem partem, in loculo ipsa in rupe excavato, septem pedibus longo et trium palmarum mensura pavimento eminentiore; cujus apertura ad inserendum corpus non superne, sed in latere, meridianam partem respiciens perfossa erat. » Hæc Paschasius. Cum vero Adrianus totum monumentum plurima humo aggesta penitus abdidisset, locoque ita ad mediocrem altitudinem evecto ac lapidimus substrato, ædem ac simulacrum Veneris imposuisset; Constantinus dissipatis omnibus impietatis monumentis, sepulcrum egesta humo aperuit; sacramque Resurrectionis specum convertit in ecclesiam eximii operis, rotundam, triplici pariete distinctam, in cujus medio monumentum erat Sic eam describit loco jam citato Paschasius. Ut novæ ædi eximiis columnis, maximoque cultu et cujusque modi ornamentis decoratæ, locum faceret pius imperator, rupis maximam partem, ac priorem speluncam destruere necesse fuit. Hinc ædes excitata satis capax, ut in ea Cyrillus quinque mystagogicas catecheses haberet, et aliquando Epiphanius coram Joanne Cyrilli successore et frequenti populo concionaretur, Hieronymo teste, epist. 61, nov. ed. 38.

(1) Alibi sive Nisan.

(2) *Illud quidem, ad imaginem*, etc. Unum et idem vulgo significari credimus per imaginem et similitudinem Dei ad quam conditi sumus: eaque in re Patrum multas astipulatores habemus. Nihilo tamen pauciores sunt qui cum Cyrillo imaginem in natura, similitudinem in virtute posuerunt. Horum testimonia jam ante nos ab aliis observata et citata non referimus, quamvis plura ab eis prætermissa nobis commemorare liceat. Imaginem Dei in homine Cyrillus cat. 4, n. 18, in animæ libera potestate sui reponere videtur, et cat. 12, n. 5 in rerum omnium propter hominem creatarum servitio. At similitudinem in gratia Spiritus sancti, quæ primo homini in creatione a Deo per insufflationem collata est. Agens enim cat. 17. n. 12, de gratia Spiritus sancti a Christo post résurrectionem apostolis insufflando in eos data, hanc secundam insufflationem factam ait, quia prior per voluntaria peccata obscurata est: Δεύτερον ἐμφύσημα τοῦτο, ἐπειδὴ τὸ πρῶτον ἠμαυρώθη διὰ τὰς ἑκουσίας ἁμαρτίας. Ubi vides iisdem illum verbis uti de obscuratione insufflationis agentem, quibus similitudinis obscurationem hic exprimit.

(3) Παρῆλθεν, etc. In codd. Coisl. et Reg, παρῆλθεν, ἐπορεύθη ἑαυτῷ. Videtur id emendatum ex Bibl. in quibus est, ὑετὸς ἀπῆλθεν, ἐπορ ἑαυτ.

(4) Ξανθικοῦ γὰρ. Particulam γάρ ascripsimus ex Coisl., Reg, Roe, Casaub. Paulo post loco πρότερον, ex Reg. Roe et Casaub. posuimus, πρότερον, ut responderet sequenti νῦν δὲ. Xanthicum mensem non instare solum, sed etincohatum adesse significat, tum voce ἐνεστῶτός, quæ ubi tempore agitur, præsentis indicium esse solet, tum etiam pro nomine τούτου, *isto*. Ut omittam inextricabiles de Xanthici mensis secundum varios auctores situ quæstiones. Christiani mediæ ætatis scriptores Xanthicum atiquando a 24 vel 25 Martii aliquando cum primo Aprilis Romani die inchoant. Nec insolens apud unum eumdemque auctorem duplicem hanc computandi rationem reperiri. Cyrillus vero Xanthicum a 25 Martii inchoasse videtur, cum Xanthicum, paucis ab æquinoction exactis diebus, jam decurrere ait. Ad hæc in eo mense resurrectionem Christi locat, quam vulgaris Patrum opinio Marsio mensi assignat. Quod autem hoc tempus creationis mundi asserit, id illi cum universis pene Patribus commune est: qui cum eo creationem mundi et ejusdem reparationem, Adami ejectionem e paradiso et latronis in eumdem introductionem, eodem recurrente tempore factam observant. Vide Euseb. Cæsar., Caten. *in Luc.* XXII, 7; Amb. lib. I *Hexaem.*, cap. 4, num 13 et 14; Gaudent., serm. 1. *ad Neop.*; Cosm. Ægypt., lib. V *Topogr.*, p. 192; Macarium, homil 15, etc.

(5) Οὕτως, etc. Hæc paulo diverse leguntur in codd. Roe et Casaub., Καὶ νῦν ἐστιν ἰσημερία· ἴσως δὲ καὶ πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν ἰσημερία ἦν ὁ καιρός. « Et nunc est æquinoctium, et forte ante paucos dies æquinoctii tempus erat. » Quæ duo membra sese destruunt: quamombrem negligenda illa est lectionis variatio.

τὴν παρακοὴν ἡμαύρωσε (1)· Ἐν τῷ καιρῷ οὖν ᾧ ἀπ- A *ad similitudinem*, per obedientiam obscuravit et in-
ώλεσε τοῦτο, ἐν τούτῳ καὶ διόρθωσις ἐγένετο. Ὅτε ὁ fuscavit. Eadem igitur temporis circumstantia qua
κατασκευασθεὶς ἄνθρωπος (2). παρακούσας ἐξεβλήθη boc amisit, in eadem rursus contigit reparatio.
τοῦ παραδείσου· τότε ὁ πιστεύσας, ὑπακούσας εἰσ- Quando homo creatus, propter inobedientiam eje-
ηνέχθη. Τότε τοίνυν γέγονεν ἡ σωτηρία, ὅτε γέγονεν ctus est de paradiso ; eodem tempore is qui credi-
ἡ ἀπόπτωσις· ὅτε τὰ ἄνθη ὤφθη, καὶ ἡ τομὴ dit, per obedientiam introductus est. [2] Tum igitur
ἔφθασε. facta salus est quando et lapsus ; cum et *flores visi*, et *putationis tempus advenit* [3].

ΙΑ'. Κῆπος ἦν ὁ τόπος τῆς ταφῆς· καὶ ἄμπελος ἡ XI. Hortus erat locus sepulturæ,et vitis quæ ibi
φυτευθεῖσα· Καὶ ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, εἴρηκεν. plantata est, dixit : *Et ego sum vitis* [4]. In terra igi-
Ἐφυτεύθη οὖν ἐν τῇ γῇ, ἵνα ἐκριζωθῇ ἡ διὰ τὸν tur insita est, ut maledictio propter [5] Adamum in-
Ἀδὰμ γενομένη κατάρα· Ἀκάνθας καὶ τριβόλους κατ- cussa [6] eradicaretur. Damnata est tellus ad spinas
εδικάσθη ἡ γῆ· ἀνέτειλεν ἐκ τῆς γῆς ἡ ἄμπελος ἡ et tribulos [ferendos] : e terra prodivit vitis vera,
ἀληθινὴ (3), ἵνα πληρωθῇ τὸ εἰρημένον· Ἀλήθεια ut impleretur quod dictum est : « Veritas de terra
ἐκ τῆς γῆς ἀνέτειλε, καὶ δικαιοσύνη ἐκ τοῦ οὐ- « orta est : et justitia de cœlo prospexit [7] ». Quid vero
ρανοῦ διέκυψε, Καὶ τί μέλλει λέγειν ὁ θαπτόμενος ἐν B dicturus est is qui in horto sepelitur? « Vindemiavi
τῷ κήπῳ ; Ἐτρύγησα σμύρναν μου μετὰ ἀρωμάτων « myrrham meam cum aromatibus meis [8], » [9] et rur-
μου· καὶ πάλιν· Σμύρνα καὶ ἀλόη (4) μετὰ πρώτων sus : « Myrrha et aloe cum primis omnibus aromati-
πάντων ἀρωμάτων. Ταῦτα δὲ τοῦ ἐνταφιασμοῦ τὰ bus [10]. Hæc autem sepulturæ sunt symbola : atque in
σύμβολα· καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις εἴρηται. Ἦλθον Evangeliis dicitur : « Venerunt mulieres ad monu-
αἱ γυναῖκες (5) εἰς τὸ μνῆμα, φέρουσαι ἃ ἡτοίμα- « mentum, portantes quæ præparaverant aromata » [11]
σαν ἀρώματα· καὶ ὁ Νικόδημος φέρων μίγμα « et Nicodemus, **210** ferens misturam myrrhæ et
σμύρνης καὶ ἀλόης· Καὶ ἑξῆς γέγραπται· Ἔφα- « aloes [12]. Consequenter scriptum habetur : « Comedi
γον ἄρνον μου μετὰ μελιτός μου (6)· τὸ πικρὸν « panem meum cum melle meo [13] ». [14] Quod amarum,
πρὸ τοῦ πάθους, καὶ τὸ γλυκὺ μετὰ τὴν ἀνάστασιν. ante passionem ; quod dulce, post resurrectionem.
Εἶτα ἀναστὰς, εἰσῆλθε, διὰ θυρῶν κεκλεισμένων· Postea redivivus ingressus est per fores clausas [15] (8).
ἀλλ' ἠπιστεῖτο· ἐδόκουν γὰρ πνεῦμα θεωρεῖν· Ὁ δὲ, Verum fides detrahebatur : existimabant enim se
Ψηλαφήσατέ με, φησὶ, καὶ ἴδετε· βάλλετε τοὺς spiritum videre. Ille autem, *Tangite me*, inquit, *et*
δακτύλους (7) εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων, ὡς ἐπεζή- *videte* [16]. Inserite digitos in foramen clavorum

[2] *Vid. cat.* 15, *n.* 31. [3] Cant. II, 12. [4] Joan. XV, 1. [5] *Vid. cat.* 13, 35 *et* 18. [6] Gen. III, 18. [7] Psal. LXXXIV, 12. [8] Cant. V, 1. [9] *Vid. cat.* 13, *n.* 32. [10] Cant. IV, 14. [11] Luc. XXIV, 1. [12] Joan. XIX, 39, [13] Cantic. V, 1. [14] *Vid. hom. in Par. n.* 11. [15] Joan. XX, 19-26. [16] Luc. XXIV, 37-39.

(1) Ἔλαβε... ἡμαύρωσε· Sic emendamus ex codd. C Coisl., Reg , Roe, Casaub. et Grod. ; nam in editis habetur, ἐλάβομεν... ἡμαυρώσαμεν. Vox sequens ἀπώλεσε in omnibus libris eodem modo scripta, emendationem nostram necessariam reddit. Porro in codd. Roe et Casaub. phrasis, ἐν τῷ καιρῷ, etc. sic habetur : Ἐν τῷ καιρῷ οὖν ἀπώλεσεν τούτῳ, καὶ ἐν τούτῳ διόρθωσις.

(2) Ὁ κατασκευασθεὶς ἄνθρωπος. Alterum articulum ὁ voci ἄνθρωπος præfixum erasimus ex Coisl., Reg , Roe, Casaub. Fidelis ille qui per obedientiam introductus est in paradisum, eodem tempore verno et vespertino quo inde primus parens ejectus est, pius latro est intelligendus, ut patebit hunc locum conferenti cum cat. 5, n. 10, et cat. 13. n. 18 et 31. Vide etiam auctorem Quæstionum ad Antiochum sub nomine sancti Athanasii, quæst. 136, n. 9.

(3) Ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή. Articulos et nomen ἀληθινή adjecimus ex codd. Coisl. et Reg.

(4) Σμύρνα καὶ ἀλόη, etc. In codd. Roe et Casaub. legitur, σμύρναν ἀληθῆ, μετὰ πρώτων, etc. Illud ἀληθῆ factum sine dubio ex ἀλώθ quod legitur loco ἀλόη in LXX ed. Rom. sine καί. At in ed. Ald. legitur ἀλωή. Aquilæ autem versio fert ut Cyrillus καὶ ἀλωή, solo vocalis ω discrimine.

(5) Αἱ γυναῖκες. Eam vocem in editis prætermissam restituimus ex codd. Reg. et Coisl. iidem codd. loco εἰς sequentibus, habent ut in evangelico textu, ἐπί.

(6) Μετὰ μέλιτός μου. Pronomen μου adjecimus ex Coisl., Reg., Roe, Casaub., Grod., Cyrillo ipso infra locum ita repetente, et hom. *in Paral.* num. 11, citante, et sacro textu.

(7) Βάλλετε τοὺς δακτύλους, etc. Eæ voces non sunt evangelistarum, sed Cyrilli ; sive memoriæ lapsu eas Christo tribuerit, sive ad cæteros extenderit apostolos quæ uni Thomæ dicta ab Joanne evangelista referuntur. Certe Cyrillus hujus catech. num. 22, sentire videtur non unum apostolum sed plures, manus et pedes Christi tetigisse ; nisi per numeri enallagen pluralem pro singulari posuerit. Quæ si ejus sententia fuerit, nititur in gravissima sancti Ignatii martyris auctoritate scribentis ad Smyrnæos, n. 3 : Καὶ ὅτε πρὸς τοὺς περὶ Πέτρον ἦλθεν, ἔφη αὐτοῖς· Ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον. Καὶ εὐθὺς αὐτοῦ ἥψαντο, καὶ ἐπίστευσαν κραθέντες τῇ σαρκὶ αὐτοῦ καὶ πνεύματι· « Et cum ad Petrum et sodales venit, ait illis : Tan- « gite me, et videte quod non sim dæmonium in- « corporale. Et statim eum tetigerunt, et credide- « runt carni ejus et Spiritui immisti ».

(8) *Ingressus est per fores clausas.* Non per januas clausas, sed januis clausis ingressum esse Christum testatur evangelista. Non omnino unum et idem eæ duæ res sunt ; prius enim includit eam quam philosophi penetrationem vocant, qua duo corpora in eodem loco simul exsistunt ; alterum vero eam explicationem pati potest, quod corpus aliquod ab uno spatio in aliud, quamvis interjectis corporibus separatum, impertransito medio transferatur. Verum pauci omnino Patres id discrimen vel viderunt vel attenderunt. Unus fere Hilarius hæc distinxisse videtur, lib. III *De Trin.* n. 20, qui tamen *in psal.* LV, num 5. ad penetrationem recurrit ; cæterorum fere Patrum exemplo qui Christum *per januas* ingressum aiunt. Ita auctor *Confutationis quarumdam proposit.*, num. 14, apud Athanas. tom. II, vel. III,

sicut requirebat Thomas [17]. « Cumque hauddum « crederent præ gaudio et admirarentur, dixit illis: « Habetis hic aliquid edulii? Illi autem dederunt ei « piscis assi partem, et de apiario favum [18] ». Cernis, quomodo impleta est illa sententia: « Comedi « panem meum cum melle meo [19].

XII. Sed antequam ingrederetur per januas clausas [20], quærebatur ab optimis illis et virili robore præditis mulieribus, sponsus et curator animarum. Venerunt beatæ illæ ad sepulcrum, et quærebant eum qui jam resurrexerat [21]: fluebantque adhuc illarum ex oculis lacrymæ [22], cum potius lætari et choros agere propter redivivum conveniret. Venit Maria quærens, ut est in Evangelio, nec invenit; posteaque audivit ab angelis, et demum Christum vidit [23]. Nunquid et hæc perscripta sunt? Dicit igitur in Canticis canticorum: « Super lectum meum « quæsivi quem diligit anima mea ». Quali tempore? « Super lectum meum *in noctibus* quæsivi quem diligit « anima mea [24]. (Maria, *inquit* [Evangelium], venit « cum adhuc tenebræ essent [25].) Super lectum meum « quæsivi in noctibus. Quæsivi eum, et non inveni ipsum [26] ». In Evangeliis quoque Maria ait: « Tulerunt Dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum [27] ». Verum præsentes tunc angeli ignorantiam depulerunt; dixerunt enim: « Quid quæritis viventem « cum mortuis [28] »? non surrexit solum, sed mortuos quoque secum habens surrexit. Illa vero nesciebat; ejusque ex persona dicit ad angelos Canticum canticorum: « Num quem diligit anima mea vidistis? « Paululum, cum transivissem ab illis (hoc est, « duobus angelis), donec inveni quem diligit anima « mea; tenui eum, nec illum dimisi [29] ».

XIII. Nam post angelorum visionem ipse se annuntians Jesus venit, dicitque Evangelium: « Et ecce « Jesus occurrit illis dicens. Gaudete. Illæ 211 autem « accedentes tenuerunt pedes ejus [30] ». Tenuerunt eum ut impleretur illud: « Tenebo eum, nec illum di- « mittam [31]. Imbecillum quidem mulieris corpus erat sed viriles animi. Aqua multa non exstinxit dile-

Α τει (1) θωμᾶς. Καὶ ἔτι ἀπιστούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς χαρᾶς, καὶ θαυμαζόντων, εἶπεν αὐτοῖς· Ἔχετέ τι βρώσιμον ἐνθάδε; οἱ δὲ ἐπέδωκαν αὐτῷ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος, καὶ ἀπὸ μελισσίου κηρίον. Βλέπεις πῶς πεπλήρωται τὸ, Ἔφαγον ἄρτον μου μετὰ μέλιτός μου.

ΙΒ'. Ἀλλὰ πρὸ τοῦ εἰσελθεῖν διὰ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, ἐζητεῖτο ὑπὸ τῶν ἀριστων (2) ἐκείνων καὶ ἀνδρείων γυναικῶν ὁ νυμφίος, καὶ ὁ τῶν ψυχῶν θεραπευτής. Ἦλθον αἱ μακάριαι ἐπὶ τὸν τάφον, καὶ ἐζήτουν τὸν ἐγηγερμένον, καὶ ἔταζεν αὐτῶν ἔτι τὰ Β δάκρυα ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν, δέον μᾶλλον εὐφραίνεσθαι, καὶ χορεύειν ἐπὶ τῷ ἀναστάντι. Ἦλθεν ἡ Μαριὰμ ζητοῦσα, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ οὐχ ηὗρηκε· καὶ μετὰ ταῦτα ἤκουσε παρὰ τῶν ἀγγέλων, καὶ ὕστερον εἶδε τὸν Χριστόν. Ἆρα καὶ ταῦτα γέγραπται; Λέγει τοίνυν ἐν Ἄσμασι τῶν ᾀσμάτων· Ἐπὶ κοίτην μου ἐξήτησα ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου. Ποίῳ καιρῷ; Ἐπὶ κοίτην μου ἐν νυξὶν ἐζήτησα, ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου (Μαρία, φησὶν, ἦλθεν ἔτι οὔσης σκοτίας). Ἐπὶ κοίτην μου ἐζήτησα ἐν νυξίν· ἐζήτησα αὐτὸν, καὶ οὐχ εὗρον αὐτόν. Καὶ ἐν Εὐαγγελίοις φησὶν ἡ Μαριάμ· Ἦραν τὸν Κύριόν μου, καὶ οὐκ οἶδα ποῦ τέθεικαν αὐτόν. Ἀλλὰ οἱ ἄγγελοι παρόντες τότε, θεραπεύουσι τὰς ἀγωσίας· ἔλεγον γάρ· Τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; οὐ μόνον ἀνέστη, ἀλλὰ καὶ νεκροὺς ἔχων ἀνέστη. Ἠγνόει δὲ ἐκείνη, καὶ ἔλεγεν (3) ἐκ προσώπου αὐτῆς τὸ Ἄσμα τῶν ᾀσμάτων πρὸς τοὺς ἀγγέλους· Μή, ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου, εἴδετε; ὡς μικρὸν, ὅτε παρῆλθον ἀπ' αὐτῶν (τουτέστι, τῶν δύο ἀγγέλων), ἕως οὗ εὗρον ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου· ἐκράτησα αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀφῆκα αὐτόν.

ΙΓ'. Μετὰ γὰρ τὴν ὀπτασίαν τῶν ἀγγέλων αὐτάγγελος Ἰησοῦς ἦλθε, καί φησι τὸ Εὐαγγέλιον· Καὶ ἰδοὺ ὁ Ἰησοῦς ἀπήντησεν αὐταῖς λέγων· Χαίρετε· αἱ δὲ προσελθοῦσαι ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας. Ἐκράτησα αὐτὸν, ἵνα πληρωθῇ τὸ, Κρατήσω αὐτὸν (4) καὶ οὐκ ἀφήσω αὐτόν. Ἀσθενὲς μὲν ἦν τῆς γυναικὸς τὸ σῶμα, ἀνδρεῖον δὲ τὸ φρόνημα.

[17] Joan. xx, 25 27. [18] Luc. xxiv, 41, 42. [19] Cantic. v, 1. [20] Joan. xx. 19-26. [21] Matth. xxviii, 1 6; Luc. xxiv, 5. [22] Joan. xx, 11. [23] ibid. 1, 13 sqq. [24] Cant. iii, 1. [25] Joan. xx, 1. [26] Cant. iii, 1. [27] Joan. xx, 13. [28] Luc. xxiv, 5. [29] Cant. iii, 3, 4. [30] Matth. xxviii, 9. [31] Cant. iii, 4.

pag. 570; Eusebius Gallican. hom. 9 et 10 *De Paschate*. Alios a Petavio tom. V *Theologicorum dogmatum* citatos reperies.

(1) Ὡς ἐπεζήτει. Ita scripsimus ex Coisl., Reg. Roe, Casaub.; at editi, ὧν ἐπεζήτει, *quos requirebat*. Legendum forte, ὅν, vel ὃ ἐπεζήτει· postremum hoc videtur legisse Grodecius. Voces. ἀπὸ τῆς χαρᾶς, in editis positas post θαυμαζόντων, naturali, quem in sacro textu Græco obtinent, ordini restituimus ex Coisl., Reg. et Grod. Verba quoque, ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος, καὶ restituimus ex Coisl., Reg. et sacro textu. Scripsimus porro κηρίον ex Roe. Casaub., Coisl., ut citat hom. *in Paral.*, n. 11, cum in editis legatur ut apud Lucam κηρίου.

(2) Ἀρίστων, *optimarum*. Codd. Reg. et Coisl., ἀριστέων, *generosarum*, non male, si ἀριστεύς aliquando in feminino genere legeretur. Sequentia in suam expositionem Symboli transcripsit Rufinus.

(3) Ἔλεγεν. Coisl., Reg., Roe, Casaub., λέγει, *dicit*. Infra, loco παρῆλθεν αὐτῶν, scripsimus, παρῆλθον, ex codd. Roe et Casaub., et ἀπ' αὐτῶν, ex iisdem, et Coisl. ac Reg. et sacro textu. Loco etiam εὗρεν, scripsimus, εὗρον ex his omnibus præfatis auctoritatibus. At pro ἕως οὗ, Reg. et Coisl. habent καὶ εὐθέως, *et statim*. Planior lectio, sed ab Scripturæ textu recedens.

(4) Κρατήσω αὐτόν, etc. *Tenebo eum, nec dimittam*. Ita et Rufinus. Lineis aliquot superius eumdem locum legit in præterito tempore, Ἐκράτησα αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀφῆκα αὐτόν, ut revera est in Bibliis Græcis, et in Vulg. *Tenui eum, nec dimittam*. Paulo post. verbum ἦν ante τῆς γυναικός adjeci ex codd. Coisl. et Reg. Loco ἔσβεσε, et συνέκλυσαν legitur in iisd. codd. ἐσβέσει (leg. σβέσει) et συγκλύσουσιν, *non exstinguet, nec obruet*. Habetur in LXX, οὐ δυνήσεται σβέσαι, καὶ ποτ. οὐ συγκλύσουσιν.

Ὕδωρ πολὺ οὐκ ἔσβεσε τὴν ἀγάπην οὐδὲ ποταμοὶ συνέκλυσαν· νεκρὸς ὁ ζητούμενος, ἀλλ' οὐκ ἐσβέσθη τῆς ἀναστάσεως ἡ ἐλπίς. Καὶ ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτὰς λέγει πάλιν· Μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς (1). Οὐ λεγω τοῖς στρατιώταις τὸ, Μὴ φοβεῖσθε, ἀλλ' ὑμῖν. Ἐκεῖνοι φοβείσθωσαν, ἵνα πείρᾳ μαθόντες μαρτυρήσωσι, καὶ εἴπωσιν· Ἀληθῶς Θεοῦ Υἱὸς ἦν· ὑμᾶς δὲ οὐ χρὴ φοβηθῆναι, ἡ γὰρ τελεία ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον. Πορευθεῖσαι εἰπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ὅτι ἠγέρθη, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ἀναχωροῦσιν ἐκεῖναι μετὰ χαρᾶς ἔμφοβοι. Ἆρα καὶ τοῦτο γέγραπται; Λέγει τοίνυν ὁ δεύτερος ψαλμὸς, ὁ τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ διαγορεύων· Δουλεύσατε τῷ Κυρίῳ ἐν φόβῳ, καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ. Ἀγαλλιᾶσθε μὲν διὰ τὸν ἀναστάντα Κύριον· ἐν τρόμῳ δὲ διὰ τὸν σεισμὸν, καὶ τὸν ἄγγελον τὸν ὡς ἀστραπὴν φανέντα.

ΙΔ'. Ἐσφράγισαν μὲν οὖν ἀρχιερεῖς καὶ Φαρισαῖοι διὰ Πιλάτου τὸν τάφον· αἱ δὲ γυναῖκες ἐθεάσαντο τὸν ἀναστάντα. Καὶ γινώσκων Ἡσαΐας ἀρχιερέων μὲν τὸ εὐτελὲς (2), τῶν δὲ γυναικῶν τὸ στερρὸν τῆς πίστεως, λέγει· Γυναῖκες ἐρχόμεναι ἀπὸ θέας, δεῦτε· οὐ γὰρ λαός ἐστιν ἔχων σύνεσιν· ἀρχιερεῖς ἀσυνετοῦσιν, καὶ γυναῖκες αὐτοπτοῦσι. Καὶ ἐλθόντων τῶν στρατιωτῶν πρὸς αὐτοὺς εἰς τὴν πόλιν, καὶ ἀπαγγειλάντων πάντα τὰ γενόμενα, εἶπον αὐτοῖς· Εἴπατε, ὅτι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς ἐλθόντες, ἔκλεψαν αὐτὸν ἡμῶν κοιμωμένων. Καλῶς ἄρα καὶ τοῦτο ὡς ἐξ αὐτῶν προεῖπεν Ἡσαΐας· Ἀλλὰ λέγετε ἡμῖν, καὶ ἀπαγγέλλετε (3) ἡμῖν ἑτέραν πλάνησιν. Ἐγήγερται ὁ ἀναστὰς, καὶ διὰ δόσιν ἀργυρίου πείθουσι τοὺς στρατιώτας· ἀλλ' οὐ πείθουσι τοὺς νῦν βασιλεῖς. Οἱ τότε μὲν στρατιῶται, ἀργυρίῳ προδεδώκασι τὴν ἀλήθειαν· οἱ δὲ νῦν βασιλεῖς δι' εὐσέβειαν, ἀργυρένδυτον καὶ χρυσοκόλλητον τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν ταύτην ἐν ᾗ πάρεσμεν, τῆς τοῦ Σωτῆρος Θεοῦ Ἀνα-

A ctionem, nec flumina demerserunt [32]. Mortuus erat qui quærebatur, verum exstincta non erat spes resurrectionis. Et angelus ad ipsas iterum dixit: *Ne timeatis vos* [33]: non dico militibus, Ne timeatis, sed vobis. Illi timeant, ut experientia edocti testimonium ferant, dicantque: *Vere Dei Filius erat* [34]; vos autem non oportet timere: perfecta enim charitas foras mittit timorem [35]. « Profectæ, dicite dis- « cipulis ejus quod surrexit [36], » et quæ sequuntur. Et recesserunt illæ cum gaudio, timore oppletæ [37]. Anne et hoc est scriptum? Dicit igitur secundus psalmus qui Christi passionem enuntiat: « Servite « Domino in timore, et exsultate ei in tremore [38]. « Exsultate » quidem propter Dominum qui resurrexit: *in tremore* vero propter terræ motum, et an-
B gelum qui fulguris instar apparuit.

XIV. Obsignaverant quidem principes sacerdotum et Pharisæi sepulcrum, Pilati adminiculo: at mulieres suscitatum viderunt. Cognoscensque Isaias summorum sacerdotum ex una parte futilitatem, mulierum vero ex alia fidei robur, dicit: « Mulieres « venientes a visione, accedite: non enim est populus « habens intelligentiam [39]. » Summi sacerdotes intelligentia destituuntur, et mulieres ipsis oculis conspiciunt. [40] Cumque ad illos in urbem venissent milites, et omnia quæ contigerant renuntiassent [41], aiunt ipsis: « Hoc dicite, Discipuli ejus nocte venientes fu- « rati sunt eum nobis dormientibus [42]. » Egregie illud quoque, tanquam eorum ex persona loquens, prædixit Isaias: « Sed dicite nobis, et annuntiate nobis
C « alium errorem [43]. » Surrexit qui redivivus fuit, et numerata pecunia militibus [ut sibi audientes sint] persuadent [44]. Sed idem præsentibus imperatoribus non persuadent. Nam cum illius temporis milites argento prodiderint veritatem, hujus temporis (4) im-

[32] Cant. VIII, 7. [33] Matth. XXVIII, 5. [34] Matth. XXVII, 54. [35] I Joan. IV, 18. [36] Matth. XXVIII, 7. [37] ibid. 8; Marc. XVI, 8. [38] Psal. II, 11. [39] Isa. XXVII, 11. [40] *Vide hom. in Paral. n.* 5. [41] Matth. XXVIII, 11. [42] ibid. 13. [43] Isa. XXX, 10. [44] Matth. XXVIII, 15.

(1) Μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς. Vox ὑμεῖς non est evangelistarum; hanc tamen uti ex Evangelio Cyrillus agnoscit, et a pluribus Latinis vel Græcis Patribus lecta est.

(2) Τὸ εὐτελές. Hæc cum aliquo additamento in Coisl. et Reg. exhibentur: Ἀρχιερέων μὲν τὸ εὐτελὲς καὶ ἀσύνετον, τῶν δὲ γυναικῶν τὸ ἀνδρεῖον καὶ στερρόν, etc. « Sacerdotum ex una parte futilitatem « et imprudentiam, mulierum vero ex alia virilem et
D « firmam fidem. » Sequentem locum Isaiæ, in eumdem sensum Rufinus pariter usurpat, et multi cum eo Patres.

(3) Ἀπαγγέλλετε. Codd. Roe et Casaub., ἀναγγέλλετε, ut in Bibliis. Loco διδόασιν ἀργύριον, scripsimus, διὰ δόσιν ἀργυρίου, ex codd. Roe, Casaub. et Coisl., qui postremus habet vitiose, δίδωσιν ἀργυρίου.

(4) *Hujus temporis imperatores.* Cyrillus infra n. 22, solum Constantinum ecclesiæ Resurrectionis ædificatorem et exornatorem memorat: eidemque soli Eusebius, lib. III *Vit. Constant.*, cap. 25 et seqq. et *De laudibus* ejusdem, cap. 9, hujus magnifici operis structuram tribuit. Quamobrem Cyrillus vel per enallagen numeri plurali numero utitur loco singularis, vel Constantino Helenam matrem augustam adjungit; quam dubium non est magnam in hoc opere partem habuisse, ita ut illi soli adjudicetur a Paulino, epist. 31, num. 4; Socrate, lib. I *Hist.*, cap. 17; Theodoreto, lib. I *Hist. Eccl.*, cap. 18, aliisque; vel tandem Constantino consociat tres filios Cæsares, qui cum in societatem imperii adsciti essent, in patris gestis quodammodo comprehendi poterant. Proclivius vero crediderim solos viventes tum temporis Constantini filios Constantium et Constantem a Cyrillo appellari, qui cum patre, ut modo dixi, ecclesiam Resurrectionis exstruxerint. Id suadere videntur verba bis repetita, οἱ νῦν βασιλεῖς. De magnificentia ecclesiæ Resurrectionis nihil est quod dicam. Ejus descriptionem ab Eusebio, lib. III *Vit. Constant.*, cap. 45 et seqq., factam vide in Appendice. Exterior parietum superficies politis lapidibus, nihil a marmoris pulchritudine differentibus constabat; interior vero versicoloribus marmoris crustis obtecta. Exterius tectum plumbo coopertum: interius cælatis lacunaribus constans, auro purissimo incrustatum. Ipsæ etiam porticuum concamerationes auro variegatæ. Columnæ hemicycli in quo altare, argenteis crateribus capitellis earum impositis ornatæ. Denique donaria omnis generis ex auro, argento et gemmis affatim cumulata: nimirum libri sacri, vestes, calices, vela, candelabra, ac fortassis tabulæ etiam pictæ. Ecclesia solemni apparatu dedicata anno est 335, quo Constantem filiorum postremum Cæsaris dignitate

peratores, sanctam hanc in qua sumus Salvatoris Dei Resurrectionis ecclesiam, argento inductam, et auro infuso distinctam exstruxerunt; preliosis ex argento, auro ac gemmis, donariis exornarunt. *Et si hoc* **212** *auditum fuerit apud præsidem, nos suadebimus ei* [45]. Quod si illis persuadetis, orbi terrarum non persuadetis. Eccur enim, quemadmodum Petro de carcere egresso [46], custodes sunt condemnati; ita et qui Jesum custodiebant, damnationi non subjacuere? Verum illis imposita ab Herode pœna fuit; nullam enim ex ignorantia defensionem reperiebant; isti autem, qui cum veritatem novissent, eam propter argentum occultavere, a summis sacerdotibus incolumes sunt servati [47]. At pauci Judæorum tunc fabulæ creduli fuere; orbis vero totus obedivit (veritati). Qui veritatem absconderant, ipsi [oblivione] absconditi: qui vero eam recepere, in publicam lucem emerserunt, excitati virtute Salvatoris; qui non modo ex mortuis surrexit, sed secum quoque mortuos excitavit: quorum ex persona clare Oseas propheta ait: « Sanitati nos restituet post duos dies: in die tertia resurgemus, et vivemus « in conspectu ejus [48]. »

A στασεως, ἐξειργάσαντο· καὶ τοῖς ἐξ ἀργύρου, καὶ χρυσοῦ, καὶ λίθων τιμίων (1) κειμηλίοις ἐφαίδρυναν. Κἂν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, ἡμεῖς πείσομεν αὐτόν. Καὶ εἰ ἐκείνους πείθετε, τὴν δὲ οἰκουμένην οὐ πείθετε. Διὰ τί γὰρ, ὥσπερ τοῦ Πέτρου ἐξελθόντος ἐκ τῆς φυλακῆς οἱ φύλακες κατεδικάζοντο (2), οὕτω καὶ οἱ τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν τηροῦντες οὐ κατεδικάσθησαν; Ἀλλ' ἐκείνοις μὲν ἐπῆλθεν ἡ καταδίκη παρὰ Ἡρώδου, ἀπολογήσασθαι γὰρ οὐχ εὕρισκον ἐξ ἀγνοίας· οὗτοι δὲ τὴν ἀλήθειαν ἰδόντες (3), καὶ ταύτην κρύπτοντες διὰ τὸ ἀργύριον, ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων διεσώζοντο. Ἀλλ' ὀλίγοι μὲν ἐπείσθησαν Ἰουδαίων τότε· ὁ κόσμος δὲ ὑπήκουσεν. Οἱ κρύψαντες τὴν ἀλήθειαν, κατεκρύφθησαν· καὶ οἱ καταδεξάμενοι ταύτην, ἀνεφάνησαν (4) δυνάμει τοῦ Σωτῆρος, τοῦ μὴ μόνον ἐκ νεκρῶν ἀναστάντος, ἀλλὰ καὶ μεθ' ἑαυτοῦ τοὺς νεκροὺς ἐγείραντος· ὧν ἐκ προσώπου σαφῶς ὁ προφήτης Ὡσηέ φησιν· Ὑγιάσει ἡμᾶς μετὰ δύο ἡμέρας, ἐν ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ ἀναστησόμεθα, καὶ ζησόμεθα ἐνώπιον αὐτοῦ.

B

XV. Quando vero inobsequentes Judæos non permovent divinæ Scripturæ, ipsique omnium quæ scripta sunt obliti resurrectioni Jesu contradicunt, optimum fuerit sic eos affari: Qua ratione, cum Eliseum et Eliam mortuos excitasse asseratis [49], Salvatoris nostri resurrectioni obnitimini? An quod eorum quæ dicimus viventes nunc, ex eis qui tunc fuerunt, testes non habemus? igitur et vos testes illorum temporum producite. Atqui illud scriptum est? et hoc quoque scriptum. Cur ergo alterum amplectimini, alterum vero reprobatis? Hebræi priora illa scripserunt: omnes quoque apostoli Hebræi fuere: quidni ergo Judæis creditis? Matthæus qui Evangelium scripsit, Hebraica illud lingua conscripsit. Paulus prædicator, Hebræus ex Hebræis [50]: et duodecim apostoli, Hebræi omnes. Deinde quindecim Hierosolymorum episcopi ex Hebræis continua successione sunt constituti. Qua

ΙΕ'. Ἐπειδὴ δὲ οὐ πείθουσιν αἱ θεῖαι Γραφαὶ τοὺς ἀνηκόους Ἰουδαίους, ἐπιλαβόμενοι δὲ πάντων τῶν γεγραμμένων ἀντιλέγουσι τῇ ἀναστάσει τοῦ Ἰησοῦ, καλὸν ἂν εἴη πρὸς αὐτοὺς οὕτως ἀντειπεῖν· Τίνι τῷ λόγῳ τὸν Ἐλισσαῖον καὶ τὸν Ἠλίαν νεκροὺς ἐγηγερκέναι λέγοντες, τῇ ἀναστάσει τοῦ ἡμετέρου Σωτῆρος ἀντιλέγετε; Ὅτι νῦν ἄρα ζῶντας ἐκ τῶν τότε μάρτυρας οὐκ ἔχομεν τῶν λεγομένων; οὐκοῦν καὶ ὑμεῖς παραστήσατε τῶν τότε γεγονότων μάρτυρας. Ἀλλ' ἔγγραφον ἐκεῖνο; καὶ τοῦτο ἔγγραφον. Διὰ τί οὖν τὸ μὲν ἀποδέχεσθε, τὸ δὲ ἀποδοκιμάζετε; Ἑβραῖοι ἔγραψαν ἐκεῖνα· καὶ οἱ ἀπόστολοι πάντες Ἑβραῖοι. Διὰ τί οὖν τοῖς Ἰουδαίοις ἀπιστεῖτε; Ματθαῖος, ὁ γράψας τὸ Εὐαγγέλιον, Ἑβραΐδι γλώσσῃ τοῦτο ἔγραψε· καὶ Παῦλος ὁ κῆρυξ, Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων· καὶ οἱ δώδεκα ἀπόστολοι, ἐξ Ἑβραίων. Εἶτα δεκαπέντε Ἱεροσολυμῖται ἐπίσκοποι, ἐξ Ἑβραίων κατὰ διαδοχὴν κατέστησαν (5). Τίνι τοίνυν τῷ λόγῳ ἀποδέχεσθε μὲν

C

[45] Matth. XXVIII, 14. [46] Act. XII, 19. [47] Matth. XXVIII, 15. [48] Ose. VI, 3. [49] IV Reg. IV, 20, 37; III Reg. XVII, 17, 24. [50] Philip. III, 5.

auxit pater. Vide Euseb., lib. IV *Vit. Constant.*, cap. 40 et seqq.

(1) Καὶ λίθων τιμίων. Hæc addidimus ex Coisl. et Reg., quod confirmatur ex Euseb., lib. III *Vit. Constant*, cap. 40. Iidem pro ἀργύρου et χρυσοῦ scriptum habent, ἀργυρίων et χρυσίων. Particulam γάρ, post οἰκουμένην male in impressis et codd. Roe et Casaub. insertam, post διὰ τί posuimus, ex codd. Coisl. et Reg.

(2) Κατεδικάζοντο. Eam vocem supplevimus ex codd. Coisl., Reg., Roe et Casaub. quanquam ambo posteriores habeant, κατεδικάζονται. Ἰησοῦν loco Χριστόν habent omnes hi codd. et Grod.

(3) Ἀλήθειαν ἰδόντες. Ex codd. Coisl., Reg. et Grod. Editi vero εἰπόντες, *veritatem dicentes*, nimirum Judæorum magistris, quibus resurrectionem annuntiarunt. At ἰδόντες melius convenit, ut opponatur ignorantiæ militum Herodis.

(4) Ἀνεφάνησαν. Cod. Reg., ἐνεφάνισαν, *promulgaverunt*: quod de apostolis intelligitur, non male; melius tamen, ἀνεφάνησαν, *in publicam lucem prodierunt*; quod non de apostolis solum dictum puto, sed de omnibus qui veritatem ab apostolis prædicatam amplexi et libere confitentes, Ecclesiam toto orbe conspicuam, atque uti ex tenebris excitatam, composuerunt. Paulo post in testimonio Osee citato, loco ἁγιάσει, *sanctificabit*, scripsimus ex codd. Coisl., Roe, Casaub. Grod., Rufino hunc locum citante, et sacro textu ὑγιάσει, *sanabit*. In Bibliis habetur, ἐξαναστησόμεθα. At cod. Alex. habet ut Cyrillus, ἀναστησόμεθα.

(5) Δεκαπέντε... κατέστησαν. Hunc locum restituimus ex codd., nam loco δεκαπέντε habetur in editis solummodo, δὲ καί. Ex codd. Coisl., Ottob., Reg, Roe, Casaub. scripsimus, δεκαπέντε. Nam quindecim fuerunt priores Hierosolymorum episcopi ex Hebræis assumpti, et circumcisionem retinentes, qui hanc sedem, usque ad Hierosolymitanam sub Adriano cladem anno 137 tenuere; quorum successionem et nomina recitant Euseb., lib. IV *Hist. eccles.*, cap. 5 et Epiphanius, hæresi LXVI, num. 21. Ex Coisl., Reg. et Grod. κατέστησαν posuimus pro καταστάντες, cui nominandi casui nullum verbum respondebat.

τὰ οἰκεῖα, τὰ δὲ ἡμέτερα ἀποδοκιμάζετε, καὶ ταῦτα ὑπὸ τῶν παρ' ὑμῖν Ἑβραίων γεγραμμένα ;

ΙΣ'. Ἀλλ' ἀδύνατον, λέγει τις, τὸ ἀναστῆναι νεκρούς. Καὶ μὴν ἤγειρεν Ἐλισσαῖος δίς, καὶ ζῶν καὶ τελευτήσας. Εἶτα, πιστεύομεν, ὅτι Ἐλισσαίου νεκροῦ ὄντος ἥψατο νεκρὸς ἐπιῤῥιφεὶς, καὶ ἀνέστη· Χριστὸς δὲ ἄρα ἐκ νεκρῶν οὐκ ἐγήγερται ; Ἀλλ' Ἐλισσαίου μὲν ἐκεῖ (1) νεκρὸς ἁψάμενος ἀνέστη, καὶ αὐτὸς ὁ ἀναστήσας ἔμεινεν ὁμοίως νεκρός· ὧδε δὲ καὶ ὁ νεκρὸς ὁ ἡμέτερος ἀνέστη, καὶ πολλοὶ μηδὲ ἁψάμενοι αὐτοῦ νεκροὶ ὀνέστησαν. Πολλὰ γὰρ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθη· καὶ ἐξελθόντες ἐκ τῶν μνημείων μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ, εἰσῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν (δῆλον δὲ, ὅτι ταύτην ἐν ᾗ νῦν ἐσμεν), καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς. Ἤγειρε μὲν οὖν Ἐλισσαῖος νεκρὸν, ἀλλ' οὐκ ἐκράτησεν οἰκουμένης· ἤγειρεν Ἠλίας νεκρὸν, ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ ὀνόματι Ἠλία δαίμονες ἀπελαύνονται. Οὐ κακῶς λέγομεν τοὺς προφήτας, ἀλλὰ τὸν Δεσπότην τὸν ἐκείνων μειζόνως ἀνυμνοῦμεν. Οὐ γὰρ ἐκεῖνα κακίζοντες, τὰ ἡμέτερα σεμνύομεν· ἡμέτερα γὰρ κἀκεῖνα. Ἀλλ' ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς τὰ ἡμέτερα πιστοποιοῦμεν.

ΙΖ'. Ἀλλὰ πάλιν λέγουσιν, ὅτι Νεκρὸς μὲν ὁ πρόσφατον τότε τελευτήσας, ὑπὸ τοῦ ζῶντος ἐγήγερται· δείξατε δὲ ἡμῖν ὅτι ἐγχωρεῖ νεκρὸν τριήμερον ἀναστῆναι, καὶ ἐγχωρεῖ ἄνθρωπον ταφέντα· μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀναστῆναι. Ζητούντων δὲ ἡμῶν τὴν περὶ τοιούτων (2) μαρτυρίαν, δίδωσιν ἡμῖν ταύτην αὐτὸς ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἐν Εὐαγγελίοις, λέγων· Ὥσπερ γὰρ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους. τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας· οὕτως ἔσται ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν νῇ καρδίᾳ τῆς γῆς, τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας. Ἐξεταζόντων δὲ ἡμῶν τὴν κατὰ τὸν Ἰωνᾶν διήγησιν. πολλὴ τῆς ὁμοιότητός ἐστιν ἡ ἐνέργεια. [Forte. ἐνάργεια. Edit.] Ἰησοῦς ἀπεστάλη μετάνοιαν κηρύξαι· καὶ Ἰωνᾶς ἀπεστάλη. Ἀλλ' ὁ μὲν ἔφυγεν, ἀγνοῶν τὸ ἐσόμενον· ὁ δὲ ἑκουσίως παραγέγονεν ἐπὶ μετατοίᾳ τῆς σωτηρίας. Ἰωνᾶς ἐκάθευδεν ἐν τῷ πλοίῳ, καὶ ἔρεγχε θαλάσσης χειμαζομένης· καὶ Ἰησοῦ καθεύδοντος, κατ' οἰκονομίαν ἐπεγείρετο ἡ θάλασσα, πρὸς τὸ γνωσθῆναι μετὰ ταῦτα τοῦ καθεύδοντος τὴν δύναμιν. Ἐκείνῳ ἔλεγον, Τί σὺ ῥέγχεις ; ἀνάστηθι, ἐπικαλοῦ (3) τὸν θεόν σου, ἵνα διασώσῃ ἡμᾶς ὁ Θεός· ὧδε

A ratione igitur vestra dum admittitis, nostra rejicienda arbitramini, eaque ab Hebræis vestri generis perscripta ?

XVI. Sed impossibile est, aiet quispiam, resuscitari mortuos. Atqui semel et iterum resuscitavit Eliseus, et vivens [51] et post mortem [52]. Credimus projectum mortuum Elisei mortui jacentis contactu surrexisse : Christus vero ex mortuis non surrexit ? Insuper cum illic mortuus qui Eliseum contigit, resurrexerit ; ipse qui excitavit nihilominus mansit ut ante mortuus : hic vero, et noster mortuus surrexit, et multi mortui qui ne quidem illum contigere, surrexerunt. « Multa *enim* corpora sanctorum qui ℣ℍ obdormierant, surrexerunt. Et exeuntes de «monumentis post resurrectionem ejus ingressi sunt B «in sanctam civitatem » (palam autem est eam in qua nunc sumus (4), significari), *et apparuerunt multis* [53]. Excitavit quidem Eliseus mortuum, sed orbem non subegit ; excitavit Elias mortuum, sed non in nomine Eliæ dæmones abiguntur. Non detrahimus prophetis, sed Dominum eorum magnificentius celebramus. Non enim illa minuendo nostra commendamus, nam et illa quoque nostra sunt. verum ex rebus illorum nostris fidem conciliamus.

XVII. Verum iterum aiunt : Mortuus equidem recens tum defunctus a vivente exsuscitatus est. At ostendite nobis posse fieri ut mortuus trium dierum resurgat, et sepultus homo post dies tres ad vitam revocetur. Hujusmodi rerum testificationem quærentibus, hanc nobis suppeditat Dominus Jesus in Evangeliis aiens : « Sicut enim fuit Jonas in ventre C « ceti tres dies et tres noctes ; sic erit Filius hominis « in corde terræ tres dies et tres noctes [54] ». Quando autem historiam Jonæ diligenter indagamus, plurima occurrit similitudinis vis atque efficacia. Jesus pœnitentiam prædicatum missus est : missus et Jonas [55]. Sed ille futuri inscius fugit : hic autem voluntarie pœnitentiam salutis daturus accessit. Jonas dormiebat in navigio et stertebat, dum mare tempestate jactaretur : Jesu quoque dormiente certo consilio excitatum est mare [56], ut dormientis virtus postea cognosceretur. Illi dicebant : *Quid tu stertis ? surge, invoca Deum tuum, ut salvos nos faciat Deus* [57]. Hic autem Domino dicunt : *Domine serva nos* [58]. Ibi dicebant : *Invoca Deum tuum* ; hic autem *Serva*. At ille quidem dicit : *Tollite me et projicite in mare*

[51] IV Reg. IV, 20, 37. [52] IV Reg. XIII, 21. [53] Matth. XXVII, 52, 53. [54] Matth. XII, 40 : Jon. II, 1. [55] Jon. I, 2 sqq. [56] Matth. VIII, 24, 25. [57] Joan. I, 6. [58] Matth. VIII. 25.

(1) Ἐκεῖ. Non male Roe et Casaub., εἰ καί, *quamvis*.

(2) Περὶ τοιούτων. Τοιούτων uti aptius legimus loco τούτων, ex Coisl., Reg. et Grod. ; at Roe et Casaub. habent, τῶν τούτων.

(3) Ἐπικαλοῦ. Codd. Coisl., Reg. et Grod. scriptum habent ut in prophetico contextu, καὶ ἐπικαλοῦ. Pro ἵνα διασώσῃ, Coisl., ἴσως διασώσει, *forte salvabit*. Post εἴπον, sustulimus, ex Coisl., Reg., Roe, et Casaub. articulum τό.

(4) *Palam est eam in qua nunc sumus*, etc. Id opponit opinioni satis pervulgatæ sanctos illos resurgentes in cœlestem Jerusalem assumptos esse. Ita inter alias sensit Hilar., *in psal.* II, n. 26, et *in psal.* CXLVI, n. 2 ; Rufinus, in *Expos. Symboli* ; Euseb., lib. IV *Demonst. evang* , cap. 12 ; et lib. X, cap. 8, pag. 501 ; Hieronymus, epist. vet. ed. 3, nov. ed. 35, n. 8, quanquam epistola 17, novæ editionis 44, ridiculam hanc plerorumque opinionem appellat. Hanc alii quoque Patres refutant. Sanctus Epiphanius, hæres. LXXV, num. 7, eos sanctos in terrestrem Jerusalem primum, tum ascensionis Christi die in cœlestem translatos putat.

et quiescet mare a vobis [59]; hic vero ipse *ventos et mare increpavit, et facta est tranquillitas magna* [60]. Et ille projectus est in alvum ceti [61]: iste vero sponte descendit in locum, ubi erat intelligibilis cetus mortis; sponte vero descendit, ut mors eos quos absorbuerat evomeret.juxtaid quod scriptum est: « De manu inferi liberabo eos, et de manu « mortis redimam illos [62] ».

A λέγουσι τῷ Δεσπότῃ. Κύριε, σῶσον ἡμᾶς ἐκεῖ εἶπον, Ἐπικαλοῦ τὸν Θεόν σου· καὶ ὧδε, Σῶσον. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν λέγει, Ἄρατέ με καὶ ἐμβάλλετε (1) εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ κοπάσει ἡ θάλασσα ἀφ' ὑμῶν· ὧδε δὲ αὐτὸς ἐπετίμησεν τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἐγένετο γαλήνη μεδάλη· κακεῖνος μὲν ἐβλήθη εἰς κοιλίαν κήτους· οὗτος δὲ κατῆλθεν ἑκουσίως, ὅπου τὸ νοητὸν τοῦ θανάτου κῆτος· ἑκουσίως δὲ κατῆλθεν, ἵνα ἐξεμέσῃ τοὺς καταποθέντας ὁ θάνατος, κατὰ τὸ γεγραμμένον· Ἐκ χειρὸς ᾅδου ῥύσομαι αὐτοὺς, καὶ ἐκ χειρὸς θανάτου λυτρώσομαι αὐτούς.

XVIII. Ad hanc partem orationis appulsi,consideremus utrum difficilius sit hominem sepultum de terra resurgere : an hominem in ventre ceti, atque in tantam viventis animalis caliditatem ingestum, non solvi ac corrumpi? Quis hominum ignorat tantum inesse caloris in ventribus, ut etiam ossa devorata dissolvant? Qui igitur Jonas in ventre ceti tres dies et totidem noctes moratus, non corruptus ac fusus est? **214** Quomodo vero, cum ea sit omnium hominum natura, ut sine ista in aere respiratione vivere non possimus, ille triduum vixit hunc aerem non spirans? Respondent Judæi et dicunt: Descendituna cum Jona, dum in inferno agitaretur, virtus Dei. Jam vero, servo suo submittens virtutem, Dominus vitam præstabat; ipse vero sibi ipsi præstare non possit? Si credibile illud, et hoc credibile; si hoc incredibile,incredibile et illud: mihi autem utraque similiter credibilia. Credo enim et Jonam conservatum esse, *omnia* enim *possibilia apud Deum* [63]. Credo etiam Christum a mortuis resurrexisse. [64] Multa enim habeo ejus rei testimonia, cum ex divinis Scripturis, tum ex ipsius qui surrexit,in hodiernum usque diem efficientia: qui quidem in inferna descendit solus, pluribus vero comitatus huc revectus est. Descendit namque in mortem, et multa corpora sanctorum qui obdormierant per ipsum excitata sunt [65].

ΙΓ'. Ἐνταῦθα γενόμενοι τοῦ λόγου, σκοπήσωμεν ποῖόν ἐστι δυσκολώτερον, ἄνθρωπον ταφέντα ἀπὸ γῆς ἀναστῆναι· ἢ ἄνθρωπον ἐν κοιλίᾳ κήτους, καὶ εἰς τοσαύτην θερμότητα τοῦ ζώου κατελθόντα, μὴ σαπῆναι; Τίς οὐκ οἶδεν ἀνθρώπων, ὅτι τοσαύτην θέρμην B ἔχουσιν αἱ γαστέρες, ὡς καὶ ὀστέα καταποθέντα διασήπειν; Πῶς τοίνυν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας ὢν καὶ τρεῖς νύκτας (2), οὐ σέσηπεν; Πῶς δὲ καὶ φύσεως οὔσης ἅπασιν ἀνθρώποις, χωρὶς ἀναπνοῆς τῆς ἐν ἀέρι ταύτης, μὴ δύνασθαι ζῆν ἡμᾶς· ἐκεῖνος ἐν τριτίν ἡμέραις οὐκ ἀναπνέων τὸν ἀέρα τοῦτον, ἔζησεν; Ἀλλ' ἀποκρίνονται Ἰουδαῖοι καὶ λέγουσι· Συγκατέβη τῷ Ἰωνᾷ ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἐν ᾅδῃ κλονουμένῳ. Εἶτα, δούλῳ μὲν οἰκείῳ συμπέμπων τὴν δύναμιν, παρέχει τὸ ζῆν ὁ Κύριος· αὐτὸς δὲ ἑαυτῷ παρασχεῖν ἄρα οὐ δύναται; Εἰ πιστὸν ἐκεῖνο, καὶ τοῦτο πιστόν· εἰ τοῦτο ἄπιστον, κἀκεῖνο ἄπιστον· ἐμοὶ μὲν γὰρ ἀμφότερα ὁμοίως πιστά. Πιστεύω γὰρ, ὅτι καὶ Ἰωνᾶς διεφυλάχθη. Πάντα γὰρ δυνατὰ παρὰ τῷ Θεῷ. Πιστεύω. ὅτι καὶ Χριστὸς ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται· πολλὰς γὰρ ἔχω τὰς περὶ τούτου μαρτυρίας, ἔκ τε τῶν Θείων Γραφῶν, καὶ ἐκ τῆς μέχρι σήμερον τοῦ ἀναστάντος C ἐνεργείας (3)· τοῦ μόνου μὲν καταβάντος εἰς ᾅδην, πολλοστοῦ δὲ ἀναβάντος. Κατῆλθε γὰρ εἰς τὸν θάνατον, καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθη δι' αὐτοῦ.

XIX. Exterrita mors est, novum quemdam in infernum descendentem conspicata, qui hujus loci vinculis non tenebatur [66]. Qua de causa, o inferni janitores, cum videntes expavistis [67]? qui vos insolens occupavit timor? Fugit mors, ejusque timiditatem fuga illa arguebat. Accurrerunt sancti prophetæ, et Moyses legislator, et Abraham, et Isaac, et Jacob; David quoque et Samuel, et Isaias, et Baptista Joannes, qui ait et testatur : *Tu es qui ven-*

Ιθ', Ἐξεπλάγη ὁ θάνατος θεωρήσας καινόν τινα κατελθόντα εἰς ᾅδην, δεσμοῖς τοῖς αὐτόθι μὴ κατεχόμενον· Τίνος ἕνεκεν, ὦ πυλωροὶ ᾅδου, τοῦτον ἰδόντες ἐπτήξασθε; τίς ὁ κατέχων ὑμᾶς ἀσυνήθης φόβος; Ἔφυγεν ὁ θάνατος, καὶ φυγὴ τὴν δειλίαν ἠλέγχετο. Προσέτρεχον οἱ ἅγιοι προφῆται, καὶ Μωϋσῆς ὁ νομοθέτης, καὶ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ· Δαβίδ τε καὶ Σαμουὴλ, καὶ Ἡσαΐας καὶ ὁ βαπτιστὴς Ἰωάννης, ὁ λέγων καὶ μαρτυρῶν· Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμε-

[59] Jon. I, 12. [60] Matth. VIII, 26. [61] Jon. I, 15; II, 1. [62] Ose. XIII, 14. [63] Matth. XIX, 26. [64] *Vide cat.* 10, *num.* 19; *cat.* 13, *num.* 40. [65] Matth. XXVII, 52. [66] Act. II, 24. [67] Job. XXXVIII, 17.

(1) Καὶ ἐμβάλλετε. Id verbum adjecimus ex codd. Coisl., Reg., Roe, Casaub., Grod. et sacro textu. Loco ἀφ' ὑμῶν, *a vobis*, est in Bibliis Græcis, ἀφ' ἡμῶν, *a nobis*. Habet Vulgata ut Cyrillus. Post ὧδε addidimus particulam δέ ex Coisl., Reg. et Grod., propter μέν superius positum.

(2) Καὶ τρεῖς νύκτας. Ea verba supplevimus ex Coisl. et Reg., et ex iisdem verbum ὢν, ante τρεῖς ἡμέρας positum, ante καὶ τρεῖς νύκτας posuimus. Post δύνασθαι ζῆν, addidimus ἡμᾶς ex Coisl., Reg., Roe, Casaub.

(3) Ἀναστάντος ἐνεργείας. Ante ἐνεργείας editi addunt, μαρτυρίας καί, ut sit sensus, *testimonia ex testificatione et efficientia ejus*, etc. Eam porro vocem quæ abest a codd. Roe, Casaub. et Grod., delevimus, ut imprudentia librariorum huc ex loco superiore invectam. Hæc Christi efficientia se prodit in dæmonibus sui nominis invocatione et crucis signo expellendis, cat. 4, n. 13; cat. 13, n. 3, et in hominibus ad sui cultum adducendis, cat. 13, num. 40.

νος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν ; Ἐλυτροῦντο πάντες οἱ δίκαιοι, οὕς κατέπιεν ὁ θάνατος· ἔδει γὰρ τὸν κηρυχθέντα βασιλέα τῶν καλῶν κηρύκων γενέσθαι λυτρωτήν. Εἶτα ἕκαστος τῶν δικαίων ἔλεγε· Ποῦ σου, θάνατε, τὸ νῖκος ; ποῦ σου, ᾅδη, τὸ κέντρον ; ἐλυτρώτατο γὰρ ἡμᾶς ὁ νικοποιός.

Κ'. Τούτου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὸν τύπον ἐτέλει ὁ προφήτης Ἰωνᾶς, ἐκ κοιλίας κήτους προσευχόμενος καὶ λέγων· Ἐβόησα ἐν θλίψει μου, καὶ ἐξῆς, ἐκ κοιλίας ᾅδου. Καὶ μὴν ἐν τῷ κήτει ἦν· ἀλλ' ἐν τῷ κήτει ὤν, ἐν τῷ ᾅδῃ ἑαυτὸν εἶναι λέγει· τύπος γὰρ ἦν Χριστοῦ, τοῦ μέλλοντος εἰς ᾅδην καταβαίνειν· καὶ μετ' ὀλίγα φησὶν ἐκ προσώποι τοῦ Χριστοῦ, λευκότατα προφητεύων· Ἔδυ ἡ κεφαλή μου εἰς σχισμὰς ὀρέων. Καὶ μὴν ἐν γαστρὶ κήτους ἦν (1)· ποῖα οὖν ὄρη σε ἔχει ; Ἀλλ' οἶδα, φησὶν, ὅτι τύπον ἔχω τοῦ μέλλοντος ἐν τῷ λαξευτῷ μνήματι τῆς πέτρας τίθεσθαι. Καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ ὢν Ἰωνᾶς, λέγει· Κατέβην εἰς λῆν· ἐπειδὴ τύπον ἔφερε τοῦ Χριστοῦ τοῦ καταβάντος (2) εἰς τὴν καρδίαν τῆς γῆς. Καὶ προορῶν περὶ τῶν Ἰουδαίων, ἀναπειθόντων τοὺς στρατιώτας ψεύσασθαι, καὶ λεγόντων, Εἴπατε, ὅτι ἔκλεψαν αὐτὸν, φησί· Φυλασσόμενοι μάταια καὶ ψευδῆ, ἔλεον αὐτῶν ἐγκατέλιπον. Ἦλθε γὰρ ὁ ἐλεῶν αὐτοὺς, καὶ ἐσταυρώθη, καὶ ἀνέστη, δοὺς ἑαυτοῦ τὸ αἷμα τὸ τίμιον ὑπὲρ Ἰουδαίων τε καὶ ἐθνῶν· κἀκεῖνοι λέγουσιν, Εἴπατε, ὅτι ἔκλεψαν αὐτὸν, φυλασσόμενοι μάταια καὶ ψευδῆ. Περὶ δὲ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ καὶ Ἡσαΐας γησίν· Ὁ ἀναγαγὼν (3) ἐκ γῆς τὸν ποιμένα τῶν προβάτων, τὸν μέγαν· προσέθηκεν τὸν μέγαν, ἵνα μὴ τοῖς προλαβοῦσι ποιμέσιν ἰσότιμος εἶναι νομισθῇ.

A turus es, an alium exspectamus[68] ? Redempti sunt sancti omnes (4), quos mors absorbuerat ; oportebat namque Regem qui prædicatus fuerat, optimorum præconum fieri redemptorem. Tum vero quilibet justorum dicebat : « Ubi est, mors, victoria tua ? ubi « tuus, o inferne, stimulus[69] ? » liberavit enim nos victoriæ auctor.

XX. Hujus Salvatoris nostri figuram gestavit Jonas de ventre ceti orans et dicens : « Clamavi in tri- « bulatione mea, etc., de ventre inferi[70]. » Atqui in ceto erat ; nihilominus in ceto cum esset, in inferno esse se dicit : figura namque erat Christi in infernum olim descensuri. Et post pauca, ex persona Christi manifestissime prophetans ait : « Subiit caput meum « in scissuras montium[71]. » Erat tamen in ventre ceti B quales ergo te montes habent ? Verum scio, inquit, me illius figuram gerere, qui in monumento de petra exciso reponendus est. Et cum in mari existeret Jonas, dicit : *Descendi in terram*[72] : quandoquidem figuram referebat Christi, **215** qui in cor terræ descendit[73]. Prævidens quoque Judæorum fraudem milites ad mentiendum inducentium, aientiumque, « Dicite quod furati sunt illum[74], *dicit :* Observantes « vana et falsa, misericordiam suam dereliquerunt[75]. Venit enim qui illos miserabatur ; et crucifixus est, ac resurrexit, dato pro Judæis et gentibus pretioso sanguine suo : illi autem dicunt : « Dicite quod « furati sunt eum ; vana et mendacia observantes. » De ipsius resurrectione dicit etiam Isaias : « Qui « eduxit de terra pastorem ovium magnum[76] ; *ad-* « *jecit* magnum[77], » ut ne ejusdem cum præceden- C tibus pastoribus pretii esse existimaretur.

[68] Matth. XI, 3. [69] I Cor. XV, 55. [70] Jon. II, 3. [71] ibid. 6, 7. [72] ibid. 7. [73] Matth. XII, 40. [74] Matth. XXVIII, 13. [75] Jon. II, 9. [76] Isa. LXIII, 11. [77] Hebr. XIII, 21.

(1) Ἐν γαστρὶ κήτους ἦν, *in ventre ceti erat.* Codd. Roe et Casaub. in secunda persona, ἐν γαστρὶ εἶ τοῦ κήτους, *in ventre es ceti*, accommodatius ad sequentem orationem. Paulo post, conjunctionem καὶ addidimus ex codd. Reg. et Grod. ante ἐν τῇ θαλάσσῃ. Eadem fere quæ Cyrillus noster, de Jona edisserit Hilar. *in psal.* LXVIII, n. 5.

(2) Τοῦ καταβάντος. Articulum adjecimus ex Coisl., Reg., Roe, Casaub. Paulo post ex codd. Roe et Casaub. emendavimus quod vitiose habebatur, ἀπειθούντων, loco ἀναπειθόντων.

IV. *Quædam in hac catechesi non leviter prætereunda. Primo, quod proximum existimavit adventum Christi, ac prænuntia Antichristi signa suo se tempore deprehendisse observat. Qui omnium pene ab ascensione Christi temporum fuit timor ; neque ullam Patrem invenias, qui non sui temporis bella ac calamitates in argumentum Antichristi proxime venturi traxerit. Longum eorum indicem per sæcula deduxit Thomas Malvenda, lib.* I, De Antichristo, *pag.* 55.

V. *Secundo, quæ de Antichristo sub Romani imperii finem venturo, decem reges subacturo, in templo Hierosolymitano sessuro, etc., habet, partim incerta, partim ipso eventu falsa comprobata sunt. Nec tamen protinus Cyrillum vanitatis vel ineptæ credulitatis accuses. Non hæc a se commentus est, nec apocryphis temere credidit, qui etiam ea de re in Apocalypsi dicta suspecta habuit ; sed ex Scripturis se collegisse refert* num. 13 *et* 16. *Nec Scripturas ex proprio arbitrio commentatus fuit ; tantum quem Danielis et Pauli testimoniis sensum veteres tradiderant, ita secutus est, ut multa ab eis incertis conjecturis de origine, nomine et gestis Antichristi tradita resecuerit et prætermiserit.*

VI. *Tertio, quod de Ecclesiæ suo tempore dissidiis attingit, diligenter observandum. Perspicue loquitur de causa sancti Athanasii, et conjunctorum ei episcoporum ac Arianis vexatorum. Ita autem ista commemorat, quasi neutri parti addictior quam alteri ; sed utramque suspectam habens, et in utraque scandali causam et fraternum odium hærere existimans. Imo vero his factionibus factum esse significat, ut Ecclesia occulis hæreticis contrario prorsus errore peccantibus repleretur ; dum alii personarum divinarum confusionem docent, alii Filium creaturam e non exstantibus productam existimant. Ac primo quidem inde colligitur Cyrillum nulla cum Orientalibus factionis et partium communione conjunctum fuisse ; imo eorum contentiones damnasse et doctrinam habuisse suspectam. Quod autem Athanasii ; et vliorum causæ non satis æquus exisierit, id temporum confusioni et calamitati tribuendum. Tam atroces in eos et tanta fiducia jactatæ ingrebantur calumniæ, ut ab eis assensum sustinuisse laudis loco esse videatur. Invidiosam præterea Catholicorum causam efficiebat præsidium Marcello Ancyrati tributum ; quem Cyrillus hæresis gravissimæ reum esse non dubitabat, postquam ipse suo se judicio in concilio Hierosolymitano, Socrate teste, damnaverat. Nec dubitavit Hilarius confiteri, esse multos qui Homousion impie magis quam pie prædicare viderentur*, De syn., *num.* 67 *Edita fuerat concilii Sardicensis nomine formula, ab nonnullis forte concilii Patribus profecta, quam Atha nasius cum aliis in concilio Antiocheno damnare coactus est ; in qua trium differentiam et separatorum hypostasium assertores gravissime notantur, unaque trium hypostasis tanquam ex fide catholica credenda decernitur, quod Orientales passim nihil a Sabellismo differre causabantur. Aliunde Ariani, seu potius Eusebiani, quamvis identidem suæ hæreseos specimina darent, ejus tamen virus callide obtegentes sub catholicis professionibus delitescebant, ante Sardicense concilium totius Ecclesiæ communione conjuncti. Non omnes qui Arianis illis conciliis intererant, fraudis principum et factionis socii ; plurimos etiam sanctos episcopos in suas partes inexerant, dolorum et fraudis ignaros. Ea sunt quæ suspiciosam Cyrillo utramque partem effecere. Nec putandum propriam illum sibi hic prodidisse mentem. Hic erat eo tempore Ecclesiæ Hierosolymitanæ status sub Maximo præsule. Ille enim postquam e concilio Tyriensi discesserat Arianicæ fraudis admonitus, cæteris Orientalium conciliis abstinuit ; neque tamen idcirco Athanasii partes ingressus est : non enim se ante illi adjunxit, quam ab eo ex Galliis reduce, dum Palæstinam pertransiret, de omni illius causæ iniquitate edoctus, communionem ejus firmiter amplexus est.*

VII. *Nulla est in* Catechesibus, *quo die isthæc habita sit, nota. Eam emendavimus ad codd. Coislin., Reg., Ottob., Colb., Bodl. Roe et Casaub. et variantes lectiones libri Genovefani.*

[223] ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ ΙΕ' ΦΩΤΙΖΟΜΕΝΩΝ.

Ἐν Ἱεροσολύμοις σχεδιασθεῖσα, εἰς τὸ, Καὶ ἐρχόμενον ἐν δόξῃ (1) κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος· καὶ περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Δανιήλ· Ἐθεώρουν ἕως οὗ θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ Παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθητο. Καὶ ἑξῆς· Ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦς, ὡς Υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος, καὶ τὰ ἑξῆς.

—

CATECHESIS XV ILLUMINANDORUM.

Hierosolymis ex tempore perorata, in illud : « Et venturum in gloria judicare vivos et mortuos : cujus « regni non erit finis.» Ac de Antichristo. Et lectio ex Daniele : « Aspiciebam donec throni positi sunt, « et Antiquus dierum sedit.» Et in sequentibus : « Aspiciebam in visione noctis, et ecce cum nubibus « cœli quasi Filius hominis veniens [49], » et quæ sequuntur.

—

Α'. Χριστοῦ παρουσίαν καταγγέλλομεν, οὐ μίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ δευτέραν τῆς προτέρας πολὺ καλλίονα. Ἡ μὲν γὰρ ὑπομονῆς εἶχεν ἐπίδειξιν (2), ἡ δὲ θείας βασιλείας φέρει τὸ διάδημα. Ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πλεῖστον, πάντα διπλᾶ παρὰ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ· διπλῆ γέννησις, μία ἐκ Θεοῦ πρὸ τῶν αἰώνων, καὶ μία ἐκ Παρθένου ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων· διπλαῖ αἱ κάθοδοι, μία ἡ ἀσυμφανὴς, ἡ ὡς ἐπὶ πόκον, καὶ δευτέρα ἡ ἐπιφανὴς, ἡ μέλλουσα. Ἐν τῇ προτέρᾳ (3) παρουσίᾳ ἐσπαργανώθη ἐν τῇ φάτνῃ, ἐν τῇ δευτέρᾳ ἀναβάλλεται τὸ φῶς ὡς ἱμάτιον. Ἐν τῇ προτέρᾳ ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας· ἐν τῇ δευτέρᾳ ἔρχεται ὑπὸ στρατιᾶς ἀγγέλων δορυφορούμενος, δοξαζόμενος. Οὐχ ἱστάμεθα τοίνυν ἐπὶ τῇ πρώτῃ παρουσίᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν δευτέραν προσδοκῶμεν. Καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ μὲν εἰπόντες, Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐροῦμεν πάλιν τὸ αὐτό· ἵνα μετὰ ἀγγέλων συναντήσαντες τῷ Δεσπότῃ, προσκυνοῦντες εἴπωμεν· Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. Ἔρχεται ὁ Σωτὴρ οὐ δικασθῆναι πάλιν, ἀλλὰ δικάσαι τοὺς δικάσαντας. Ὁ πρότερον ἐν τῷ κρίνεσθαι σιωπήσας, ὑπομιμνήσκων λέγει τοῖς παρανόμοις, τοῖς τὰ τολμηρὰ (4) ἐπὶ τοῦ σταυροῦ πεποιηκόσι· Ταῦτα ἐποίησας, καὶ ἐσίγησα. Δι' οἰκονομίαν τότε ἦλθε, σὺν πειθοῖ διδάσκων ἀνθρώπους· τότε δὲ καὶ ἀνάγκῃ βασιλευθήσονται, κἂν μὴ θέλωσι.

A I. Christi adventum annuntiamus, non unum duntaxat, sed et alterum priore multo speciosiorem. Ille enim patientiæ significationem prætulit; iste vero divini regni diadema feret. Nam ut plurimum duplicia sunt omnia apud Dominum nostrum Jesum Christum. Duplex nativitas, altera ex Deo ante sæcula, altera ex virgine in consummatione sæculorum : duplex descensus ; unus obscurus, qui tanquam [pluviæ] in vellus [50], alter vero conspicuus, nimirum futurus. [51] In primo adventu fasciis involutus est in præsepio [52] : in secundo amicitur lumine quasi vestimento [53]. In priori sustinuit crucem, ignominiam aspernatus [54]; in altero veniet angelorum exercitu stipatus, glorificatus [55]. Non igitur in primo tantum adventu acquiescimus, sed et secundum exspectamus. Cumque in priore dixerimus : « Benedictus qui venit in « nomine Domini [56], » idem rursum dicemus in posteriori [57] : ut cum angelis occurrentes Domino [58], adorantes clamemus : « Benedictus qui venit in no- « mine Domini. » Veniet Salvator non ut iterum judicetur, sed ut in jus vocet eos a quibus in judicium est vocatus. Qui prius cum judicaretur tacuit [59], consceleratis qui immania in illum, quando in crucem egere, ausi sunt, in memoriam revocans dicet : *Hæc fecisti et tacui* [60]. Tunc, piæ dispensationis causa, homines leni persuasione docens venit: eo vero tempore, velint, nolint, regno illius necessario subjicientur.

B

[49] Dan. VII, 9-13. *Lectio hæc firmatur ex Catech. præs. num.* 21 *et* 13. [50] Psal. LXXI, 6. [51] *Vid. cat.* 12, *n.* 9. [52] Luc. II, 7. [53] Psal. CIII, 2. [54] Hebr. XII, 2. [55] Matth. XXV, 31. [56] Matth. XXI, 9. [57] Matth. XXIII, 39. [58] I Thess. IV, 16. [59] Matth. XXVI, 62 ; XXVII. 12. [60] Psal. XLIX, 21.

(1) Ἐν δόξῃ. Voces istas adjecimus ex codd. Coisl., Reg., Roe, Casaub., et ipso Cyrillo hunc articulum recitante, hujus cat. n. 2. Verba quoque, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος, ascripsimus ex iisdem codd., Grodecii versione et ipso Cyrillo loco citato. Ea sane explicat, n. 27 et seqq.

(2) Ἐπίδειξιν. Ita nos ex codd. Coisl., Reg., Colb., Bodl., Roe, Casaub. Non male tamen editi, ὑπόδειξιν, *exemplum*. Infra, voces, ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, oppositas antecedentibus, πρὸ τῶν αἰώνων, ascripsimus ex codicibus Coisl. et Reg.

C

(3) Ἐν τῇ προτέρᾳ, etc. Hæc et sequentia usque ad οὐχ ἱστάμεθα excl. desunt in codd. Coisl. et Reg. Vox, δορυφορούμενος, deest in codd. Roe et Grod., et δοξαζόμενος, in Colb., Bodl. et edit. Guil. Morel. Loco νῦν, post ἱστάμεθα, scripsimus, τοίνυν, ex Coisl., Reg., Roe, Casaub., Grod.

(4) Τοῖς τὰ τολμ. Articulum τοῖς adjecimus ex omnibus codd. Coisl., Reg., Roe, Casaub. et edit. Morel.

II. De utroque illo adventu loquitur Malachias propheta : « Et statim veniet ad templum suum Dominus, quem vos quæritis[61].» Ecce unus **224** adventus. Et rursus de altero ita infit : « Et angelus testamenti quem vos quæritis. Ecce venit Dominus omnipotens : et quis sustinebit diem ingressus ejus, aut quis subsistet in visione ejus ? eo quod ipse accedit tanquam ignis conflatorii, tanquam herba lavantum : et sedebit conflans et emundans[62].» Et in consequentibus mox ipse Salvator ait : «Et accedam ad vos in judicio, et ero testis velox in veneficos, et in adulteras, et in eos qui jurant nomine meo super mendacium[63],» etc. Propterea cautiores nos facere volens Paulus ait : « Si quis superædificat super hoc fundamentum, aurum et argentum et lapides pretiosos ; ligna, fenum, stipulam : uniuscujusque opus manifestum efficietur ; dies enim declarabit, quoniam in igne retegetur[64].» Jam vero duos quoque illos adventus significat Paulus ad Titum scribens his verbis : «Apparuit gratia Dei Salvatoris omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem et mundana desideria, temperanter et pie et juste vivamus in præsenti sæculo ; exspectantes beatam spem, et apparitionem gloriæ magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi[65].» Viden, quomodo primum expressit [adventum], de quo gratias agit ; alterum vero, quem exspectamus. Propterea fidei quam profitemur tenor nunc ita est traditus, ut credamus in eum qui et ascendit in cœlos, et consedit a dextris Patris. Et venturus est in gloria judicare vivos et mortuos ; cujus regni non erit finis » (1).

III. Veniet igitur Dominus noster Jesus Christus e cœlis. Veniet vero circa finem mundi hujus cum gloria in postrema die. Fet enim mundi hujus

Β'. Καὶ περὶ τῶν δύο τούτων παρουσιῶν λέγει Μαλαχίας ὁ προφήτης· Καὶ ἐξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ Κύριος, ὃν ὑμεῖς ζητεῖτε, Ἰδοὺ μία παρουσία. Καὶ πάλιν περὶ τῆς δευτέρας παρουσίας φησί· Καὶ ὁ ἄγγελος τῆς διαθήκης, ὃν ὑμεῖς ζητεῖτε. Ἰδοὺ ἔρχεται (2) Κύριος παντοκράτωρ, καὶ τίς ὑπομενεῖ ἡμέραν εἰσόδου αὐτοῦ ; Ἢ τίς ὑποστήσεται ἐν τῇ ὀπτασίᾳ αὐτοῦ ; Διό τι αὐτὸς εἰσπορεύεται ὡς πῦρ χωνευτηρίου, καὶ ὡς πόα πλυνόντων· καὶ καθιεῖται χωνεύων καὶ καθαρίζων· καὶ ἐξῆς εὐθὺς ὁ Σωτὴρ φησιν αὐτός· Καὶ προσάξω πρὸς ὑμᾶς ἐν κρίσει· καὶ ἔσομαι μάρτυρ ταχὺς ἐπὶ τοὺς φαρμάκους, καὶ ἐπὶ τὰς μοιχαλίδας, καὶ ἐπὶ τοὺς ὀμνύοντας τῷ ὀνόματί μου ἐπὶ ψεύδει, καὶ τὰ ἑξῆς. Διὰ τοῦτο προασφαλιζόμενος ἡμᾶς (3) ὁ Παῦλος, φησίν· Εἴ τις ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον, χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ λίθους τιμίους· ξύλα, χόρτον, καλάμην· ἑκάστου τὸ ἔργον φανερὸν γενήσεται· ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει, ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται. Ἤδη (4) καὶ ὁ Παῦλος τὰς δύο παρουσίας ταύτας σημαίνει, γράφων πρὸς Τίτον, καὶ λέγων· Ἐπεφάνη ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ τοῦ Σωτῆρος (5) πᾶσιν ἀνθρώποις, παιδεύουσα ἡμᾶς, ἵνα ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, σωφρόνως καὶ εὐσεβῶς καὶ δικαίως ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι· προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Βλέπεις, ὅπως εἶπε πρώτην μὲν ἐφ' ἧς (6) εὐχαριστεῖ· δευτέραν δὲ ἣν προσδοκῶμεν. Διὰ τοῦτο καὶ τὰ τῆς πίστεως τῆς ἐπαγγελλομένης ὑφ' ἡμῶν νῦν οὕτως παρεδόθη, πιστεύειν εἰς τὸν (7) καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς· καὶ καθίσαντα ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρός. Καὶ ἐρχόμενον ἐν δόξῃ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος.

Γ'. Ἔρχεται τοίνυν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐξ οὐρανῶν· ἔρχεται δὲ περὶ τὴν συντέλειαν τοῦ κόσμου τούτου μετὰ δόξης, ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

[61] Malach. III, 1. [62] ibid. 2, 3. [63] ibid. 5. [64] I Cor. III, 12, 13. [65] Tit. II, 11-13.

(1) *Symb. art.*

(2) Ἔρχεται. Roe et Casaub., ἔρχομαι. Iidem et Coislin. ac Reg. post ἔρχεται, subjungunt, λέγει, ut in sacro textu.

(3) Ἡμᾶς. Male in editis, ὑμᾶς. Corriguntur ex codd. Reg., Colb., Bodl., edit. Morel. et vers. Grodecii. Infra, particula καί ante et post ἄργυρον posita, omittitur in codd. Coislin., Reg., Roe. Casaub., Grod. et apostolico textu ; qui tamen habetur etiam *Procat.*, num. 17, expungere noluimus.

(4) Ἤδη. In codd. Roe et Casaub. legitur, Ἤδει, *Noverat*, et omittitur vox, σημαίνει. Eodem modo Grodecius legit. In codd. Ottob. et Coisl. et Reg. omittitur quidem, σημαίνει, sed habetur, ἤδη, quod non dubito librarii imperitia factum ex ἤδει. Non omittendum loco Τίτον, scriptum haberi in Coisl., Ottobon., Reg., Roe et Casaub., Τιμόθεον. Quod utrum librariorum vitio, an Cyrilli ipsius memoriæ lapsu factum sit, non immerito addubitari potest. Facilius creditur describentes errorem correxisse, quam de industria germanam lectionem mutasse.

(5) Τοῦ Σωτῆρος. Codd. Coisl., Reg., Roe, Casaub., Bodl., habet, ἡ σωτήριος, ut est in Græco textu edito Novi Testamenti, Morelius habet, ἡ Σωτῆρος. Vulgatus noster interpres legit, τοῦ Σωτῆρος, quomodo in multis codd. et Patrum Latinorum testimoniis haberi auctor est Joan. Millesius, et Ludol. Kusterus.

(6) Ἐφ' ἧς. Ex codd. Coisl., Roe, Casaub., pro ἐφ' ἣν. Crederem tamen legendum, ἐφ' ᾗ, et sola librariorum libidine litteram ν vocibus quas vocalis subsequitur appingendi, factum ut legeretur, ἐφ' ἣν. Paulo post, loco, ἐφ' ἡμῶν, scripsimus, ὑφ' ἡμῶν, ex Coisl., Reg., Colb., Bodl. Sic cat. 18, n. 21 : Ἡ τῆς πίστεως ἐπαγγελία πάλιν ὑμῖν ὑφ' ἡμῶν ῥηθεῖσα... ὑφ' ὑμῶν ἀπαγγελλέσθω, etc.

(7) Εἰς τόν. Editi, εἰς τό. Scripsimus, εἰς τόν, juxta codd. Coisl., Reg., Roe, Casaub., Grodec. et similes voces, cat. 14, n. 24 : Ἡ ἀκολουθία τῆς πίστεως διδάσκει σε πιστεύειν εἰς τὸν ἀναστάντα καὶ ἀνελθόντα. Loco ἐν δεξιᾷ, posuimus, ἐκ δεξιῶν, ex codd. Coislin., Reg., Roe, Casaub. et catech. superiori num. 24. Post βασιλείας, habetur, αὐτοῦ, *cujus regni ejus non erit finis*, quod cum non exstet in codd. Reg., Coisl., Bodl. et Grod. nec in titulo catecheseos, nec in ullorum symbolorum formulis, eradere non dubitavimus.

γίνεται γὰρ τοῦ κόσμου τούτου συντέλεια, καὶ ὁ γενητὸς οὗτος κόσμος (1) πάλιν ἀνακαινοποιεῖται. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ φθορὰ (2), καὶ κλοπὴ, καὶ μοιχεία, καὶ πᾶν εἶδος ἁμαρτιῶν ἐχύθη ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ αἵματα ἐφ' αἵμασιν ἐμίγη ἐν τῷ κόσμῳ· ἵνα οὖν μὴ (3) μείνῃ τὸ θαυμαστὸν τοῦτο οἰκητήριον ἀνόμίας πεπληρωμένον, παρέρχεται ὁ κόσμος οὗτος, ἵνα ὁ καλλίων ἀναδειχθῇ. Καὶ θέλεις λαβεῖν τὴν ἀπόδειξιν ἀπὸ τῶν ῥητῶν; Ἄκουε Ἡσαΐου (4) λέγοντος· Καὶ εἰλιθήσεται ὡς βιβλίον ὁ οὐρανὸς, καὶ πάντα τὰ ἄστρα πεσεῖται ὡς φύλλα ἐξ ἀμπέλου, καὶ ὡς πίπτει φύλλα ἀπὸ συκῆς. Καὶ τὸ Εὐαγγέλιόν φησι· Ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, καὶ οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Μὴ λυπηθῶμεν ὡς μόνοι τελευτῶντες· καὶ ἀστέρες τελευτῶσι (5), ἀλλ' ἴσως πάλιν ἐγείρονται. Εἰλίσσει δὲ τοὺς οὐρανοὺς ὁ Κύριος, οὐχ ἵνα ἀπολέσῃ τούτους, ἀλλ' ἵνα αὐτοὺς πάλιν καλλίονας ἐγείρῃ. Ἄκουε Δαβὶδ τοῦ προφήτου λέγοντος· Κατ' ἀρχὰς σὺ, Κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοί· αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις. Ἀλλ' ἐρεῖ τις, Ἰδὲ (6) λέγει σαφῶς, ὅτι ἀπολοῦνται. Ἄκουε πῶς λέγει τὸ, ἀπολοῦνται· διὰ τῶν ἑξῆς δῆλον· Καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται· καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται. Ὥσπερ γὰρ ἀπώλεια ἀνθρώπου λέγεται κατὰ τὸ εἰρημένον, Ἴδετε ὡς ὁ δίκαιος ἀπώλετο, καὶ οὐδεὶς ἐκδέχεται τῇ καρδίᾳ· καὶ ταῦτα, τῆς ἀναστάσεως προσδοκωμένης· οὕτως ἀνάστασιν ὥσπερ προσδοκῶμεν καὶ τῶν οὐρανῶν. Ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα. Παιδευέσθωσαν οἱ ἐκ Μανιχαίων ἐπιστρέψαντες, καὶ τοὺς φωστῆρας μηκέτι θεοποιείτωσαν (7)· μηδὲ τὸν σκοτισθησόμενον τοῦτον ἥλιον,

A consummatio, et factus iste mundus rursum renovabitur. Quoniam enim et corruptio, et furtum, et adulterium, et omne peccatorum genus effusum est super terram, et cruores super cruores admisti in mundo [66]: ut ne admirabile domicilium istud iniquitate oppletum remaneat, pertransibit hic mundus (8), ut qui sit **225** pulchrior excitetur. Vis rei hujus ex sacris dictis demonstrationem accipere? Audi Isaiam prophetam: « Et convolvetur sicut liber cœlum, et omnia sidera cadent sicut folia de « vinea, et sicut cadunt folia de ficu [67]. *Et Evangelium* « *ait:* Sol obscurabitur, et luna non dabit splendorem « suum, et astra cadent e cœlo [68]. » Ne mœsti simus perinde quasi soli moriamur; nam et sidera moriuntur, verum fortassis iterum resurgent. Convolvet cœlos Dominus, non ut iis afferat interitum, B sed ut rursus excitet pulchriores. Audi Davidem prophetam aientem: « In principiis tu, Domine, terram « fundasti, et opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi « peribunt, tu autem permanes [69]. » Sed dicet aliquis: Ecce aperte pronuntiat, quod *peribunt*. Audi quomodo dicat, *peribunt*: ex consequentibus planum est: « Et omnes sicut vestimentum veterascent: et sicut « amictum circumvolves eos, et immutabuntur [70]. » Sicut enim perire homo dicitur, juxta eam sententiam: « Videte quomodo justus periit, et nemo excipit « corde [71]; » quamvis resurrectio exspectetur: ita cœlorum quoque veluti resurrectionem opperimur. « Sol convertetur in tenebras et luna in sanguinem [72]. » Erudiantur qui ex Manichæis conversi sunt, nec amplius luminaria divinitate donent: neque solem istum olim obscurandum Christum esse impie existiment. Rursum audi Dominum dicentem: « Cœlum C « et terra transibunt, verba autem mea non præter-

Ose. IV, 1. [67] Isa. XXXIV, 4. [68] Matth. XXIV, 29. [69] Psal. CI, 26, 27. [70] ibid. 27, 28. [71] Isa. LVII, 1. [72] Joel II, 31; Act. II, 20.

(1) Ὁ γενητὸς οὗτος κόσμος. Unum articulum posuimus ex codd. Reg., Colbertin., Roe, Bold. et Morel.; at editi alterum ponunt ὁ ante κόσμος. Eodem modo cod. Casaub., sed habet, οὗτος ὁ κόσμος, ὁ γενητός. Roe, Bodl. et Morel., οὗτος κόσμος ὁ γενητός. Reg., ὁ γενητὸς κόσμος οὗτος.

(2) Φθορά. Vox hæc abest a scriptura hic citata, et ejus loco legitur, φόνος, *homicidium*. Pro ἐχύθη, in cod. Roe habetur, ἐξεχύθη, Cyrillus cat. 12, n. 7, hunc locum citans scribit, ἐκκέχυται. In LXX habetur, κέχυται, vel ἐκκέχυται.

(3) Ἵνα οὖν μή. Particula οὖν, hic satis superflua, omittitur in codd. Coisl., Reg., Roe, Casaub., Grodec.

(4) Ἡσαΐου. Coisl., Reg. et Grodecius addunt, τοῦ προφήτου. Loco εἰλιθήσεται, Coislin., Roe, Casaub., ἑλιγήσεται, ut in sacra textu. Reg. εἰλιγήσεται. Bodl., εἰλιχθήσεται.

(5) Τελευτῶσι. Sic reponimus ex Coisl., Reg., Roe, Casaub. et Genovef. pro τελευτῶντες. In codd. Colb., Bodl. et Morel., in quibus habetur, τελευτῶντες, deest ἀλλὰ sequens.

(6) Ἰδέ. Ita restituimus ex codd. Reg., Roe, Casaub. et Grodec.; adjungendi Ottobon. et Coislin., in quibus habetur, εἰδέ, et Genovef. in quo ἰδού. In editis habetur, τί δέ; *quid autem?* Voces sequentes, ὅτι ἀπολοῦνται. Ἄκουε πῶς λέγει, propter repetitionem vocis ἀπολοῦνται prætermissas, restituimus ex codd. Roe, Casaub. et Grodec. Vox δῆλον, post διὰ τῶν ἑξῆς, deest in codd. Roe, Casaub., Coisl. et Reg.

(7) Θεοποιείτωσαν. Emendamus ex codd. Roe et Casaub. vitiosam scripturam editorum, θεοποιήτωσαν. Ex Epiphanio, hæresi LXVI, n. 88, solem, lunam, sidera, et dæmones adorabat Manes. Testatur Theodoretus Manichæos solem et lunam deos appellavisse, lib. I *De hæret. fab.*, cap. 26. Christum autem solem istum visibilem esse dicebant, ut etiam refert Cyrillus cat. 6, num. 13, nempe solem affirmantes non habere mistionem mali, et ex substantia Dei esse, ut refert Titus Bostrensis, lib. II *contra Manich.*, *Bib. PP. Lugd.* tom. VI, pag. 464 et 465. Christum autem solum esse, hoc idoneo, ut ipsis videbatur, argumento confirmabant, quod Christo patiente sol defecisset. Id narrat Theodoret. loco citato. Sic autem sodalium suorum sententiam refert Faustus Manichæus apud August., lib. XX contra ipsum, cap. 2 p. 333, nempe « Filium in hac secunda « et visibili luce consistere: qui quoniam sit et ipse « geminus, ut eum Apostolus novit, dicens esse Dei « virtutem et Dei sapientiam, virtutem quidem ejus « in sole habitare, sapientiam vero in luna. » Hanc siderum adorationem ex Persarum religione sumptam in Christianismum invexerat Manes.

(8) *Pertransibit hic mundus*. Refellit eos qui mundum prorsus interiturum aiebant: quam opinionem Origeni et sequacibus imputare quodammodo videtur sive Methodius sive Proclus, apud Epiph.

« ibunt [73] : » non enim pretii ac sortis ejusdem cum verbis Domini sunt creaturæ.

παρελεύσονται· οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσιν· οὐ γὰρ ἰσότιμα τὰ ποιήματα τοῖς λόγοις τοῦ Δεσπότου.

IV. Transibunt igitur visibilia, et venient quæ exspectantur istis pulchriora : sed tempus nemo curiose inquirat. *Non* enim, inquit, « vestrum est « nosse tempora, vel articulos temporum, quos Pater « constituit in propria potestate [74]. » Neque audeas definire quando hæc fient, neque iterum supine obdormias. « Vigilate *enim*, *ait*, quia hora qua non exspe- « ctatis, Filius hominis veniet [75]. » Verum, quoniam expediebat nos signa consummationis perspecta habere, et quoniam a nobis exspectatur Christus : ne decepti moreremur, et a mendaci Antichristo in errorem abduceremur : divino nutu moti, sapienti Dei consilio apostoli ad verum magistrum accedunt et aiunt : « Dic nobis quando hæc erunt, et quod si- « gnum adventus tui, et consummationis sæculi [76] ? » exspectamus te secundo venturum ; **226** sed Satanas transfiguratur in angelum lucis [77] : nos igitur tutos redde, ut non alium tui loco adoremus. Ille autem divinum beatumque suum os aperiens, ait : « Videte ne quis vos seducat [78]. » Vos quoque, auditores, illum nunc oculis mentis tanquam intuentes, eadem vobis quoque dicentem auditote : « Videte ne quis vos seducat. » Qui sermo vos omnes admonet, ut iis quæ dicenda sunt animum advertatis. Non enim præteritarum rerum historia est ; sed futurarum, et certo futurarum prophetia, non prophetantibus nobis, indigni enim sumus, sed proferentibus in medium quæ scripta sunt, et signa declarantibus. Tu vide apud te quænam ex illis jam contigerint, quænam vero adhuc eventura restent, teque præmuni.

V. « Videte ne quis vos seducat : multi enim venient « in nomine meo, dicentes : Ego sum Christus, et mul- « tos seducent [79]. » Hæc facta sunt ex parte. Jam enim hoc dixit Simon Magus (1), et Menander, et alii

Δ'. Παρέρχεται τοίνυν τὰ φαινόμενα, καὶ ἔρχεται τὰ προσδοκώμενα, τὰ τούτων καλλίονα· ἀλλὰ τὸν καιρὸν μηδεὶς πολυπραγμονείτω· Οὐ γὰρ ὑμῶν, φησὶν (2), ἐστὶ γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς, οὓς ἔθετο ὁ Πατὴρ ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ. Καὶ μὴ τολμήσῃς ἀποφήνασθαι τὸ, πότε ταῦτα γίνεται· μήτε πάλιν ὑπτίως κοιμηθῇς· Ἀγρυπνεῖτε γάρ, φησὶν, ὅτι ὥρᾳ ᾗ οὐ προσδοκᾶτε, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται. Ἀλλ' (3) ἐπειδὴ ἔδει ἡμᾶς γνῶναι τῆς συντελείας τὰ σημεῖα, καὶ ἐπειδὴ Χριστὸν προσδοκῶμεν· ἵνα μὴ ἀποθάνωμεν ἀπατηθέντες, καὶ ὑπο τοῦ ψευδοῦς Ἀντιχρίστου πλανηθῶμεν· θείᾳ προαιρέσει κινηθέντες, κατ' οἰκονομίαν οἱ ἀπόστολοι προσέρχονται τῷ ἀληθινῷ διδασκάλῳ, καὶ φασιν· Εἰπὲ ἡμῖν, πότε ταῦτα ἔσται, καὶ τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας καὶ συντελείας τοῦ αἰῶνος ; Προσδοκῶμέν σε πάλιν ἐρχόμενον, ἀλλ' ὁ Σατανᾶς μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτός. Ἀσφάλισαι οὖν ἡμᾶς, ἵνα μὴ ἄλλον ἀντὶ σοῦ προσκυνήσωμεν. Ὁ δὲ τὸ θεῖον (4) αὐτοῦ καὶ μακάριον ἀνοίξας στόμα, λέγει· Βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ. Καὶ ὑμεῖς, οἱ ἀκροαταὶ, νῦν τοῖς τῆς διανοίας ὀφθαλμοῖς ὡς ἐκεῖνον ὁρῶντες, τὰ αὐτὰ καὶ πρὸς ὑμᾶς ἀκούετε λέγοντος· Βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ· καὶ παρακαλεῖ πάντας ὑμᾶς ὁ λόγος προσέχειν τοῖς λεγομένοις (5)· οὐ γὰρ ἱστορία παρελθόντων ἐστὶ πραγμάτων, ἀλλὰ προφητεία μελλόντων, καὶ πάντως ἡξόντων· οὐχ ἡμῶν προφητευόντων (ἀνάξιοι γὰρ), ἀλλὰ τῶν γεγραμμένων εἰς μέσον προσφερομένων, καὶ λεγομένων τῶν σημείων. Βλέπε σὺ τίνα μὲν γέγονεν ἤδη, τίνα δὲ ἔτι λείπει, καὶ ἀσφαλίζου σεαυτόν.

E'. Βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ· πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου λέγοντες, Ἐγώ εἰμι ὁ Χριστὸς, καὶ πολλοὺς πλανήσουσι. Ταῦτα γέγονεν ἐκ μέρους· ἤδη γὰρ ποῦτο (6) εἴρηκε Σίμων

[73] Matth. XXIV, 35. [74] Act. I, 7. [75] Matth. XXIV, 42, 44. [76] ibid. 3. [77] II Cor. XI, 14. [78] Matth. XXIV, 4. [79] ibid. 4, 5.

hæresi LXIV, num. 31 et 32, quo in loco auctor ille, quisquis est amborum, eadem sibi objicit loca Scripturæ, quibus hic respondere satagit Cyrillus.

(1) *Jam enim hoc dixit Simon Magus*, etc. Simon se et Patrem et Filium et Spiritum sanctum dixit, ex Cyrillo cat. 6, num. 14. Menander ex Irenæo lib. I, c. 23, n. 5, affirmavit « se eum esse qui missus sit ab « invisibilibus Salvatorem pro salute hominum. » Dositheus Samaritanus, ex Origene lib. I *contra Celsum* p. 44, et tom. XIV *in Joan.*, pag. 219, Samaritanis persuadere conatus est se esse Christum a Moyse et prophetis præsignificatum. Montanus non tantum se Spiritum sanctum esse dixit, cat. 16. n. 8, sed etiam Deum Patrem omnipotentem, ex Epiph. hæres. XLVIII, num. 11 ; addit Chrysostomus *in Matth.* XXIV, 5, eum sese et Verbum, et Sponsum, et Paracletum et Omnipotentem jactasse. Mancs, si Theodoreto credimus, lib. I *Hæret. fab.*, c. 26, pag. 214, non dubitavit se Christum appellare. De Budda sive Terebintho narrat Archelaus *Disp. cum Manete*, n. 52, eum effutivisse *ex quadam virgine* natum se esse, simul et ab angelo in montibus enutritum. Photius vero in *Histor. Manic.*, p. 356, ait cum Schytianus se Patrem diceret, Terebinthum se Filium Dei dixisse. De cæteris sive Judæis, sive hæreticis, aut alioqui fanaticis qui subsequentibus temporibus Christum sese dixere, sileo.

(2) Ὑμῶν, φησίν. Vocem φησίν addidimus ex codd. Roe et Casaub., ac propterea conservavimus vulgatam scripturam, ὑμῶν, quamvis in Colb. codd. et Grod. habeatur, ἡμῶν, « non est nostrum. »

(3) Ἀλλ'. Vocem hanc adjicimus ex Roe et Casaubon.

(4) Τὸ θεῖον, etc. Coisl., Reg., Roe et Casaub., τὸ θεῖον τῶν μακαρισμῶν (deest τῶν Reg.) ἀνοίξας αὐτοῖς (Roe et Casaub., ἑαυτοῦ) στόμα, « divinum « beatitudinum ipsis os aperiens. »

(5) Λεγομένοις. Codd. Genovef. vet., Reg., Roe, Casaub., Grodec., λεχθησομένοις. Futurum tempus postulat sensus. Sed Cyrillus verbis præsentis temporis promiscue utitur pro temporis futuri. Imo vero in hoc ipso inferius ait, προσφερομένων, et λεγομένων, pro προσενεχθησομένων, et λεχθησομένων.

(6) Τοῦτο. Ita scripsimus loco ταῦτα, ex Reg., Coisl., Roe, Casaub., Grodec. Inferius, loco ἀθέων,

ὁ Μάγος, καὶ Μένανδρος, καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν ἀθέων αἱρεσιαρχῶν. Ἐροῦσι δὲ ἐφ' ἡμῶν, ἢ καὶ μεθ' ἡμᾶς ἕτεροι.

ζ'. Δεύτερον σημεῖον· Μελλήσετε δὲ ἀκούειν πολέμους καὶ ἀκοὰς πολέμων. Γίνεται δὲ (1) ἆρα νῦν Περσῶν πρὸς Ῥωμαίους περὶ τὴν Μεσοποταμίαν πόλεμος, ἢ οὔ; ἐγείρεται ἔνθος ἐπὶ ἔθνος, καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν, ἢ οὔ; Καὶ ἔσονται λιμοὶ καὶ λοιμοί, καὶ σεισμοὶ κατὰ τόπους. Ταῦτα ἤδη γέγονε. Καὶ πάλιν· Φόβητρά τε ἀπ' οὐρανοῦ, καὶ μεγάλοι χειμῶνες. Γρηγορεῖτε οὖν, φησὶν, ὅτι οὐκ οἴδατε ποίᾳ ἡμέρᾳ (2) ὁ Κύριος ἡμῶν ἔρχεται.

Z'. Ἀλλὰ ζητοῦμεν τῆς παρουσίας ἡμέτερον σημεῖον, ἐκκλησιαστικὸν ζητοῦμεν οἱ ἐκκλησιαστικοι. Ὁ δὲ Σωτὴρ φησι· Καὶ τότε σκανδαλισθήσονται πολλοὶ (3), καὶ ἀλλήλους παραδώσουσι, καὶ μισήσουσιν ἀλλήλους. Ἐὰν ἀκούσῃς, ὅτι ἐπίσκοποι κατ' ἐπισκόπων, καὶ κληρικοὶ κατὰ κληρικῶν, καὶ λαοὶ κατὰ λαῶν μέχρις αἱμάτων ἔρχονται, μὴ ταραχθῇς.

A quidam ex Dei hostibus hæresum principibus. Dicent vero idem et nostris temporibus, et post nos, alii.

VI. Signum secundum : *Audituri autem estis bella et rumores bellorum* [80]. Estne igitur in præsenti tempore Persarum contra Romanos circa Mesopotamiam bellum (4), an non ? Consurgit gens contra gentem, et regnum adversus regnum, necne ? « Et erunt fames, et pestilentiæ, et terræ motus per « loca : » hæc jam facta sunt (6). Et iterum : « Terriculamentaque de cœlo, et magnæ tempesta- « tes [81]. Vigilate igitur, *ait*, quia nescitis qua die « Dominus noster veniet [82]. »

VII. Sed adventus Domini quærimus signum nobis proprium : ecclesiasticum [hoc est, Ecclesiæ proprium] quærimus nos ecclesiastici (6) viri. **224** Salvator vero dicit : « Et tunc scandalum patientur « multi, et alius alium invicem tradent, seseque odio « habebunt [83]. » Si audieris quod episcopi adversum episcopos (7), et clerici contra clericos, et populi

[80] Matth. XXIV, 6, 7. [81] Luc. XXI, 11. [82] Matth. XXIV, 42. [83] ibid. 10.

scriptum in Roe et Casaub., ἀθλίων, *miserabilium*. At titulum ἀθέων hæresiarchis tribuere solet Cyrillus, ut cat. 6, n. 12, 16, et cat. 7, n. 1.

(1) Γίνεται δὲ. Particula δέ abest a codd. Roe, Casaub., Coisl., Bodl. et Morel. Mox, in codd. Roe, Casaub. et Grodec. omittitur utrumque ἢ οὔ; ante et post ἐγείρεται positum ; et loco ἐγείρεται, habent ut in Evangelio sine interrogatione, ἐγερθήσεται. Neutri lectioni magis quam alteri favet Cyrillianus contextus.

Ποίᾳ ἡμέρᾳ. Roe, Casaub. et Grodec, ut in Evangelio, ποίᾳ ὥρᾳ. *Qua hora*. Multi Nov. Testam. mss. habent, ἡμέρᾳ, ut Cyrill.

(3) Πολλοὶ. Eam vocem addidimus ex codd. Reg. Roe, Casaub. et sacro textu. Postea, loco λαοὶ κατὰ λαῶν, codices modo citati habent, ἄλλοι κατ' ἄλλων, *alii contra alios*. Retinendam priorem lectionem suadent hæc verba in sequentibus : Οὐ μόνον περὶ τῶν ἀρχόντων τὸ σημεῖον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν λαῶν. Hæc porro imitatus videtur auctor hom. *De pseudoprophetis*, etc. ; Chrysost., tom. VI, p. 482.

(4) *Persarum contra Romanos*, etc. Perpetuum pene fuit Constantio imperatore Persarum contra Romanos in Mesopotamia bellum. Quater id bellum recruduit ; terque Nisibim Persæ magnis viribus impugnantes infecta re abire coacti sunt ; primum anno 338 : quod bellum etiam anno 342 perseverabat ; secundo, anno 346 vel 347. Quam obsidionem consecutæ sunt induciæ non multo post a Persis violatæ ; commissaque ad amnem Tigrim æstivo tempore Singarensis pugna, quæ anno 348 collocatur. Tandem anno 350 iterum majori quam antea molimine, nec feliciori exitu Nisibim oppugnavere. Inde quietæ ad annum usque 359 res, quo tempore bellum acrius reparatum est. De secundo illo bello Cyrillum loqui, reliquæ temporis ab eo designati circumstantiæ fidem faciunt. Nam catecheses anno 347 vel 348 dictas dubitari non potest.

(5) *Hæc jam facta sunt*. Fames, pestes, et terræ motus circa hæc tempora contigisse referunt auctores. Hieronymus in *Chronico*, ad ann. 333, famem et pestem in Cilicia et Syria maximam contigisse refert ; cujus strages recitat Theophanes in *Chronograph.*, p. 23. Anno autem 346, terræ ingens motus accidit, ex eodem Hieronymo in *Chronico*, quo Dyrrachium penitus eversum, Roma trium dierum noctiumque totidem spatio concussa, et magnæ clades in diversis Campaniæ urbibus editæ. Hunc ad ann. 347 revocare videtur Theophanes pag. 31, qui alium terræ quassum anno 346 assignat, quo multa in insula Rhodo eversa memorat. Alii insuper sequentibus annis magna urbium strage contigerunt Inter tempestates numerare potuit Cyrillus effusam illam imbrium vim, qua Hierosolymam recens proxime interitum adductam fuisse narrat. cat. 6, n. 4.

(6) *Nos ecclesiastici*. Id est, qui de Ecclesia sumus. Quamvis enim vox hæc jam olim ad ministros altaris designandos adhibita et laicis opposita sit. ut patet ex Basil. epist. 3, pag. 9 ; S. Nilo, sermone in hæc verba : *Nunc qui habet sacculum* (*Luc* XXII, 36), etc., c. 8, et aliis auctoribus : hic tamen omnes qui de Ecclesiæ corpore sunt, sive clerici, sive laici sint, significat ; nam in signo ecclesiasticis proprio non solum episcoporum et clericorum, sed etiam populorum dissidia et vitia comprehendit. Ita ecclesiasticorum vocabulum usurpatur, ut oppositum hæreticis ab Ecclesia alienis, ab Origene, Catena *in Job* XX, 6, p. 348 ; Greg. Nyss. lib. I *contra Eunom.*, pag. 330, et præfat. *in Cant.*, p. 468, in Apophthegm. PP. *Monum Eccl. Gr.*, tom. I, p. 703. Idem apud Latinos usus erat. Tychonius regula 4 ecclesiasticos appellat eos qui ad Ecclesiam attinent. Eusebius Vercellensis ecclesiasticos vocat non solum presbyteros et diaconos, sed et cæteros fratres secum exsules, in epistola ad suos Vercellenses. Pseudo-Hieron. *in psal.* XCV, etc,

(7) *Episcopi adversum episcopos*. Tria notat Ecclesiæ hominum adversum sese invicem dissidia, episcoporum, clericorum, et populorum, ad sanguinem usque animorum fervore perducta, quæ etiam schismata pepererant, ut notat infra n. 9, « præparat « diabolus schismata populorum ; *et* n. 18, terrent « me schismata Ecclesiarum. » Hæc autem schismata propter quorumdam a fide discessionem nata dicit cat. 17, n. 33, Eos vero quos a fide discessisse ait, Sabellianos Filio-paternitatem prædicantes, et Arianos Christum ex non exstantibus affirmantes esse significat : non aperte quidem, sed tecte et occulte hæretica illa dogmata tenentes, infra n. 9. Quibus dubium non est notari illa celebratissima hoc tempore Catholicorum et Arianorum dissidia. Pulsis enim Arianorum factione e sedibus suis nobilissimis episcopis, substitutisque aliis, scissa plebs et clerus in factiones, dum alius alii adhæresit : cædesque plurimæ in urbibus contigere. Mutuæ jam inter eos violatæ fidei accusationes, cum Eusebiani in Catholicos Sabellismi, Catholici in Eusebianos

in populos ad sanguinem usque grassantur, ne perturberis ; prædictum enim ante fuit in Scripturis ; ne his quæ nunc fiunt, sed his quæ scripta sunt attende. Neque etiam si ego qui te doceo, peream, tu una mecum pereas : sed fas est auditorem magistro meliorem fieri, et eum qui novissimus venit priorem effici [84] ; quandoquidem et eos qui circa undecimam horam veniunt, recipit Dominus [85]. Si in apostolis inventa est proditio, miraris si in episcopis quoque fraternum odium reperiatur ? Sed signum hoc non ad principes tantum, verum etiam ad populos pertinet. Ait enim : « Et propter multi- « plicationem iniquitatis , refrigescet multorum « charitas [86]. » Præsentiumne quisquam se sinceram et absque simulatione adversus proximum amicitiam habere gloriaturus est ? Nonne persæpe et labia osculantur, et vultus arridet, et hilares sunt oculi, cum pectus machinatur dolum, et struit mala qui pacifica loquitur [87] ?

προγέγραπται (2) γάρ. Μὴ πρόσεχε τοῖς νῦν γινομένοις, ἀλλὰ τοῖς γεγραμμένοις. Οὔτε ἂν ἐγὼ ὁ διδάσκον σε ἀπώλωμαι, καὶ σὺ μοι συναπολῇ· ἀλλ' ἔξεστι καὶ ἀκροατὴν καλλίονα γενέσθαι τοῦ διδασκάλου, καὶ τὸν ἔσχατον ἐλθόντα γενέσθαι πρῶτον· ἐπειδὴ καὶ τοὺς περὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν δέχεται ὁ Δεσπότης. Εἰ ἐν ἀποστόλοις εὑρέθη προδοσία, θαυμάζεις εἰ καὶ ἐν ἐπισκόποις εὑρίσκεται μισαδελφία ; Ἀλλ' οὐ μόνον περὶ τῶν ἀρχόντων τὸ σημεῖον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν λαῶν· φησὶ γάρ· Καὶ διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ψυγήσεται τῶν πολλῶν ἡ ἀγάπη. Καυχήσεταί τις ἄρα τῶν παρόντων ἀνυπόκριτον ἔχειν πρὸς τὸν πλησίον τὴν φιλίαν ; Οὐχὶ τὰ μὲν χείλη πολλάκις φιλεῖ , καὶ τὸ πρόσωπον μειδιᾷ, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ὅῆθεν ἱλαροί· ἡ δὲ καρδία τεκταίνεται δόλον, καὶ κατασκευάζει (3) κακὰ, λαλῶν εἰρηνικά.

VIII. Habes quoque et hoc signum : « Et prædi- « cabitur Evangelium hoc regni in tota orbe in tes- « timonium omnibus gentibus; et tunc finis adve- « niet [88]. » Et fere, ut videmus, universus mundus (1) doctrina de Christo oppletus est.

Θ'. Ἔχεις καὶ τοῦτο τὸ σημεῖον· Καὶ κηρυχθήσεται τὸ Εὐαγγέλιον τοῦτο τῆς βασιλείας ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ, εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσι· καὶ τότε ἥξει τὸ τέλος. Καὶ σχεδὸν, ὡς ὁρῶμεν, ὁ κόσμος ἅπας τῆς περὶ Χριστοῦ διδασκαλίας πεπλήρωται.

IX. Et quid postea fiet ? Dicit in consequentibus : « Quando igitur videritis abominationem desolatio- « nis, quæ dicta est a Daniele propheta, stantem in « loco sancto ; qui legit intelligat [89] : *et rursus* : Tunc « si quis vobis dixerit : Ecce hic est Christus, aut, « Ecce illic, ne credatis [90]. » [91] Fraternum odium Antichristo dat deinceps locum. Præparat enim diabolus scissuras populorum ut ipse cum venerit favorabilius recipiatur. Absit vero, ut quisquam eorum qui hic adsunt, vel quicunque sunt alibi, servorum, ad hostem accurrat. De hoc scribens apostolus Paulus perspicuum signum dedit, dicens: « Quoniam nisi venerit prius defectio, et revelatus

Γ'. Καὶ τί μετὰ τοῦτο γίνεται ; φησὶν ἑξῆς· Ὅταν οὖν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Δανιὴλ (4) τοῦ προφήτου , ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ· ὁ ἀναγινώσκων νοείτω· καὶ πάλιν· Τότε ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ, Ἰδοὺ ὧδε ὁ Χριστὸς ἢ, Ἰδοὺ ἐκεῖ, μὴ πιστεύσητε. Ἡ μισαδελφία δίδωσι λοιπὸν χώραν τῷ Ἀντιχρίστῳ. Προετοιμάζει γὰρ ὁ διάβολος τὰ σχίματα τῶν λαῶν, ἵνα εὐπαράδεκτος γένηται ὁ ἐρχόμενος. Μὴ γένοιτο δὲ μηδένα τῶν ἐνταῦθα, μηδὲ τῶν ἀλλαχοῦ δούλων τοῦ Χριστοῦ, προσδραμεῖν τῷ ἐχθρῷ. Περὶ τούτου γράφων ὁ ἀπόστολος Παῦλος, φανερὸν ἔδωκε σημεῖον, λέγων· Ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον , καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνθρωπος

[84] Matth. xx, 16, [85] ibid. 6, 7. [86] Matth. xxiv, 12. [87] Psal. xxvii, 3. [88] Matth. xxiv, 14. [89] ibid. 15. [90] ibid. 23. [91] *Vid. cat.* 4, n. 15.

Arianismi criminationem inferrent : omnes tamen exterius retinerent Ecclesiæ societatem. Quod si post concilium Sardicense scripsit Cyrillus, major etiam erat ecclesiastici hujus dissidii offensio, concilio per Orientalium fugam in duo concilia diviso ; atque anathemate ab episcopis utrarumque partium cum gravissima alterius partis accusatione, in se invicem dicto. In his porro se veluti medium et nulli parti addictum habet Cyrillus, utrosque suspectans, et ab neutris divisus. Erat hic eo tempore Ecclesiæ Hierosolymitanæ status. Maximus enim episcopus, postquam e concilio Tyriensi discessisset, nullam in iis discidiis partem habere voluit : neque Orientalium concilia et molitiones sua præsentia assensuve comprobans, nec porro communionem Athanasii fovens : donec eam ann. 349 ab ipso Athanasio de fraudibus Arianorum edoctus, cum concilio Palæstino amplexus est.

(1) *Fere universus mundus*, etc. Mundum universum redemptum a Christo ipsi credere et obedivisse dicit cat 13 n. 1 et 40, ac cat. 14, num 14 : ejus nomen in universo orbe annuntiari, cat. 10, n. 6 ; ecclesiam nullis finibus determinatam esse, cat. 18, n. 27. Ait Persas et Gothos, et omnes ex gentibus. πάντες οἱ ἐξ ἐθνῶν, pro Christi nomine mori, cat. 10, n. 10. Persas, Scythas, Ægyptios Christi cruce subactos cat. 13, n. 40 : Persarum genera, Indorum gentes, Gothos, Sauromatas, Gallos, Hispanos, Mauros, Afros, Arabas, Æthiopes, et alias quarum ne nomina quidem novimus, gentes, habere episcopos, presbyteros, diaconos, monasticam vitam agentes, virgines, et reliquos laicos a Spiritu sancto diversis virtutum et gratiarum donis ditatos, cat. 16, n. 22. Perfectam autem et completam toto orbe Evangelii prædicationem, non pro conditione tantum sine qua Antichristus non adventurus erit, sed et pro signo ejus proxime affuturi, habet. Vide Malvendam, lib. III *De Antichristo*, c. 32.

(2) Προγέγραπται. Sic ex codd. Reg. Roe. Casaubon. et Grodecii. In ediiis est tantum, γέγραπται, *scriptum est*.

(3) Καὶ κατασκευάζει. Conjunctionem καί addimus ex codd. Reg., Roe, Casaubon. Voces, λαλῶν εἰρηνικά, desunt in Morel., Colb., Bodl.

(4) Ὑπὸ Δανιὴλ . Codd . Coislin.. Reg., Roe, Casaub., διὰ Δανιὴλ. ut in Matthæi Evangelio. Cyrillus sumpsit ex Marc. xiii, 14, eam lectionem ὑπὸ Δανιὴλ.

τῆς ἀνομίας (1), ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν, ἢ σέβασμα· ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ καθίσαι, ἀποδεικνύοντα ἑαυτὸν, ὅτι ἔστι Θεός. Οὐ μνημονεύετε, ὅτι ἔτι ὢν πρὸς ὑμᾶς ταῦτα ἔλεγον ὑμῖν; Καὶ νῦν τὸ κατέχον οἴδατε, εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ αὐτοῦ καιρῷ. Τὸ γὰρ μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας· μόνον ὁ κατέχων ἄρτι, ἕως ἐκ μέσου γένηται. Καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἄνομος, ὃν ὁ Κύριος (2) ἀνελεῖ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ καταργήσει τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ. Οὗ ἐστιν ἡ παρουσία κατ' ἐνέργειαν τοῦ Σατανᾶ, ἐν πάσῃ δυνάμει καὶ σημείοις καὶ τέρασι ψεύδους, ἐν πάσῃ ἀπάτῃ ἀδικίας τοῖς ἀπολλυμένοις. Ταῦτα μὲν ὁ Παῦλος. Νῦν δὲ ἐστιν ἡ ἀποστασία (3)· ἀπέστησαν γὰρ οἱ ἄνθρωποι τῆς ὀρθῆς πίστεως· καὶ οἱ μὲν υἱοπατορίαν καταγγέλλουσιν, οἱ δὲ τὸν Χριστὸν ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παρενεχθέντα λέγειν τολμῶσι. Καὶ πρότερον μὲν ἦσαν φανεροὶ οἱ αἱρετικοὶ (4), νῦν δὲ πεπλήρωται ἡ Ἐκκλησία κεκρυμμένων αἱρετικῶν. Ἀπέστησαν γὰρ οἱ ἄνθρωποι ἀπὸ τῆς ἀληθείας, καὶ κινήθονται τὴν ἀκοήν. Λόγος πιθανός; καὶ πάντες ἀκούουσιν ἡδέως. Λόγος ἐπιστροφῆς; καὶ πάντες ἀποστρέφονται. Ἀπέστησαν οἱ πλεῖστοι (5) τῶν ὀρθῶν λόγων· καὶ μᾶλλον τὸ κακὸν αἱροῦνται, ἢ τὸ ἀγαθὸν προαιροῦνται. Αὕτη τοίνυν ἐστὶν ἡ ἀποστασία, καὶ μέλλει προσδοκᾶσθαι ὁ ἐχθρός· καὶ

A « **228** fuerit homo peccati, illo filius perditionis, qui
« adversarius est, et extollitur adversus omnem qui
« dicitur Deus aut numen; adeo ut in templo Dei
« sedeat, ostentans et jactans esse Deum. Non me-
« ministis, quod cum adhuc essem apud vos, hæc
« dixerim vobis? Et nunc quid detineat, scitis, ut
« reveletur in suo tempore. Nam mysterium jam
« agitur iniquitatis. Tantum qui tenet in præsentia
« [teneat], donec de medio tollatur. Et tunc pate-
« fiet ille iniquus, quem Dominus conficiet spiritu
« oris sui, et abolebit claritate adventus sui. Cujus
« est adventus secundum operationem Satanæ, in
« omni potentia et signis et prodigiis mendacii, et
« cum omni deceptione injustitiæ iis qui pe-
« reunt [92] ». Hæc quidem Paulus. [93] Nunc vero de-
B fectio est (6): defecerunt enim homines a recta fide;
et alii quidem Filio-paternitatem prædicant; alii ve-
ro Christum ex non exstantibus ad esse perductum
dicere audent. Et prius quidem conspicui erant
hæretici; nunc autem occultis hæreticis repleta est
Ecclesia. Defecerunt enim homines a veritate, et
pruriunt auribus [94]. Sermo ad persuadendum ar-
tificiose compositus agitur? omnes suaviter au-
diunt: sermo ad animi conversionem comparatus?
omnes avertuntur. Defecerunt plurimi a rectis do-
ctrinis, et malum propensius eligunt, quam se ap-
plicent bono. Hæc igitur *defectio est*, et exspectan-
dus jam inimicus; et jam ex parte præcursores

[92] II Thess. II, 3 seqq. [93] *Vid. cat.* 11, n. 17. [94] II Tim. IV, 3, 4.

(1) Τῆς ἀνομίας. Cod. Reg., τῆς ἁμαρτίας, ut in textu sancti Pauli. Grodecius vertit quoque, *homo peccati*. Sed multi Patres et mss. habent ut Cyrillus. Paulo post, ante καθίσαι, additur in cod. Reg., ὡς Θεόν, *tanquam Deum*: quod habetur in textu Græco S. Pauli; sed abest a Vulgata Latina, et multis mss. teste Millio. Idem cod. Reg. habet infra, ἐν τῷ ἑαυτοῦ καιρῷ, ut apud Paulum.

(2) Ὁ Κύριος. Roe et Casaubon. addunt, Ἰησοῦς, ut Vulgatæ auctor legit. Loco ἀνελεῖ. Reg. scriptum habet, ἀναλώσει, ut est in sacro textu. At Gyrillus infra n. 12, hunc locum recensene scribit, ἀνελών· multique Patres legerunt, ἀνελεῖ Paulo post pro τὴν ἐπιφάνειαν, scripsi, τῇ ἐπιφανείᾳ, ex Reg., Roe, Casaub., Grodec., juxta Apostolum. Alioqui recepta lectio efficit sensum non incommodum: *destruet claritatem præsentiæ illius*. Pro καὶ σημείοις, Reg. habet, ἐν πᾶσι σημείοις, ut ipse Cyrillus hunc locum recensens legit num. 14, tametsi lineis aliquot superius recitet, ut hic et in textu sancti Pauli habetur. Coislinianus habet, σημείοις τε καὶ τέρασι. Postremo codd. Reg., Roe, Casaubon., Bodl. articulum τῆς præfigunt voci ἀδικίας· soli vero Reg. et Bodl. præpositionem ἐν, quam sanctus Paulus τοῖς ἀπολλυμένοις præponit, exhibent. At ea in multis Patribus ac mss. deest.

(3) Ἡ ἀποστασία. Articulum præfiximus ex mss. Reg., Roe, Casaub. In Reg. deest vox ὀρθῆς, *rectæ*, ante πίστεως.

(4) Οἱ αἱρετικοί. Articul. οἱ adjecimus ex Coisl., Reg., Roe, Casaub.

(5) Ἀπέστησαν οἱ πλεῖστοι. Hanc sententiam paulo aliter repræsentant codd. Coisl., Reg., Roe, Ottob., Casaub. et Grodec. in hunc modum: Ἀπέστησαν οἱ ἄνθρωποι (πλεῖστοι tamen loco ἄνθρωποι, legitur in Coisl., Ottob., Reg. et Grod.) τῶν ὀρθῶν

C ἔργων (Coislin. et Ottobon. retinent, λόγων), καὶ μᾶλλον τὸ δοκεῖν αἱροῦνται, ἢ τὸ εἶναι προαιροῦνται· « Abscesserunt homines a rectis operibus, et videri
« potius quam esse [boni] malunt ». Ea lectio probabillissima, ut duplicem defectionem, alteram a fide, alteram a bonis moribus distinguat Cyrillus. Vide Iren. lib. v, cap. 18, num. 2; Lactant, lib. VII, cap. 15. Cæterum ea sententia, velle magis videri quam esse bonum, vetus est apud Græcos auctores proverbium.

(6) *Nunc vero defectio est*, etc. Defectionem, seu apostasiam ab Apostolo prædictam, alii ipsum Antichristum intelligunt: alii de discessione gentium omnium ab imperio Romano interpretantur: Cyrillus de defectione a recta fide, et operibus etiam bonis, secundum multos mss. Quos porro Filio-paternitatem in Ecclesia recte prædicare ait non professos Sabellianos intelligere videtur, qui ea ætate pauci et ab omnibus exosi; sed vel Marcellum et
D Photinum, certos Cyrilli sententia hæreticos, hujus cat, n. 27, quorum tamen prior Athanasii et Occidentalium gratia et studio sustentabatur, alter Sirmiensis episcopus usque ad ann. 351 mansit: vel psos Catholicos, qui ab Orientalibus Sabellismi incusabantur: ut patet ex epis., concil. Philippop. apud Hilar., fragmento 3, n. 23, ex Hilario lib. x *De Trin.*, n. 5; Socrate, lib., I. c. 23. Huic accusationi eo facilius credulum se præbere potuit, quod ab iis Marcellum Ancyratem defendi videret. Quæ res diuturnam Catholicis apud Orientales conflavit invidiam, quasi hæresim confirmarent. Vide Basilium, epist. 10, p. 34. Cum multi alioqui sanctitate celebres viri, Eusebianorum, sub catholicis in speciem professionibus delitescentium, partes foverent eorum fraudis et dolorum ignari: quanto innocentior Cyrillus qui neutris addictus erat!

suos mittere occœpit, ut ipse ad prædam paratus subsequatur. Tibi igitur provide, o homo, et animam securam redde. Testificatur [95] nunc tibi Ecclesia in præsentia Dei viventis [96]; et quæ Antichristum spectant, prænuntiat tibi antequam adveniant. Eaque sive tuo tempore futura sint nescimus, sive posterius, nescimus: optimum tamen est te horum gnarum præmuniri.

A τέως κατὰ μέρος ἤρξατο ἀποστέλλειν τοὺς ἑαυτοῦ προδρόμους, ἵνα ἕτοιμος ἔλθῃ λοιπὸν ἐπὶ τὴν θήραν (1). Βλέπε τοίνυν σεαυτὸν, ἄνθρωπε, καὶ ἀσφαλίζου τὴν ψυχήν. Διαμαρτύρεταί σε ἡ Ἐκκλησία νῦν ἐπὶ Θεοῦ ζῶντος, προδιαλέγεταί σοι (2) τὰ περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου πρὶν παραγενέσθαι. Καὶ εἴτε ἐπὶ σοῦ γίνεται οὐκ οἴδαμεν, εἴτε μετὰ σὲ γίνεται οὐκ οἴδαμεν. Καλὸν δὲ ἐστι ταῦτα εἰδότα σε προασφαλίσασθαι.

229 X. [97] Christum verus, unigenitus Dei Filius non amplius de terra venturus est. Si quis venerit in desertis fictas species obtendens, ne exeas [98]. « Si « dixerint: Ecce hic Christus, ecce illic, ne credide- « ris [99] ». Ne in posterum ad terram atque ima respice, e cœlis enim descendet Dominus [1]: non solus sicut antea, sed multo comitatu, innumerabilium angelorum satellitio stipatus [2]: neque abscondite sicut pluvia in vellus [3], sed ut fulgur [4], conspicue collucens. Ipse enim dixit: « Sicut fulgur exit ab oriente, « et conspicitur usque ad occidentem, ita erit et ad- « ventus Filii hominis [5] ». Et iterum: « Et videbunt « Filium hominis venientem super nubes cœli, cum « potestate et gloria multa. Et mittet angelos suos « cum tuba magna [6] », et quæ sequuntur.

B

Γ. Ὁ Χριστὸς ὁ ἀληθής, ὁ τοῦ Θεοῦ μονογενὴς Υἱὸς, οὐκέτι ἀπὸ γῆς ἔρχεται. Ἐάν τις ἔλθῃ ἐν ἐρήμοις φαντασιοκοπῶν, μὴ ἐξέλθῃς. Ἐὰν εἴπωσιν· Ἰδοὺ ὧδε ὁ Χριστὸς, ἰδοὺ ἐκεῖ, μὴ πιστεύσῃς. Κάτω καὶ εἰς γῆν μὴ βλέπε λοιπόν· ἐξ οὐρανῶν γὰρ ὁ Δεσπότης κατέρχεται. Οὐ μόνος ὡς πρὸ τούτου· ἀλλὰ πολλοστὸς, ὑπὸ μυριάδων ἀγγέλων δορυφορούμενος. Οὐδὲ κεκρυμμένως (3), ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον· ἀλλ' ὡς ἀστραπὴ φανερῶς ἐκλάμπων· Αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν· Ὥσπερ ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν, οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. Καὶ πάλιν· Καὶ ὄψονται τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς· καὶ ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ μετὰ σάλπιγγος μεγάλης (4), καὶ τὰ ἑξῆς.

XI. Sed quemadmodum ante, cum ipse hominem susceptur us foret, exspectareturque Deus e Virgine nasciturus, rem eam diabolus in antecessum calumniæ subjecerat, callida arte apud idolorum cultores falsorum deorum, generantium et ex mulieribus genitorum fabulas inveniendo; ut cum falsitas præoccupasset, jam, ut existimabat, nec veritas reperiret fidem: sic cum verus Christus secundo venturus erit, simplicium, et circumcisorum præsertim exspectationem adversarius in occasionem sumens, producet quemdam hominem magum, ac fallacis

C

ΙΑ'. Ἀλλ' ὥσπερ μέλλοντος αὐτοῦ πρότερον ἐνανθρωπεῖν, καὶ ἐκ Παρθένου γεννᾶσθαι προσδοκωμένου Θεοῦ· προδιέβαλεν ὁ διάβολος τὸ πρᾶγμα, κακούργως ἐν εἰδωλολατρείᾳ θεοὺς ψευδεῖς, γεννῶντας καὶ γεννωμένους ὑπὸ γυναικῶν, προμυθολογήσας· ἵνα προλαβόντος τοῦ ψεύδους, ὡς ἐνόμιζεν, ἀπιστηθῇ καὶ τὸ ἀληθές· οὕτω μέλλοντος Χριστοῦ δεύτερον ἔρχεσθαι τοῦ ἀληθοῦς, ἐσόδιον λαμβάνων τὴν τῶν ἀκάκων προσδοκίαν (5) ὁ ἀντικείμενος, καὶ μάλιστα τῶν ἐκ περιτομῆς· ἄγει τινὰ ἄνθρωπον μάγον, καὶ τῆς ἐν φαρμακείαις καὶ ἐπαοιδαῖς ἀπατηλῆς κακοτεχνίας

[95] II Tim. IV, 1. [96] I Tim. VI, 13. [97] *Vide cat.* 10, *num.* 4; *cat.* 14, *num.* 30. [98] Matth. XXIV, 26. [99] Marc. XIII, 21. [1] Act. 1. [2] Jud. 14. [3] Psal. LXXI, 6. [4] Luc. XXII, 24. [5] Matth. XXIV, 27. [6] ibid. 30, 31.

(1) Ἐπὶ τὴν θήραν. Ita restituimus ex codd. Reg., Colb., Boet., Roe, Casaub., Grod., sic infra n. 15, ἕτοιμος εἰς τὸ καταπιεῖν. Editi vero, ἐπὶ τὴν θύραν, *ad januam*. Paulo post, loco ἐπὶ Θεοῦ, codd. Coisl., Roe, Casaub., Reg., Genov. vet habent, ἐνώπιον Θεοῦ, ut est in sacro textu, II Tim. IV, 1, et I Tim. VI, 13, quæ loca hic Cyrillus respicit.

sententiæ, sed iisdem pene verbis eodemque ordine enuntiatæ, eodemque in fine Apostoli testimonio confirmatæ: ut quamvis Cyrilli nomen suppresserit, ac verba identidem commutarit, prorsus tamen eum et imitatus sit, et transcripserit.

(1) Εἷς δὲ καὶ ὁ. Vocem εἷς adjecimus ex cod. Coisl. et Grod. Particulam δέ ex Coisl., Roe et Casaubon. qui loco εἷς habent ὁ. Tandem articulum qui in editis post αὐτὸς collocatus est, ex Coislin. huic voci præfiximus.

(2) Ἐν ἀμπέλῳ δὲ ἄλλος. Eas voces propter ἄλλος repetitum facile prætermissas, restituimus ex codd. Coisl., Roe, Casaub. Non omittendum infra, loco ἄλλος καὶ ἄλλος, *alius et alius*, legi in Coislin. cod., ἄλλως καὶ ἄλλως, *aliter et aliter*. Non male;
D legendum tamen ἄλλος, ex verbis superioribus, οὐκ ὢν ἄλλος αὐτὸς ἑαυτοῦ.

(3) Καὶ ὥσπερ ξύλον, etc. Hæc sententia transscribitur a S. Nilo, lib. II, epist. 202. Sequentia vero, a verbis, μονοειδὲς δὲ ὄν, usque ad testimonium Pauli, ἑκάστῳ δέ, ab eodem epistola 204. Prior autem a Cyrillo expressa videtur ex sancto Irenæo, lib. III. c. 17, n. 2.

(4) Νεύματι Θεοῦ, καὶ ἐν ὀνόματι Χριστοῦ. Ea verba prætermissa sunt in codd. Roe et Casaub. In Coislin. vero deest tantum, καὶ ἐν ὀνόματι Χριστοῦ. Familiaris Cyrillo hujusmodi locutio. Sic cat. 17, num. 21, ait Petrum confortatum potestate Spiritus sancti, *voluntate* Patris et Filii; num. 29, Spiritum sanctum in Ecclesia Novum Testamentum constituisse utriusque consensu, συμφωνίᾳ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ· n. 31, Paulum mirabilia multa egisse ex virtute Spiritus sancti, nutu Patris, et in nomine Christi. Nec porro Spiritui sancto contumeliosum magis nutu Patris operari, quam Filio ejusdem nutu mundum condidisse, quod Cyrillus asserit cat. 11, n. 22 et alibi. Spiritum vero quid prohibet in nomine Christi operari, quem Christus ipse suo Christi nomine mittendum docet Joan. XIV, 26. Spiritus sancti unam et communem cum Patre et Filio actionem esse constans et Cyrilli doctrina multis locis, in primis cat. 7, n. 7; cat. 16, n. 24; cat. 17, n. 5; cat. 18, n. 29.

(5) Ἄλλον διδάσκει νηστεύειν, etc. Codd. Roe et Casaub. paulo aliter: Ἄλλον διδάσκει σωφρονεῖν, καὶ ἀσκεῖν, καὶ καταφρονεῖν τῶν, etc. « Alium docet « temperantem esse, asceticam vitam tolerare, et « contemnere, » etc. Coisl. post ἀσκεῖν unam habet particulam καί loco verborum ἄλλον διδάσκει. Infra, ante ἐν ἄλλοις, pro ἄλλον, scripsimus ἄλλο, ut mox habetur.

(6) Ὧι μὲν γὰρ διὰ τοῦ Πνεύματος. Pro his verbis in editis habetur tantum, ἄλλῳ δέ. Ea autem in hunc locum ascripsimus ex codd. Coislin. et sacro textu, et Cyrillo ipso, cat. 5, n. 11, et cat. 17, n. 4, hunc locum ita referente. Paulo post, verba ἄλλῳ δὲ χαρίσματα ἰαμάτων ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι, in editis prætermissa, supplevimus ex codd. Coisl., Grodecii, Apostoli textu et Cyrillo, citato catech. 5 loco. In sequenti membro, retinuimus δυνάμεως,

se nunquam alius, sicut scriptum est : « Unicuique « vero datur manifestatio Spiritus ad id quod ex- « pedit. Nam huic quidem datur per Spiritum ser- « mo sapientiæ ; alii vero sermo scientiæ secun- « dum eumdem Spiritum ; alii vero fides in eodem « Spiritu ; alii vero dona sanationum in eodem Spi- « ritu ; alteri vero operationes potestatis ; alii « prophetia ; alii discretiones spirituum ; alteri ge- « nera linguarum ; alteri vero interpretatio linguarum. Hæc vero omnia efficit unus et idem Spiritus, « dividens peculiariter unicuique sicut vult [78]. »

A φίας· ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως, κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα· ἑτέρῳ δὲ πίστις, ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι· ἄλλῳ δὲ χαρίσματα ἰαμάτων ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι· ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεως· ἄλλῳ δὲ προφητεία· ἄλλῳ δὲ διακρίσεις πνευμάτων· ἑτέρῳ δὲ γένη γλωσσῶν· ἄλλῳ δὲ ἑρμηνία γλωσσῶν. Πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται.

XIII. Verum, quoniam de spiritu, uno et communi nomine, multa eaque diversa in divinis Scripturis posita sunt ; metusque est ne quis ex ignorantia confundat, nesciens qualem ad spiritum id quod scriptum est referatur : operæ pretium fuerit nunc certa quadam nota signare, qualem esse dicat Scriptura eum qui sanctus est. [79] Nam sicut Aaron vocatur christus [80] ; David [81] quoque, et Saul [82] aliique, christi appellantur, unus tamen est verus Christus ; sic et spiritus appellatione diversis rebus attributa, optimum est videre quinam sit is qui peculiari ratione Spiritus sanctus appellatur. Multa enim vocantur spiritus. Nam et angelus nominatur spiritus, anima nostra spiritus dicitur ; et ventus iste qui spirat, spiritus appellatur ; et virtus magna vocatur spiritus ; et impura actio spiritus dicitur ; et dæmon adversarius vocatur spiritus. Cave ergo ne ista cum audis, ex similitudine appellationis alterum pro altero quandoque sumas. De anima namque nostra ait Scriptura : *Exibit spiritus ejus, et revertetur in terram suam* [83] ; deque eadem anima rursus dicit : *Qui fingit spiritum hominis in ipso* [84]. De angelis vero in psalmis dicit : *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis* [85]. De vento autem loquitur : *In spiritu violento conteres navigia Tharsis* [86]. Et :

ΙΓ'. Ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ πνεύματος ἁπλῶς πολλὰ καὶ διάφορα γέγραπται ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς· καὶ δέος ἐστὶ μή ποτέ τις ἐξ ἀγνωσίας εἰς σύγχυσιν ἔλθῃ, ἀγνοῶν περὶ ποίου πνεύματός ἐστι τὸ γεγραμμένον· καλῶς ἔχει νῦν ἀσφαλίσασθαι, ποῖον λέγει ἡ Γραφὴ εἶναι τὸ ἅγιον (1). Ὥσπερ γὰρ καλεῖται χριστὸς Ἀαρὼν· καὶ Δαβίδ, καὶ Σαοὺλ, καὶ ἄλλοι, χριστοὶ καλοῦνται· μόνος δέ ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Χριστός· οὕτω καὶ τῆς τοῦ πνεύματος προσηγορίας περὶ διαφόρων πραγμάτων εἰρημένης, καλόν ἐστιν ἰδεῖν τί ἐστι τὸ ἰδιαζόντως καλούμενον (2) τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καλεῖται γὰρ πνεύματα πολλά. Καὶ γὰρ καὶ ἄγγελος καλεῖται πνεῦμα· ἡ ψυχὴ ἡμῶν καλεῖται πνεῦμα· καὶ ὁ ἄνεμος οὗτος ὁ πνέων, καλεῖται πνεῦμα· καὶ ἀρετὴ μεγάλη, καλεῖται πνεῦμα· καὶ ἀκάθαρτος πρᾶξις καλεῖται πνεῦμα· καὶ δαίμων ἀντικείμενος καλεῖται πνεῦμα. Βλέπε τοίνυν ἀκούων ταῦτα, μή ποτε νομίσῃς ἀπὸ τῆς ὁμωνυμίας ἀνὴ ἑτέρου ἕτερον. Περὶ μὲν γὰρ τῆς ψυχῆς τῆς ἡμετέρας, λέγει ἡ Γραφή· Ἐξελεύσεται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ἐπιστρέψει εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ. Καὶ περὶ τῆς αὐτῆς ψυχῆς λέγει πάλιν· Ὁ πλάσσων πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ. Περὶ δὲ τῶν ἀγγέλων ἐν Ψαλμοῖς φησιν· Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα. Περὶ δὲ τοῦ ἀνέμου φησίν· Ἐν πνεύματι βιαίῳ συντρίψεις πλοῖα

[78] I Cor. XII, 7-11. [79] *Vid. cat.* 11, n. 1. [80] Levit. IV, 5. [81] Psal. CXXXI, 10. [82] I Reg. XXIV, 7. [83] Psal. CXLV, 4, [84] Zachar. XII, 1. [85] Psal. CIII, 4. [86] Psal. XLVII, 8.

quamvis in Apostoli textu scribatur δυνάμεων, atque ita habet codex Roe, sed solus. Postremo, verba, ἄλλῳ δὲ ἑρμηνεία γλωσσῶν, ex codd. Coisl. et sacro textu adjecimus. Hæc porro tam multa ad resarciendum Scripturæ locum adjeci, non quod existimem Cyrillum ex tempore concionantem, nihil de prolixo testimonio præterire potuisse ; sed quod repetitiones vocum, ἄλλῳ Πνεύματι, γλωσσῶν facilem librariis prætermissionum ansam suppeditarint.

(1) Τὸ ἅγιον. In codd. Coislin., Roe, Casaub. et Grodec., τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Vox Πνεῦμα satis ex superioribus intelligitur. Sic infra, n. 15 : Μὴ νομίσῃς περὶ τοῦ ἁγίου τούτου εἶναι, et cat. 21, n. 7, de chrismate loquens, ἔστι τοῦτο τὸ ἅγιον. Paulo post, ex codd. Roe, Casaub. et Grodec. Σαούλ scripsimus loco Σαμουήλ, non enim unquam Samuel a Scripturis Christus vel Unctus appellatus est, sed Saul pluribus locis. Consequenter, posuimus ἀληθινός loco ἀληθῶς, ex codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub., Grodec., atque alterum articulum ὁ ante Χριστός Coisl. cod. auctoritate delevimus.

(2) Καλούμενον. Vocem hanc ex codd. Roe et Cas. in textu scripsimus. Verba quoque, καὶ γὰρ καὶ ἄγγελος καλεῖται πνεῦμα, in editis prætermissa restituimus ex codd. Coisl. et Grodec. In hoc autem loco ea posuimus Grodecii versionem secuti ; nam in Coisl. posita sunt proxime ante καὶ ἀρετή. Sed in hoc codice, quis harum sententiarum ordo esse debeat, observari non potest ; cum voces, καλεῖται γὰρ πνεύματα πολλά, et membra duo sequentia, ἡ ψυχὴ ἡμῶν, etc., καὶ ὁ ἄνεμος, etc., prætermissa sint. Loco ἀκάθαρτον Πνεῦμα, scripsimus, ἀκάθαρτος πρᾶξις, ex codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub. atque ita legisse Cyrillum sequentia declarant ; ubi quæ superius summatim dixerat, repetens et ex Scripturis singulatim probans, ait num. 15, se jam dixisse quod peccatum spiritus nomine appellaretur, quod probat his verbis Osee, *Spiritu fornicationis*. Verba, καὶ δαίμων ἀντικείμενος καλεῖται πνεῦμα, ex cod. Coisl. solo supplevimus ; ea quoque a Cyrillo esse, subsequens loco citato eorum repetitio suadet. Porro his prætermissionibus locum dedit vox πνεῦμα tam sæpe repetita, quæ festinantibus librariorum oculis, auribus ac manibus illusit. Hæc vero omnia a Victore Antiocheno, *in Marc.*, cap. I, 23, transcripta et contracta dicerem, nisi similia alibi observarentur, verbi gratia apud Athan. ep. I *ad Serap.*, n. 7.

Θαρσεῖς· καὶ, Ὃν τρόπον ἐν δρυμῷ ξύλον ὑπὸ πνεύματος σαλευθῇ· καὶ, Πῦρ, χάλαζα, χιὼν, κρύσταλλος, πνεῦμα καταιγίδος. Περὶ δὲ τῆς καλῆς διδασκαλίας αὐτὸς ὁ Κύριος λέγει· Τὰ ῥήματα ἃ ἐγὼ λελάληκα (1) ὑμῖν, πνεῦμά ἐστι, καὶ ζωή ἐστιν· ἀντὶ τοῦ, πνευματικά ἐστι. Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ λαλεῖται διὰ γλώσσης· ἀλλὰ ζῶν ἐστι, παρέχον σοφῶς λαλεῖν, τὸ λαλοῦν καὶ ὁμιλοῦν αὐτό.

ΙΔ'. Καὶ θέλεις γνῶναι, ὅτι ὁμιλεῖ καὶ λαλεῖ; Φίλιππος ἐξ ἀποκαλύψεως ἀγγέλου κατῆλθεν εἰς τὴν ὁδὸν τὴν ἀποφέρουσαν εἰς Γάζαν, ὅτε ὁ εὐνοῦχος ἤρχετο· καὶ εἶπε τὸ Πνεῦμα τῷ Φιλίππῳ· Πρόσελθε, καὶ κολλήθητι τῷ ἅρματι τούτῳ. Βλέπεις λαλοῦν τὸ Πνεῦμα τῷ ἀκούοντι; Καὶ Ἰεζεκιὴλ λέγει οὕτως· Ἐγένετο (2) ἐπ' ἐμὲ Πνεῦμα Κυρίου, καὶ εἶπε πρὸς μέ· Τάδε λέγει Κύριος· καὶ πάλιν· Εἶπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀποστόλοις· Ἀφορίσατε δή μοι τὸν Βαρνάβαν καὶ τὸν Σαῦλον (3) εἰς τὸ ἔργον, ὃ προσκέκλημαι αὐτούς. Βλέπεις Πνεῦμα ζῶν, ἀφορίζον, καὶ προσκαλούμενον, καὶ ἐξουσιαστικῶς ἀποστέλλον. Καὶ Παῦλος ἔλεγε· Πλὴν ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ πόλιν διαμαρτύρεταί μοι λέγον, ὅτι δεσμὰ καὶ θλίψεις με μένουσιν. Ὁ γὰρ καλὸς οὗτος τῆς Ἐκκλησίας ἁγιοποιὸς, καὶ βοηθὸς, καὶ διδάσκαλος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὁ Παράκλητος, περὶ οὗ εἶπεν ὁ Σωτήρ· Ἐκεῖνος (4) ὑμᾶς διδάξει πάντα· οὐκ εἶπε, διδάξει, μόνον, ἀλλὰ, καὶ ὑπομνήσει ὅσα εἶπον ὑμῖν· οὐ γὰρ ἄλλα Χριστοῦ διδάγματα καὶ ἄλλα ἁγίου Πνεύματος, ἀλλὰ τὰ αὐτά· προειμαρτύρατο τῷ Παύλῳ τὰ συμβησόμενα, ἵνα εὔθυμος γένηται μᾶλλον ἀπὸ τοῦ προειδέναι. Ταῦτα δὲ ὑμῖν εἴρηται (5) διὰ τὸ λεχθέν· Τὰ ῥήματα ἃ ἐγὼ λελάληκα ὑμῖν, πνεῦμά ἐστιν· ἵνα μὴ λαλιὰν χειλέων τοῦτο εἶναι νομίσῃς, ἀλλὰ τὴν καλὴν διδασκαλίαν.

ΙΕ'. Ἐνταῦθα καλεῖται δὲ πνεῦμα καὶ ἡ ἁμαρτία, καθὼς εἰρήκαμεν· ἀλλὰ καὶ ἑτέρως καὶ ἐναντίως, ὡς ὅταν λέγῃ· Πνεύματι πορνείας ἐπλανήθησαν. Καλεῖται πνεῦμα καὶ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα, ὁ δαίμων· ἀλλὰ

A «Quemadmodum in silva lignum a spiritu agitatur [87]. « Et: Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellæ [88].» De bona vero doctrina ipse Dominus dicit: « Verba « quæ ego locutus **251** sum vobis, spiritus sunt, et «vita sunt [89], » id est, spiritalia sunt. [90] Spiritus vero sanctus non per linguam loquendo profertur: sed vivens est, [91] præbens ut sapienter loquàmur, verba faciens ac loquens ipse.

XIV. Vis addiscere quod verba faciat et loquatur? Philippus ex angeli revelatione descendit in viam quæ Gazam ferebat, quando ille eunuchus veniebat; et dixit Spiritus Philippo: *Accede, et adjunge te ad currum istum* [92]. Cernis Spiritum loquentem audienti? Et Ezechiel sic dicit: « Factus « est super me Spiritus Domini, et dixit ad me: « Hæc dicit Dominus [94]; iterumque: Dixit Spiritus B «sanctus «apostolis Antiochiæ versantibus. «Segrega-«te mihi Barnabam et Saulum in opus, ad quod advo-«cavi eos [93]. » [95] Vides Spiritum viventem, segregantem, et advocantem, et cum potestate mittentem. Et Paulus ait: « Nisi quod Spiritus sanctus per « unamquamque civitatem testificatur mihi dicens, «quod vincula et afflictiones mihi manent [96]. »Bonus enim ille Ecclesiæ sanctificator, et auxiliator, et doctor, Spiritus sanctus, Paracletus, de quo dixit Salvator: *Ille vos docebit omnia*; non dixit tantum, *docebit*, sed, *et in memoriam revocabit quæ-* C *cunque dixi vobis* [97]. [98] non enim alia sunt Christi documenta, et Spiritus sancti alia, sed plane eadem: [ille, inquam, Spiritus] quæ eventura erant, Paulo ante testatus est [99]; ut ex eorum prænotione confirmato magis esset animo. Hæc autem vobis dicta sunt propter eam sententiam: *Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus sunt* [1]; ut ne [spiritm] hunc labiorum elocutionem esse existimes, verum bonam doctrinam.

XV. Spiritus etiam vocabulo peccatum appellatur, ut ante diximus [2], sed altera et contraria ratione: velut cum dicitur: *Spiritu fornicationis aberraverunt* [3]. Vocatur etiam spiritus, immundus

[87] Isa VIII, 2. [88] Psal. CXLVIII, 8. [89] Joan. VI 64. [90] *Vid. sup. n.* 3. [91] *Vid. cat.* 17, *n.* 28. [92] Act. VIII, 29. [93] Ezech. XI, 5. [94] Act. XIII, 2 [95] *Vid. cat.* 17, *n.* 28. [96] Act. XX, 23. [97] Joan. XIV, 26. [98] *Vid. infr. n.* 24. [99] Act. XX, 23. [1] Joan. VI, 64. [2] *num.* 13. [3] Ose. IV, 12.

(1) Λελάληκα, *locutus sum*. Habetur in Evangelio, λαλῶ. *loquor*. Sed etiam infra Cyrillus legit, ελάληκα. Paulo post, verbum λαλεῖν, ex codd. Coisl., Roe et Casaub. addidimus: in quibus tamen habetur post τό, loco λαλοῦν, quod in eis prætermittitur. At legendum esse τὸ λαλοῦν καὶ ὁμιλοῦν, suadent verba sequentia: Θέλεις γνῶναι, ὅτι ὁμιλεῖ καὶ λαλεῖ;

(2) Ἐγένετο. Habetur in Bibliis, ἔπεσεν, ut etiam infra legit Cyrillus num. 30. Ante Τάδε habetur in Coisl., εἰπόν, *dic*. Quæ vox tenet locum verbi λέγε,, quod in Ezechiele hoc loco legitur in Bib. Vaticanis, et infra legit Cyrillus hunc locum iterum recitans num. 30.

(3) Τὸν Σαῦλον. Articulum supplevimus ex cod. Coisl., et Actuum textu. Linea sequenti, pro αὐτοῖς, quod librariorum vel typographorum erratum est reposuimus αὐτούς, ex codd. Coisl., Roe, Casaub. et sacro scriptore.

(4) Ἐκεῖνος. Ad vocem ἐκεῖνος Millesius ait in D cod. Roe, in margine recentiori manu hæc verba ascripta esse: ἐκεῖνος δοὺς τὰ χαρίσματα· *ille qui dona gratiarum impertit*. Inferius, loco ὅσα εἶπον ὑμῖν, scriptum est in Coisl., πάντα ἃ εἶπον ἐγὼ ὑμῖν, *omnia quæ dixi ego vobis*, ut in sacro Evangelii textu. Cyrillus cat. 17, num. 12, hunc locum iterum citans refert prorsus ut in Evangelio, πάντα ἃ εἶπον ὑμῖν.

(5) Ὑμῖν εἴρηται. Mallemus ἡμῖν, ut legit Grodecius. Loco διὰ τὸ λεχθέν· Τὰ ῥήματα, habet Coisl., διὰ τὰ λεχθέντα· Πάντα ἃ ἐγώ, etc. Paulo infra, ante νομίσῃς, addidi ex Coisl., εἶναι. Obscurum, ad quod referatur illud τοῦτο· existimo ad πνεῦμα præcedens, seu spiritum illum quem sua verba esse Christus dicit. Hunc autem spiritum negat esse verborum sonum, sed rectam doctrinam. Spiritum autem sanctum ab utroque distinguit; nec labiorum elocutionem, nec rectam doctrinam, sed Ecclesiæ doctorem esse probans.

spiritus, dæmon[4]! sed cum hac adjectione, *immundus*. Unicuique enim [spiritui] adjectum est cognomen, quod propriam notam designet: si de hominis anima dicit, *spiritus*, cum hac additione, *hominis* [5], dicit; si de vento dicat, *spiritum procellæ* ait [6]; si peccatum notet, *spirstum fornicationis* dicit; si dæmonem significet, *spiritum immundum* appellat; ut noverimus qur de re peculiariter sit sermo, neque putes de sancto isto [Spiritu] dici. Absit! Istud enim spiritus nomen, medium ac commune est; et quidquid spissum ac densum corpus non habet, spiritus universe **252** dicitur. Cum igitur dæmones hujusmodi corpora (1) non habeant, spiritus appellantur; sed grande intercedit discrimen. Nam impurus dæmon, quando in animam hominis irruperit, (liberet vero Deus ab hoc malo omnes animas tam eorum qui hic adsunt, quam absentium!) tanquam lupus sanguinem vorans, ad devorandum paratus, in ovem irrueus, sic venit. Sævissimus hujus adventus; gravissimus sentienti; obscuratur mens caligine. Injustus ille impetus est, alienam possessionem invadentis. Alieno enim corpore, et alieno instrumento, tanquam proprio abuti vi facta conatur [7]. Stantem dejicit (familiaris est enim illius qui de cœlo cecidit [8]), linguam invertit, labia contorquet; sermonum loco spumam exprimit: tenebris mergitur homo; apertus est oculus, et per illum anima nihil videt; et palpitat tremebundus ante mortem homo miserabilis. Vere hominum hostes sunt dæmones, qui illis tam fœde atque immisericorditer abutuntur.

XVI. Non est hujusmodi Spiritus sanctus: procul ista cogitatio! nam in bonum econtrario et in salutem se res habet. Primum enim mansuetus et lenis ejus accessus, suavis et fragrans ejus sensio (2), jugum levissimum. Adventum ejus antemet̀ὰ προσθήκης, τὸ ἀκάθαρτον (3). ἑκάστῳ γὰρ πρόσκειται ἡ ἐπωνυμία, ἵνα τὸ ἴδιον δηλώσῃ. Ἐὰν περὶ ψυχῆς ἀνθρώπου λέγῃ, τὸ πνεῦμα· μετὰ προσθήκης, τοῦ ἀνθρώπου, λέγει· ἐὰν τὸν ἄνεμου λέγῃ, πνεῦμα καταιγίδος λέγει· ἐὰν τὴν ἁμαρτίαν λέγῃ, πνεῦμα πορνείας λέγει· ἐὰν τὸν δαίμονα λέγῃ, πνεῦμα ἀκάθαρτον λέγει· ἵνα γνῶμεν περὶ τίνος ἑκάστου ἐστὶν ὁ λόγος, καὶ μὴ νομίσῃς περὶ τοῦ ἁγίου τούτου (4) εἶναι· μὴ γένοιτο! Τὸ γὰρ τοῦ πνεύματος ὄνομα τοῦτο, μέσον ἐστί· καὶ πᾶν, ὃ μὴ ἔχει παχὺ σῶμα, καθολικῶς πνεῦμα καλεῖται. Ἐπεὶ τοίνυν καὶ οἱ δαίμονες οὐκ ἔχουσι τοιαῦτα σώματα, πνεύματα καλοῦνται· ἀλλὰ πολλή τίς ἐστιν ἡ διαφορά. Ὁ μὲν γὰρ ἀκάθαρτος δαίμων, ὅταν ἔρχηται ἐπὶ ψυχὴν ἀνθρώπου (ῥύσαιτο δὲ τούτου ὁ Κύριος πᾶσαν ψυχὴν τῶν ἀκουόντων, καὶ τῶν μὴ παρόντων), ὡς λύκος αἱμοβόρος ἕτοιμος εἰς βορὰν ἐπὶ πρόβατον, ἔρχεται· ἀγριωτάτη ἡ παρουσία, βαρυτάτη ἡ αἴσθησις, σκοτώδης ἡ διάνοια γίνεται· καὶ ἡ ἔφοδος ἄδικος, καὶ ἡ ἁρπαγὴ ἀλλοτρίου κτήματος· σώματι γάρ ἀλλοτρίῳ, ὡς ἰδίῳ κεχρῆσθαι βιάζεται, καὶ ὀργάνῳ ἀλλοτρίῳ. Τὸν ἑστῶτα καταβάλλει (οἰκεῖος γὰρ ἐστι τοῦ πεσόντος ἐξ οὐρανοῦ), παρατρέπει τὴν γλῶσσαν, στρεβλοῖ τὰ χείλη· ἀφρὸς ἀντὶ ῥημάτων· σκοτοῦται ὁ ἄνθρωπος, ἤνοικται ὁ ὀφθαλμὸς, καὶ δι' αὐτοῦ οὐ βλέπει ἡ ψυχή· καὶ σπαίρει (5) τρομικῶς ὁ ἄθλιος ἄνθρωπος πρὸ θανάτου. Ἐχθροὶ τῶν ἀνθρώπων ἀληθῶς οἱ δαίμονες, αἰσχρῶς κεχρημένοι καὶ ἀνηλεῶς.

Ιϛ'. Οὐκ ἔστι τοιοῦτο τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· μὴ γένοιτο (6)! ἀπεναντίας γὰρ, πρὸς τὸ ἀγαθὸν καὶ σωτηριώδες ἔχει τὰ πράγματα. Πρῶτον μὲν ἥμερος ἡ παρουσία, εὐώδης ἡ ἀντίληψις, κουφότατον τὸ φορτίον· προαπαστράπτουσιν ἀκτῖνες φωτὸς καὶ γνώ-

[4] Luc. xi, 24. [5] I Cor. ii, 11. [6] Psal. cvi, 25. [7] Marc. ix, 17, 19. [8] Luc. x, 18.

(1) *Hujusmodi corpora.* Grodecius vocem *hujusmodi* omisit, et eam Cyrillo sententiam affinxit, quod dæmones corpora non habeant. At eis tantum densa et spissa corpora denegat; idcircoque spiritus appellari docet, quod *Scripturæ consuetudo est*, ut ante Cyrillum observavit Origenes lib. I *De principiis*, in proœm.: *Cum aliquid contrarium corpori huic crassiori et solidiori designare vult, spiritum nominare.* Quod probat ex illo Luc. xxiv, 29, *Palpate, et videte quia spiritus carnem et ossa non habet.* Quamvis autem nullibi Cyrillus tenuiora corpora dæmonibus et angelis assignet, angelis tamen splendida et cœlestia videtur tribuere, dum ait cat. 15, num. 23, futurum ut virgines angelorum instar splendeant, Μέλλεις λάμπειν ὡς ἄγγελος, et cat. 18, num. 19, justos in resurrectione cœleste corpus assumpturos, ut possint cum angelis digne versari. Catechesi quoque 12, num. 14, et cat. 9, num. 1, Gabrielem in proprio et naturali habitu Danieli conspectum asserere videtur, facie fulgurante, et oculis igneis; adeo ut cum illum conspectum sustinere non posset propheta, mutatus sit angelus, vi quadam suæ naturæ facta, in hominis similitudinem: Ἐξεβιάσατο ἑαυτὸν ἄγγελος, ait cat. 9: Μετεβλήθη εἰς ὀπτασίαν ἀνθρώπου, cat. 12. Dæmones nidore sacrificiorum vesci, et cibis immolatis quodammodo immistos sentire videtur cat. 22, num. 7. Ita tamen subtile eis corpus attribuit, ut in animam hominis venire queat. Infra, ὅταν ἔρχηται εἰς ψυχὴν ἀνθρώπου. Tumque energumeni corpore quasi proprio dæmonem abuti dicens, proprium ipsi corpus videtur ascribere.

(2) *Suavis et fragrans ejus sensio.* Vox ἀντίληψις significat, vel auxilium, vel sensionem, seu perceptionem quæ fit per nares, oculos, reliquosve sensus, qui sua subjecta quodam modo occupant et

(3) Τὸ ἀκάθαρτον. Coisl., τοῦ ἀκαθάρτου. Post ἑκάστῳ, sequens particulam γάρ adjeci, et post λέγῃ, voces, τὸ πνεῦμα, ex Coisl., Roe, Casaub., et Grod.

(4) Τούτου. Coisl., Roe, Casaub., habent, τοῦτο, sed scribendum fuisset, τοῦτον, referendo ad λόγος. Infra, vocem μέσον, ante τοῦτο positam ex cod. Coisl., post illud pronomen collocavimus. Loco ταχύ quod in editiones an. 1631 et sequentes irrepserat, restituimus παχύ, quod in editione an. 1608 positum, male mutatum fuerat.

(5) Καὶ σπαίρει, etc. Vocem σπαίρει, loco στένει scripsimus; et adjectivum, ὁ ἄθλιος, post verba πρὸ τοῦ θανάτου positum, ante ἄνθρωπος collocavimus, ex Coisl., Roe, Casaub.

(6) Μὴ γένοιτο! Has voces in editis ante οὐκ ἔστι collocatas in hunc locum transposuimus, juxta codd. Roe et Casaub. in quibus tamen bis leguntur, et hic, et ante οὐκ ἔστι. Sed librariorum sine dubio erratum est. Hic sunt in ordine naturali.

σεως, πρὸ τῆς παρουσίας. Κηδεμόνος γνησίου σπλάγχνα ἔχον ἔρχεται· ἔρχεται γὰρ σῶσαι, καὶ ἰάσασθαι, διδάξαι, νουθετῆσαι, ἐνισχύσαι, παρακαλέσαι, φωτίσαι τὴν διάνοιαν, πρώτου αὐτοῦ τοῦ δεχομένου, εἶτα δι' αὐτοῦ καὶ τῶν ἄλλων. Καὶ ὥσπερ ἐν σκότει πρότερόν τις ὢν, εἶτα ἐξαίφνης ἥλιον ἰδὼν, φωτίζεται τοῦ σώματος τὸ βλέμμα, καὶ βλέπει, ἃ μὴ ἔβλεπε, φανερῶς (1)· οὕτω καὶ ὁ τοῦ ἁγίου Πνεύματος καταξιωθεὶς, φωτίζεται τὴν ψυχὴν, καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον βλέπει ἃ μὴ ᾔδει. Ἐπὶ γῆς τὸ σῶμα, καὶ ἡ ψυχὴ κατοπτρίζεται τοὺς οὐρανούς. Βλέπει, ὡς Ἡσαΐας, τὸν Κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου· καὶ βλέπει, ὡς Ἰεζεκιήλ, τὸν ἐπὶ τῶν χερουβίμ· βλέπει, ὡς Δανιὴλ, μυριάδας μυριάδων καὶ χιλιάδας χιλιάδων· καὶ ὁ μικρὸς ἄνθρωπος ἀρχὴν κόσμου βλέπει, καὶ τέλος κόσμου, καὶ μεσότητα χρόνων, καὶ βασιλέων διαδοχὰς οἶδεν· ἃ μὴ ἔμαθε· πάρεστι γὰρ ὁ ἀληθινὸς φωταγωγός. Ἔσω τοίχων (2) ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἡ δύναμις τῆς γνώσεως ἐκπέμπεται μακρὰν, καὶ βλέπει καὶ τὰ ὑπὸ ἄλλων γινόμενα.

A vertunt præmicantes luminis ac scientiæ radii. Germani tutoris visceribus præditus venit : venit namque salvare, sanare, docere, monere,roborare, consolari, illustrare mentem ; primum ejus a quo suscipitur, dehinc, ejus opera,aliorum.Et quemadmodum is qui in tenebris prius versabatur, sole postea derepente conspecto, lucem in corporis oculo recipit, quæque antea non videbat perspicue cernit: ita et qui Spiritus sancti dono dignus habitus est, animo illuminatur, et supra hominem evectus videt quæ nesciebat. Posito in terra corpore, anima cœlos tanquam in speculo contuetur. Videt ut Isaias. « Dominum sedentem super thro- « num excelsum et elevatum [9] » ; cernit ut Ezechiel, « eum qui est super cherubim [10] » ; videt ut Daniel, « myriadas myriadum, et millia millium [11] » ; exiguusque homo initium mundi et finem videt, et medium temporum spatium, et regum successiones cernit ; quæ non addidicit ; **253** adest enim verus lucis præbitor. Parietibus includitur homo : vis tamen scientiæ longe protenditur, ut ea etiam quæ ab aliis fiunt, conspiciat.

ΙΖ'. Οὐ συμπαρῆν Πέτρος, Ανανίᾳ καὶ Σαπφείρῃ πωλοῦσι τὰ κτήματα, ἀλλὰ διὰ τοῦ Πνεύματος παρῆν. Διὰ τί, φησὶν, ὁ Σατανᾶς ἐπλήρωσε τὴν καρδίαν σου, ψεύσασθαί σε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; Κατήγορος οὐκ ἦν· μάρτυς οὐκ ἦν· πόθεν ᾔδει τὸ γεγενημένον; Οὐχὶ μένον σοι ἔμενε, καὶ πραθὲν ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχε; τί, ὅτι ἔθου ἐν τῇ καρδίᾳ σου τὸ πρᾶγμα τοῦτο; Ὁ ἀγράμματος Πέτρος διὰ τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν ἔμαθεν, ἃ μὴ ᾔδεισαν μήτε Ἑλλήνων οἱ σοφοί. Ἔχεις τὸ ὅμοιον καὶ ἐπὶ τοῦ Ἐλισσαίου. Δωρεὰν γὰρ αὐτοῦ θεραπεύσαντος τὴν λέπραν τοῦ Ναιμᾶν (3), ἔλαβεν ὁ Γιεζὶ τὸν μισθὸν, ἀλλοτρίων κατορθωμάτων τὸν μισθὸν λαμβάνων· καὶ λαμβάνει παρὰ τοῦ Ναιμᾶν τὰ χρήματα, καὶ τίθησιν ἐν τῷ σκοτεινῷ. Ἀλλὰ τὸ σκότος οὐ σκοτίζεται ἀπὸ (4) τῶν ἁγίων· καὶ ἐλθόντα αὐτὸν ἠρώτα ὁ Ἐλισσαῖος· καὶ ὁμοίως τῷ Πέτρῳ λέγοντι. Εἰπέ μοι, εἰ τοσούτου τὸ χωρίον ἀπέδοσθε; κἀκεῖνος ἐξετάζει· Πόθεν, Γιεζί; οὐκ ἀγνοῶν τὸ, πόθεν, ἀλλὰ

XVII. Non intererat Petrus, cum Ananias et Sapphira possessiones suas venderent : per Spiritum tamen præsens erat. « Quare, *inquit*, Satanas implevit cor tuum, ut mentireris Spiritui sancto [12] » ? Accusator non erat ; nullus testis : unde factum addidicerat? « Nonne manens tibi manebat, et id « quod vendidisti in tua erat potestate? quare po- « suisti in corde tuo rem istam [13] » ? Illitteratus homo Petrus per Spiritus gratiam ea didicit, quæ neque ipsi Græcorum sapientes novissent. Simile habes exemplum etiam de Elisæo. Cum enim Naimanis lepram gratis sanasset, Giezi pretium accepit, alieni officii præmium intercipiens ; sumptasque a Naimane pecunias tenebroso in loco constituit [14]. Verum tenebræ sanctis non tenebrescunt [15]. Nam reversum illum percontatar Elisæus : et quo modo Petrus ait : « Dic mihi, num tanti « agrum vendidistis [16] » ? similiter ille interrogat : *Undenam, Giezi* [17] ? non ignorans, sed lugens pro-

[9] Isa. VI, 1. [10] Ezech. X. 1. [11] Dan. VII,10. [12] Act. V, 3. [13] ibid. 4. [14] IV Reg. V, 14, sqq. [15] Psal. CXXXVIII, 12. [16] Act. V, 8. [17] IV Reg. V, 25.

et apprehendunt, ut veteres philosophabantur. Sic de olfactu ait Cyrillus cat. 4, num. 21 : Ὄσφρησίς ἐστι τῶν ἀναθυμιάσεων ἀντιληπτική. Ut de sensione et apprehensione quadam suavissimi odoris Spiritus sancti hunc locum intelligerem, impulit me vox εὐώδης, et similis locutio *Procat.* num. 1, qua proximum Spiritus sancti adventum pollicetur : Ἤδη τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου ἔπνευσεν ἡ εὐωδία. Deinde in his continetnr manifesta oppositio contrariis dæmonis effectibus superiori numero descriptis : Ἀγριωτάτη ἡ παρουσία, βαρυτάτη ἡ αἴσθησις. Ut ergo præsentia et accessu dæmonis gravate sensus affici, ita eosdem accessu Spiritus sancti recreari docet. Aliter, vox ἀντίληψις significare potest actionem Spiritus sancti, qua hominem occupat, et in sua jura transcribit. Sequentia quæ de Spiritu sancto hominem suaviter occupante et illustrante dicuntur, dicta forte contra Montanistas, vel eos quos Basilius refellit *in Isaiam* pag. 17, qui prophetiam in homine statu mentis emoto residere arbitrabantur ; vel eos tandem qui dicebant Spiritum sanctum prophetas verbis tenus inspirare,non intelligentiam dictorum largiendo ; contra quos pugnat auctor Commentarii catenæ *in Psalmos* præfixi ad ps. III, 3.

(1) Φανερῶς. Hanc vocem Coisl. verbo βλέπει subjicit, ante ἃ μὴ ἔβλεπε.

(2) Ἔσω τοίχων. Coisl. et Grod., ἔσω τυχών.. *intus consistens*, non spernenda lectio ; facile υ et οι ob soni vicinitatem a librariis passim commutantur.

(3) Τοῦ Ναιμᾶν. Hanc vocem codd. Coisl. et Grod. ita rcriptam exhibent. Νεεμᾶν. In omnibus Bibliis Græcis scribuntur, Ναιμάν.

(4) Ἀπό. In editis, ὑπό. Id mutavimus auctoritate codd. Coisl., Roe, Casaub. Respicit sine dubio Cyrillus locum psalmi CXXXVIII, vers. 12 : Σκότος οὐ σκοτισθήσεταί ἀπὸ σοῦ.

ferebat illud, *unde?* Ex tenebris venisti, et in tenebras ibis. Leprosi sanitatem vendidisti, et lepræ tibi hæreditas adhærebit. Implevi, inquit, mandatum ejus qui mihi dixit : « Gratis accepistis, gratis date » [18] ; tu vero gratiam vendidisti ; accipe et manupretium venditionis. Sed quid ait ad illum Elisæus? « Nonne cor meum profectum est tecum [19] »? hic eram ego corpore circumclusus ; sed spiritus mihi a Deo collatus etiam longinqua vidit, et quæ alibi fiebant mihi perspicue demonstravit. Vides, quomodo non solum ignorantiam repellit, sed et scientiam immittit ; vides quomodo animas collustrat Spiritus sanctus.

XVIII. Isaias ante annos fere mille fuit, et vidit tanquam vile tentorium Sionem ; quæ civitas adhuc stabat, fororum multitudine exornata, et dignitate amicta. Illud tamen ait : « Sion tanquam ager arabitur [20] » ; prædicens id quod nostris temporibus impletum est. Et vide prophetiæ accuratam veritatem ; ait enim : « Relinquetur filia Sion, tanquam « tentorium in **254** vinea, et sicut tugurium vigi- « lum in cucumerario [21] » ; et revera cucumeraris refertus nunc est locus. Viden, quomodo sanctos illuminat Spiritus sanctus? Ne igitur nominis similitudine deceptus in alia abripiare, sed quod accurate verum est, conserva.

XIX. Si aliquando sedenti tibi, de castitate aut virginitate succurrit cogitatio, illius doctrina est. [22] Nonne multoties puella, jam ad nuptiales thalamos (1) constituta aufugit, illo de virginitate in-

πενθῶν τὸ, πόθεν ; Ἀπὸ σκότους ἦλθες, καὶ εἰς σκότος πορεύσῃ. Πέπρακας (2) τοῦ λεπροῦ τὴν ἴασιν, καὶ κληρονομεῖς τὴν λέπραν. Ἐπλήρωσα, φησίν, ἐγὼ τὸ κέλευσμα τοῦ εἰρηκότος μοι· Δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε· σὺ δὲ ἐπώλησας τὴν χάριν, ἀπόδεξαι τῆς πράσεως τὴν ὑπόθεσιν. Ἀλλὰ τί λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Ἐλισσαῖος ; Οὐχὶ ἡ καρδία μου ἐπορεύθη μετὰ σοῦ ; ὧδε ἤμην ἐγὼ περικεκλεισμένος τῷ σώματι· ἀλλὰ τὸ πνεῦμα, τὸ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ μοι δοθὲν, ἔβλεπε καὶ τὰ μακρὰν, καὶ τὰ ἀλλαχοῦ γινόμενα σαφῶς ἐδείκνυέ μοι. Βλέπεις (3), πῶς οὐ μόνον περιαιρεῖ τὴν ἀγνωσίαν, ἀλλὰ καὶ γνῶσιν ἐντίθησι. βλέπεις, πῶς φωτίζει τὰς ψυχὰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

ΙΗ'. Ἡσαΐας ἐτῶν ἐγγὺς ἦν πρὸ χιλίων (4), καὶ ἔβλεπεν ὡς σκηνὴν τὴν Σιών· ἡ πόλις ἦν ἔτι συνεστηκυῖα, καὶ ἀγοραῖς κεκαλλωπισμένη, καὶ τὸ ἀξίωμα περιβεβλημένη· κἀκεῖνο λέγει· Σιὼν ὡς ἀγρὸς ἀροτριαθήσεται· προλέγων τὸ νῦν ἐφ' ἡμῶν πληρωθέν. Καὶ τὸ ἀκριβὲς ὅρα τῆς προφητείας· εἶπε γάρ· Ἐγκαταλειφθήσεται ἡ θυγάτηρ Σιὼν, ὡς σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι, καὶ ὡς ὀπωροφυλάκιον ἐν σικυηλάτῳ· καί σικυηλάτων νῦν ὁ τόπος πεπλήρωται. Βλέπεις, πῶς φωτίζει τοὺς ἁγίους τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ; Μὴ τοίνυν διὰ τὴ ὁμωνυμίαν εἰς ἄλλα ἀπελασθῇς (5), ἀλλὰ τήρει τὸ ἀκριβές.

Ιθ'. Εἰ δέ ποτε, σοῦ καθεζομένου, περὶ ἁγνείας ἢ παρθενίας ὑπεισῆλθέ σοι λογισμὸς, ἐκείνου ἐστὶ ἡ διδασκαλία. Οὐχὶ πολλάκις κόρη, παρὰ παστάδας οὖσα νυμφικὰς, ἔφυγεν, ἐκείνου διδάσκοντος τὰ περὶ

[18] Matth. x, 8. [19] IV Reg. v, 26. [20] Mich. III, 12. [21] Isa. I, 8. [22] *Vid. sup. n.* 12, *et inf. n.* 20, 21, 23.

(1) *Puella jam ad nuptiales thalamos*, παρὰ παστάδας. Non ait expresse intra nuptiales thalamos, ἔσω τῶν παστάδων· quod non minimum robur adderet concilii Trident. canoni 24, sess. 26, quo decernit matrimonium ratum et non consummatum, per ingressum in religionem et professionem unius conjugum, quoad vinculum dissolvi. Si de communibus et quæ *sæpe* contingunt exemplis non loqueretur auctor, crederem eum loqui de sancta Thecla, cujus celebre nomen erat Hierosolymis, ut apparet ex Euseb., *De martyrib. Palæstin.*, cap. 3 ; Hieronymo, epist. al. 22, nunc 18, sub fin. Erat autem Thecla non conjugata, sed desponsata, ἡρμοσμένη, ex Actis ejus a Grabio in *Spicilegio* editis. Verum exstant alia in sanctorum Vitis aliisque monumentis exempla, aufugientium etiam post matrimonii consummationem conjugum. Id petita dudum nec obtenta alterius partis venialicere, doctrina est Theodori Studitæ, quam lib. II, epist. 51, multis argumentis probare conatur. Græci ea super re Latinis favorabiliores semper exstitere.

(2) Πέπρακας. Ita emendavimus ex codd. Roe, et Casaub. : nam habetur in editis, πέπρακες.

(3) Βλέπεις etc. Hæc sententia in cod. Coisl. ponitur post sequentem, βλέπεις, πῶς φωτίζει, etc.

(4) Ἡσαΐας ἐτῶν ἐγγὺς ἦν πρὸ χιλίων. Verbum ἦν addidimus, et hoc ordine verba collocavimus, ex codd. Roe et Casaub., cum in editis legeretur, πρὸ χιλίων ἐγγὺς ἐτῶν, καί, etc. Loco βλέπων, ex Roe et Ottob. scripsimus, ἔβλεπεν. Paulo post, pro κἀκεῖνο, Colsl., Roe, Casaub. et Grod. ferunt, κακεῖνος, *ille tamen*. Hoc autem vaticinium Isaiæ non est, sed Michææ. Sed facile tribui potuit Isaiæ, tum ob argumenti similitudinem tum propter eadem fere in utroque verba. Similiter dixit auctor « Itinerarii Hierosolymitani : Intra montem « Sion., reliquæ arantur et seminantur sicut Isaias « prædixit ». In sequenti loco, quod vere est ab Isaia, loco σικυηλάτῳ, legitur in Roe et Casaub., σικυηράτῳ, quemadmodum habetur in Bibliis, legerunt- que omnes passim Patres, Eusebius, Basilius, Cyrillus Alexandrin., Procopius, etc. At iterum legit Cyrillus noster σικυηλάτων, quæ vox omittitur in codd. Coisl., Roe et Casaub. Ante σικυηλάτων, loco κἄν, scripsi καί, ex Coisl. : qui codex totum hunc locum magna varietate exhibet in hunc modum : Ἡσαΐας πρὸ χιλίων ἐγγὺς ἐτῶν, καὶ βλέπων ὡς σκηνὴν τὴν Σιὼν, εἶπεν· Ἐγκαταλειφθήσεται ἡ θυγάτηρ Σιὼν ὡς σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι, καὶ τὰ ἑξῆς· Ἡ πόλις ἔτι συνεστηκυῖα, καὶ ἀγοραῖς κεκαλλωπισμένη, καὶ τὸ ἀξίωμα περιβεβλημένη Σιὼν, ὡς ἀγρὸς ἀροτριαθήσεται. Κἀκεῖνος προέλεγεν τὸ νῦν ἐφ' ἡμῶν πληρωθέν. Καὶ τὸ ἀκριβὲς ὅρα τῆς προφητείας. Καὶ νῦν ὁ λόγος πεπλήρωται· « Isaias ante annos prope « mille, et tabernaculi instar Sion videns, ait : « « Derelinquetur filia Sion tanquam tentorium in « vinea, » *etc.* Urbs adhuc consistens, et foris exor- « nata, et dignitate circumdata Sion, tanquam ager « arabitur. Et ille prædicebat, quod nunc tempo- « ribus nostris completum est. Ac vide accuratam « prophetiæ diligentiam. Et nunc sermo illi adim- « pletus est ». De Sionis, eo quo Cyrillus tempore scribebat, vastitate, et completo Isaiæ vaticinio, vid. Euseb., l. V *Demonstr.*, c. 13, p. 273, et lib. VIII, p. 185 ; Optatum, lib. III *cont. Donatist.*

(5) Εἰς ἄλλα ἀπελασθῇς. Hæc codd. Coisl. et

παρθενίας ; οὐχὶ πολλάκις ἄνθρωπος ἐν παλατίοις διαπρέπων, κατέπτυσε πλούτου καὶ ἀξίας, διδαχθεὶς ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου ; οὐχὶ πολλάκις νέος, ὁρῶν κάλλος, ἐκάμμυσε τὸ βλέμμα, καὶ ἔφυγε τὸ ἰδεῖν, καὶ ἐξέφυγε τὸν μολυσμόν ; Πόθεν γέγονε τοῦτο, ζητεῖς ; Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐδίδαζε τοῦ νέου τὴν ψυχήν. Τοσαῦται πλεονεξίαι ἐν κόσμῳ, καὶ ἀκτημονοῦσι Χριστιανοί Διὰ τί ; Διὰ τὴν τοῦ Πνεύματος ἐπαγγελίαν (1). Τίμιον ὡς ἀληθῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἀγαθόν· εἰκότως βαπτιζόμεθα εἰς Πατέρα, καὶ εἰς Υἱὸν (2), καὶ εἰς ἅγιον Πνεῦμα. Ἄνθρωπος ἔτι σῶμα φορῶν, δαίμοσιν ἀγριωτάτοις πολλοῖς παλαίει· καὶ πολλάκις ὁ δαίμων, ὁ σιδηραίοις δεσμοῖς ὑπὸ πολλῶν μὴ κρατούμενος, λόγοις εὐχῆς ἐκρατήθη ὑπ' αὐτοῦ, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ δύναμιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος· καὶ τὸ ἁπλοῦν ἐμφύσημα (3) τοῦ ἐπορκίζοντος, πῦρ γίνεται τῷ μὴ φαινομένῳ. Μέγαν τοίνυν ἔχομεν παρὰ Θεοῦ συμμαχον καὶ προστάτην, μέγαν διδάσκαλον Ἐκκλησίας, μέγαν ὑπερασπιστὴν ὑπὲρ ἡμῶν. Μὴ φοβηθῶμεν τοὺς δαίμονας, μήτε τὸν διάβολον· μείζων γὰρ ὁ ἡμῶν ὑπεραγωνιστής (4)· μόνον ἀνοίξωμεν αὐτῷ τὰς θύρας· περιέρχεται γὰρ ζητῶν τοὺς ἀξίους, καὶ ζητῶν τίνι χαρίσηται τὰς δωρεάς.

struente ? nonne persæpe homo in palatiis conspicuus, opes et dignitatem conspuit, a Spiritu sancto edoctus ? nonne plerumque adolescens, speciosam formam conspiciens, oculos compressit, et videre declinavit, et iniquinamentum effugit ? Unde illud factum, regas ? Spiritus sanctus adolescentis mentem edocuit. Tot sunt avaritiæ cupiditates in mundo, et paupertatem voluntariam sectantur Christiani. Quamobrem ? Propter Spiritus sancti intimam præceptionem. Pretiosa res vere Spiritus sanctus, bonus : merito baptizamur in Patrem, et in Filium, et in Spiritum sanctum [23]. Homo corpus adhuc circumferens cum ferissimis multis luctatur dæmonibus (5) ; et sæpe dæmon qui ferreis vinculis a multis retineri non poterat, ab illo per virtutem Spiritus saucti in eo exsistentem, verbis precum retentus et domitus est : ac simplex exorcizantis insufflatio invisibili [hosti] ignis efficitur. igitur a Deo habemus auxiliatorem et protectorem ; magnum Ecclesiæ doctorem, magnum pro nobis propugnatorem. Ne formidemus dæmonas, neque diabolum ; major est enim qui propugnator noster est : tantum illi ostia **255** aperiamus ; *circumit* enim *quærens dignos* [24], et requirens quemnam muneribus impertiat.

[23] Matth. xxviii, 19. [24] Sap. vi, 17.

Grod. lectio, qua emendantur editi, dum ferunt, εἰς ἄλλας ἀπέλθῃς, *in alias abeas*, quæ scriptura manifesto transpositione unius litteræ, ex alia facta est.

(1) Ἐπαγγελίαν. Coisl., Roe, Casaub. habent, διδασκαλίαν. Ea vox superibus, ἐκείνου ἐστὶ διδασκαλία, ἐκείνου διδάσκοντος, etc., convenientior videtur. Haud tamen aliena est loci hujus, stylo Cyrilli, vox ἐπαγγελία, qua etiam significatur doctrina, enuntiatio, prædicatio. Vide notata a nobis cat. 5, num. 12. Doctrina hæc Spiritus sancti non est sola mentis illustratio, sed voluntatis impulsus. Vide. sup. num. 12.

(2) Εἰς Υἱόν. Præpositionem εἰς, quæ Patris et Spiritus sancti nomini præmittitur, Filii quoque nomini adjunximus, ex codd. Roe et Casaub. At ea soli Patris nomini præfigitur in cod. Coisl.

(3) Ἐμφύσημα. Editi solum, φύσημα. Secuti sumus codd. Coisl., Roe, Casaub. et morem Cyrilli, quoties de insufflatione in exorcismis loquitur, ἐμφυσήματος, et ἐμφυσᾷν vocabulis utentis. Vide *Procat.* num. 9 ; cat. 20, num. 3. Paulo post, loco τῶν μὴ φαινομένων, ex cod. Coisl. scripsimus, τῷ μὴ φαινομένῳ. Dæmoni enim in homine latenti exorcismum ignis adurentis loco esse tradit : ut etiam docet locis modo citatis. Sequentia, μέγαν τοίνυν, etc., videntur a sancto Nilo transcripta l. I, epist. 222, et lib. II, epist. 204. Προστάτης in bello est proprie qui ante prima signa consistit, alios suo corpore protegit, agenda prescribit, auxilia suppeditat. Vide infr. num. 22. Aliquando est generatim præfectus sive præpositus. Sic II Machab. III. 4, Benjamin dicitur προστάτης templi.

(4) Ἡμῶν ὑπεραγωνιστής. Vocem ἡμῶν ex codd. Roe et Casaub. ascribimus. Verba, περιέρχεται ζητων, ex libro Sapientiæ, in quo de sapientia dicuntur, sumpta ; ad Spiritum sanctum transtulit Cyrillus imitatus Origenem, cujus hæc verba præfatione in Canticum : *Hic ergo Paracletus circuit quærens, si quas inveniat dignas et capaces animas, quibus revelet magnitudinem charitatis ejus quæ in Deo est.* Hæc autem a Cyrillo dicuntur sine ulla prævenientis ejus gratiæ, quam tantopere numeri hujus initio commendavit, injuria. Nam illa uberiora Spiritus sancti dona, de quibus loquitur, ea sunt, quæ merito fidei et orationis, ac legitimi præcedentium gratiarum usus conferuntur ; vide cat. 1, num. 5 ; cat. 17, num. 37. Ipsum autem Spiritum sanctum fidem impartiri docet cat. 17, num. 21, preces in nobis informare, infra num. 20, et ad cætera pietatis opera nos instruere, sup. num. 12, infra num. 22. Cum ergo hortatur audientes, ut illi ostia aperiant, et cat. 17, num, 19, jubet ut unusquisque se præparet ad suscipiendam ejus gratiam, mihi omnino loqui videtur de gratia in illos baptismi et confirmationis tempore adventura. Vide infra num. 26 ; cat. 17, num. 36 et 37 ; cat. 21, n. 4 et 7.

(5) *Luctatur cum dæmonibus.* Intelligit contentionem exorcizantis, qui rem habens cum dæmonum caterva hominem miris modis agitantium, clamoribus, motibus, etc., modo prece ad Deum fusa, modo exsufflationibus, increpationibus, minis, crucis signo, modo jussu et imperio in nomine Domini, modo manibus in furentem injectis, dæmones ab obsesso corpore effugare magno conatu laborabat. Vide Sev. Sulp., dial. 3, num. 6. Hic autem Cyrillus, ut et sup. num. 12. inf. num. 22, et hom. *in Paralyt.*, num. 16, vim ejiciendi dæmones per exorcismum, ad speciale domum Spiritus sancti revocare videtur ; qualia illis temporibus in sacramento chrismatis non raro dabantur a Deo, cat. 17, num. 37. Quamobrem cat. 20, num. 3, dæmones uri et effugari ait per insufflationes *Sanctorum ;* hicque *per vim Spiritus sancti in exorcizante inhabitantis.* Ex quo colligerem adhuc in Ecclesia Hierosolymitana pristinum illum morem viguisse, ut cuilibet fideli energumenos exorcizare liceret ; quod hujus temporis conciliis fieri prohibitum est sine episcopi promotione : vel ad eum ordinem promotos non fuisse, nisi in quibus hoc donum sese aliqua significatione prodidisset. Atqui multos sanctos legimus in hoc tempore hoc dono sine ulla

XX. Vocatur autem Paracletus [sive consolator] eo quod consoletur, hortatu erigat, et sublevet infirmitatem nostram. « Siquidem hoc ipsum, quid ora- « turi simus sicut oportet, non novimus ; verum ipse « Spiritus intercedit pro nobis gemitibus inenarrabi- « bus [25], » apud Deum nempe, ut res ipsa declarat. Sæpe propter Christum contumeliis affectus quispiam, injuste dedecori habitus est ; martyrium imminet, tormenta undique, et ignis et gladii, et bestiæ, et præcipitium ; [26] sed Spiritus sanctus suggerit dicens : *Sustine Dominum* [27], o homo : exigna sunt quæ [in te] fiunt, magna quæ donabuntur ; modici temporis laborem perpessus, æternum futurus es cum angelis : « Non sunt dignæ perpessio- « nes hujus temporis, ad gloriam quæ erga nos re- « velanda est [28]. » Homini depingit regnum cœlorum, demonstrat et deliciarum paradisum [29], ac martyres, corporeo quidem vultu judicibus necessarie præsentes, virtute tamen et potentia in paradiso jam versantes, dura illa quæ videntur conspuebant.

XXI. Vis autem nosse Spiritus sancti potestate martyres testimonium reddere? Dicit ad discipulos Salvator : « Cum traxerint vos ad synagogas, et ma- « gistratus ac potestates, ne solliciti sitis qua defen- « sione utamini, aut quid dicatis. Spiritus enim san- « ctus docebit vos in ipsa hora, quæ oporteat di- « cere [30]. » Impossibile est namque pro Christi testimonio martyrium perpeti, nisi per Spiritum sanctum quis perpetiatur. Si enim « nemo potest dicere « Dominum Jesum Christum, nisi in Spiritu san- « cto [31] ; » ecquis suam ipsius vitam pro Jesu daturus est, nisi in Spiritu sancto ?

XXII. Magnum quidam, et omnipotens in donis et admirabile, Spiritus sanctus. Cogita, quot nunc hic assidetis, quot animæ adsumus. Unicuique convenienter operatur ; et medius astans [32] uniuscujusque compositionem videt ; videt et cogitationem et conscientiam, quidque et loquamur et mente agitemus. Magnum quidem est id quod modo dixi, sed adhuc tenue. Consideres velim, mente ab eo illustratus, quod sint totius hujusce paræciæ Christiani ; quotque totius provinciæ Palæstinæ episcopali consecratione usos, ut Hilarionem in Palæstina.

Κ'. Παράκλητος δὲ καλεῖται, διὰ τὸ παρακαλεῖν καὶ παραμυθεῖσθαι, καὶ συναντιλαμβάνεσθαι τῆς ἀσθενείας ἡμῶν (1). Τὸ γὰρ, τί προσευξόμεθα καθ' ὃ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν· ἀλλ' αὐτὸ τὸ Πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις· δῆλον δὲ, ὅτι πρὸς τὸν Θεόν. Πολλάκις, διὰ Χριστὸν ὑβρισθεὶς, ἠτιμάσθη τις ἀδίκως· μαρτύριον ἐφέστηκε· βάσανοι πανταχόθεν, καὶ πῦρ, καὶ ξίφη, καὶ θῆρες, καὶ βυθός· ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑποφθέγγεται (2), λέγον· Ὑπόμεινον τὸν Κύριον, ἄνθρωπε· μικρὰ τὰ γινόμενα, μεγάλα τὰ δωρούμενα· ὀλίγον χρόνον καμὼν, αἰωνίως εἶναι μέλλεις μετὰ ἀγγέλων· Οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ, πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. Διαγράφει τῷ ἀνθρώπῳ βασιλείαν οὐρανῶν, ὑποδείκνυσι καὶ τὸν παράδεισον τὴς τρυφῆς· καὶ οἱ μάρτυρες, τὰ πρόσωπα μὲν τοῦ σώματος πρὸς τοὺς δικαστὰς ἐξ ἀνάγκης ἔχοντες, τῇ δὲ δυνάμει λοιπὸν ὄντες ἐν παραδείσῳ, κατέπτυσαν τῶν φαινομένων χαλεπῶν.

ΚΑ'. Καὶ θέλεις γνῶναι, ὅτι τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου Πνεύματος οἱ μάρτυρες μαρτυροῦσι ; Λέγει πρὸς τοὺς (3) μαθητὰς ὁ Σωτὴρ· Ὅταν δὲ φέρωσιν ὑμᾶς ἐπὶ τὰς συναγωγὰς, καὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ἐξουσίας· μὴ μεριμνήσητε, πῶς ἀπολογήσησθε, ἢ τί εἴπητε. Τὸ γάρ ἅγιον Πνεῦμα διδάξει ὑμᾶς ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, ἃ δεῖ εἰπεῖν. Ἀδύνατον γὰρ μαρτυρῆσαι περὶ τοῦ Χριστοῦ, ἐὰν μὴ τις διὰ (4) Πνεύματος ἁγίου μαρτυρήσῃ. Εἰ γὰρ οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· τὴν ζωὴν ἄρα τίς ἑαυτοῦ δίδωσιν ὑπὲρ Ἰησοῦ, ἐὰν μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ ;

ΚΒ'. Μέγα τί ἐστι, καὶ παντοδύναμον ἐν χαρίσμασι καὶ θαυμάσιον, τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Λόγισαι, πόσοι καθέζεσθε νῦν, πόσαι ψυχαὶ πάρεσμεν. Ἑκάστῳ προσφόρως ἐνεργεῖ· καὶ μέσον παρὸν, βλέπει ἑκάστου τὸν τρόπον, βλέπει καὶ τὸν λογισμὸν καὶ τὴν συνείδησιν, καὶ τί λαλοῦμεν καὶ τί νοοῦμεν (5). Μέγα μὲν ἀληθῶς τὸ ῥηθεν, ἀλλ' ἔτι μικρόν. Βλέπε γὰρ μοι, τὴν διάνοιαν φωταγωγηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, πόσοι εἰσὶ Χριστιανοὶ τῆς παροικίας ταύτης πάσης, καὶ πόσοι τῆς ἐπαρχίας πάσης τῆς Παλαιστίνης. Καὶ

[25] Rom. VIII, 26. [26] *Vid. sup. n.* 12. [27] Psal. XXVI, 14 [28] Rom. VIII, 18. [29] Gen. II, 15. [30] Luc. XII, 11, 12. [31] I Cor. XII, 3. [32] Agg. II, 6.

(1) Τῆς ἀσθενείας ἡμῶν. Roe et Casaub., τῇ ἀσθενείᾳ· magis accedit ad textum Apostoli, qui habet, ταῖς ἀσθενείαις.

(2) Ὑποφθέγγεται. Ex cod. Coisl. multo melius quam ἀποφθέγγεται, dum de intima in mentem suggestione agitur. Vox consequens, τὸν Κύριον omittitur in Coisl., Roe, Casaub. Inferius, eadem auctoritate et ratione qua scripsimus, ὑποφθέγγεται, posuimus etiam, ὑποδείκνυσι, pro ἀποδείκνυσι.

(3) Λέγει πρὸς τοὺς, etc. Particulam δὲ in editis voci λέγει subjectam explosimus, fulti codd. Coisl., Roe, Casaub., Grod.

(4) Διά, etc. Particulam διά restituimus ex codicibus Roe, Casaub. et Grod. Paulo post, loco Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, codd. Coisl., Roe, Casaub. habent in recto, Κύριος Ἰησοῦς absque Χριστός, quomodo legisse videtur vulgatus interpres I Cor. XII, 3 : *Nemo potest dicere, Dominus Jesus*, etc., Prior lectio Græcis auctoribus magis sueta. Vide Basil. *in psal.* XXXII, pag. 170, imo et Latinis multis usitata est. Paulo post, loco τὴν ζοήν, etc. sic habetur in Roe, et Casaub., Πῶς δύναταί τις ὑπὲρ αὐτοῦ μέχρι βασάνων καὶ θανάτου παῤῥησιάζεσθαι, εἰ μή, etc., *Quemadmodum poterit quis pro ipso ad supplicia et necem usque libertatem tueri, nisi*, etc.

(5) Καὶ τί νοοῦμεν, *et quid cogitemus*. In cod. Coisl. loco νοοῦμεν, habetur, πιστεύομεν, *quid credamus*. At in Roe et Casaub. utrumque legitur, τί νοοῦμεν, καὶ πιστεύομεν, *quid cogitemus et credamus*. Paulo post, ex Roe et Casaub. scripsimus ὑπ' αὐτοῦ, pro ὑπ' αὐτῷ. Vide sup. num. 3 : cat. 17, num. 3. Mox verba, τῆς παροικίας ταύτης πάσης, καὶ πόσοι, quorum loco in impressis habetur

πλάτυνον τὸν νοῦν ἀπὸ τῆς ἐπαρχίας εἰς τὴν Ῥωμαίων πᾶσαν βασιλείαν· καὶ ἐκ ταύτης, βλέπε μοι πάντα τὸν κόσμον· Περσῶν γένη, καὶ Ἰνδῶν ἔθνη, Γότθους, καὶ Σαυρομάτας, Γάλλους, καὶ Ἱσπανούς, καὶ Μαύρους, Λίβυας, καὶ Αἰθίοπας, καὶ τοὺς λοιποὺς ἀκατωνομάστους ἡμῖν· πολλὰ γὰρ τῶν ἐθνῶν οὐδ' εἰς ὀνομασίαν ἡμῖν ἦλθε. Βλέπε μοι ἑκάστου ἔθνους ἐπισκόπους, πρεσβυτέρους, διακόνους (1), μονάζοντας, παρθένους, καὶ λοιποὺς λαϊκούς· καὶ βλέπε τὸν μέγαν προστάτην, καὶ τῶν χαρισμάτων πάροχον· ὅπως ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ, τῷ μὲν ἁγνείαν, τῷ δὲ ἀειπαρθενίαν, ἄλλῳ δὲ ἐλεημοσύνην (2), ἄλλῳ δὲ ἀκτημοσύνην, ἄλλῳ δὲ ἀπέλασιν πνευμάτων ἀντικειμένων δίδωσι. Καὶ ὥσπερ τὸ φῶς μιᾷ τῆς ἀκτῖνος προσβολῇ καταυγάζει τὰ πάντα· οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, φωτίζει τοὺς ἔχοντας ὀφθαλμούς· εἰ γάρ τις ἀβλεπτῶν (3) μὴ καταξιοῦται τῆς χάριτος, μὴ μεμφέσθω τῷ Πνεύματι, ἀλλὰ τῇ ἑαυτοῦ ἀπιστίᾳ.

A Rursus protende mentem ab hac provincia in totum Romanorum imperium ; et ab hoc aspectum converte in mundum universum ; Persarum genera, et Indorum nationes, Gotthos et Sauromatas, Gallos, Hispanosque, Mauros et Afros, et Æthiopas, et reliquos, quorum nec nomina novimus : multi **256** sunt enim populi, quorum ne ipsa quidem nomina ad notitiam nostram devenere. Conspice cujusque gentis episcopos, presbyteros, diaconos, monachos, virgines, et reliquos laicos : et vide magnum rectorem ac præsidem, donorumque largitorem;quomodo in omni mundo illi pudicitiam, isti perpetuam virginitatem, huic misericordiam [vel eleemosynæ conferendæ studium], alii paupertatis studium, alteri adversantium spirituum effugandi vim attribuit ; et quemadmodum lux uno B radii conjectu omnia collustrat, sic et Spiritus sanctus eos qui oculos habent illuminat. Nam si quis cæcutiens gratia minime donatur, nec Spiritum ille, sed suam ipsius incredulitatem accuset.

ΚΓ'. Εἶδες αὐτοῦ τὴν δύναμιν, τὴν ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ. Μὴ μείνῃς (4) λοιπὸν ἐπὶ γῆς, καὶ ἐπὶ τὰ ἄνω ἀνάβηθι· ἀνάβηθί μοι τῇ διανοίᾳ καὶ εἰς πρῶτον οὐρανόν, καὶ βλέπε μοι τοσαύτας ἐκεῖ μυριάδας ἀναριθμήτους ἀγγέλων. Ὑπεράνάβηθι τοῖς λογισμοῖς, εἰ δύνασαι, καὶ ἀνωτέρω· βλέπε μοι καὶ ἀρχαγγέλους, βλέπε μοι καὶ πνεύματα· βλέπε δυνάμεις, βλέπε ἀρχάς, βλέπε ἐξουσίας, βλέπε θρόνους, βλέπε κυριότητας. Τούτων πάντων ἐπιστάτης (5)

XXIII. Vidisti potestatem illius quam in universo mundo exercet. Jam ne humi defixa sit mens tua, sed et ad supera conscende : cogitatione ascende usque in primum cœlum,et contemplare tam multa quæ ibi exsistunt innumerabilia angelorum millia. Cogitatione etiam, si potes, ad altiora enitere ; conspice archangelos, conspice et spiritus (6) ; vide virtutes, vide principatus, vide potestates, vide thronos, dominationes vide. [33] Horum omnium

[33] *Vid. cat.* 17, *n.* 3 *et sup. n.* 3.

una vox, ταύτης, adjecimus ex codicibus Coislin., Ottob., Roe, Casaub. atque etiam Grodecio. Habetur similis gradatio catech. 6, num. 3.

(1) Διακόνους. Addit Coisl., ὑποδιακόνους, *subdiaconos*.

(2) Ἄλλῳ δὲ ἐλεημοσύνην. Hæc in impressis præterita restituimus ex Coisl., Roe, et Casaub. codd. Post, ante δίδωσι, habetur in Coisl., θείᾳ δυνάμει καὶ ἐξουσίᾳ, « divina virtute et potestate « largitur. »

(3) Ἀβλεπτῶν. Ex Roe et Casaub. emendavimus quod impressi habent, ἀβλεπῶν.

(4) Μὴ μείνῃς, etc. In editis verba, μὴ μείνῃς λοιπόν, bis occurrunt, ante et post καὶ ἐπὶ τὰ ἄνω ἀνάβηθι, atque in secundo tantum loco additur, ἐπὶ γῆς. Cum a codd. Coisl., Roe, Casaub., Ottob. et Grod. absit hæc repetitio, ea verba semel scribere contenti fuimus. Verba, καὶ ἐπὶ τὰ ἄνω κατάβηθι, desunt in codd. Coisl., Roe, Casaub. At ea legit Grodecius, cujus ex versione ea post verba, ἐπὶ γῆς collocavimus. Turbata hic est Coisl. codicis scriptura, quæ sic habet : Μὴ μείνῃς ἐπὶ γῆς, ἀνάβηθι λοιπόν, καὶ ἐπὶ γῆς ἀνάβηθί μοι τῇ διανοίᾳ, etc. In Ott. planius post τῷ κόσμῳ· Λοιπὸν καὶ ἐπὶ τὰ ἄνω ἀνάβηθι, μὴ μείνῃς ἐπὶ γῆς, ἀνάβηθί μοι, etc.

(5) Πάντων ἐπιστάτης, etc. Vox ἐπιστάτης, Christo ab apostolis tributa apud Lucam,a vulgato interprete vertitur *præceptor*. Hi autem ponitur ut titulus distinctus a διδασκάλῳ. Quapropter *rectorem* vertimus. Idem est hic ἐπιστάτης angelorum, ac cat. 17, num. 13, διοικητὴς animarum. Hæc autem magnificentioribus adhuc titulis aucta leguntur in cod. Coisl., Τούτων πάντων δεσπότης καὶ δημιουργὸς παρὰ Θεοῦ, διδάσκαλος, καὶ ἁγιοποιὸς παράστάτης, ὁ Παράκλητος· « Horum omnium dominus, et « creator a Deo,doctor et sanctificator adjutor.Para« cletus est. » Additamentum esse manifestum est, C quanquam doctrinæ Cyrilli consentaneum,everbis ejus fere expressum. Nam dominum omnium una cum Patre et Filio Spiritum sanctum dicit cat. 8, num. 5 : Τὰ σύμπαντα δοῦλα, διὰ τοῦ ἑνὸς Υἱοῦ, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι δουλεύει τῷ Δεσπότῃ. Doctorem et sanctificatorem,tum hic, tum alibi passim docet. Quod hic dicitur παράστάτης, supra Cyrillus dixit num. 19 , σύμμαχον , προστάτην , ὑπερασπιστὴν, ὑπεραγωνιστήν. Vocem δημιουργός, non ita diserte solet Spiritui sancto tribuere. Hanc enim Patri res condendas Filio significanti, et Filio nutu Patris condenti, propriam facere,ac solum Spiritui sancto rerum a Patre per Filium conditarum sanctificationem adjudicare videtur, cat. 16, num. 3, et cat. 17, n. 3, num. 24 Haud tamen eum excipit a creationis munere, sive cum unam trium operationem esse docet cat. 16,num. 24, « Pater per Filium cum « Spiritu sancto omnia largitur ; » sive cum unum tribus in res creatas dominium competere ait,quod D dominium ex titulo creationis repetitur, cat. 10, num. 5 ; seu tandem cum Spiritui sancto nulla interveniente creatura,Christi corporis formationem tribuit, cat. 12, nam. 32, et cat. 17, num. 6, quod opus divinæ manus et ipsius Christi esse agnoscit catech. 12, num. 25.

(6) *Conspice et spiritus*, etc. Spiritus uti ordinem angelicum a cæteris distinctum numerare videtur ; uti et *Constit.apostol.*lib. VII, cap. 35, πνεύματα νοερά, distinctum quemdam angelicum ordinem constituunt. Marius Victorinus, lib. IV « cont. Arianos. » pag. 283,numerat « angelos glorias,thronos, spiri« tus. » Sanctus Leo,serm.3 « in annivers.Asssumpt. « suæ,»cap. 2,scribit ;«Famulabantur elementa,mi«nistrabant spiritus,angeli serviebant.»Sed correxit Quesnellius : « Famulabantur elementa,spiritus an« gelici serviebant. » Quamvis Cyrillus novem consuetos angelorum ordines in Liturgia memoratos

a Deo datus præfectus,et magister et sanctificator, Paracletus Eo opus habent Elias, et Elisæus, et Isaias,ex hominum ordine; eo, ex angelorum sorte, Michael et Gabriel.[34] Nulla generatarum [seu creatarum] rerum ipsi honore par; nam omnia angelorum genera, et exercitus omnes simul collecti, nullam cum Spiritu sancto paritatem æqualitatemque sustineant. Hæc omnia tegit et obscurat summe bona Paracleti potestas. Illi siquidem in ministerium mittuntur[35]: hic vero scrutatur etiam profunda Dei, sicut Apostolus ait: *Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim novit hominum ea quæ sunt hominis, nisi spiritus* **257** *hominis qui est in ipso? sic et quæ Dei sunt, nemo novit præter Spiritum Dei*[36].

XXIV. Hic de Christo in prophetis prædicavit: hic in apostolis operatus est; hic ad hodiernam usque diem in baptismate animas obsignat.Et Pater quidem dat Filio, et Filius communicat Spiritui sancto (1). Ipse enim Jesus est, non ego, qui ait: *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo*[37]; de-

παρὰ Θεοῦ, καὶ διδάσκαλος, καὶ ἁγιοποιὸς ὁ Παράκλητος. Τούτου χρείαν ἔχει Ἠλίας, καὶ Ἐλισσαῖος (2), καὶ Ἡσαΐας, ἐν ἀνθρώποις τούτου χρείαν ἔχει Μιχαὴλ, καὶ Γαβριήλ, ἐν ἀγγέλοις. Οὐδὲν αὐτῷ τῶν γεννητῶν ἰσότιμον· τὰ γὰρ τῶν ἀγγέλων γένη, καὶ αἱ στρατιαὶ πᾶσαι ὁμοῦ συναχθεῖσαι, οὐ φέρουσιν ἰσότητα πρὸς τὸ ἅγιον Πνεῦμα· καλύπτει ταῦτα πάντα τοῦ Παρακλήτου ἡ πανάγαθος δύναμις. Καὶ τὰ μέν ἐστιν εἰς λειτουργίαν ἀποστελλόμενα, τὸ δὲ ἐρευνᾷ καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, καθὼς ὁ Ἀποστολός φησι· Τὸ γὰρ Πνεῦμα (3) πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ. Τίς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ; οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς ἔγνωκεν, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ (4).

ΚΔ'. Τοῦτο περὶ Χριστοῦ ἐκήρυξεν ἐν προφήταις· τοῦτο ἐνήργησεν ἐν ἀποστόλοις· τοῦτο μέχρι σήμερον (5) ἐν βαπτίσματι σφραγίζει τὰς ψυχάς. Καὶ Πατὴρ μὲν δίδωσιν Υἱῷ, καὶ Υἱὸς μεταδίδωσιν ἁγίῳ Πνεύματι. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ Ἰησοῦς ὁ λέγων, οὐκ ἐγώ· Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Πατρός μου.

[34] *Vid. cat.* 11, *n* 11. [35] Heb. I, 14. [36] I Cor. II, 10 et seqq. [37] Matth. XI, 27.

recenseat cat. 23, num. 6, indefinitum tamen eorum numerum existimavit. Vide cat. 6, num. 3; cat. 11, num. 11 et 21; cat. 15, num. 24.

(1) *Pater dat Filio, et Filius communicat Spiritui sancto.* Luculenta processionis Spiritus sancti ex Patre et Filio professio. Eodem enim modo Filium Spiritui sancto dare docet, quomodo Pater dat Filio. Vide et cat. 17, num. 19. Atqui hanc Patris donationem vi æternæ generationis affirmat cat. 7, num. 5, et cat. 10, num. 9. Præterea, cat. 17, num. 5, Spiritum sanctum Patri et Filio semper adesse, et solida præditum hypostasi docens, negat eum esse spiritum qui ex ore et labiis Patris aut Filii loquendo vel respirando formetur; agnoscens ex Patre aut Filio, sed sublimiori modo, originem habere; quandoquidem probaverat num. 4, tam Filii quam Patris Spiritum esse. Tertio, cat. 17, num. 18, non aliam Christi, aliamque Spiritus sancti gratiam esse affirmat: sed Patrem, qui omnia dedit in manu Flii, hanc ipsi dedisse potestatem, ut cuicunque vellet sancti Spiritus gratiam daret. Ea autem potestas Filio, secundum doctrinam Cyrilli, ab æterno data est, ut patet ex citatis cat. 7 et 10 locis. Ea quoque gratia Spiritus sancti nihil est a Spiritu sancto distinctum; vide cat. 17, num. 14. Filius igitur ab æterno Spiritum sanctum producit. Postremo, cat. 17, n. 19, Spiritum sanctum vel ejus gratiam, vocat vinum intelligibilis vineæ, nimirum Christi: a Christo igitur profectum existimat Spiritum sanctum. Hæc adeo diserta, ut magis ex Filio solo originem Spiritus sancti trahere videatur, quam illam originem inficiari.

(2) Ἐλισσαῖος. Eam vocem omittunt Coisl. et Grod.: at Coislin. post Isaiam addit Moysen: Ἡσαΐας ὁμοῦ καὶ Μωϋσῆς, ἐν ἀνθρώποις.

(3) Τὸ γὰρ Πνεῦμα. Vocem Πνεῦμα in editis, incuria, putamus, prætermissam huc revocavimus ex Coisl. cod. et sacro textu hic allegato.

(4) Τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. His verbis in cod. Coisl. hæc subjuncta reperi: Καὶ τὰ μέν ἐστιν ἐξ οὐκ ὄντων γεννητὰ, τὸ δὲ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἀεὶ ἐκπορευόμενον. Καὶ τὰ μέν ἐστιν ἀλλοιωτὰ καὶ τρεπτὰ, ἅτε γεννητὰ ὄντα, κἂν μὴ ἀλλοιοῦται ἢ τρέπηται· τὸ δέ ἐστιν ἀναλλοίωτον ἢ ἄτρεπτον, ἅτε ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τυγχάνον καὶ τῷ Υἱῷ· « Et illi quidem ex non exstantibus facti sunt, hic vero ex Deo semper [seu «ab æterno] procedit. Illi quoque mutationi et con«versioni obnoxii sunt, utpote facti; etiamsi non mu«tentur, aut convertantur: hic vero immutabilis est, «et conversionis incapax, cum sit videlicet Patri con« substantialis et Filio. » Eadem Latine habebantur hoc loco in Grodecii versione: nisi quod ubi legimus, κἂν μὴ ἀλλοιοῦται, vertit: « tametsi jam ex «gratia non mutentur; » et pro ὁμοούσιον τυγχάνον, scripsit, *unus existens cum*. Hæc perioche, quæ ex Athanasio epist. I ad Serapion., num. 26, expressa videtur, omnino in hunc locum judicio nostro immissa est, aut a Cyrillo posterius adjecta. Primo enim, quod angeli nec mutari, nec converti dicuntur, non satis consentaneum videri possit Cyrilli doctrinæ, cat. 2, num. 10, qua docet angelos etiam in peccata labi, quæ divina venia indigeant: tametsi ejusmodi mutatio non sit, qua a Dei voluntate et felici statu suo recedant. Secundo, vix credibile est Cyrillum consubstantialem Patri et Filio Spiritum sanctum dixisse, qui ab hujus vocis usurpatione, dum de Filio loqueretur, et dedita quidem opera, ut videtur, abstinuit. Certe Theophanis tempore nullibi vocabulum istud in Cyrilli *Catechesibus* observabatur. Quanquam autem hæc verba Cyrillo abjudicem, haud tamen alienam ipsi de Spiritu sancto doctrinam in iis contineri existimo. Nam Spiritum sanctum natura immutabilem sine dubio censet, qui omnium naturarum sanctificatorem, et auxiliatorem quo roborantur, agnoscit, sup. num. 19, 20, 21, qui vim ejus omnis boni continentem affirmat, num. 23. ἡ πανάγαθος δύναμις. Consubstantialitatem ejus cum Patre et Filio docet, cum tres unum Deum esse statuit, sup. num. 4, Spiritumque paternæ divinitatis cum Filio participem affirmat, cat. 6, num. 6.

(5) Μέχρι σήμερον. Ad hæc verba scholium illud additur in margine cod. Roe: Σημείωσαι περὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος· *Nota de sancto baptismate.* Eadem vero habentur cat. 3, num. 3; et cat. 17, num. 35. Verba, Καὶ Πατὴρ μέν, etc., usque ad οὐκ ἄλλα Πατρός, etc., desunt in cod. Otlob.; forte quia Catholicæ Latinorum de Spiritus sancti processione sententiæ favebant, ab Græculo librario prætermissa.

καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λέγει· Ὅταν ἔλθῃ ἐκεῖνος, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, καὶ τὰ ἑξῆς, ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει (1), καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Ὁ Πατὴρ δι' Υἱοῦ, σὺν ἁγίῳ Πνεύματι, τὰ πάντα χαρίζεται. Οὐκ ἄλλα (2) Πατρὸς χαρίσματα, καὶ ἄλλα Υἱοῦ, καὶ ἄλλα ἁγίου Πνεύματος· μία γὰρ ἡ σωτηρία, μία ἡ δύναμις, μία ἡ πίστις. Εἷς Θεὸς, ὁ Πατήρ· εἷς Κύριος, ὁ μονογενὴς αὐτοῦ Υἱός· ἓν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὁ Παράκλητος. Καὶ αὐτάρκες ἡμῖν εἰδέναι ταῦτα· φύσιν δὲ ἢ ὑπόστασιν (3) μὴ πολυπραγμόνει. Εἰ γὰρ ἦν γεγραμμένον, ἐλέγομεν· ὃ οὐ γέγραπται, μὴ τολμήσωμεν. Αὐτάρκες ἡμῖν εἰδέναι πρὸς σωτηρίαν, ὅτι ἔστι Πατὴρ, καὶ Υἱὸς, καὶ ἅγιον Πνεῦμα.

A que sancto Spiritu dicit: *Cum venerit ille, Spiritus veritatis*, etc., *ille me glorificabit, quoniam ex meo accipiet, et annuntiabit vobis* [38]. [39] Pater per Filium cum sancto Spiritu omnia donat. Non alia sunt Patris dona, et alia Filii, aliaque Spiritus sancti; una enim salus est, una potestas, fides una [40]. Unus Deus, Pater; unus Dominus [41], unigena ejus Filius; unus Spiritus sanctus, Paracletus. Atque ista nobis scire sufficiat: naturam vero vel substantiam ne sollicite anquirito. Si enim scriptum esset, diceremus; [42] quod scriptum non est, non audeamus. Satis nobis est ad salutem nosse, quod est Pater, et Filius, et sanctus Spiritus.

ΚΕ'. Τοῦτο τὸ Πνεῦμα κατῆλθεν ἐπὶ τοὺς ἑβδομήκοντα πρεσβυτέρους ἐπὶ Μωϋσέως (ἀλλὰ τὸ μῆκος τῶν λόγων, ἀγαπητοὶ, μὴ κάματον ὑμῖν ἐμποιείτω. Παράσχοι δὲ αὐτὸ περὶ οὗ ὁ λόγος, δύναμιν ἑκάστῳ, καὶ τῶν λεγόντων ἡμῶν, καὶ ὑμῶν τῶν ἀκουόντων). Τοῦτο τὸ Πνεῦμα κατῆλθεν, ὡς ἔφην, ἐπὶ τοὺς ἑβδομήκοντα πρεσβυτέρους τοὺς ἐπὶ Μωϋσέως. Λέγω δὲ ταῦτά σοι, ἵνα παραστήσω νῦν, ὅτι οἶδε τὰ πάντα, καὶ ἐνεργεῖ καθὼς βούλεται (4). Ἐξελέχθησαν οἱ ἑβδομήκοντα πρεσβύτεροι· καὶ κατέβη Κύριος ἐν νεφέλῃ, καὶ παρείλατο ἀπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἐπὶ Μωϋσέως, καὶ ἐπέθηκεν ἐπὶ τοὺς ἑβδομήκοντα ἄνδρας τοὺς πρεσβυτέρους· οὐ τοῦ Πνεύματος μερισθέντος, ἀλλὰ τῆς χάριτος μερισθείσης πρὸς τὰ δοχεῖα, καὶ τὴν (5) τῶν δεχομένων δύναμιν. Ἀλλ' ἐξήκοντα μὲν καὶ ὀκτὼ παρῆσαν, καὶ προεφήτευσαν·

XXV. Hic Spiritus in septuaginta seniores Mosis tempore descendit (sed prolixitas orationis, dilectissimi, ne vobis tædium pariat. Ipse autem de quo loquimur, vim unicuique nostrum largiatur, et nobis qui dicimus, et vobis qui auditis). 258 [43] Hic Spiritus, ut aiebam, delapsus est in illos septuaginta sub Moyse seniores. Hæc autem tibi dico, ut illud nunc astruam, quod novit omnia et operatur sicut vult. Selecti sunt septuaginta seniores; *et descendit Dominus in nube, et abstulit de Spiritu qui erat super Moysen, et imposuit super septuaginta viros seniores* [44]: non diviso Spiritu, sed gratia [ejus] secundum suscipientes, et pro illorum vi ac potestate distributa. [45] Verum aderant sexaginta octo, et prophetaverunt: Heldad vero et Modad aberant. Ut igitur declararetur, non

[38] Joan. XVI, 13, 14. [39] *Vid. cat.* 17, *n.* 5; *et cat.* 18, *n.* 29. [40] Ephes. IV, 5. [41] I Cor. VIII, 6. [42] *Vid. sup. n.* 2. [43] *Vid. n.* 2. [44] Num. XI, 24, 25. [45] *Vid. sup. n* 12 *et* 13; *et cat.* 17, *n.* 3 *et* 4; Num. XI, 25 27.

(1) Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει. Evangelium, λήψεται, *accipiet*, et ipse Cyrillus ita legit cat. 17, num. 11. Post verba, ἀναγγελεῖ ὑμῖν, hæc in Coisl. subjecta exhibentur: Ἀσφάλισον σεαυτὸν, πῶς ἀκούεις. Μὴ ἀνθρωπίνως λάμβανε τὸ, Πάντα μοι παρεδόθη, ὡς μὴ ἔχοντος πρότερον· ἢ τὸ, Ἐκ τοῦ (sup. ἐμοῦ) λήψεται, ὡς ὕστερον λαμβάνοντος ὃ μὴ ἐν αὐτῷ ὑπῆρχεν. Ὁ Πατὴρ γάρ, etc.: « Præcave tibi, « quomodo hæc intelligas. Ne humano more accipias « illud: Omnia mihi tradita sunt, quasi ante non ha- « buerit; aut illud: De meo accipiet, quasi posterius « acceperit quod in ipso ante non fuisset. Pater enim, etc. Hæc satis Cyrilliani styli sunt. Istis habentur plane similia quoad primam partem cat. 10, n. 9.

(2) Οὐκ ἄλλα. Non silendum hæc verba usque ad μία ἡ πίστις inclusive, prætermissa esse in cod. Coislin.

(3) Ἢ ὑπόστασιν. Cod. Coisl. addit Θεοῦ, *substantiam Dei*. Grodecius ejus loco videtur legisse, Πνεύματος, cum vertit, *subsistentiam Spiritus*. Nos autem vertimus, *substantiam*: nam vel ex uno hoc loco liquet Cyrillo unum atque idem fuisse φύσιν et ὑπόστασιν, *naturam* et *hypostasim*. Id etiam ex simili loco colligitur, sup. num. 5, et cat. 17, n. 18. *Quomodo enarrare possim, quidnam secundum substantiam sit ipse Spiritus*· Αὐτό τί ποτέ ἐστι τὴν ὑπόστασιν. Alia quoque observari potuere loca, ut de Patris essentia, cat. 6, num. 5: Εἰ ἀκατάληπτός ἐστιν ἡ ὑπόστασις ἡ θεία, et num. 7: Ἐγγὺς ἔσται ἄρα ἡ διάνοια τῆς ὑποστάσεως· et de Filio, cat. 11, n. 11: Ἡ γῆ τοῦ οἰκείου κεραμέως καὶ πλάστου τὴν ὑπόστασιν λέγειν οὐ δύναται. Ubi observes idem quod de Dei, et de Christi naturæ impossibili comprehensione dicit, de Spiritus sancti quoque natura affimari. Alias, de creaturis loquens, sæpe ὑποστάσεως vocabulo utitur, ut cat. 6, num. 5; cat. 7, num. 5; cat. 9, num. 5. Ex quibus colligitur, Cyrillum, omissa distinctione φύσεως sive οὐσίας, et ὑποστάσεως, hypostasis nomine intellexisse id quo solida res constat; quod respondetur ad quæstionem, quid ipsa sit in se tota: hypostasimque Patris, Filii vel Spiritus sancti ejus sensu esse, id totum ex substantia divina et personati proprietate compositum, quo singulæ illæ personæ substant. Ante οὐ γέγραπται, relativum ὃ addidimus ex codd. Coisl., Roe, Casaub.

(4) Καὶ ἐνεργεῖ καθὼς βούλεται. Horum verborum, quæ ex codd. Coisl., Roe et Casaub. ascripsimus, unum legitur in impressis et Grod., χαρίζεσθαι, *novit omnia donare*. Sequentia verba, ἐξελέχθησαν, etc., usque ad ἑβδ. ἄνδρας τοὺς πρεσβυτέρους inclus., in editis prætermissa resarcimus ex præfatis codd. In hoc Numerorum testimonio scripsimus παρείλατο ex Roe et Casaub., ut est in Biblis: at Coisl. habet, περιήλατο, vitiose, pro παρειλατο. Nota autem Cyrillum 70 tantum numerasse seniores, comprehensis in illo numero Eldad et Modad, quos alii supra numerum 70 addunt. Vide Cotelerium, in lib. I *Herm.*, cap. 3, varios Patres, qui vel cum Cyrillo, vel aliter senserunt, enumerantem.

(5) Καὶ τήν, etc. Ex codd. Coisl., Roe et Casaub. conjunctionem καί addidimus. Post, loco ἐπροεφήτευσαν, quod duplici augmento mendose scriptum est, προεφήτευσαν posuimus, ut habetur infra.

Moysen esse qui largiretur, sed Spiritum qui operabatur : Heldad et Modad, qui vocati quidem fuerant, nondum tamen occurrerant, prophetant ipsi quoque.

XXVI. Obstupuit Jesus Nave filius, Moysis successor, et accedens Moysi ait : Audivisti quod Heldad et Modad prophetant? Vocati sunt, et non occurrerunt : *Domine mi Moyses, prohibe illos* [46]. Ille autem : Non possum eos prohibere ; cœlestis enim est gratia: tantumque ab eis prohibendis abhorreo, ut et ipse quoque habeam ex gratia.Atqui non puto te invidia commotum ista dixisse. *Ne tu studio mei zelo accendaris*, quia prophetaverunt illi, tu vero nondum prophetas.Tempus præstolare: «Et «quis dabit omnem Domini populum prophetas esse, « quando dederit Dominus super illos Spiritum « suum [47] ?» Prophetice adjungit illud : *Quando dederit Dominus*. Nunc enim certe nondum dedit : tu igitur nondum habes. Ergone Abraham, et Isaac, et Jacob, et Joseph non habuerunt? qui ante illum exstitere, nonne habebant? Verum palam est illud : *Quando dederit Dominus*, id significare, *super omnes*. [48] Nunc enim privata et restricta est gratiæ largitio : tunc autem effusa et abundans. Significabatur nempe id quod in Pentecoste apud nos futurum erat ; nam et ipse apud nos descendit. Antea vero in multos quoque descenderat : scriptum est enim : « Et Jesus Nave filius «repletus est spiritu sapientiæ; imposuit enim Moysis manus suas super illum [49].»Eamdem ubique tum in Veteri, tum in Novo Fœdere figuram designantem vides. Sub Moyse per impositionem **259** manuum dabatur Spiritus : et Petrus per impositionem manuum largitur Spiritum [50]. In te quoque qui baptizandus es (1) perventura est gratia.Quonam vero modo, non dico, nec enim tempus anteverto.

A Ἐλδὰδ δὲ καὶ Μωδὰδ οὐ παρῆσαν. Ἵνα τοίνυν δειχθῇ, ὅτι οὐ Μωϋσῆς ἦν ὁ χαριζόμενος, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐνεργοῦν· Ἐλδὰδ καὶ Μωδὰδ, οἳ κληθέντες μὲν οὔπω δὲ ἦσαν ἀπαντήσαντες, προφητεύουσιν.

Κζ'. Ἐξεπλάγη Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, ὁ διάδοχος Μωϋσέως, καὶ προσελθὼν λέγει τῷ Μωϋσῇ. Ἤκουσας (2), ὅτι Ἐλδὰδ καὶ Μωδὰδ προφητεύουσιν ; Ἐκλήθησαν, καὶ οὐκ ἀπήντησαν· Κύριέ μου Μωϋσῆ, κώλυσον αὐτούς. Οὐ δύναμαι κωλῦσαι αὐτοὺς, φησίν· ἐπουράνιος γὰρ ἡ χάρις· καὶ τοσοῦτον ἀπέχω τοῦ κωλῦσαι αὐτοὺς, ὥστε καὶ αὐτὸς κατὰ χάριν ἔχω Ἀλλ' οὐ νομίζω σε τοῦτο φθόνῳ εἰρηκέναι. Μὴ ζηλοῖς σύ μοι (3), ὅτι ἐκεῖνοι μὲν προεφήτευσαν, σὺ δὲ οὔπω προφητεύεις. Ἐκδέξαι τὸν καιρόν· Καὶ τίς δῴη πάντα τὸν λαὸν Κυρίου προφήτας, B ὅταν δῷ Κύριος τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ ἐπ' αὐτούς ; προφητικῶς καὶ τοῦτο λέγων, τὸ, Κύριος ὅταν δῷ. Νῦν γὰρ ἄρα οὔπω ἔδωκε (4)· σὺ οὖν οὔπω ἔχεις. Ἀβραὰμ ἄρα καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ Ἰωσὴφ οὐκ εἶχον ; οἱ πρὸ τούτου ἄρα οὐκ ἔσχον ; Ἀλλὰ τὸ, Ὅταν δῷ Κύριος, δῆλον, ὅτι σημαίνει τὸ, ἐπὶ πάντας. Νῦν μὲν μερικὴ ἡ χάρις· τότε δαψιλὴς ἡ δόσις (5). Ἠνίσσετο δὲ τὸ γενησόμενον ἐν τῇ Πεντηκοστῇ παρ' ἡμῖν· καὶ αὐτὸ γὰρ κατῆλθε παρ' ἡμῖν. Κατῆλθε δὲ καὶ πρότερον ἐπὶ πολλούς· γέγραπται γάρ· Καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ ἐνεπλήσθη πνεύματος σοφίας (6). ἐπέθηκε γὰρ Μωϋσῆς τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐπ' αὐτόν. Βλέπεις πανταχοῦ τὸν τύπον ἐν Παλαιᾷ καὶ Καινῇ τὸν αὐτόν. Ἐπὶ Μωϋσέως διὰ C Χειροθεσίας ἐδίδοτο τὸ Πνεῦμα· καὶ Πέτρος διὰ χειροθεσίας δίδωσι τὸ Πνεῦμα· μέλλει δὲ καὶ ἐπὶ σὲ τὸν βαπτιζόμενον φθάνειν ἡ Χάρις· τὸ δὲ πῶς, οὐ λέγω· οὐ γὰρ προλαμβάνω τὸν καιρόν.

[46] Num. xi, 28. [47] ibid. 29. [48] Vid. *cat.* 17, *n.* 12 *et* 18. [49] Deut. xxxiv, 9. [50] Act. viii, 17.

(1) *In te quoque qui baptizandus es*, etc. Id explicat tota catechesi 21. Cum autem de manuum impositione loquatur, mihi dubium non est, quin eam in sacramento confirmationis adhibitam fuisse significet. Quamvis enim cat. 21, dum ejus sacramenti formam et modum describit, nullam illius mentionem faciat : rara apud Græcos auctores ejus memoria reperiatur ; hodieque apud Græcos in hoc sacramento prætermissa videatur : eam tamen antiquitus sicut in Latina, ita etiam in Græca Ecclesia usurpatam fuisse, nonnulla monumenta testantur. In primis Firmilianus Cappadox, epistola inter Cyprianeas 75, *In Ecclesia*, inquit, *majores natu et baptizandi, et manum imponendi, et ordinandi habent potestatem:* quod de manuum impositione confirmatoria intelligendum, totius epistolæ contextus suadet. Auctor *Constit. apostol*, lib. II, cap. 32, de episcopo loquens, ait: *Per quem dedit vobis Dominus Spiritum sanctum in impositione manus.* Omitto Chrysostomum, hom. 18 *in act. Apost.* ; Theodoret., *in Ep. ad Hebræos* cap. VI, 2, p. 418 ; D. Gennadium CP., in eumdem locum. Cyrillus Alexandrinus lib. II *De adoratione in Spiritu*, etc., ad eum usum respiciebat, cum ait, p. 404, benedictionem populo ab Aarone impositis manibus datam, significasse descensionem Spiritus sancti in nos. Hanc Græci posteriores, ut et multi Latini, contentam existimavere in actione ministri frontem ungentis, ut Joannes Palæologus in confessione fidei ab Leone Allatio relata. lib. III *De concordia.* etc., cap. 16, num. 4 : Ἄλλο μυστήριον τοῦ χρίσματος τοῦ ἁγίου μύρου, ὃ δι' ἐπιθέσεως τῶν τοῦ ἐπισκόπου χειρῶν χρίοντος ἐπιδίδοται· « Aliud est sacramentum chrismatis sacri unguenti, quod per impositionem manuum « ungentis episcopi datur. »

(2) Ἤκουσας. Mendose in editis, ἀκούσας, *audiens*. Correximus ex codd. Coisl., Roe, Casaub. ; sed ante ἤκουσας in Roe et Casaub. legitur, ὁ τυπικὸς Ἰησοῦς, *figurativus Jesus :* quæ quidem verba etiam habentur in Coisl. et Grod., sed supra, ante ὁ διάδοχος. Cæterum non Josue, sed alius juvenis D Moysi nuntiavit Eldadi et Modadi prophetiæ donum.

(3) Μὴ ζηλοῖς σύ μοι. Coisl., Ἀλλὰ μὴ ζηλοῖς, etc.

(4) Ἄρα οὔπω ἔδωκε. Scribebatur in impressis ἄρα cum

(5) Δαψιλὴς ἡ δόσις. Additur in impressis ἦν, *erat copiosa largitio* : ex codd. Coisl., Roe, Casaub. verbum illud menti auctoris prorsus contrarium, expunximus. Legendum erat potius in futuro ἔσται, *erit.*

(6) Πνεύματος σοφίας. In Bibl., πνεύματος συνέσεως, *spiritu intelligentiæ.* Infra verba, καὶ Πέτρος, usque ad μέλλει excl. propter repetitionem vocis πνεῦμα, in editis præterita, restituimus ex codice Coisliniano.

ΚΖ'. Τοῦτο καὶ ἦλθεν (1) ἐπὶ πάντας δικαίους καὶ προφήτας· τὸν Ἐνὼς λέγω, τὸν Ἐνὼχ, τὸν Νῶε, καὶ τοὺς λοιπούς· τὸν Ἀβραὰμ, τὸν Ἰσαὰκ, τὸν Ἰακώβ. Περὶ γὰρ τοῦ τὸν Ἰωσὴφ ἔχειν Πνεῦμα Θεοῦ ἐν αὐτῷ, ἤδη καὶ Φαραὼ κατείληφεν. Περὶ γὰρ Μωϋσέως, καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῦ θαυμασίων ἐκ Πνεύματος ἐνεργειῶν, ἠκούσας πολλάκις. Τοῦτο καὶ ὁ ἀνδρειότατος (2) εἶχεν Ἰώβ, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι, κἂν τὰ ὀνόματα πάντων μὴ διέλθωμεν. Τοῦτο καὶ ἐν τῇ κατασκευῇ τῆς σκηνῆς ἀποσταλὲν (3), ἐνέπλησε σοφίας τοὺς περὶ τὸν Βεσελεὴλ σοφούς.

ΚΗ'. Ἐν τῇ δυνάμει τούτου τοῦ Πνεύματος, καθὼς ἔχομεν ἐν Κριταῖς, Γοθονιὴλ μὲν ἔκρινε, Γεδεὼν δὲ ἐνεδυναμώθη, ἐνίκησε δὲ ὁ Ἰεφθαὲ, Δεββόρα δὲ ἡ γυνὴ ἐπολέμει· καὶ Σαμψὼν ἔτι δικαιοπραγῶν καὶ μὴ λυπῶν αὐτὸ (4), τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐνήργησε. Περὶ γὰρ Σαμουὴλ καὶ Δαβὶδ φανερῶς ἐν ταῖς τῶν Βασιλειῶν ἔχομεν βίβλοις, ὅπως ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ἐπροφήτευον αὐτοὶ, καὶ προφητῶν ἦσαν ἔξαρχοι. Καὶ ὁ μὲν Σαμουὴλ, ὁ Ὁρῶν (5) ἐκαλεῖτο· ὁ δὲ Δαβὶδ σαφῶς· Πνεῦμα Κυρίου, φησὶν, ἐλάλησεν ἐν ἐμοί· καὶ ἐν Ψαλμοῖς· Καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν σου μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ· καὶ πάλιν· Τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἀγαθὸν ὁδηγήσει με ἐν γῇ εὐθείᾳ. Καὶ ὡς (6) ἐν

XXVII. Hic etiam in omnes justos et prophetas venit : Enos dico, Enoch, Noe et reliquos ; Abraham, Isaac, Jacob. Nam quod et Joseph « in se Dei Spiri-«tum habuerit[51],» jam et ipse Pharao compertum habuit. De Moyse, et admirandis ejus ex Spiritu effectis sæpe audivisti. Hunc et fortissimus Job habuit, et omnes sancti, etiamsi omnium nomina non percurramus. Hic et in tabernaculi structura missus, sapientia complevit Beseleel et socios sapientes [52].

XXVIII. In hujus Spiritus virtute, quemadmodum in Judicibus habemus, Othoniel judicavit [53], Gedeon roboratus est [54], et Jephtae victoriam reportavit [55], Debbora mulier bella tractavit [56] ; et Sampson, dum adhuc juste operabatur, nec illum [Spiritum] contristabat, humanis viribus superiora egit [57]. Nam de Samuele et Davide aperte in Regnorum libris habemus, quomodo in Spiritu sancto prophetabant ipsi, et prophetarum duces erant. Ac Samuel quidem *Videns* appellabatur [58]. David vero diserte, *Spiritus*, inquit, *Domini locutus est in me* [59] ; et in Psalmis : *Et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me* [60] ; iterumque [61]. *Spiritus tuus bo-*

[51] Gen. XLI, 38. [52] Exod. XXXI, 2, 3, 6 ; XXXVI, 1. [53] Judic. III, 10. [54] Judic. VI, 34. [55] Judic. XI, 29. [56] Judic. IV, 4 et seq. [57] Judic. XIII, 25 ; XIV, 6, 19, etc. [58] I Reg. IX, 9, 11. [59] II Reg. XXIII, 2. [60] Psal. L, 13. [61] Psal. CXLII, 11.

etc. Roe et Casaub. pro μοι, habent ἐμοί. In Bibliis Rom., Μὴ ζηλοῖς ἐμέ· at cod. Alex. et ed. LXX Ald. cum Theodoreto, scriptum habent ut hic in textu. Complut. vero et Cyrill. Alex. *in Joan.* cap. XX, v. 22, pag. 1100, ut codd. Roe et Casaub. In omnibus LXX exemplaribus interrogationis nota adhibetur, quæ non male Cyrilli orationi conveniret, Moysen inducentis secretam quamdam in Josua invidiam castigantem, quam ille prætexto Moysis studio celabat.

cum circumflexo, quod interrogantis particulæ indicium est. At interrogationem quam Grodecius non legit, auferri postulat sensus Cyrilli, qui, quo tempore hæc a Moyse Josue dicebantur, nondum hunc Spiritus gratia locupletatum supponit, σὺ δὲ οὔπω προφητεύεις. Ἐκδέξαι τὸν καιρόν, sed postea tantum, cum impositionem manum Moysis proxime morituri suscepit. Illud ἄρα in editis post οὔπω positum, ex Coisl. ante collocavimus. Hujus autem contextus paulo obscuri hunc sensum esse suspicamur : Quid doles, Josue, mei prætextu, te, cum alii prophetent, non prophetare ? Nondum advenit tempus quo in omnes effundetur hoc prophetiæ donum, quare tibi grave non sit eo te nunc impartitum non esse. Quamvis autem eo tempore in omnes non effunderetur, multi tamen interim illud acceperunt, unusque ex eis fuit Josue ; sed paulo post ; non tum cum illis LXX datus est Spiritus.

(1) Καὶ ἦλθεν. Melius videtur, quod in codd. Coisl., Roe et Casaub. legitur, τοῦτο κατῆλθεν.

(2) Τοῦτο καὶ ὁ ἀνδρ., etc. In editis et in vers. Grod., loco nominis Job, quod restituimus ex codd. Coisl., Roe et Casaub., habetur Ἰακώβ. Verum librariorum erratum fuit, non de Jacob jam supra locutus est. Præterea epithetum fortissimi, ἀνδρειότατος, Jobo convenientius. Postremo, tempora hic sequitur Cyrillus ; quorum ordinem turbat Jacobi iterata mentio post Josephi et Moysis mentionem. Porro ante hanc de Jobo sententiam, in codd. Roe, et Casaub. habetur hæc phrasis : τούτῳ καὶ ὁ Βεσελεὴλ ἐπλήσθη τῆς σκηνῆς ὁ ἀρχιτέκτων· *Hoc et in-*

pletus est Beseleel tabernaculi architectus. Sed de Beseleele infra Cyrillus ; ut omittam scripturam illum fuisse : τούτου... ἐπλήσθη.

(3) Ἀποσταλέν. Correximus ex codd. Coisl. vitiosam impressorum scripturam, ἀπέσταλεν.

(4) Λυπῶν αὐτό. In editis habetur, αὐτῷ· in Coisl., αὐτόν. Scripsimus, αὐτό, ut postulat syntaxis. Alludit auctor ad illud Ephes. IV, 30 : Μὴ λυπεῖτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

(5) Ὁρῶν. Articulum in textum ascripsimus ex codd. Coisl., Roe, Casaub. et sacro textu, I Reg. IX, 9, in quo legitur, ὁ βλέπων. At in Paralipomenis juxta Ald. et Complut. ed. habetur, Σαμουὴλ ὁ Ὁρῶν, I Paral. IV, 23, et juxta Compl. solam cap. XXIX, 29.

(6) Καὶ ὡς. Hæc legitima scriptura, quam restituimus ex codd. Coisl., Roe, Casaub., Grod. In editis, καθώς, duabus vocibus in unam conflatis. Quem regem hic Cyrillus appellat Ἀσάφ, is in Bibliis est, Ἀσά, *Asa*, tam in Regum quam in Paralipomenon libris. Nihilominus huic regi aliquando nomen Ἀσάφ datum est, verbi gratia in mss. Cantabr. Nov. Test., Matth. cap. I, 7, et Barberino uno, et in ms. veteris Italæ San-Germanensi, num. 15. Sulpic. Sev., lib. I *Sacr. hist.*, eum vocat *Asab* ; Pelag., *in I Cor.* XI, 30, *Asaph*, ut et Latini multi. Post, Ὀζιήλ scripsimus ex codd. Coisl., Roe, Casaub., Grod., loco ὁ Ἰεζεκιήλ, quod in editis obtinebat, et positum forte pro Ἰεζιήλ, quod huic homini nomen in Complut. LXX edit. In Vulgata dicitur Jehaziel. Ante πάλιν sequens, articulum ὁ inutiliter positum, codd. Coisl., Roe Casaub. secuti, eliminavimus. Azarias ille, ita ab LXX Rom. in Paralipomenis nominatus, est Zacharias Joiadæ filius, ut in Vulgata ex Hebræis codicibus appellatur ; qui ab Joaso rege lapidatus est in atrio domus Domini. Porro in ed. Complut. vero Zachariæ nomine appellatur, ut et in Cantabrig. Bibliorum codice. Auctor *Synopsis Scripturæ sacræ* sub nomine sancti Athanasii, illum modo Zachariam, modo Azariam vocat, n. 11, p. 145. Ambo hæc nomina in Paralip. aliquando commutantur. V. lib. II, c. 26, 5 et 20.

nus deducet me in terra recta. Et quemadmodum in Paralipomenis habemus, Spiritu sancto donati sunt Azarias sub rege Asaph [62], et Oziel sub Josaphat [63], et rursus alter Azarias qui lapidatus fuit [64]. Esdras vero ait: « Et Spiritum tuum bonum dedisti, ut «erudires illos [65]. » De Elia vero qui assumptus est, atque Elisæo, Spiritiferis (1) et **260** admirabilium rerum effectoribus, clarum est nobis etiam tacentibus, eos Spiritu sancto plenos exstitisse.

XXIX. Si vero quisquam omnes tum duodecim, tum aliorum prophetarum libros percurrerit, plurima de sancto Spiritu testimonia reperiet. Michæas quidem ex persona Dei ait : « Nisi ego impleverim « fortitudinem in Spiritu Domini [66] ; Joel clamat: Et « erit post hæc, dicit Deus, effundam de Spiritu meo « super omnem carnem [67], etc., et Aggæus ait; Idcirco «quod ego vobiscum sum, dicit Dominus omnipotens, « et Spiritus meus interest in medio vestri [68]. Zacha- «rias similiter: Verumtamen sermones meos et man- « data mea recipite, quæcunque ego præcipio in « Spiritu meo servis meis prophétis [69], et alia.

XXX. Et Isaias ille vocalissimus præco : « Et re- «quiescet super eum Spiritus Dei: spiritus sapientiæ «et intelligentiæ, spiritus consilii et fortitudinis, spi- « ritus scientiæ et pietatis ; et replebit eum spiritus « timoris Dei [70], » significans eum quidem unum et indivisibilem esse, diversas tamen ejus effectiones; et iterum : « Jacob puer meus [71] ; et postea : Dedi « Spiritum meum super illum [72]; [et rursus : Ponam « Spiritum meum] super semen tuum [73]; iterumque: « Et nunc Dominus omnipotens misit me, et Spiritus « ejus [74], rursum : Hoc illis a me testamentum, dixit « Dominus ; Spiritus meus qui est super te [75]; et ite- « rum: Spiritus Domini super me, propterea unxit «me [76],» et quæ sequuntur; et rursum in iis quæ adversum Judæos ait : « Ipsi vero inobsequentes fue- « runt, et irritaverunt Spiritum sanctum ejus [77] ; et: «Ubi est qui posuit in eis Spiritum sanctum [78] ?» Habes et in Ezechiele (si tamen in audiendo jam

Παραλειπομένοις ἔχομεν, ἁγίου Πνεύματος μετέσχον, Ἀζαρίας μὲν ἐπὶ τοῦ Ἀσὰρ βασιλέως, καὶ Ὀζιὴλ ἐπὶ Ἰωσαφὰτ βασιλέως, καὶ πάλιν ἄλλος Ἀζαρίας, ὁ λιθασθείς. Ὁ δὲ Ἐσδρᾶς φησι· Καὶ τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἀγαθὸν ἔδωκας, συνετίσαι αὐτούς. Περὶ δὲ Ἠλία τοῦ ἀναληφθέντος, καὶ Ἐλισσαίου, τῶν Πνευματοφόρων καὶ θαυματοποιῶν, φανερὸν κἂν μὴ λέγωμεν, ὅτι πλήρεις ἦσαν ἁγίου Πνεύματος.

ΚΘ'. Εἰ δὲ (2) καὶ πάσας τις διέλθῃ, τάς τε τῶν δώδεκα, καὶ τῶν λοιπῶν προφητῶν τὰς βίβλους, πολλὰς τὰς περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος μαρτυρίας εὑρήσει. Μιχαίου μὲν λέγοντος ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ· Ἐὰν μὴ ἐγὼ ἐμπλήσω ἰσχὺν ἐν Πνεύματι Κυρίου· τοῦ δὲ Ἰωὴλ βοῶντος· Καὶ ἔσται μετὰ ταῦτα, λέγει ὁ Θεὸς, ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ Ἀγγαίου φάσκοντος· Διότι (3) ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ τὸ Πνεῦμά μου ἐφέστηκεν ἐν μέσῳ ὑμῶν· Ζαχαρίου δὲ ὁμοίως· Πλὴν τοὺς λόγους μου καὶ τὰ νόμιμά μου δέχεσθε, ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαι ἐν Πνεύματί μου, τοῖς δούλοις μου τοῖς προφήταις, καὶ ἕτερα.

Λ'. Καὶ Ἡσαΐας ὁ μεγαλοφωνότατός φησι· Καὶ ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας· καὶ ἐμπλήσει αὐτὸν πνεῦμα φόβου Θεοῦ· δηλῶν μὲν ἓν εἶναι τοῦτο καὶ ἀδιαίρετον, διαφόρους δὲ αὐτοῦ ἐνεργίας· καὶ πάλιν· Ἰακὼβ ὁ παῖς μου· καὶ ἑξῆς· Ἔδωκα τὸ Πνεῦμά μου (4) ἐπ' αὐτόν. [καὶ πάλιν· Ἐπιθήσω τὸ Πνεῦμά μου] ἐπὶ τὸ σπέρμα σου· καὶ πάλιν· Καὶ νῦν Κύριος παντοκράτωρ ἀπέσταλκέ με, καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ· καὶ πάλιν· Αὕτη αὐτοῖς ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη, εἶπε Κύριος· Τὸ Πνεῦμά τὸ ἐμόν ὅ ἐστιν ἐπὶ σοί· καὶ πάλιν· Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, καὶ τὰ ἑξῆς (5)· καὶ πάλιν ἐν τοῖς κατὰ Ἰουδαίων· Αὐτοὶ δὲ ἠπείθησαν, καὶ παρώξυναν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον αὐτοῦ· καὶ, Ποῦ ἔστιν ὁ θεὶς ἐν αὐτοῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; Ἔχεις καὶ ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ (εἰ λοιπὸν

[62] II Par. xv, 1. [63] II Par. xx, 14. [64] II Par. xxiv, 20, 21. [65] II Esd. ix, 20. [66] Mich. iii, 8. [67] Joel ii, 28. [68] Agg. ii, 5, 6. [69] Zach. i, 6, sec. LXX. [70] Isa. xi, 2, 3. [71] Isa. xlii, 1. [72] ibid. [73] Isa. xliv, 3. [74] Isa. xlviii, 16. [75] Isa. lix, 21. [76] Isa. lxi, 1. [77] Isa. lxiii, 10. [78] ibid. 11.

(1) *Spiritiferis*, Πνευματοφόρων. Vox hæc in malam partem in Scripturis sumpta, nec aliis quam falsis prophetis alieno spiritu impulsis tributa, Osee ix, 7, Sophon. iii, 4, ab ecclesiasticis auctoribus ad sanctos homines translata est.

(2) Εἰ δέ, etc. In hoc contextu, voces δώδεκα καὶ τῶν, ex cod. Coisl. adjecimus. Verbum δώδεκα agnoscit Grodecius, sed τῶν λοιπῶν non videtur legisse. In cod. Coisl., loco προφητῶν τάς, est προφητικάς. Ordo autem quem hic sequimur, ut prius Cyrillus duodecim minores prophetas, deinde majores nominet, conformis est tum recensioni ab ipso in sequentibus institutæ, tum seriei librorum sacrorum, quam cat. 4, num. 35, in illis numerandis sequitur.

(3) Διότι. Ita emendavi ex cod. Coisl. et sacro textu, nam est in impressis, διό τοι.

(4) Ἔδωκα τὸ Πνεῦμά μου, etc. In impressis est καὶ ante ἔδωκα, quod cum absit a codice sacro, et in codd. Coisl., Roe, Casaub. et Grod., prætermittatur, erasimus. Verba, ἐπ' αὐτόν, addidimus ex cod. Coisl. et Grod., verba vero, καὶ πάλιν, Ἐπιθήσω τὸ Πνεῦμά μου, ex sola Grodecianæ translationis auctoritate. In cod. Coisl. deest integra sententia, καὶ πάλιν, Ἐπιθήσω, etc. Voces, Καὶ νῦν Κύριος, et sequentes, usque ad αὕτη excl., restauravimus ex cod. Coisl., Roe, Casaub. et Grod. : quarum loco habentur tantum istæ in editis absque ullo sensu, καὶ Κύριος παντοκράτωρ, αὕτη, etc. Notandum vero deesse in editis, codd. Roe et Casaub. particulam νῦν, quæ tamen est sacri textus. In testimonio sequenti, voces τὸ ἐμὸν ὅ, ex iisd. codicibus Coisl., Roe, Casaub., Grod. et sacro textu scripsimus, pro iis quæ in impressis habentur, μοῦ μόνον.

(5) Καὶ τὰ ἑξῆς. Pro his verbis ascribuntur in cod. Coisl. sequentia prophetæ verba, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, *evangelizantum pauperibus misit me.*

ἀκούων μὴ κέκμηκας) τὸ ἤδη ῥηθέν· Καὶ ἔπεσεν (1) ἐπ' ἐμὲ Πνεῦμα, καὶ εἶπε πρός μέ· Λέγε· Τάδε λέγει Κύριος. Τὸ δὲ, ἔπεσεν ἐπ' ἐμὲ, καλῶς ἐκληπτέον, ὅτι φιλοστόργως· καὶ ὥσπερ ὁ Ἰακὼβ εὑρὼν τὸν Ἰωσὴφ, ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ· καὶ ὥσπερ ἐν Εὐαγγελίοις ὁ φιλόστοργος (2) πατὴρ, τὸν ἐκ τῆς ἀποδημίας ἐπανελθόντα υἱὸν ἰδὼν ἐσπλαγχνίσθη, καὶ δραμὼν ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ κατεφίλησεν αὐτόν· καὶ πάλιν ἐν τῷ Ἰεζεκιήλ· Καὶ ἤγαγέ με εἰς γῆν Χαλδαίων εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν, ἐν ὁράσει ἐν Πνεύματι Θεοῦ. Καὶ γὰρ (3) ἄλλα πρότερον ἐν τοῖς Περὶ βαπτίσματος ἠκούσας· Καὶ ῥανῶ ἐφ' ὑμᾶς ὕδωρ καθαρὸν, καὶ τὰ ἑξῆς· Καὶ δώσω ὑμῖν καρδίαν καινὴν, καὶ πνεῦμα καινὸν δώσω ἐν ὑμῖν· καὶ εὐθύς· Καὶ τὸ Πνεῦμά μου δώσω ἐν ὑμῖν· καὶ πάλιν· Καὶ ἐγένετο ἐπ' ἐμὲ χεὶρ Κυρίου, καὶ ἐξήγαγέ με ἐν Πνεύματι Κυρίου.

ΛΑ'. Τοῦτο ἐσόφισε τὴν ψυχὴν τοῦ Δανιὴλ, ἵνα γένηται δικαστὴς πρεσβυτέρων ὁ νέος. Κατεκρίθη Σουσάννα ἡ σώφρων ὡς ἀκόλαστος. Ἔκδικος οὐκ ἦν· τίς γὰρ ἐξηρεῖτο ἀπὸ τῶν ἀρχόντων; Ἀπήγετο ἐπὶ (4) θάνατον, εἰς χεῖρας ἦν λοιπὸν τῶν δημίων. Ἀλλ' ὁ βοηθὸς παρῆν, ὁ Παράκλητος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἁγιάζον πᾶσαν νοητὴν φύσιν. Δεῦρο δή μοι, φησὶ τῷ Δανιὴλ, ὁ νέος, ἔλεγξον πρεσβύτας νοσήσαντας τὰ νεότητος ἁμαρτήματα· γέγραπται γάρ· Ἐξήγειρεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ παιδαρίου (5) νεωτέρου. Καὶ ὅμως ἵνα συντόμως παρέλθωμεν, διὰ τῆς ἀποφάσεως τοῦ Δανιὴλ ἐσώθη ἡ σώφρων. Μαρτυρίας ἕνεκεν ταῦτα παραφέρομεν (6)· οὐ γὰρ ἐξηγήσεως ὁ καιρός. Ἴδει καὶ Ναβουχοδονόσορ, ὅτι ἔστιν ἐν τῷ Δανιὴλ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· φησὶ γὰρ πρὸς αὐτόν· Βαλτάσαρ ὁ ἄρχων τῶν ἐπαοιδῶν, τοῦτο ἐγὼ (7) ἔγνων, ὅτι Πνεῦμα Θεοῦ ἅγιον ἐν σοί. Ἓν ἀληθὲς εἶπε, καὶ ἓν ψεῦδος. Ὅτι μὲν γὰρ ἔσχε Πνεῦμα ἅγιον, ἀληθὲς ἦν· οὐκ ἦν δὲ ἄρχων τῶν ἐπαοιδῶν· οὐ γὰρ ἦν μάγος, ἀλλ' ἐκ Πνεύματος σοφός. Καὶ πρὸ τούτου

delassatus non es), id quod jam commemoratum est [79]: *Et cecidit super me Spiritus, et dicit ad me: Dic: Hæc ait Dominus* [80]. Illud vero, *cecidit super me*, recte est intelligendum, nimirum ut charitatem et clementiam designes; ac quemadmodum Jacob reperto Josepho *cecidit super collum ejus* [81]; et sicut in Evangeliis amantissimus ille pater, filium ex peregrinatione reversum «cernens, miseri« cordia motus est, et currens cecidit super collum «ipsius, et osculatus est eum [82]; » rursumque in Ezechiele: « Et adduxit me in terra Chaldæorum ad ca« ptivos, in visione in Spiritu Dei [83]. » Nam et alia prius, in his quæ de baptismate disseruimus [84], audisti « Et aspergam super vos aquam mundam, « etc. Et dabo vobis cor novum, et spiritum novum « dabo in vobis [85]; **261** moxque: Et Spiritum meum « dabo in vobis [86]; et iterum: Et facta est super me « manus Domini, et eduxit me in Spiritu Domini [87].

XXXI. Idem sapientem effecit Danielis animam, ut seniorum judex esset adolescens. Damnata fuerat casta Susanna tanquam impudica; vindex nullus: quis enim eam a principibus eripuisset? Ad mortem ducebatur, in manibus lictorum jam erat [88]. Verum astitit auxiliator, Paracletus; Spiritus qui omnem intelligentem naturam sanctificat. Huc ades, ait Danieli: juvenis, seniores argue juvenilium peccatorum labe infectos; scriptum est enim: « Suscitavit Deus Spiritum sanctum in puero juven«culo [89]. » Atque ut compendio percurramus, per Danielis sententiam pudica illa servata est. Testimonii causa hæc [verbo indicata] perstringimus; non enim hoc expositionis tempus. Agnovit et Nabuchodonosor esse in Daniele Spiritum sanctum: ait enim ad eum: « Baltasar incantatorum princeps, «hoc ego cognovi quod Spiritus Dei sanctus in te sit [90]. » Unum verum dixit, alterum falsum. Quod enim Spiritum sanctum haberet, verum erat; non autem erat princeps incantatorum; magus namque non

[78] *Sup. num.* 14. [79] Ezech. XI, 5. [80] Gen. XLVI, 29. [82] Luc. XV, 20. [83] Ezech. XI, 24. [84] *Supr, cat.* 3, *n.* 16 : *et cat.* 1, *n.* 1. [85] Ezech, XXXVI, 25, 26. [86] ibid. 27. [87] Ezech. XXXVII, 1. [88] Dan. XIII, 41-45. [89] ibid. 45. [90] Dan. IV, 6.

(1) Καὶ ἔπεσεν. Coisl. καὶ ἐγένετο, ut supra legebat Cyrillus, num. 14. Supplenda est post Πνεῦμα vox Κυρίου.

(2) Ὁ φιλόστοργος. Articulum ὁ adjecimus ex codd. Coisl., Roe, Casaub., Grod.

(3) Καὶ γάρ. Coisl., Τὰ γάρ, etc. Paulo post, ante ἑξῆς, addidimus τά, ex cod. memorato, ex eodemque post δώσω ὑμῖν, verba, καρδίαν καινήν, etc., usque ad ἐν ὑμῖν inclus., quæ propter vocis hujus repetitionem excidisse remur.

(4) Ἀπήγετο ἐπί, etc. Roe et Casaub., ἀπήγετο τὴν ἐπὶ θάν. Inferius, ante τὸ ἁγιάζον, additur in Coisl., τὸ ἅγιον, *Spiritus sanctus, qui sanctificat*, etc. Paulo post, vocem νοσήσαντας ex cod. Coisl. adjeci. Observes historiam Susannæ, in exemplaribus Cyrilli reliquæ Danielis prophetiæ præfixam fuisse, ut habetur in ed. Rom. LXX, in *Synopsi* Athanasiana, et aliis monumentis.

(5) Ἐπὶ παιδαρίου. Omittitur præpositio ἐπί in codd. Coisl. et Grod., sicut abest a sacro textu.

(6) Παραφέρομεν. Roe et Casaub., περιφέρομεν, male. Vide cat. 18, n. 16, init. Mox, vocem Ἴδει adjeci ex Coisl. : at Grod. et codd. Roe et Casaub. habent verbum ἔγνω, quod post Ναβουχοδονόσορ, ascriptum habent codices præfati.

(7) Τοῦτο ἐγώ, etc. Ante τοῦτο habetur in editis ἔφη, quod hic importune repetitum sustulimus auctoritate codd. Coisl., Roe, Casaub., Ottob. et sacro textu. Abest quoque ab iisdem codd. vox τοῦτο, cujus loco relativum ὅν scriptum exhibent, hoc sensu: *Ballasar... quem ego cognovi*, etc. : in utroque sunt sacris codicibus conformes. Post vocem ψεῦδος, in editis habetur, κακόν. Altera harum vocum redundat; cod. Roe primam omittit; Coisl. et Grod. quos secuti sumus, secundam. Post ἀληθές, sequens scripsimus ἦν, loco ἔστιν, ex codd. Coisl., Roe, Casaub., Grod. : at verba sequentia paulo aliter leguntur in Coisl., ὅτι δὲ οὐκ ἦν ἄρχων τῶν ἐπαοιδῶν, ἐψεύσατο, *quia vero incantatorum princeps non erat, mentitus est.* Deinde, loco σοφός, quod scripsimus ex Roe, Casaub, et Grod., editi habebant σοφίας.

erat, sed ex Spiritu sapiens. Et antea[91] quidem explicuerat illi visionem imaginis, quam ipse qui viderat,nesciebat. Dic enim,inquit,mihi visionem, quam ego qui vidi, nescio. Vides sancti Spiritus potestatem ; quod ipsi qui videre nesciunt, ii qui non videre noverunt et interpretantur.

XXXII. Ac proclive esset bene multa ex Veteri Testamento colligere testimonia, et quæ ad Spiritum sanctum pertinent planius explicare ; verum parum temporis superest, et consulendum est ut vobis audiendi sit modus. Quapropter his quæ ex Veteri Instrumento adduximus impræsentiarum contenti, ad eam quæ superest ex Novo tractationem, si Deus faverit,in subsequenti Catechesi iterum accedemus. Deus autem pacis, per Dominum nostrum Jesum Christum, et per charitatem Spiritus [92], vos omnes spiritualibus et cœlestibus dignetur bonis. Cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

δὲ, συνέκρινεν αὐτῷ (1) τὴν ὅρασιν τῆς εἰκόνος, ἣν αὐτὸς ὁ ἰδὼν οὐκ ᾔδει. Εἰπὲ γάρ μοι, φησὶ, τὴν ὅρασιν, ἣν ἐγὼ ὁ ἰδὼν οὐκ οἶδα. Βλέπεις ἁγίου Πνεύματος δύναμιν· ὃ οἱ ἰδόντες οὐκ οἴδασιν, οἱ μὴ ἰδόντες γινώσκουσι καὶ ἑρμηνεύουσι.

ΛΒ'. Καὶ ἐνῆν μὲν ἀληθῶς πάμπολλα ἐκ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης ἀναλέξαι, καὶ πλατύτερον διηγήσασθαι τὰ περὶ ἁγίου Πνεύματος· ἀλλ' ὀλίγος ὁ καιρός· δεῖ δὲ φείδεσθαι καὶ τοῦ συμμέτρου τῆς ἀκροάσεως. Ὅθεν τοῖς ἐκ τῆς Παλαιᾶς πρὸς τὸ παρὸν τέως ἀρκεσθέντες, ἐπὶ τὰ λείποντα ἐκ τῆς Καινῆς Διαθήκης, εἰ ὁ Θεὸς θέλοι, τῇ ἑξῆς Κατηχήσει πάλιν ἐλευσόμεθα. Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος, πάντας ὑμᾶς (2) τῶν πνευματικῶν καὶ ἐπουρανίων καταξιώσειε δωρεῶν. ὯΙ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

—

262 *ADDITAMENTUM AD HANC CATECHESIM.*

« Sub finem num. 3 post verba. καὶ ἐπιδεῖξαν αὐτόν, in codice Coisliniano reperimus hæc, quæ hoc in « loco repræsentamus.Codicis menda num. 1 correximus ex Greg. Nyss., numeri vero 2 ex conjectura.»

—

I. Sed quemadmodum cum Dei Verbum audivimus, non rem substantia carentem Verbum existimavimus, neque ex disciplina inditam, neque postquam prolatum fuit,sui dissolutione vanescens; neque ullis aliis qui nostro sermone observantur, defectibus subjacens, verum substantialiter subsistens, eligendi vi præditum atque omnipotens : sic et Spiritum Dei cum didicimus, qui Verbo conjungitur, ejusque operationem manifestam facit, non flatum anhelitus intelligimus (ita enim ad humillimum statum dejiceretur divinæ potentiæ magnitudo, si ad nostri similitudinem Spiritus qui in ipsa est conciperetur), sed potestatem substantialem, quæ per seipsam in propria hypostasi conspicitur : quæ neque a Deo, in quo est; neque a Verbo Dei, cui comes adhærescit, separari potest ; neque, ita ut esse desinat, diffunditur. Verum ad Dei Verbi similitudinem, solida præditam hypostasi, proprio donatam arbitrio, sua se vi moventem, operatricem, semper id quod bonum est eligentem ; quæque ad omne quodcunque intendit, concurrentem habet et parem cum voluntate potestatem.

Α'. Ἀλλ' ὥσπερ Θεοῦ Λόγον ἀκούσαντες, οὐκ ἀνυπόστατον τὸ (3) πρᾶγμα τὸν Λόγον ᾠήθημεν, οὔτε ἐκ μαθήσεως ἐγγινόμενον, οὔτε μετὰ τὸ προσενεχθῆναι διαλυόμενον, ἀλλ' οὐδέ τι πάσχοντα τοιοῦτον, οἷα περὶ τὸν ἡμέτερον λόγον θεωρεῖται πάθη, ἀλλ' οὐσιωδῶς ὑφεστῶτα, προαιρετικόν τε καὶ παντοδύναμον· οὕτως καὶ Πνεῦμα μεμαθήκότες Θεοῦ, τὸ συμπαρομαρτοῦν τῷ Λόγῳ, φανερὸν αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν· οὐ πνοὴν ἀσθματος (4) ἐννοοῦμεν (ἦ γὰρ ἂν καθαιροῖτο πρὸς ταπεινότητα τὸ μεγαλεῖον τῆς θείας δυνάμεως, εἰ καθ' ὁμοιότητα τοῦ ἡμετέρου καὶ τὸ ἐν αὐτῇ (5) Πνεῦμα ὑπονοοῖτο), ἀλλὰ δύναμιν οὐσιώδη, αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς ἐν ἰδιαζούσῃ ὑποστάσει θεωρουμένην· οὔτε χωρίσθῆναι τοῦ Θεοῦ ἐν ᾧ ἐστιν, ἢ Λόγου τοῦ Θεοῦ ᾧ παρομαρτεῖ, δυναμένην· οὔτε εἰς τὸ ἀνύπαρκτον ἀναχεομένην· ἀλλὰ καθ' ὁμοιότητα τοῦ Θεοῦ Λόγου καθ' ὑπόστασιν οὖσαν, προαιρετικὴν, αὐτοκίνητον, ἐνεργὸν, πάντοτε τὸ ἀγαθὸν προαιρουμένην, καὶ πρὸς πᾶσαν πρόθεσιν σύνδρομον ἔχουσαν τῇ βουλήσει τὴν δύναμιν.

[91] Dan. II, 31 sqq. [92] Rom. XV, 30.

(1) Συνέκρινεν αὐτῷ. Editi, αὐτοῦ· scribere maluimus, αὐτῷ, ex codd. Roe, Casaub. et Grod. Vide similem phrasim cat. 12, n. 18. Post, ante ἰδών, hic et lin. seq., articulum ὁ ex cod.Coisl.adjecimus, apud quem tamen ἰδώς pro ἰδών legitur. Similiter, ante ἰδόντες, adjecimus οἱ ex Coisl., Roe et Casaub., sed relativum ὅ præcedens non agnoscunt Coisl. et Grod. Coislinianus etiam addit καί, ante οἱ μὴ ἰδόντες, ut sensus sit : « Videntes non « vident : et qui non viderunt cognoscunt, » etc.

(2) Πάντας ὑμᾶς. Coisl., πάντας ἡμᾶς, *nos omnes.*

(3) Τό. Fortasse legendum τι. Edit.

(4) Ἀσθματος. Coisl., ἀσώματον. Damasc., ἀνυπόστατον.

(5) Ἐν αὐτῇ. Nyss., ἐν αὐτῷ.

Β'. Ἔστι γὰρ Πνεῦμα Θεοῦ ἀγαθόν. Φησὶν ὁ Δαβίδ. Καὶ τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἀγαθὸν ὁδηγήσει με ἐν γῇ εὐθείᾳ. Τοῦτο οὖν ἐστι τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, εἰς ὃ πιστεύομεν· τὸ Πνεῦμα τὸ μακάριον, τὸ ἀίδιον, τὸ ἄτρεπτον, τὸ ἀναλλοίωτον, τὸ ἀνέκφραστον· τὸ κυριεῦον καὶ βασιλεῦον πάσης τῆς γεννητικῆς οὐσίας, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων φύσεων· τὸ δεσπόζον ἀγγέλων τε καὶ ἀρχαγγέλων, ἐξουσιῶν, ἀρχῶν, κυριοτήτων, θρόνων· τὸ δημιουργὸν πάσης οὐσίας, τὸ συνθρονον τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ δόξης· τὸ βασιλεῦον ἀνάρχως καὶ ἀτελευτήτως ἅρα Πατρὶ καὶ Υἱῷ, παρόντων (1) τῶν γεννητῶν ὑποστάσεων· τὸ ἁγίαζον τὰ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν· τὸ καταβὰν ἐπὶ τὴν ἁγίαν καὶ μακαρίαν Παρθένον Μαριὰμ, ἐξ ἧς ἐγεννηθη ὁ Χριστὸς κατὰ σάρκα, καὶ ἐπ' αὐτὸν τὸν Κύριον σωματικῷ εἴδει περιστερᾶς ἐν Ἰορδάνῃ ποταμῷ· τὸ γενόμενον ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους ἐν ἡμέρα Πεντηκοστῆς ἐν εἴδει πυρίνων γλωσσῶν· τὸ δοτικὸν καὶ παρεκτικὸν πάντων τῶν ἐν Ἐκκλησίᾳ πνευματικῶν χαρισμάτων· τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον· τὸ ἐκ (2) θεότητος Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ὑπάρχον· τὸ ὁμοούσιον Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ὑπάρχωριστόν τε καὶ ἀδιαίρετον. Μηδείς, κ. τ. ἑ.

II. Est enim Spiritus Dei bonus; ait David. *Et Spiritus tuus bonus deducet me in terra recta*[93]. Hic est igitur Spiritus Dei, in quem credimus. Spiritus beatus, æternus, immuatabilis, inalterabilis, ineffabilis. Qui dominatur et regnat in omnem conditam substantiam, cum visibiles tum invisibiles naturas. Qui angelorum, et archangelorum Dominus est, potestatum, principatuum, dominationum, et thronorum : omnia substantiæ conditor : Patris et Filii gloriæ eadem in sede particeps· Qui sine principio et fine una cum Patre et Filio regnat, præsentibus generatis substantiis. Qui sanctificat administratorios spiritus, in ministerium missos propter eos qui salutis hæreditatem consecuturi sunt[94]. Qui illapsus est in sanctam ac beatam Virginem Mariam[95], ex qua Christus secundum carnem natus est : et in ipsum Dominum corporali specie columbæ in Jordane flumine[96]. Qui advenit in apostolos die Pentecostes, sub ignitarum linguarum specie[97]. Qui dator et exhibitor est omnium in Ecclesia spiritualium donorum[98]. Qui ex Patre procedit[99] : qui ex divinitate Patris et Filii exsistit : qui Patri et Filio **263** consubstantialis, indivulsus et inseparabilis exstat. Nullus, etc.

[93] Psal. CXLII, 10. [94] Hebr. I, 14. [95] Luc. I, 35 ; Matth. I, 16. [96] Luc. III, 22. [97] Act. II, 3. [98] I Cor. XII, 4. [99] Joan. XV, 26.

(1) Παρόντων. Legendum forte, παριουσῶν, *transeuntibus*.

(2) Τὸ ἐκ. Hæc verba usque ad ὁμοούσιον excl. citantur Latine sub Cyrilli nostri nomine a sancto Thoma. opusc. I *contra Græcos*, tom. XVII, pag. 7, col. 1.

Tota hæc mantissa duabus constat partibas. Prima, quæ numero primo constat, est fragmentum sancti Gregorii Nysseni, ex ejus catechetica oratione cap. 2, *pag.* 48, *tom.* III *desumptum ; quæ etiam verba transtulit sanctus Joannes Damascenus in suum* De orthodoxa fide *quartum librum, cap.* 7 ; *et auctor libri* De sacrosancta Trinitate *sub nomine sancti Cyrilli Alexandrini, cap.* 6, *pag.* 6, *tom,* VI *operum sancti Patris ; et Elias Cretensis in primam Greg. Naz. orat. not.* 72 ; *et in* XXIII, *not* 32. *Altera, cujus sit auctoris reperire non potuimus. Nemo Cyrilli nostri dixerit esse, quamvis doctrinam contineat ipsi plane consentaneam ; sed hæc omnia in utraque sua catechesi diffusius explanat. Antiqua sane sunt hæc, et undecimo sæculo, quæ Coislimiani codicis ætas est, indubitate vetustiora ; quare observatu dignum in Latinorum adversus Græcos de processione sancti Spiritus disputatione, quod hic docetur, et a sancto Thoma in testimonium adducitur.* Spiritum sanctum ex Patris et Filii divinitate existere. *Mihi vero hæc nan recentiorem, sed vetustiorem Græcorum theologiam omnino sapere videntur : et Græcorum contra Latinos disputationibus antiquiora.*

CATECHESIS DECIMA SEPTIMA.

DE SPIRITU SANCTO II.

PRÆLOQUIUM.

I. *Benefica Spiritus sancti in humanum genus opera ex Scripturis dicere orsus in superiore catichesi* (1.) *sola Veteris Testamenti ea de re testimonia propter temporis angustiam recitare compulsus, in hac, quæ Novum Testamentum de Spiritu sancto testimonia suppeditat, exsequitur.*

II. *In primis monet* (n. 1, 2), *ne ob divisionem catecheseon dividi putent Spiritum sanctum ; sed unum licet diversis nominibus, quæ hic brevi percurrit, appellatam, et solido hypostasi præditum certo sciant* (n. 4, 5). *Tum ejusdem operationes memorat in Maria Matre Domini, quam sanctificavit ut Creatorem conciperet, in Elizabeth, Zacharia, et Joanne utriusque filio* (n. 6, 7, 8). *Dehinc, mysticis non nullis de Spiritus sancti in Christum baptismi tempore illapsu, dictis, varias recitat Salvatoris de Spiritu sancto sententias* (n. 9, 10, 11). *Hunc apostolis a Christo per insufflationem mysterii non exper-*

tem, statim a resurrectione, sed imperfecte, datum (n. 12). *postea uberius in die Pentecostes effusum memorat, atque hujus adventus partes et circumstantias omnes, sacri scriptoris in Actibus apostolorum ea de re verba percurrens, brevi expositione interpretatur* (n. 13, 14, etc.). *Tum, commonitionis tantum gratia, quoniam tempore deficiebatur, quæcunque in Actibus apostolorum de sancti Spiritus miris per apostolos, diaconos septem, et Paulum apostolum, effectibus scripta sunt, raptim decurrit* (n. 20, etc.); *ac commendata, quam in antecedentibus catechesibus explanavit, sanctæ Trinitatis fide, per aptam et necessariam illo tempore exhortationem, ad gratiam baptismi et dona Spiritus sancti digne suscipienda, catechesi finem imponit* (n. 34).

XII. Hujus sancti Spiritus communicationem apostolis impertivit;scriptum namque est: « Et cum «hoc dixisset, insufflavit,et dicit eis: Accipite Spiri- «tum sanctum:Quorumcunque remiseritis peccata, «remittuntur eis;quorumcunque retinueritis,reten- «ta sunt [73]. » Altera hæc insufflatio est, quoniam prior[74]voluntariis **271** peccatis obscurata fuerat; ut impleretur quod est scriptum: « Ascendit sufflans in «faciem tuam, liberans te ab afflictione[75]. » Illud autem,*ascendit*,undenam scilicet? Ex inferno. Sic enim narrat Evangelium, quod post resurrectionem tunc insufflavit. [76] Verum dat equidem hoc tempore gratiam: adjiciet vero auctuarium abundantius, aitque

C ΙΒ'. Τούτου τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν κοινωνίαν ἐχαρίσατο τοῖς ἀποστόλοις· γέγραπται γάρ· Καὶ τοῦτο εἰπὼν ἐνεφύσησε, καὶ λέγει αὐτοῖς· Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον· Ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· ἂν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται. Δεύτερον ἐμφύσημα τοῦτο, ἐπειδὴ τὸ πρῶτον ἠμαυρώθη διὰ τὰς ἐκουσίους ἁμαρτίας)4)· ἵνα πληρωθῇ τὸ γεγραμμένον. Ἀνέβη ἐμφυσῶν εἰς τὸ πρόσωπόν σου, καὶ ἐξαιρούμενός σε ἐκ θλίψεως. Τὸ δὲ, Ἀνέβη, πόθεν ; Ἐκ τοῦ ᾅδου· οὕτω γὰρ διηγήσατο τὸ Εὐαγγέλιον, ὅτι μετὰ τὴν ἀνάστασιν, τότε ἐνεφύσησεν. Ἀλλὰ δίδωσι μὲν νῦν τὴν χάριν, ἐπιδαψιλεύεται δὲ ἐπὶ πλεῖον· καί φησι πρὸς αὐτούς· Ἔτι-

[67] Matth. XII, 28, 31, 32. [68] Joan. XIV, 16, 17. [69] ibid. 25, 26. [70] Joan. XV, 26. [71] Joan. XVI, 7, 8. [72] ibid. 12-15. [73] Joan. XX, 22. [74] Gen. II, 7. [75] Nahum II, 1. [76] *Vid. cat.* 16, *n.* 26.

apud veteres interpretatio est. Ita Naz. orat. XXXIX, pag. 634 : Victor Antiochenus *in cap.* I *Marci*, vers. 9 ; Severus Antiochenus *in Joan.* cap. XIX,17, in Catena Corderii. Origenes hom. 2 *in Genesim* eadem de omnibus animalibus in arca Noe inclusis, omnium hominum in Ecclesiam Christi ingredientium figuram gestantibus affirmat ; quæ deinde ab omnibus interpretibus repetita sunt.

(1) Μεθ' ὑμῶν ᾖ. In sacro textu, μένῃ μεθ' ὑμῶν, ut etiam legit Cyrillus sup., num. 4.

(2) Ἐν τῷ ὀνόματί μου. Ad hæc verba notavit scholiastes in margine cod. Roe : Πέμπει ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς τὸ ἅγιον Πνεῦμα· *Mittit Pater et Filius Spiritum sanctum.* Vera hæc quidem, sed satis inutite scholium.

(3) Διηγήσεται, etc. Aliter cod. Coisl., ὁδηγήσει ὑμᾶς ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν. Post λαλήσει intrusum est in editis, καὶ πάλιν, quod cum continuatam evangelici loci hic allegati seriem importune interrumpat, suffragantibus codd. Ottob., Coisl., Roe et Casaub. expunximus.

(4) Διὰ τὰς ἐκουσίους ἁμαρτίας. Coisl., διὰ τὰς ἡμετέρας ἀσθενείας, *propter nostras infirmitates.* Nota Cyrillum de Spiritus sancti gratia intelligere primam illam Adami insufflationem, qua similitudo Dei in anima impressa est. Vid. cat. 14, num. 10. Ea multorum Patrum sententia fuit, ita ut Philastrius hæresim L constituat ex iis qui contraria sentiunt. In sequenti prophetæ testimonio, particulam καί ante ἐξαιρούμενος positam, quæ tam a codd. Coisl., Roe, Casaub. et Grod. quam a sacro textu abest, expunximus.

μος μέν εἰμι τοῦ δοῦναι καὶ νῦν, οὔπω δὲ τὸ ἀγγεῖον χωρεῖ. Τέως μὲν οὖν λάβετε τὴν χάριν ὅσην χωρεῖτε (1)· ἐκδέχεσθε δὲ καὶ πλείονα. Ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλήμ, ἕως ἂν ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους. Νῦν λάβετε μερικῶς· τότε φορέσετε αὐτοτελῶς. Ὁ μὲν γὰρ δεχόμενος, πολλάκις μερικῶς ἔχει τὸ διδόμενον (2)· ὁ δὲ ἐνδυόμενος, ὑπὸ τῆς στολῆς πανταχόθεν περιέχεται. Μὴ φοβηθῆτε, φησίν, ὅπλα διαβόλου καὶ βέλη· φορέσετε γὰρ δύναμιν Πνεύματος ἁγίου (μνημονεύετε δὲ τῶν ἀρτίως εἰρημένων, ὅτι Πνεῦμα οὐ μεμέρισται, ἀλλ' ἡ δι' αὐτοῦ χάρις).

A

ad illos : Paratus quidem sum nunc quoque vobis dare : sed nondum vas capere potest ; hactenus igitur accipite gratiam quantam capitis ; ampliorem vero exspectate, «Vos autem sedete in civitate Hieru«salem, donec induamini virtutem ex alto [77]. » Nunc «accipite» ex parte; tunc integre, et in totum feretis. Nam is qui «accipit» persæpe hebet ex parte id quod datur ; qui vero induitur, a stola undique cîrcumtegitur. Ne metuatis, inquit, arma diaboli et jacula ; feretis enim virtutem Spiritus sancti (memores vero estote eorum quæ non ita pridem dicebamus [78], quod Spiritus sanctus non dividitur, sed tantum gratia per eum collata).

ΙΓ'. Ἀνῆλθε τοίνυν ὁ Ἰησοῦς εἰς οὐρανοὺς καὶ τὴν ἐπαγγελίαν ἐπλήρωσεν· εἶπε γὰρ πρὸς αὐτούς· Ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν. Ἐκαθέζοντο ἐκδεχομενοι τὴν παρουσίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος· Καὶ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς, ἐνταῦθα (3), ἐν ταύτῃ τῇ πόλει Ἱερουσαλήμ· ἡμέτερον γὰρ καὶ τοῦτο τὸ ἀξίωμα καὶ λαλοῦμεν, οὐ περὶ τῶν παρ' ἑτέροις γεγενημένων ἀγαθῶν, ἀλλὰ τῶν παρ' ἡμῖν κεχαρισμένων. Τῆς Πεντηκοστῆς οὖν οὔσης, ἐκαθέζοντο καὶ κατήρχετο ὁ Παράκλητος ἐξ οὐρανοῦ. Ὁ φρουρὸς καὶ ἁγιοποιὸς τῆς Ἐκκλησίας, ὁ διοικητὴς τῶν ψυχῶν, ὁ κυβερνήτης τῶν χειμαζομένων, ὁ φωταγωγὸς τῶν πεπλανημένων, καὶ ἀθλοθέτης τῶν ἀγωνιζομένων, καὶ στεφανωτὴς τῶν νενικηκότων.

B

XIII. Ascendit igitur Jesus in cœlos, et promissum implevit ; dixerat enim ad illos : « Ego rogabo «Patrem, et alium Paracletum dabit vobis. [79]» Sedebant exspectantes sancti Spiritus adventum: «Cum«que complerentur dies Pentecostes [80]» hic, in civitate ista Hierusalem (nostra enim est hæc quæque prærogativa : loquimurque non de his quæ apud alios contigerunt, sed de concessis apud nos bonis) ; [81] Pentecoste igitur cum esset, sedebant; et advenit e cœlo Paracletus: custos et sanctificator Ecclesiæ, animarum moderator, eorum qui fluctibus et tempestate jactantur gubernator; errantium collustrator, certantium pugnæ arbiter, et vincentium coronator.

ΙΔ'. Κατήρχετο δὲ, ἵνα ἐνδύσῃ δύναμιν καὶ ἵνα βαπτίσῃ (4) τοὺς ἀποστόλους. Λέγει γὰρ ὁ Κύριος· Ὑμεῖς βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας. Οὐ μερικὴ ἡ χάρις, ἀλλὰ αὐτοτελὴς ἡ δύναμις. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἐνδύνων ἐν τοῖς ὕδασι καὶ βαπτιζόμενος, πανταχόθεν ὑπὸ τῶν ὑδάτων περιβάλλεται· οὕτω καὶ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἐβαπτίσθησαν ὁλοτελῶς. Ἀλλὰ τὸ μὲν ὕδωρ ἔξωθεν περιχεῖται, τὸ δὲ Πνεῦμα καὶ τὴν ἔνδοθεν ψυχὴν βαπτίζει ἀπαραλείπτως. Καὶ τί θαυμάζεις ; Λαβὲ ὑπόδειγμα σωματικὸν, μικρὸν μὲν καὶ εὐτελὲς, χρήσιμον δὲ τοῖς ἀφελεστέροις (5). Εἰ τὸ πῦρ διὰ τῆς παχύτητος τοῦ σιδήρου διαβαῖνον ἔνδεν, τὸ ὅλον ἀπεργάζεται πῦρ· καὶ ὁ ψυχρὸς γίνεται ζεστὸς, καὶ ὁ μέλας γίνεται ἐκλάμπων· εἰ σῶμα ὂν τὸ πῦρ, ἐν σώματι σιδήρου ἐνδύνον οὕτως ἀπαρεμποδίστως ἐργάζεται. εἰ θαυμάζεις, εἰ Πνεῦμα ἅγιον ἐν τοῖς ἐνδοτάτοις τῆς ψυχῆς εἰσέρχεται ;

C

D

XIV. Descendit vero ut indueret virtute et ut baptizaret apostolos. Ait Dominus: Vos baptizabimini «in Spiritu sancto, post dies hosce non multos [82].» Non hæc dimidiata et quasi ex parte gratia, sed integra et ex toto effusa potestas. [83] Sicut enim is qui in aquis immergitur et baptizatur, undequaque ab aquis cingitur ; sic et illi a Spiritu baptizati et obvoluti perfecte sunt. Atqui aqua exterius corpori circumfunditur; Spiritus vero etiam intus latentem animam sine ullo defectu perfundit et baptizat. Et quid miraris ? accipe corporeum exemplum, tenue quidem et humile, simplicioribus tamen non inutile. Si ignis ferri crassitudinem intus permeans, totum in eo efficit ignem, quodque metallum frigidum erat, fervidum efficitur, et quod nigrum et obscurum, collucens evadit ; si ignis cum corpus sit, inferri corpore se insinuans, ita absque impedimento operatur ; quid admiraris, si Spiritus sanctus in animæ interiora ingreditur.

IΕ'. Ἵνα δὲ τοσαύτης χάριτος κατερχομένης μὴ ἀγνοηθῇ τὸ μέγεθος, σάλπιγξ ὥσπερ ἐπουράνιος ἔχησεν. Ἐγένετο γὰρ ἄφνω ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦχος,

XV. Ut autem tantæ, quæ descendebat, gratiæ non ignoraretur magnitudo, tuba velut cœlestis insonuit. «Factus est enim repente **272** de cœlo soni-

[77] Luc. XXIV, 49. [78] *Cat.* 16. n. 12 et 25 ; *cat. præs.* n. 2. [79] Joan. XIV, 16. [80] Act. II, 2. [81] *Vid. cat.* 16, *n.* 4 ; *cat.* 3, *n.* 7 ; *cat.* 18. *n.* 33. [82] Act. I, 5. [83] *Vid. cat.* 16, *n.* 26 ; *sup. n.* 12 ; *cat.* 20, *n.* 4.

(1) Ὅσην χωρεῖτε. Malumus ita legere cum cod. Coisl. quam cum editis ὅσοι χωρεῖτε, *quicunque potestis capere.*

(2) Τὸ διδόμενον. Male in impressis legebatur τὸ διδασκόμενον, *quod docetur.* Mendum correximus ex codd. Coisl , Ottob. 2, Roe, Casaub.

(3) Ἐνταῦθα. Vocem hanc in textu ascripsimus ex codd. Coisl. et Grod.

(4) Καὶ ἵνα βαπτίσῃ. Particulam καὶ adjecimus ex Coisl.. Roe, Casaub., Grod. et Ottob.

(5) Ἀφελεστέροις. Editi, ἀσφαλεστέροις, « tutioribus,» nullo sensu. Secuti sumus codd. Ottob. 2, Roe et Casaub. Habet. Coisl., εὐτελεστέροις. Solet Cyrillus, cum exemplis in divinis rebus utitur, admonere id infirmitatis nostræ causa fieri. Vide cat. 11, num. 22 ; cat. 18, num. 7.

«tus tanquam ruentis flatus vehementis[84], significantis adventum ejus, qui hominibus impertit ut cum violentia rapiant regnum Dei [85]: ut et oculi viderent igneas linguas, et aures sonitum audirent. «Et replevit totam domum ubi erant sedentes[86]. » Facta est intelligibilis undæ receptaculum ea domus; discipuli intus sedebant, et domus tota impleta est: baptizati sunt igitur et mersi absque ullo defectu, juxta pollicitationem[87]; induti sunt in anima et corpore divinum et salutare indumentum: « Et apparuerunt «illis dispertitæ linguæ velut ex igne, seditque supra « singulos eorum, et repleti sunt omnes Spiritu sanc« to [88]. » Ignem receperunt non urentem, sed salutarem, qui peccatorum spinas exterminans, animam nitentem reddit et splendidam. Ilic ad vos quoque modo venturus est; ac dum vestra peccata spinarum instar concidet et absumet, pretiosum animæ vestræ fundum magis nitentem effecturus est, et gratiam vobis daturus; dedit enim tunc et apostolis. In linguarum vero ignitarum specie ipsis insedit, ut spiritualia novi generis diademata per linguas igneas in capite redimerentur. Flammeus antea gladius paradisi aditu interdicebat [89]; lingua ignea salutis conciliatrix, gratiam illam redintegravit.

XVI. «Et cæperunt loqui alteris linguis, prout Spi«ritus dabat illis eloqui [90]. » Galilæus Petrus et Andreas, vel Persice, vel Medice loquebatur. Joannes cæterique apostoli quavis lingua loquebantur, iis qui ex [variis] gentibus erant; non enim nunc cœpit (1) exterarum gentium multitudo huc ex omnibus partibus congregari, sed jam ab illis temporibus. Exquis tantus doctor reperiatur, qui exemplo doctrinam infundat eorum, quæ non addidicerint audientes? Tot insumuntur anni, ut per grammaticam et alias artes, Græce solummodo recte loqui addiscatur; neque tamen omnes similiter loquuntur: verum rhetor fortassis assequitur ut belle dicat, at grammaticus interdum non belle; grammaticæque peritus philosophicarum insciens est disciplinarum. At Spiritus sanctus simul multas docuit linguas, quas illi homines toto tempore [ætatis] non

A ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας, σημαινούσης τὴν παρουσίαν τοῦ χαριζομένου (2) τοῖς ἀνθρώποις, μετὰ βίας ἁρπάζειν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ· ἵνα καὶ ὀφθαλμοὶ ἴδωσι τὰς πυρίνας γλώσσας, καὶ ὦτα ἐπακούσῃ τοῦ ἤχου. Καὶ ἐπλήρωσεν ὅλον τὸν οἶκον οὗ ἦσαν καθήμενοι. Δοχεῖον γέγονε τοῦ νοητοῦ ὕδατος ὁ οἶκος· οἱ μαθηταὶ ἔνδον ἐκαθέζοντο, καὶ ὁ οἶκος πᾶς ἐπλήσθη· ἐβαπτίσθησαν τοίνυν ἀνελλειπῶς κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν· ἐνέδύσθησαν δὲ ψυχῇ καὶ σώματι θείαν ἔνδυσιν καὶ σωτήριον· Καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς, καὶ ἐκάθισεν ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν, καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες Πνεύματος ἁγίου. Πυρὸς μετέλαβον, οὐ καταφλεκτικοῦ, ἀλλὰ σωτηριώδους πυρὸς, ἀφανίζοντος μὲν ἀκάνθας ἁμαρτιῶν, λαμπρύνοντος δὲ τὴν ψυχήν. Τοῦτο μέλλει νῦν ἔρχεσθαι καὶ ἐφ' ὑμᾶς· B καὶ τὰς μὲν ἀκανθώδεις ὑμῶν ἁμαρτίας περιαίρειν καὶ ἀναλίσκειν, τὸ δὲ τῆς ψυχῆς ὑμῶν κτῆμα τὸ τίμιον ἔτι λαμπρύνειν (3), καὶ διδόναι ὑμῖν χάριν· ἔδωκε γὰρ καὶ τότε τοῖς ἀποστόλοις. Ἐν εἴδει δὲ πυρίνων γλωσσῶν ἐπεκαθέζετο αὐτοῖς, ἵνα διαδήματα καινότερα περιθῶνται πνευματικὰ, δια πυρίνων γλωσσῶν, ἐπὶ κεφαλῆς. Φλογίνη ῥομφαία πρότερον ἐκώλυε πύλας παραδείσου· πυρίνη γλῶσσα σωτηριώδης ἀποκατέστησε τὴν χάριν.

Ιζ'. Καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις, καθὼς τὸ Πνεῦμα ἐδίδου αὐτοῖς (4) ἀποφθέγγεσθαι. Γαλιλαῖος ὁ Πέτρος καὶ Ἀνδρέας, ἢ ἐπέρσιζεν, ἢ ἐμήδιζεν. Ἰωάννης καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι πᾶσαν γλῶσσαν ἐλάλουν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν· οὐ γὰρ νῦν ἐνταῦθα ἤρξαντο τῶν ξένων πλήθη συναθροίζεσθαι πανταχόθεν, C ἀλλ' ἔκτοτε, Ποῖος τοσοῦτος διδάσκαλος εὑρίσκεται διδάσκων ἀθρόως ἃ μὴ μεμαθήκασιν; Τοσούτοις ἔτεσι διὰ γραμματικῆς, καὶ διὰ τεχνῶν, μανθάνουσι μόνον Ἑλληνιστὶ καλῶς λαλεῖν· καὶ οὐδὲ πάντες (5) λαλοῦσιν ὁμοίως· ἀλλ' ὁ ῥήτωρ μὲν ἴσως κατορθοῖ λαλεῖν καλῶς, ὁ γραμματικὸς δὲ ἐνίοτε οὐ καλῶς· καὶ ὁ τὴν γραμματικὴν εἰδὼς, τὰ φιλοσοφούμενα οὐκ οἶδε. Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἅμα διδάσκει πολλὰς γλώσσας, ἅσπερ ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ ἐκεῖνοι οὐκ οἴδασι. Τοῦτό ἐστιν ἀληθῶς σοφία πολλὴ, τοῦτο θεία δύναμις. Ποία σύγκρισις τῆς ἐν πολλῷ χρόνῳ ἀμαθείας ἐκεί-

[84] Act. II, 2. [85] Matth. XI, 12. [86] Act. II, 2. [87] Act. I, 5. [88] Act. II, 3, 4. [89] Gen. III, 24. [90] Act. II, 4.

(1) *Non enim nunc cæpit*, etc. De peregrinatione Hierosolymitana loquitur, quæ Judæorum ex tota Palæstina primum, deinde ex toto orbe ad celebranda festa concursu, frequentata; post adventum Domini, et impressa mysteriorum ejus vestigiis terræ sanctæ loca, majore cultu a Christianis usurpata est. Quæ nulla unquam Christiani nominis ætate interrupta, postquam data Ecclesiis pax est, reperta crux, loca mysteriorum nostrorum expurgata et magnificis ædibus decorata; majore cœpit confluentium ex toto orbe peregrinorum confluxu celebrari. Vide inter alia Eusebium Cæsar., lib. VI *Demonst.* cap. 18, pag. 288: Hieronymum, epistola olim 17, nunc. 44, *ad Marcellam.*

(2) Τοῦ χαριζομένου, etc. Hæc verba usque ad τοῦ Θεοῦ incl. ex cod. Coislin, et versione Grodecii a nobis adjecta sunt. Paulo post, pro ὀφθαλμοῖς, D scripsimus ὀφθαλμοί, ex eadem auctoritate, ut melius responderet verbis membri sequentis καὶ τὰ ὦτα.

(3) Ἔτι λαμπρύνειν. Manifesto in editis mendo legitur ἔστι loco ἔτι. Ex codd. Coisl., Roe, Casaub. correximus.

(4) Ἐδίδου αὐτοῖς. Vocem αὐτοῖς supplevimus ex codd. Coisl., Roe, Casaub., Grod. et sacro textu.

(5) Οὐδὲ πάντες. Inter has voces in impressis interscritur adverbium πάντως· quod uti superfluum, nec in codd. Coisl., Roe, Casaub. et Grodecio lectum, amputavimus. Post ῥήτωρ, voces μὲν ἴσως κατορθοῖ λαλεῖν, ac ante γραμματικός articulum ὁ, et post particulam δέ, ex codd. Roe et Casaub. adjecimus. Loco ἅσπερ, in iisd. codd. legitur ἅπερ· cui immediate subjiciunt, ἐκεῖνοι, ante verba, ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ.

νων, πρὸς τὴν ἀθρόαν, καὶ διάφορον, καὶ ξένην, ἐξαίφνης τῶν γλωσσῶν ἐνέργειαν ; A

noverunt. Hoc vere sapientia magna est, hoc virtus divina. Quæ institui comparatio potest, inter illam eorum post multum tempus imperitiam ; hancque repentem, multiplicem ac inauditam linguarum se exserentem vim ?

ΙΖ'. Ἐγένετο σύγχυσις τοῦ πλήθους τῶν ἀκουσάντων· δευτέρα σύγχυσις, ἀντὶ τῆς ἐν Βαβυλῶνι πρώτης κακῆς. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς συγχύσεως τῶν γλωσσῶν, διαίρεσις ἦν τῆς προαιρέσεως, ἐπειδὴ ἀντίθεον ἦν τὸ φρόνημα· ὧδε δὲ ἀποκατάστασις καὶ ἕνωσις τῶν γνωμῶν, ἐπειδὴ εὐσεβὲς ἦν τὸ σπουδαζόμενον. Δι' ὧν ἡ ἀπόπτωσις, διὰ τούτων ἡ ἐπάνοδος. Ὅθεν ἐθαύμαζον λέγοντες· Πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν λαλούντων αὐτῶν ; Οὐδὲν θαυμαστὸν εἰ ὑμεῖς ἀγνοεῖτε· καὶ γὰρ καὶ Νικόδημος ἠγνόησέ τοῦ Πνεύματος τὴν παρουσίαν· καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἐρρέθη· Τὸ Πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ, καὶ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις· ἀλλ' οὐκ οἶδας πόθεν ἔρχεται καὶ ποῦ ὑπάγει (1)· B εἰ δὲ καὶ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἐὰν ἀκούσω, οὐκ οἶδα πόθεν ἔρχεται· αὐτὸ τί ποτέ ἐστι τὴν ὑπόστασιν, πῶς δύναμαι διηγήσασθαι ;

XVII. Facta est in eorum qui audierant multitudine confusio [91], confusio altera, opposita priori illi pravæ in Babylone confusioni [92] : in illa siquidem linguarum confusione, animorum **273** ac voluntatum divisio fuit, quandoquidem inimica Deo fuerat concepta cogitatio ; hic vero restitutæ et adunatæ mentium sententiæ, quoniam pium erat quod properabatur studium. Per quæ contigit casus, per eadem reversio. Hinc admirabantur dicentes : *Quomodo nos audimus loquentes illos* [93] ? Miri nihil si vos ignoratis. Nam et Nicodemus Spiritus accessum ignoravit, atque ipsi dictum est : *Spiritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis ; sed nescis unde venit et quo vadit* [94]. [95] Si autem et quando vocem ejus exaudio, unde veniat ignoro ; quid ipse secundum substantiam sit, quomodo explanare possim ?

ΙΗ'. Ἄλλοι δὲ διαχλευάζοντες ἔλεγον, ὅτι Γλεύκους (2) μεμεστωμένοι εἰσίν· λέγοντες μὲν ἀληθῶς, ἀλλὰ χλευαστικῶς· νέος γὰρ ἦν ἀληθῶς ὁ οἶνος, Καινῆς Διαθήκης ἡ χάρις· ἀλλ' ὁ νέος οὗτος οἶνος, ἀπὸ νοητῆς ἀμπέλου, πολλάκις ἤδη καρποφορησάσης ἐν προφήταις, καὶ ἐν Καινῇ Διαθήκῃ βλαστησάσης. Ὥσπερ γὰρ αἰσθητῶς, ἡ μὲν ἄμπελος ἀεὶ μένει ἡ αὐτή· κατὰ δὲ καιροὺς (3), καινοτέρους ἐκφέρει καρπούς· οὕτω καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα μένον ὅπερ ἐστὶ, καὶ πολλάκις ἐν προφήταις ἐνεργῆσαν, νῦν νέον τι καὶ θαυμάσιον ἐνεδείξατο. Ἔφθασε μὲν γὰρ καὶ ἐπὶ τοὺς Πατέρας ἡ χάρις, ἀλλ' ὧδε ὑπερβολικῶς. C Ἐκεῖ μὲν γὰρ μετέσχον ἁγίου Πνεύματος, ὧδε δὲ αὐτοτελῶς ἐβαπτίσθησαν.

XVIII. *Alii autem irridentes dicebant : Musto pleni sunt* [96]. Vera quidem dicebant, sed joculariter. Novum enim vere vinum erat. Novi Testamenti gratia : verum novum [97] istud vinum ex intelligibili vinea erat, quæ sæpe in prophetis jam fructum tulerat, et in Novo Testamento germinavit. Nam sicut, sensibili exemplo inhærendo, vinea eadem semper manet, et secundum temporum mutationes novos semper parturit fructus : sic, idem Spiritus manens id quod est, cum et in prophetis sæpe vim exseruerit, nunc novi quidpiam et admirandi designavit. [98] Antea quidem et in Patres gratia pervenit ; nunc vero cum exsuperantia : ibi siquidem sancti Spiritus participationem recipiebant : hic vero integre ac plene baptizati fuere.

ΙΘ'. Ἀλλ' ὁ Πέτρος ὁ ἔχων Πνεῦμα ἅγιον, καὶ εἰδὼς ὅ ἔχει, φησίν· Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, οἱ τὸν μὲν Ἰωὴλ ἀπαγγέλλοντες, μὴ εἰδότες δὲ τὰ γεγραμμένα, οὐχ ὡς ὑμεῖς ὑπελαμβάνετε οὗτοι μεθύουσι. Μεθύουσι γὰρ, οὐχ ὡς ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε, ἀλλὰ καθὼς γέγραπται· Μεθυσθήσονται ἀπὸ πιότητος οἴκου σου (4), καὶ ἐκ τῶν χειμάρρων τῆς τρυφῆς σου ποτιεῖς αὐτούς. Μεθύουσι μέθην νηφάλιον, νεκρωτικὴν ἁμαρτίας καὶ καρδίας ζωοποιητικήν, μέθην ἐναντίαν τῆς σωματικῆς. Ἡ μὲν γὰρ καὶ τῶν ἐγνωσμένων ἐμποιεῖ λήθην, αὕτη δὲ καὶ τῶν

XIX. Sed Petrus qui Spiritum sanctum habebat, ejus quod habebat plane gnarus ait : *Viri Israelitæ*, qui Joelem prædicatis et quæ Scripturarum sunt nescitis, *nos sicut vos existimatis, isti ebrii sunt* [99]. Ebrii sunt enim, non sicut vos suspicamini, sed sicut scriptum est : *Inebriabuntur a pinguedine domus tuæ, et ex torrentibus deliciarum tuarum potabis eos* [1]. Ebrii sunt sobria ebrietate, quæ peccatum interimit et cor vivificat, ebrietati corporeæ plane contraria. Nam hæc etiam rerum quas novimus oblivionem inducit ; ista vero incognitarum

[91] Act. II, 6. [92] Gen. XI, 7, 9. [93] Act. II, 8. [94] Joan. III, 8. [95] *Vid. cat.* 16, *n.* 5 *et* 24. [96] Act. II, 13. [97] Matth. IX, 17. [98] *Vid. cat.* 16, *n.* 26 ; *sup. n.* 12. [99] Act. II 14, 15. [1] Psal. XXXV, 9.

(1) Καὶ ποῦ ὑπάγει, etc. Hæc verba usque ad αὐτὸ τί excl. propter vocum, πόθεν ἔρχεται, repetitionem in editis prætermissa, reparavimus ex codd. Roe, Casaub., Ottob. et Coisl. Agnita sunt a Grodecio, cum nonnulla tamen varietate. In Coisl. quoque codice habentur hæ diversitates. Desunt voces, αὐτοῦ ἐάν· loco ἀκούσω, est ἀκούεις, et pro οἶδα, οἶδας. Paulo post, loco οὐ ante δύναμαι scripsimus πῶς ex codd. Roe, Casaub., Ottob. et Grod. ; at iisdem, si Ottob. excipias, pro δύναμαι διηγήσασθαι, scriptum ferunt, διηγήσασθαι δυνατόν. D

(2) Ὅτι γλεύκους. Particulam ὅτι scripsimus ex codd. Coisl., Grod. et sacro textu.

(3) Κατὰ καιρούς. Roe et Casaub., κατὰ καιρὸν ἕκαστον *quovis tempore*. Καιρός hic pro anno sumi videtur, ut aliquando in Scriptura usurpari testis est Cyrillus ipse cat. 15, num. 16.

(4) Οἴκου σου, *domus tuæ*. Legebatur in editionibus ante Oxoniensem, οἴνου σου, *vini tui*. Atque ita forte memoriæ lapsu dixerat Cyrillus. Ex codd. Casaub. et Roe, quibus Coisl. et Grod. suffragantur, Millesius reposuit, οἴκου. Loco ἐκ τῶν χειμάρρων, *ex torrentibus*, Coisl., Roe, Casaub. habent ut sacer textus, τὸν χειμάρρουν, *torrentem*.

etiam scientiam impertit. Ebrii sunt epoto intelligibilis vitis vino (1), quæ ait: *Ego sum vitis, et vos palmites* [2]. Quod si mihi dicenti non creditis, ex ipsa temporis circumstantia quod dico intelligite. *Est* enim *hora diei tertia* [3]. Qui enim hora tertia crucifixus est [4], ut Marcus ait, [5] tertia nunc hora gratiam misit; [6] non enim alia illius, et alia hujus gratia; sed qui tunc crucifixus est, et promiserat, id quod fuerat pollicitus implevit. Si vero et testimonium accipere optatis, **274** audite, inquit: « Sed hoc est « quod dictum est per prophetam Joel: Et erit post « hæc, dicit Deus, effundam de Spiritu meo [7]. *Illud vero*, effundam », copiosam designat donationem: « Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum. Pater « diligit Filium, et omnia dedit in manu ejus [8] ». Dedit autem illi potestatem etiam conferendi sanctissimi Spiritus gratiam, quibus voluerit. « Effundam « de Spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri et filiæ vestræ; *et in sequentibus:* « Et quidem super servos meos et super ancillas « meas, in diebus illis effundam de Spiritu meo, et « propbetabunt [9] ». Spiritus sanctus personas non respicit; non enim dignitates quærit, sed animæ pietatem. [10] Neque divites intumescant, neque pauperes animo dejiciantur; tantum unusquisque seipsum apparet ad suscipiendam cœlestem gratiam.

A μὴ ἐγνωσμένων τὴν γνῶσιν χαρίζεται. Μεθύουσι, πιόντες τὸν οἶνον τῆς νοητῆς ἀμπέλου, τῆς λεγούσης· Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, καὶ ὑμεῖς τὰ κλήματα. Εἰ δὲ μὴ πείθεσθέ μοι, ἐκ τοῦ καιροῦ σύνετε τὸ λεγόμενον· Ἔστι γὰρ ὥρα τρίτη τῆς ἡμέρας. Ὁ γὰρ ἐν τρίτῃ ὥρᾳ σταυρωθεὶς, ὡς Μάρκος φησὶ, τρίτῃ ὥρᾳ νῦν κατέπεμψε τὴν χάριν. Οὐ γὰρ ἄλλη χάρις ἐκείνου, καὶ ἄλλη χάρις τοῦτου· ἀλλ' ὁ τότε σταυρωθεὶς, καὶ ἐπαγγειλάμενος, ἐπλήρωσεν ὅ ἐπηγγείλατο (2). Εἰ δὲ βούλεσθε δέξασθαι καὶ μαρτυρίαν, ἀκούσατε, φησίν· Ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ εἰρημένον διὰ τοῦ προφήτου Ἰωήλ· Καὶ ἔσται μετὰ ταῦτα (3), λέγει ὁ Θεὸς, ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου. Τὸ δὲ, ἐκχεῶ, πλουσίαν ἠνίξατο δόσιν· Οὐ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσιν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα. Ὁ Πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν Υἱὸν, καὶ πάντα δέδωκεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. Δέδωκε δὲ αὐτῷ τὴν ἐξουσίαν καὶ τοῦ χαρίζεσθαι τοῦ παναγίου Πνεύματος τὴν χάριν οἷς βούλεται. Ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν, καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν· καὶ ἑξῆς. Καί γε, ἐπὶ τοὺς δούλους μου καὶ ἐπὶ τὰς δούλας μου (4) ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνευματός μου, καὶ προφητεύσουσι. Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπροσωπόληπτόν ἐστιν· οὐ γὰρ ζητεῖ ἀξιώματα, ἀλλὰ ψυχῆς εὐλάβειαν. Μήτε οἱ πλούσιοι τυφούσθωσαν, μήτε οἱ πένητες ταπεινούσθωσαν· μόνον δὲ ἕκαστος ἑαυτὸν ἑτοιμαζέτω (5) πρὸς ὑποδοχὴν τῆς ἐπουρανίου χάριτος.

B

C

XX. Multa quidem sunt hodie a nobis disputata, et aures forte fatigatæ sunt: plura vero supersunt adhuc; atque ad absolvendam de Spiritu sancto doctrinam tertia etiam et pluribus catechesibus vere esset opus. At detur nobis venia de utroque; nam cum proxime instet sanctum Paschatis festum, idcirco et hodie sermonem produximus; et omnia, quotquot oportebat e novo fœdere testimonia in medium adducere non licuit. Restant enim nobis multa ex Actibus apostolorum, in quibus gratia Spiritus sancti in Petro, et in omnibus simul apostolis, efficaciter operata est. Supersunt multa et de Catholicis, et de quatuordecim Pauli Epistolis: de quibus nunc pauca, tanquam ex ingenti prato,

Κ'. Πολλὰ μὲν οὖν ἡμῖν εἴρυται σήμερον, καὶ ἴσως κέκμηκεν ἡ ἀκρόασις· πλείονα δέ ἐστι τὰ λειφθέντα· καὶ χρεία ἦν ὡς ἀληθῶς, τοῖς περὶ ἁγίου Πνεύματος διδάγμασι, καὶ τρίτης ἄλλης καὶ πλειόνων κατηχήσεων. Συγγνώμη δὲ ἡμῖν εἰς ἑκάτερον, Τῆς γὰρ ἁγίας ἑορτῆς τοῦ Πάσχα λοιπὸν ἐφεστώσης (6), ἐμηκύνθη τε ἡμῖν σήμερον ὁ λόγος· καὶ πάσας, ὅσας ἐχρῆν, μαρτυρίας ἀπὸ τῆς Καινῆς Διαθήκης ἀγαγεῖν εἰς μέσον οὐκ ἐνεχώρησε. Λείπε γὰρ ἡμῖν πολλὰ μὲν ἀπὸ τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων, ἐν οἷς ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις ἐν Πέτρῳ καὶ πᾶσιν ὁμοῦ τοῖς ἀποστόλοις ἐνήργησε. Λείπει δὲ πολλὰ καὶ ἐκ τῶν Καθολικῶν, καὶ ἐκ τῶν Παύλου δεκατεσσάρων ἐπιστολῶν· ἐξ ὧν ὀλίγα νῦν, ὥσπερ ἐκ μεγάλου λειμῶνος

[2] Joan. XV, 15. [3] Act. II, 15. [4] Marc. XV, 25. [5] *Vid. cat.* 13, *n.* 24. [6] *Vid. cat.* 16, *n.* 24. [7] Act. II, 16, 17; Joel II, 28. [8] Joan. III. 34, 35. [9] Act. II, 17, 18; Joel II, 28, 29. [10] *Vid. cat.* 16, *n.* 19.

(1) *Epoto intelligibilis vitis vino.* Superiore numero Spiritum sanctum dixit intelligibilem vineam e qua ipsius gratia prodit. Hanc vitem nunc Christum esse dicit: et infra, non aliam Spiritus sancti, aliamque Filii gratiam esse affirmat. Christum igitur tam verum gratiæ Spiritus sancti auctorem et originem, quam ipsum Spiritum sanctum esse docet. At gratia in Pentecoste apostolis data, non aliud est quam ipse sanctus Spiritus animæ interiora per se ingressus, sup., n. 14. Restat ergo ut ipsius Spiritus sancti auctor et fons Filius sit.

(2) Ἐπλήρωσεν ὅ ἐπηγγείλατο. Addidit hæc verba Millesius ex codd. Roe. Casaub. et Grod; habentur quoque in codd. Coisl. et Ottob.: iis detractis mutila est oratio.

D

(3) Μετὰ ταῦτα. Verba hæc sumpta sunt ex ipso Joelis textu: eorum enim loco Petrus dixit in Act. apostolorum cap. II, 17, ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις, *in novissimis diebus.* Paulo post, loco μέτρου, quod scripsimus ex codd. Coisl., Ottob., Roe. Casaub., Grod. et sacro textu, legitur in impressis deformi mendo, Πέτρου.

(4) Δούλας μου. Pronomen μου addidimus ex codd. Coisl., Roe, Casaub., Grod. et sacro textu Actuum; deest tamen apud Joelem editionum LXX Compl. et Rom., at habetur in Ald. et cod. Alex.

(5) Ἑτοιμαζέτω. Ita codd. Roe et Casaub. Editi, ἑτοιμαζέσθω. Vox ἑαυτόν postulat ἑτοιμαζέτω.

(6) Ἐφεστώσης. Emendavi ex cod. Coisl. pravam lectionem ἀφεστώσης.

ὑπομνήσεως μόνης ἕνεκεν ἀπανθίσασθαι (1) πειρασόμεθα.

ΚΑ'. Ἐν γὰρ τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου Πνεύματος, βουλήσει Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, σταθεὶς ὁ Πέτρος σὺν τοῖς ἕνδεκα, καὶ ἐπάρας τὴν φωνὴν αὐτοῦ (κατὰ τὸ εἰρημένον· Ὕψωσον ἐν ἰσχύϊ φωνήν σου, ὁ εὐαγγελιζόμενος Ἱερουσαλήμ), τῷ νοητῷ δικτύῳ τῶν λόγων, ψυχὰς ὡσεὶ τρισχιλίας ἐξώρησε· τοσαύτης ἐν πᾶσι τοῖς ἀποστόλοις ὁμοῦ τῆς χάριτος ἐνεργούσης, ὡς ἐκ τῶν Ἰουδαίων, τῶν τὸν Χριστὸν ἐσταυρωκότων ἐκείνων, πιστεῦσαι τοσούτους· καὶ ἐν ὀνόματι Χριστοῦ βαπτισθῆναι, καὶ προσκαρτερεῖν τῇ διδαχῇ τῶν ἀποστόλων, καὶ ταῖς προσευχαῖς. Ἐν τῇ αὐτῇ δὲ πάλιν δυνάμει τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀναβάντες εἰς τὸ ἱερὸν, ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην, καὶ τὸν ἐν τῇ Ὡραίᾳ πύλῃ χωλὸν ἐκ λοιλίας μητρὸς ἀπὸ ἐτῶν τεσσαράκοντα ὑπάρχοντα, ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ θεραπεύσαντες (ἵνα πληρωθῇ τὸ εἰρημένον . Τότε ἁλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ χωλὸς), τῇ πνευματικῇ μὲν τῆς διδασκαλίας σαγηνῃ, πεντακισχλίους ὁμοῦ πιστεύσαντας ἐζώγρησαν· τοὺς δὲ πεπλανημένους ἄρχοντας τοῦ λαοῦ καὶ ἀρχιερεῖς διήλεγξαν· καὶ οὐ δι' οἰκείαν σοφίαν (ἀγράμματοι γὰρ καὶ ἰδιῶται ἦσαν, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ Πνεύματος ἐνέργειαν· γέγραπται γάρ· Τότε Πέτρος πλησθεὶς Πνεύματος ἁγίου, εἶπε πρὸς αὐτούς. Καὶ τοσαύτη, διὰ τῶν δώδεκα ἀποστόλων, ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν τοῖς πιστεύσασιν ἐνήργησε χάρις, ὡς εἶναι μὲν αὐτῶν τὴν καρδίαν καὶ τὴν ψυχὴν (2) μίαν, ἐπίκοινον δὲ τὴν τῶν ὄντων ἀπόλαυσιν· τῶν μὲν κτητόρων τὰς τιμὰς τῶν κτημάτων προσφερόντων εὐλαβῶς, ἐνδεοῦς δὲ μηδενὸς ὄντος ἐν αὐτοῖς· Ἀνανίου δὲ καὶ Σαπφείρης, τῶν ψεύδεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπιχειρησάντων, τὴν πρέπουσαν δίκη ὑπομεινάντων.

ΚΒ'. Διὰ δὲ τῶν χειρῶν τῶν ἀποστόλων, ἐγένετο σημεῖα καὶ τέρατα πολλὰ ἐν τῷ λαῷ· καὶ τοσαύτη περιεκέχυτο τοῖς ἀποστόλοις ἡ πνευματικὴ χάρις, ὡς φοβεροὺς μὲν αὐτοὺς εἶναι, καὶ ταῦτα πράους ὄντας (τῶν γὰρ λοιπῶν οὐδεὶς ἐτόλμα πολλᾶσθαι αὐτοῖς, ἀλλ' ἐμεγάλυνεν αὐτοὺς ὁ λαὸς)· προστίθεσθαι δὲ πλήθη τῶν τῷ Κυρίῳ πιστευόντων, ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν· πεπληρῶσθαι δὲ τὰς πλατείας τῶν ἐπὶ τοῖς κλιναρίοις καὶ κραβάτοις ἀσθενῶν, ἵνα ἐρχομένου Πέτρου, κἂν ἡ σκιὰ ἐπισκιάσῃ τινὶ αὐτῶν· συνέρχεσθαι δὲ καὶ τὸ πλῆθος τῶν πέριξ πόλεων εἰς τὴν ἁγίαν ταύτην Ἱερουσαλὴμ φερόντων ἀσθενεῖς καὶ ὀχλουμένους ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων, οἵτινες ἐθεραπεύοντο ἅπαντες ἐν τῇ δυνάμει ταύτῃ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

ΚΓ'. Οἱ δώδεκα πάλιν ἀπόστολοι, διὰ τὸ κηρύσσειν τὸν Χριστὸν, ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων εἰς φυλακὴν ἐμβληθέντες, καὶ ὑπὸ ἀγγέλου διὰ νυκτὸς παραδόξως ταύτης ἀπαλλαγέντες, καὶ εἰς δικαστήριον ἐκ τοῦ ἱεροῦ

in memoriam solummodo reducentes, deflorare conabimur.

XXI. Nam in virtute Spiritus sancti, Patris et Filii voluntate, «stans Petrus cum undecim, et vocem «suam extollens[11] (secundum illud : Exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Hierusalem[12]»), spiritali sermonum reti animas circiter ter mille cepit. [13] Cum tanta in omnibus simul apostolis gratia operaretur ut ex Judæis, illis videlicet qui Christum crucifixerant, tam multi crederent, et in nomine Christi baptizarentur, et perseverarent in doctrina apostolorum et orationibus[14]. In eadem rursus sancti Spiritus virtute Petrus et Joannes cum ascendissent in templum ad horam orationis nonam, eumque qui in Speciosa porta, ex matris utero, ab annis quadraginta claudus erat, sanavissent[15] (ut impleretur quod dictum est: « Tunc sa«liet sicut cervus claudus[16]»): spirituali doctrinæ sagena **275** quinque simul credentium millia comprehenderunt; atque principes populi et summos Sacerdotes errore abductos convicerunt; non propriæ sapientiæ vi, illitterati enim et idiotæ erant, sed per Spiritus efficaciam: scriptum est enim: « Tunc Pe«trus repletus Spiritu sancto dixit ad eos [17]. » Tantaque per duodecim apostolos, Spiritus sancti in iis qui crediderant operata est gratia, ut esset cum illorum cor et anima una, tum vero promiscuus bonorum usus : cum videlicet possessores pretia possessionum religiose offerrent, nullusque in ipsis esset egens ; atque Ananias et Sapphira, Spiritum sanctum fallere agressi, consentaneam sustinuissent ultionem.

XXII. « Per manus autem apostolorum fiebant si«gna et prodigia multa in populo[18]:» tantaque apostolis circumfusa erat Spiritus gratia, ut quamvis mites, terrori essent tamen (nam cæterorum nemo audebat se conjungere illis, sed magnificabat eos populus); adjungerentur vero credentium Domino virorum et mulierum turbæ: implerenturque plateæ infirmis, qui in lectulis et grabbatis exponebantur, ut venientis Petri vel umbra obumbraret quemquam illorum ; ad hæc, conveniret et multitudo vicinarum civitatum in hanc sanctam Hierusalem, deferentium infirmos vexatosque a spiritibus immundis, qui sanabantur omnes in hac Spiritus sancti virtute

XXIII. Rursum duodecim apostoli, propter Christi prædicationem a principibus sacerdotum in carcerem conjecti, et ab angelo noctu præter opinionem inde educti; atque ad tribunal e templo ad eos

[11] Act. II, 14 sqq. [12] Isa. XL, 9. [13] *Vid. cat.* 13, n. 15. [14] Act. II, 42. [15] Act. III, 1 sqq. [16] Isa. XXXV, 6. [17] Act. IV, 8 sqq. [18] Act. V, 1 sqq.

(1) Ἀπανθίσασθαι. Quamvis omnes Græci codices ferant, ἀπανθήσασθαι, non dubitamus emendare vitiosam lectionem, a librariis η ut ι pronuntiantibus profectam. Post σταθείς, legebatur in editis particula μέν inutilis, quam auctor. codd. Roe, Casaub. et Grod. expunximus.

(1) Καὶ τὴν ψυχήν. Eas voces restituimus ex codd. Coisl., Roe, Casaub., Grod. et sacro textu.

protracti, intrepide in his quæ ad eos de Christo dixerunt, reprehensione illorum sunt usi. Cumque addidissent, quod « etiam Spiritum sanctum dedit «Deus obedientibus sibi [19],» cæsique essent verberibus, abibant gaudentes, nec cessabant docere et evangelizare Christum Jesum,

A πρὸς αὐτοὺς ἀχθέντες· ἀδυσωπήτως (2) ἐχρήσαντο τοῖς ἐλέγχοις, ἐν τοῖς περὶ Χριστοῦ πρὸς αὐτοὺς εἰρημένοις· καὶ τοῦτο προσθέντες, ὅτι καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔδωκεν ὁ Θεὸς τοῖς πειθαρχοῦσιν αὐτῷ· καὶ δαρέντες ἐπορεύοντο μὲν χαίροντες, οὐκ ἐπαύοντο δὲ διδάσκοντες, καὶ εὐαγγελιζόμενοι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν.

XXIV. Neque vero in duodecim tantum apostolis efficax fuit sancti Spiritus gratia; verum etiam in primogenitis hujusce aliquando sterilis Ecclesiæ filiis (1), septem inquam diaconis Hi enim electi sunt, ut ait Scriptura, «pleni Spiritu sancto et sapientia[20].» E quibus ille a corona digne appellatus Stephanus, martyrum primitiæ, « vir plenus fide et Spiritu «sancto, faciebat prodigia et signa magna in populo,» secumque disputantes debellabat: « Non enim pote- **B** «rant resistere sapientiæ et Spiritui quo loquebatur.» **276** Calumniis vero appetitus et in judicium productus, angelicis micabat fulgoribus. (Nam « intuentes in « eum omnes qui sedebant in concilio, viderunt fa- «ciem ejus tanquam faciem angeli.») Postquam vero sapienti sui apologia duræ cervicis et corde atque auribus incircumcisos Judæos, qui Spiritui sancto semper resistunt, confutasset, cœlos apertos conspexit, viditque Filium homins stantem a dextris Dei; vidit autem non ex propria virtute, sed ut divina dicit Scriptura: « Cum autem plenus esset Spiritu « sancto, intentis in cœlum oculis, vidit gloriam Dei, « et Jesum stantem a dextris Dei

ΚΔ'. Οὐ μόνον δὲ ἐν τοῖς δώδεκα ἀποστόλοις ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνήργησε χάρις· ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐν τοῖς πρωτογόνοις τέκοις τῆς ποτε στείρας Ἐκκλησίας ταύτης, τοῖς ἑπτὰ διακόνοις λέγω. Καὶ οὗτοι γὰρ ἐξελέχθησαν (3), ὡς γέγραπται, πλήρεις ἁγίου Πνεύματος καὶ σοφίας· ἐξ ὧν ὁ φερώνυμος Στέφανος, τὸ τῶν μαρτύρων ἀκροθίνιον, ἀνὴρ πλήρης πίστεως καὶ Πνεύματος ἁγίου, ἐποίει μὲν τέρατα καὶ σημεῖα μεγάλα ἐν τῷ λαῷ, κατηγωνίζετο δὲ τοὺς συζητητάς· Οὐ γὰρ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ, καὶ τῷ Πνεύματι ᾧ ἐλάλει. Συκοφαντόμενος δὲ καὶ εἰς δικαστήριον ἔχθεις, ἀγγελικὰς μὲν ἀπέλαμπεν αὐγάς. (Ἀτενίσαντες γὰρ εἰς αὐτὸν πάντες οἱ καθεζόμενοι (4) ἐν τῷ συνεδρίῳ, εἶδον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς πρόσωπον ἀγγέλου.) Διὰ δὲ τῆς συνετῆς ἀπολογίας αὐτοῦ, τοὺς σκληροτραχήλους καὶ ἀπεριτμήτους τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς ὠσὶν Ἰουδαίους ἐλέγξας, τοὺς ἀεὶ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτοντας· ἐθεώρει μὲν τοὺς οὐρανοὺς διηνεῳγμένους, εἶδε δὲ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ· εἶδεν δὲ οὐκ ἐξ οἰκείας δυνάμεως, ἀλλ' ὡς ἡ θεία Γραφή φησιν· Ὑπάρχων δὲ πλήρης Πνεύματος ἁγίου, ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶδε δόξαν Θεοῦ, καὶ Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ,

XXV. In eadem Spiritus sancti virtute, etiam **C** Philippus, in nomine Christi, aliquando in civitate Samariæ ejiciebat impuros spiritus voce magna clamantes; paralyticosque ac claudos curavit, et multas eorum qui crediderant turmas Christo adjunxit. Ad quos cum descendissent Petrus et Joannes, per orationem et manuum impositionem Spiritus sancti participationem illis tradidere; qua solus Simon Magus merito alienus declaratus est. Alias vero idem ab angelo Domini vocatus in itinere, propter religiosissimum illum Æthiopem eunuchum, ab ipso Spiritu sancto perspicue audivit: *Accede, et*

ΚΕ'. Ἐν τῇ δυνάμει ταύτῃ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ Φίλιππος ἐν ὀνόματι Χριστοῦ, ποτὲ μὲν ἐν τῇ πόλει τῆς Σαμαρείας ἀπήλασεν τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα, βοῶντα φωνῇ μεγάλῃ· παραλελυμένους δὲ καὶ χωλοὺς ἐθεράπευσε, πολλὰ δὲ τῶν πιστευσάντων πλήθη τῷ Χριστῷ προσήγαγεν (5). Οἷς κατελθόντες, Πέτρος καὶ Ἰωάννης, μετὰ προσευχῆς καὶ τῆς τῶν χειρῶν ἐπιθέσεως, μετεδίδοσαν τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος κοινωνίας· ἧς μόνος (6) Σίμων ὁ Μάγος ἀλλότριος ἐπεφάνθη, δικαίως. Ποτὲ δὲ ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου Κυρίου κληθεὶς καθ' ὁδὸν, διὰ τὸν εὐλαβέστατον Αἰθίοπα τὸν εὐνοῦχον, παρ' αὐτοῦ τοῦ Πνεύματος φανερῶς ἀκού-

[19] Act. v, 32 sqq. [20] Act. vi, 3 sqq.

(1) « Primogenitis hujus Ecclesiæ filiis,» etc. Ita vocari septem diaconos puto, quod non a Christo ipso, sed ab apostolis post ascensionem Christi conversi et Ecclesiæ acquisiti sint. Epiphanius quidem, « De «Incarnatione Christi,» num. 4, pag. 50, septem diaconos e numero LXX discipulorum fuisse censet: auctor vero « Constit. apost.,» lib. II, cap. 55, eos a discipulis distinguit, quanquam eos veritatem ab ipso Christo didicisse censeat. At probabilior sententia, quæ post Ascensionem ex Hellenistis conversos statuit. Nam primo omnium Græca nomina; deinde unus ex eis, Nicolaus. Antiochenus erat et proselytus; postremo ipsa eorum institutionis causa ut ex Hellenistis sumerentur, postulare videbatur. S. Stephanum Petri prædicationibus conversum existimant multi, ut Hilarius *in Matth.* c, XVII, n. 13; Ambrosius, lib. V *Hexaem.*, c. 6, n. 16, etc. De cæ- **D** teris idem judicium auctoritate Cyrilli nostri ferri potest.

(2) Ἀδυσωπήτως. Coislinus et Roe, ἀδυσωπήτοις concinnius.

(3) Ἐξελέχθησαν. Ex codd. Roe et Casaub. Deformatum est id verbum in impressis qui ferunt ἐξελεγχθησαν, *convicti sunt*. Inferius, post σημεῖα adjecimus, μεγάλα, ex Roe, Casaub. et sacro textu.

(4) Καθεζόμενοι. Verbum hoc reposuimus ex codicibus Coisl., Roe, Casaub. et sacro textu.

(5) Προσήγαγεν. Addit Coisl., καὶ ἐβάπτισεν, *ad Christum adduxit et baptizavit*.

(6) Μόνος. Editi habent, μόνης. Ex codd. Coisl., Grod. et ipso sensu scripsimus, μόνος. Pro ἐπεφάνθη Cois. et Grod., ἀπεφάνθη, *pronuntiatus est*. Inferius correximus ex codd. Coisl., Roe et Casaub., articulum feminum τὴν ante εὐλαβέστατον positum.

σας· Ηρόσελθε καὶ πολλήθητι τῷ ἅρματι τούτῳ· διδάξας τὸν Αἰθίοπα, καὶ βαπτίσας, καὶ εἰς τὴν Αἰθιοπίαν Χριστοῦ κήρυκα πέμψας, κατὰ τὸ γεγραμμένον· Αἰθιοπία προφθάσει χεῖρα αὐτῆς τῷ Κυρίῳ (1)· καὶ ἁρπασθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου, τὰς ἐφεξῆς πόλεις εὐηγγελίζετο.

Κζ'. Τούτου τοῦ ἁγίου Πνεύματος πεπλήρωτο καὶ Παῦλος, μετὰ τὴν ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κλῆσιν. Καὶ μάρτυς ἡμῖν τῶν λόγων ἥκέτω Ἀνανίας ὁ εὐλαβὴς, ὁ ἐν Δαμασκῷ, λέγων πρὸς αὐτόν· Ὁ Κύριος ἀπέσταλκέ με Ἰησοῦς, ὁ ὀφθείς σοι ἐν τῇ ὁδῷ ᾗ ἤρχου· ὅπως ἀναβλέψῃς, καὶ πλησθῇς Πνεύματος ἁγίου. Ὅπερ εὐθὺς ἐνεργῆσαν, τῶν μὲν ὀφθαλμῶν Παύλου τὴν τύφλωσιν μετέβαλεν εἰς ἀνάβλεψιν· τῇ δὲ (2) ψυχῇ τὴν σφραγῖδα χαρισάμενον, σκεῦος ἐκλογῆς ἐποίησε, τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομα τοῦ φανέντος αὐτῷ Κυρίου ἐνώπιον βασιλέων, υἱῶν τε Ἰσραήλ· καὶ τὸν ποτὲ διώκτην, κήρυκα καὶ δοῦλον ἀγαθὸν ἀπειργάσατο· ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὲν καὶ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκότα (3) τὸ Εὐαγγέλιον· κατηχήσοντα δὲ καὶ τὴν βασιλίδα Ῥώμην, καὶ μέχρι Σπανίας τὴν προθυμίαν τοῦ κηρύγματος ἐκτείναντα· μυρίους δὲ ὑπομεμνηκότα τοὺς ἄθλους, σημεῖά τε καὶ τέρατα πεποιηκότα· περὶ οὗ τέως αὐτάρκως.

Κζ'. Ἐν τῇ δυνάμει οὖν (4) τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ ὁ πρωτοστάτης τῶν ἀποστόλων καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν κλειδοῦχος Πέτρος, ἐν Λύδδῃ μὲν τῇ νῦν Διοσπόλει, ἐν τῷ ὀνόματι Χριστοῦ τὸν παραλυτικὸν Αἰνέαν ἐθεράπευσεν· ἐν Ἰόππῃ δὲ τὴν ἀγαθοεργὸν Ταβιθᾶν ἐκ νεκρῶν ἤγειρεν. Ἐπὶ δὲ τοῦ δώματος ἐν ἐκστάσει τὸν οὐρανὸν ἰδὼν ἀνεῳγμένον, καὶ διὰ τοῦ καθιεμένου ὡς ὀθόνης σκεύους, τοῦ πολυμόρφων καὶ πολυτρόπων ζώων πλήρους, τὸ μηδένα κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον λέγειν ἄνθρωπον, κἂν ἐξ Ἑλλήνων τυγχάνῃ, σαφῶς ἔμαθε· καὶ ὑπὸ τοῦ Κορνηλίου

A *adjunge te ad currum istum*[31]; docuitque Æthiopem et baptizavit, inque Æthiopiam Christi præconem misit, juxta illud quod scriptum est: « Æthiopia « præmittet manum suam Domino[22]; » et raptus ab angelo reliquis ex ordine civitatibus Evangelium prædicabat.

XXVI. Eodem Spiritu sancto repletus quoque Paulus fuit, post suam a Domino nostro Jesu Christo vocationem. Testisque nobis hujus rei accedat pius ille Ananias, qui Damasci versabatur, ad eum aiens: « Dominus misit me Jesus, qui visus est tibi «in via qua veniebas, ut visum recipias et implearis «Spiritu sancto[23].» Qui quidem confestim operatus, tum obcæcatos Pauli oculos ad reparati luminis usum traduxit, tum ejus animæ sigillum impertiens B (5), vas electionis effecit, ut Domini qui ipsi apparuerat nomen coram regibus et filiis Israel ferret, eumque qui prius persecutor exstiterat, præconem et servum bonum reddidit;[24] qui ab Hierosolymis in Illyricum **27** usque Evangelium implevit; regiamque Romam institutis imbuit, et in Hispaniam usque promptam prædicandi voluntatem extendit[25]. Mille præterea labores adivit, signaque et prodigia effecit; de quo interim dicta sufficiant.

XXVII. In virtute igitur ejusdem Spiritus sancti, apostolorum princeps et regni cœlorum claviger Petrus, in Lydda, quæ nunc Diospolis appellatur, in Christi nomine paralyticum Æneam sanitati restituit in Joppe vero Tabitham, illam bonorum operum effectricem a mortuis excitavit[26]. Cumque C in domus fastigio esset, mentis excessu raptus, cœlum apertum vidit; ac per demissum in lintei modum vas multarum formarum ac naturarum animantibus plenum, neminem, tametsi e Græcis foret, communem aut immundum dici hominem oportere

[21] Act. VIII, 29 sqq. [22] Psal. LXVII, 32. [23] Act. IX, 17 sqq. [24] *Vide infra* n. 31 et sqq. [25] Rom. XV, 19 seqq. [26] Act. IX, 32 sqq.

(1) Τῷ Κυρίῳ. *Domino*. Codd. Coisl., Roe, Cas., Grod., τῷ Θεῷ, *Deo*, ut habetur tam in Græcis quam in Latino Psalterio. *Manus* hic significat, *numera* quæ Æthiopia maturabit Deo offerre. Eunuchum vero in Æthiopia prædicaturum missum esse, Patrum sententia est; ut Irenæi lib. III, cap. 12, nov. edit., num. 8; Eusebii *Hist. eccl.* lib. II, cap. 1, p. 40, et aliorum. Ante ἀγγέλου articulum ascripsimus ex cod. Coisl. Pro ἀγγέλου, legit Grodecius, aut saltem vertit quasi legisset Πνεύματος, *Spiritus*, sed D nullus codex dissentit ab impressis. Legit sine dubio Cyrillus Act. VIII, 39, *Angelus Domini rapuit Philippum*, pro eo quod legimus tam in Græco, quam in Vulg. *Spiritus Domini*, ac Corillianæ lectioni consentiunt multi mss. Græci Novi Testamenti, et nonnullæ Patrum citationes.

(2) Τῇ δέ. Particula δέ a nobis ex Coisl., Roe, Casaub. et Grod. adjecta, ut responderet oppositæ particulæ μέν ante ὀφθαλμῶν. Recte Millesius in edit. Oxon. post υἱῶν, ex codd. Roe et Casaub cæteris suffragantibus, loco τῇ, encliticam τε reposuit.

(3) Πεπληρωκότα. Ex codd. Coisl., Roe, Casaub. ita restituimus loco πεπληρωκέναι. Vocem quoque βασιλίδα, quam Cyrillus etiam infra num. 31 voci Ῥώμην adjungit, hic reposuimus, ex codicibus modo memoratis, ac Grod. Sequentibus verbis, quibus Cyrillus ait Paulum in Hispaniam usque promptum suum prædicandi studium extendisse, usi sunt nonnulli ut Cyrillum ponerent in eorum numero, qui Paulum in Hispaniam vere penetrasse senserunt. At ejus verba iter illud non tam astruunt, quam non excludunt.

(4) Οὖν, etc. Vox οὖν deest in codicibus Roe, Casaub., Grod. et Coisl. Ex his etiam, Coisl. tamen excepto, vocem αὐτοῦ ante ἁγίου adjecimus. Pro Λύδδῃ, ex Coisl. et sacro textu scripsi Λύδδῃ.

(5) *Ejus animæ sigillum impertiens*. Quodnam sigillum, baptismatisne, an confirmationis? Utrumque existimo. Ejusmodi enim sigillum est, quo Saulus vas electionis effectus est, ad portandum intrepide coram regibus Domini nomen, et *prædicator* factus. At id sigillo confirmationis proprium ex Cyrillo cat. 3, num. 13 et 14, et cat. 17, num 36 et 37, et cat 21, num. 4. Paulus est ab Anania baptizatus, ille autem presbyter videtur fuisse. Eo vero tempore singuli pene presbyteri simul episcopali gratia donati erant. Ananias se a Christo missum refert ad Paulum, ut *impleretur Spiritu sancto*. Act. IX, 17. Id autem in apostolorum Actis fere gratiam confirmationis designat, nec videmus Paulum ad apostolos, aut alios episcopos recurrisse, ut illud sacramentum acciperet, sed *continuo* prædicationi incubuit. Act. IX, 20.

perspicue addidicat. Accersitusque a Cornelio, ab eodem Spiritu sancto disserte audivit : « Ecce viri « quærunt te : surge itaque,descende,et vade cum « illis nihil hæsitans,quia ego misi illos [27].» Atque ut palam declararetur, eos etiam qui ex gentibus credunt,Spiritus sancti gratiæ participes fieri,cum Petrus Cæsaream appulisset, et quæ ad Christum spectant doceret, de Cornelio et iis qui aderant,ait una Scriptura : « Adhuc loquente Petro verba hæc, « cecidit Spiritus sanctus in omnes qui sermonem « audiebant ; » ita ut qui ex circumcisis cum Petro venerant, mirarentur et obstupescentes dicerent : « Quoniam et in gentes donum sancti Spiritus ef- « fusum est.

XXVIII.In Antiochia vero Syriæ civitate nobilissima,cum Christi prædicatio mire operaretur, isthinc (Hierosolyma) bonæ operationis adjutor Antiochiam usque missus est Barnabas, *vir bonus et plenus Spiritu sancto et fide* [28]. Qui multam credentium in Christum messem videns, succenturiatum e Tarso Paulum Antiochiam adduxit.Cum vero frequens ab ipsis multitudo in Ecclesia præceptis instituta et collecta fuisset, « factum est ut discipuli « Antiochiæ primum cognominaretur Christiani ;» Spiritu sancto,credo, prænuntiatum a Domino nomen novum [29] credentibus imponente. [30] Et cum plurima a Deo effunderetur Antiochiæ Spiritus gratiæ,erant ibi prophetæ et doctores, quibuscum etiam Agabus [31]. « Sacrificantibus autem illis Do- « mino et jejunantibus, dixit Spiritus sanctus : Se- « gregate mihi Barnabam et Paulum in opus ad « quod advocavi eos [32]. » Cumque impositæ **278** fuissent illis manus,emissi sunt a Spiritu sancto.[33] Palam inde est, quod Spiritus qui dicit et mittit, vivens sit et subsistens et cum efficacia operans, uti diximus.

XXIX. Idem Spiritus sanctus, qui ex consensu Patris et Filii Novum Testamentum in Ecclesia catholica excitavit, liberavit nos ab difficilibus ad ferendum Legis oneribus, iis dico quæ mundum et immundum,cibosque spectant ; a Sabbatis et Noviluniis et circumcisione, aspersionibus et sacrificiis [34].Quæ pro ratione temporis data,umbram habebant futurorum bonorum[35];accedente autem veritate merito subtracta sunt. Cum enim,propter ex-

A μεταστα λεὶς, παρ' αὐτοῦ φανερῶς ἤκουτε τοῦ ἁγίου Πνεύματος· Ἰδοὺ ἄνδρες (1) ξητοῦσί σε· ἀλλὰ ἀναστὰς, κατάβηθι, καὶ πορεύου σὺν αὐτοῖς μηδὲν διακρινόμενος, ὅτι ἐγὼ ἀπέστειλα αὐτούς· Καὶ ἵνα δειχθῇ τοῦτο φανερῶς, ὅτι καὶ οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστεύοντες τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου Πνεύματος κοινωνοὶ γίνονται· Πέτρου παραγενομένου (2) εἰς τὴν Καισάρειαν, καὶ τὰ περὶ Χριστοῦ διδάσκοντος, ἡ Γραφὴ λέγει περὶ Κορνηλίου καὶ τῶν συμπαρόντων· Ἔτι λαλοῦντος τοῦ Πέτρου τὰ ῥήματα ταῦτα, ἔπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας τὸν λόγον· ὡς καὶ τοὺς ἐκ περιτομῆς τοὺς συνελθόντας τῷ Πέτρῳ, θαυμάζοντας καὶ ἐπισταμένους λέγειν· Ὅτι καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη ἡ δωρεὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκκέχυται.

B ΚΗ'. Καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ, τῆς Συρίας ἐπισημοτάτῃ πόλει, τοῦ περὶ Χριστοῦ κηρύγματος ἐνεργοῦντος, συνεργὸς τῶν ἀγαθῶν ἐντεῦθεν ἀπεστάλη Βαρνάβας ἕως Ἀντιοχείας, ἀνὴρ ἀγαθὸς, καὶ πλήρης Πνεύματος ἁγίου καὶ πίστεως· ὃς πολὺν θερισμὸν τῶν εἰς Χριστὸν πιστευόντων ἰδὼν (3), συναγωνιστὴν ἀπὸ Ταρσοῦ Ηαῦλον εἰς Ἀντιόχειαν ἤγαγεν. Ὄχλων τε ὑπ' αὐτῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ διδαχθέντων τε καὶ συναχθέντων, ἐγένετο πρῶτον χρηματίσαι ἐν Ἀντιοχείᾳ τοὺς μαθητὰς Χριστιανούς· τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οἶμαι, τὸ προκαταγγελθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου, τοῖς πιστεύουσιν ὄνομα καινὸν ἐπιτιθέντος. Ἐκχεομένης δὲ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πλείονος ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς πνευματικῆς χάριτος, προφῆται ἦσαν αὐτόθι καὶ διδάσκαλοι, μεθ' ὧν καὶ Ἄγαβός. Λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ Κυρίῳ καὶ νηστευόντων, εἶπε τὸ C Πνεῦμα τὸ ἅγιον· Ἀφορίσατε δή μοι τὸν Βαρνάβαν καὶ Ηαῦλον (4) εἰς τὸ ἔργον, ὃ προσκέκλημαι αὐτούς. Καὶ χειρῶν αὐτοῖς ἐπιθεισῶν, ἐξεπέμφθησαν ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Δῆλον δὲ, ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ λέγον καὶ πέμπον, ζῶν ἐστι καὶ ὑφεστὼς καὶ ἐνεργοῦν, ὡς εἰρήκαμεν.

ΚΘ'. Τοῦτο τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον (5), τὸ, συμφωνίᾳ Ηατρὸς καὶ Υἱοῦ, τὴν Καινὴν Διαθήκην ἐπὶ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας συστησάμενον, ἠλευθέρωσεν ἡμᾶς τῶν δυσβαστάκτων τοῦ Νόμου φορτίων, τῶν περὶ κοινοῦ καὶ ἀκαθάρτου, καὶ βρωμάτων λέγω, Σαββάτων τε καὶ Νουμηνιῶν, καὶ τῆς περιτομῆς, περιῤῥαντηρίων τε καὶ θυσιῶν· ἃ κατὰ καιρὸν μὲν δοθέντα, σκιὰν εἶχε τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, ἐλθούσης δὲ τῆς ἀληθείας, συνεστέλλετο δικαίως. Διὰ γὰρ τὴν ἐπὶ τῆς

[27] Act. x, 20 seqq. [28] Act. xi, 24. [29] Isa. lxv, 15. [30] *Vid. cat.* 10. *num.* 16. [31] Act. xi, 28. [32] Act. xiii, 2. [33] *Vide cat.* 16, *num.* 3, *et cat.* 17, *num.* 2 *et* 3. [34] Rom. viii, 2 ; Hebr. ix, 10. [35] Hebr. x, 1.

(1) Ἄνδρες. Coisl. ἄνδρες τρεῖς, *viri tres*, ut in Actis. At vox τρεῖς deest in multis Novi Testamenti mss. et Patrum citationibus.

(2) Παραγενομένου. Editi παραγινομένου. Prætulimus cod. Coisl. scripturam, quam Grodecius videtur legisse.

(3) Ἰδών. Quum esset in editis ἔδωκεν, nullo sensu,scripsimus,ἰδών, ex codd.Coisl.,Ottob.,Roe, Casaub. et sacro textu, Act. xi, *e*3.

(4) Παῦλον. Codex Roe solum scriptum habet, Σαῦλον, ut in Actorum textu. Nam nondum *Pauli* nomen assumpserat. Sed jam Cyrillus non *Saulum*, ut in Actis est, sed *Paulum* a Barnaba e Tarso Antiochiam perductum dixit. Infra, ex Coisl. et aliis Cyrilli locis, scripsi juxta Grammaticæ leges, ὑφεστώς loco ὑφεστός.

(5) Τὸ ἅγιον. Alia multa epitheta cumulat codex Coisl., τὸ ἅγιον Θεοῦ, τὸ ἀΐδιον, τὸ μακάριον, τὸ θεοποιὸν, εὐδοκίᾳ Ηατρὸς καὶ Υἱοῦ, etc. « Hic Spiritus « sanctus Dei æternus,beatus, deificus,» etc. Paulo post loco,καὶ βρωμάτων λέγω,habet sine καὶ βρώματος λόγων, « præceptis de mundo immundoque « alimento.

Αντιοχείας ζήτησιν, τῶν λεγόντων δεῖν περιτέμνεσθαι καὶ τηρεῖν τὰ ἔθη Μωϋσέως, Παόλου καὶ Βαρνάβα πεμφθέντων· οἱ ἐνταῦθα ἐν Ἱεροσολύμοις ὄντες ἀπόστολοι, πάντων μὲν τῶν νομικῶν καὶ τυπικῶν πραγμάτων, δι' ἐπιστολῆς ἐγγράφου, τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἠλευθέρωταν. Οὐ μὴν ἑαυτοῖς (1) ἔδωκαν τὴν αὐθεντίαν τοῦ τοιούτου πράγματος· ἀλλ' ὁμολογοῦσιν ἐγγράφως, ἐπιστέλλοντες· Ἔδοξε γὰρ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι καὶ ἡμῖν, μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος, πλὴν τῶν ἐπάναγκες τούτων· ἀπέχεσθαι εἰδωλοθυτων, καὶ αἵματος, καὶ πνικτοῦ (2), καὶ πορνείας· δι' ὧν ἔργαφον τοῦτο δηλοῦντες σαφῶς, ὅτι εἰ καὶ δι' ἀποστόλων ἀνθρώπων ἦν τὸ γραφὲν, ἀλλ' ἐξ ἁγίου Πνεύματος οἰκουμενικόν ἐστι τὸ διάταγμα· ὅπερ οἱ περὶ τὸν Βαρνάβαν καὶ Παῦλον λαβόντες, εἰς πᾶσαν τὴς οἰκουμένην ὠχύρωσαν.

A citatam Antiochiæ quæstionem, ab iis qui aiebant necessarium esse circumcidi et Moysis consuetudines observare, missi essent Paulus et Barnabas; apostoli qui isthic in Hierosolymis erant, ab universo legis et figurarum instructu, per conscriptam epistolam orbem totum liberaverunt. Neque vero sibi ipsis tantæ molis rei auctoritatem tribuere, sed epistola scripto data ita confitentur: « Visum est « *enim* Spiritui sancto et nobis, ne quid amplius vobis « imponeremus oneris, quam hæc necessaria; vide- « licet ut abstineatis ab iis quæ sunt idolis immolata, « et a sanguine, et suffocato et fornicatione [36] »; per ea quæ scripserunt, hoc aperte indicantes, quod tametsi per homines apostolos illud scriptum erat, tamen ex Spiritu sancto præceptum esset ad totum orbem pertinens; quod Paulus et Barnabas sumentes in universum orbem delatum firmavere.

Λ'. Ἐνταῦθα δὲ τοῦ λόγου γενόμενος, συγγνώμην αἰτῶ παρὰ τῆς ὑμετέρας (3) ἀγάπης, μᾶλλον δὲ παρὰ τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν Παύλῳ Πνεύματος, εἰ μὴ δυναίμην τὰ πάντα διελθεῖν, ἀσθενείας τε τῆς ἐμῆς ἕνεκεν, καὶ τοῦ κόπου τοῦ ἀκουόντων ὑμῶν. Πότε γὰρ αὐτοῦ κατ' ἀξίαν διηγήσομαι τὰς ἐκ τῆς ἐνεργείας τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν ὀνόματι Χριστοῦ θαυμασίας πράξεις; τὰς ἐν Κύπρῳ ἐπὶ Ἐλύμα τοῦ μάγου, καὶ τὰς (4) ἐν Λύστροις ἐπὶ τῆς τοῦ χωλοῦ θεραπείας· καὶ ἐν Κιλικίᾳ, καὶ Φρυγίᾳ, καὶ Γαλατίᾳ, καὶ Μυσίᾳ, καὶ Μακεδονίᾳ· ἢ τὰ ἐν Φιλίπποις· τὸ κήρυγμα λέγω, καὶ τοῦ Πύθωνος ἐν ὀνόματι Χριστοῦ τὴν ἀπελασίαν· καὶ τὴν ἐν νυκτὶ, μετὰ σεισμὸν (5), τοῦ δεσμοφύλακος διὰ βαπτίσματος πανοικὶ σωτηρίαν· ἢ τὰ ἐν Θεσσαλονίκῃ, καὶ τὴν (6) ἐν μέσοις Ἀθηναίοις ἐν Ἀρείῳ πάγῳ δημηγορίαν· ἢ τὰς ἐν Κορίνθῳ διδασκαλίας, καὶ ἐν Ἀχαΐᾳ πάσῃ; πῶς δὲ κατ' ἀξίαν διηγήσομαι τὰς ἐν Ἐφέσῳ διὰ Παύλου γενομένας ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνεργείας; Ὅπερ ἀγνοοῦντες μὲν οἱ αὐτόθι (7) προτέρον, ἐπέγνωσαν διὰ τῆς

XXX. [37] Huc devecto sermone, dari mihi veniam a vestra dilectione precor, imo vero potius ab inhabitante in Paulo Spiritu sancto, si non possim omnia persequi, tum ex tenuitate mea, tum vestra qui auditis defatigatione prohibitus. Quando enim pro dignitate explicaverim admiranda ejus in nomine Christi ex Spiritus sancti operatione gesta? Quæ in Cypro erga Elymam magum [38], et quæ Lystris in claudi curatione [39], et in Cilicia [40], et Phrygia et Galatia [41], et Mysia [42] et Macedonia [43] gessit; vel quæ in Philippensi civitate [44], prædicationem ejus dico, et Pythonis in nomine Christi ejectionem; noctuque post terræ motum datam custodi carceris cum tota domo sua per baptismum salutem [45]; aut quæ Thessalonicæ, et ejus in mediis Atheniensibus in Areopago concionem; vel ejus **279** in urbe Corintho, totaque in Achaia docendi labores [46]. Quomodo vero dicendo assequar eas quæ per Paulum Ephesi effectæ sunt a Spiritu sancto operationes? Quem quidem (Spiritum sanctum) ante

[36] Act. xv, 28 sqq. [37] *Vid. infra, n.* 34. [38] Act. xiii. 5-13. [39] Act. xiv, 7-11. [40] Act. xv, 41. [41] Act. xvi, 6. [42] ibid. 7. [43] ibid. 9-11. [44] ibid. 12 sqq. [45] Act. xvii, 1 sqq. Act. xviii, 1 sqq.

(1) Ἑαυτοῖς. Loco αὐτοῖς, ita scripsimus ex auctoritate codicum Coisl., Roe, Casaub.; vel scribendum αὐτοῖς.

(2) Καὶ πνικτοῦ. Conjunctionem καί ascripsimus ex codicibus Coisl., Roe, Casaub. Ottobonianis duobus, Grod. et sacro textu. In priore Ottob. et in Roe ac Casaub. habetur, πνικτῶν, quod nonnulli Patres hic legisse videntur, et legit Vulgatus noster interpres, vers. 20. At Cyrillus, cat. 4, num. 28, scribit etiam πνικτοῦ· Postea loco δι' ὃν ἔγγραφον, quod Grodecius vertit *per quod scriptum*, ex codicibus Coislin., Roe et Casaub., scripsimus, δι' ὧν ἔγραφον, *per ea quæ scripsere*. Nusquam apud Cyrillum nomen ἔγγραφος reperias, nisi adjectivum, aut substantivum neutrius generis. Vide cat. 14, num. 15; cat. 18, num. 11; cat. 19, num. 5, supra scripsit δι' ἐπιστολῆς ἐγγράφου.

(3) Ὑμετέρας. Editi ferentes, ἡμετέρας, necessario fuere corrigendi ex codd. Ottob., Coisl., Roe, Casaub. et Grod.

(4) Καὶ τάς. Hic scriptum erat τά, ut in sequentibus, visum est ponere τάς, ex Coisl., Roe, Casaub., propter superius, τὰς ἐν Κύπρῳ· deinde mutata phrasi scribit auctor, ἢ τὰ ἐν Φιλίπποις, etc. Observa inferius ad verba πύθώνος ἀπελασίαν, Cyrillum legisse videri, Act. xvi, 16, πνεῦμα πύθωνα, ut legit Vulgatus noster interpres, ac ferunt multi mss. Novi Testamenti, non autem πνεῦμα πυθωνος, quod in nostris Græcis excusis habetur.

(5) Μετὰ σεισμόν. Post σεισμόν in editis adjungitur, τὸν δεσμόν quæ vox cum omittatur ab Ottob. 2 et Grodecio, nec possit cum reliquis construi, eam delevimus. In Coisl. codice, loco μετὰ σεισμόν, habetur μεταβολὴν τὸν δεσμόν. Roe vero et Casaubon. omittunt σεισμόν, et ejus vocis loco τὸν δεσμόν habent. Fortassis eas omnes varias lectiones, cum nonnulla mutatione, colligendo, sic informari possit textus: τὴν ἐν νυκτὶ, μετὰ σεισμὸν, μεταβολὴν τῶν δεσμῶν, τοῦ δεσμοφύλακος, etc. *factam in nocte, post terræ motum, vinculorum mutationem*, etc. Respiciendo nimirum ad illud Act. xvi, 26, πάντων τὰ δεσμὰ ἀνέθη, *omnium vincula laxata sunt*.

(6) Καὶ τήν. Cum esset τά in editis contra syntaxim, reposuimus, τήν, ex Coisl., Roe, Casaub.

(7) Αὐτόθι. Roe et Casaub., αὐτόθεν. At inferius etiam, n. 31, scribit auctor, πολλοὺς μὲν αὐτόθι τῶν Ἰουδαίων.

nescientes qui illic erant, per doctrinam Pauli cognovere ; postquam vero imposuisset illis manus Paulus, et venisset super eos sanctus Spiritus, *loquebantur linguis et prophetabant* [47]. Tantaque super eo gratia Spiritus erat, ut non solum contactus ipsius sanitatem refunderet, verum etiam delata a carne ejus sudaria et semicinctia morbos curarent, et mali spiritus abigerent ; quin et ii qui curiosas artes exercuerant, comportantes libros coram omnibus exurerent,

XXXI. Prætercurro et Troade gesta erga Eutychum, qui somno degravatus, tertioque e tabulato deorsum lapsus, mortuus sublatus est, et a Paulo incolumitati redditus [48]. Prætermitto eam quam presbyteris Ephesi Miletum vocatis exposuit prophetiam ; quibus diserte ait : *Quoniam Spiritus sanctus per singulas civitates testificatur mihi dicens, quod* [49], etc. Per hæc enim verba, *per singulas civitates*, significavit Paulus, mira quæ in unaquaque civitate effecit, ex Spiritus sancti efficientia prodire : nutu Dei, et in nomine Christi qui in ipso loquebatur. [50] Ex hujus sancti Spiritus vi idem Paulus in hanc sanctam civitatem Jerusalem properabat ; [51] quamvis Agabus ex Spiritu ipsi eventura prophetaret [52] : Christi vero cum fiducia doctrinam in populis prædicabat. Cæsaream adductus [53], mediis etiam in judiciorum subselliis, modo coram Felice [54], modo coram Festo præside [55] et Agrippa rege [56], tantum ex Spiritu sancto victricis in sapientia gratiæ (1), habuit Paulus ut ipse jam Judæorum rex Agrippa diceret : *Parum abest, quin mihi persuadeas ut fiam Christianus* [57]. Idem san-

A Ηαύλου διδασκαλίας· ἐπιθεντος δὲ αὐτοῖς τὰς χεῖρας τοῦ Ηαύλου, καὶ ἐλθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπὶ αὐτοὺς, ἐλάλουν γλώσσαις καὶ ἐπροφήτενον. Τοσαύτη τε ἐπ' αὐτῷ (2) ἦν ἡ χάρις πνευματικὴ, ὡς μὴ μόνον αὐτὸν ἁπτόμενον ἰᾶσθαι· ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ ἐπιφερόμενα σουδάρια καὶ σημικίνθια, θεραπεύειν τὰς νόσους, καὶ ἀπελαύνειν τὰ τοῦ πονηροῦ πνεύματα· ἦδη δὲ καὶ τοὺς τὰ περιεργα πράξαντας, συνενέγκαντας τὰς βίβλους κατακαίειν ἐπὶ πάντων.

ΛΑ'. Ηαρατρέχω καὶ τὰ ἐν Τρωάδι κατὰ τὸν Εὔτυχον (3), κατενεχθέντα μὲν ἀπὸ τοῦ ὕπνου, καὶ πεσόντα ἀπὸ τριστέγου κάτω, καὶ ἀρθέντα νεκρὸν, ὑπὸ δὲ Ηαύλου διασωθέντα. Ηαρατρέχω καὶ τὰς πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους Ἐφέσου, τοὺς ἐν Μιλήτῳ κληθέν-

B τας, προφητείας (4)· οἷς φανερῶς ἔλεγεν· Ὅτι τὸ Ηνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ πόλιν διαμαρτύρεταί μοι λέγον, ὅτι, καὶ τὰ ἑξῆς. Διὰ γὰρ τοῦ εἰπεῖν, ὅτι κατὰ πόλιν, ἐδήλωσεν ὁ Ηαῦλος, ὅτι τὰ ἐν ἑκάστῃ πόλει γενόμενα ὑπ' αὐτοῦ θαυμάσια, ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου Ηνεύματος ἐνεργείας ἦν, νεύματι Θεοῦ, καὶ ἐν (ὃ) ὀνόματι τοῦ ἐν αὐτῷ λαλοῦντος Χριστοῦ. Ἐκ τῆς δυνάμεως τούτου τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἔσπευδε μὲν εἰς τὴν ἁγίαν ταύτην πόλιν Ἱερουσαλὴμ ὁ αὐτὸς Παῦλος· καὶ ταῦτα τοῦ Ἀγάβου (6) τὰ συμβησόμενα αὐτῷ προφητεύοντος Ηνεύματι· ἐδημηγόρει δὲ, τὰ περὶ Χριστοῦ διηγούμενος, ἐν πεποιθήσει. Εἰς δὲ τὴν Καισάρειαν ἀναχθεὶς, καὶ μέσοις δικαστηρίων βήμασι, ποτὲ μὲν ἐπὶ Φήλικος, ποτὲ δὲ ἐπὶ Φήστου

C ἡγεμόνος καὶ Ἀγρίππα τοῦ βασιλέως, τοσαύτην ἐκ Ηνεύματος ἁγίου νικητικὴν ἐν σοφίᾳ χάριν ἔσχεν ὁ Παῦλος, ὡς αὐτὸν ἤδη τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων

[47] Act. XIX, 1, sqq. [48] Act. XX, 7-12. [49] ibid. 23 sqq. [50] *Vid. cat.* 16, *n.* 12. [51] *Sup. n.* 21 *et* 29. [52] Act. XXI, 10. [53] Act. XXIII, 33. [54] Act. XXIV, 10-27. [55] Act. XXV, 7-11. [56] Act. XXVI, 2-29. [57] ibid. 28.

(1) *Victricis in sapientia gratiæ.* Gratiam sancti Spiritur supra crebro dixit cum efficacia operari, n. 21, τοσαύτης ἐν πᾶσι τοῖς ἀποσνόλοις τῆς χάριτος ἐνεργεύσης· n. 24, οὐ μόνον ἐν τοῖς δώδεκα ἀποστόλοις ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνήργησε χάρις· et infra n. 34, Spiritum sanctum vocat sanctificantem et efficacem virtutem, ἁγιοποιὸς καὶ ἐνεργητικὴ δύναμις. Hic autem ejus gratiam victricem vocat, eo tamen in loco ubi Agrippæ duritiam non penitus expuguavit et vicit, sed ad videndam et confitendam veritatis vim adegit. At ea Paulum Agrippa etiam obstinatiorem e persecutore in præconem mutavit, supra, n. 26, quod potenti Christi virtute et superabundanti in ipso gratia effectum ait cat. 10, n. 18 et 18, ποίᾳ δυνάμει ;... ὑπερεπλεόνασεν ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἐν ἐμοί. Eadem Spiritus sancti gratia efficaciter operans, multos ex Judæis illis qui Christum crucifixerant, non solum credere, sed etiam prædicationi apostolorum et precibus perseveranter intendere fecit, supra n. 21, ita ut non gratiæ victricis defectu, sed propria Agrippæ obstinatione factum sit, ut non converteretur ; quam obstinationem gratia, si abundantior ipsi fuisset data, facile perfregisset. Gratiam vero in tota hac oratione Cyrillus non præcise intelligit solum gratiam interiorem et adjutricem, sed etiam ei conjungit gratiam miraculorum, scientiæ, eloquentiæ etc., quæ apostolos primum robore confirmans, et miraculis ac bonis operibus conspicuos reddens, ad similes in aliis effectus producendos per ipsos extendebatur. Vide cat. 16, n. 16.

(2) Ἐπ' αὐτῷ. Sic codd. Coisl., Ottob. 2, Roe, Casaub., Grod. At editi, ἐπ' αὐτῶν· quod profectum putamus a librariis, litteram ν in fine vocum per vocalem desinentium, cum sequens verbum a vecali incipit, importune adjicientibus. Ante ἀπὸ τοῦ χρωτὸς, τά adjecimus ex Coisl. Infra, loco τοῦ πονηροῦ, Coisl., Roe, Casaub. habent, τὸ πονηρά, ut Act. XIX, 12, Cyrillus cat. 20, n. 3, dæmones vocat, τοῦ πονηροῦ δυνάμεις.

(3) Κατὰ τὸν Εὔτυχον. Ex Roe et Casaub. κατὰ posuimus pro καί quod erat in editis : quorum sensus erat : *Prætereo quæ Troade gesta sunt, et Eutychum.* At illa Eutychi resurrectio unum memoratur Pauli Troade in urbe gestum.

(4) Προφητείας. Ex cod. Ottob. ita scripsi loco προφήτας. Quis enim erat sensus, ut illi Ephesi seniores prophetæ dicerentur ? Porro verbum hoc abest a codd. Roe, Casaub. et Grodec. Vellem scriptum paulo supra, καὶ τὰ τῆς πρὸς τοὺς, etc. Inferius vero post λέγον, ex cod. Coisl. addidi, ὅτι, καὶ τὰ ἑξῆς, ut minus suspensa et abrupta esset oratio.

(5) Νεύματι Θεοῦ, καὶ ἐν, etc. Hæc de Dei nutu et Christi nomine desunt in codd. Roe et Casaub., sicut in iisdem codicibus similia verba cat. 16; n. 12, p. 229, deleta sunt. Vide quæ in hunc locum subnotavimus.

(6) Ἀγάβου. Ex codd. Roe, Casaub. et Cyrillo ipso sup. num. 28, et cat. 13, n. 29, emendavimus editorum scripturam, Ἀγαβου, quanquam verum fortasse hujus prophetæ nomen erat Ἀγαβός, quæ Græca vox *generosum* significat.

Ἀγρίππαν εἰπεῖν· Ἐν ὀλίγῳ με πείθεις Χριστιανὸν γενέσθαι. Τοῦτο τὸ ἅγιον Πνεῦμα τῷ Παύλῳ παρέσχε καὶ ἐν Μελίτῃ τῇ νήσῳ, δηχθέντι μὲν ὑπὸ τῆς ἐχίδνης, τὸ ἀβλαβὲς ἔχειν (1), διαφόρους δὲ ἐπὶ τῶν νοσούντων ἐπιτελέσαι τὰς θεραπείας. Τοῦτο τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ μέχρι τῆς βασιλίδος Ῥώμης αὐτὸν κήρυκα Χριστοῦ, τόν ποτε διώκτην, ὡδήγησεν (2)· ὃς πολλοὺς μὲν αὐτόθι τῶν Ἰουδαίων πιστεύειν εἰς Χριστὸν ἔπειθε, τοῖς δὲ ἀντιλέγουσιν ἔλεγε σαφῶς· Καλῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλάλησε διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος πρὸς τοὺς πατέρας ὑμῶν, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΛΒ'. Ὅτι γε Πνεύματος ἁγίου πλήρης ἦν ὁ Παῦλος, καὶ οἱ τούτῳ παραπλήσιοι πάντες ἀπόστολοι, καὶ οἱ μετ' αὐτοὺς (3) εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα [ὁμοούσιον (4)] πιστεύοντες, ἄκουε σαφῶς ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς αὐτοῦ γράφοντος· Καὶ ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου, οὐκ ἐν πειθοῖς σοφίας ἀνθρωπίνης (5) λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει Πνεύματος καὶ δυνάμεως· καὶ πάλιν· Ὁ δὲ σφαγισάμενος ἡμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο Θεός, ὁ δοὺς ἡμῖν τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος· καὶ πάλιν· Ὁ ἐγείρας Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν, ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ ὑμῶν σώματα, διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν· καὶ πάλιν πρὸς Τιμόθεον γράφων· Τὴν καλὴν παρακαταθήκην φύλαξον διὰ Πνεύματος ἁγίου τοῦ δοθέντος ἡμῖν.

ΛΓ'. Ὅτι δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑφέστηκε (6), καὶ ζῇ, καὶ λαλεῖ, καὶ προλέγει, πολλάκις μὲν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἡμῖν εἴρηται· γράφει δὲ σαφῶς πρὸς Τιμόθεον ὁ Παῦλος· Τὸ δὲ Πνεῦμα ῥητῶς λέγει, ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως· ἅπερ οὐ μόνον ἐν τοῖς πρὸ ἡμῶν (7), ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῶν σχίσμασιν ὁρῶμεν, ποικίλης καὶ πολυτρόπου τῆς τῶν αἱρετικῶν πλάνης οὔσης· καὶ πάλιν ὁ αὐτός φησιν· Ὃ ἑτέραις γενεαῖς οὐκ

ctus Spiritus Paulo præstitit, ut et in Melitensi insula a vipera morsus nihil læderetur, et diversas erga ægrotantes curationes perficeret [58]. Idem sanctus **280** Spiritus, eum olim persecutorem [59], regiam usque Romam præconem perduxit: qui multis quidem ex degentibus illic Judæis ut in Christum crederent, persuasit, contradicentibus vero palam dicebat· « Bene Spiritus sanctus locu« tus est per Isaiam prophetam, dicentem ad pa« tres vestros [60], » etc.

XXXII. Quod autem esset Spiritu sancto plenus Paulus, illique similes omnes apostoli, quique post eos in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum [consubstantialem] credunt, audi ipsum aperte in epistolis scribentem: « Et sermo meus et prædica« tio mea non in persuasoriis sapientiæ humanæ « verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis [61]; « *et iterum*: Qui vero obsignavit nos in hoc Deus, « qui dedit nobis arrhabonem spiritus [62]: *rursum« que*: Qui excitavit Jesum ex mortuis, vivificabit « et mortalia vestra corpora, per inhabitantem « ipsius Spiritum in vobis [63]; *iterumque ad Thimo« theum scribens*. Bonum depositum custodi, per « Spiritum sanctum qui datus est nobis [64]. »

XXXIII. Quod autem Spiritus sanctus subsistat, et vivat, et loquatur, et prænuntiet, pluries jam: nobis in superius [65] disputatis est dictum; scribit vero perspicue ad Timotheum Paulus: « Spiritus « autem definite dicit, quod in posterioribus tempori« bus discedent quidam a fide [66]. » [67] Quæ quidem non in anterioribus solum, sed etiam in nostri temporis scissuris cernimus, cum varius et multiformis hæreticorum error deprehendatur. Et rursus idem

[58] Act. XXVIII, 1-9. [59] *Vid. sup. n.* 26. [60] Act. XXVIII, 25. [61] I Cor. II, 4. [62] II Cor. I, 22. [63] Rom. VIII, 11. [64] II Tim. I, 14. [65] *Cat.* 16, *n.* 3 *et* 14; *sup. n.* 2, 5, 28. [66] I Tim. 4, 1. [67] *Vid. cat.* 15, *n.* 5, 7 *et* 8.

(1) Ἔχειν. Ita scripsi loco ἔσχεν, nullo quamvis codice adjutus; sed postulante phrasis hujus constructione, ut esset verbum respondens sequenti, ἐπιτελέσαι. Cæterum in codd. Roe, Casaub. et Ottob. deest id verbum. Ottobonius 2 habet infra, ἐπετέλεσε.

(2) Ὡδήγησεν. Roe, Ottobon. et Casaub., ἐποίησεν. Ante πολλούς, ex Grodec. et Ottobon. scripsimus, ὅς, cum in editis et cæteris codd. scriptum habeatur, ὡς.

(3) Καὶ οἱ μετ' αὐτούς. Codd. Roe et Casaub., καὶ οἱ μετ' αὐτὸν, καὶ μετ' αὐτούς, *et qui post eum, et qui post illos*. Grod. videtur legisse, καὶ οἱ δι' αὐτούς, *et qui per illos*, etc. Ottob. 2, καὶ οἱ δι' αὐτὸν, καὶ οἱ μετ' αὐτούς.

(4) Ὁμοούσιον, *consubstantialem*. Vox hæc a nobis uncinis inclusa, in editis et versione Grodecii reperitur quidem, abest vero a codd. Ottobon., Roe et Casaud.; immissam in hunc locum non dubitamus. Nam vox illa non est absoluta, et quæ solitarie scribatur, ut hic posita est; sed relativa, cui semper conjungi ea res solet, cui altera consubstantialis est. Vide notata a nobis ad catech. 16, n. 23.

(5) Ἀνθρωπίνης. Ita nos scripsimus loco ἀνθρωπίνοις, ex versione Grodecii, sacro textu et Cyrillo ipso cat. 13, n. 8, ἀνθρωπίνης legente. In sequenti testimonio, verba, εἰς αὐτὸ τοῦτο. Cyrillus sumpsit ex cap. V, 5, secundæ ad Corinthios epistolæ, et in hunc locum plane similem II Cor. I, 22, transtulit. In sacro textu, pro διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος, *per inhabitantem*, legitur, διὰ τὸ ἐνοικοῦν, *propter inhabitantem*. At auctor dialogi 3 *De Trinit.* sub nomine sancti Athanasii tom. II, p. 519, qui sanctus Maximus confessor existimatur, affirmat n. 20 et 26, in omnibus pene exemplaribus sui temporis haberi, διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος, alteram vero lectionem a Macedonianis invectam. Vulg. tamen legit *propter*. Multi Patres ut Cyrillus legere. Joan. Millius lectionem διὰ τὸ ἐνοικοῦν defendit, et ad sensum præpositionis *per* reducendam esse contendit.

(6) Ὑφέστηκε. Male in codicibus editis et mss., ἐφέστηκε. Omnino legendum, ὑφέστηκε, ut scripsimus ex cod. Ottob. 2, versione Grodecii et aliis locis parallelis ad quæ remittit Cyrillus; nimirum cat. hujus num. 2, ζῶν καὶ ὑφεστὼς, καὶ λαλοῦν, καὶ ἐνεργοῦν· num. 5, ζῶν καὶ ὑφεστὼς, καὶ πάντοτε, etc.; num. 28, ζῶν ἐστι καὶ ὑφεστὼς, καὶ ἐνεργοῦν.

(7) Πρὸ ἡμῶν. Ita scripsimus ex cod. Ottobon. utroque et versione Grodecii, ita postulante contextu, quamvis in aliis codd. legatur, πρὸ ὑμῶν.

ait : « Quod aliis generationibus non innotuit filiis « hominum, quemadmodum nunc revelatum est « sanctis apostolis ejus et prophetis, in spiritu [68], « *etc.* ; *iterumque* : Propterea, sicut dicit Spiritus « sanctus [69] ; *ac denuo* : Testificatur vero nobis et « Spiritus sanctus [70]. *rursumque justitiæ militibus « acclamat aiens* : Et galeam salutaris accipite, et « gladium spiritus, qui est verbum Dei, per omnem « deprecationem et obsecrationem [71] ; *et iterum* : « Ne inebriemini vino, in quo est luxuria : sed im- « pleamini spiritu, loquentes in vobis ipsis, psal- « mis et hymnis et canticis spiritualibus [72] ; *ac de- « mum* : Gratia Domini Jesu, et charitas Dei, et com- « municatio sancti Spiritus, cum omnibus vobis [73].»

A ἐγνωρίσθη τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, ὡς νῦν ἀπεκαλύφθη τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ προφήταις ἐν Πνεύματι, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ πάλιν· Διὸ, καθὼς λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ πάλιν· Μαρτυρεῖ δὲ ἡμῖν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ πάλιν τοῖς τῆς δικαιοσύνης ὁπλίταις προσφωνεῖ, λέγων· Καὶ τὴν περικεθαλαίαν τοῦ σωτηρίου δέξασθε, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ Πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ, διὰ πάσης (2) προσευχῆς καὶ δεήσεως· καὶ πάλιν· Μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτία· ἀλλὰ πληροῦσθε πνεύματος, λαλοῦντες ἐν ἑαυτοῖς, ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς· καὶ πάλιν· Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος μετὰ πάντων ὑμῶν.

XXXIV. Ex quibus omnibus, et iis quæ **281** præ- B termissa sunt longe pluribus, commendatur intelligentia prædictis subsistens, sanctificatrix et efficaciter operatrix virtus Spiritus sancti (1). Nam tempus me dicentem deficiat, si persequi velim quæ de sancto Spiritu dicenda restant ex quatuordecim Pauli Epistolis, in quibus diversimode, integre, religioseque docuit. Sit autem ipsius sancti Spiritus potestatis munus, ut et nobis de his quæ prætermittimus, ob dierum paucitatem veniam indulgeat, [74] et vobis auditoribus perfectiorem rerum quæ supersunt notitiam infundat, [75] cum ii qui inter vos studiosi sunt, ex crebriori divinarum Scripturarum lectione ista addiscant : imo et ex præsentibus istis catechesibus, iisque quæ antea disputavimus, jam firmiorem conceperint fidem, « In unum « Deum Patrem omnipotentem ; et in Dominum no- C « strum Jesum Christum, Filium ejus unigenitum ; et « in Spiritum sanctum, Paracletum. » Cum vero vox hæc revera et denominatio, *Spiritus*, in Scripturis promiscue sumatur (dicitur namque de Patre : *Spiritus est Deus* [76], ut in Evangelio Joannis est scriptum ; de Filio quoque : « Spiritus ante faciem « nostram Christus Dominus, » ut ait Jeremias pro-

ΛΔ'. Δι' ὧν ἁπάντων, καὶ τῶν παραλειφθέντων πλειόνων, συνίσταται τοῖς νοοῦσιν ἡ ἐνυμόστατος, καὶ ἁγιοποιὸς, καὶ ἐνεργητικὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος δύναμις. Ἐπιλείψει γὰρ με διηγούμενον ὁ χρόνος, εἰ ἐβουλόμην λέγειν τὰ λείποντα περὶ ἁγίου Πνεύματος ἐκ τῶν Παύλου τεσσαρεσκαίδεκα (3) Ἐπιστολῶν· ἐν αἷς ποικίλως, καὶ ἀνελλιπῶς, καὶ εὐλαβῶς ἐδίδαξεν. Ἔργον δ' ἂν εἴη τῆς δυνάμεως αὐτοῦ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἡμῖν μὲν ἐφ' οἷς ἐνελλείπομεν, διὰ τὸ τῶν ἡμερῶν (4) ὀλίγον δοῦναι συγγνώμην· ὑμῖν δὲ τοῖς ἀκροαταῖς τῶν λειπόντων τελειοτέραν ἐνθεῖναι τὴν γνῶσιν· τῶν σπουδαίων ἐν ὑμῖν ἐκ τῆς πυκνοτέρας τῶν θείων Γραφῶν ἀναγνώσεως ταῦτα μανθανόντων· ἤδη δὲ καὶ ἐκ τῶν παρουσῶν τούτων κατηχήσεων, καὶ ἐκ τῶν πρότερον εἰρημένων ἡμῖν, βεβαιοτέραν τὴν πίστιν ἐχόντων, Εἰς ἕνα (5) Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα· καὶ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν αὐτοῦ (6) τὸν μονογενῆ· καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸν Παράκλητον. Τῆς λέξεως μέν τε καὶ ὀνομασίας αὐτῆς, τῆς τοῦ Πνεύματος, ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς κειμένης ἐπικοίνως (λέγεται γὰρ περὶ τοῦ Πατρὸς, Πνεῦμα ὁ Θεὸς, ὡς ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ γέγραπται· καὶ περὶ τοῦ Υἱοῦ, Πνεῦμα πρὸ προσώπου (7) ἡμῶν Χριστὸς

[68] Ephes. III, 5. [69] Hebr. III, 7. [70] Hebr. X, 15. [71] Ephes. VI, 17, 18. [72] ibid. 18, 19. [73] II Cor. XIII, 13. [74] *Vid. sup. n.* 30. [75] *Vid. cat.* 4, *n.* 33· *cat.* 18, *n.* 17 ; *cat.* 1, *n.* 6 ; *cat.* 13, *n.* 8. [76] Joan. IV, 24.

(1) *Sancti Spiritus virtus.* Id est, sanctus Spiritus virtute plenus ; non enim ad virtutem, sed ad ipsum solummodo Spiritum sanctum referri potest vox *subsistens*, ἐνυπόστατος. Alioqui, cat. 16, n. 3, vocat D Spiritum sanctum, *virtutem maximam*, μεγίστη δύναμις. Et opposito sensu dæmones vocat, *diabolicam virtutem* cat. 22, n. 7, διαβολικῆς δυνάμεως, vel *mali virtutes*, τοῦ Πονηροῦ δυνάμεις, cat. 20, n. 3, vel *adversarias virtutes*, αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις, n. 2. Catechesi quoque 3, n. 3, *vim sanctitatis*, δύναμιν ἁγιότητος, dicit pro *sanctitate*.

(2) Διὰ πάσης. Ita scripsimus ex codd. Roe et Casaub., Ottob. 2 ac sacro textu. Editi pro διά, ferunt καί· Grod. videtur legisse μετά. Paulo post, correximus ex cod. Casaub. et duobus Ottobon. et sacro textu, quod scriptum erat οἶνον pro οἴνῳ. Loco Πνεύματος, ferunt Ottobon. 2, Roe et Casaubon., ἐν Πνεύματι, ut est apud Apost. Ottob. 1, Πνεύματι.

(3) Τεσσαρεσκαίδεκα. Roe et Casaub., δεκατεσσάρων· quo vocabulo utitur cat. 4, n. 36, et supra, num. 20, de quatuordecim Pauli epistolis loquens. Mox iidem codd. pro εὐλαβῶς, habent, εὐσεβῶς.

(4) Τῶν ἡμερῶν ὀλίγον. Cod. Ottob. 2 et Grod., τῶν ἡμερῶν εἰρημένων ὀλίγον.

(5) Εἰς ἕνα. Male in editis ante εἰς ἕνα additur τῶν, quod ex Ottob. cod. delevimus. Satis conveniret articulus τήν.

(6) Τὸν Υἱὸν αὐτοῦ. In editis additur, τοῦ Θεοῦ. Quæ cum inutilem ac inelegantem ejusdem rei repetitionem contineant, alterutrum vel αὐτοῦ vel τοῦ Θεοῦ, resecandum fuit : primum omittit Grodecius, postremum codd. Ottob., Roe et Casaub. quos secuti sumus. Paulo post, verbum τὸ ὁμοούσιον, inter ἅγιον et τὸν Παράκλητον importune interjectum, codd. Ottob., Roe et Casaub. auctoritate rejicimus, et loco καί ante Παράκλητον, articulum qui deerat ex iisdem supplevimus. Illud ὁμοούσιον, huic loco extraneum esse brobat, primum quod verba Symboli a Cyrillo citata interrumpat : deinde quod absolute et solitarie ponatur, contra vim et hujus vocabuli, ejusque ponendi morem.

(7) Πνεῦμα πρὸ προσώπου, etc. Grodecius le-

Κύριος, ὥς φησιν Ἱερεμίας ὁ προφήτης· καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, Ὁ δὲ Παράκλητος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς εἴρηται), τῆς δὲ ἐν τῇ πίστει τάξεως εὐσεβῶς νοουμένης, καὶ τὴν Σαβελλίου πλάνην ἀπελαυνούσης· ἐπανέλθωμεν τῷ λόγῳ πρὸς τὸ νῦν κατεπεῖγον, καὶ ὑμῖν συμφέρον.

A pheta [77]; deque Spiritu sancto : *Paracletus vero, Spiritus sanctus* [78], ut dictum est), ordo autem qui in fide est religiose intellectus (4), etiam Sabellii errorem ableget ; ad ea quæ nunc urgent et vobis conducibilia sunt, revertatur oratio.

ΛΕ'. Βλέπε μή ποτε κατὰ τὸν Σίμωνα προσέρχῃ τοῖς βαπτίζουσιν ὑποκρινόμενος, ἡ δὲ καρδία σου οὐ ζητῇ (1) τὴν ἀλήθειαν. Ἡμέτερον τὸ διαμαρτύρασθαι, σὸν δὲ τὸ ἀσφαλίζεσθαι. Εἰ ἕστηκας ἐν πίστει, μακάριος τυγχάνεις· εἰ πέπτωκας ἐν ἀπιστίᾳ, ῥῖψον τὴν ἀπιστίαν ἀπὸ τῆς σήμερον, καὶ πληροφορήθητι. Κατὰ γὰρ τὸν καιρὸν τοῦ βαπτίσματος, ὅταν προσέλθῃς ἐπὶ τῶν ἐπισκόπων (2), ἢ πρεσβυτέρων, ἢ διακόνων (ἁπανταχοῦ γὰρ ἡ χάρις, καὶ ἐν κώμαις, καὶ ἐν πόλεσι· καὶ ἐπὶ ἰδιωτῶν καὶ ἐλλογίμων, καὶ ἐπὶ δούλων B καὶ ἐλευθέρων· ἐπειδὴ οὐκ ἐξ ἀνθρώπων ἡ χάρις, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ δι' ἀνθρώπων ἡ δόσις)· σὺ μὲν προσέρχου τῷ βαπτίζοντι· προσέρχου δὲ, μὴ προσέχων τῷ προσώπῳ τοῦ φαινομένου, ἀλλὰ μέμνησο τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου τούτου περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος. Τοῦτο γὰρ ἕτοιμον πάρεστι σφραγίσαι σου τὴν ψυχήν· καὶ δίδωσι (3) σφραγῖδα ἣν τρέμουσι δαίμονες, ἐπουράνιόν τινα καὶ θείαν, καθὼς καὶ γέγραπται· Ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες, ἐσφραγίσθητε τῷ Πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ.

XXXV. Cave, ne quando Simonis exemplo ad baptismi ministros simulatus accedas, cor autem tuum veritatem non requirat. [78*] Nostrum est contestari, tuum autem cavere. Si steteris in fide, beatus es ; si ex infidelitate cecideris, jam ab hoc die infidelitatem abjice, et firmam indue persuasionem. Nam circa tempus baptismatis, quando accesseris ad episcopos, vel presbyteros, vel diaconos (omnibus namque locis datur gratia et in pagis et in urbibus et per imperitos et per eruditos, et per servos ac liberos : quandoquidem non est hæc ex **282** hominibus gratia, sed a Deo per homines facta largitio) ; [79] tu itaque ad baptizantem accede, accede vero ad vultum visibilis hominis nullatenus attendens ; sed memor esto hujus Spiritus sancti de quo nunc dicimus. Hic enim paratus adest, qui animam tuam consignet ; dabitque tibi cœleste quoddam et divinum, quod dæmones contremiscunt, signaculum : uti et scriptum est : *In quo etiam cum credideritis, obsignati estis Spiritu promissionis sancto* [80].

ΛϚ'. Ἀλλὰ δοκιμάζει τὴν ψυχὴν, οὐ βάλλει τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων. Εἰ ὑποκρίνῃ, νῦν ἄνθρωποί σε βαπτίζουσι, τὸ δὲ Πνεῦμά σε οὐ βαπτίσει. Ἐὰν δὲ ἐκ πίστεως προσέλθῃς, ἄνθρωποι μὲν C ὑπηρετοῦσιν εἰς τὸ φαινόμενον, Πνεῦμα δὲ ἅγιον δίδωσι τὸ μὴ φαινόμενον. Εἰς μεγάλην ἐξέτασιν ἔρχῃ, εἰς μεγάλην στρατολογίαν, κατὰ τὴν μίαν ὥραν· ἣν ἐὰν ἀπολέσῃς, ἀκατόρθωτόν σοι τὸ κακόν· ἐὰν δὲ καταξιωθῇς τῆς χάριτος, φωτίζεταί σου ἡ ψυχὴ, λαμ-

XXXVI. Verum probat animam, non projicit margaritas ante porcos [81]. [82] Si fictus accedis, nunc quidem te baptizabunt homines, at Spiritus te non baptizabit ; si vero ex fide accesseris, homines quidem quantum ad id quod oculis cernitur ministrabunt (5) ; Spiritus vero sanctus id quod sub aspectum non cadit, daturus est. Ad magnum examen, magnæ in militiæ delectum, unius horæ articulo venis : quam horam si tibi perire pateris,

[77] Thren. IV, 20. [78] Joan. XIV, 26. [78*] *Procat. n.* 16. [79] *Vid. Procat. n.* 15, *et cat.* 3, *n.* 3 *et* 4. [80] Ephes. I, 13. [81] Matth. VII, 6. [82] *Vid. Procat. n.* 2 *et* 4.

git, Πνεῦμα προσώπου, *Spiritus faciei*, quemadmodum citatur hic locus cat. 13, n. 7.

(1) Οὐ ζητῇ. Editi et alii codices, ζητεῖ, quod librariorum mendum esse non dubitantes, correximus.

(2) Ἐπὶ τῶν ἐπισκόπων, etc. Grodecius tres illas voces in accusandi casu sing. num. videtur legisse, ἐπὶ τὸν ἐπίσκοπον, etc., vertens *ad episcopum, aut presbyterum, aut diaconum*. Non leviter prætereunda varietas. Quosnam enim episcopos ab Hierosolymitano diversos adire poterant ut baptizarentur, ii qui Hierosolymis a Cyrillo ad baptismum præparabantur ? Receptam tamen lectionem ne immutaremus, suasit sequens phrasis in plurale numero pariter expressa ἐπὶ ἰδιωτῶν, etc. Poterant vicini episcopi Hierosolymam accedere, episcopum loci in conferendo baptismo adjuturi ; vel baptizandos suos eo instructionis causa mittere, suis deinde in Ecclesiis baptizandos ; quemadmodum presbyteri et diaconi pagorum rectores ex hoc loco videntur fecisse. Nota, non alios nominari baptismatis ministros, præter episcopos, presbyteros et diaconos ; quorum aliqui non idiotæ modo, sed et servilis conditionis essent.

(3) Δίδωσι, etc, Codd. Roe, Casaub. et Grodec., δίδωσί σοι, *dabit tibi*.

(4) *Ordo qui in fide est pie intellectus.* Sufficere ait ad confutandum Sabellium, ordinem articulorum Symboli recte intellectum. Tres enim personæ, suis quæque characteribus distinctæ, fidei nostræ proponuntur. Ipsa Patris et Filii nomina diversas D personas animo substituunt. Filio soli tribuitur incarnatio et passio. Spiritus sanctus dicitur in prophetis locutus ; quod argumentum est, ipsum, non flatum aut operationem Patris et Filii esse, sed viventem et loquentem personam. Hæc fere Cyrilliana sententia.

(5) *Homines quantum ad visibilem ritum ministrant*, etc. Ex his Rivetus oppugnat catholicam de effectu sacramentorum *ex opere operato* doctrinam : quasi aliunde sacrumentorum vim, quam ab efficacia Spiritus sancti, actionem ministri ex divinis promissionibus comitante, desumamus. Cæterum nemo vim sacramentalium materiarum Cyrillo magis ursit, cat. 3, n. 3 : aquam per invocationem Trinitatis, vim sanctitatis acquirere docet, cat. 21, n, 3, sacrum chrisma post invocationem, sancti Spiritus efficiens esse, propter divinitatis ejus præsentiam, etc.

inemendabile tibi malum (1) ; sin vero gratia dignatus fueris, illustrabitur anima tua, vim quam non habebas accipies. [83] Arma sumes dæmonibus terribilia, quæ si non abjeceris, habueris autem in anima signaculum (2), non accessurus est dæmon ; horrore enim refugiet : quippe cum in spiritu Dei dæmonia ejiciantur [84].

XXXVII. Si credideris, non solum remissionem peccatorum accipies, sed etiam humanis viribus superiora efficies. Utinam vero etiam dignus sis prophetiæ dono. Tantum enim accipies gratiæ, quantum capere poteris, et non quantum ego dico ; fieri enim potest me parva dicere, te vero majora accipere : quoniam mercatura quædam ampla est fides, Permanebit tibi jugiter custos ac defensor, Paracletus : [85] de te uti de proprio milite sollicitus erit, de ingressibus tuis, et de ingressibus [86], et de insidiantibus ; daturusque tibi est omnis generis gratiarum dona, si non illum per peccatum contristaveris ; scriptum est enim : « Et ne contristetis « Spiritum sanctum Dei. in quo obsignati estis in « diem redemptionis [87] ». Quidnam igitur est, dilecti, gratiam tueri ? Parati ad suscipiendam gratiam, semelque susceptam non abjiciatis.

XXXVIII. Ipse autem universorum Deus, qui locutus est in Spiritu sancto per prophetas ; qui illum in apostolos misit in die Pentecostes his nostris in locis : eumdem nunc quoque ad vos emittat ; perque hunc et nos **283** custodiat, communem omnibus nobis beneficentiam impertiens : ut omni tempore sancti Spiritus fructus reddamus ; charitatem gaudium, pacem, lenitatem, benignitatem, bonitatem, fidem, mansuetudinem, continentiam [88], in Christo Jesu Domino nostro ; per quem et cum quo, una cum sancto Spiritu, gloria Patri et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A δάνεις δύναμιν ἣ οὐκ εἶχες. Λαμβάνεις ὅπλα φρικώδη τοῖς δαίμοσι· καὶ ἐὰν μὴ ῥίψῃς τὰ ὅπλα, ἔχῃς (3) δὲ τὴν σφραγῖδα ἐπὶ ψυχῆς, οὐ προσέρχεται δαίμων· πτήσσει γάρ· καὶ δὴ ἐν Πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλεται τα δαιμόνια.

ΑΖ'. Ἐὰν πιστεύσῃς, οὐ μόνον λαμβάνεις ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ἀλλὰ ποιεῖς καὶ τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον· γένοιτο δέ σε ἄξιον εἶναι καὶ προφητικοῦ χαρίσματος. Λαμβάνεις γὰρ τοσοῦτον τῆς χαριτος, ὅσον χώρεῖς, καὶ οὐχ ὅσον ἐγὼ λέγω. Ἐγχωρεῖ γὰρ ἐμὲ μὲν μικρὰ λέγειν, σὲ δὲ μεἰζονα λαμβάνειν· ἐπειδὴ πραγματεία πλατεῖα ἡ πίστις (4). Παραμένει σοι διὰ παντὸς ὁ φρουρὸς ὁ Παράκλητος· περὶ σοῦ μεριμνᾷ, ὥσπερ ἰδίου στρατιῶτου· περὶ τῶν εἰσόδων σου, καὶ περὶ τῶν ἐξόδων σου, καὶ περὶ τῶν ἐπιβουλευόντων· καὶ δίδωσί σοι παντοίας χαρισμάτων δόσεις, ἐὰν μὴ δι' ἁμαρτίας αὐτὸν λυπήσῃς· γέγραπται γὰρ· Καὶ μὴ λυπεῖτο τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως. Τί οὖν ἐστιν, ἀγαπητοὶ, τὸ διατηρῆσαι τὴν χάριν; Ἕτοιμοι γίνεσθε εἰς τὸ ὑποδέξασθαι τὴν χάριν· καὶ δεξάμενοι, μὴ ἀποβάλητε ταύτην.

ΑΗ'. Αὐτὸς δὲ τῶν ὅλων Θεὸς, ὁ λαλήσας ἐν Πνεύματι ἁγίῳ διὰ τῶν προφητῶν, ὁ ἐξαποστείλας αὐτὸ ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους ἐν ἡμέρᾳ Πεντηκοστῆς ἐνταῦτα τοῦτο καὶ νῦν αὐτὸς ἐφ' ὑμᾶς ἐξαποστείλειε· καὶ διὰ τούτου καὶ ἡμᾶς (5) τηρήσειε, κοινὴν ἅπασιν ἡμῖν παρασχὼν τὴν εὐεργεσίαν· ἵνα πάντοτε τοὺς καρποὺς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀποδῶμεν· ἀγάπην, χαρὰν εἰρήνην, μακροθυμίαν, χρηστότητα, ἀγαθωσύνην, πίφτιν, πραὐτητα, ἐγκράτειαν· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ, σὺν ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα τῷ Πατρὶ καὶ νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων Ἀμήν.

[83] *Vid. cat.* 3, *n.* 13 ; *et cat.* 21, *n.* 4. [84] Matth. XII, 28. [85] *Vid. cat.* 21, *n.* 7. [86] Psal. CXX, 8. [87] Ephes. IV, 30. [88] Gal. V, 22, 23.

(1) *Inemendabile tibi malum.* Quia videlicet baptismus non iteratur, ut dixit *procat.* n. 7, ac licet per pœnitentiam remittantur peccata. manent tamen peccatorum maculæ, ut post curatum vulnus cicatrices, quas solum baptisma delet, cat. 18, n. 20. Cæterum per pœnitentiam reparari potest peccatum post baptismum commissum : quod remedium, cum sacrorum mysteriorum privatione conjunctum indicat ; eoque ne opus habeant, cavet cat. 23, num. 23. Petrum apostolum, qui tamen sacram communionem degustaverat, per pœnitentiam in integrum restitutum monet cat. 2, n. 19. Et cat. 13, n. 9, Judam proditorem, quem salutari cibo et sanguine pastum notat n. 6 ad pœnitentiam et confessionem invitat.

(2) Intellige, incorruptum et incontaminatum, cat. 21, n. 7.

(3) Ἔχῃς. Ita pro ἔχεις scripsimus, nulla codicis auctoritate, sed postulante syntaxeos ratione : alias nihil vulgarius in codd. mss. quam η in ει mutationes. Pro καὶ δή. Roe, Casaub., Ottobon., Grodec., ἐπειδή, *propterea quod.*

(4) Πραγματεία πλατεῖα ἡ πίστις. In editis deest πραγματεία, in codd. vero Roe et Casaub., πλατεῖα· utrumque in Grodecii versione conjunctum, et in cod. Ottobon. confusum ; habet enim, πρᾶγμα πλατεία. Perspicuum est hic Cyrillum respicere ad parabolam minarum a domino peregrinante servis distributarum, cum mandato ut negotiarentur dum veniret : qua in negotiatione quisquis plura revertenti domino exhibuit, plura retulit ab eodem. Sic et dona in baptismo pro mensura fidei ac dispositionis distribui ait cat. 1, num. 5. Vide et cat. 5, n. 11, et cat. 13, num, 23. Priscis illis temporibus communia erant illa sancti Spiritus dona.

(5) Καὶ ἡμᾶς. Ita scripsimus ex Roe, Casaub. et Grodec., loco ὑμᾶς. Cyrillus in verbis, καὶ διὰ τούτου, orationem convertit a baptizandis quos solos alloquebatur, ad fideles qui gratiam acceperant, in quibus ipse comprehendebatur ; deinde ad totum auditorium, in verbis, κοινὴν ἅπασιν ἡμῖν. Pro ἅπασιν, habet Roe, ἅπασαν.

CATECHESIS DECIMA OCTAVA.

De Resurrectione generali, Ecclesia catholica, et vita æterna.

—

MONITUM.

I. *In hac catechesi, omnium, quæ ad præparationem baptizandorum pertinent postrema, quæ supererant explicandæ Symboli partes absolvit auctor. Primum de carnis resurrectione dicit; quod præcipuum catholicæ Ecclesiæ documentum adversus gentiles, Samaritanos, et hæreticos tuetur* (num. 1. 4). *Gentilium objectiones ab rei ipsius difficultate petitas, invictis refellit argumentis, ex omnipotentia et justitia Dei, insita unicuique resurrectionis conscientia, diversis naturæ exemplis, et ipsa hominis formatione, desumptis*)num. 5-11). *Samaritanos ex libris Mosis, quos solum agnoscebant, confutat* (num. 12, 13). *Tandem hæreticos qui prophetis et Novo Testamento utebantur, diversis horum librorum testimoniis et exemplis convincit* (num. 14-17). *Tum, explicato redivivorum corporum in justis et in impiis discrimine, nata ex re ad corpus nostrum decore tractandum exhortatione hoc argumentum concludit* (num. 18 20).

II. *Hinc postulata ab auditoribus Symboli redditione, Ecclesiæ articulum explanat: unde Ecclesiæ ortum nomen, tum primum in Scripturis auditum, cum Aaronem Deus in sacerdotem constituit; quare catholica dicatur* (num. 21-24); *quomodo rejectæ Judæorum Ecclesiæ Christiana successerit, quam constanter in Ecclesia quæ catholica appellatur, sit permanendum; quam illa donis, virtutibus, patientia, et honore a Deo exornata sit* (num. 25-27).

III. *Postremo de vita æterna, quæ in Ecclesia catholica eruditis ac recte viventibus proposita est, disserit* (num. 28, 29); *multiplices, quas Deus nobis sua benignitate contulit, illius assequendæ rationes breviter describens* (num. 30, 31).

IV. *Absoluta Symboli expositione, promittit audientibus brevem mysteriorum quæ mox susceturi erant, tum cum ea suscipient expositionem* (num. 32); *ac fusiores postea, per totam paschalem hebdomadam in quinque vel sex mystagogicis catechesibus eorumdem declarationem* (num. 33): *atque ista fausta quadam, ob suscipienda proxime baptismi bona, gratulatione concludit* (num. 34 *et* 35).

V. *Animadversione digna in hac oratione plura occurrunt: in primis accurrata prorsus de resurrectione, et redivivorum corporum dotibus disputatio* (num.18); *pœnarum inferni æternitas* (num.19); *maculæ peccatorum animæ et corpori adhærentes, solius baptismi vi abolitæ* (num. 20); *vis sanctorum corporibus insita, signis se prodens* (num. 16). *Ecclesiæ catholicæ, ab hæreticorum conventiculis segregatæ, sanctitas, latitudo nullis terminis definita, et prædicatio sine defectu* (num. 21 et 17). *Symboli redditio matutinis horis Sabbati sancti, vigilia a Parasceve in Sabbatum sanctum, et continuatum utriusque diei jejunium* (num. 27-30); *institutiones baptizandis, cum proxime baptizandi essent, in ipsa nocte paschali datæ; tandem catecheseon sequentium promissio. Habita est instante Paschatis festo, cum proxime baptizandi essent quos præparabat, præteritis jam Quadragesimæ diebus, ex num.* 32, *cum ex superpositione jejunii Parasceves et ex vigilia, jam magnum laborem suscepissent* (num. 17); *adeoque Sabbato sancto, et matutinis horis, sub finem sacræ vigiliæ.*

VI. *Mirabile erit fortassis, quod auctor prius de carnis resurrectione quam de Ecclesia* **284** *dicat, cum in symbolo Hierosolymitano, quemadmodum ab ipso recitatur num.* 22 *articulus Ecclesiæ resurrectionis articulum anteeat. Cujus rei fateor nullam mihi satis idoneam suppetere rationem; quæ nulla forte alia est præter argumenti dignitatem et copiam, quod maximam revera occupat catechesis partem. Nam nullam in ipsa catechesi ordinis perturbationem accusare possumus, cum auctor num.* 22, *de Ecclesia dicere incipiens, de recurrectione carnis se jam dixisse agnoscat; et disputatio de vita æterna num.* 28 *omnino connexa sit, et transitionis vinculo conjuncta cum disputatione de Ecclesia. Tres quodammodo conclusiones habet oratio, duas per votum æternæ vitæ desinentes* (num. 20 et 31), *et tertiam quæ sola est vera conclusio, per glorificationem Trinitatis.*

VII. *Vossius dissertatione prima de tribus Symbolis, catechesim hanc suspectam habet propter expositionem articulorum Symboli, qui Spiritus sancti mentionem subsequuntur: qui nempe, ut existimat, Symbolo non accesserunt nisi post concilium C P.; quamobrem censet Cyrillum Hierosolymitanum hæc Symbolo suæ Ecclesiæ in vitæ extremo apponere potuisse, eaque interpretari; vel potius Joannem patriarcham, sive alium Hierosolymitanum episcopum, ista ex Symbolo C P. addidisse. cum eorum quoque interpretatione, quo catechesim pleniorem, planioremque Hierosolymitana deinceps Ecclesia haberet. Ac scrupulum istum, quem ita appellat, nonnihil confirmari censet, quod his quæ cat.* 17, *post num.* 34 *addita sunt ad baptizandos monitis, illam ultimam fuisse catechesim quodammodo appareat,*

VIII. *At non dignus fuit scrupulus in quem tantus vir offenderet. Non Nicænum Cyrillus explicat*

symbolum, quod revera nonnisi post concilium C P. accessiones accepit, sed Hierosolymitanum; quod veluti alia fere omnia Ecclesiarum symbola, quatuor articulos post Spiritum sanctum complectebatur. Hos concilium C P. non a se inventos, sed ex usu communi sumptos Nicæno symbolo addendos judicavit: iique aliis longe verbis, alioque ordine in symbolo C P, atque in Hierosolymitano recensentur. Eodem argumento Vossius in dubitationem adduceret 16 *et* 17 *catecheses, in quibus exponuntur, ad articulum Spiritus sancti, hæ voces.* Qui locutus est in prophetis, *quæ Nicæno symbolo pariter nonnisi a tempore concilii C P. accessere. Item catechesis* 15 *partem, a num.* 17 *ad finem, et cat.* 4 *num.* 15, *in qua exponuntur verba,* Cujus regni non erit finis, *in Nicæno symbolo pariter prætermissa. Clausada vero catechesis* 17 *nihil habet quod catecheson ad baptizandos finem demonstret. Quæ in ea continentur ad illos monita, extrema non quæ a catechista proficisci deberent, cum tam multa præterea in hac catechesi a num.* 32 *illis significet: sed nata sunt ex ipsa catechesi; quæ cum promissionem Spiritus sancti bonorum in baptismo conferendorum contineret num.* 15 *quibus modis ea promereri et conservare possent, admonendi fuere. Nihil autem in hac catechesi exstat, quod a reliquarum stylo abhorreat, imo eadem dicendi proprietas, idem disserendi, probandi et arguendi modus. Quæ de resurrectione carnis disserit, compendium sunt eorum quæ cat.* 4, *num.* 30 et 31, *ea de re brevius disputata sunt; quæque num.* 3 *fusius se explanaturum in consequentibus catechesibus promiserat, ut omittam hanc catechesim sub nomine Cyrilli citari.*

IX. *Rivetus, ea quæ num.* 32 *et* 35 *continentur, ob promissionem mystagogicarum catecheseon, quas ille omnino Cyrilli esse non vult, infarta esse luce meridiana clarius putat. Sed neque codicem ullum, in quo hæc prætermittantur, citat, neque vero citare potuit in testimonium. Tota ejus ratio hæc est: sub num.* 31 *finem votum catechistæ pro vita æterna contineri, quod naturali ordine subsequi debeant, non ea quæ num.* 32 *et* 33, *sed quæ num.* 34 *continentur. Eodem argumento non hæc solum quæ sublata vult, sed totam orationis partem quæ de Ecclesia et vita æterna agit, labefactare poterat: eodem enim modo num.* 20 *æternæ vitæ voto concluditur, quod cum num.* 34 *aptissime colligari potest. Nihil autem est in num.* 32 *et* 33 *quod non e re maxime sit, quodque baptizandos audire non maxime conveniret. Quæ antequam ad baptismum accederent se moniturum dicit auctor, aliarum Ecclesiarum exemplis confirmantur. Eadem quæ in reliquis catechesibus, et Cyrilli operibus orationis forma observatur, eædem locutiones. Observatio de mysteriis Eucharistiæ ab Hierosolyma profectis num.* 33 *similibus auctoris observationibus toto* Catecheseon *corpore sparsis, gemina mentio loci resurrectionis num.* 33 *Hierosolymæ dicentem arguit; ut nihil mihi videatur Riveti levitate insulsius.*

X. *Emendata est hæc catechesis ad codd. Coisl., Ottob. duos, Roe, Casaub., Colb., Bodleianum, Morelii editionem, et varias lectiones Genovefani libri. Sed cod. Coisl. initio hujus catechesis mutilus, hanc orationem non repræsentat nisi ab his verbis num.* 12 *med.,* τηρήσῃ θεὸς, ἐν ξύλῳ etc. *Citatur hæc catechesis, suppresso tamen Cyrilli nomine, a Ruffino, et sancto Nilo, Elia Cretensi, aliisque: et sub ejus nomine ab Antonio Melissa.*

285 ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ ΙΗ'

ΦΩΤΙΖΟΜΕΝΩΝ.

Ἐν Ἱεροσολύμοις σχεδιασθεῖσα εἰς τὸ, Καὶ εἰς μίαν (1) ἁγίαν καθολικὴν Ἐκκλησίαν· καὶ εἰς σαρκὸς ἀνάστασιν· καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Ἰεζεκιήλ· Καὶ ἐγένετο ἐπ' ἐμὲ Χεὶρ Κυρίου, καὶ ἐξήγαγέ με ἐν Πνεύματι Κυρίου, καὶ ἔθηκέ με ἐν μέσῳ τοῦ πεδίου· καὶ τοῦτο ἦν μεστὸν ὀστέων ἀνθρώπων, καὶ τὰ ἑξῆς.

—

CATECHESIS XVIII ILLUMINANDORUM.

Hierosolymis ex tempore pronuntiata in illud : Et in unam sanctam catholicam Ecclesiam : Et in carnis resurrectionem : Et in vitam æternam. Et lectio ex Ezechiele : « Et facta est super me manus « Domini, et eduxit me in spiritu Domini, et posuit me in medio campi : et hic erat plenus ossibus « hominum [89], » etc.

—

Α'. Ῥίζα πάσης (2) τῆς ἀγαθοεργίας, ἡ τῆς ἀνα- A στάσεως ἐλπίς. Ἡ γὰρ προσδοκία τῆς μισθαποδοσίας νευροῖ τὴν ψυχὴν εἰς ἐργασίαν ἀγαθήν. Ἕτοιμος μὲν γὰρ ἅπας ἐργάτης εἰς τὸ ὑπομεῖναι τοὺς καμάτους, ἐὰν προβλέπῃ τῶν καμάτων τὸν μισθόν· τοῖς δὲ ἀμισθὶ κάμνουσι, προκαταπίπτει καὶ ἡ ψυχὴ μετὰ τοῦ σώματος. Στρατιώτης ἔπαθλα προσδοκῶν, εἰς πολέμους ἕτοιμος· οὐδεὶς δὲ ἀκρίτῳ βασιλεῖ στρατευόμενος, τῷ μὴ παρέχοντι βραβεῖα τῶν καμάτων, ἕτοιμος εἰς τὸ ὑπεραποθανεῖν. Οὕτω καὶ πᾶσα ψυχὴ πιστεύουσα μὲν εἰς ἀνάστασιν, φείδεται ἑαυτῆς εἰκότως· ἀπιστοῦσα δὲ τῇ ἀναστάσει, γίνεται ἔκδοτος εἰς ἀπώλειαν. Ὁ πιστεύων, ὅτι μένει τὸ σῶμα εἰς ἀνάστασιν, φείδεται τῆς στολῆς, καὶ οὐ μολύνει τοῦτο πορνείαις· ὁ δὲ ἀπιστῶν τῇ ἀναστάσει, δίδωσιν ἑαυτὸν εἰς πορνείας, ὡς ἀλλοτρίῳ παρακεχρημένος τῷ ἰδίῳ σώματι. Μέγα τοίνυν τῆς ἁγίας (3) καθολικῆς Ἐκκλησίας παράγγελμα καὶ δίδαγμα, πίστις περὶ νεκρῶν ἀναστάσεως· μέγα καὶ ἀναγκαιότατον, ὑπὸ πολλῶν μὲν ἀντιλεγόμενον, ὑπὸ δὲ τῆς ἀληθείας πιστοποιούμενον. Ἀντιλέγουσιν Ἕλληνες, ἀπιστοῦσι Σαμαρεῖται, διασύρουσιν αἱρετικοί. Πολυειδὴς ἡ ἀντίῤῥησις, ἁπλῆ δὲ καὶ μονοειδὴς ἡ ἀλήθεια.

1. Radix totius bonæ operationis est spes resurrectionis reddendæ ; namque mercedis exspectatio animam roborat ad bona opera suscipienda. [90] Etenim ad labores perferendos operarius quisque paratus est, si laborum præmium prospexerit ; iis vero qui nulla proposita mercede laborant, animus una cum corpore ante concidit. Miles certaminis præmia exspectans ad bella promptus efficitur ; nemo vero militans illi regi, qui judicii negligens laborum præmia non rependit, pro illo mortem obire paratus est : sic et anima omnis quæ in resurrectionem credit, sibi ipsi merito moderatur et temperat ; [91] quæ vero resurrectioni non credit, se ultro in perditionem dedit. [92] Qui credit corpus ad resurrectionem manere, stolæ huic ac vesti illi parcit, nec ipsum scortationibus contaminat ; qui vero B resurrectioni non credit, semetipsum in fornicationes tradit, proprio corpore abutens quasi alieno. Magna igitur sanctæ catholicæ Ecclesiæ præceptio et institutio est, fides de resurrectione mortuorum magna, inquam, et perquam necessaria ; quæ multorum revera contradictionibus oppugnatur, sed a veritate comprobatur plenissime. (4) Contradicunt Græci, **286** non credunt Samaritæ, distrahunt hæretici. Multiplicis generis contradictio est, sed simplex et uniformis veritas.

[89] Ezech. XXXVII, 1 sqq. *Confirmatur hæc lectio hujus catech. n.* 11 *et* 15. [90] *Vid. cat.* 5, *n.* 4. [91] *Vid. cat.* 4, *n.* 30. [92] *Vid. cat.* 4, *n.* 22 *et* 30.

(1) Καὶ εἰς μίαν. Pearsonius, *Expos. in Symbolum* pag. 17, titulum hujusce catecheseos, ex aliquo ms. citans, ita refert, σχεδιασθεῖσα εἰς τὸ Πνεῦμα ἅγιον, καὶ εἰς μίαν, etc. Sed hic extra locum est mentio Spiritus sancti. Post καθολικήν, Ottob. 1, solus addit καὶ ἀποστολικήν, *et apostolicam*. Qua de re vide notam nostram ad num. 22. Ante σαρκός, præpositionem εἰς adjecimus ex codd. Roe, Casaub., Grod. et Cyrillo, hujus catech. num. 22. In Ezechielis testimonio, verba, ἐν Πνεύματι Κυρίου, καὶ ἔθηκέ με, propter repetitionem vocum μέ ἐν in editis prætermissa, restituimus ex Roe, Ottob. et Casaub. Ita legisse Cyrillum patet ex cat. 16, n. 30.

(2) Πάσης. Vocem πάσης addidimus ex codd. Roe, Casaub. et Grod.

(3) Τῆς ἁγίας. Deest id verbum in codd. Roe, Casaub., Colb., Grod., Morel. et in cod. Ottob. 2, sed habetur in 1, quod vetustius est.

(4) *Contradicunt Græcis*, etc. Quæ Græcorum fuerit in credenda corporum resurrectione repugnantia, et Christianorum in ea ipsis persuadenda labor, testis sanctus Lucas in Actis cap. XVII, 32, et cap. XXVI, 24 ; testes epistolæ Pauli, et omnium, qui pro Christiana religione apologias scripsere, libri. Quod ad Samaritas attinet, omnes ecclesiastici auctores negatam ab eis resurrectionem testantur : iidem vero, Cyrillo teste, num. 12, animorum immortalitati non adeo pugnaciter obluctabantur. At eam quoque ab eis sublatam referunt Philastrius, hæresi VII ; Leontius, *De sectis*, action. 2 ; Cosm. Ægyptius, lib. VI, p. 272. Eruditus vero

II. Et hæc quidem nobis opponunt Græci una cum Samaritanis. Cecidit homo qui mortuus est, putruitque,ac universim in vermes resolutus est ; ipsi quoque vermes interiere : tanta corpus excepit putrefactio, interitusque; quomodo igitur resurgit? Naufragium passos devoraverunt pisces,ipsique ab aliis devorati sunt.Eorum qui cum feris colluctati sunt, ursi et leones ipsa étiam ossa comminuentes absumpsere ; vultures et corvi, comesis humi projectorum cadaverum carnibus,in universum orbem avolaverunt : unde colligetur id corpus ? fieri enim potest, ut avium quæ illud adederunt,alia in India mortua sit, alia in Perside, et alia ia Gotthia.Aliorum qui flammis exusti sunt, ipsum quoque cinerem dissipavit imber vel ventus : undenam id corpus coagmentabitur ?

III. Tibi sane homuncioni exiguo et imbecilli, procul est a Gotthia Indica tellus, et Hispania a Perside. Deo autem, qui terram omnem in pugillo continet [93], omnia sunt proxima. Ne igitur comparatum ad tuam imbecillitatem Deum arguas impotentiæ; sed ad illius potentiam potius attende. Deinde, sol cum exiguum sit Dei opus, uno radiorum conjectu totum orbem calore replet ; aer quoque quem fecit Deus omnia quæ in mundo sunt ambit : [94] Deus vero, qui et solis et aeris conditor est, proculne absit a mundo ? Supponas velim diversa seminum grana commista esse (tibi enim circa fidem infirmo infirma quoque exempla propono),diversaqué semina illa uno in tui pugillo contineri. Estne tibi qui homo es ardua, vel contra facilis res, tuo pugillo contenta discriminare, et

[93] Isa. XL, 12. [94] *Vid. cat.* 6, *n.* 3 ; *cat.* 15, *n.* 25.

A Β'. Καὶ λέγουσι πρὸς ἡμᾶς ταυτά Ἕλληνες ὁμοῦ καὶ Σαμαρεῖται· Πέπτωκεν ὁ ἄνθρωπος ὁ τελευτήσας, καὶ σέσηπε, καὶ εἰς σκώληκας ὅλως ἀνελύθη, καὶ οἱ σκώληκες τεθνήκασι. Σηπεδὼν τοιαύτη καὶ ἀπώλεια διεδέξατο τὸ σῶμα· πῶς οὖν ἐγείρεται ; Τοὺς ναυαγήσαντας ἰχθύες καταβεβρωκασι, καὶ αὐτοὶ κατεβρώθησαν· τῶν θηριομαχησάντων ἄρκτοι καὶ λέοντες καὶ αὐτὰ τὰ ὀστέα λεπτύναντες ἀνήλωσαν· γῦπες καὶ κόρακες τῶν χαμαὶ ῥιφέντων νεκρῶν τὰς σάρκας φαγόντες, εἰς πάντα τὸν κόσμον ἀπέπτησαν· πόθεν συνάγεται τὸ σῶμα ; Ἐγχωρεῖ γὰρ τῶν ὀρνίθων τῶν φαγόντων, τὸν μὲν ἐν Ἰνδικῇ τελευτῆσαι, τὸν δὲ ἐν Περσίδι, τὸν δὲ ἐν Γοτθίᾳ. Πυρὶ καταφλεγέντων ἑτέρων, καὶ αὐτὴν τὴν σποδιὰν διεσκόρπισεν ὄμβρος ἢ ἄνεμος· πόθεν συνάγεται τὸ σῶμα ;

B Γ'. Σοὶ, τῷ ἀνθρώπῳ μικροτάτῳ ὅτι καὶ ἀσθενεῖ, μακρὰ τῆς Γοτθίας ἡ Ἰνδικὴ, καὶ Ἱσπανία (1) Περσίδος· Θεῷ δὲ, τῷ κατέχοντι πᾶσαν τὴν γῆν ἐν δρακὶ, πάντα ἐγγύς. Μὴ τοίνυν πρὸς τὴν σὴν ἀσθένειαν, ἀδυναμίαν κατηγόρει Θεοῦ· ἀλλὰ τῇ ἐκείνου δυνάμει πρόσεχε μᾶλλον. Εἶτα, ἥλιος, ἔργον μὲν ὢν τοῦ Θεοῦ μικρὸν, μιᾷ προσβολῇ τῶν ἀκτίνων πάντα θερμαίνει τὸν κόσμον· καὶ ἀνὴρ ὃν ὁ Θεὸς ἐποίησε, περιέχει τὰ πάντα ἐν κόσμῳ· Θεὸς δὲ, ὁ καὶ ἡλίου καὶ ἀέρος (2) δημιουργὸς, ἆρα μακρὰν ἀπέχει τοῦ κόσμου ; Ὑπόθου μοι διάφορα σπέρματα γεννημάτων μεμίχθαι (ἀσθενοῦντι γάρ σοι περὶ τὴν πίστιν, ἀσθενῇ λέγω καὶ τὰ ὑποδείγματα), καὶ ταῦτα τὰ διάφορα τῶν γεννημάτων περιέχεσθαι ἐν μιᾷ δρακὶ τῇ σῇ· μέγα σοί ἐστι ἆρα τῷ ἀνθρώπῳ, ἢ εὔκολον, τὴν σὴν δράκα διακρῖναι, καὶ ἕκαστον τῶν γεννημά-

C

P. le Quien, in suis ad Joan. Damascenum lib. *De hæresibus*, n. 9, notis, animadvertit hodiernos Samaritas, ut ex eorum auctoribus colligitur,resurrectionem quidem corporum inficiari,animam vero immortalem existimare, imo et pro defunctis precari. Hæreticos vero Cyrillus ait resurrectionem convellere, διασύρουσιν· quod significat, vel argumentis et dicteriis oppugnare,vel falsis interpretationibus eludere, vel tandem partim agnoscere, partim destruere. Quamvis autem multi hæretici resurrectionem sustulerint,pauci fuere qui nomen ipsum non retinuerint, resurrectionem animæ applicantes : ut testatur Tertull. *De resurr. carnis*, cap. 2,*dimidiam agnoscunt resurrectionem, solius scilicet animæ*. Quapropter illos vocat *Saducæorum sententiæ partiarios*. Primum Hymenæus et Philetus, D I Tim. II, 18, *resurrectionem jam factam esse dicebant*, nimirum, ut puto, in mundi conversione ab idolorum cultu. Sic Menander discipulos suos aiebat resurrectionem accipere per baptismum quod in eum esset, et ultra non posse mori, sed perseverare senescentes et immortales, apud Iren., lib. I, cap. 23, num. 5 ; Seleuciani ex Philastrio, III, Cl. hæres. VIII, non aliam agnoscebant resurrectionem, quam perpetuitatem generis humani propagatione conservatam. Alii resurrectionem in futuro sæcula admittebant, sed animæ solius : ita omnes prorsus Gnostici, teste Irenæo, lib. I, cap. 22, num.1,et lib. V, cap. 2 ; et Tertull. loco indicato. Id de Simone Mago certum est ex auctore Clementin. hom. 2, num. 22; de Basilide, ex Iren. lib. I, cap.24, num. 5 ; de Saturnino, ex auctore append. Tertull. *De præscript.*, cap. 46 ; Carpocrate, ex Epiph. indicul. lib. I, tom. II, num. 7 ; Valentino, ibid. num. 11 , Marco et Colorbaso, ex append. Tertull. cap. 50 ; Severianis, ex Epiph. indic. tom. III, lib. I, num. 12 ; Caianis, ibid., num. 5, Ophitis, ex app. Tertull. cap. 47 ; Cerdone,ex Epiph. indic. cit. num.8 ; Marcione, ex Iren. lib. I, cap. 27; num. 3 ; Apelle, ex app. Tertull.cap. 51 ; Bardesane,ex Epiph. hæresi LVI, num. 2 ; Archonticis ex eodem indicul.cit. num. 7 ; Hieracitis, ex Apiph. hæresi LXVII,num.1; de Manichæis tandem certa res est ex Epiph. hæres. LXVI, num. 86. Omitto, quod omnes illi hæretici dum salutem et resurrectionem solius animæ dicerent, id ad solos justos, id est symmistas suos restrinxisse ; quæ et novis cumulabant fabellis, ut videre est de Carpocrate apud Irenæum, lib. I,cap. 25, n. 4. Alii tandem resurrectionem admittentes, eamdem carnem,eamdemve hominis formam resurrecturam negabant ; quæ Origeni imposita hæresis fuit, et ab Origenistis nonnullis propugnata.

(1) Ἱσπανία. Cod. Roe, Σπανία. Sic Cyrillus cat. 17, num. 26 scribit, μέχρι Σπανίας, ut Paulus ad Rom. XV, 24 : at cat. 16, n. 22, scribit, Ἱσπανούς, quanquam in Roe et Casaub. habetur, Σπανούς. Post, ante δρακὶ omittitur præpos. ἐν in codd. Colb., Bodl., Morel., ut est Isaiæ cap. XL, 12 ; at legit Cyrillus, ἐν δρακὶ cat. 4, num. 5, et infra scribit de Deo, τὰ ἐν τῇ ἑαυτοῦ δρακὶ περιεχόμενα. Mox, loco ἀδυναμίαν, Roe, Casaub. vetus cod. S. Genov. habent, ἀδυναμίας. Verum infra Cyrillus num. 4, ἀδικίαν Θεοῦ κατηγορεῖς.

(2) Ἀέρος. Colb., Bodl., Morel. habent, ἄστρων, *siderum*.

των κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν συναγαγεῖν, καὶ ἀποκαταστῆσαι εἰς γένος ; Εἶτα, σὺ μὲν τὰ ἐν τῇ σεαυτοῦ χειρὶ διακρῖναι δύνασαι, Θεὸς δὲ ἄρα τὰ ἐν τῇ ἑαυτοῦ δρακὶ περιεχόμενα διακρῖναι (1), καὶ ἀποκαταστῆσαι οὐ δύναται ; Νόησον τὸ λεγόμενον, εἰ μὴ ἐστιν ἀσεβὴς ἡ ἄρνησις.

Δ'. Πρόσχες δέ μοι καὶ αὐτῷ τῷ τῆς δικαιοσύνης λόγῳ, καὶ ἐλθὲ εἰς σεαυτόν. Διαφόρους ἔχεις οἰκέτας· ἀλλ' οἱ μὲν καλοὶ τυγχάνουσιν, οἱ δὲ φαῦλοι· τιμᾷς ἄρα τοὺς καλοὺς, καὶ τύπτεις τοὺς φαύλους. Καὶ εἰ δικαστὴς τυγχάνεις, ἐπαινεῖς τοὺς ἀγαθοὺς, καὶ τιμωρεῖς τοὺς παρανόμους. Εἶτα, παρὰ σοὶ μὲν θνητῷ ἀνθρώπῳ ὄντι, τὸ δίκαιον σώζεται· παρὰ δὲ Θεῷ τῷ πάντων ἀδιαδόχῳ βασιλεῖ, τὸ τῆς δικαιοσύνης ἀνταποδοτικὸν ἄρα οὐκ ἔστιν ; Ἀλλὰ ἀσεβὴς ἡ ἄρνησις· σκόπησον γὰρ τὸ λεγόμενον. Πολλοὶ φονεῖς ἐπὶ κολίτης ἀτιμώρητοι τετελευτήκασι· ποῦ οὖν τοῦ Θεοῦ ἡ δικαιοσύνη ; Πολλάκις δὲ καὶ φονεὺς πεντήκοντα φόνοις ὑποκείμενος, καὶ κεφαλὴν ἅπαξ ἀπετμήθη· ποῦ οὖν τῶν τεσσαρακονταεννέα δώσει τὴν τιμωρίαν ; Ἐὰν μὴ ᾖ κρίσις καὶ ἀνταπόδοσις μετὰ τὸν κόσμον τοῦτον, ἀδικίαν Θεοῦ κατηγορεῖς. Ἀλλὰ μὴ θαυμάσῃς διὰ τὴν ὑπέρθεσιν τῆς κρίσεως. Ἅς ἀγωνιζόμενος, μετὰ τὸ παρελθεῖν τὸν ἀγῶνα, στεφανοῦται ἢ καταισχύνεται· καὶ οὐδέποτε ἀγωνοθέτης τοὺς ἔτι ἀγωνιζομένους στεφανοῖ, ἀλλ' ἐκδέχεται πάντων τῶν ἀγωνιστῶν τὸ τέλος· ἵνα ὕστερον διακρίνας, ἐπάγῃ τὰ βραβεῖα καὶ τὰ στεφανηφόρια (2). Οὕτω καὶ ὁ Θεὸς, ἔτι τοῦ ἀγῶνος ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ συνεστῶτος, τέως μὲν βοηθεῖ τοῖς δικαίοις μερικῶς, ὕστερον δὲ ἀποδίδωσι τοὺς μισθοὺς αὐτοῖς τελείως.

Ε'. Εἰ δὲ ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστι κατὰ σὲ, διὰ τί τοὺς τυμβωρύχους καταδικάζεις (3) ; Εἰ γὰρ ἀπόλωλε τὸ σῶμα, καὶ ἀνέλπιστος ἡ ἀνάστασις, διὰ τί τιμωρίαν ὑπομένει ὁ τυμβωρύχος ; Βλέπεις, ὅτι κἂν ἀρνῇ τοῖς χείλεσι, μένει παρὰ σοὶ τῆς ἀναστάσεως ἡ συνείδησις ἀῤῥαγής.

ς'. Εἶτα, δένδρον μὲν ἐκκοπὲν (4), ἐπανθεῖ· ἄν-

A seminum unumquodque secundum propriam naturam collectum, generi suo reddere ? Ergone tu res in manu tua contentas discernere valeas ; Deus vero res in sua ipsius manu comprehensas discernere et restituere non queat ? Id quod dico considera, numne id negare impium sit.

IV. Respice etiam ad ipsam justitiæ rationem, atque in teipsum reflecte. Diversos habes famulos; quorum alii boni sunt, alii pravi. Bonos sane in pretio habes, et cædis malos: quod si etiam judex fueris, bonos laudas, et improbos punis. An vero apud te mortalem hominem æqui ratio custoditur; apud Deum vero regem omnium cui a nullo succeditur, non erit rependens unicuique justitiæ modus ? Atqui impium sit hoc inficiari; respice enim quid dicam. Multi homicidæ in lecto impuniti de- B cessere. Ubinam ergo Dei justitia ? Plerumque homicida quinquaginta homicidiorum reus, semel abscisso capite pœnas luit. Ubinam ergo quadraginta novem cædium **287** pœnas daturus est ? Nisi post vitam hanc fuerit judicium ac retributio(5), injustitiæ Deum arguis. Verum, ne tibi admirationi sit judicii mora. Quisquis certamine contendit, absoluto certamine, vel corona donatur vel afficitur ignominia ; nec unquam certaminis arbiter adhuc certantes coronat, sed omnium certantium finem opperitur ; ut postea discrimine facto, præmia victoriæ coronasque distribuat. Ita et Deus, stante adhuc in hoc mundo certamine, justis interim ex parte suppetias fert ; postea vero ipsis præmia plene ac perfecte rependit.

V. Quod si resurrectio mortuorum sententia tua C nulla sit, ecquid sepulchrorum effossores condemnas ? Nam si funditus interiit corpus, et resurrectionis spes nulla subest, quam ob causam supplicium subit tumulorum violator ? Cernis, etiamsi labiis neges, manere apud te indelebilem resurrectionis conscientiam.

VI. Deinde vero, excisa arbor reflorescit : homo

(1) Διακρῖναι. Roe, Casaub., διακρῖναι καὶ συναγαγὼν ἀποκαταστῆσαι, *dicernere et colligendo restituere*. Grod. legit, διακρῖναι, συναγαγεῖν καὶ ἀποκαταστῆσαι, *dicernere, colligere et restituere*.

(2) Τὰ στεφανοφόρια. Roe et Casaub., τὴν στεφανοφορίαν. Paulo post, ex codd. Roe, Casaub. et Grod. particulam μέν post τέως adjecimus. Loco D αὐτοῖς τελείως, Roe et Casaub., αὐτοτελῶς, non male. Hoc enim verbum alteri, μερικῶν, opponere solet, ut cat. 17, num. 12, 14.

(3) Καταδικάζεις. Omnino ita legendum, ut est in codd. Roe, Casaub., Bodl., Morel., non καταδικάζει, ut in edit. Prevot. et seqq.

(4) Ἐκκοπέν. Ita reposuimus ex ed. Morel. et ed. ann. 1608, ac codd. Colb. et Bodl., loco ἐπικοπέν. Ita scripsisse Cyrillum suadet, 1° quod mox idem verbum homini applicans scribit, ἐκκοπείς· 2° quod perspicue alludit ad locum Jobi a se citatum num. 15, in quo scribitur, ἐὰν γὰρ ἐκκοπῇ· 3° quod de arbore non putata, sed excisa loquitur, cui magis verbum ἐκκόπτεσθαι, quam ἐπικόπτεσθαι convenit.

(5) *Nisi post hanc vitam*, etc. His quæ hic, et num. 1 ac 19, de bonorum præmiis et malorum suppliciis dicit, videtur nulla nisi post judicium generale præmia et supplicia confiteri. Ne tamen id continuo illum sensisse existimes. Loquitur enim de publica et nota, integraque hominis tam quoad corpus quam quoad animam, remuneratione vel pœna. Deinde gentiles, quos in hac oratione tota usque ad num. 11 refellit, ita resurrectionem negabant, ut etiam animæ immortalitatem inficiarentur ; ita ut, quemadmodum ex hoc ipso loco patet, sublata resurrectione, nullum judicium vel retributio sequeretur. Argumento igitur eorum sententiæ conveniente, resurrectionem ex judicii necessitate probat. Impios autem statim post mortem pœnas dare perspicue docet num. 14 ; eos enim μαστιζομένους ἀποδύρεσθαι flagellis verberatos deplorare tradit, ut omittam quod docet cat. 23, num. 9 et 10, sanctos qui cum peccatis decessere, tanquam exsilio et pœnis a Deo multatos, orationibus fidelium sublevari, martyres vero, patriarchas, prophetas, apostolos, tali apud Deum quiete gaudere, ut eorum precibus et orationibus nostra ad Deum supplicatio accepta fiat. Hos autem justos, et quicunque in gratia decedunt, in paradisum post mortem transferri, fuisse videtur ejus opinio, cat. 13, num. 31, cat. 5, num. 10, donec omnes in cœlum cum corporibus transferantur, infra, num. 19.

vero excisus non reflorescet ? Et quæ sata sunt, etiam cum demessa sunt, manent in areas[recondenda] : homo autem ex hoc mundo messus, non manebit in aream [95] ? Ac vitis palmites, aliarumque arborum rami,pœnitus amputati et transplantati,vitam recipiunt et referunt fructum ; homo vero, propter quem etiam illa sunt,in terram lapsus non resurget ? Atque ut labores [seu difficultates rerum] secum confligamus, utrum majus est, statuam quæ ante non erat ab initio formare, au collapsam in eamdem rursus formam conflare ? [96] Qui ex nihilo nos fecit Deus (1), jam exsistentes, sed collapsos, non poterit iterum excitare ? At tu his quæ de resurrectione scripta sunt non credis,propterea quia Græcus es. Ex rerum exsistentium natura ista contemplare [97], et ex his quæ **288** ad hodiernam usque diem conspiciuntur, animo concipe. Seminatur frumentum, si placet, vel aliud quodpiam seminis genus ; cadens vero semen moritur et putrescit, esuique jam inhabile est. Verum illud putrefactum, exsurgit in herbam ; quodque parvum deciderat, pulcherrimum excitatur [98]. Atqui frumentum nostri causa factum est ; nam propter usum nostrum, frumentum aliaque semina, non sui ipsorum gratia condita sunt. Jam vero, quæ propter nos effecta sunt, mortua reviviscunt ; nos vero, quorum causa illa sunt, mortui non resurgemus ?

A θρωπος δὲ ἐκκοπεὶς, οὐκ ἀνθεῖ ; Καὶ τὰ σπαρέντα δὲ καὶ θερισθέντα, μένει εἰς ἄλωνας· ἄνθρωπος δὲ (2) θερισθεὶς ἀπὸ τοῦ κόσμου τούτου, οὐ μένει εἰς ἄλωνα ; Καὶ ἀμπελῶνος κλήματα, καὶ δένδρων ἄλλων, ἀποτμηθέντα παντελῶς καὶ μεταφυτευθέντα, ζωοποιεῖται καὶ καρποφορεῖ· ἄνθρωπος δὲ, δι' ὃν κἀκεῖνά ἐστι, πεσὼν εἰς γῆν, ἆρα οὐκ ἀναστήσεται ; Ὡς ἐν συγκρίσει δὲ καμάτων, ποῖον μεῖζον ; ἀνδριάντα τὸν μὴ ὄντα πλάσαι ἐξ ἀρχῆς, ἢ τὸν πεσόντα ἀναχωνεῦσαι πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ σχῆμα ; Ὁ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἡμᾶς ποιήσας Θεὸς, ἆρα τοὺς ὄντας καὶ πεσόντας ἐγεῖραι πάλιν ἀδυνατεῖ ; Ἀλλὰ ἀπιστεῖς τοῖς γεγραμμένοις περὶ τῆς ἀναστάσεως, Ἕλλην τυγχάνων· ἐκ τῆς φύσεως τῶν ὄντων βλέπε τὰ πράγματα, καὶ ἐκ τῶν μέχρι σήμερον φαινομένων ἐννόησον· Σπείρεται σῖτος, εἰ τύχοι, ἢ ἄλλο τι σπερμάτων γένος· πεσὼν δὲ ὁ σπόρος τελευτᾷ (3) καὶ σήπεται, καὶ ἔστιν ἄχρηστος εἰς βρῶσιν λοιπόν. Ἀλλ ὁ σαπεὶς, ἐγείρεται χλοερός· καὶ μικρὸς πεσὼν, ἐγείρεται κάλλιστος. Ὁ δὲ σῖτος δι' ἡμᾶς γεγένηται· διὰ γὰρ τὴν ἡμετέραν χρῆσιν γέγονεν ὁ σῖτος καὶ τὰ σπέρματα, οὐ δι' ἑαυτά. Εἶτα, τὰ μὲν δι' ἡμᾶς γενόμενα, νεκρωθέντα ζωοποιεῖται· ἡμεῖς δὲ, δι' οὓς γέγονε κἀκεῖνα, ἆρα νεκρωθέντες οὐκ ἐγειρόμεθα ;

VII. Hibernum tempus est, ut vides ; stant nunc arbores veluti mortuæ ; ubi enim nunc folia ficus ? ubi vitis uvæ ? Ast hæc in hieme mortua, etiam in vere virentia sunt ; et postquam tempus advenerit, tunc iis veluti ex morte excitatis redditur vitæ vis. Tuam enim Deus infidelitatem perspiciens, in his conspicuis rebus resurrectionem quotannis designavit ; ut ea quæ in rebus inanimatis fiunt con-

Ζ'. Χειμέριος ὁ καιρὸς, ὡς ὁρᾷς· ἕστηκε τὰ δένδρα νῦν ὡς νεκρά. Ποῦ γὰρ τὰ φύλλα τῆς συκῆς ; ποῦ οἱ βότρυες τῆς ἀμπέλου ; Ἀλλ' ἐν χειμῶνι ταῦτα νεκρὰ, καὶ ἐν ἔαρι χλοερά· καὶ ὅταν ὁ καιρὸς παραγένηται, τότε ὥσπερ ἀπὸ νεκρώσεως ἀποδίδοται ἡ ζωοποίησις. Εἰδὼς γὰρ ὁ Θεὸς τὴν σὴν ἀπιστίαν, ἐν τοῖς φαινομένοις τούτοις ἀνάστασιν εἰργάσατο κατ' ἐνιαυτόν· ἵνα βλέπων τὰ ἐν τοῖς ἀψύχοις, καὶ περὶ

[95] Matth. III, 12. [96] *Vid. infr. n.* 13. [97] *Vid. cat.* 4, *n.* 30. [98] Joan. XII, 24 ; I Cor. XV, 36.

(1) *Qui ex nihilo*, etc. Ad litteram, *ex non ente*. Eadem, cat. 4, n. 30 de homine, et infra n. 13, de omnibus rebus dicit : quæ duplicem pati intelligentiam possunt ; ut Deus ex non rebus,sed tamen præjacente materia res fecerit ; vel ex nulla re ipsam qua constant substantiam formaverit. Dubium nullum esse potest,quin Cyrillus omnia a Deo quoad substantiam et formam condita existimarit. Primum enim, cat. 15, num. 8, negat Filium ex non entibus ad esse perductum esse, et cat. 11. n. 17, ait ea opinione Filium in opificiorum numerum relegari. Id igitur de creaturis statuit, quod de Filio negat, sentiebantque Ariani ; nempe ex nulla substantia, sed plane ex nihilo conditas. 2° Rem a primordio ex non ente facere, plus est Cyrillo quam corruptam reparare. At si materiam Deus præparatam reperit, nihilo videtur operosius materiam hanc figurare,quam rem penitus corruptam et dissolutam restaurare. 3° Cat. 10,n. 5, et cat. 11, n. 22, Filium Dei idcirco rerum omnium dominum esse docet,quod eas fecerit. Si ergo quidquam esset quod non fecisset,nempe increata quædam materia ; hæc ab illius dominatu, cui nihil prorsus subtrahendum est, cat. 8, n. 5, esset aliena. 4° Cat. 11, n. 22 et 23, nihil prorsus in creatione rerum Filio suppeditatum fuisse ait, nisi rerum creandarum exemplar, cum Patris mandato ipsi demonstratum.

(2) Ἄνθρωπος δέ. Particulam δέ loco καί repo-

suimus ex ed. Morel. et codd. Colb., Roe et Casaub. Mox, pro εἰς ἄλωνα, Grodecius legit, εἰς αἰῶνα, *in æternum* ; at legendum,ἀλῶνα,sua det vox præcedens,θερισθείς, ut in eadem allegoriamaneat Cyrillus, quam allegoriam confirmat Joannis Baptistæ usus, qui Matth. III, 12, ait Christum in judicium venientem expurgaturum aream suam. Auctor etiam libri IV, Esdræ cap. IV, 39 et 41, loquitur de promptuariis animarum in inferno,quas justorum areas appellat. Animas autem Cyrillus sup. n. 4, censuit perfectam mercedem non recepturas,nisi post hujus mundi finem. Interim igitur quasi in areis manent, supremam ventilantis manum exspectantes ; ut justi in cœlum quasi in triticum congregentur, Matth. XIII, 30 ; impii cum corporibus in ignem præcipitentur, n. 19, separatis tamen justorum et impiorum areis. Paulo post,loco δένδρα, scripsimus, δένδρων, ex codd. Roe,Casaub. vetusto, Genov. et Grod. Tandem post ἄνθρωπος ante δι' ὃν, cum esset in editis καί, scripsimus,δέ, ex ed. Morel.et codd.Colb., Roe, Casaub., Bodl. et Grod. Verba, ὡς ἐν συγκρίσει, usque ad ἀλλὰ ἀπιστεῖς transcribuntur a S. Nilo, lib. II, epist. 200. Vide et epist. 112, lib. I.

(3) Πεσὼν δὲ ὁ σπόρος τελευτᾷ. Roe, Ottob. 1, Casaub., πεσὼν δὲ ὥσπερ τελευτᾷ, *cadens quasi moritur*. Ottob. 2 et Grod. πεσὼν δὲ τελευτᾷ, καὶ ὥσπερ σήπεται, *cadens moritur et quasi putrescit*.

τῶν ἐμψύχων λογικῶν πιστεύσῃς. Εἶτα, μυῖαι καὶ μέλισσαι εἰς ὕδατα πολλάκις ἀποπνιγεῖσαι, μεθ' ὥραν ἀνέστησαν· καὶ μυοξῶν γένη, χειμῶνος ἀκίνητα μένοντα, ἐν θέρει λοιπὸν ἀνέστησαν· (εὐτελῇ γάρ σοι νοοῦντι, παραπλήσια δίδοται τὰ ὑποδείγματα)· ὁ δὲ τοῖς ἀλόγοις καὶ ἐξουθενωμένοις τὸ ζῆν παρεχόμενος ὑπὲρ φύσιν, ὁ αὐτὸς ἆρα ἡμῖν, δι' οὓς κἀκεῖνα ἐποίησεν, οὐ χαρίζεται;

Η'. Ἀλλὰ ζητουσιν Ἕλληνες νεκρῶν ἀνάστασιν ἔτι φανεράν· καὶ φασιν ὅτι εἰ καὶ ἐγείρεται ταῦτα, ἀλλ' οὐκ ἐσάπη παντελῶς· καὶ ζητοῦσιν ἰδεῖν σαφῶς παντελῶς ζῶν σαπὲν καὶ ἀναστάν. Ἤδει Θεὸς τῶν ἀνθρώπων τὴν ἀπιστίαν, καὶ ὄρνεον εἰς τοῦτο κατειργάσατο, φοίνικα οὕτω καλούμενον. Τοῦτο, ὡς γράφει Κλήμης, καὶ ἱστοροῦσι πλείονες, μονογενὲς ὑπάρχον, κατὰ τὴν Αἰγυπτίων χώραν ἐν περιόδοις πεντακοσίων ἐτῶν ἐρχόμενον, δείκνυσι τὴν ἀνάστασιν· οὐκ ἐν ἐρήμοις τόποις, ἵνα μὴ ἀγνοηθῇ τὸ μυστήριον γινόμενον (1)· ἀλλ' ἐν ϕτνερῇ πόλει παραγενόμενον, ἵνα ψηλσφηθῇ τὸ ἀπιστούμενον. Σηκὸν γὰρ ἑαυτῇ ποιῆσαν ἐκ λιβάνου καὶ σμύρνης, καὶ λοιπῶν ἀρωμάτων· καὶ ἐν τῇ συμπληρώσει τῶν ἐτῶν εἰς τοῦτον (2) εἰσελθὸν, τελευτᾷ φανερῶς καὶ σήπεται Εἶτα, ἐκ τῆς σαπείσης σαρκὸς τοῦ τελευτήσαντος, σκώληξ τις γεννᾶται· καὶ οὗτος αὐξηθείς, εἰς ὄρνεον μορφοῦται (μὴ ἀπιστήσῃς δὲ τούτῳ· καὶ γὰρ τὰ μελισσῶν γεννήματα οὕτω βλέπεις ἐκ τῶν σκωλήκων μορφυμενα· καὶ ἐξ ὠῶν ὑγροτάτων ἐθεώρησας ὀρνέων πτερὰ καὶ ὀστέα καὶ νεῦρα ἐξερχόμενα)· Εἶτα, πτεροφυήσας ὁ προειρημένος φοίνιξ, καὶ τέλειος, οἷος ἦν ὁ πρότερος, φοῖνιξ γενόμενος· ἀνίπταται τοιοῦτος (3) εἰς ἀέρα οἷος καὶ ἐτετελευτήκει· σαφεστάτην νεκρῶν ἀνάστασιν ἀνθρώποις ἐπι-

A tuens, de animatis ratione præditis crederes. Deinde, muscæ et apes sæpissime in aquis suffocatæ post horam reviviscunt; ac bufonum genera cum hieme immobilia maneant (4), in æstate deinceps consurgunt. (99 Tibi enim vilia et humilia cogitanti, similia dantur rerum exempla.) Qui autem ratione destitutis et despicabilibus rebus vitam præbet supra naturam, nonne idem nobis, propter quos etiam illas fecit, concessurus est?

XIII. Verum adhuc requirunt Græci conspicuam mortuorum resurrectionem, aiuntque, etiamsi res modo memeratæ resurgant, non tamen penitus in putredinem abivisse: aperteque videre cupiunt animal penitus putrefactum quod resurrexerit. Noverat Deus hanc hominum in credendo pervicaciam, atque ad id avem comparavit phœnicem appellatam. Hæc, ut scribit Clemens (5), aliique complures nrrront (6), cum sit sui generis unica, in Ægyptiorum regionem quadringentis quibusque annis adveniens, resurrectionem ostendit; non in desertis locis, ne res illa mysterium facta lateret; sed in urbe conspicua (7), præsentem se sistens, uti manu contrectetur res quæ alioqui fidem non inveniret. Facto enim sibi ex thure, myrrha, cæterisque aromatibus nido, in hunc expleto annorum curriculo ingrediens, moritur palam, ac putrescit Deinde ex putrefacta demortuæ avis carne vermis quidam enascitur, hicque augmentum capiens in volucrem conformatur. **289** (Ne rei isti detrahas fidem; nam et apum soboles eodem modo cernis ex vermibus informari: atque ex liquidissimis ovis volucrum pennas, ossa, et nervos erumpentia conspexisti.) Deinde phœnici prædicto succrescunt pennæ; perfectusque, qualis erat prior, phœnix

99 *Vid. supr.* n. 2.

(1) Τὸ μυστήριον γινόμενον. Cum alterutra harum vocum redundare videretur, prima omissa est in codd. Ottob. 2, Roe et Casaub.; altera in Colb., Bodl., Morel. et Grod. Forte legendum, ἐν μυστηρίῳ, *in secreto*. Cæterum vox παραγενόμενον refertur ad τοῦτο ὄρνεον.

(2) Εἰς τοῦτον. Habebatur in editis, τοσοῦτον, ex codd. Ottob. 2 et Bodl. scripsimus, τοῦτον· accedunt Roe, Casaub. et Ottob. I ferentes, τοῦτο. Linea sequenti, ubi scripsimus ἐκ secundum cod. Bodl. et Ottob., in vulgatis habebatur, καί. Cod. Colb. neutrum agnoscit.

(3) Τοιοῦτος. Huic nomini præfigitur in editis articulus ὁ, quem codd. Ottob. utriusque Roe, et Casaub. auctoritate sustulimus. In verbo ἐτετελευτήκει, augmentum, quod ab editis aliisque codicibus abest, substitui. In Genovef. habetur, ἐτελεύτησε. In ambobus Ottob., τετελεύτηκεν. Post θαυμαστόν, particulam μέν ex codd. Roe, Casaub et Grod. in textum ascripsi.

(4) *Bufonum genera.* Lexicographorum multorum auctoritatem secutus sum, ut τὸν μυοξόν redderem per *bufonem*. Pelavimus *mures Alpinos* vertit, τοὺς μυοξούς, quos Epiphanius *Anchorati* num. 85, sex menses mori, et postea reviviscere in exemplum humanæ resurrectionis memorat. Cyrillus loquitur de animalibus in ipsa provincia notis: meritoque dubitatur num in Palæstina viderentur mures Alpini. Quos Plinius lib. VIII *Hist. natural.* cap. 37, *hieme* revera *condi* ait, *sed alimento in specum convecto*: cum Cyrilliani μυοξοί sine motu aliove vitæ signo mortuorum instar manerent. Præterea Cyrillum de reptilibus et venenatis animantibus loqui nobis videtur. Nam quod ille de μυοξοῖς in humanæ resurrectionis argumentum tradit, idem Greg. Nyss., orat. III in Resurrect., p. 428, de reptilibus, τῶν ἑρπετῶν, refert; et sanctus Nilus, *De monachorum præstantia*, cap. 24, pag. 402, de reptilibus, sed venenatis.

(5) Clemens Romanus epistola I *ad Corinth.*, cap. 25, p. 103.

(6) *Clemens, aliique complures.* Cyrillus hic Clementis fere verba usurpat: paulum tamen ab ejus narratione dissidet. Nam ex Cyrillo, phœnix in Ægyptum transacto vitæ tempore ad urbem celeberrimam (Heliopolim ex Clem. Rom. *Constit apost.* lib. V, cap 57, Origene, lib. IV *cont. Celsum*, pag. 229 et aliis intellige) nidificaturus venit. At ex Clemente, phœnix in Arabia nidificans moritur et renascitur; et graudis effectus, nidum in quo mortui ossa exstant ex Arabia Heliopolim transfert, eoque in ara Solis deposito, eo unde venit avolat. Nihil est quod hic de phœnice dicamus, de quo nulli fere auctores sacri et profani conticescunt. Tantum miramur ecclesiasticos auctores fabulam quæ tantopere paganismum olet non satis suspectatos esse.

(7) Hielopolim intelligit.

factus, in aera talis avolat qualis et demortuus fuerat, evidentissimam mortuorum resurrectionem hominibus ostentans. Admirabilis quidem volucris est phœnix; avis tamen ratione destituta, quæ nunquam Deo psalmos cecinit; aera circumvolat; sed quis sit unigenitus Dei Filius, non novit. An vero irrationabili et proprium Conditorem nescienti animanti mortuorum resurrectio data fuerit: nobis vero qui Deum glorificamus ei præcepta ejus observamus, eadem non dabitur?

A δείξας. Θαυμαστὸν μὲν ὄρνον ὁ φοίνιξ· ἀλλ' ὄρνεον ἄλογον, καὶ οὐδέποτε ἔψαλε τῷ Θεῷ. Περιπέτεται τὸν ἀέρα, ἀλλ' οὐκ οἶδε τίς ἐστιν ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Εἶτα τῷ μὲν ἀλόγῳ ζώῳ καὶ μὴ γινώσκοντι τὸν Ποιητὴν (1), νεκρῶν ἀνάστασις δεδώρηται· ἡμῖν δὲ τοῖς δοξολογοῦσι Θεὸν, καὶ τὰ προστάγματα αὐτοῦ τηροῦσιν, οὐ δίδοται ἀνάστασις;

IX, Sed quoniam longe petitum et rarum est phœnicis signum, ac nondum credunt; accipe ex his quæ quotidie conspicis aliam rursus demonstrationem.[1] Ante hos centum vel ducentos etiam annos, ubi eramus omnes nos, tum qui loquimur, tum qui auditis? Anne ignoramus corporum nostrorum constitutionis primordia? Nescis quomodo ex imbecillis, informibus, et uniusmodi rebus generamur? atqui ex illo uniusmodi imbecillique principio formatur vivens homo:[2] illudque infirmum ac debile in carnem compactum, in nervorum firmitatem transmutatur; et in oculornm limpitudinem, et nasi odoram vim, et aurium auditionem, et linguam loquentem, et cor micans, et manuum operandi industriam, et pedum pernicitatem, et in omnem diversi generis membrorum speciem. Atque illud vile et imbecille fit navium fabricator, et domorum ædificator, et architectus, et cujusvis artis operarius, et miles, et princeps, et legislator, et rex. Qui ex imperfectis initiis nos fecit Deus, num casu dejectos excitare non poterit? Qui rem vilissimam ita corporavit, corpus demortuum iterum excitare non valeat? Qui fecit quod non erat, id quod est, postquam ceciderit, non excitaret?

Θ. Ἀλλ' ἐπειδὴ μακρὰν καὶ σπάνιον τοῦ φοίνικος τὸ σημεῖον, καὶ ἀπιστοῦσιν ἔτι· λαβὲ τὴν ἀπόδειξιν ἐκ τῶν καθ' ἡμέραν φαινομένων σοι, πάλιν· Πρὸ ἑκατὸν ἐτῶν ἢ καὶ διακοσίων, ἡμεῖς πάντες, οἵ τε λαλοῦντες καὶ ἀκούοντες, ποῦ ἦμεν; ἆρα οὐκ οἴδαμεν B τῆς ἡμετέρας ὑποστάσεως τῶν σωμάτων τὴν ὑπόθεσιν; οὐκ οἶδας ὅπως ἐξ ἀσθενῶν, καὶ ἀμόρφων, καὶ μονοειδῶν πραγμάτων γεννώμεθα; Καὶ ἐκ τοῦ μονοειδοῦς καὶ ἀσθενοῦς μορφοῦται ζῶν ἄνθρωπος· καὶ τὸ ἀσθενὲς σαρκωθὲν εἰς νεύρων ἰσχυρότητα μεταβάλλεται, καὶ εἰς ὀφθαλμῶν (2) λαμπρότητα, καὶ ῥινὸς ὄσφρησιν, καὶ ὤτων ἀκοὴν, καὶ γλῶσσαν λαλοῦσαν, καὶ καρδίαν πάλλουσαν, καὶ χειρῶν ἐργασίαν, καὶ ποδῶν δρόμον, καὶ παντοίαν ἰδέαν μελῶν. Καὶ τὸ ἀσθενὲς ἐκεῖνο γίνεται ναυπηγὸς καὶ οἰκοδόμος, καὶ ἀρχιτέκτων, καὶ παντοίας τέχνης ἐργάτης, καὶ στρατιώτης, καὶ ἄρχων, καὶ νομοθέτης, καὶ βασιλεύς. Ἐξ ἀτελῶν (3) πραγμάτων ποιήσας ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ἆρα τοὺς πεσοντας ἐγεῖραι οὐ δύναται; Ὁ τὸ εὐτελέστατον οὕτω σωματοποιῶν, τὸ πεσὸν σῶμα πάλιν ἐγεῖραι οὐ δύναται; καὶ ὁ τὸ μὴ ὂν πλάσας, τὸ ὂν καὶ πεσὸν ἆρα οὐκ ἐγείρει;

Tum qui auditis? Anne ignoramus corporum nostrorum constitutionis primordia? Nescis quomodo ex imbecillis, informibus, et uniusmodi rebus generamur? atqui ex illo uniusmodi imbecillique principio formatur vivens homo:[2] illudque infirmum ac debile in carnem compactum, in nervorum firmitatem transmutatur; et in oculornm limpitudinem, et nasi odoram vim, et aurium auditionem, et linguam loquentem, et cor micans, et manuum operandi industriam, et pedum pernicitatem, et in omnem diversi generis membrorum speciem. Atque illud vile et imbecille fit navium fabricator, et domorum ædificator, et architectus, et cujusvis artis operarius, et miles, et princeps, et legislator, et rex. Qui ex imperfectis initiis nos fecit Deus, num casu dejectos excitare non poterit? Qui rem vilissimam ita corporavit, corpus demortuum iterum excitare non valeat? Qui fecit quod non erat, id quod est, postquam ceciderit, non excitaret?

X. Accipe et manifestum mortuorum resurrectionis argumentum in cœlo et luminaribus, singulis mensibus testatum. Nam lunare corpus in totum deficiens, ita ut nihil ex ipso amplius conspiciatur, iterum de novo completur, et in id quod erat ante instauratur. Et ad perfectam ejusdem rei demonstrationem, post annorum revolutiones passa deliquium luna, atque in sanguinem patenter conversa, rursus lucidum corpus resumit: Deo videlicet ista provide molito, ut et tu homo qui ex sanguine constitutus es, mortuorum resurrectioni fidem ne derogares; quodque in luna conspicis, in te quoque crederes futurum. His itaque adversum Græcos verbis utere: **290** nam cum iis qui Scri-

Ι'. Λαβὲ δέ μοι νεκρῶν ἀναστασεως φανερὰν ἀπόδειξιν ἐν οὐρανῷ καὶ φωστῆρσι καθ' ἕκαστον μῆνα μαρτυρουμένην· Τὸ γὰρ τῆς σελήνης σῶμα παντελῶς ἐκλεῖπον, ὡς μηδ' ὁτιοῦν αὐτοῦ φαίνεσθαι λοιπὸν, πάλιν ἀναπληροῦται, καὶ εἰς ὅπερ ἦν ἀποκαθίσταται· Ὑπὲρ δὲ τελείας τοῦ πράγματος ἀποδείξεως, κατὰ περιόδους ἐτῶν ἐκλείπουσα ἡ σελήνη, καὶ εἰς αἷμα φανερῶς μεταβληθεῖσα, πάλιν ἀπολαμβάνει τὸ σῶμα τὸ φωτοειδές (4)· τοῦ Θεοῦ τοῦτο κατασκευάσαντος, ἵνα καὶ σὺ ὁ ἄνθρωπος ὁ ἐξ αἵματος συνεστὼς, τῇ τῶν νεκρῶν ἀναστάσει μὴ ἀπιστήσῃς· ἀλλ' ὅπερ ἐπὶ τῆς σελήνης βλέπεις, τοῦτο καὶ περὶ σεαυτοῦ πίστευσῃς. Τούτοις μὲν οὖν κέχρησο λόγοις πρὸς Ἕλληνας· τοῖς γὰρ τὰ ἔγγραφα μὴ παραδεχομένοις, ἀγράφοις (5)

[1] *Vid. cat.* 4, n. 30. [2] *Vid. cat.* 12, n. 30.

(1) Τὸν Ποιητήν. Addunt Roe, Casaub., Genov., τῶν ἁπάντων, *omnium factorem.*

(2) Ὀφθαλμῶν. Scripsimus in plurali, cum in impressis habeatur, ὀφθαλμοῦ, ex codd. Roe, Casaub. et Grod., ut est in simili phrasi cat. 4, n. 22, ὀφθαλμῶν λαμπροτάτην κατάστασιν.

(3) Ἐξ ἀτελῶν. Codd. Colb., Roe, Ottob., Casaub., εὐτελῶν, *vilibus.* Quam lectionem indicant sequentes voces, ὁ τὸ ευτελέστατον οὕτω σωματοποιῶν.

(4) Τὸ φωτοειδές. Articulum hunc supplevimus ex codd. Roe et Casaub.

(5) Ἀγράφοις. Pro ἀγράφοις, scriptum in Genov., ἀγράφως, *sine scriptura.* At in Roe et Casaub., ἀμαχοις, *inexpugnabilibus.* Vim hujus vocis ignorabant librarii. At occurrit aliquando in ecclesiasticis scriptoribus, verbi gratia, sanctus Irenæus, lib. I, cap. al. 1, nov. ed. 8, num. 1, ἐξ ἀγράφων ἀναγινώσκοντες, *ex iis quæ minime in sacris litteris prodita sunt, quædam lectitantes.* Auctor Clementinarum, hom. 3, num. 38, sic Simonem Magum, Deum aliquem in Veteri Scriptura non expressum concludere conantem inducit: Ἕτερος ἄγραφος περιλείπεται εἶναι· *Restat ut alter in Sriptura non expressus agnoscendus sit Deus.* Quapropter sanctus Greg. Nyss., tom. III *Vit. sancti Ephr.*, p. 594, γραφικοὺς λόγους ap-

μάχου τοῖς ὅπλοις, ἐκ λογισμῶν μόνον καὶ ἀποδείξεων· τούτοις γὰρ, οὔτε τίς ἐστι Μωσῆς γνώριμον, οὔτε τίς ἐστιν Ἡσαΐας, οὔτε τὰ Εὐαγγέλια, οὔτε Παῦλος.

ΙΑ'. Μετάδηθί μοι λοιπὸν ἐπὶ Σαμαρείτας, οἳ νόμον δεχόμενοι μόνον, προφήτας οὐκέτι καταδέχονται· οἷς ἀργον ἔοικε τὸ παρὸν ἀνάγνωσμα τοῦ Ἰεζεκιήλ· προφήτας γὰρ, ὡς ἔφην, οὐ δέχονται. Πόθεν οὖν πείσωμεν καὶ Σαμαρείτας; Ἔλθωμεν ἐπὶ τὰ ἔγγραφα τοῦ νόμου. Λέγει τοίνυν ὁ Θεὸς πρὸς τὸν Μωϋσῆν· Ἐγὼ ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ· πάντως ὅτι τῶν ὄντων καὶ φεστηκότων. Εἰ γὰρ Ἀβραὰμ τετελευτηκε, καὶ Ἰσαὰκ (1), καὶ Ἰακώβ· Θεός ἐστιν ἄρα τῶν μὴ ὄντων. Πότε βασιλεὺς εἶπε, ὅτι βασιλεὺς εἰμι (2) στρατιωτῶν, ὧν μὴ ἔχει; πότε τις ἐνδείξατο πλοῦτον, ὃν μὴ ἐκέκτητο; Δεῖ τοίνυν ὑφεστάναι καὶ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, ἵνα τῶν ὄντων Θεὸς ᾖ ὁ Θεός (3). Οὐ γὰρ εἶπεν. Ἤμην αὐτῶν, ἀλλ', Εἰμί. Καὶ ὅτι κρίσις ἐστὶ, λέγει πρὸς τὸν Κύριον ὁ Ἀβραάμ· Ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν, οὐ ποιήσει κρίσιν;

ΙΒ'. Ἀλλ' ἀντιλέγουσι πρὸς τοῦτο πάλιτ οἱ ἀνόητοι Σαμαρεῖται, καί φασιν, ὅτι Τὰς μὲν ψυχὰς ἐγχωρεῖ μένειν τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ τοῦ Ἰακὼβ, τὰ δὲ σώματα ἀναστῆναι οὐ δύναται. Εἶτα, τὴν μὲν ῥάβδον Μωϋσέως τοῦ δικαίου δράκοντα γενέσθαι δυνατὸν, τὰ δὲ σώματα τῶν δικαίων ζῆσαι καὶ ἀναστῆναι οὐ δύναται; καὶ τὸ μὲν παρὰ φύσιν ἐγένετο· τὸ δὲ κατὰ φύσιν οὐκ ἀποκαθίσταται; Καὶ ἡ ῥάβδος (4) Ἀαρὼν ἀποτμηθεῖσα, καὶ νεκρωθεῖσα, χωρὶς ὀσμῆς ὑδάτων ἐβλάστησε· καὶ ταῦτα, ὑπόστεγος οὖσα, καὶ τὰ ἐν ἀργοῖς βλαστήσασα· καὶ ἐν ξηροῖς μὲν κειμένη, τὰ δὲ τῶν ἀρδευομένων πολυετῶς, διὰ μιᾶς νυκτὸς μετὰ καρπῶν ἀποδοῦσα. Ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν ἐν νεκρῶν ὥσπερ ἀνέστη καὶ αὐτὸς Ἀαρὼν οὐκ ἐγείρεται; καὶ ἵνα μὲν τὴν ἀρχιερωσύνην αὐτῷ διατηρήσῃ Θεὸς, ἐν ξύλῳ ἐταυματούργησεν· αὐτῷ δὲ τῷ Ἀαρὼν τὴν ἀνάστασιν οὐ χαρίζεται; Καὶ γυνὴ μὲν παρὰ φύσιν ἅλας γίνεται, καὶ σὰρξ εἰς ἅλας μεταβάλλεται· σὰρξ δὲ εἰς σάρκα οὐκ ἀποκαθίσταται; Καὶ στήλη μὲν ἁλὸς γέγονεν ἡ γυνὴ Λὼτ, ἡ δὲ γυνὴ τοῦ Ἀβραὰμ ἄρα οὐκ ἀνίσταται; Ποίᾳ δὲ δυνάμει μετεβλήθη ἡ χεὶρ τοῦ Μωϋσέως, ἢ (5) καὶ ὑπὸ μίαν ὥραν ἐγένετο ὡς χιὼν, καὶ πάλιν ἀποκατέστη; πάντος ὅτι τῷ θείῳ προσ-

A pturas uon recipiunt, armis e Scriptura non sumptis decerta, ex ratiocinationibus solis et demonstrationibus. His enim,neque quis sit Moyses, nec quis Isaias compertum; nec Evangelia,nec Paulus cogniti [3].

XI. Transi nunc, quæso, ad Samaritas, qui cum solam legem recipiant (6),prophetas præpterea non admittunt: queis idcirco inefficax videtur,præsens quæ in manibus est ex Ezechiele lectio; prophetas enim, ut dixi, nullo loco habent.Unde igitur fidem Samaritis quoque faciemus? Veniamus ad scripta legis. Dicit igitur Deus ad Moysen: *Ego, Deus Abraham, et Isaac, et Jacob* [4]; viventium dubio procul et subsistentium. Si enim Abraham [totus] mortuus est, et Isaac, et Jacob; Deus igitur est non exsistentium.Ecquando rex dixit regem se esse militum quos non habeat? Ecquis ostentavit aliquando divitias quas non possideret? subsistere igitur necesse est et Abraham, et Isaac, et Jacob, ut Deus rerum quæ exsistant sit Deus. Non enim dixit, *Eram* eorum [Deus], sed, *Sum* [5]. Quod vero sit judicium, dicit ad Dominum Abrahamus: «Qui judicat omnem terram,nonfaciem judicium[6].»

XII. Verum ad hoc contra excordes Samaritæ rursus aiunt: Animas revera Abrahæ, Isaaci et Jacobi remanere nihil repugnat; corpora autem resurgere non possunt. Scilicet: virgam justi Moysis draconem fieri possibile fuit [7]: [8] justorum vero corpora vivere et resurgere non potuerunt? et illud quidem prius præter naturam factum est: hoc autem, quod est consentanea naturæ instauratio, non fiet? Virga quoque Aaronis excisa et mortua sine aquarum odore floruit [9]; et sub tecto quamvis inclusa, tamen quæ in agris oriri amant germina protulit: cumque in aridis jaceret locis, unius noctis spatio una cum fructibus edidit ea, quæ irrigatæ arbores post multos annos parturiunt.Aaronis virga velut ex mortuis surrexit,et ipse Aaron non resurget? atque ut summum ipsi sacerdotium conservaret,in ligno miraculum edidit Deus: ipsi autem Aaroni resurrectionem non impertiet? Mulier præter naturam sal efficitur,et caro in salem transmutatur [10]: caro vero in carnem non reparabitur? et cum salis statua effecta sit quæ Loti uxor erat, uxor Abrahæ non resurget? Qualis virtute commutata est manus Moysis, quæ unius hore mo-

[3] *Vid. cat.* 12, n. 27. [4] Exod. III, 6. [5] ibid. [6] Gen. XVIII, 25. [7] Exod. IV, 3. [8] *Vid. cat.* 4, n. 30 [9] Num. XVII, 8. [10] Gen. XIX, 26.

pellat sermones Scriplurarum testimoniis roboratos: immuneri quoque alii testes produci possunt.

(1) Καὶ Ἰσαάκ. Codd. Roe et Casaub., καὶ ὁ Θεὸς Θεὸς Ἰσαάκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ. Ita repetitur vox Θεός tripliciter, sed absque articulis, in tribus Exodi versiculis ad marginem citatis, et in Evangelio Matthæi cap. XXII, v. 32, ubi reperiuntur articuli.

(2) Βασιλεύς εἰμι. Codd. Ottob. duo, Roe et Casaub., ἐστι habent loco εἰμι. Vulgatam lectionem quæ Scripturæ stylo, cui se contormat Cyrillus, similis est, mutare nolui.

(3) Θεὸς ὁ Θεός. Articulum ὁ hic necessarium addimus ex codd. Roe et Casaub., item vocem ὅτι ex iisdem ante ἤμην.

(4) Καὶ ἡ ῥάβδος, etc. Hæc de Aaronis virga transcribere videtur sanctus Nilus, lib. I, epist. 113, et lib. III, epist. 33.

(5) Ἢ καί. Deest relativum ἤ in codd. Roe, Casaub. et Coisl.; deest vero καί in Bodl.

(6) *Solam legem recipiunt.* Id de Samaritis omnes tesfantur auctores. Ex Philastr., hæres. LXXVII, nisi mendum est, quatuor solum libros recipiebant. Hodierni Samaritæ Josue librum agnoscunt.

mento facta est velut nix, et iterum pristino sta- tui reddita [11]? ex divino imperio sane. Ergone imperium illud olim efficax, sua jam vi et efficacitate cecidit?

291 XIII. Unde vero in totum ab initio factus est homo, o omnium hominum stolidissimi Samaritæ? Accedite ad primum Scripturæ librum, quem vos etiam suscipitis. « Et finxit hominem Deus, pul- «verem de terra[12];» pulvis in carnem transmutatur, et care in carnem rursus non intauratur? Rogandi etiam estis, undenam cœli, terra, et maria substitere? unde sol, luna et sidera? quomodo ex aquis volucres, et natantes animantes? et quonam modo e terra animalia omnia [13]? [14] Tam multa rerum millia ex nihilo ad exsistendi sortem transducta sunt: et nos homines qui impressam illius imaginem habemus, non resurgemus? Vere incredulitatis plena tota ea res est. Et multis capitibus condemnantur credere detrectantes: quando videlicet Abraham Domino dicat: « Qui judicat omnem « terram[15]; » qui autem legem condiscunt, increduli maneant; quando scriptum sit quod e terra sit homo [16]; qui vero legunt, fidem abnegent.

XIV. Et hæc quidem adversum illos, qui infidelium ex numero sunt: quæ vero ex prophetis desumuntur, nobis sunt apta qui credimus. Quoniam vero etiam nonnulli qui prophetis utuntur (1), his quæ scripta sunt non credunt; proferuntque nobis illud (Davidicum), « Non resurgent impii in judi- « cio [17]; illud quoque, Si enim descenderit homo in « infernum, non amplius ascendet [18]; et illud, Non « mortui laudabunt te, Domine [19] » (his enim quæ recte scripta sunt, prave abutuntur), optimum fuerit obiter et quantum nunc licet, illis occurrere. Si enim dicitur, « Impii non resurgent in judicio, » hoc significatur, quod non in «judicio,» sed in condemnatione resurrecturi sint; non enim Deo multa

A τάγματι. Εἶτα, τότε μὲν τὸ πρόσταγμα ἰσχυρὸν, νῦν δὲ οὐκέτι ἰσχυρόν;

ΙΓ'. Πόθεν δὲ καὶ ὅλως ἐξ ἀρχῆς ἐγεννήθη (2) ὁ ἄνθρωπος, ὦ πάντων ἀνθρώπων ἀνοητότατοι Σαμαρεῖται; Ἔλθετε ἐπὶ τὸ πρῶτον βιβλίον τῆς Γραφῆς, ὃ καὶ ὑμεῖς καταδέχεσθε· Καὶ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς. Χοῦς εἰς σάρκα μεταβάλλεται, καὶ σὰρξ εἰς σάρκα οὐ πάλιν (3) ἀποκαθίσταται; Ἐρωτητέον δὲ ὑμᾶς, πόθεν ὑπήστησαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ γῆ, καὶ θάλασσαι; πόθεν ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ ἀστέρες; πῶς ἐξ ὑδάτων τὰ πετεινὰ καὶ τὰ νηκτά; καὶ πῶς ἀπὸ γῆς τὰ ζῶα πάντα, Τοσαῦται μυριάδες ἐκ τοῦ μὴ ὄντος (4) εἰς τὸ εἶναι παρηνέχθησαν· καὶ ἄνθρωποι ἡμεῖς, οἱ τὸ κατ' εἰκόνα ἔχοντες, ἆρα οὐκ ἀναστησόμεθα; Ἀληθῶς ἀπιστίας τὸ πρᾶγμα πεπλήρωται, καὶ πολλὴ κατάγνωσις τῶν ἀπιστούντων· ὅταν Ἀβραὰμ λέγῃ πρὸς τὸν Κύριοι, Ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ ἀπιστῶσιν (5) οἱ μανθάνοντες τὸν νόμον· ὅταν γέγραπται, ὅτι ἐκ γῆς ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἀπιστῶσιν οἱ ἀναγινώσκοντες.

ΙΔ'. Ἐκείνοις μὲν οὖν ταῦτα τοῖς ἀπίστοις· τὰ δὲ ἐκ προφητῶν, ἡμῖν τοῖς πιστεύουσιν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῖς προφήταις κεχρημένοι τινὲς, ἀπιστοῦσι τοῖς γεγραμμένοις, καὶ προφέρουσιν ἡμῖν ἐκεῖνο τὸ, Οὐκ ἀναστήσονται οἱ ἀσεβεῖς ἐν κρίσει· καὶ τὸ, Ἐὰν γὰρ καταβῇ ὁ ἄνθρωπος εἰς ᾅδην, οὐκέτι οὐ μὴ ἀναβῇ· καὶ τὸ, Οὐχ οἱ νεκροὶ αἰνέσουσί σε, Κύριε (τοῖς γὰρ καλῶς γεγραμμένοις συγκέχρηνται κακῶς)· καλὸν ἐν παραδρομῇ, καὶ ὡς ἐγχωρεῖ νῦν, ἀπαντῆσαι πρὸς αὐτούς. Ἐὰν γὰρ λέγῃ, ὅτι Ἀσεβεῖς οὐκ ἀναστήσονται ἐν κρίσει, τοῦτο δηλοῖ ὅτι οὐκ ἐν κρίσει, ἀλλ' ἐν κατακρίσει. Οὐκ ἐξετάσεως πολλῆς ἐστι χρεία τῷ Θεῷ, ἀλλ' ἅμα τῷ ἀναστῆναι τοὺς ἀσεβεῖς· ἀκολουθεῖ καὶ τὰ τῆς τιμωρίας. Και

[11] Exod. IV, 6, 7. [12] Gen. II, 7. [13] Gen. I, 1 sqq. [14] *Vid. supr.* n. 6. [15] Gen. XVIII, 25. [16] Gen. I 20; III, 19. [17] Psal. I, 5. [18] Job VII. 9. [19] Psal. CXIII, 17.

(1) *Nonnulli qui prophetis utuntur.* Propositis sibi, sup. num. 1, triplicis generis hostibus, Græcis qui nullas Scripturas recipiunt, Samaritis, qui solum Pentateuchum, et hæreticis; postquam duo priora genera confutavit, ad tertium ex sua ipsius divisione aggreditur. Verum omnes illi hæretici- quos notavimus ut resurrectionis hostes, Si Origenistas exceperis, vetus Testamentum repudiabant: quanquam eo interdum, sive ad oppugnandos propriis armis Catholicos, seu ad concilliandam nonnullam suis opinionibus auctoritatem, utebantur; quod ex scriptis Irenæi patet. Origenes apud Epiphan., hæres. LXIV, num. 10, testatur hoc loco, *Non resurgent impii in judicio*, simpliciores quosdam ex fidelibus usos, negasse malos resurrectionis compotes futuros; at Epiphanius, num. 9 et 11, Origenem, in hac ipsa oratione qua simplices illos refellit, resurrectionem variis argumentis evertisse contendit. Hos igitur, vel Origenistas, in hac oratione refellit Cyrillus.

(2) Ἐγεννήθη. Roe et Casaub, ἐγενέτο, nulla de causa mutatum. Nam de formatione Evæ ex Adamo, et hominis ex luto loquens, verbo γεννᾶσθαι utitur cat. 12, num. 29. Hac ipsa cateches. num. 8, de formatione phœnicis, σκώληξ τις γεννᾶται, quo in loco iidem codd. habent, γίνεται. Vide cat. 2, n. 4.

(3) Πάλιν. Hanc vocem addidimus ex codd. Coisl. Roe, Casaub., Grod. Infra, loco καὶ θάλασσαι, Ottob., Coisl et Grod., ἡ θάλασσα. Linea sequenti pro τὰ πετεινὰ καὶ τὰ νηκτά. Roe, et Casaub., τὰ πτηνὰ, καὶ τὰ κτήνη. Eodem modo Genovef. loco νηκτά, habet κτήνη *jumenta*; sed vitiose et transpositione litterarum factum istud ex altero.

(4) Ἐκ τοῦ μὴ ὄντος. Coisl., ἐκ τοῦ μὴ ὄντος. Infra loco τὰ κατ' εἰκόνα, scripsimus, τὸ κατ' εἰκόνα, ex codd. Roe, Casaub., Ottob. 1, Colb. et Bodl., et simili loco cat. 14, n. 10, τὸ μὲν κατ' εἰκόνα· at Coisl. et Ottob. 2 habent, οἱ κατ' εἰκόνα ὄντες, ἆρα, etc.

(5) Ἀπιστῶσιν. Hic Roe et Casaub., et lineis infra post duabus, iidem cum Coisl. et Colb. ferunt, ἀπιστοῦσι. Ante γέγραπται ex omnibus præfatis codd. et Ottob. loco ὅτε, scripsimus ὅταν, ut responderet superiori, ὅταν Ἀβραὰμ λέγῃ,

ἐὰν λέγῃ, ὅτι Οὐχ οἱ νεκροὶ αἰνέσουσί σε, Κύριε, τοῦτο δηλοῖ, ὅτι τῆς μετανοίας καὶ τῆς ἀφέσεως, ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ μόνον τὴν προθεσμίαν ἐχούσης, ἐφ' ᾗ καὶ οἱ ἀπολαύοντες αἰνέσουσί σε· οὐκ ἔστι (1) μετὰ θάνατον λοιπὸν τοὺς ἐν ἁμαρτίαις τελευτήσαντας ὡς εὐεργετηθέντας αἰνεῖν, ἀλλὰ ἀποδύρεσθαι· ἔστι γὰρ αἶνος μὲν τῶν εὐχαριστούντων, ὀδυρμὸς δὲ τῶν μαστιζομένων. Οἱ μὲν οὖν δίκαιοι τότε αἰνοῦσιν, οἱ δὲ τελευτήσαντες ἐν ἁμαρτίαις, καιρὸν λοιπὸν ἐξομολογήσεως οὐκ ἔχουσι.

ΙΕ'. Περὶ δὲ τοῦ (2), Ἐὰν καταβῇ ἄνθρωπος εἰς ᾅδην, οὐκέτι οὐ μὴ ἀναβῇ· βλέπε τὴν ἀκολουθίαν· γέγραπται γάρ· Οὐκέτι οὐ μὴ ἀναβῇ, οὐδ' οὐ μὴ ἐπιστρέψῃ εἰς τὸν ἴδιον οἶκον (3). Τοῦ κόσμου δὲ ὅλου παρερχομένου, καὶ πάσης οἰκίας διαφθειρομένης· πῶς εἰς τὸν ἴδιον οἶκον ἐπανελεύσεται, καινῆς λοιπὸν γινομένης ἄλλης γῆς; ἐχρῆν δὲ αὐτοὺς ἀκοῦσαι τοῦ Ἰὼβ λέγοντος· Ἔστι γὰρ δένδρῳ (4) ἐλπίς. Ἐὰν γὰρ ἐκκοπῇ, πάλιν ἐπανθήσει (5)· καὶ ὁ ῥάδαμνος αὐτοῦ οὐ μὴ ἐκλείπῃ. Ἐὰν γὰρ γηράσῃ ἐν γῇ ἡ ῥίζα αὐτοῦ, ἐν δὲ πέτρᾳ τελευτήσῃ τὸ στέλεχος αὐτοῦ· ἀπὸ ὀσμῆς ὕδατος ἀνθήσει, ποιήσει δὲ θερισμὸν ὥσπερ νεόφυτον. Ἀνὴρ δὲ τελευτήσας, ᾤχετο· πεσὼν δὲ βροτὸς, οὐκέτι ἔστιν; Μόνον γὰρ οὐχὶ (6) δυσωπῶν, καὶ ἐπιτιμῶν· (οὕτω γὰρ ἀναγνωστέον ἐρωτηματικῶς τὸ, Οὐκέτι ἔστιν;) Ἆρα γὰρ, φησὶ, ξύλου πίπτοντος καὶ ἐγειρομένου, ἄνθρωπος αὐτὸς, δι' ὃν τὰ ξύλα γέγονεν, οὐκ ἐγείρεται; Καὶ ἵνα μὴ νομίσῃς με βιάζεσθαι, ἀνάγνωθι τὸ ἀκόλουθον. Μετὰ γὰρ (7) τὸ

A opus est indagatione, sed, simul ut resurgent impii, consequentur eos supplicia. Et si dicitur: « Non mortui laudabunt te, Domine, hoc designatur, quod constituto tantum in hac vita pœnitentiæ ac remissionis spatio, de quo ii qui fruentur, *laudabunt te*; morte obita, iis qui in peccatis decesserint, jam non licebit tanquam beneficio affectis laudare, sed deplorare duntaxat. Est enim laus eorum qui gratias agunt; deploratio vero, eorum qui verberibus cæduntur. Igitur tunc justi laudaturi sunt; qui vero in peccatis obierint, deinceps confessionis tempus non habebunt.

XV. De illo vero contextu, « Si descenderit homo « **292** in infernum, non amplius ascendet [20] »; vide consequentia; scriptum est namque: « Non « amplius ascendet, nec revertetur in propriam B « domum [21] ». Cum enim universus mundus transiturus sit, et omnis domus destruenda: quomodo in propriam domum revertetur, facta in posterum alia tellure nova [22]? oportebat vero illos exaudire Jobum aientem: « Est enim arbori spes: nam si ex- « cidatur, rursus reflorescet, et ramus ejus tener non « deficiet. Si enim senuerit in terra radix ejus, et in « petra moriatur truncus ejus; ab odore aquæ flo- « rescet, et faciet messem tanquam nuper plantata. « Vir autem mortuus non abiit: cadens vero morta- « lis non est amplius [23] »? Quasi pudorem ingerens et increpitans: (sic enim legendum est per interrogationem illud. *Non est amplius?*) Cum enim, inquit, lignum cadat et resurgat, num homo ipse, propter C quem facta sunt ligna, non resurget? Atque ut ne me vim loco afferre putes, lege quod sequitur.

[20] Job. VII, 9. [21] ibid. 10. [22] II Petr. III, 13. [23] Job XIV, 7-10.

(1) Οὐκ ἔστι. Ita restituimus ex codd. Ottobon. ambobus, Roe, Casaub. et vet. Genov., cum ante haberetur οὐκ ἔτι, nulla vel difficili admodum constructione. Hæc autem insulse Rivetus ad purgatorii sublationem trahit: cum de peccatis mortalibus nullum in purgatorio pœnitendi locum esse Catholici fateantur; at leviora peccata pœnis post mortem in quodam exsilii loco expiari docet auctor, cat. 23, num. 10.

(2) Περὶ δέ, etc. Δέ pro γάρ ex Roe et Casaub. restituimus.

(3) Εἰς τὸν ἴδιον οἶκον. Pro οἶκον codd. Coisl., Roe, Casaub., Genov. scriptum habent, τόπον· ac (Genovef. excepto) addunt οὐκέτι post ἐπιστρέψῃ· at οἶκον legisse Cyrillum sequentia perspicuum faciunt, πάσης οἰκίας διαφθειρομένης, πῶς εἰς τὸν ἴδιον οἶκον ἐπανελεύσεται; Post quæ verba, loco καινῆς, posuimus καινῆς, ex Ottob. utroque, Roe, Casaub. et Grod.; ἄλλης quoque addidimus ex duobus, prioribus codd.

(4) Ἔστι γὰρ δένδρῳ. Hæc et sequentia, quæ Jobi testimonium spectant, suo more transcribit Ruffinus *Exposit. in Symbol.*, cujus, in hoc loco emendando, auctoritate sumus adjuti.

(5) Πάλιν ἐπανθήσει, etc. In hoc contextu Jobi nonnulla correximus, et interpunctionem editorum Cyrilli exemplarium nonnullis locis mutandam existimavimus. Ac primum, loco ἐκλείπει, scripsimus ex Coisl. et Ottob., juxta LXX, ἐκλείπῃ· deinde vocem ἔσται post ῥίζα αὐτοῦ, quæ neque LXX est, neque a codd. Ottobonianis duobus, Coisl., Roe, Casaub., et Grod., neque a Ruffino agnoscitur, expunximus: sicque ex iisdem vocem ῥίζα cum γηράσῃ male virgula separatam, connexuimus, Consequenter, loco τελευτήσει, nullo quamvis codice suffultit τελευτήσῃ juxta LXX, ex Grodecii et Ruffini versione scripsimus; alioqui turbata et imperfecta erit hujus loci constructio. Quod notat Cyrillus, et post eum Ruffinus, verba, πεσὼν δὲ βροτὸς οὐκέτ' ἔστιν, per interrogationem legenda esse, nullum sive in Hebraica veritate, sive in LXX virorum interpretatione, interrogationis ad sensum Cyrilli apponendæ exstat vestigium. Contra legitur in Heb. et Vulg. *Ubi, quæso est?* quasi integram et irreparabilem hominis semel mortui consumptionem significet auctor. Sed eadem huic loco accommodanda interpretatio, quam Cyrillus alteri ejusdem D Jobi loco, *Si descenderit homo in infernum*, etc. hujus numeri initio adhibuit: nempe hominem mortuum amplius non esse in hominum, qui ad consuetudinem vitæ redire possint, numero. Loca autem duo, *Si mortuus fuerit homo, vivet*, et *Exspecto donec rursus fiam*, non alium præter resurrectionis generalis sensum, juxta LXX interpretes lecta, habere videntur. Sed in Hebræo et Vulgata aliam vim habent: nempe de nullo hominis semel mortui ad communem hominum vitam reditu intelliguntur.

(6) Μόνον γὰρ οὐχί. Deest γάρ in codd. Coisl. et Grod., at est in omnibus mss. aliis, atque omnino Cyrilliani styli est; ut potius in paucis erasum, quam in pluribus intrusum videatur.

(7) Μετὰ γάρ. Illud γὰρ addidimus ex Coisl., Roe, Casaub. et Grod.

interrogando dixit: *Cadens vero mortalis non erit amplius?* ait: *Si enim mortuus fuerit homo, vivet*; statimque subdit: *Exspecto donec rursus fiam* [24]; et alibi rursus: *Qui super terram resuscitaturus est pellem meam, quæ istos labores exantlat* [25]. Isaias vero propheta ait: *Resurgent mortui, et excitabuntur qui in monumentis sunt* [26]. Apertissime vero, qui nunc est in manibus Ezechiel propheta dicit: *Ecce ego aperiam sepulchra vestra, et educam vos de monumentis vestris* [27]; et Daniel dicit: *Multi eorum qui dormiunt in aggesto terræ, resurgent; alii in vitam æternam, alii in ignominiam sempiternam* [28].

A εἰπεῖν ἐρωτηματικῶς, Πεσὼν δὲ βροτὸς οὐκέτι ἔστιν; λέγει· Ἐὰν γὰρ ἀποθάνῃ ἄνθρωπος, ζήσεται· καὶ εὐθὺς λέγει· Ὑπομένω ἕως ἄν πάλιν γένωμαι· καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· Ὁ μέλλων ἐπὶ γῆς (1) ἀναστῆσαι τὸ δέρμα μου, τὸ ἀναντλοῦν ταῦτα. Ἡσαΐας δὲ ὁ προφήτης φησίν· Ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ, καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις· σαφέστατα δὲ ὁ παρὼν (2) προφήτης Ἰεζεκιὴλ λέγει· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀνοίγω τὰ μνήματα ὑμῶν, καὶ ἀνάξω ὑμᾶς ἐκ τῶν μνημάτων ὑμῶν· καὶ ὁ Δανιὴλ λέγει· Πολλοὶ τῶν καθευδόντων ἐν γῆς χώματι, ἀναστήσονται· οὗτοι εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ οὗτοι εἰς αἰσχύνην αἰώνιον.

XVI. Multæ quoque Scripturæ de mortuorum resurrectione testantur; sunt enim ea de re plures aliæ sententiæ dictaque. Nunc vero, memoriam duntaxat uti refricantes, cursim præterimus Lazari post quatriduum resurrectionem [29]. Prætervolamus etiam, propter temporis brevitatem, viduæ filium excitatum [30]. Et mentione tantum injecta, commemoretur nunc obiter principis Synagogæ filia [31]: dicaturque scissas fuisse petras, et multa corpora sanctorum qui dormierant, excitata esse, monumentis **293** patefactis [32]. In primis vero in memoriam redeat, Christum a mortuis resurrexisse. Prætervolo Eliam et filium viduæ ab ipso suscitatum [33]; et Elisæum, qui semel et iterum suscitavit, et dum viveret, et post mortem [34]; vivus resurrectionem per suam ipsius animam operatus est; ut autem non animæ solum justorum honorarentur, sed crederetur etiam in justorum corporibus jacere vim penitus insitam; projectus in monumentum Elisæi

Ιζ. Καὶ πολλαὶ Γραφαὶ μαρτυροῦσι περὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως· ἔστι γὰρ ἄλλα πλείονα ῥητὰ περὶ τούτου. Ὡς ἐν ὑπεμνήσει δὲ (3) μόνῃ, νῦν παρατρέχομεν τὴν τοῦ Λαζάρου τετραήμερον ἀνάστασιν· παρατρέχομεν δὲ, διὰ τὸ τῆς ὥρας ὀλίγον, καὶ τὸν υἱὸν τῆς χήρας τὸν ἐγηγερμένον. Ὑπομνήσεώς τε μόνον ἕνεκεν παραφερέσθω νῦν (4) καὶ ἡ θυγάτηρ τοῦ ἀρχισυναγώγου· λεγέσθω καὶ τὸ σχισθῆναι τὰς πέτρας, καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἐγερθῆναι, τῶν μνημείων ἀνοιχθέντων. Προηγουμένως δὲ (5) μνημονευέσθω, ὅτι Χριστὸς ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται. Παρῆλθον τὸν Ἠλίαν, καὶ τὸν υἱὸν τῆς χήρας τὸν ἐξεγερθέντα ὑπ' αὐτοῦ· καὶ τὸν Ἐλισσαῖον, τὸν δὶς ἐγείραντα, ἔν τε τῷ ζῆν, καὶ μετὰ τὸ τελευτῆσαι αὐτόν. Ζῶν μὲν γὰρ ἐνήργησε τὴν ἀνάστασιν, διὰ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς· ἵνα δὲ μὴ μόνον τιμηθῶσι (6) τῶν δικαίων αἱ ψυχαὶ, πιστευθῇ δὲ, ὅτι καὶ ἔγκειται ἐν τοῖς τῶν δικαίων σώμασι δύναμις, ὁ ῥιφεὶς ἐν τῷ μνημείῳ τοῦ Ἐλισσαίου νεκρὸς, τοῦ

B

C

[24] Job XIV, 14. [25] Job XIX, 25, 26. [26] Isa. XXVI, 10. [27] Ezech. XXXVII, 12. [28] Dan. XII, 2. [29] Joan. XI, 39-44. [30] Luc. VII, 15-16. [31] Matth. IX, 25. [32] Matth. XXVII, 51-53. [33] III Reg. XVII, 19 seqq. [34] IV Reg. IV, 52 seqq.

(1) Ὁ μέλλων ἐπὶ γῆς. Roe et Casaub., ἀπὸ γῆς.

(2) Ὁ παρὼν. Participium παρὼν addidi ex Roe, Ottob, utroque, Casaub. et Coisl., ut habetur supra num. 11.

(3) Ἐν ὑπομνήσει δέ. Particulam δὲ ascripsimus ex codd. Roe, Casaub. et Grod. Linea sequenti valde suspicamur τετραημέρου legendum esse, ut videtur legisse Grodecius, ut et habetur cat. 4, num. 9. Nonne autem potuit scribere τετραήμερον ἀνάστασιν, ut cat. 20, num. 4, τριήμερον ταφήν· et cat. 4, num. 12, Χριστὸς τριήμερος ἐγήγερται·

(4) Παραφερέσθω νῦν. Vocem νῦν adjecimus ex codd Ottob. 2. Coisl., Roe et Casaub.; at post ἀρχισυναγώγου, voces ὑπομνήσεώς τε μόνης, librariorum oscitantia repetitas, amovimus amborum Ottob. et aliorum codd præff. Grod. vers. auctoritate. Tantum in Ottob. 2 habetur, μόνον λεγέσθω. Post, loco σχισθῆναι, scripsimus σχισθῆναι.

(5) Προηγουμένως δέ. Particulam δέ loco καί posuimus juxta Coisl., Colb., Grod., et Morel. Utrumque tamen legitur apud Roe et Casaub., μνημονευέσθω δὲ καὶ προηγουμένως.

(6) Τιμηθῶσι. Roe et Casaub. sing. num., τιμηθῇ τῶν δικαίων ψυχὴ, *anima justorum honoretur*. Coisl. paulo diversæ, πιστευθῇ τῶν δικαίων ζωῇ, *ut ne soli justorum vitæ crederetur*. Totum porro hunc locum asque ad numeri finem, quo sanctarum reliquiarum vis commendatur, ab impostore quodam Cyrilli textui immissum pronuntiat Rivetus. Rationem rogas. Quia nempe Cyrillus cat. 17. num 30 et 31, miracula per Paulum, et sudaria ejus ac semicinctia olim facta, virtuti et efficaciæ Spiritus sancti tribuit. Quasi alteri causæ in hoc loco adjudicet vim, quam sanctorum corporibus insitam dicit. Atqui in hoc numero utraque conjungit auctor; et ex vi sudariorum Pauli colligit et concludit fortiori causa vim corporum ipsorum. Cum igitur illam Spiritui sancto tribuat, hanc quoque eidem causæ ab eo assignari concludendum erat; nec temere sollicitandus locus, cui similes innumeri in aliis ecclesiasticis auctoribus passim exsistunt. Vim reliquiarum sanctarum Patres omnes agnoscunt: causam alii, ut Aster. Amasen. hom. *In sanctos martyres Auct.* Combef. tom. I, pag. 205, refunduntvel in ipsos sanctos, qui in impuros spiritus vim suam exercent; vel in angelos, qui ad honorem sanctorum ipsorum sepulcris assident; alii, numero plures, in Spiritum sanctum eisdem reliquiis sua vi assistentem. Ita Chrysost hom. 42 *In sanctum Ignatium*, sub finem; sanctus Ephræm oratione *In omnes martyres*, pag. 741; Damasc. orat. I *De imaginibus*, num. 19, pag. 316; sanctus Paulinus epist. 32, num. 8; et Natali 2 *In sanctum Felicem*.carm.302, et Natali 13, carm. 579, etc. Nec diversæ illæ sententiæ secum pugnant, sed priores proximam, posterior causam ultimam assignat; nam nec sancti, nec angeli quidquam possunt circa Spiritus sancti virtutem.

D

νεκροῦ σώματος τοῦ προφήτου ἐφαψάμενος, ἐζωοποιήθη. Καὶ τὸ σῶμα τοῦ προφήτου τὸ νεκρὸν ἀπετέλασε ψυχῆς ἔργον· καὶ τὸ τελευτῆσαν καὶ κείμενον ζωὴν παρέσχε τῷ τελευτήσαντι· καὶ παρασχὸν τὴν ζωὴν, αὐτὸ ὁμοίως ἔμεινεν ἐν νεκροῖς. Διὰ τί; Ἵνα μὴ ἐξαναστάντος Ἐλισσαίου, τῇ ψυχῇ μόνῃ προσγραφῇ τὸ πρᾶγμα· δειχθῇ δὲ, ὅτι καὶ ψυχῆς μὴ παρούσης, ἔγκειταί τις δύναμις τῷ τῶν ἁγίων σώματι, διὰ τὴν ἐν τοσούτοις ἔτεσιν ἐνοικήσασαν ἐν αὐτῷ δικαίαν ψυχήν, ἧς ὑπηρέτημα γέγονε. Καὶ μὴ ἀπιστῶμεν, νήπιοι, ὡς μὴ γεγενημένου τούτου. Εἰ γὰρ σουδάρια καὶ σημικίνθια, τὰ ἔξωθεν ὄντα, τῶν σωμάτων ἁπτόμενα τῶν νοσούντων, ἤγειρε τοὺς ἀσθενεῖς· πόσῳ μᾶλλον αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ προφήτου ἤγειρε τὸν νεκρόν;

ΙΖ'. Καὶ ἐνῆν μὲν πολλὰ εἰπεῖν εἰς ταῦτα, καθ' ἕκαστον (1) ἐξηγουμένοις τῶν γεγενημένοις πραγμάτων τὸ παράδοξον. Διὰ δὲ τὸν κάματον τὸν προγενόμενον ὑμῖν, ἔκ τε τῆς ὑπερθέσεως τῆς νηστείας τῆς Παρασκευῆς, καὶ τῆς ἀγρυπνίας· ἐκεῖνα μὲν τέως ἐν παραδρομῇ λελέχθω, δι' ὀλίγων ἐσπαρμένα· ἵνα ὑμεῖς, καλλίστης γῆς δίκην δεξάμενοι τὸν σπόρον, καρποφορήσητε πλατύνοντες. Μνημονευέσθω δὲ (2), ὅτι καὶ οἱ ἀπόστολοι νεκροὺς ἤγειραν· Πέτρος μὲν, ἐν Ἰόππῃ Ταβιθάν· Παῦλος δὲ, Εὔτυχον ἐν Τρωάδι· καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ἀπόστολοι, εἰ καὶ μὴ πάντα γέγραπται τὰ ὑφ' ἑκάστου θαυματουργηθέντα. Μνημονεύετε δὲ τῶν ἐν τῇ πρώτῃ πρὸς Κορινθίους εἰρημένων ἁπάντων, ὧν ἔγραψεν ὁ Παῦλος πρὸς τοὺς λέγοντας· Πῶς ἐγείρονται οἱ νεκροί; ποίῳ δὲ σώματι ἔρχονται; καὶ ὅτι, Εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, οὐδὲ ὁ Χριστὸς ἐγήγερται· καὶ ὅτι ἄφρονας ἐκάλεσε, τοὺς μὴ πιστεύοντας· καὶ πάσης τῆς αὐτόθι διδασκαλίας, τῆς περὶ νεκρῶν ἀναστάσεως· καὶ ὅτι πρὸς Θετσαλονικεῖς ἔγραψεν· Οὐ θέλομεν δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, περὶ τῶν κεκοιμημένων, ἵνα μὴ λυπῆσθε καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ, οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα, καὶ τὰ ἑξῆς ὅλα· μάλιστα δὲ τὸ, Καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτον.

A mortuus, mortuum prophetæ corpus attingens, vitam concepit [35]. Mortuum prophetæ corpus, id quod animæ videbatur opus esse, perfecit; quodque mortuum jacebat, mortuo vitam dedit; et quod vitam dabat, ipsum in mortuis similiter ut ante remansit. Qua de causa? Utne, si resurrexisset Elisæus, animæ ejus soli factum illud imputaretur, et ut ostenderetur, absente etiam anima inesse vim quamdam ac potestatem corpori sanctorum, propter animam justam quæ tot annos in eo inhabitaverit, ejusque usa sit ministerio. Neque fidem ei rei, quasi non ita sit, inepti detrahamus: si enim sudaria et semicinctia quæ exterius adhærent, ægrotantium corporibus applicata infirmos erigebant [36]: quanto magis ipsum prophetæ corpus mortuum excitavit?

XVII. Atqui essent alia multa in hæc dicenda, si hujusmodi factorum admirabilitatem secundum singula adjuncta persequeremur; sed propter præcedentem quem sustinuistis, tum ex jejunii Parasceves superpositione (3), tum ex vigilia, laborem; hæc interim velut in transcursu dicta sunto; [37] paucis jactis seminibus, uti vos bonæ instar telluris semen concipientes, illud dilatando explicandoque fructum feratis [38]. Memoria vero repetatur quod et apostoli mortuos excitarunt: Petrus in Joppe Tabitham, Paulus Eutychum Troade [39], et reliqui omnes apostoli; tametsi non omnia litteris consignata sunt, quæ ab unoquoque admirabiliter effecta sunt. Recordamini autem omnium quæ in priore ad Corinthios Epistola dicta sunt, quæ scripsit Paulus adversus eos qui dicebant: « Quomodo resurgunt mortui, quali autem corpore veniunt [40]? *Ejus quoque quod ait*: Si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit [41]; » quodque *stultos* vocavit eos qui non credunt; totiusque eo loci expositæ de mortuorum resurrectione doctrinæ et quod in hunc modum ad Thessalonicenses scripsit: « Nolumus autem vos ignorare, fratres, de iis « qui obdormierunt, ne contristemini sicut et cæteri *qui spem non habent* et quæ sequuntur universa; maxime vero dicti hujus: *Et mortui in Christo resurgent primum* [42].

[35] IV Reg. XIII, 21. [36] XIX, 12. [37] *Vid. cat.* 7, *n.* 16. [38] Act. IX, 36-42. [39] Act. XX, 7-12. [40] I Cor. XV, 35 seqq. [41] ibid. 16. [42] I Thess. IV 12-15.

(1) Καθ' ἕκαστον. Mondum erat in editis, καθ' ἑκάστην, quod correximus ex mss. Ottob. utroque, Coisl., Roe, Casaub. Ambo posteriores una cum Genovef. habent, ἐξηγούμενοι.

(2) Μνημονευέσθω δέ. Hic particula δὲ ex Coisl., Roe, Casaub. et Grod. a nobis adjecta.

(3) *Superpositione, tum ex vigilia*, etc. Ecclesiasticam vocem τῆς ὑπερθέσεως, recepta apud Latinos interpretatione *superpositionis* vocabulo reddidimus. Ea significabant veteres, ut cuivis notum est, jejunium in duos vel plures dies absque cito continuatum. Cum porro major hebdomada austerioribus jejuniis observaretur, plures erant, qui vel totam hebdomadam, vel quatuor, vel tres, vel duos, nimirum Parasceves et Sabbati sancti dies, prorsus jejuni transigerent, ut testatur sanctus Irenæus apud Euseb. lib. v, *Hist.*, cap. 24, et alii. Commendabatur maxime continuatum feriæ sextæ et Sabbati sancti jejunium, ut videre est *Const. apost.*, lib. v, cap. 18. Illud Hierosolymis observatum fuisse patet, cum ex hoc Cyrilli loco, tum ex *Typico Hierosolymitano* sancti Sabæ, et Joan. Damasc. hom. *in Parasc.*, tom. II, pag. 811; sed citra præceptum, cujusque pietati id relictum erat. Vigilia vero a feria sexta in Sabbatum toto anni tempore per Orientem observabatur, si credimus Cassiano, lib. v *Institut.*, cap. 9, qui hujus rei, et soluti Sabbato jejunii rationem reddit. Id saltem in Parasceve servatum fidem facit Epiphanius, qui *Expos. fidei* num. 22 observat, quibusdam locis tota Paschatis, seu majori hebdomada, pervigilia sex celebrari et totidem synaxes; aliis vero in locis in ea solum nocte quæ feriam quintam sequitur, et ea quæ Dominicam Paschatis diem antecedit, vigilari solitum Vigiliam post Parasceven commendat in Hierosolymitana Ecclesia Damascenus loco cit., pag. 815. In Galliis etiam, saltem in Pictaviensi Sanctæ Radegundis monasterio, forte ob crucis partem ibi asservatam, eamdem a populo vigiliam celebratam fuisse testis est Greg. Turon., lib. I, *Mirac.*, cap. 5.

XVIII. Præcipue vero illud notate, quod digito velut indicans ait Paulus : « Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatem et mortale hoc « induere immortalitatem [43]. » Hoc enim ipsum corpus resurget, non infirmum quale est, manens ; sed idem ipsum resurget. Incorruptibilitate vero indutum transformabitur : quemadmodum ferrum igni admotum ignis efficitur ; vel potius quemadmodum novit qui illud excitat Deus. Resurget igitur hoc ipsum corpus, sed non tale manebit, at manebit æternum. Non amplius ejusmodi qualibus utimur cibis, ad vitam opus habebit, neque scalis ad ascensum : fiet enim *spiritale*, [44], admirabile quidpiam, et quale pro dignitate declarare non sufficimus. « Tunc justi, *inquit*, splendebunt ut sol et luna, « et sicut splendor firmamenti [45]. » Ac præcius Deus hominum infidelitatis, exiguissimis vermibus dedit, ut æstate lucidos ex corpore radios emitterent ; ut ex his quæ conspiciuntur, crederetur id quod exspectatur. Qui enim partem attribuit, poterit et totum præstare ; quique vermem lumine splendere fecit, multo magis justum hominem splendere efficiet.

XIX. [46] Resurgemus igitur, æterna quidem omnes, non omnes vero similia habentes corpora : verum si qui justus est, cœleste corpus accipiet, ut possit cum angelis digne una versari ; si qui autem peccator est, corpus accipiet æternum, perpetiendæ peccatorum pœnæ capax, ut in igne æternum combustus nunquam absumatur. Et merito quidem utroque in ordine id præstat Deus. Nihil enim a nobis absque corpore est gestum. Blasphemamus per os, per os precamur ; scortamur per corpus, per corpus puritatem custodimus ; rapimus per manum, per manum eleemosynas largimur, et cætera similiter. Quando igitur ad omnia subserviit corpus, in futuris quoque obventuræ sortis est particeps.

ΙΓ'. Ἐξαιρέτως δὲ τοῦτο ἐπισημήνασθε, ὅτι μονονουχὶ δακτυλοδεικτῶν ὁ Παῦλος λέγει· Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν (1), καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν. Τὸ γὰρ σῶμα τοῦτο ἐγείρεται, οὐ τοιοῦτον μένον ἀσθενὲς, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο ἐγείρεται· ἐνδυσάμενον δὲ τὴν ἀφθαρσίαν μεταποιεῖται, ὥσπερ σίδηρος πυρὶ προσομιλήσας γίνεται πῦρ, μᾶλλον δὲ ὡς οἶδεν ὁ ἀνιστῶν Κύριος. Ἐγείρεται μὲν οὖν τοῦτο τὸ σῶμα· ἀλλ' οὐ μένει τοιοῦτον, ἀλλὰ μένει αἰώνιον. Οὐκέτι τροφῶν τοιούτων χρείαν ἔχει πρὸς ζωήν, οὐδὲ κλιμάκων πρὸς ἀνάβασιν· γίνεται γὰρ πνευματικὸν, θαυμάσιόν τι, καὶ οἷον εἰπεῖν (2) κατ' ἀξίαν οὐκ ἔχομεν. Τότε οἱ δίκαιοι, φησὶ, λάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη, καὶ ὡς ἡ λαμπρότης τοῦ στερεώματος. Καὶ προειδὼς τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀπιστίαν ὁ Θεὸς, σκώληξι μικροτάτοις ἐν τῷ θέρει φωτοειδεῖς δέδωκεν αὐγὰς λάμπειν ἐκ τοῦ σώματος, ἵν' ἐκ τῶν φαινομένων πιστευθῇ τὸ προσδοκώμενον. Ὁ γὰρ τὸ μέρος παρασχὼν, δύναται καὶ τὸ ὅλον παρασχεῖν· καὶ ὁ σκώληκα φῶς ἐκλάμπειν ποιήσας, πολλῷ μᾶλλον φωτοποιήσει δίκαιον ἄνθρωπον.

Ιθ'. Ἐγειρόμεθα (3) τοίνυν, αἰώνια μὲν πάντες ἔχοντες τὰ σώματα, οὐ πάντες δὲ ὅμοια. Ἀλλ' εἰ μὲν τίς ἐστι δίκαιος, λαμβάνει σῶμα ἐπουράνιον, ἵνα δύνηται μετὰ ἀγγέλων ἀναστρέφειν ἐπαξίως. Εἰ δέ τις ἁμαρτωλός ἐστι, λαμβάνει σῶμα αἰώνιον, ὑπομονητικὸν τιμωρίας ἁμαρτιῶν, ἵνα ἐν πυρὶ αἰωνίως καιόμενος (4) μηδέποτε ἀναλωθῇ. Καὶ δικαίως ἀμφοτέροις τοῖς τάγμασιν ὁ Θεὸς παρέχει τοῦτο· οὐδὲν γὰρ ἡμῖν χωρὶς σώματός τι πέπρακται. Βλασφημοῦμεν διὰ στόματος, προσευχόμεθα διὰ στόματος (5)· πορνεύομεν διὰ σώματος, ἁγνεύομεν διὰ σώματος· ἁρπάζομεν διὰ χειρὸς, ἐλεημοσύνας δίδομεν διὰ χειρός· καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως. Ἐπειδὴ τοίνυν εἰς πάντα ὑπηρετήσατο τὸ σῶμα, καὶ ἐν τοῖς μέλλουσι συναπολαύει τῶν γενομένων.

[43] I Cor. xv, 53. [44] ibid. 44. [45] Matth. xiii, 43 ; Dan. xii, 3. [46] *Vid. cat.* 4, *n.* 30.

(1) Ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, etc. Eas voces usque ad ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν excl., quæ propter repetitionem vocum, τοῦτο ἐνδύσασθαι, facile exciderunt, huc revocamus ex codd. Ottobon. utroque, Coisl., Roe, Casaub., Grod. et sacro textu. Similem ob causam ex præfatis mss. ascripsimus verba, οὐ τοιοῦτο μένον, et sequentia, usque ad ἐγείρεται incl. Post. ἐνδυσάμενον, particulam δε iisdem auctoribus adjecimus.

(2) Οἷον εἰπεῖν. Coisl., Roe, Casaub., θεῖον εἰπεῖν. Ottob. καὶ θεῖον, οἷον εἰπεῖν· « spirituale, admirabile, « et divinum quidpiam, quale non possumus digne « effari. » Hanc veriorem lectionem puto. Nec corpora nostra post resurrectionem divinum quidpiam dicere formidare debemus ; cum Christi corpori similia futura sint, quod Patres recte divinum dici censuerunt. Ita Cyrill., *epist. ad Succensum*, pag, 139 : Κἂν εἴ τις αὐτὸ λέγοι θεῖον, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τοῦ πρέποντος λογισμοῦ Hinc Christum aiunt post resurrectionem totum Deum effectum esse. Paulo post Cyrillus duo loca Scripturæ, Matth. xiii, 43, et Danielis xii, 3, in unum confundit, ac de suo admiscet, καὶ ἡ σελήνη.

(3) Ἐγειρόμεθα, etc. Hæc sententia usque ad βλασφημοῦμεν excl. citatur ab Antonio Melissa sub Cyrilli nomine sine urbis titulo, lib. i, serm. 20., et lib. ii, serm. 95, pag. 157.

(4) Ἐν πυρὶ αἰωνίως καιόμενος. Pro αἰωνίῳ κείμενος ita scripsi, ut est in cod. Coisl. Codices Roe, Casaub., Ottob. et Grod. habent, αἰωνίως ἐν πυρὶ καιόμενος, quod idem est. Melissa laudatus, ἐν πυρὶ αἰωνίῳ καιόμενος.

(5) Προσευχόμεθα διὰ στόματος. Eam phrasim, quæ in editis post πορνεύομεν scripta exstat, ante posuimus ex codd. Ottob. duobus, Coisl., Roe, Casaub., Grod. et Morel, ut servaretur antithesis quam instituit Cyrillus inter bonas et malas actiones, quæ ab uno corporis membro proficiscuntur. Loco διὰ σώματος, quod prius hic legebatur, iisdem codd. suffragantibus, στόματος scripsimus. Paulo infra, ex codd. Roe et Casaub. δίδομεν posuimus loco διδοῦμεν.

Κ'. Φεισώμεθα τοίνυν, ἀδελφοί, τῶν σωμάτων, καὶ μὴ ὡς ἀλλοτρίοις αὐτοῖς παραχρησώμεθα. Μὴ, κατὰ τοὺς αἱρετικούς, λέγωμεν, ὅτι ἀλλότριός ἐστιν ὁ τοῦ σώματος χιτών· ἀλλ' ὡς ἰδίου φεισώμεθα. Δεῖ γὰρ ἡμᾶς δοῦναι λόγον τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων τῶν διὰ τοῦ σώματος πεπραγμένων. Μὴ εἴπῃς· Οὐδείς με ὁρᾷ· μηδὲ νομίσῃς, ὅτι μάρτυς τῶν γινομένων οὐκ ἔστιν. Ἄνθρωπος μὲν γὰρ πολλάκις οὐκ ἔστιν· ὁ δὲ πλάστης ἀπλανὴς (1) μάρτυς, μένει ἐν οὐρανῷ πιστὸς, καὶ βλέπει τὸ γινόμενον· καὶ οἱ σπιλοι δὲ τῶν ἁμαρτιῶν μένουσιν ἐν τῷ σώματι (2). Ὥσπερ γὰρ πληγῆς προχωρησάσης ἐν τῷ σώματι, κἂν θεραπεία γένηταί τις, ὅμως ἡ οὐλὴ μένει· οὕτω καὶ ἡ ἁμαρτία πλήσσει τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα, καὶ μένουσιν οἱ τύποι τῶν οὐλῶν ἐν πᾶσι· περιαιροῦνται δὲ μόνον ἀπὸ τῶν λαμβανόντων τὸ λουτρόν. Τὰ μὲν οὖν παρελθόντα ψυχῆς καὶ σώματος τραύματα θεραπεύει Θεὸς διὰ τοῦ βαπτίσματος, πρὸς δὲ τὰ μέλλοντα λοιπὸν ἑαυτοὺς ἀσφαλιζώμεθα (3) κοινῇ πάντες· ἵνα καθαρὸν τοῦτον τοῦ σώματος τὸν χιτῶνα διατηρήσαντες, καὶ μὴ δι' ὀλίγης πορνείας καὶ ἡδυπαθείας, ἤ τινος ἄλλης ἁμαρτίας πρᾶξιν, ἀπολέσωμεν οὐράνιον σωτηρίαν· ἀλλ' ἵνα κληρονομήσωμεν βασιλείαν Θεοῦ αἰώνιον, ἧς πάντας ὑμᾶς (4) τῇ ἑαυτοῦ χάριτι καταξιώσειεν ὁ Θεός.

ΚΑ'. Καὶ ταῦτα μὲν εἰρήσθω πρὸς ἀπόδειξιν τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως. Ἡ δὲ τῆς πίστεως ἐπαγγελία, πάλιν ὑμῖν ὑφ' ἡμῶν ῥηθεῖσα μετὰ σπουδῆς πάσης ἐπὶ λέξεως αὐτῆς ὑφ' ὑμῶν (5) ἀπαγγελλέσθω τε καὶ μνημονευέσθω.

295 XX.[47] Temperemus itaque, fratres, corporibus, neque tanquam alienis ipsis abutamur. Ne juxta hæreticos dicamus, alienam hanc esse corporis vestem, sed uti propriæ parcamus; oportet enim nos Domino reddere rationem de omnibus quæ per corpus egerimus[48]. Ne dicito: Nemo me videt[49]: neque existimes testem eorum quæ geris nullum esse. Homo enim plerumque [testis] non est; qui vero nos finxit inerrans testis, manet in cœlo fidelis[50], et videt quod agitur: maculæ quoque peccatorum in corpore manent. Ut enim postquam plaga in corpore grassata est, etiam si medela quædam adhibeatur, cicatrix tamen manet: sic et peccatum animam et corpus imprimit, et cicatricum notæ in ambobus manent: abolentur vero tantummodo ab iis qui lavacrum accipiunt.[51] Præterea igitur animæ ac corporis vulnera sanat Deus per baptisma;[52] sed adversum futura deinceps nosmetipsos communiter muniamus omnes;[53] ut mundam hanc corporis vestem custodiamus, nec per modicæ fornicationis et lasciviæ, aut cujusvis alius peccati perpetrationem, cœlestis salutis jacturam subeamus; sed ut æternum Dei regnum hæreditate adeamus: quo vos omnes sua ipsius gratia dignos Deus efficiat.

XXI. Et hæc quidem ad demonstrandam mortuorum resurrectionem dicta sufficiant. Fidei vero professio, vobis iterum a nobis repetita, a vobis omni sedulitate adhibita ipsis verbis enuntietur, ac memoriæ infigatur.

[47] *Vid. cat.* 4, n. 22. [48] II Cor. v, 10. [49] Eccli. XXIII, 28; Isai, XXIX, 15, 16. [50] Psal. LXXXVIII, 38. [51] *Cat.* 15, n. 23, et *cat.* 3, n. 16. [52] *Vid. cat.* 15, n. 23. [53] *Vid. cat.* 4, n. 22.

(1) Ὁ δὲ πλάστης ἀπλανής, etc. Deest in hoc loco πλάστης in codd. Colb., Bodl., Morel, et Grod Deest ἀπλανής et πιστός. in Roe et Casaub. Deest ἀπλανὴς μάρτυς, et πιστός in Coisl. In Ottob. 2 habetur, ὁ δὲ ἀπλάνητος μάρτυς ἕνι ἐν οὐρανοῖς. Hic Cyrillus duo miscuit Scripturæ loca: primam partem sententiæ expressit ex Isaia; sed sensum secutus tantum: alteram ex psalmo LXXXVIII.

(2) Ἐν τῷ σώματι. Præpositionem suppeditarunt mss. Coisl., Roe et Casaub. Ita infra scribit Cyrillus, μένουσιν οἱ τύποι τῶν οὐλῶν ἐν πᾶσι. Hic quoque textum ex codd Ottob., Roe, Casaub. et Grodec. emendavimus; ferebatur enim ἥλων, *clavorum* pro οὐλῶν. Maculas ex commissis peccatis, quas a Cyrillo vestigia peccati per oleum exorcizatum urenda, cat. 20, num. 3, nominari existimo, in homine residere, vetus est doctrina sanctorum Patrum etiam antiquiorum, ut Hermæ lib. III, Similitud. 8, cap. ult; Origenis hom. 8 *in Levit.*, pag. 160, etc.; quam etiam Eusebius, lib. XII *Præparat. evang.*, cap. 6, pag. 578, Platonis testimonio confirmat. Eas maculas in corpore et anima peccantium residere cum Cyrillo ait Euseb. Gallican. hom. X *De Paschate;* sanctus Ephræm, *De futuro judicio*, p. 231: Basilius, *in psal.* VII, pag. 118. Has quoque in inferno manere ait Basilius serm. *De futuro judicio*, apud sanctum Ephræm, pag. 243. Sed cum duplex in doctrina Patrum distinguatur macula peccati: alia ante sanatum, alia post dimissum curatum peccatum: utram hic intelligit Cyrillus? posteriori favet comparatio maculæ ex peccato inustæ, cum cicatrice post sanatam plagam residua. Priorem vero insinuare videtur maculæ hujus effectus a Cyrillo assignatus, quod ejus ope occulta, et nullis testibus commissa, hominum peccata in judicio deprehendit Deus. Utrumque maculæ genus a Cyrillo indistincte respici putem. Cæterum cum baptisma solo maculas illas aboleri dicit, id vult fortassis solo baptismo ita remitti peccata, ut nulla macula, nihil postea luendum supersit. Eademque doctrina est Athanasii in epist. 4 *ad Serapionem*, num. 13, in hoc baptismum a pœnitentia distinguentis, quod hæc vulnerum cicatrices, ut iste, non aboleat. Similis est Nazianzeni orat. XL, pag. 641, qui per pœnitentiam ægre quidem sed tamen obduci cicatricem censet; deleri tamen eam magis optat, quam speret. Idem ait, orat. *Cont. episcopos*, tom. II, p. 305, col. 2. Vide Nicetam in orat. XL, Naz. not. 8. At baptismo plene purgari omnium opinio est. Vide cat. 15, num. 23.

(3) Ἀσφαλιζώμεθα. Restituimus lectionem Morelii, codd. Roe, Casaub. et Grod. fultam, loco ἀσφαλιζόμεθα. Post loco τοῦτου τοῦ σώματος, scripsimus, τοῦτον, *hanc corporis vestem*, ex Colb., Roe. Casaub., Grod. et similibus locis cat. 4, num. 23; Μὴ μολύνῃς σου τὴν καλλίστην ταύτην στολήν, sup. num. 1.

(4) Πάντας ὑμᾶς, *vos omnes*. Roe et Casaub., πάντας ἡμᾶς, *nos omnes*, ut infra num. 1.

(5) Ὑφ' ὑμῶν. Ita scripsimus ex sola Grodecianæ versionis auctoritate, cum scriptum esset in editis, ὑφ' ἡμῶν· at sensus postulat scripturam nostram: nam statuit oppositionem inter hæc duo membra, ὑφ' ἡμῶν ῥηθεῖσα, et ὑφ' ὑμῶν ἀπαγγελλέσθω. Deinde quibusnam indicit ut Symbolum profiteantur, et memoriæ ea recitatione alte infigant;

Hic Symbolum prius a Cyrillo repetitum, memoriter redditur ab illuminandis.

XXII. Cum vero enuntiata Fides serie sua contineat illud : *Et in unum baptisma pœnitentiæ in remissionem peccatorum : Et in unam sanctam catholicam Ecclesiam : et in carnis resurrectionem : Et in vitam æternam;* de baptismo et pœnitentia in prioribus **296** catechesibus diximus; [54] ea quoque quæ de resurrectione mortuorum modo sunt dicta, propter hanc sententiam, *Et in carnis resurrectionem*, disputata sunt. Dicamus igitur quæ hactenus supersunt, propter illud, *Et in unam sanctam catholicam Ecclesiam* ; de qua cum multa dici possent, paucis disseremus.

XXIII. Catholica enimvero [seu universalis] vocatur eo quod per totum orbem ab extremis terræ finibus ad extremos usque fines diffusa est. Et quia universe et absque defectu docet omnia quæ in hominum notitiam venire debent dogmata, sive de visibilibus et invisibilibus, sive de cœlestibus et terrestribus rebus. Tum etiam eo, quod omne hominum genus recto cultui subjiciat, principes et privatos, doctos et imperitos. [55] Ac denique, quia generaliter quidem omne peccatorum genus quæ per animam et corpus perpetrantur, curat et sanat: eadem vero omne possidet, quovis nomine significetur, virtutis genus, in factis et verbis, et spiritualibus cujusvis speciei donis.

XXIV. Ecclesia vero [seu convocatio] aptissimo vocabulo appellatur, quod omnes convocet et una cogat, sicut in Levitico ait Dominus : *Et omnem congregationem convoca*, ἐκκλησίασον, *ante ostium tabernaculi testimonii* [56]. Notatu porro dignum est, C

[54] *Cat.* 2 *et* 3. [55] *Vid. infra*, n. 12. [56] Levit. VIII, 3.

A ΚΒ'. Τῆς δὲ ἀπαγγελλομένης Πίστεως ἀκολούθως περιεχούσης τὸ, Καὶ εἰς ἕν (1) βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· Καὶ εἰς μιαν ἁγίαν (2) καθολικὴν Ἐκκλησίαν · Καὶ εἰς σαρκὸς ἀνάστασιν· Καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον · περὶ μὲν τοῦ βαπτίσματος καὶ τῆς μετανοίας, ἐν ταῖς πρώταις ἡμῖν εἴρηται κατηχήσεσι· καὶ τὰ περὶ ἀναστάσεως δὲ νεκρῶν λεχθέντα νῦν, διὰ τό, Καὶ εἰς σαρκὸς ἀνάστασιν, εἴρηται. Λεγέσθω δὲ (3) τὰ λείποντα καὶ τέως, διὰ τὸ, Καὶ εἰς μίαν ἁγίαν (4) καθολικὴν Ἐκκλησίαν· περὶ ἧς πολλὰ μὲν εἰπεῖν δυνατὸν ἦν· δι' ὀλίγων δὲ ἐροῦμεν (5).

B ΚΓ'. Καθολικὴ μὲν οὖν (6) καλεῖται, διὰ τὸ κατὰ πάσης εἶναι τῆς οἰκουμένης, ἀπὸ περάτων γῆς ἕως περάτων· καὶ διὰ τὸ διδάσκειν καθολικῶς καὶ ἀνελλειπῶς ἅπαντα τὰ εἰς γνῶσιν ἀνθρώπων ἐλθεῖν ὀφείλοντα δόγματα, περὶ τε ὁρατῶν καὶ ἀοράτων πραγμάτων, ἐπουρανίων τε καὶ ἐπιγείων· καὶ διὰ τὸ πᾶν γένος ἀνθρώπων εἰς εὐσέβειαν ὑποτάσσειν, ἀρχόντων τε καὶ ἀρχομένων, ληγίων τε καὶ ἰδιωτῶν. καὶ διὰ τὸ καθολικῶς ἰατρύειν μὲν καὶ θεραπεύειν ἅπαν τὸ τῶν ἁμαρτιῶν εἶδος, τῶν διὰ ψυχῆς καὶ σώματος ἐπιτελουμένων· κεκτῆσθαι δὲ (7) ἐν αὐτῇ πᾶσαν ἰδέαν ὀνομαζομένης ἀρετῆς, ἐν ἔργοις τε καὶ λέγοις, καὶ πνευματικνῖς παντοίοις χαρίσμασιν.

ΚΔ. Ἐκκλησία δὲ καλεῖται φερωνύμως, διὰ τὸ πάντας ἐκκαλεῖσθαι καὶ ὁμοῦ συνάγειν, καθὼς ἐν τῷ Λευϊτικῷ φησιν ὁ Κύριος· Καὶ πάσῃ τῇ συναγωγῇ ἐκκλησίασον ἐπὶ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου. Σημειωτέον δὲ, ὅτι τὸ, ἐκκλησίασον,

sibine ipsi ac fidelibus baptizatis ? nonne ipsis quibus ita præceperat cat. 5, num. 12 : Ὑπερ καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς λέξεως μνημονεῦσαι ὑμᾶς βούλομαι, καὶ παρ' ἑαυτοῖς μετὰ πάσης σπουδῆς ἀπαγγεῖλαι ?

(10) Τὸ, Καὶ εἰς ἕν, Particulam καί adjecimus ex codd. Ottob. Coisl., Roe, Casaub. Grod. et alia brevi formula Symboli, cat. 19, n. 9 Vox ἕν, *unum*, desideratur in ed Morel. et codd. Colb. et Bodl.

(2) Ἁγίαν. Hanc vocem adjeci ex codd. Ottob., Coisl., Roe, Casaub., Grod. Cyrillus paucis post lineis, et infra num. 26, Ecclesiæ articulum cum hac voce repetit : et tota hac catechesi titulum hunc Ecclesiæ mentioni nunquam non conjungit.

(3) Λεγέσθω δέ. Additum in impressis πάλιν removimus, codd, Coisl., Roe, Casaub., Grod. auctoritate.

(4) Ἁγίαν. Vox ἁγίαν hic deest in cod. Coisl., at vocem καὶ ἀποστολικὴν, quæ huc, librariorum formulæ CP. assuetorum vel incogitantia, vel inconsulta sedulitate, post καθολικὴν irrepserat. codd. Coisl., Roe, Ottb., Casaub. auctoritate submovimus. Jam supra sine hoc titulo Ecclesiæ articulum recitaverat, inferius quoque num. 26 recitat Cyryllus. Abest quoque a titulo catechesis. Denique in hujus articuli explanatione, nullum appellationis hujus vestigium deprehendas, quanquam aliæ studiose explicentur, et crebro inculcentur.

(5) Ἐροῦμεν. Maluimus ita scribere cum codd. Coisl., Roe, Casaub. et Grod., quam ἐρῶμεν cum impressis.

(6) Καθολικὴ μὲν οὖν, etc. Hæc sine dubio in compendium redacta citat auctor scripti, cui titulus : *Dicta et inierpretationes parabolarum Evangelii,* sub nomine sancti Athanasii, tom. II Operum ejus quæst. 37, pag. 316, ubi hæc sub nomine Cyrilli absque alia declaratione de quo loquatur, sibi proponit et respondet. Κυρίλλου· Διὰ τί ἡ Ἐκκλησία καλεῖται Ἐκκλησία, καὶ διὰ τί Καθολική ; « Quamobrem « Ecclesia vocatur Ecclesia, et quapropter Catholica? » Ἀπόκρισις· Ἐκκλησία μέν, διὰ τὸ πάντας ἐκκαλεῖσθαι· Καθολικὴ δὲ, διότι καθ' ὅλου τοῦ κόσμου κεχυμένη ὑπάρχει· « Ecclesia quidem dicitur, eo quod om- « nes convocet : Catholica vero quod per totum or- « bem fusa existat. » Sed tota hæc perioche usque ad verba num. 24, Καὶ ἐν Δευτερονομίῳ excl. citatur ab Elia Cretensi nota 1 in orat. LII S. Greg. Naz. sub generali nomine divinorum Patrum.

(7) Κεκτῆσθαι δέ. Particulam δέ addidimus ex D codd. Coisl., Roe, Casaub., Grodec., propter μέν superius post ἰατρεύειν. Nota communia illis temporibus gratiarum dona, quæ etiam Cyrillus in præcipuo Ecclesiæ nomine et titulo comprehensa, non secus atque ipsas virtutes, ab ipsa separari non posse judicavit. Vide et num. 27. Sic et Miltiades, antiquus auctor, vel Apollinarius Hierapol., qui sub finem sæculi secundi adversus Montanistas scripsit, apud Euseb., lib. v *Hist. eccles.*, cap. 17, apostoli Pauli auctoritate confirmat, prophetiæ donum in universa Ecclesia usque ad postremum Domini adventum permansurum esse. Idem ait Basilius, *in Isaiam*, vision. 3, pag. 96, potestque aliorum Patrum astipulatu ea sententia confirmari. Et quanquam post promulgatum sufficienter Evangelium rariora in dies facta sint ejusmodi dona, nullum tamen Ecclesiæ sæculum horum prorsus expers fuisse non ægre probaretur.

πρώτως ἐν ταῖς Γραφαῖς εἴρηται νῦν, ἡνίκα τὸν Ἀαρὼν εἰς τὴν ἀρχιερωσύνην ὁ Κύριος καθίστα. Καὶ ἐν Δευτερονομίῳ δὲ λέγει ὁ Θεὸς τῷ Μωϋσῇ (1)· Ἐκκλησίασον πρός με τὸν λαὸν, καὶ ἀκουσατωσαν τὰ ῥήματά μου, ὅπως ἂν μάθωσι φοβεῖσθαί με. Τοῦ δὲ τῆς Ἐκκλησίας ὀνοματος μνημονεύει πάλιν, ὅτε περὶ τῶν πλακῶν· Καὶ ἐπ' αὐταῖς ἐπεγέγραπτο πάντες οἱ λόγοι, οὓς ἐλάλησε Κύριος πρὸς ὑμᾶς ἐν τῷ ὄρει, ἐκ μέσου τοῦ πυρὸς, ἐν ἡμέρᾳ ἐκκλησίας· ὡσεὶ ἔλεγε σαφέστερον· Ἐν ἡμέρᾳ ᾗ κληθεντες ὑπὸ τοῦ συνήχθητε. Καὶ ὁ Ψαλμῳδός (2) φησι· Ἐξομολογήσομαί σοι, Κύριε, ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ, ἐν λαῷ βαρεῖ αἰνέσω σε.

ΚΕ'. Πρότερον μὲν οὖν ᾖδεν (3) ὁ Ψαλμῳδός· Ἐν ἐκκλησίᾳ εὐλογεῖτε τὸν Θεὸν τὸν Κύριον, ἐκ πηριον, ἐκ πηγῶν Ἰσραήλ· ἀφ' οὗ δὲ, διὰ τὰς γενομένας κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπιβουλὰς, ἀπεβλήθησαν Ἰουδαῖοι τῆς χάριτος· δευτέραν ᾠκοδόμησεν (4) ἐξ ἐθνῶν ὁ Σωτὴρ τὴν τῶν Χριστιανῶν ἡμῶν ἁγίαν Ἐκκλησίαν, περὶ ἧς εἶπε τῷ Πέτρῳ· Καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. Περὶ δὲ ἀμφοτέρων τούτων προσητεύων, σαφῶς ἔλεγεν ὁ Δαβίδ· περὶ μὲν τῆς πρώτης ἀποβληθείσης, Ἐμίσησα ἐκκλησίαν πονηρευομένων· περὶ δὲ τῆς δευτέρας τῆς ᾠκοδομημένης, ἐν τῷ αὐτῷ ψαλμῷ φησι· Κύριε, ἠγάπησα εὐπρέπειαν οἴκου σου· καὶ ἐξῆς εὐθύς· Ἐν ἐκκλησίαις εὐλογήσω σε, Κύριε. Τῆς γὰρ (5) ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ μιᾶς ἀποβληθείσης, κατὰ πάσης τῆς οἰκνυμένης λοιπὸν αἱ τοῦ Χριστοῦ πληθύνουσιν Ἐκκλησίαι, περὶ ὧν ἐν Ψαλμοῖς εἴρηται· Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινὸν, ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν ἐκκλησίᾳ ὁσίων· οἷς ἀκόλουθα καὶ ὁ προφήτης πρὸς Ἰουδαίους εἶπεν· Οὐκ ἔστι μοι θέλημα ἐν ὑμῖν, λέγει Κύριος παντοκράτωρ· καὶ ἐξῆς εὐθύς· Διότι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν, τὸ ὄνομά μου δεδοξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι. Περὶ ταύτης τῆς ἁγίας (6) καθολι-

A hanc vocem, ἐκκλησίασον, tum primum in Scripturis usurpatam esse in hoc loco, cum Dominus Aaronem summum in sacerdotium constituit. Et in Deuteronomio Deus ad Moysen dicit: « Convoca ad me « populum, et audiant verba mea, ut discant metu- « ere me[57]. » Ecclesiæ quoque nominis iterum mentionem facit, quando de tabulis: « Et in ipsis inscri- « pta erant omnia verba, quæ locutus est ad vos Do- « minus in monte, de medio ignis, in die ecclesiæ[58] » [seu convocationis]; quasi apertius diceret. In die qua vocati a Domino congregati estis. Psalmista quoque ait: « Confitebor tibi, Domine, in ecclesia « magna, in populo denso laudabo te[59]. »

297 XXV. Prius quidem cecinerat Psalmista: « In ecclesia benedicite Deum Dominum ex fontibus « Israel[60]. » Ex quo vero propter structas adversus B Salvatorem insidias, abjecti sunt a gratia Judæi, secundam ex gentibus ædificavit Servator, sanctam nostram Christianorum Ecclesiam, de qua dixit Petro: « Et super hanc petram ædificabo meam Ec- « clesiam, et portæ inferi non prævalebunt adversus « eam[61]. » De ambabus illis prophetans aperte diccbat David: de priori quidem quæ abjecta fuit: « Odio « habui ecclesiam malignantium[62]; » de secunda vero quæ ædificata est, in eodem psalmo: « Domine, di- « lexi decorem domus tuæ[63]; *et mox in consequenti-* « *bus*: In ecclesiis benedicam te, Domine[64]. » Rejecta namque una illa quæ in Judæa erat, per totum orbem deinceps Christi multiplicantur Ecclesiæ, de quibus dictum est in Psalmis: « Cantate Domino « canticum novum, laus ejus in ecclesia sanctorum[65], C « *Queis consentanea propheta Judæis dixit*: Non est « mihi voluntas in vobis dicit Dominus omnipotens[66]. « *Statimque subdit*: Propterea ab ortu solis usque ad « occasum nomen meum glorificatum est in genti- « bus[67]. » De eadem sancta catholica Ecclesia scribit ad Timotheum Paulus: « Ut scias quomodo oporteat

[57] Deut. IV, 10. [58] Deut. IX, 10. [59] Psal. XXXIV, 18. [60] Psal. LXVII, 27. [61] Matth. XVI, 18. [62] Psal. XXV, 5. [63] ibid. 8. [64] ibid. 12. [65] Psal. CXLIX, 1. [66] Malach. I, 10. [67] ibid. 11.

(1) Λέγει ὁ Θεὸς τῷ Μωϋσῇ. Coisl., Roe et Grod., λέγει ὁ Μωϋσης· Τότε εἶπεν ὁ Κύριος πρός με· Ἐκκλησίασον· « In Deuteronomio dicit Moyses: Tunc di- « xit Dominus ad me. » Et hæc quidem accuratiora: non enim in citato Deuterenomii loco jubet Moysi Deus ut populum convocet, quemadmodum sonat recepta Cyrilli lectio: sed convocato populo recitat Moyses imperium Dei, sibi ante annos multos significatum. Primam tamen lectionem retinuimus, ut minus emendationis suspectam. Observatio Cyrilli de usu vocis ἐκκλησιάζειν subtilior; sententiam tamen ejus aperit de sacerdotii atque episcopatus ad Ecclesiæ constitutionem necessitate, summoque in ea gradu. Hesychius ad cap. VIII, Levit., n. 3, aliam affert causam cur Moyses verbo ἐκκλησιάζειν potius quam altero συναγαγεῖν usus sit. Nimirum ut ostenderet Syngogam debere concurrere ad Ecclesiam.

(2) Ψαλμῳδός. Ita pro ψαλμὸς δέ scripsimus, ex codd. Coisl., Roe, Casaub., Genov., Grod., Infra loco μεγάλῃ, Ottob., Roe et Casaub. habent πολλῇ, ut est in Græco nostro Psalterio. Sed noster Vulgatus interpres μεγάλῃ legisse videtur.

(3) Ἦδεν, etc. Codd. Roe, Casaub., Coisl., Grod. ferunt, εἶπεν, *dixit*. Et loco Ψαλμῳδός duo priores et Grod. habent, ψαλμός. Pro ἐν Ἐκκλησίᾳ, codd. Ottob., Coisl., Roe, Casaub., Grod. et sacer textus scriptum habent, ἐν Ἐκκλησίαις, *in Ecclesiis*. Mihi tamen omnino dixisse Cyrillus videtur *in Ecclesia*; tum propter vocem, δευτέραν mox subsequentem, quæ ad unam aliquam primam supra nominatam refertur: tum maxime quod eum locum psalmi de Ecclesia Judaica intelligit; quam postea velut unam et solitariam opponit multiplicatis Christianorum Ecclesiis, de quibus illud Davidicum dictum esse D contendit: « In ecclesiis benedicam te, Domine. »

(4) Ὠκοδόμησεν. Loco ᾠκονόμησεν ita scripsi ex codd. Ottob., Coisl., Roe, Casaub. et verbis Evangelii mox ab auctore citatis, e quibus suam sententiam efformavit. Voces, ἐξ ἐθνῶν, prætermittuntur in codd. Roe, Casaub., et Grod. Ad verba, ἐπὶ ταύτῃ πέτρᾳ, articulum τῇ adjeci ex cod. Colb. et Evangelii textu. Loco ἑαυτῆς, quod mendose in impressis habebatur, αὐτῆς reposui ex Colb., Roe, Casaub. et Evang.

(5) Τῆς γάρ, etc. Codd. Roe et Casaub., τῆς γὰρ Ἰουδαίας ἀποβληθείσης, *Judæa enim rejecta*.

(6) Ἁγίας. Codd. Coisl., Roe, Casaub. et Grod. scriptum ferunt, δευτέρας· « De hac secunda catho- « lica Ecclesia, » quam loquendi rationem usurpat infra num. 27.

« in domo Dei versari, quæ est Ecclesia Dei viven- « tis, columna et stabilimentum veritatis [68]. »

XXVI. Quoniam vero *Ecclesiæ* nomen diversis accommodatur rebus, ut et de multitudine quæ in theatro Ephesiorum erat, scriptum est : « Et cum « hæc dixisset, dimisit ecclesiam [69] » [seu concionem] proprie autem et vere quis dixerit ecclesiam malignantium esse hæreticorum cœtus, Marcionistarum dico, et Manichæorum, reliquorumque : idcirco nunc cautissime tibi tradidit Fides ita tenendum : « Et in unam sanctam catholicam Ecclesiam ; [70] » ut eorum abominanda collegia fugiens, adhæreas semper sanctæ catholicæ Ecclesiæ in qua et renatus es. Et si quando peregrinatus fueris in civitatibus, ne simpliciter requiras ubi sit Dominicum (1) ; (nam et cæteræ impiorum sectæ atque hæreses suas ipsorum speluncas dominicorum nomine honestare nituntur ;) neque ubi sit simpliciter **298** Ecclesia ; sed ubi sit *catholica* Ecclesia : hoc enim proprium nomen est hujus sanctæ, et matris omnium nostrum : quæ quidem et sponsa est Domini nostri Jesu Christi unigeniti Filii Dei (scriptum est enim : « Sicut et Christus dilexit Ecclesiam, et semetipsum « tradidit pro ea [71], » et omnia quæ consequuntur), et figuram præ se fert atque imitationem « superioris « Hierusalem, quæ libera est, et mater omnium « nostrum [72]. » Quæ cum prius sterilis fuerit, nunc est numerosæ prolis parens [73].

XXVII. Priore namque repudiata, in secunda, catholica videlicet Ecclesia, *Deus*, uti Paulus ait, « po- « suit primum apostolos, secundo prophetas, tertio « doctores, postea potestates, tum gratias curationum « opitulationes, gubernationes, genera linguarum [74] » et omnem cujuslibet virtutis speciem : [75] sapientiam dico et intelligentiam, temperantiam et justitiam, misericordiam et humanitatem, insuperabilemque in persecutionibus patientiam. Quæ quidem per arma justitiæ dextra ac sinistra, per gloriam et ignominiam [76], primum in persecutionibus et an-

A κῆς Ἐκκλησίας γράφει πρὸς Τιμόθεον ὁ Παῦλος· Ἵνα εἰδῇς ἐν οἴκῳ Θεοῦ πῶς δεῖ ἀναστρέφεσθαι, ἥτις ἐστὶν Ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας.

Κζ'. Ἐπειδὴ δὲ τὸ τῆς Ἐκκλησιας ὄνομα περὶ (2) διαφόρων λέγεται πραγμάτων· ὡς καὶ περὶ τοῦ ὄχλου, τοῦ ἐν τῷ θεάτρῳ τῶν Ἐφεσίων, γέγραπται· Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἀπήλυσε τὴν ἐκκλησίαν· κυρίως δὲ ἄν τις εἴποι καὶ ἀληθῶς ἐκκλησίαν εἶναι πονηρευομένων, τὰ συστήματα τῶν αἱρετικῶν, Μαρκιωνιστῶν λέγω, καὶ (3) Μανιχαίων, καὶ τῶν λοιπῶν· διὰ τοῦτό σοι νῦν ἠσφαλισμένως παρέδωκεν ἡ Πίστις τὸ, Καὶ εἰς μίαν, ἁγίαν, (4) καθολικὴν Ἐκκλησίαν· Ἵνα ἐκείνων μὲν τὰ μιαρὰ συστήματα φεύγῃς, παραμένῃς δὲ τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ διὰ παντὸς, ἐν ᾗ καὶ ἀνεγεννήθης. Κἂν ποτε ἐπιδημῇς ἐν πόλεσι, μὴ ἁπλῶς ἐξέταζε, ποῦ τὸ Κυριακόν ἐστι (καὶ γὰρ αἱ λοιπαὶ τῶν ἀσεβῶν αἱρέσεις κυριακὰ τὰ ἑαυτῶν σπήλαια καλεῖν ἐπιχειροῦσι)· μηδὲ, ποῦ ἔστιν ἁπλῶς ἡ Ἐκκλησία (5)· ἀλλὰ, ποῦ ἔστιν ἡ καθολικὴ Ἐκκλησία. Τοῦτο γὰρ ἰδικὸν ὄνομα τυγχάνει τῆς ἁγίας ταύτης, καὶ μητρὸς ἡμῶν ἁπάντων· ἥτις νύμφη μέν ἔστι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ Θεοῦ (γέγραπται γὰρ· Καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησε τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ ἑαυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ αὐτῆς, καὶ ὅλα τὰ ἑξῆς), τύπον δὲ ἔχει καὶ μίμημα τῆς ἄνω Ἱερουσαλήμ, ἥτις ἐλευθέρα ἐστὶ, καὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν· ἡ πρότερον μὲν στεῖρα, νῦν δὲ πολύτεκος.

Κζ'. Τῆς γὰρ πρώτης ἀποβληθείσης, ἐν τῇ δευτέρᾳ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ, καθὼς Παῦλός φησιν, ὁ Θεὸς ἔθετο πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον διδασκάλους, ἔπειτα δυνάμεις, ἔπειτα χαρισματα ἰαμάτων, ἀντιλήψεις, κυβερνήσεις, γένη γλωσσῶν, καὶ πάσης ἀρετῆς ἅπαν εἶδος· σοφίαν λέγω καὶ σύνεσιν, σωφροσύνην τε καὶ δικαιοσύνην, ἐλεημοσύνην τε καὶ φιλανθρωπίαν, καὶ ὑπομονὴν τὴν ἐν διωγμοῖς ἀκαταγώνιστον. Ἥτις διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν, διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας, πρότερον μὲν ἐν διωγμοῖς καὶ

[68] I Tim. III, 15. [69] Act. XIX, 40. [70] *Vid. cat.* 6, *n.* 35. [71] Ephes. V, 25. [72] Galat. IV, 26. [73] ibid 27. [74] I Cor. XII. 28. [75] *Vid. cat. sup. n.* 23. [76] II Cor. VI, 7, 8.

(1) Ecclesiæ et sacri conventus ædes.

(2) Περί. Editi, κατὰ. Coisl., Roe, Casaub., περί· quos ut sequeremur fecere verba sequentia, ὡς καὶ περὶ τοῦ ὄχλου, et similis dicendi formula cat. 16, num. 13, init.

(3) Μαρκιωνιστῶν λέγω, καὶ. Eas dictiones restituimus ex codd. Ottob., Coisl., Roe, Casaub. et Grod. Erant Cyrilli temporibus in Palæstina Marcionitæ, teste Epiph. hær. XLII, num. 1, quæ occasio fuit ut eos non præteriret noster. Erant quoque ibidem Manichæi, habebatque in auditorio Cyrillus ex hac secta conversos, cat. 15, num. 3 ; vide et cat. 6, num. 36. Epiphanius hæresi LXVI, num. 1, veteranum quemdam Acuam nomine hanc hæresim ex Mesopotamia Eleutheropolim transtulisse testis est.

(4) Ἁγίαν. Hic deest ea vox in codd. Ottob. 1, Roe et Casaub. Paulo post inferius, pro ἀνεγεννήθης, *regeneratus es*, iidem habent solummodo, ἐγεννήθης, *natus es* ; cum scriptori fortassis non conveniens videretur, ut qui baptizandi erant, regenerati dicerentur. At Cyrillus ubique illuminandos spectat tanquam baptismi bonis anticipate fruentes. Hinc *Procat.* num. 13, postquam nomen ad baptismum dederant, filios Ecclesiæ factos dicit ; quod confirmat inferius, dum Ecclesiam appellat *Matrem omnium nostrum* ; cat. 1, num. 1, illuminandos vocat *mysteriorum Christi participes vocatione* ; cat. 14, num. 9, eos *filios Dei effici* docet, etc.

(5) Ἡ Ἐκκλησία. Articulus a nobis ascriptus ex Coisl. et Roe mss. Catholicæ nomen, veræ Ecclesiæ, uti proprium cognomen, semper adhæsisse, nec ei ab hæreticis unquam eripi posse cum Cyrillo docet Aug. *contra epist. Manichæi*, cap. 4, num. 5. Dominicum vero nomen fuit olim ædi in qua sacri conventus agebantur, et aliquando ipsi sacro conventui et sacrificio in ipso celebrato tributum. Infra, pro ἁγίας ταύτης, Roe et Casaub., καθολικῆς ταύτης, *catholicæ hujus*.

θλίψεσι, τοὺς ἁγίους μάρτυρας τοῖς τῆς ὑπομονῆς ποικίλοις καὶ πολυανθέσιν ἔστεψε στεφάνοις· νυνὶ δὲ ἐν καιροῖς εἰρήνης, Θεοῦ χάριτι, τὰ τῆς ὀφειλομένης ἔχει τιμῆς ὑπὸ βασιλέων, καὶ τῶν ἐν ὑπεροχαῖς ὄντων (1), καὶ παντὸς ἀνθρώπων εἴδους τε καὶ γένους· βασιλέων μὲν τῶν κατὰ τόπον ἐθνῶν (2), τῆς ἐξουσίας ὅρους ἐχόντων· μόνης δὲ τῆς ἁγίας καθολικῆς Ἐκκλησίας, κατὰ τὴν οἰκουμένην πᾶσαν ἀπεριόριστον ἐχούσης τὴν δύναμιν. Ἔθηκε γὰρ ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ γεγραμμένου, τὸ ὅριον αὐτῆς εἰρήνην. Περὶ ἧ εἰ πάντα λέγειν ἐβουλόμην, χρεία ἂν εἴη μοι πλειόνων ὡρῶν εἰς διήγησιν·

A gustiis sanctos martyres diversis et multiplici flore nexis patientiæ coronis redimivit; [77] nunc vero in pacis temporibus, Dei gratia debitos honores recipit a regibus, et viris dignitatum sublimitate conspicuis, et omni denique hominum genere ac specie [77*]. Cumque reges distributarum diversis locis gentium, suæ potestatis limites habeant; sola est sancta catholica Ecclesia, quæ per orbem totum indeterminata gaudet potestate. Posuit enim Deus, ut scriptum est, terminum ejus pacem [78]. De qua si omnia dicere vellem, multarum mihi horarum habenda esset oratio.

ΚΗ'. Ἐν ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ διδασκόμενοί τε καὶ ἀναστρεφόμενοι καλῶς, τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ἔξομεν, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσομεν· δι' ἣν καὶ πάντα κάμνομεν, ὅπως παρὰ τοῦ Κυρίου ταύτης ἀπολαύσωμεν. Οὐ γὰρ περὶ μικρῶν ἡμῖν ὁ σκοπὸς, ἀλλὰ περὶ ζωῆς αἰωνίου τὸ σπουδαζόμενον. Διόπερ ἐν τῇ τῆς πίστεως ἐπαγγελίᾳ διδασκόμεθα, μετὰ τὸ, Καὶ (3) εἰς σαρκὸς ἀνάστασιν, τοῦτ' ἔστι τὴν τῶν νεκρῶν, περὶ ἧς διελέχθημεν· πιστεύειν Καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον, περὶ ἧς τοῖς Χριστιανοῖς ἡμῖν ἐστιν ὁ ἀγών.

XXVIII. In hac sancta catholica Ecclesia cum præceptis tum moribus præclaris instructi, cœlorum regnum habebimus, et hæreditate adipiscemur *vitam æternam;* propter quam nimirum omnia sustinemus, ut eam a Domino consequamur. Non enim modicis in rebus sistit præfixus nobis scopus; sed vitæ æternæ adeptio, hæc nostra contentio est. Propterea in fidei confessione docemur, ut post, illud, *Et in carnis resurrectionem*, hoc est mortuorum, de qua disputavimus, credamus *Et in vitam æternam*, de qua nobis Christianis certamen est.

Κθ'. Ἡ μὲν οὖν ὄντως ζωὴ καὶ ἀληθῶς, ἔστιν ὁ Πατήρ· ὁ δι' Υἱοῦ (4) τοῖς ἅπασιν, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, τὰς ἐπουρανίους πηγάζων δωρεάς· διὰ δὲ τὴν ἐκείνου φιλανθρωπίαν, καὶ ἡμῖν τοῖς ἀνθρώποις τὰ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀψευδῶς ἐπήγγελται. Οὐκ ἀπιστητέον δὲ τοῦτο εἶναι δυνατόν. Οὐ γὰρ πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἐκείνου δύναμιν ἀφορῶντας (5), πιστεύειν χρή· Πάντα γὰρ δυνατὰ παρὰ τῷ Θεῷ. Καὶ ὅτι γε δυνατόν ἐστι τοῦτο, καὶ ζωὴν αἰώνιον προσδοκῶμεν, λέγει μὲν Δανιήλ· Καὶ ἀπὸ τῶν δικαίων τῶν πολλῶν, ὡς οἱ ἀστέρες εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ ἔτι. Φησὶ δὲ ὁ Παῦλος· Καὶ οὕτω πάν-

XXIX. Igitur vita reipsa et veritate Pater est, qui per Filium omnibus in Spiritu sancto **299** cœlestia dona tanquam ex fonte profundit: at per ejus benignitatem nobis quoque hominibus æternæ vitæ bona veraciter promissa sunt. Neque ei rei tanquam impossibili detrahenda fides: credere enim nos oportet, non ad imbecillitatem nostram, sed ad illius potentiam respicientes: « Omnia *enim* « possibilia sunt apud Deum [79] ». Quod autem id possibile sit, æternamque vitam expectemus, dicit Daniel: « Et a justis multis, tanquam stellæ in sæcula, « et ultra [80]; » ait vero Paulus: « Et sic semper cum

[77] *Vid. cat.* 17, n. 10. [77*] *Vid. cat.* 17, n. 24. [78] Psal. CXLVII, 14. [79] Matth. XIX, 26. [80] Dan. XII, 3.

(1) Τῶν ἐν ὑπεροχαῖς ὄντων. Coisl. Πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων· *Ab omnibus qui in dignitate constituti sunt.*

(2) Τῶν κατὰ τόπον ἐθνῶν. Alterum τῶν ante ἐθνῶν in editis positum, auctorilate codd. Roe et Casaub. expunximus; subaudiendum est πάντα vel ἕκαστον ante τόπον, et hæc familiaris est Græcis auctoribus locutio, cujus innumera occurrunt exempla, ad significandum *in omnibus*, vel *singulis locis*. Linea sequenti, post μόνης, particulam δέ ex mss. Roe et Casaub addidimus. Confer hunc locum cum cat. 12, n. 24 Inferius, phrasis ἔθηκε γάρ, usque ad περὶ ἧς excl. deest in codd. Ottobonianis duobus, Roe, Casaub. et Grod.

(3) Μετὰ τὸ, καί, etc. Præpositio μετά hic prorsus necessaria in editis prætermissa erat: quam ex codd. Genovef., Ottob., Roe et Casaub. restituimus.

(4) Ὁ Πατήρ· ὁ δι' Υἱοῦ, etc. Codd. Roe, Casaub. et Ottob., Ὁ Πατήρ ἐστι, καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, etc. *Pater est, et Filius, et Spiritus sanctus*, etc. Ottob. 2 et Grod., Ὁ Πατήρ ἐστι, καὶ ὁ Υἱὸς τοῖς πᾶσι σὺν ἁγίῳ Πνεύματι, etc. *Pater est, et Filius omnibus cum sancto Spiritu*, etc Coisl. habet ut editi, tantum fert σύν loco ἐν ante ἁγίῳ Πνεύματι. Roe et Casaub. omittunt τοῖς πᾶσι. Eadem omnium earum sententiarum vis est, teste Greg. Nysseno, qui utraque loquendi ratione sic utitur tom. III, orat. ad Ablab: *Quod non sunt tres dii*: Ἐξετάζοντες πόθεν ἡμῖν γέγονε τοιοῦτον ἀγαθὸν (ζωὴ), εὑρίσκομεν διὰ τῆς τῶν Γραφῶν ὁδηγίας, ὅτι ἐκ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ Πνεύματος ἁγίου... Ἡ αὐτὴ ζωὴ καὶ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐνεργεῖται, καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ ἑτοιμάζεται, καὶ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐξῆπται βουλήσεως. « Dum quærimus unde tantum « nobis prodivit bonum (*de vita loquitur*), Scripturis « sanctis ducibus, invenimus ex Patre, et Filio, et « Spiritu sancto proficisci... Eadem vita et a Patre « efficitur, et per Filium præpararatur, et ex Spi« ritus sancti voluntate dependet ». Vides eamdem trium actionem, quanquam diversis singulorum characteribus notatam. Veriorem putamus Cyrilli lectionem quam in editis retinuimus, aut eam quam Coisl. cod. exhibet. Nam Cyrillus promiscue utitur particulis ἐν et σύν loquens de Spiritu sancto in phrasibus illis, in quibus particulam διά Filio attribuit. Particula σύν utitur cat. 16, n. 1, et 24; particula ἐν, cat. 17, num. 3.

(5) Ἀφορῶντας. Ex cod. Coisl. ita scripsimus loco ἀφορῶντες. In Ottob. 2 habetur, ἀφορῶντα, sing. num. Post, ante Δανιήλ, particulam καί male intrusam, ex Roe, Casaub. et Grod. expunximus.

« Domino erimus [81] ». Illud enim, « semper cum « Domino esse », æternam vitam designat. Disertissime vero etiam Salvator in Evangeliis dicit : « Et abibunt isti in supplicium æternam, justi au- « tem in vitam æternam [82] ».

XXX. Ac multæ quidem sunt quæ adduci possint de vita æterna probationes. Cupientibus autem nobis eamdem vitam æternam obtinere, Scripturæ divinæ hujus acquisitionis modos subjiciunt. E quibus pauca nunc, propter sermonis hujus prolixitatem, testimonia proferemus, cætera studiosis requirenda relinquentes. Aliquando enim aiunt [eam obtineri] per fidem ; scriptum est enim : « Qui cre- « dit in Filium, habet vitam æternam [83] », etc. iterumque idem dicit : « Amen, amen dico vobis, quod « qui sermonem meum audit, et credit ei qui mi- « sit me, habet vitam æternam [84] » ; et quæ sequuntur. Alias vero obtineri dicunt per Evangelii prædicationem ; ait enim : « Et qui metit, mercedem acci- « pit, et congregat fructum in vitam æternam [85]. » Aliquando etiam, per martyrium et Christi confessionem ; dicit enim : « Et qui odit animam suam in hoc « mundo, in vitam æternam servabit eam [86] ». Iterumque, Christum pecuniis et propinquitati generis anteponendo : « Et omnis quicunque reliquerit fratres, « aut sorores, *etc.*, vitæ æternæ sortietur hæreditatem [87] ». Et per observationem mandatorum : « Non mæchaberis, non occides [88] », et reliqua quæ consequuntur ; sicut respondit illi homini qui accessit et dixit : « Magister bone, quid faciam ut vitam æternam « habeam [89] » ? Præterea autem, recedendo a malis operibus, et Dei servitio se mancipando ; ait enim Paulus : « Nunc vero liberati a peccato, servi autem « facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctifica- « tionem, finem autem vitam æternam [90] ».

XXXI. Multiplex est præterea, quam propter nimiam copiam prætermisi, æternæ vitæ inveniendæ ratio. Cum enim summe hominum amans sit Dominus, non unam nec alteram tantum, sed plures

[81] I Thess. IV 16. [82] Matth. XXV, 46. [83] Joan. III, 46. [84] Joan. V, 24. [85] Joan. IV, 36. [86] Joan. XII, 25. [87] Matth. XIX, 29. [88] ibid. 18. [89] ibid. 16. [90] Rom. VI, 22.

τοτε σὺν Κυρίῳ (1) ἐσόμεθα. Τὸ γὰρ πάντοτε σὺν Κυριω εἶναι, τὴν αἰώνιον ὑποσημαίνει ζωήν. Σαφέστατα δὲ καὶ ὁ Σωτὴρ ἐν Εὐαγγελίοις φησί· Καὶ ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον, οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον.

Λ'. Καὶ πολλαὶ περὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς εἰσιν αἱ ἀποδείξεις. Ἐπιθυμοῦσι δὲ ἡμῖν κτήσασθαι ταύτην τὴν αἰώνιον ζωὴν, αἱ θεῖαι Γραφαὶ τῆς κτήσεως ὑποτίθενται τοὺς τρόπους· ἐξ ὧν νῦν, διὰ τὸ τοῦ λόγου μῆκος, ὀλίγας μαρτυρίας (2) παραθησόμεθα, τὰς λοιπὰς τοῖς σπουδαίοις ἐρευνᾶν καταλιπόντες· Ποτὲ μὲν, ὅτι (3) διὰ πίστεως· γέγραπται γάρ· Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν, ἔχει ζωὴν αἰώνιον, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ πάλιν αὐτός φησιν· Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὁ τὸν λόγον μου ἀκούων, καὶ πιστεύων τῷ πέμψαντί με, ἔχει ζωὴν αἰώνιον, καὶ τὰ ἑξῆς· ποτὲ δὲ, ὅτι (4) δι' εὐαγγελικοῦ κηρύγματος· λέγει γὰρ, ὅτι Καὶ ὁ θερίζων μισθὸν λαμβάνει, καὶ συνάγει καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον· ποτὲ δὲ, ὅτι διὰ μαρτυρίου καὶ τῆς ἐν Χριστῷ ὁμολογίας· φησὶ γάρ· Καὶ ὁ μισῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, εἰς ζωὴν αἰώνιον φυλάξει αὐτήν· καὶ πάλιν, ὅτι διὰ τοῦ προκρίνειν χρημάτων τε καὶ γένους τὸν Χριστόν· Καὶ πᾶς ὅστις ἀφῆκεν ἀδελφοὺς ἢ ἀδελφὰς, καὶ τὰ ἑξῆς, ζωὴν αἰώνιον (5) κληρονομήσει· καὶ ὅτι διὰ τοῦ τηρεῖν τὰς ἐντολὰς, Οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, καὶ τὰ λοιπὰ ἑξῆς· καθὼς ἀπεκρίνατο τῷ προσελθόντι καὶ εἰπόντι· Διδάσκαλε ἀγαθὲ, τί ποιήσω ἵνα ζωὴν αἰώνιον ἔχω ; Ἔτι μέντοι καὶ διὰ τοῦ, τῶν φαύλων μὲν ἀποστῆναι πράξεων, λοιπὸν δὲ Θεῷ δουλεύειν· φησὶ γὰρ ὁ Παῦλος· Νυνὶ δὲ ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, δουλωθέντες δὲ τῷ Θεῷ, ἔχετε τὸν καρπὸν ὑμῶν εἰς ἁγιασμὸν, τὸ δὲ τέλος, ζωὴν αἰώνιον.

ΛΑ'. Καὶ πολύτροπός ἐστιν, ἣν κατέλειπον (6) διὰ τὸ πλῆθος, τῆς αἰωνίου ζωῆς ἡ εὕρεσις. Φιλάνθρωπος γὰρ ὢν ὁ Κύριος, οὐ μίαν, οὐδὲ δευτέραν μόνην, ἀλλὰ πολλὰς, τῆς εἰσόδου (7) τῆς εἰς τὴν αἰώνιον ζωὴν,

(1) Σὺν Κυρίῳ, *cum Domino*. Editi, ἐν Κυρίῳ, *in Domino*. Secuti sumus codd. Coisl., Roe, Casaub. et Grod., sacro textui conformes. Mox etiam ipse Cyrillus hæc verba repetens, ita a se lecta fuisse confirmat ; et cat. 15, n. 19, ita recitat ut hic reposuimus.

(2) Μαρτυρίας. Articulum τάς in editis voci μαρτυρίας præfixum, codd. Roe, et Casaub. auctoritate delevimus.

(3) Ποτὲ μὲν, ὅτι. Hic ex cod. Ottob. pro ὅτε ponimus ὅτι, propter similes locos sequentes in quibus codicum auctoritate scripsimus vel posuimus ὅτι. Istud ὅτι refertur ad ὑποτίθενται τοὺς τρόπους.

(4) Ὅτι. Hic et lin. 27, cum in editis haberetur ὅτε, scripsimus ὅτι ex codd. Ottob., Roe et Casaub. ; utrumvis autem in cod. Coisl deest ; linea vero 30, post πάλιν, illud ὅτι supplevimus ex quatuor modo nominatis codicibus.

(5) Ζωὴν αἰώνιον. Codd. Roe et Casaub., Ἑκατονταπλασίονα λήψεται. καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει, *Centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit.* Post, loco διὰ τό, hic et lin. 37, scripsimus διὰ τοῦ, ex codd. Ottob. ambobus, Roe et Casaub. ; sic supra, διὰ πίστεως, δι' εὐαγγελικοῦ κηρύγματος, etc. διὰ τοῦ προκρίνειν. Atque ita legendum esse suadet Græcæ syntaxis ratio et auctorum exempla. Vide Gr. Nyss., hom. 9 *in Cant.*, p. 606, et *De perfecta Christiani forma*, p. 293.

(6) Ἣν κατέλειπον. Legerat Grodecius ut est in Ottob. 1, ἣν κατέλειπεν, (supp. Θεός) et loco πλῆθος, legerat, vel legendum putavit πάθος, *passionem*. Quo factum ut vitiosam hujus loci interpretationem apud eum legamus, quam optime animadvertit et correxit Petavius, *De Incarnat.*, lib. XIII, cap. 2, § 4.

(7) Πολλὰς, τῆς εἰσόδου, etc. Erat certe mendum in impressis ita habentibus, πολλὰς τὰς εἰσόδους τῆς εἰς τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀνέῳξε θύρας. Secuti sumus scripturam codd. Ottob. amborum, Roe et Casaub. In Colb. et Ottob. utroque habetur articulus quem nomini θύρας addidimus. In Coisl. cætera uti prius editis, tantum loco τῆς εἰς, habet, τὰς εἰς, etc. Paulo inferius, pro ταῦθ' ἡμῖν, Roe et Cas., ταῦθ' ὑμῖν.

ἀνέῳξε τὰς θύρας πρὸς τὸ πάντας ἀπολαῦσαι, τὸ ὅσον ἐπ' αὐτῷ, ταύτης ἀκωλύτως. Ταῦθ' ἡμῖν τέως καὶ περὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς εἴρηται σύμμετρως, ἥτις ἐστὶ τῶν ἐπαγγελλομένων ἐν τῇ Πίστει τὸ τελευταῖον δίδαγμα, καὶ τέλος. Ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς, τούς τε διδάσκοντας καὶ τοὺς ἀκούοντας ἀπολαῦσαι, Θεοῦ χάριτι !

A ingressus in vitam **300** æternam aperuit januas, ut omnes, quantum in ipso est, ea nullo impediente perfruantur. Hæc nobis interim, servata modi ratione, de vita quoque æterna dicta sunt ; quæ quidem eorum quæ in Fide profitemur postrenum documentum, ac finis est. Qua utinam nos omnes, et qui docemus et qui auditis, Dei gratia, potiri contingat !

ΑΒ'. Λοιπόν, ἀδελφοὶ ἀγαπητοὶ, παρακαλεῖ παντας ὑμᾶς ὁ τῆς διδασκαλίας λόγος, ἑτοιμάζειν τὴν ψυχὴν πρὸς ὑποδοχὴν τῶν ἐπουρανίων χαρισμάτων. Περὶ μὲν οὖν τῆς παραδοθείσης ὑμῖν εἰς ἐπαγγελίαν ἁγίας καὶ ἀποστολικῆς πίστεω, ὅσας ἐγχωρεῖ κατηχήσεις (1), διὰ τὴν τοῦ Κυρίου χάριν εἰρήκαμεν, ἐν ταῖς διελθούσαις ταύταις τῆς Τεσσαρακοστῆς ἡμέραις· οὐχ ὅτι ταῦτα μόνα εἰπεῖν ὠφείλομεν· πολλὰ γὰρ ἐστι τὰ παραλειφθέντα, καὶ μειζόνως (2) ἴσως ὑπὸ τῶν καλλιόνων διδασκάλων νοούμενα· ἐνεστώσης δὲ λοιπὸν τῆς ἁγίας τοῦ Πάσχα ἡμέρας, καὶ τῆς ὑμετέρας ἐν Χριστῷ, διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, ἀγάπης φωτιζομένης· διδαχθήσεσθε πάλιν τὰ πρέποντα, Θεοῦ θέλοντος· μεθ' ὅσης μὲν εὐσεβείας (3) καὶ τάξεως εἰσελθεῖν χρὴ καλουμένους· τίνος δὲ ἕνεκεν ἐπιτελεῖται ἕκαστον τῶν ἁγίων τοῦ βαπτίσματος μυστηρίων· μεθ' ὅσης δὲ εὐλαβείας καὶ τάξεως, χρὴ ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος πρὸς τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ προσελεύσεσθαι θυσιαστήριον, καὶ τῶν αὐτόθι πνευματικῶν καὶ ἐπουρανίων ἀπολαύειν (4) μυστηρίων· ἵνα τῆς ὑμετέρας

XXXII. Cæterum, fratres dilecti, vos omnes hortatur præceptionis hujus sermo, ut animam ad cœlestium donorum receptionem comparetis. De tradita vobis ad confitendum sancta et apostolica fide, quot licet catecheses in præteritis hisce Quadragesimæ diebus per domini gratiam diximus : non quod ea tantummodo dicenda fuerunt ; multa enim sunt prætermissa, hæcque sublimius fortassis a melioribus magistris cogitarentur. Instante vero deinceps sancto Paschatis die, dum vestra in Christo per lavacrum regenerationis charitas illuminabitur; (5) iterum Deo volente de iis quæ consentanea sunt, erudiemini : quanta nimirum cum pietate, quove ordine vocatos ingredi oporteat; cujus rei causa unumquodque sanctorum baptismi mysteriorum perficiatur ; et quanta cum reverentia atque ordine oporteat a baptismate ad sanctum Dei altare procedere, spiritualibusque et cœlestibus, quæ ibi distribuntur, mysteriis frui, ut anima vestra per doctrinæ sermonem prius illustrata, per singula cognoscatis

(1) Ὅσας ἐγχωρεῖ κατηχήσεις. Legi vel lem ὅσας ἐνεχώρει, *quot licuit catecheses*. Grodecius interpretatur quasi legisset, ὅσα ἐγχωρει κατήχησις, *anatum capere potuit catechesis*, seu quantum institutioni vestræ satis erat ante baptismum ; vide cat. 4, n. 23. In cod Coisl. legitur, κατήχησις, sed habetur, ὅσας. Nihil maxime ad rem, utrovis modo legatur. Loco ταύταις, legitur in Coisl. et Ottob., ταύτης, *hujus Quadragesimæ*. Similis habetur locutio epistol. *ad Constant.*, num. 4 : Ἐν ταῖς ἁγίαις ταύταις ἡμέραις τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς.

(2) Μειζόνως. Ita scripsimus pro μειζόνων, ex codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub. et Grod. Post ἴσως particulam καί, quæ in Coisl., Ottob. ac Roe deerat, expunximus : qui tres codices loco ὑπὸ, habent παρά. Pro καλλιόνων, in Ottob. 2 et Grod. est solummodo, καλῶν. Ottob. 1 omittit, διδασκάλων. Voces, μειζόνως νοούμενα, multam affinitatem habent cum similibus verbis, μειζόνων ῥημάτων, homil. *in Paralyt.* sub finem, n. 20. Paulo post, verba, ἀγαπης φωτιζομένης, omittuntur in codd. Ottobonianis duobus, Coisl., Roe, Casaub. et Grod. Hoc titulo sæpe suum auditorium compellat Cyrillus, ut cat. 17, n. 3.

(3) Μεθ' ὅσης μὲν εὐσεβείας. Particulam μέν addidimus. Εὐλαβείας, loco εὐσεβείας, scribitur in Ottob. utroque, et Roe ac Casaub. codd.

(4) Ἀπολαύειν. Eam veram hujus vocis lectionem ex Colb. codice restitui ; quæ vitiosa librariorum pronuntiatione mutata est in ἀπολαβεῖν, quod legitur in impressis. Codd Coisl , Roe, Casaub. habent , ἀπολαύεσθαι. Ottob. 2, ἀπολαύσητε, Ottob. 1, ἀπολαύσετε, Bodl., μεταλαβεῖν. Sed in hoc codice legitur hæc sententia cum nonullorum verborum accessione, in hunc modum : Τῶν αὐτόθι πνευματικῶν , καὶ ἐπουρανίων, καὶ ἀχράντων, καὶ ζωοποιῶν, καὶ φρικτῶν τοῦ Χριστοῦ μεταλαβεῖν μυστηρίων · εἰς ἁγιασμὸν ψυχῶν καὶ σωμάτων , εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς βασιλείας οὐρανῶν κληρονομίαν· *Spiritualibus , cœlestibus , incontaminatis, vivificis ac tremendis Christi participare mysteriis ; in sanctificationem animarum ac corporum, in remissionem peccatorum, et ad consequendam regni cœlestis hæreditatem.* Paulo post, loco ἡμετέρας, posuimus, ὑμετέρας, ex Roe. Casaub. et Bodl.

(5) *Iterum de his quæ consentanea sunt eruditemini.* Cum in catechesibus ante baptismum netas esset baptizandis mysteria aperire, nec tamen eos ad illa imparatos ac prorsus eorum inscientes admittere oporteret ; fusiori illorum expositione in subsequens tempus dilata, in ipsa nocte Paschali de ipsis breviter, et quantum per tempus licebat antequam ad ea accederent, erudiebantur. In *Constitut. apostol.*, lib. VII, cap. 49, præcipitur, ut qui cotechizatus est, cum jamjam erit baptizandus, ὅταν ᾖ πρὸς αὐτὸ λοιπὸν τὸ βαπτισθῆναι, addiscat quæ ab abrenuntiationis et pacti cum Christo ineundi modum pertinent. Cyrillus Alexandrinus Glaphyrorum, *in Leviticum*, pag. 366 et 367, ait participationem Eucharistiæ continere annuntiationem mortis et resurrectionis Christi ; et hujus rei confessionem prius exigi ab iis qui crediderunt ; tum ad sanctum baptisma adduci, et sanguine æterni testamenti initiari. Niceas ille vel Anicetus Romanorum episcopus vel presbyter, qui apud Gennadium *Catalogi* cap. 23, sex instructionis ad competentes libellos scripserat, sextum et ultimum inscripserat *De agni paschalis victima.* Sanctus Gaudentius Brixiensis, primum et secundum suum sermonem ad neophytos habuit in vigiliis Paschatis ; secundum autem, regressis a fonte neophytis, dixit, *ut edendi paschalis sacrificii disciplinam rudes neophyti discerent*, quod testatur serm. 5. Sed hæ Cyrilli instructiones ipso baptismatis tempore datæ, videntur multo breviores fuisse sancti Gaudentii sermonibus, et admonitionibus pro tempore datis, quam concionibus e suggestu habitis similiores.

impertitorum vobis a Deo donorum magnitudinem.

XXXIII. Post sanctum vero et salutarem Paschatis diem, ab secunda Sabbatorum die inchoando, singulis consequentibus hebdomadæ diebus, statim post synaxim in sanctum resurrectionis locum ingredientes, alias, Deo volente, catecheses audietis; in quibus rursum singularum quæ [in vobis] peractæ fuerint **301** rerum rationes et causas erudiemini; atque tam ex Veteri quam ex Novo Testamento demonstrationes accipietis.[91] Primum quidem de his quæ ante baptisma statim peracta sunt: [92] Deinde vero quomodo mundati estis a peccatis per Dominum lavacro aquæ in verbo [93]: [94] Et quomodo sacerdotum in morem appellationis Christi participes facti estis; quove modo signaculum vobis communicationis sancti Spiritus sit datum.[95] Et de iis quæ in altari habentur Novi Testamenti mysteriis, quæ hinc (1) initium accepere; quidnam de iis divinæ Scripturæ tradiderint, quæve illorum sit vis ac potestas.[96] Et quonammodo ad ea accedendum sit, et quando, ac quomodo illa habenda sint. Omnium autem postremum (2), quo pacto vos in subsequens tempus oporteat, tum verbis tum factis modo gratia accepta digno, versari et degere; ut vos omnes æterna vita perfrui possitis. Et hæc quidem, si Deus voluerit, a nobis explicabuntur.

XXXIV. *Quod superest, fratres, gaudete in Domino semper; iterum dicam, gaudete*[97]: *appropinquavit* enim *redemptio vestra*[98]; et salutem vestram exspectat cœlestis angelorum exercitus. Et *vox* jam exauditur *clamantis in deserto: Parate viam Domi-*

[91] *Cat.* 19, *myst.* 1. [92] *Cat.* 20, *myst.* 2. [93] Ephes. v. 25. [94] *Cat.* 21, *myst.* 3. [95] *Cat.* 22, *myst* 4. [96] *Cat* 23, *myst.* 5. [97] Philipp. III, 1; IV, 4. [98] Luc. XXI, 28.

ψυχῆς διὰ τοῦ τῆς διδασκαλίας λόγου προφωτιζομένης, εἰς ἕκαστον γνωρίζηται (3) τῶν ἐκ Θεοῦ δωρουμένων ὑμῖν χαρισμάτων τὸ μέγεθος.

ΛΓ'. Μετὰ δὲ τὴν ἁγίαν καὶ σωτήριον τοῦ Πάσχα ἡμέραν, ἀπὸ τῆς δευτέρας τῶν Σαββάτων, εὐθὺς, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν ταῖς ἑξῆς τῆς ἑβδομάδος ἡμέραις, μετὰ τὴν σύναξεν (4) εἰς τὸν ἅγιον τῆς ἀναστάσεως τόπον εἰσερχόμενοι, κατηχήσεων ἄλλων ἀκούσεσθε, Θεοῦ θέλοντος· ἐν αἷς πάλιν περὶ ἑκάστου τῶν γεγενημένων, διδαχθήσεσθε τὰς αἰτίας, ἐκ Παλαιᾶς δὲ καὶ Καινῆς Διαθήκης λήψεσθε τὰς ἀποδείξεις· πρῶτον μὲν, περὶ τῶν πρὸ τοῦ βαπτίσματος εὐθὺς γενομένων· ἔπειτα δὲ, πως ἐκαθαρίσθητε τῶν ἁμαρτιῶν ὑπὸ τοῦ Κυρίου τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι· καὶ ὅπως ἱερατικῶς (5) τῆς Χριστοῦ προσηγορίας γεγόνατε κοινωνοὶ, καὶ ὅπος ἡ σφραγὶς ὑμῖν ἐδόθη τῆς κοινωνίας (6) τοῦ ἁγίου Πνεύματος· καὶ περὶ τῶν ἐν θυσιαστηρίῳ τῆς Καινῆς Διαθήκης μυστηρίων, ἃ τὴν ἀρχὴν ἐντεῦθεν εἴληφε· τινα μὲν αἱ θεῖαι Γραφαὶ παραδεδώκασι, τίς δὲ ἡ τούτων δύναμις· καὶ ὅπως προσιέναι τούτοις, καὶ πότε καὶ πῶς ἔχειν χρή· Ἐπὶ τέλει δὲ πάντων, ὅπως ὑμᾶς εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον, ἔργοις τε καὶ λόγοις ἐπαξίως τῆς χαριτος ἀναστρέφειν δεῖ, πρὸς τὸ δυνηθῆναι παντας ὑμᾶς ἀπολαῦσαι τῆς αἰωνίου ζωῆς. Καὶ ταῦτα μὲν, εἰ Θεὸς θέλει, λεχθήσεται.

ΑΔ'. Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοὶ, χαίρετε ἐν Κυρίῳ πάντοτε, πάλιν ἐρῶ, χαίρετε· ἤγγικε γὰρ ἡ ἀπολύτρωσις ὑμῶν, καὶ τὴν ὑμετέραν ἐκδέχεται σωτηρίαν ὁ τῶν ἀγγέλων ἐπουράνιος στρατός. Καὶ φωνὴ μὲν ἤδη βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν

(1) Ab Hierosolymis.

(2) *Omnium autem postremum*, etc. Sextam hanc promittere videtur mystagogicam catechesim; qui tamen quintæ, quæ et ultima est, initio, testatur se spiritali audientium institutionis ædificio coronidem et finem imponere. Vel ergo promissam hanc catechesim non exhibuit, obice aliquo impeditus: quem defectum supplevit brevi exhortatione ad quintæ finem addita, quæ ad hoc argumentum pertinere videatur: vel, id quod magis crediderim, significat homiliam Sabbato paschalis hebdomadæ, in depositione candidarum vestium habendam: nam in Patrum homiliis illa die habitis, argumentum illud postremæ orationis a Cyrillo promissæ, tractari videmus. Quoniam autem tota illa moralis erat, neque ad explicationem fidei aut sacramentorum, in illis 23 catechesibus absolutam, pertinebat; idcirco eam ab iis, qui Cyrilli catecheses collegerunt, prætermissam puto: quam utinam illi non nobis invidissent.

(3) Γνωρίζηται. Mirum in nullo codice haberi, γνωρίζητε, quam uti unam veram lectionem, interpretando sequor.

(4) Μετὰ τὴν σύναξιν. Articulum τὴν addidimus ex Coisl., Roe, Casaub. Sequentia sic habentur in Ottob. utroque, ἐπὶ τὸν ἅγιον τῆς ἀναστάσεως τοῦ Σωτῆρος τόπον συνερχόμενοι. Designat auctor non ecclesiam Resurrectionis, in qua synaxis celebrata fuerat; sed Anastasim seu ipsam Sanctæ Resurrectionis speluncam, ita a Constantino additis operibus amplificatam, ut in ea concio haberi posset ad populum: nam Hieronymus, epist. 61, nov. ed. 38, refert Epiphanium audiente Joanne episcopo, clericis et populo, in eo loco ante sepulcrum Domini prædicasse.

(5) Ἱερατικῶς, *Sacerdotum in morem*. Grod. ἱερατικῆς, *sacerdotatis Christi appellationis*. Ea simplicior et elegantior videtur lectio. Eodem redit utriusque sententiæ sensus. Sacro chrismate Christi participes efficimur. cat. 21, n. 1. Christus autem a sacerdotio appellatur, cat. 10, n. 11. Vide cat. 21, n. 6, ubi ait auctor in nobis per chrismatis sacramentum adimpletos veteres typos summi sacerdotis, aqua ante abluti quam chrismate perlineretur. Origenes hom. 9 *in Levit.*: *Omnes quicunque unguento sacri chrismatis delibuti sunt, sacerdotes effecti sunt.* Similis Origenianæ illi est altera sancti Leonis papæ serm. 3 *in anniversario Assumptionis suæ* sententia; ubi commune illud Christianis omnibus sacerdotium, scite distinguit a speciali sacerdotum ministerio.

(6) Τῆς κοινωνίας. In editis legebatur, ἐκ τῆς κοινωνίας. Hanc præpositionem sustulimus auctoritate codd. Coisl., Ottob. utriusque, Roe, Casaub., Grod. Perspicua hic continetur allusio ad ea antiquæ Græcorum, in conferendo Confirmationis sacramento formulæ verba: Σφραγὶς δωρεᾶς τοῦ Πνεύματος ἁγίου, *Signaculum doni Spiritus sancti*. Forte tamen ut huic formulæ similior redderetur Cyrilli sententia, ablata est a librariis codicum quos secuti sumus, particula ἐκ.

τοῦ Κυρίου. Βοᾷ δὲ ὁ προφήτης· Οἱ διψῶντες, πορεύεσθε ἐφ ὕδωρ· καὶ εὐθὺς ἑξῆς· Ἀκούσατέ μου, καὶ φάγεσθε τὰ ἀγαθὰ, καὶ ἐντρυφήσει ἐν ἀγαθοῖς ἡ ψυχὴ ὑμῶν (1)· καὶ μετ' οὐ πολὺ, τῆς ἀγαθῆς ἀναγνώσεως ἀκούσεσθε λεγούσης· Φωτίζου, φωτίζου, ἡ τέα (2) Ἱερουσαλήμ· ἥκει γάρ σου τὸ φῶς. Περὶ ἧς Ἱερουσαλὴμ ὁ προφήτης εἴρηκε· Καὶ μετὰ ταῦτα κληθήσῃ πόλις δικαιοσύνης, μητρόπολις πιστὴ Σιών, διὰ τὸν ἐκ Σιὼν ἐξελθόντα νόμον, καὶ λόγον Κυρίου τὸν ἐξ Ἱερουσαλήμ, ὃς ἐντεῦθεν εἰς ἅπασαν τὴν οἰκουμένην ἐξώμβρησε. Πρὸς ἣν καὶ ὁ προφήτης περὶ ὑμῶν φησιν· Ἆρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε συνηγμένα τὰ τέκνα σου. Ἡ δὲ ἀποκρίνεται λέγουσα· Τίνες οἵδε ὡς νεφέλαι πέτανται, καὶ ὡς περιστεραὶ σὺν νεοσσοῖς ἐπ' ἐμέ; νεφέλαι, διὰ τὸ πνευματικόν· καὶ περιστεραὶ, διὰ τὸ ἀκέραιον. Καὶ πάλιν· Τίς οἶδε τοιαῦτα, ἢ τίς ἑώρακεν οὕτως; εἰ ὤδινε γῆ (3) ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, καὶ ἐτέχθη ἔθνος εἰς ἅπαξ; ὅτι ὤδινε, καὶ ἔτεκε Σιὼν τὰ παιδία αὐτῆς. Χαρᾶς δὲ ἀνεκλαλήτου τὰ πάντα πληρωθήσεται (4), διὰ τὸν εἰπόντα Κύριον, ὅτι Ἰδοὺ ἐγὼ ποιῶ Ἱερουσαλὴμ ἀγαλλίαμα, καὶ τὸν λαόν μου εὐφροσύνην.

ΑΕ'. Εἴη δὲ καὶ ἐφ' ὑμῖν λεχθῆναι καὶ νῦν. Εὐφράνθητε, οὐρανοὶ, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ, καὶ ἑξῆς (5), ὅτι ἐλέησεν ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ τοὺς ταπεινοὺς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ παρεκάλεσε. Ταῦτα δὲ ἔσται διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν, τοῦ πρὸς ὑμᾶς λέγοντος· Ἰδοὺ ἀπαλείψω ὡς νεφέλην τὰς ἀνομίας σου, καὶ ὡς γνόφον τὰς ἁμαρτίας σου. Ὑμεῖς δὲ τοῦ ὀνόματος τῶν πιστῶν καταξιωθέντες (περὶ ὧν (6) γέγραπται· Τοῖς δουλεύουσί μοι κληθήσεται ὄνομα καινὸν, ὃ εὐλογηθήσεται ἐπὶ τῆς γῆς), ἐρεῖτε μετ' εὐφροσύνης. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ, ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ· ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτημάτων, κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἧς ἐπερισσευσεν εἰς ἡμᾶς, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ πάλιν· Ὁ δὲ Θεὸς πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει, διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ ἀγάπην ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς, νεκροὺς ὄντας τοῖς παραπτώμασι συνεζωοποίησε τῷ Χριστῷ, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ πάλιν (7)

A *ni* [99]. Clamat vero propheta : « Sitientes, venite ad « aquam [1] » ; et mox in consequentibus : « Audite « me, et comedite bona, et deliciabitur in bonis « anima vestra [2,3] », et non ita multo post, optimam lectionem illam audietis : « Illuminare, illuminare, « nova Hierusalem, venit enim tuum lumen [4] ». De qua Hierusalem propheta dixit : « Et postea vocaberis « civitas justitiæ, metropolis fidelis Sion [5] » ; propter legem quæ ex Sion exivit, et verbum Domini quod ex Hierusalem prodivit [6] ; quod isthinc pluviæ in morem universum orbem irrigavit. Ad eam quoque propheta de vobis dicit : « Leva in circuitu oculos tuos, et vide « congregatos filios tuos [7] ». Ea vero respondet, aiens : « Quinam illi sicut nubes volant, et sicut columbæ « cum pullis super me [8] » ? Nubes propter spiri-
B tualem [altitudinem et levitatem], columbæ propter simplicitatem. Et iterum : « Quis audivit talia, « aut quis vidit sic ? si parturivit terra in una die, « et nata est gens simul et semel ? quia parturi- « vit et peperit Sion filios suos [9] ». Gaudio vero ineffabili omnia replebuntur, propter Dominum qui ait : « Ecce ego faciam Hierusalem exsultatio- « nem, et populum meum lætitiam [10] ».

302 XXXV. Liceat vero et de vobis nunc quoque dicere : « Lætamini, cœli, et exsultet terra, *etc.*, « quoniam misertus est Deus populi sui, et humiles « populi sui consolatus est [11] ». Hæc autem erunt propter bonitatem Dei qui ad vos dicit : « Ecce delebo « ut nebulam iniquitates tuas, et sicut caliginem « peccata tua [92] ». Vos autem fidelium nomine dignati (de quibus dicitur : « Servientibus mihi imponetur
C « nomen novum, quod benedicetur super terram [23] »), dicetis cum lætitia : « Benedictus Deus et Pater Do- « mini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni « benedictione spirituali, in cœlestibus, in Christo : « in quo habemus redemptionem per sanguinem « ejus, remissionem peccatorum, juxta divitias gra- « tiæ ejus, quam ubertim in nos impertivit [14] », etc. Et iterum : « Deus autem cum dives sit in misericor- « dia, propter multam suam charitatem qua dilexit « nos, cum essemus mortui per delicta, convivifica- « vit nos una cum Christo [15] », et reliqua. Rursumque ad eumdem modum, bonorum auctorem Dominum laudate, dicentes : « Cum autem bonitas

[99] Matth. III, 3. [1] Isa. XL, 3. [2] Isa. LV, 1. [3] ibid. 2. [4] Isa. LX, 1. [5] Isa. I, 26, 27. [6] Isa. XI, 3. [7] Isa. XLIX, 18. [8] Isa. LX, 8. [9] Isa. LXVI, 8. [10] Isa. CXV, 20. [11] Isa. XLIX, 13. [12] Isa. XLIV, 22. [13] Isa. LXV, 16. [14] Ephes. I, 3. 7, 8. [15] Ephes. II, 4, 5.

(1) Ὑμῶν. Ita scripsimus, loco ἡμῶν, ex Ottob. e sacro textu.

(2) Ἡ νέα. Hæc a Cyrillo ad sacrum contextum adjecta, desunt in codd. Coisl., Roe, Casaub., Bodl., Grod., Ottob. utroque.

(3) Γῆ. Hanc vocem addidimus ex Coisl. Ottob. Roe, Casaub., Grod. et sacris Bibliis.

(4) Πληρωθήσεται. Ex codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub., Grod. correximus pro πληρώσεται. Infra, post ἰδού addidimus, ἐγώ, ex Coisl., Colb., Roe, Casaub. et sacro textu. Pro εὐφροσύνην, Coisl., Ottob., Roe, Casaub. et Grod. habent, εἰρήνην, *pacem*.

(5) Καὶ ἑξῆς. Hæc addidi ex codd. Ottob., Coisl., Roe, Casaub., Grod. Inferius, loco ἔστι, scripsimus, ἔσται, ex cod. Coisl. et Ottob. utroque. Et paulo D post, articulum τοῦ ante πρὸς ὑμᾶς, ex Coisl., Colb., Roe. et Casaub. adjecimus. Mox, pro ἀπαλείψω, *delebo*, codd. illi quatuor citati et Ottob. ferunt, ἀπήλειψα, *delevi*, ut est apud Isaiam. Morelius vero, ἀπαλείψει, *delebit*.

(6) Περὶ ὧν. Coisl., Roe, Casaub., περὶ οὗ, *de quo*, videlicet nomine.

(7) Καὶ πάλιν. Ea verba addidimus ex Coisl., Ottob., Roe, Casaub. Item, post Σωτῆρος, vocem ἡμῶν, ex iisdem. Infra, vocem ἀναχαινήσεως, pro ἀναγεννήσεως, ex Roe, Ottob., Casaub. et Paulo scripsimus, cum videretur minus apta ejusdem rei per duo verba similia, παλιγγενεσιας et ἀναγεννήσεως repetitio.

« apparuit ; non ex operibus quæ sunt secundum « justitiam quæ fecerimus nos, sed secundum suam « misericordiam salvos nos fecit, per lavacrum regenerationis ac renovationis Spiritus sancti, quem « effudit in nos opulente, per Jesum Christum Do« minum nostrum : ut justificati illius gratia, hæ« redes efficeremur, secundum spem, vitæ æternæ [16]. « *Ipse autem* Deus, *et Pater* Domini nostri Jesu Chris« ti, Pater gloriæ, det vobis Spiritum sapientiæ et « revelationis in agnitione sui illuminatos men« tis [17] » ; et custodiat vos per omne tempus in operibus, et sermonibus et cogitatis bonis. Cui gloria, honor, et imperium per Dominum nostrum Jesum Christum, cum sancto Spiritu, nunc, et semper, et in universa infinita sæcula sæculorum. Amen.

A ὁμοίως τὸν τῶν ἀγαθῶν Κύριον αἰνέσατε, λέγοντες· Ὅτε δὲ ἡ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ ἐπεφάνη· οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ, ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸ αὐτοῦ ἔλεος ἔσωσεν ἡμᾶς, διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινήσεως Πνεύματος ἁγίου, οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν· ἵνα δικαιωθέντες τῇ αὐτοῦ χάριτι, κληρονόμοι γενώμεθα, κατ' ἐλπίδα, ζωῆς αἰωνίου. Αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ Πατὴρ τῆς δόξης, δῴη ὑμῖν Πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ, πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας· καὶ διαφυλάξειεν ὑμᾶς διὰ παντὸς ἐν ἔργοις τε καὶ λόγοις, καὶ νοήμασιν ἀγαθοῖς· ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ καὶ κράτος διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ (1) ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς σύμπαντας ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[16] Tit. III, 4, 7. [17] Ephes. I, 17, 18.

(1) Νῦν καί, etc. Coisl., Ottob. 1, Roe, Casaub. et Grod. brevius, post Πνεύματι sic ferunt : εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. « Cum sancto Spiritu in « sæcula sæculorum. Amen ».

CATECHESES MYSTAGOCICÆ QUINQUE.

CATECHESIS DECIMA NONA.

MYSTAGOGICA I.

DE CÆREMONIIS BAPTISMO PRÆVIIS.

303 PRÆLOQUIUM.

I. *Sequuntur quinque novi argumenti catecheses. Cum enim in prioribus exponendo Symbolo baptizandos auctor Christianæ doctrinæ præceptis imbuisset, in his baptizatos de tribus sacramentis quæ simul antiquitus percipiebantur, nimirum Baptismo, sacro Chrismate seu Confirmatione, et Eucharistia erudit. Ac prima quidem de cæremoniis in baptisterii porticu ante ipsum baptismum adhibitis, nempe abrenuntiationibus et fidei confessione agit; secunda de unctione olei exorcizati, et ipso baptismi actu; tertia de sacri chrismatis unctione; quarta de Eucharistia; quinta de sacra liturgia et communione. Non licebat ea mysteria nondum initiatis patefacere. Ne tamen ipsorum plane rudes iis adhiberentur, in ipsa vigilia paschali, breviter et summatim, quantum temporis ratio concedebat, eorum uniuscujusque vis et ratio aperiebatur: at plena et accurata de iis informatio in paschales dies differebatur; quo tempore singulis diebus a feria secunda incipiendo Cyrillus post synaxim has conciones habuit. Hæc omnia commemorat cat.* 18, *num.* 32 *et* 33. *Eadem fere cæterarum Ecclesiarum consuetudo erat, ex qua natæ similis cum istis Cyrillianis argumenti conciones Gaudentii ad Neophytos, Ambrosii liber* De mysteriis, *et incerti alter* De sacramentis *ex eorum concionibus compositi ; S. Augustini et aliorum sermones* Ad infantes.

II. *Catecheses istas, non secus ac priores, vere Cyrilli nostri esse, ac integras et nullis additamentis interpolatas ad nos pervenisse, ex ipsius Cyrilli testimonio, orationis, doctrinæ et methodi similitudine, et antiquissimorum scriptorum auctoritatibus, in dissertatione secunda nos luculenter probavisse speramus; nec obscurum, contrariam vel Riveti sententiam, vel Albertini dubitationem, nonnisi ex odio catholici dogmatis in iisdem contenti profectam esse: qui si nonnulla in eis suis placitis conformia reperisse existimarent, auctoris et operis antiquitatem ac præstantiam summis sane laudibus extulissent. Vocantur catecheses mystagogicæ, quasi mysteriorum sanctiorum explanatrices; vel mystagogiæ simpliciter: quod illis nomen tribuit Eustratius sexti sæculi auctor, et qui ineditum bibliothecæ Regiæ librum scripsit* Περὶ θείων μυστηρίων:

ipseque Cyrillus cat. 19, *num.* 11, *et cat.* 20, *num.* 1. *Ipse tamen eas, cat.* 18, *num.* 33, *catecheses appellat, eodemque* **304** *modo Anastasius Sinaita, aliique. Codices mss. eas modo catecheseon mystagogicarum nomine inscriptas repræsentant.*

III. *In illis vero, trium sacramentorum et liturgiæ cæremonias breviter et dilucide explicat, ac Scripturarum testificationibus, quoad ejus fieri potuit, declarat ac munit. Haud tamen existimandum eum omnes ad unum ritus sacros et cæremonias commemorasse. Nam in priore nihil de exorcismis, manus impositione et diversis precibus, quæ sive ante, sive post abrenuntiationes usitatæ erant, loquitur; nihil in secunda de benedictione fontium, candidæ vestis impositione, cerei gestatione, etc; nihil in tertia de manuum impositione cum chrismatione conjuncta, neque de precibus et verborum formula, quæ utramque comitabantur; nihil in quinta de pluribus liturgiæ actionibus refert, omissis omnibus quæ lotionem manuum et osculum pacis præcedebant. Ut autem quosdam ritus, qui a Cyrillo prætermittuntur, Hierosolymis observatos esse non dubium est, ita etiam ea ætate simpliciores fuisse quam subsecutis temporibus actiones sacras non dubitamus.*

VI. *Multo sunt præcedentibus breviores hæ catecheses: sive festorum dierum quibus synaxis peragebatur, ratio non sinebat diutius post synaxim sermonem producere· seu non erat necessaria tanta argumentorum et testimoniorum Scripturæ moles, in rebus quæ maximam partem a secreta traditione sine Scripturis proficiscebantur: seu tandem jam in vigilia paschali de his rebus eruditis, ac certam in baptismo rerum nostrarum fidem professis, necesse non erat tot argumenta ad fidem faciendam cumulare. Habitæ sunt non in media synaxi, sed post eam absolutam: nec in majori ecclesia, sed in ipsa Dominicæ Resurrectionis specu, ex cat.* 18, *num.* 22, *quæ quidem a Constantino magnificis operibus ampliata, populum ad concionis audiendas facile capere poterat.*

V. *In præcedentibus editionibus hæ catecheses diversum ordinem et classem a præcedentibus constituunt, neque cum iis numerantur; qua in re mss. omnium auctoritatem secuti sunt editores. Nos ad commoditatem allegandi attendentes, existimavimus istas continuatis cum præcedentibus numeris appellandas esse: hancque primam mystagogicam, decimam nonam numeramus, et reliquas deinceps; servata in Græcis inscriptionibus et Latinis versionibus veteri illa numerandi ratione, quam nostris Latinis inscriptionibus adjungimus.*

VI. *In hac porro mystagogicarum prima, Cyrillus, reservatis in alteram orationem baptismi cæremoniis quæ in ipso baptisterio peragebantur, explicat eas quæ in baptisterii vestibulo observari consueverant: nempe abrenuntiationes Satanæ ipsi, operibus, pompæ, atque omni cultui illius; quarum vim accuratissime et dilucide exponit: tum pactum cum Christo per brevem fidei promissionem a baptizando initum. Quæcunque autem de abrenuntiationum vi et modo disserit, eadem apud omnes quæ de iis dixere, leguntur.*

VII. *Observandi autem in hac catechesi singulares Ecclesiæ Hierosolymitanæ ritus. Primo, Hierosolymis fiebant abrenuntiationes in vestibulo baptisterii; satis ex more Græcarum Ecclesiarum, in quibus abrenuntiationes vel in ecclesia vel alibi extra fontem fiebant, quod patet ex Euchologio, ex auctore libri* De ecclesiast. hierarchia, *cap.* 2, *part.* 2. *num.* 6; *auct.* Quæst ad Orthod., *Justini nomine, quæst.* 137; *idemque Ecclesiæ Romanæ mos erat, ut ex ordinibus et ritualibus Romanis patet. At in Ecclesia Apamena in ipso baptisterio fiebant, ex epistola cleri Apam. in conc. sub Mena, pag.* 229, *tom.* V. *In Ecclesia Gallicana fiebant ad ipsum fontem, quod in veteri Missali et Sacramentario Gallicano a Thomasio et Mabillonio editis videtur; ut omittam auctores ecclesiasticos idem testantes, uti Salvianum lib.* VI De gubern. Dei, Bib. PP. Lugd. *tom. VII, pag.* 364; *auctorem sermonum trium Augustinianæ appendicis, tom. VI. pag.* 289; *Faustum Reiensem præfat. lib.* In Spiritum sanctum, *sub nomine Paschasii. Eadem consuetudo Mediolanensis Ecclesiæ comprobatur ex Ambrosio* De myst., *c.* 2, *n.* 5, *alteriusque ei vicinæ, ex lib.* I De sacram. *c.* 2, *n.* 5; *eadem Africanæ ex Optato, lib.* V, *num.* 7, *concludi potest; et Hispanicæ ex Hildefonso,* De ord. baptismi, *c.* 110 *et* 111. *Baluz.* Miscell. *tom. VII, colliditur. Secundo, ante benedictionem fontis Hierosolymis abrenuntiationes fiebant. Similiter Græcæ Ecclesiæ, ut patet ex* Constit. Apost: *lib.* VII, *cap.* 41, 42, 43, *auctore* Eccles. hierarchiæ *citato, Severi Antiocheni ordine baptismi, Euchologio hodierno. Eadem Romanæ consuetudo: contraria Gallicanæ et Hispanicæ ex Hildef. cap.* 109. *Unctio baptizandi præcedebat abrenuntiationes in ecclesia, auctoris lib.* De sacram. *lib.* I, *cap.* 2, *num.* 4, *sed abrenuntiationes, benedictionem fontis. Tertio, indutos abrenuntiasse significat Cyrillus, contra cæterarum Græcorum Ecclesiarum morem. ut patet ex Eucholog. pag.* 338, *Elia Cretensi in orationem* **305** *quartam Nazianzeni, num,* 24, *pag.* 448; *epist. Cleri Apameani in concilio Constantinopolitano sub Mena, pag.* 229. *Sed cum Cyrillus cat.* 20, *num.* 2, *neophytos post abrenuntiationes tunicam tantum eruisse dicat, alias forte vestes ante exuerant. Auctor* Ecclesiasticæ hierarchiæ *solvi cingulum, et partem aliquam vestimentorum auferri docet. Quarto, abrenuntiationes in Latinis et Græcis Ecclesiis vulgo fiebant per modum responsionis ad interrogationem ministri aientis*: Abrenuntias Satanæ? *etc. Hierosolymis præcipiebat minister*: Abrenuntia, *etc. quod et auctori* Ecclesiasticæ hierarchiæ, *et Severi ordini conforme. Idem dicendum de fidei professione abrenuntiationes subsequente, quæ alibi interrogando, Hierosolymis et Antiochiæ præcipiendo exprimebatur.*

VIII. *Quinto, abrenuntiationes Hierosolymis fiebant extensa ad Occidentem manu, cat.* 19, *num.* 2: *similis gestus apud auctorem* Ecclesiasticæ hierarchiæ, *qui ait abrenuntiantem ambas manus aversas in Occidentem projicere. At in Ecclesia Constantinopolitana, cujus ritus toto postea Oriente recepti sunt, abrenuntiatio fiebat erectis sursum manibus; quod patet tam ex Niceta in orationem* 40 S. *Gregorii Nazianzeni, num.* 57, *et Elia Cretensi in orationem ejusdem quartam, num.* 24, *pag.* 448, *quam ex Euchologio hodierno, pag.* 333. *Sexto, sæpe citatus auctor* Hierarchiæ ecclesiasticæ *jubet abre-*

nuntiantem ante pronuntiandā abrenuntiationum verba ter diabolum exsufflare. Idem præcipit Euchologium ; seu post eadem promuntiata, idque semel : et in diabolum præterea exspui jubet. Nazianzenus orat. 4, *num.* 24, *pag.* 121, *duplices referre videtur insufflationes, alias quibus insufflabatur, alias quibus insufflabat baptizandus,* φυσήσεις τε καὶ ἀντιφυσήσεις. *Exsufflationum etiam in abrenunsiando meminit S. Ephræm* De secundo adventu, *Gr., pag.* 349, *et Chrysostomus* In peccatric. *apud sanctum Ephræm, Latine, pag.* 719. *Isne ritus Hierosolymis vigeret, incertum. Sed Cyrillus non memorat. Septimo, post abrenuntiationum verba, sequebatur in omnibus Græcis Ecclesiis pacti cum Christo initi formula* Συντάσσομαι τῷ Χριστῷ, *vel* σοὶ, Χριστέ, Aggregor Christo, *vel* tibi, Christe ; *vel,* In tua castra transeo, *a conversis in Orientem ante formulam fidei pronuntianda, et aliquando cum adoptione conjuncta, ut in citato S. Ephræm* De secundo adventu *loco,* τῷ Χριστῷ συνεταξάμεθα, προσκυνήσαντες αὐτῷ. Ad Christum nos aggregavimus ipsum adorantes. *Hujus non meminit Cyrillus : eam tamen indicare videtur his verbis, num.* 8 ; μετὰ τὴν ἀπόταξιν τοῦ Σατανᾶ, καὶ τὴν πρὸς τὸν χριστὸν σύνταξιν, post abrenuntiationem Satanæ, et aggregationem ad Christum. *At in Latinis Ecclesiis statim post abrenuntiationes pronuntiabatur* Credo. *Id patet de Africa, ex Optato, lib.* v, *num.* 5; *de Gallia, ex Salviano, lib.* VI De gubernat. Dei, Bib. PP. Lug. *tom. VII. pag.* 364. *In Romana tamen Ecclesia abrenuntiationes ab interrogatione fidei per inunctionem et benedictionem fontis separabantur. Octavo, post abrenuntiationes Hierosolymis brevius Symbolum pronuntiabatur : alibi fere Symbolum totum. Id probatur de Ecclesia Antiochena, ex ordine Severi, et auctore libri* De cœlesti hierarchia ; *de Ecclesia Constantinopolitana, ex Euchologio pag.* 338 ; *de Alexandrina, ex Cyrillo Alexandrino Glaphyr.* in Levit.; *pag.* 367. *et Cosma Ægyptio lib.* v, *pag.* 208; *de Ecclesiis Syriæ, ex* Const. apost. *lib.* VII, *cap.* 41 ; *de Ecclesia Gallicana, ex Salviano laudato ; de Africana, ex Augustino serm.* 58, *num.* 13. *At Romæ contractius erat Symbolum ; in Mediolanensi Ecclesia solius Trinitatis confessio adhibebatur, sicut et in Hispania, ex Hildefonso, cap.* 110 *et* 111, *quod aliquando in Gallia factum, in Cappadociæ Ecclesiis idem usurpatum fuisse ex Gregorio Nazianzeno et Basilio colligi potest. Nono tandem. Hierosolymis præter hanc brevem post abrenuntiationes fidei confessionem, alia fiebat, antequam in fontem mergeretur, a baptizando de Trinitate confessio ad interrogationem ministri, cat.* 20, *num.* 3, *duplicis ejus professionis ante baptismum, nullum memini me alibi videre exemplum.*

IX. *Habita est hæc oratio feria secunda paschali. Hanc recensuimus ad fidem codicum Coislin, Ottobonianorum duorum, Roe, Casaub., editionem Græcam Guill. Morellii, et variantes lectiones in Genovefano libro ad marginem ascriptas.*

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΚΑΤΗΧΗΤΙΚΟΙ ΛΟΓΟΙ ΠΕΝΤΕ

ΗΡΟΣ ΤΟΥΣ ΝΕΟΦΩΤΙΣΤΟΥΣ (1).

ΜΥΣΤΑΓΩΓΙΚΗ ΠΡΩΤΗ ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ (2).

Ηρὸς τους νεοφωτίστους· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς Πέτρου Καθολικῆς πρώτης Ἐπιστολῆς, ἀπὸ τοῦ, Νήψατε, γρηγορήσατε, ἕως τέλους τῆς Ἐπιστολῆς.

EJUSDEM
CATECHETICÆ ORATIONES QUINQUE (3)

AD RECENS BAPTIZATOS.

MYSTAGOGICA CATHECHESIS I.

Ad eos qui nuper illuminati sunt. Et lectio ex prima Petri Catholica Epistola, ab his verbis : *Sobrii estote, vigilate* [18]; usque ad finem Epistolæ.

Α'. Ἐπόθουν ὑμῖν καὶ πάλαι (4), ὦ γνήσια καὶ περιπόθητα τῆς Ἐκκλησίας τέκνα, περὶ τῶν πνευματικῶν τούτων καὶ ἐπουρανίων διαλεχθῆναι μυστηρίων. Ἀλλ' ἐπειδὴ σαφῶς ἐπιστάμην, ὄψιν ἀκοῆς πολλῷ πιστοτέραν εἶναι, ἀνέμενον τὸν παρόντα καιρόν· ἵνα εὐπροσαγωγοτέρους ὑμᾶς περὶ τῶν λεγομένων ἐκ ταύτης λαβὼν τῆς πείρας (5) εἰς τὸν φωτεινότερον καὶ εὐωδέστερον λειμῶνα τοῦδε τοῦ παραδείσου χειραγωγήσω. Ἄλλως δὲ καὶ χωρητικοὶ τῶν θειοτέρων κατέστητε μυστηρίων, θείου καὶ ζωοποιοῦ βαπτίσματος ἀξιωθέντες. Ἐπεὶ τοίνυν λοιπὸν τῶν ἐντελεστέρων δεῖ μαθημάτων παρατιθέναι τράπεζαν, Α

I. Desiderabam vobis jam antea, o germani et desideratissimi Ecclesiæ filii, de his spiritualibus cœlestibusque mysteriis disserere. Verum, quoniam plane gnarus eram oculorum esse majorem quam aurium fidem, præsens tempus exspectavi, ut ex ita vos experientia ad ea quæ dicenda erant ductu faciliores effectos assumens ad lucidius fragantiusque paradisi hujusce pratum manuducerem. Alias vero diviniorum quoque capaces facti estis mysteriorum, divino ac vivificante lavacro digni habiti. Quando igitur jam perfectiorum vobis perceptionum apponenda est mensa, age, de his vos accuratius

[18] I Petr. v, 8.

(1) Τοῦ αὐτοῦ Κατηχ. λόγοι πέντε πρὸς τοὺς νεοφωτίστους. Deest hic titulus in codd. Ottob. Coisl., Roe, Casaub. et Grod. At in cod. Ottob., post titulum proprium hujus catechesis, et verba, ἕως τέλους τῆς Ἐπιστολῆς, habetur : Τοῦ αὐτοῦ Κυρίλλου, καὶ Ἰωάννου ἐπισκόπου· *Ejusdem Cyrilli et Joannis episcopi*, qua de re vide Dissertat. nostram secundam, cap. 3, n. 48. B

(2) Μυσταγωγικὴ πρώτη Κατήχησις. Codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub. habent hic, Μυσταγωγία πρώτη, πρός, etc. *Mystagogia prima*, etc. At in subsequentibus catechesibus suetum mystagogicarum catecheseon nomen retinent. Sane eas catecheses vocat Cyrillus mystagogias infra, num. 11, et cat. 20, n. 1, eodemque nomine citantur ab Eustratio apud Leonem Allatium, et auctore libelli, Περὶ θείων μυστηρίων. Cyrillus tamen cat. 18, n. 32, ipsas promittens vocat *alias catecheses:* aliique auctores eas sub nomine catecheseon nullo discrimine cum prioribus citant, ut Anastasius Sinaita, Hieronymus, etc.

(3) Habitæ post Pascha in sacro Resurrectionis sacello.

(4) Καὶ πάλαι. Conjunctionem καί præfiximus ex codd., Coislin, Ottob. duobus, Roe, Casaub. et Grod. Pro πάλιν vero scripsimus πάλαι, ex iisdem, Ottobonianis exceptis, quorum in primo deest ea vox. Loco ἠπιστάμην. Millesius ex codd. Roe, cui suffragatur Coislin, posuit ἐπισταμην. Utrumque recte legitur; prius tamen grammaticæ legibus conformius.

(5) Ἐκ ταύτης... τῆς πείρας. Ita ferunt codd. Coisl., Ottob. 2, Roe, Casaub. et Grod., quam scripturam prætuli receptæ isti ἐκ ταύτης τῆς ἑσπέρας, *ex hac vespera*, scilicet Sabbati Paschalis; cum præcedentibus magis apta videretur. Inferius, verba τοῦδε, ante τοῦ παραδείσου adjecimus, ex codd. Coisl., Grod. Roe, et Casaub., quamvis hic postremus unum τοῦ omittat.

erudiamus; ut vim illam atque operationem cognoscatis, quæ in vobis illa baptismatis vespera effecta est.

II. Primum ingressi estis in ædem quæ baptisterio est pro atrio, atque occidentem versus stantes audivistis, jussique estis manum extendere, et tanquam præsenti abrenuntiastis Satanæ. Scire autem vos oportet hujus rei figuram in veteri historia contineri. Cum acerbissimus et immitissimus tyrannus Pharao liberum ac generosum Hebræorum populum opprimeret, Deus Mosen delegavit, qui eos ex prava Ægyptiorum servitute educeret. Ac sanguine quidem agni postes ungebantur, ut domos sanguinis signo denotatas vastator præteriret: Hebræorum vero populus miris plane modis in libertatem assertus est. Ut vero liberatos hostis persecutus est, et mare ipsis, mirum dictu, **307** divisum conjungens, extemploque submersus est Rubri maris fluctibus præcipitatus [19].

III. Nunc mihi a veteribus ad nova, a figura ad veritatem transgredere. Illic Moyses in Ægyptum a Deo mittitur: hic Christus in mundum delegatur. Ille, ut oppressum populum ex Ægypto educeret; Christus, ut laborantes in mundo sub onere peccati liberaret. Illic agni sanguis, vastatoris averruncatio fuit; hic Agni immaculati [20] Jesu Christi sanguis (1), dæmonum expultrix causa constitutus. Tyrannus ille veterem illum populum ad mare insecutus est: te quoque audax ille, impudens et malorum princeps dæmon, ad salutares usque fontes insequebatur. Ille in mari demersus est: et iste in salutari aqua evanescit.

IV. Verum tibi præcipi audis, ut extensa tanquam ad præsentem manu, dicat: *Abrenuntio tibi*

[19] Exod. XIV, 22, 30. [20] I Petr. I, 19.

(1) *Jesu Christi sanguis*, etc. Quomodo in Jesu Christi sanguine Christianorum corporibus admoto et diabolum effugante, adimpleatur figura sanguinis agni paschalis, qui Hebræorum domibus applicitus angelum vastatorem arcebat, varie est a variis explicatum. Sunt qui illud intelligant de signo crucis; ita Prudentius in *Apotheosi contra Judæos*:

« Passio quæ nostram defendit sanguine frontem »,
« Corporeamque domum signato collinit ore ».

Cæsarius hom. 6 « De Paschate: Quando postes domorum sanguine illius jubentur inscribi, id est crucis titulo mens [*forte* frons] nostra depingi ». Cyril. Alex. homil. 10 Pasch., pag. 132; Primas. in *Heb.* XI, 8. Alii de epoto Christi sanguine interpretantur. Ita Eusebius Cæsar., caten. *in Luc.* c. XXII, 7: « Suum « sanguinem pro nostræ salutis lytro dedit. Eo animam corpusque nostrum obsignantes ac munientes « omne genus dæmonum nobis insidiantium ejecimus; et festum transitus celebrantes ad divina transire satagimus ». Chrysostom hom. 16 *in Hebr.*, pag. 847; Cyrillus Alex. Glaphyr. *in Exod.*, p. 270, et in *Collectaneis* ad calcem tom. VI, p. 20; Missale Gothicum apud Mabill., *Liturg. Gal.* lib. III, n. 30, p. 240, et *Gallican. vetus*, n. 22, ibid. p, 356; Nicetas in orat. XLI; Naz. num. 4, aliique. Alii tandem simplicius de virtute passionis Christi, cujus merito dæmones a nobis arcet Deus, eisque resistendi vim nobis inspirat. Tres forte sensus illos respexit Cyrillus. Secundus ad litteram magis accedit; eoque libentius illum præ oculis habuisse auctorem nostrum existimem, quod cat. 23, n. 22, jubet post communionem calicis ex humore labiis adhærente oculos, frontem et reliquos sensus consecrari: qui mos etiam aliarum Ecclesiarum Græcarum erat.

(2) Τὴν γεγενημένην. Ita omnes codd. Legendum tamen videretur τῶν γεγενημένων, quod legit vel supposuit Grod.

(3) Τοῦ βαπτιστηρίου. Coisl., τοῦ βαπτίσματος. Hoc vestibulum baptisterii vocat num. 11 *exteriorem ædem*, ἐξώτερον οἶκον, ut ab ipso baptisterio, quod *Sanctum sanctorum* appellat, distinguatur. Loco ἀπετάττεσθε, valde suspicor legendum, ἀποτάττεσθαι, *abrenuntiare*. Quod secutus est Grodecius. Paulo post, loco οὕτως, scripsimus, οὗτος, ex codd. Roe, Casaub., Ottob. et Coisl.

(4) Ὅμως ἐχώρει. Legendum existimo, ὁμόσε ἐχώρει, *cominus institit*.

(5) Καταπονουμένους. Cum editi habeant, καταπονουμένους, *demersos*, restituimus ex codd. Roe, Genovef., Ottob., ambobus Coisl., Casaub. et Grod., καταπονουμένους· quæ vox multo melius respondet verbo membri superioris, θλιβόμενον.

μαι (1) καὶ τίνος ἕνεκεν ἔστασθε πρὸς δυσμὰς, εἰπεῖν· ἀναγκαῖον γάρ. Ἐπειδὴ τοῦ φαινομένου σκότους τόπος αἱ δυσμαί· ἐκεῖνος δὲ σκότος τυγχάνων, ἐν σκότῳ ἔχει καὶ τὸ κράτος· τούτου χάριν συμβολικῶς πρὸς δυσμὰς ἀποβλέποντες, ἀποτάσσεσθε τῷ σκοτεινῷ ἐκείνῳ καὶ ζοφερῷ ἄρχοντι. Τί οὖν ὑμῶν ἕκαστος ἑστὼς ἔλεγεν ; Ἀποτάσσομαί σοι, Σατανᾶ, σοὶ τῷ πονηρῷ καὶ ὠμοτάτῳ τυράννῳ. Οὐκ ἔτι σου δέδοικα, λέγων, τὴν ἰσχύν. Κατέλυσε γὰρ ταύτην Χριστὸς, αἵματός μοι καὶ σαρκὸς κοινωνήσας, ἵνα διὰ τούτων (2) καταργήσῃ θανάτῳ τὸν θάνατον, ὅπως μὴ διαπαντὸς ἔνοχος γένωμαι δουλείας. Ἀποτάσσομαί σοι τῷ δολερῷ καὶ πανουργοτάτῳ ὄφει. Ἀποτάσσομαί σοι ἐπιβούλῳ ὄντι, καὶ προσποιήσει φιλίας πράξαντι πᾶσαν παρανομίαν, καὶ ἐμποιήσαντι τοῖς ἡμετέροις προγόνοις ἀποστασίαν. Ἀποτάσσομαί σοι, Σατανᾶ, τῷ πάσης κακίας δημιουργῷ καὶ συνεργῷ.

A *Satana.* Volo et cujus rei gratia ad occidentem steteritis, edicere ; necesse est enim. Quoniam sensibilium tenebrarum locus est occidens, ille vero in tenebris imperium habet, cum ipse sit tenebræ : idcirco ad servandam symboli rationem ad occasum respicientes, tenebroso illi et caliginoso principi abrenuntiatis. Quid igitur stans dixit vestrum unusquisque ? *Abrenuntio tibi Satana,* tibi maligno ac dirissimo tyranno. Non amplius, ais, vim tuam formido : hanc enim dissolvit Christus, sanguinis et carnis mecum particeps factus, ut per hæc mortem morte aboleret, ut ne perpetuo obnoxius essem servituti [21]. *Abrenuntio tibi* callido et vaferrimo serpenti. *Abrenuntio tibi*, qui insidiator es, et omnem simulatione amicitiæ iniquitatem peperisti, primisque nostris parentibus defectionem inspirasti. *Abrenuntio tibi*, *Satana*, cujusvis improbitatis et auctori et administro [22].

B

Ε. Εἶτα ἐν δευτέρᾳ λέξει μανθάνεις λέγειν· Καὶ πᾶσι τοῖς ἔργοις σου. Ἔργα δὲ τοῦ Σατανᾶ (3), πᾶσά ἐστιν ἡ ἁμαρτία, ἣ καὶ ἀποτάσσεσθαι ἀναγκαῖον· ὡσεὶ καὶ τύραννόν τις ἀποφυγὼν, πάντως που καὶ τὰ τούτου ὅπλα ἀπέρυγε. Πᾶσα οὖν κατ' εἶδος ἁμαρτία ἐγκατείλεκται τοῖς τοῦ διαβόλου ἔργοις. Πλὴν τοῦτο ἴσθι, ὅτι ὅσα λέγεις, μάλιστα κατ' ἐκείνην τὴν φρικωδεστάτην ὥραν, ἔγγραφά ἐστι ἐν τοῖς (4) τοῦ Θεοῦ βιβλίοις. Ἐπειδὰν τοίνυν ἐναντίον τι διαπραττόμενος τούτοις ᾖς, ὡς παραβάτης κριθήσῃ. Ἀποτάσσῃ τοίνυν τοῖς ἔργοις τοῦ Σατανᾶ, πάσαις φημὶ πράξεσι καὶ ἐννοίαις παρὰ λόγον γενομέναις.

V. Deinde in secunda formula doceris ut pronunties : *Et omnibus operibus tuis.* Opera Satanæ, quodcunque peccatum est, cui **308** abrenuntiare necesse est ; quemadmodum si quis tyrannum aufugit, prorsus arma quoque ipsius abjecit. Omne igitur peccati genus, diaboli operibus accensetur. Verumtamen illud te scire oportet, quæcunque illa præsertim formidabili hora dicis, in Dei libris scripto consignata haberi. Quando igitur cunque his quidpiam contrarii admiseris, tanquam fœdifragus judicaberis. Renuntias itaque Satanæ operibus, omnibus inquam et actionibus et cogitationibus quæ a ratione discedunt.

ζ. Εἶτα λέγεις, Καὶ πάσῃ τῇ πομπῇ αὐτοῦ. Πομπὴ δὲ διαβόλου ἐστὶ θεατρομανίαι, καὶ ἱπποδρομίαι, κυνηγεσία, καὶ πᾶσα τοιαύτη ματαιότης· ἧς εὐχόμενος ἐλευθερωθῆναι ὁ ἅγιος τῷ Θεῷ λέγει· Ἀπόστρεψον τοὺς ὀφθαλμούς μου τοῦ μὴ ἰδεῖν ματαιότητα. Μὴ περισπούδαστός σοι ἔστω ἡ θεατρομανία, ἔνθα τὰς ἀσελγείας (5) τῶν μίμων ὄψῃ, ὕβρεσι πεπραγμένας καὶ πάσῃ ἀσχημοσύνῃ, ἐκτεθηλυσμένων τε ἀνδρῶν ἐμμανεῖς ὀρχήσεις· μήτε ἡ τῶν (6) ἐν κυνηγίοις ἑαυτοὺς θηρίοις ἐκδιδόντων,

C

VI. Postea dicis : *Et omni pompæ illius.* Pompa vero diaboli est, theatrorum insaniæ, equorum cursus in hippodromis, venationes in circo, et reliqua hujuscemodi vanitas, de qua liberari se postulans sanctus Deo dicit : *Averte oculos meos, ne videant vanitatem* [23]. Ne tibi studio et cordi sit theatri insania, ubi conspicias mimorum petulantias omni contumelia et dedecore abundantes, atque effeminatorum virorum furoris et amentiæ plenas saltationes, neque illa eorum qui in circensibus venationibus

[21] Hebr. II, 14, 14. [22] *Vide cat.* 2, *n.* 2, 3, 4. [23] Psal. CXVIII, 37.

(1) Βούλομαι, etc. Ex codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub. et Grod. hanc vocem substitui alteri, βουλόμενος, quæ absque constructione erat. Post, σκότους τόπος, *tenebrarum locus*, scripsi ex codd. Ottob. duobus, Coisl., Roe, Casaub. et Grod., loco σκότους τύπος, *tenebrarum figura ;* eo quod de Oriente dicat, infra n. 10, dum isti simile mysterium explicat, eam esse lucis regionem, τοῦ φωτὸς τὸ χωρίον.

(2) Διὰ τούτων, Post hæc verba subjicitur in editis aliisque codicibus, vox τῶν παθημάτων· quam in cod. Coislin. prætermissam, ut hoc loco redundantem erasimus : immissa videtur a librariis, ut Cyrilli sententia magis accederet ad verba Apostoli dicentis Christum communicavisse carni nostræ et sanguini, ut per mortem, διὰ τοῦ θανάτου, destrueret eum qui mortis imperium habebat.

(3) Ἔργα δὲ τοῦ Σατανᾶ. Ita Coisl., Ἔργα δὲ τοῦ Σατανᾶ ἁμαρτίαι, ὧν ἀποτάσσεσθαι ἀναγκαῖον. Codd. vero Roe et Casaub. omittunt, πᾶσά ἐστιν ἡ.

(4) Ἐν τοῖς. Præpositionem ἐν adjeci ex codicibus Coislin., Roe, Casaub. ; ambo tamen postremi post ἐν τοῖς, addunt γραφόμενα.

(5) Ἔνθα τὰς ἀσελγείας. Hic locus corruptissime in codd. Coislin., Roe et Casaub. legitur ad hunc modum : Ἔνθα αἱ ἀσέλγειαί εἰσιν τῶν μίμων ὄψεις (Roe et Casaub., ὄψις) ὕβρεσι πεπραγμέναις, καὶ πάσης ἀσχημοσύνης. In Genovef. et Ottob. ita : Ἔνθα οἱ ἀσελγεῖς (Ottob., αἱ ἀσέλγειαι) εἰσι τῶν μίμων ὄψεις, ὕβρεσι πεπραγμέναι καὶ πάσαις ἀσχημοσύναις· *Ubi impudici sunt mimorum vultus, ad contumelias et omne probri genus compositi.* Theatrum Adrianus in urbe Ælia exstruxerat : Cyrillus vestem sacram distraxit in usus egenorum ; quam dicebatur scenicus in theatro induisse.

(6) Μήτε ἡ (supple, μανία) τῶν, etc. Ex codd. Coisl., Roe, Casaub., Genovef. et Ottob. ita scripsimus, quibus corrigitur impressorum scriptura : Μήτε τοὺς ἐν κυνηγίοις ἑαυτοὺς ἐκδιδόντας. Quæ verba nullam superius habent vocem, cujus regimini subjiciantur.

sese feris exponunt, ut infelicem alvum demulceant; qui ut ventrem alimentis deliniant ipsi revera ventris immitium ferarum pabulum fiunt; atque ut rectius dicam, pro ventre, quem unum deum noverunt [24], propriam vitam in præcipitium singularibus certaminibus abjiciunt. Fuge etiam equorum curricula, quod prorsus insanum est, supinasque animas dejicit spectaculum. Hæc enim omnia diaboli pompæ exsistunt.

ἵνα τὴν ἀθλίαν κολακεύσωσι γαστέρα· οἵ, ἵνα κοιλίαν τροφαῖς θεραπεύσωσιν, αὐτοὶ γαστρὸς ἀτιθάσσων ἀληθῶς τροφὴ γίνονται θηρίων· ἵνα δὲ δικαίως εἴπω, ὑπὲρ οἰκείου θεοῦ τῆς κοιλίας, τὴν ἑαυτῶν ζωὴν κατὰ κρημνῶν μονομαχοῦσι (2). Φεῦγε καὶ τὰς ἱπποδρομίας, τὸ ἐμμανὲς θέαμα καὶ ψυχὰς ἐκταραχηλίζον ταῦτα γὰρ πάντα πομπή ἐστι τοῦ διαβόλου.

VII. Tum vero et illa quæ in idolorum solemnitatibus suspendi solent, sive carnes, sive panes, vel alia ejusdem modi quæ impurissimorum dæmonum invocatione contaminata sunt, diaboli pompæ adjunguntur. [25] Quemadmodum enim panis et vinum Eucharistiæ ante sanctam adorandæ Trinitatis invocationem (1), nudus panis et vinum erat, invocatione autem peracta, panis fit corpus Christi, et vinum sanguis Christi : ita et ejusmodi esculenta ad pompam Satanæ pertinentia, [26] cum ex natura sua nuda et communia sint, invocatione dæmonum profana et contaminata redduntur.

Z'. Ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν εἰδωλικαῖς πανηγύρεσι (3) κρεμώμενα, ἔσθ' ὅτε κρέα, ἢ ἄρτοι, ἢ ἄλλα τοιαῦτα μιανθέντα τῇ κῶν παρμιάρων ἐπικλήσει δαιμόνων, τῇ τοῦ διαβόλου πομπῇ ἐγκαταλέγεται. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος τῆς εὐχαριστίας, πρὸ τῆς ἁγίας ἐπικλήσεως τῆς προσκυνητῆς Τριάδος, ἄρτος ἦν καὶ οἶνος λιτός· ἐπικλήσεως δὲ γενομένης, ὁ μὲν ἄρτος γίνεται σῶμα Χριστοῦ, ὁ δὲ οἶνος αἷμα Χριστοῦ· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον, τὰ τοιαῦτα βρώματα τῆς πομπῆς τοῦ Σατανᾶ, τῇ ἰδίᾳ φύσει λιτὰ ὄντα, τῇ ἐπικλήσει τῶν δαιμόνων βέβηλα γίνεται.

VIII. Post hæc dicis : *Et omni cultui tuo.* Cultus diaboli est habita in idolorum **309** delubris supplicatio: quæ ad honorem inanimatorum simulacrorum fiunt; accendere lucernas, aut suffitus ad fontes vel fluvios adolere ; quemadmodum nonnulli somniis aut dæmonum fraude delusi, ad eas aquas accessere, rati se ibi corporearum infirmitatum medelam repertu-

Η'. Μετὰ ταῦτα λέγεις· Καὶ πάσῃ τῇ λατρείᾳ (4) σου. Λατρεία δέ ἐστι διαβόλου, ἡ ἐν εἰδωλείοις εὐχή· τὰ πρὸς τιμὴν γινόμενα τῶν ἀψύχων εἰδώλων· τὸ ἅπτειν λύχνους, ἢ θυμιᾶν παρὰ πηγὰς ἢ ποταμοὺς, ὥς τινες ἀπ' ἀνειράτων ἢ ἐκ δαιμόνων ἀπατηθέντες, ἐπὶ τούτους διέβησαν (5), οἰόμενοι καὶ σωματικῶν παθῶν τὴν ἴασιν εὑρήσειν· ἢ τοιαῦτα (6).

[24] Philipp. III, 19, [25] *Vid. cat.* 21, *num.* 3 ; *et cat.* 23, *num.* 7 *et* 19. [26] *Vid. cat.* 3, *num.* 3.

(1) *Quemadmodum panis et vinum*, etc. Ne comparatio quam instituit Cyrillus inter cibos, externa tantum et morali impuritate per dæmonum invocationem pollutos, et eucharistica elementa per consecrationem substantialiter mutata, nimium inæqualis videatur : attendendum 1° Cyrillum veram in iis cibis immunditiem admisisse videri, veramque utentibus perniciem per eos inferri censuisse ; 2° in iis cibis nocivam dæmonum præsentiam agnovisse ; qua non male cum Eucharistia, in qua Christus præsens est, comparantur. Vide cat. 3, num. 3, not. 2.

(2) Κατὰ κρημνῶν μονομαχοῦσι. In codd. Coisl., Roe, Casaub., Genovef. scribitur, μονομαχούντων, quæ lectio ferri potest, ut continuatio phrasis, μήτε τῶν, modo, οἵ, ante ἵνα κοιλίαν, vel eradatur, vel ut est in codd. Roe et Casaub., mutetur in ἤ *vel*. Locutio illa, κατὰ κρημνῶν μονομαχεῖν τὴν ζωήν, insolita prorsus et abhorrens videatur. Quamobrem V. Cl. Ant. Salvinus conjicit legendum esse, κατακρημνῶντες, *vitam suam in præcipitium adducentes, singularia certamina ineunt*. Crediderim potius scribendum, κατὰ κρημνῶν μόνον οὐκ ἄγουσι, *suam ipsorum vitam tantum non in præcipitia dejiciunt*, vel μονομαχοῦντες ὠθοῦσι.

(3) Ἐν εἰδωλικαῖς πανηγύρεσι. Coisl., Ottob., Roe, Casaubon, Genovef., ἐν εἰδωλείῳ (Roe et Casaubon , εἰδωλίῳ) καὶ ἐν (deest ἐν Coisl. et Genov.) πανηγύρεσι, *in idolorum delubro, et solemnibus mercatibus*. Vox πανήγυρις significat vel solemnem conventum, vel mercatum publicum. Per mercatum vertit Cotelerius similem locum lib. II *Const. ap.*, cap 62, pag. 210, ubi Christianis ea prohibentur, quæ hic Cyrillus interdicit. Mercatus illi in solemnitatibus idolorum frequentes erant ; quare utravis harum interpretationum hic conveniens est. Sic autem illum paganorum morem exprimit Nicetas in orat. XXXVIII, Naz. num. 8 : *Usitatum erat in festis publicisque conviviis super mensas lances ponere, in quibus carnes acervatim in altum congerebantur, eaque res* στοιβάς *vocabatur, ac quamdam tentoris formam gerebat.*

(4) Καὶ πάσῃ τῇ λατρείᾳ, etc. Deest πάσῃ in codd. Roe et Casaubon. At vox illa non hic videtur prætermissa, quæ in superioribus abrenuntiationibus adhibita est, num. 5, καὶ πᾶσι τοῖς ἔργοις σου· num. 6, καὶ πάσῃ τῇ πομπῇ αὐτοῦ. Eademque in diversis diversarum Ecclesiarum abrenuntiandi formulis fere semper reperitur.

(5) Ἐπὶ τούτους διέβησαν. Verba hæc desunt in codd. Coisl., Roe, Casaub., Ottob. 2, et Grod. Vix dubito hæc quasi ad supplementum phraseos a describentibus adjecta esse. Illis enim detractis salvus est sensus et constructio.

IV. Ac primum in fronte peruncti estis, ut ab ea verecundia liberaremini, quam primus homo transgressor ubique circumferebat [74] : utque relecta facie gloriam Domini tanquam in speculo contemplaremini [75]. Deinde in auribus : ut aures acciperetis divinorum mysteriorum audientes, de quibus Isaias dicebat : *Et addidit mihi Dominus auriculam ad audiendum* [76] ; Dominusque Jesus in Evangeliis : *Qui habet aures ad audiendum, audiat* [77]. Postea ad nares : ut divinum amplectantes unguentum diceretis : *Christi bonus odor sumus Deo, in iis qui salvi fiunt* [78]. Tum vero et pectus peruncti estis : ut induentes thoracem justitiæ, starelis adversus insidias diaboli [79]. Nam velut Christus post baptismum et sancti Spiritus in se adventum, egressus debellavit adversarium [80] : ita et vos post sacrum baptisma et mysticum [81] unguentum, induti totam sancti Spiritus armaturam adversus oppositam potestatem consistitis [82], eamque debellatis aientes : *Omnia possum in eo qui me corroborat Christo* [83].

Δ'. Καὶ πρῶτον ἐχρίεσθε ἐπὶ τὸ μέτωπον· ἵνα ἀπαλλαγῆτε τῆς αἰσχύνης, ἣν ὁ πρῶτος παραβάτης (2) ἄνθρωπος πανταχοῦ περιέφερε· καὶ ἵνα ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτρίζησθε. Εἶτα ἐπὶ τὰ ὦτα· ἵνα προσλάβητε τὰ ἀκουστικὰ τῶν θείων μυστηρίων ὦτα, περὶ ὧν Ἡσαΐας ἔλεγε· Καὶ προσέθηκέ μοι Κύριος ὠτίον τοῦ ἀκούειν· καὶ ὁ Κύριος (3) Ἰησοῦς ἐν Εὐαγγελίοις· Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. Εἶτα ἐπὶ τὴν ὄσφρησιν· ὅπως τοῦ θείου ἀντιλαμβανόμενοι μύρου, λέγητε· Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ Θεῷ ἐν τοῖς σωζομένοις. Μετὰ ταῦτα ἐπὶ τὰ στήθη. ἵνα ἐνδυσάμενοι τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, στῆτε πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου. Ὥσπερ γὰρ ὁ Χριστὸς (4) μετὰ τὸ βάπτισμα καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιφοίτησιν, ἐξελθὼν κατηγωνίσατο τὸν ἀντικείμενον· οὕτω καὶ ὑμεῖς μετὰ τὸ ἱερὸν βάπτισμα καὶ τὸ μυστικὸν χρίσμα ἐνδεδυμένοι τὴν πανοπλίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἵστασθε πρὸς τὴν ἀντικειμένην δύναμιν (5), καὶ ταύτην καταγωνίζεσθε λέγοντες· Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντι με Χριστῷ.

V. Hoc sancto chrismate digni habiti, vocamini Christiani, veritatem quoque nominis hujus per regenerationem assequentes. Prius enim quam hæc vobis gratia collata esset, eo nomine proprie digni non eratis, sed eo contendebatis ut essetis Christiani.

Ε'. Τούτου τοῦ ἁγίου χρίσματος (6) καταξιωθέντες, καλεῖσθε Χριστιανοί. ἐπαληθεύοντες τῇ ἀναγεννήσει καὶ τὸ ὄνομα. Πρὸ γὰρ τοῦ καταξιωθῆναι ὑμᾶς ταύτης τῆς χάριτος. ταύτης τῆς προσηγορίας κυρίως οὐκ ἦτε ἄξιοι. ἀλλ' ὁδεύοντες προσβαίνετε εἰς τὸ εἶναι Χριστιανοί.

[74] Gen. III, 7. 8. [75] II Cor. III, 18. [76] Isa. L, 4. [77] Matth. XI, 15. [78] II Cor. II, 15. [79] Ephes. VI, 14 et 11. [80] Matth. IV, 1 seqq. [81] *Vid. cat.* 3, *n.* 13 ; *et cat.* 17, *n.* 36. [82] Ephes. VI, 11, [83] Phil. IV, 13.

(1) Παρουσίᾳ. Coisl., Roe, Casaub., Ottob., Scirlet, ferunt, παρουσιας. Non alia, præter eam quam sequimur, lectione et interpunctione hujus loci commoda constructio ac sensus informari potest. Quod sanctum chrisma Spiritus sancti efficiens dicitur, neminem conturbare potest ; cum dicamus quotidie post SS. Patres, sacerdotes Christi corpus suo ore conficere, Christum in nobis formari ; etc.

(2) Παραβάτης, Mitius Roe, et Casaub., παραβάς. Inferius, post δόξαν vocem Κυρίου adjecimus ex codd Coisl., Roe, Casaub., Grod. et sacro textu.

(3) Καὶ ὁ Κύριος. Voces λαὶ et Κύριος, addidimus ex codd. Coisl., Roe, Casaub. et Grod., sed omittunt Ἰησοῦς.

(4) Ὁ Χριστός. Coisl., Roe, Casaub., Grod. ὁ Σωτήρ, *Salvator*.

(5) Ἀντικειμένην δύναμιν. Iidem, Grodecio excepto, ἀντικειμένην ἐνεργειαν. Ita cat. 20, num. 3, de oleo catechumenorum, φυγαδευτήριον τυγχάνον παντὸς ἴχνους ἀντικειμένης ἐνεργείας. Et Procat. n. 10, ἵνα νικήσῃς ἀντικειμένας ἐνεργείας.

(6) Χρίσματνς. Coisl.. Roe, Casaub., χαρίσματος. Post, loco ταύτης τῆς χάριτος, in iisdem cod. habetur, Τὸ βάπτισμα τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριν. Fuisset igitur ante legendum, καταξιῶσαι. « Antequam baptisma Spiritus sancti gratiam vobis con« ferret ; » in Ottob. 2, καταξιωθῆναι ὑμᾶς τοῦ βαπτίσματος, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριν· etiam constructione peccans locutio. Inferius προεβαίνετε scripsimus ex codd. Ottob. et Coislin., loco προβαινετε. Christianorum nomen non gestabant catechumeni certis locis ut in Africa, teste August. tract. 44 *in Joan.*, num. 2, quo loco catechumenus ad quæstionem, *Christanus es?* respondet, *Non sum*, Hierosolymis vero baptizandi, cum fideles dicerentur, multo etiam magis ferebant nomen Christianorum, quod sibi cum auditoribus commune testatur Cyrillus cat. e0, n. 16. Vulgo ii qui primum ad Christianam religionem accedebant, crucis impositione ouscepta Christiani fieri dicebpntur : tum alea cæremonia, ut manus impositione, catecgumeni fiebant, deinde exorcismis subjiciebantur. Hunc ordinem describit canon 7 conc. CP. Vide et can. 39 et 45 conc. Eliberit. : at perfectus Christianus solo confirmationis sacramento efficitur.

ζ'. Εἰδέναι δὲ ὑμᾶς ἀναγκαῖον, ὅτι τοῦ χρίσματος A τούτου ἐν Παλαιᾷ Γραφῇ τὸ σύμβολον κεῖται. Καὶ γὰρ ὁπηνίκα τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσταγμα Μωσῆς τῷ ἀδελφῷ μετεδίδου, ἀρχιερέα καθιστῶν τοῦτον· μετὰ τὸ ἐν ὕδατι λούσασθαι, ἔχρισε· καὶ ἐκαλεῖτο Χριστὸς, ἐκ τοῦ χρίσματος δηλαδὴ τοῦ τυπικοῦ. Οὕτω καὶ τὸν Σολομῶνα προάγων εἰς βασιλέα, ἔχρισεν αὐτὸν, μετὰ τὸ λούσασθαι ἐν τῷ Γειὼν, ὁ ἀρχιερεύς. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκείνοις συνέβαινε τυπικῶς, ὑμῖν δὲ οὐ τυπικῶς, ἀλλ' ἀληθῶς· ἐπειδὴ ἀπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐχρίεσθε ἀληθῶς, ἡ ἀρχὴ τῆς ὑμετέρας (1) σωτηρίας ὁ Χριστός· ἐκεῖνος γὰρ ἀληθῶς ἀπαρχὴ, καὶ ὑμεῖς τὸ φύραμα· εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, δηλονότι μεταβήσεται ἐπὶ τὸ φύραμα ἡ ἁγιότης.

VI. Nosse autem vos oportet chrismatis [seu unctionis] hujus in Veteri Scriptura symbolum exstare. Quando enim Moyses divinum cum fratre communicavit mandatum, summum eum sacerdotem constituens, ablutum aqua perunxit [84] : [85] vocatusque est christus [86], ab chrismate videlicet [seu unctione] figurativa. Sic et Salomonem summus pontifex in regem promovens, unxit eum postquam lavisset in Gihon [87]. At hæc in figura contingebant illis [88] : vobis autem non secundum figuram, **318** sed in veritate ; siquidem a Spiritu sancto vere inuncti estis. Principium vestræ salutis est Christus ; ille enim vere primitiæ est [89], vos vero conspersio [90] : [91] si autem primitiæ sanctæ sunt, non dubium quin ad conspersionem transferenda sit sanctitas.

Ζ'. Τοῦτο φυλάξατε ἄσπιλον· πάντων γὰρ ἔσται B τοῦτο διδακτικὸν, εἰ ἐν ὑμῖν μένοι, καθὼς ἀρτίως ἠκούσατε τοῦ μακαρίου Ἰωάννου λέγοντος, καὶ πολλὰ περὶ τούτου χρίσματος φιλοσοφοῦντος. Ἔστι γὰρ τοῦτο τὸ ἅγιον (2), πνευματικὸν σώματος φυλακτήριον, καὶ ψυχῆς σωτήριον. Τοῦτο ἐκ παλαιῶν χρόνων ὁ μακάριος Ἡσαΐας προφητεύων ἔλεγε· Καὶ ποιήσει Κύριος πᾶσιν ἔθνεσιν (3) ἐπὶ τὸ ὄρος τοῦτο (ὄρος δὲ καλεῖ τὴν Ἐκκλησίαν καὶ ἀλλαχοῦ, ὡς ὅταν λέγῃ· Καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς τὸ ὄρος Κυρίου), πίονται οἶνον, πίονται εὐφροσύνην, χρίσονται μύρον. Καὶ ἵνα ἀσφαλίσηταί σε, ἄκουε ἃ περὶ τούτου τοῦ μύρου, ὡς μυστικοῦ, φησί· Παράδος ταῦτα πάντα τοῖς ἔθνεσιν· ἡ γὰρ βουλὴ τοῦ Κυρίου ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη. Τούτῳ οὖν χρισθέντες τῷ ἁγίῳ μύρῳ, τηρήσατε αὐτὸ ἄσπιλον καὶ ἄμωμον ἐν ὑμῖν· δι' ἔργων ἀγαθῶν προκόπτοντες, καὶ εὐάρεστοι γενόμενοι τῷ ἀρχηγῷ τῆς σωτηρίας ὑμῶν Χριστῷ Ἰησοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

VII. Hoc [chrisma] incontaminatum custodite : de omnibus enim vos docebit, si in vobis manebit : quemadmodum paulo ante audivistis beatum Joannem aientem [92], et multa de hac unctione philosophantem. [93] Est enim hoc [chrisma] sanctum, spirituale corporis amuletum, et animæ salutare [præsidium]. De eo jam a veteribus temporibus beatus Isaias prophetans dicebat : « Et faciet Dominus omnibus gentibus in monte hoc » (montem autem appellat Ecclesiam, etiam in aliis locis, velut cum dicit : « Et erit in extremis diebus conspicuus mons « Domini [94]) : bibent vinum, bibent lætitiam ungentur oleo [95] ». Atque ut eo magis te confirmet, audi quæ de hoc unguento tanquam mystico dicit : « Tradе hæc omnia gentibus : consilium enim Domini super omnes gentes [96] ». Hoc igitur sancto unguento peruncti, illud immaculatum et a reprehensione liberum in vobis custodite ; per bona opera proficientes, et placentes auctori salutis vestræ Christo Jesu : cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[84] Levit. VIII, 1 seqq. [85] *Vid. cat.* 3, *n.* 5. [86] Levit. IV, 5. [87] III Reg. I, 39, 45. [88] I Cor. X, 11. [89] I Cor. XV, 23. [90] I Cor. V, 7. [91] *Vid. cat.* 17, *num.* 9. [92] I Joan. II, 27. [93] *Vid. cat.* 17, *num.* 37. [94] Isa. II, 2. [95] Isa. XXV, 6. [96] ibid. 7.

(1) Τῆς ὑμετέρας. Codd. Ottob., Roe, Casaub., Grod. ἡμετέρας. Inferius, pro ἡμεῖς, scripsi, ὑμεῖς, ex Coisl., Roe, Casaub.

(2) Τοῦτο τὸ ἅγιον. Hoc *sanctum* supple *chrisma*. Articulum ex codd. Roe et Casaub. adjecimus. Familiaris Cyrillo loquendi ratio. Sic de Ecclesia, cat. 18, num. 26 : Τοῦτο τὸ θεῖον ὄνομα τυγχάνει τῆς ἁγίας ταύτης καὶ μητρός, etc ; cat. 16, num. 13 de Spiritu sancto : Ποῖον λέγει ἡ Γραφὴ τὸ ἅγιον, et num. 15 : Μὴ νομίσῃς (λόγον) περὶ τοῦ ἁγίου τούτου εἶναι. Paulo post, verba, καὶ ψυχῆς σωτήριον, desunt in codd. Coisl., Roe et Casaub.

(3) Πᾶσιν ἔθνεσιν. Coisl., Roe, Casaub. πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, ut in Isaia. Inferius, verba, πίονται οἶνον, quæ Cyrillus ponit ante πίονται εὐφροσύνην, in Bibliis post collocantur. Inferius, pro τοῦ Κυρίου est in sacro textu ἄνη, *voluntas hæc*. Hunc porro locum uti Cyrillus noster Eusebius Cæsariensis et Cyrillus Alexandrinus, et Hieronymus de mysteriis sacri chrismatis et Eucharistiæ intelligunt in suis ad Isaiam commentariis.

CATECHESIS VICESIMA SECUNDA.

MYSTAGOGICA IV.

DE CORPORE ET SANGUINE DOMINI.

PRÆLOQUIUM.

I. *Tertium sacramentum quod initiatis consequenter conferebatur, erat Eucharistia; cujus vim et rem, effectus, figuras et commendationes in Veteri Testamento, gravissime et dilucide describit Cyrillus Tota fere oratione auditoribus probare nititur, panem eucharisticum et vinum, quamvis sensus aliud renuntient, in corpus et sanguinem Christi commutata esse. Ut omnem hujus rei dubitationem amoveat, sancti Pauli auctoritate, diserta Jesu Christi asseveratione, aliisque a Christo mirabilibus effectis, conversionis hujus veritatem confirmat* (num. 1, 2, 3). *Ab sacramenti hujus fructu et effectu in veteribus Scripturis notato, Christianæ legis excellentiam, præ Veteri Testamento, et profana idolorum religione, commendat; brevique ad communionem cum certa fide et spe bona sumendam exhortatione, sermoni modum imponit* (n. 4, 5).

II. *Nihil fere, ad astruendam catholicam de reali Christi corporis in Eucharistia præsentia et transsubstantiatione fidem, tota antiquitate luculentius ac disertius inveniri potest. Data opera, simplicibus et electis verbis, rudibus adhuc rerum nostrarum neophytis, coram Domini* **319** *sepulchro, remotis ut videtur arbitris, quid de nostris mysteriis sentire debeant, exponit : nullus ibi allegoriæ, metaphoræ, exaggerationi, dissimulationi locus. Frivolas Riveti Albertini et Millesii exceptiones, quibus eorum testimoniorum vim eludere conantur, in dissertatione tertia articulo peculiari refellimus. Hic autem in notis ea tantum attigimus, quæ ad declarandum auctoris sensum, et vim sententiarum et argumentorum ejus penitus aperiendam pertinent.*

III. *Habita est hæc oratio feria quinta paschali. Eam recensuimus ad codd. Coisl., Roe, Casaub., Ottobon. et Genovef. Insuper eam contulimus cum Græcis codicis Scirletiani ab Stanislao Hosio repræsentatis; qui hanc catechesim integram ex illo codice dedit, in defensione confessionis synodi Petricoviensis cap.* 39, *de sacramento Eucharistiæ. Nonnulla præterea hujus, et proxime sequentis catechesis fragmento referuntur in libello inedito* Περὶ θείων μυστηρίων. De divinis mysteriis, *Bibl. Reg. cod.* 2428, *qui liber conscriptus videtur adversus eos qui dona in altari proposita, non in veritate, sed in typo et figura corpus et sanguinem Christi esse aiebant; ac præter præfationem auctoris, nihil nisi selecta quædam veterum de sacris mysteriis testimonia continet; ex eorum vero quos citat ætate, quorum nullus octavo sæculo posterior est, antiquum esse auctorem libelli colligere licet. Quia vero Albertino visum est, harum catecheseon veritatem, aut integritatem saltem in dubium vocare, propter nonnullas varietates, quæ inter editum Cyrilli textum et transcripta in hoc libello Cyrilli verba observantur : eas ad singula catecheseos loca summa fide indicandas judicavimus, aliquot præmissis observationibus. Quarum prima est, omnes illos testimoniorum collectores in iis referendis summa licentia uti, resecando, addendo, mutando. media quæ ad suum propositum non pertinent transiliendo, et extrema cum extremis continenter jungendo : quamobrem imprudentissime faciat, qui Patrum textum, in codicibus eorum Opera continentibus ex integro descriptum, ad normam earum citationum emendare velit : quod quidem cum in cæteris Catenarum, Pandectarum, etc. collectoribus observetur, in hoc libello præ cæteris insigniter elucet; in quo non solum Cyrilli, sed et aliorum auctorum testimonia, non mediocriter ab illorum editis et mss. textibus dissident. Secundo, codex ille librariorum imperitia summe depravatus est, et mutilus; adeo ut non solum auctorum in illo citatorum loca indiligentissime referantur : verum etiam ipse textus auctoris, qui, ut dixi, una brevi præfatiuncula continetur, ita fœdatus sit, ut certis locis vix ullus sensus elici queat. Postremo, quæcunque sit seu auctoris seu librarii in referendo Cyrilli textu indiligentia, nulla in ipsis locis, quæ stomachum Albertino movent, et transsubstantiationem disertius stabiliunt, alia varietas exsistit, præterquam paucorum verborum, quæ nihil ad sensum conferunt; ita ut in iis omnino catholicum realis præsentiæ et transsubstantiationis dogma contineatur : quæ nimirum ab auctore ob id ipsum convincendum in hoc opusculo prolata sunt.*

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ ΜΥΣΤΑΓΩΓΙΚΗ Δ'

Περὶ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους Παύλου (1) Ἐπιστολῆς· Ἐγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ Κυρίου, ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν, καὶ τὰ ἑξῆς.

CATECHESIS MYSTAGOGICA IV.

De corpore et sanguine Christi. Et lectio ex Pauli ad Corinthios Epistola: *Ego enim accepi a Domino, quod et tradidi vobis* [97], et quæ sequuntur.

Α'. Καὶ αὕτη (2) τοῦ μακαρίου Παύλου ἡ διδασκαλία, ἱκανὴ καθέστηκε πληροφορῆσαι ὑμᾶς περὶ τῶν θείων μυστηρίων, ὧν καταξιωθέντες, σύσσωμοι καὶ σύναιμοι τοῦ Χριστοῦ γενόνατε. Αὐτὸς γὰρ ἀρτίως ἐβόα. Ὅτι ἐν τῇ νυκτὶ ᾗ παρεδίδοτο ὁ Κύριος ἡμῶν (3) Ἰησοῦς Χριστὸς, λαβὼν ἄρτον καὶ εὐχαριστήσας, ἔκλασε καὶ ἔδωκε τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταις, λέγων· Λάβετε, φάγετε, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα. Καὶ λαβὼν τό ποτήριον καὶ εὐχαριστήσας, εἶπε· Λάβετε, πίετε, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ αἷμα. Αὐτοῦ οὖν ἀποφηναμένου, καὶ εἰπόντος περὶ τοῦ ἄρτου, Τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα· τίς τολμήσει ἀμφιβάλλειν λοιπόν; Καὶ αὐτοῦ βεβαιωσαμένου καὶ εἰρηκότος, Τοῦτό μου ἐστὶ τὸ αἷμα· τίς ἐνδοιάσει ποτὲ, λέγων μὴ εἶναι αὐτοῦ τὸ αἷμα; A

I. Vel hæc sola beati Pauli institutio abunde sufficiens est, ut certam vobis de divinis mysteriis fidem faciat: quibus digni habiti, concorporei et consangues (5) Christi facti **320** estis. Ille enim modo clamabat: « Quod in ea nocte qua tradebatur Dominus « noster Jesus Christus, sumpto pane et gratiis actis, « fregit, et dedit suis discipulis dicens: Accipite, « manducate; hoc est corpus meum. Et sumpto ca- « lice, ac gratiis actis, dixit: Accipite, bibite; hic « est sanguis meus. » Cum igitur ipse pronuntiaverit [98], et dixerit de pane, *Hoc meum est corpus*, quis audebit deinceps ambigere? Et cum ipse asseveraverit et dixerit, *Hic meus est sanguis* [99], quis unquam dubitaverit, aiens non esse ejus sanguinem?

Β'. Τὸ ὕδωρ ποτὲ εἰς οἶνον μεταβέβληκεν, οἰκεῖον αἵματι, ἐν Κανᾷ (4) τῆς Γαλιλαίας· καὶ οὐκ ἀξιόπιστός ἐστιν, οἶνον μεταβαλὼν εἰς αἷμα; Εἰς γάμον σωματικὸν κληθεὶς, ταύτην ἐθαυματούργησε τὴν παραδοξοποτίαν· καὶ τοῖς υἱοῖς τοῦ νυμφῶνος οὐ πολλῷ B

II. Aquam olim in vinum, quod sanguini affine est, in Cana Galilææ transmutavit [1]: et eum parum dignum existimabimus cui credamus, cum vinum in sanguinem transmutavit? Ad nuptias corporales vocatus, stupendum hoc miraculum effecit: et non

[97] I Cor. XI, 23. [98] Matth. XXVI, 26. [99] ibid. 28. [1] Joan. II, 1-10.

(1) Παύλου. Vocem hanc minime alioqui necessariam addidimus ex Coisl. Roe, Casaub. Verba, καὶ τὰ ἑξῆς, ex Ottob. addidi.

(2) Αὕτη. Quamvis in mss. et editis omnibus codd. vox hæc ita scripbatur, αὐτή, sensus tamen postulavit ut aspirate scriberemus, αὕτη.

(3) Ἡμῶν. Ex cod. Scirlet. et Ottob., ἡμῶν scripsimus loco ὑμῶν, quod in editis mendose irrepsit. Ea vox porro non habetur in Apostoli textu, cujus verba paulo liberius retulit Cyrillus.

(4) Οἰκεῖον αἵματι, ἐν Κανᾷ, etc. Huc revocavimus Morelii editionis, et cod. Scirletiani scripturam, præferentes lectioni Prevotianæ, et Genovefani codicis, quæ loco horum verborum, οἰκεῖον αἵματι, fert, οἰκείῳ νεύματι, *proprio nutu*, eaque post ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίς, ponit. Nulla in utramvis partem codd. Coisl. Roe et Casaub. suffragatur auctoritas, cum propter vocem αἷμα repetitam, in his prætermissa sit phrasis, τὸ ὕδωρ, etc. usque ad εἰς γάμον excl. Potior visa nobis Moreliana et Scirletiana lectio. Quorsum enim hic voci νεύματι epithetum οἰκείῳ? magis conveniebat, μόνῳ, *solo nutu*. Ad hæc, non tam proprio nutu quam matris rogatu, Christus miraculum fecisse videtur. Contra maxime convenit hic nostra lectio, quæ ex affinitate vini cum sanguine maximam fidem conciliat miraculo Eucharistiæ; ac prius illud aquarum conversionis in vinum, veluti gradum præstruit ad alterum vini conversionis in sanguinem, vino quodammodo domesticum et affine. Quæ quidem affinitas ac necessitudo tum naturalis cum mystica plurima est. Ambobus idem vulgo color; eadem utriusque eliciendi ratio. Illud ex calcatis uvis; hic ex conculcato contritoque corpore exprimitur. Promiscuus alterius pro altero usus in Scriptura. Ut vinum sanguis uvæ dicitur, ita sanguis humanus, ac præcipue Christi, vini nomine in Scripturis exprimi solet. Ac de sanguine quidem Christi in Eucharistia Patres vulgo intelligunt ea verba Gen. XLIX, *Lavabit in vino stolam suam;* et ista Isaiæ LXIII, 1: *Quis est iste qui venit de Edom?* etc.

(5) *Concorporei et consangues*, etc. Easdem voces inferius adhuc repetit num. 3. Latine hæc male redduntur, sed quia habentur in Græco, ita ponenda. Observatio est sancti Hieronymi ad Ephes. III, 6, quo ex loco vox σύσσωμος, *concorporeus*, ab Cyrillo sumpta videri possit. Hæc autem ad exprimendum effectum Eucharistiæ maxime idonea visa est non Cyrillo soli, sed etiam Chrysostomo, hom. 6, *in Epist. ad Hebr.*, pag. 752; Isidoro Pelusiotæ, lib. III, ep. 195; Cyrillo Alexand., variis locis, ut lib. I, *De adorat*, pag. 12; lib. X, *in Joan.*, pag. 862; dial. 1, *De Trin.*, pag. 406, etc. Præcipue de sacerdotibus, quorum munus est Christi corpus consecrare, id dixit Hilarius, III *contra Constant.*, n. 11, ei imperatori aiens: « Quantum in te est, « concorporatos Christo a Christo discidisti. »

eum multo magis filiis thalami nuptialis [2] corpus suum et sanguinem fruenda donasse confitebimur?

III. Quare cum omni persuasione tanquam corpus et sanguinem Christi [illa] sumamus. [3] Nam in figura panis datur tibi corpus, et in figura vini datur tibi sanguis; ut cum sumpseris corpus et sanguinem Christi, concorporeus et consanguis ipsi efficiaris. [4] Sic enim et Christiferi efficimur, distributo in membra nostra corpore ejus et sanguine. Sic juxta beatum Petrum divinæ fimus consortes naturæ [5].

IV. Olim Christus cum Judæis disserens aiebat: « Nisi manducaveritis meam carnem, et biberitis « meum sanguinem, non habetis vitam in vobis ipsis [6]. Cum autem illi ea quæ **321** dicebantur (1) non spiritualiter cepissent, offensi abierunt retro, existimantes quod eos ad manducandas carnes hortaretur [7].

V. Erant et in antiquo fœdere panes propositionis : verum illi cum ad Vetus Testamentum attinerent, finem acceperunt. In Novo vero Testamento, panis est cœlestis et poculum salutaris [8], animam et corpus sanctificantia. Quemadmodum enim panis corpori conveniens est, ita et Verbum animæ consentaneum.

[2] Matth. IX, 15. [3] *V. cat.* 13, *n.* 19. [4] *Vid. super.* 61, 62, 67. [8] Psal. CXV, 13.

A μᾶλλον τὴν ἀπόλαυσιν τοῦ σώματος αὐτοῦ (2) καὶ τοῦ αἵματος, δωρησάμενος ὁμολογηθήσεται;

Γ'. Ὥστε μετὰ πάσης πληροφορίας, ὡς σώματος καὶ αἵματος μεταλαμβάνωμεν Χριστοῦ. Ἐν τύπῳ γὰρ ἄρτου, δίδοταί σοι τὸ σῶμα· καὶ ἐν τύπῳ οἴνου, δίδοταί σοι τὸ αἷμα· ἵνα γένῃ, μεταλαβὼν σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ, σύσσωμος καὶ σύναιμος αὐτοῦ. Οὕτω γὰρ καὶ Χριστοφόροι γινόμεθα, τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος εἰς τὰ ἡμέτερα ἀναδιδομένου (3) μέλη. Οὕτω κατὰ τὸν μακάριον Πέτρον, θείας κοινωνοὶ φύσεως γινόμεθα.

Δ'. Ποτὲ Χριστὸς τοῖς Ἰουδαίοις διαλεγόμενος, ἔλεγεν· Ἐὰν μὴ φάγητέ μου τὴν σάρκα, καὶ πίητέ μου τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. Ἐκεῖνοι μὴ ἀκηκοότες πνευματικῶς τῶν λεγομένων, σκανδαλισθέντες ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω, νομίζοντες ὅτι ἐπὶ σαρκοσαγίαν αὐτοὺς προτρέπεται.

B

Ε'. Ἦσαν καὶ ἐν Παλαιᾷ Διαθήκῃ ἄρτοι προθέσεως· ἀλλ' ἐκεῖνοι Παλαιᾶ ὄντες Διαθήκης, τέλος εἰλήφασιν. Ἐν δὲ τῇ Καινῇ Διαθήκῃ, ἄρτος οὐράνιος καὶ ποτήριον σωτηριου, ψυχὴν καὶ σῶμα ἁγιάζοντα. Ὥσπερ γὰρ (4) ὁ ἄρτος σώματι κατάλληλος, οὕτω καὶ ὁ Λόγος τῇ ψυχῇ ἁρμόδιος.

(1) *Illi ea quæ dicebantur*, etc. Id de Judæis dicit, quod de discipulis Christi narrat evangelista. Millesius vertit prave, *quæ spiritualiter dicebantur:* Cyrillus vero eos accusat quod *spiritualiter non intelligerent;* hoc est ad crudam et vulgarem carnium manducationem detorquerent, quod Christus de vera quidem et reali, sed Sacramenti sub typo obtecta, carnis suæ comestione dicebat. Spiritualiter autem intelligenda erant Christi verba; nempe panem illum ad animam magis quam ad corpus pertinere, propter divini Verbi præsentiam, infra num. 5. Eum non in ventrem, ut cæterorum ciborum more corpus alat, et reliquiæ in secessum ejiciantur, descendere; sed ad hoc dari ut animam pascat. et corpus ipsum suo attactu sanctificet, in totam hominis compagem distributus, cat 23, num. 15. Hoc a nobis explicato sensu, jubet infra num. 9 eucharisticum panem manducari veluti spiritualem, μεταλαμβάνων αὐτοῦ ὡς πνευματικοῦ· seu tanquam ad aliud quidpiam, quam ad alendum corpus destinatum; et sancti Spiritus illapsu aliud prorsus factum, ab eo quod sensus et gustus demonstret.

C

(2) Σώματος αὐτοῦ. Inter has duas voces interponitur in editis αὐτὸς. Quod cum in code. Coisl. Ottob. 2, Roe, Casaub. et Scirletiano non reperiatur, eradere non sumus veriti. Haud tamen penitus contemnenda ea lectio, quæ majorem sententiæ vim tribuit. Miraculi nuptiarum argumento ad firmandam transsubstantiationem præter Cyrillum utuntur plurimi, ut Gaudent. Brix., serm. *ad neophytos* 2 *De manduc. agni paschalis;* Euseb., lib. IX *Demonstr.*, pag. 439; Petrus Chrysologus serm. 160; Ecclesia Gallicana in Missali Gothico, Missa II, in die Epiph; Mabill. pag. 208, etc. Sed ut Cyrilliani argumenti vis melius capiatur observandum in baptismate Christi, nuptias cum anima Christiana celebrari: harum autem nuptiarum consummationem per conjunctionem corporum Eucharistiæ mysterio perfici. Lege Chrysostomi hom. XX *in Ephes.* pag. 1038; Theodoretum, totis *in Canticum* commentariis, in primis lib. II, ad cap. III, 11; sanctum Ephræm, *De judicio extremo*, Latinæ ed. pag. 235, Gr. p. 255; Brunon. Signiens. sermon. *in Dom.* 17 *Pent.* Secundum hanc doctrinam sanctam Agnetem virginem et martyrem ita loquentem inducit actorum ejus antiquis sane scriptor num. 3: *Jam mel et lac ex ejus ore suscepi* (post baptismum videlicet, ex vetusto more.) « Jam amplexibus ejus castis ad« stricta sum. Jam corpus ejus corpori meo sociatum est: et sanguis ejus ornavit genas meas.

D

(3) Ἀναδιδομένου. Codd. Coisl. Roe, Casaub. Scirlet. Ottob. 2. Genovef. habent, ἀναδεδεγμένου· sed male convenit cum duobus genitivis, τοῦ σώματος, et τοῦ αἵματος. Perspicuum est, male consultam esse vocis ἀναδιδομένου emendationem, offensis ea Christi corporis in membra nostra distributione librariis. At eodem etiam verbo utitur cat. sequenti num. 9: Οὗτος ὁ ἄρτος... εἰς πᾶσάν σου τὴν σύστασιν ἀναδίδοται, εἰς ὠφέλειαν σώματος καὶ ψυχῆς· « Panis iste in totam tui compagem distri« buitur, ad corporis et animæ emolumentum. » Nec alia fuit Patrum loquendi ratio, qui corpus Christi corpori nostro misceri agglutinari aiunt. Cyrill. Alex., lib. IV *in Joan.*, p. 364, et Greg. Nyss., orat. cat. c. 37, eo sanguinem et carnes nostras per transmutationem nutriri docent. Justin., apolog. 2, p. 98, sanguinem nostrum ex Christi sanguine, et corpus nostrum ex ejus corpore augeri; ex Eucharistia augeri et consistere carnis nostræ substantiam. Irenæus, lib. V, cap. 2, n 2 et 3, illud in nostra membra distribuit; et Origenes, *De oratione*, p. 93. Plura sunt loca similia apud Patres passim. Quod subjicit Cyrillus de divinæ per Eucharistiam naturæ participatione, idem a diversis Patribus explicatur. Vide Chrysost., hom. 24 *in 1 Cor.*, p. 256; auctorem librorum *De sacramentis*, apud Ambros., lib. VI, cap. 1, num. 2 et 4; sed præsertim Hilarium, lib. VIII, *De Trinit.*, n. 13 et sqq., et Cyrill. Alex., lib. XI *in Joan*, ad cap. XVII, 21, et dialog. 1 *De Trinit.*, pag. 407, ubi per Eucharistiam non moralem solummodo et affectus, sed naturalem divinæ nobiscum naturæ unionem effici aiunt: dum Christi corpus, in quo Verbum Patri natura conjunctum hypostatice inhabitat, in membris nostris naturaliter conjunctum recipimus.

(4) Ὥσπερ γάρ. Particulam γάρ ex codd. Coisl.

ζ'. Μὴ πρόσεχε (1) οὖν ὡς ψιλοῖς τῷ ἄρτῳ καὶ τῷ οἴνῳ· σῶμα γὰρ καὶ αἷμα Χριστοῦ κατὰ τὴν δεσποτικὴν τυγχάνει ἀπόφασιν. Εἰ γὰρ καὶ ἡ αἴσθησίς σοι τοῦτο ὑποβάλλει, ἀλλὰ ἡ πίστις σε βεβαιούτω. Μὴ ἀπὸ τῆς γεύσεως κρίνῃς τὸ πρᾶγμα· ἀλλ' ἀπὸ τῆς πίστεως πληροφοροῦ ἀνενδοιάστως, σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ καταξιωθείς.

VI. Quamobrem ne tanquam nudis(et communibus elementis)pani et vino (Eucharisticis)attende : sunt enim corpus et sanguis Christi, secundum Domini asseverationem ; nam etiamsi illud tibi suggerat sensus,fides tamen te certum et firmum efficiat. [9] Ne judices rem ex gustu ; sed ex fide citra ullam dubitationem certus esto, te corporis et sanguinis Christi dono dignatum fuisse.

Z'. Καὶ ὑπαγορεύσει σοι Δαβὶδ ὁ μακάριος τὴν δύναμιν, λέγων· Ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν, ἐξεναντίας τῶν θλιβόντων με. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· Πρὸ τῆς σῆς παρουσίας, τράπεζαν οἱ δαίμονες τοῖς ἀνθρώποις ἡτοίμασαν, ἠλισγημένην (2) καὶ μεμιασμένην, καὶ διαβολικῆς πεπληρωμένην δυνάμεως· ἀλλὰ μετὰ τὴν σὴν παρουσίαν, ὦ Δέσποτα, ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν. Ὅταν ὁ ἄνθρωπος λέγῃ Θεῷ· Ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν, τί ἄλλο σημαίνει ἢ τὴν μυστικὴν καὶ νοητὴν τράπεζαν, ἣν ὁ Θεὸς ἡμῖν ἡτοίμασεν ἐξεναντίας, ἀντὶ τοῦ ἐκ τοῦ ἐναντίου, καὶ ἀντικειμένως (3) τοῖς δαίμοσιν; Καὶ μάλα εἰκότως· ἐκείνη μὲν γὰρ κοινωνίαν ἔσχε δαιμόνων, αὕτη δὲ κοινωνίαν Θεοῦ. Ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου. Ἐλαίῳ ἐλίπανέ σου τὴν κεφαλὴν ἐπὶ μετώπου, διὰ τὴν σφραγῖδα, ἣν ἔχεις τοῦ Θεοῦ· ἵνα γένῃ (4) ἐκτύπωμα σφραγῖδος, ἁγία-

VII. Cujus rei quæ sit vis, explicabit tibi beatus David, dicens: *Parasti in conspectu meo mensam ex adverso iis qui affligunt me* [10]. Quod autem ait, hujusmodi est: Ante adventum tuum mensam dæmones hominibus apparaverant contaminatam [11], inquinatissimam, et diabolica potestate refertam : verum postquam advenisti, o Domine, *parasti in conspectu meo mensam*. Quando homo Deo dicit : *Parasti in conspectu meo mensam*, quid aliud significat præter mysticam et intelligibilem mensam quam Deus nobis apparavit *ex adverso*, hoc est ex adversa parte, et oppositam dæmonibus ? Et recte quidem : mensa enim illa communionem habebat cum dæmonibus ; isthæc vero cum Deo. *Impiguasti in oleo caput meum* [12]. Oleo caput tuum impinguavit in fronte, per signaculum quod habes Dei, ut efficiaris effigies signaculi [13], sanctificatio Dei. *Et calix tuus inebrians me*

[9] *Vid. cat.* 23, *num.* 10. [10] Psal. xxii, 5. [11] Malach. i, 7. [12] Psal. xxii, 5. [13] Exod. xxviii, 36.

Roe, et Casaub. addidimus. Verbum hic divinum intelligendum est, non nudus Dei sermo, sed secunda sanctæ Trinitatis persona, seu Christus ipse, panis cœlestis ut de se ipse testatur, Joan. vi, 51 : quem Cyrillus opponit terrestribus in Veteri Testamento propositionis panibus : alioqui male Cyrillus ex hac sententia concluderet per particulam οὖν, *igitur*, Eucharistiam esse vere corpus et sanguinem Christi. Cumque eucharisticum cibum ad animæ substantiam, ejus utilitatis gratia, pervenire dicat cat. 23, n. 15, id non de corpore Christi, vel de ejus anima, sed solum de Verbo utrique conjuncto dici potest. Verbum autem divinum angelorum et animæ cibum esse, communis apud omnes Patres oratio. Sæpe in ambiguo vocis hujus ludunt, modo divinum Verbum, modo sermonem et oracula Dei, animam nostram alere dicentes : utrumque verum est. Nam tota vis Eucharistiæ vivifica ex Verbo Dei carni susceptæ conjuncto deducitur : et totus eucharisticæ manducationis fructus in animæ nostræ conjunctio ne cum Verbo, mysteriorum ejus et verborum meditatione, et ad ea conformatione consistit.

(1) Μὴ πρόσεχε, etc. Hæc verba et sequentia usque ad καταξιωθείς incl. citantur ab auctore libelli inediti, cui titulus Περὶ θείων μυστηρίων, *De divinis mysteriis*, Bib. Reg. cod. 2428, pag. 111, cum his varietatibus. Loco, καὶ τῷ οἴνῳ, habet ἢ τῷ οἴνῳ, quæ verba desunt in cod. Roe, et Casaub. Post, omittitur vox Χριστοῦ, ut in codd. Coisl, Roe, et Casaub. Voces, εἰ γὰρ καί, etc. usque ad βεβαιούτω incl. in eo libello prætermittuntur. Post τὸ πρᾶγμα adjicitur φασίν. Loco σώματος, etc. habet post ἀνενδοιάστως, ὅτι σῶμα καὶ αἵματος Χριστοῦ κατηξιώθης. Deinde sequentia transilit, et immediate subjungit ista ex num. 9, sub initium, καὶ ὅτι, etc.

(2) Ἠλισγημένην. Ita optime restituit Milesius ex codd. Roe et Casaub., quibus consentiunt Coisl. et Genovef., qui tamen postremus habet, εἰλισγημένην. Ante habebatur in impressis, ἠλυγισμένην. Scirlet. apud Hosium, ἠληγγουμένην. Ottob., εἰλιγημένην. Alludit ad verba Malachiæ i, 7, ἄρτους ἠλισγημένους, τράπεζα ἠλισγημένη, ubi nonnulli mss. habent male, ηὐλογημένη. De diabolicæ mensæ, hoc est ciborum idolis consecratorum contaminatione; vide cat. 3, n. 3, et cat. 19, n. 4.

(3) Καὶ ἀντικειμένως. Deest καί Scirlet. Roe, Casaub. Scirletius scriptum habet ἀντικειμένην.

(4) Ἵνα γένῃ, etc. Roe, et Cas. Ottob. 1 et Genov., ἵνα γένησθε. Scirl. et Ott. 2, ἵνα γένησαι εἰς τύπωμα σφραγῖδος ἁγιασμοῦ Θεοῦ. Coisl., ἵνα ἔχῃς σφραγῖδος ἐκτύπωμα ἁγιασμοῦ Θεοῦ. Videntur hæ varietates proficisci ex ignoratione testimonii Scripturæ hic recitati ex Exodi cap. xxviii, 32, vel confusione duorum locorum in quibus habetur. In Exodo primum reperitur iisdem verbis quibus hic recitatur in textu, nisi quod pro Θεοῦ habetur Κυρίου· idem locus refertur vel citatur Ecclesiastici cap. xlv, 12 Gr., Vulg. 14, ibique habetur, ἐκτύπωμα σφραγῖδος ἁγιάσματος, absque Κυρίου. Cotelerius *Ecclesiæ Cræcæ monumentorum*, tom. III, in notis ad pag. 116, multas Patrum in hoc textu legendo varietates notat, quæ ad rem nostram nihil attinent. Tantum monemus, auctorem ad sacramentum chrismatis, quo frons oleo, et anima divino charactere signatur, transferre mysterium laminæ sacerdotalis, fronti summi pontificis impositæ ; in qua exarata erant hæc verba secundum LXX, Ἁγίασμα Κυρίου, seu, ut legit Cyrillus, Θεοῦ, *Sanctum Domini*. Eadem quoque comparatione utitur Bacchiarius, epistola ad Januarium, in qua multa habet Cyrillo nostro catechesi secunda similia ; et Amalarius, lib. i *Eccl. off.*, cap. 27. Sed observandum LXX ita vertisse, ut supponant laminam signaculi alicujus impressione supradictis litteris notatam fuisse : cum ex Vulgata *cælatoris opere* sculptæ fuerint in auro. Quamobrem comparatio a Cyrillo instituitur, ex una parte inter signaculum quo lamina impressa est ; et signaculum chrismatis in fronte baptizati, vel characterem Sacramenti in ejus anima impressum : et ex alia, inter [illegible]

quasi optimus [14]. Vides hic eum calicem dici, quem eum sumpsisset Jesus in manus et gratias egisset, **322** dixit : *Hic meus est sanguis, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum* [15].

VIII. Idcirco et Salomon eam gratiam in Ecclesiaste significans ait [16] : *Veni, comede in lætitia panem tuum* (spiritualem panem. *Veni :* vocat nimirum salutari, et quæ beatos facit, vocatione), *et bibe vinum tuum in corde bono :* vinum spirituale. *Et oleum super caput tuum effundatur* : (viden', quemadmodum etiam mysticum chrisma designet ?) *Et omni tempore sint tua vestimenta candida, quia Deo accepta sunt opera tua.* Prius enim quam ad gratiam accederes, *vanitas vanitatum* [17] erant opera tua. [18] Postquam vero exuisti vetera vestimenta, et ea quæ sunt spiritualiter candida induisti, semper te candidis vestitum esse oportet. Non hoc dicimus, quod vestibus albis te semper indui necesse sit ; sed quæ vere alba sunt et splendida (et spiritualia), his te indutum oportet, et juxta beatum Isaiam dicas : « Exsultet anima mea in Domino ; induit « enim me vestimento salutaris, et tunicam lætitiæ « circumposuit mihi [19]. »

IX. Isthæc edoctus et certissima imbutus fide quod qui videtur panis, panis non est, tametsi gustu sensibilis sit, sed corpus Christi ; et quod videtur vinum, vinum non est, etiamsi ita gustui videatur, sed sanguis Christi ; quodque ea de re antiquitus in Psalmis aiebat David : *Et panis cor hominis confirmat, ut exhilaret faciem in oleo* [20] : [21] confirma cor tuum, panem illum tanquam spiritualem sumens, et animæ tuæ faciem exhilara. Quam ultimam faciem retectam habens in pura conscientia, gloriam Domini velut in speculo contemplans [22], eas

σμα θεοῦ. Καὶ τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον με ὡσεὶ κράτιστον. Ὁρᾷς ἐνταῦθα ποτήριον λεγόμενον, ὃ λαβὼν Ἰησοῦς μετὰ χεῖρας, καὶ εὐχαριστήσας, εἶπε· Τοῦτό μου ἐστὶ τὸ αἷμα, τὸ ὑπὲρ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

Π'. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Σολομὼν ταύτην αἰνιττόμενος τὴν χάριν, ἐν τῷ Ἐκκλησιαστῇ λέγει· Δεῦρο, φάγε ἐν εὐφροσύνῃ τὸν ἄρτον σου (τὸν πνευματικὸν ἄρτον. Δεῦρο, καλεῖ τὴν σωτήριον καὶ μακαριοποιὸν κλῆσιν), καὶ πίε τὸν οἶνόν σου ἐν καρδίᾳ ἀγαθῇ (τὸν πνευματικὸν οἶνον), καὶ ἔλαιον ὑπὲρ κεφαλῆς σου ἐκχείσθω· (ὁρᾷς αὐτὸν, καὶ τὸ μυστικὸν αἰνιττόμενον χρῖσμα ;) καὶ διὰ παντὸς ἔστω σου τὰ ἱμάτια λευκὰ, ὅτι εὐδόκησε Κύριος τὰ ποιήματά σου. Πρὶν γὰρ (1) προσέλθῃς τῇ χάριτι, ματαιότης ματαιοτήτων ἦν τὰ ποιήματά σου. Ἀποδυσάμενον δὲ τὰ παλαιὰ ἱμάτια, καὶ ἐνδυσάμενον τὰ πνευματικῶς λευκὰ, χρὴ λευκειμονεῖν διαπαντός. Οὐ πάντως τοῦτο λέγομεν, ὅτι σε δεῖ λευκὰ ἱμάτια προβεβλῆσθαι ἀεὶ· ἀλλὰ τὰ ὄντως λευκὰ καὶ λαμπρὰ [καὶ πνευματικὰ (2)], ἀναγκαῖόν ἐστι περιβεβλῆσθαι, ἵνα λέγῃς κατὰ τὸν μακάριον Ἡσαΐαν· Ἀγαλλιάσθω ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ Κυρίῳ· ἐνέδυσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης περιέθηκέ μοι.

Θ'. Ταῦτα μαθὼν, καὶ πληροφορηθεὶς ὡς ὁ φαινόμενος ἄρτος οὐκ ἄρτος ἐστὶν, εἰ καὶ τῇ γεύσει αἰσθητὸς, ἀλλὰ σῶμα Χριστοῦ· καὶ ὁ φαινόμενος οἶνος, οὐκ οἶνός ἐστιν, εἰ καὶ ἡ γεῦσις τοῦτο βούλεται, ἀλλὰ αἷμα Χριστοῦ· καὶ ὅτι περὶ τούτου (3) ἔλεγε πάλαι ὁ Δαβὶδ ψάλλων· Καὶ ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου στηρίζει, τοῦ ἱλαροῦναι πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ· στηρίζου (4) τὴν καρδίαν, μεταλαμβάνων αὐτοῦ ὡς πνευματικοῦ· καὶ ἱλάρυνον τὸ τῆς ψυχῆς σου πρόσωπον. Ὃ γένοιτό σε ἀνακεκαλυμμένον ἔχοντα ἐν καθαρᾷ συνειδήσει, τὴν δόξαν (5) Κυρίου κατοπτριζό-

[14] Psal. XXII, 5. [15] Matth. XXVI, 28. [16] Eccle. IX, 7 sqq. [17] Eccle. I, 1, [18] *Vide Procat. num.* 3. [19] Isa. LXI, 10. [20] Psal. CIII, 15. [21] *Vid. sup. num.* 4. [22] II Cor. III, 18.

sigilli effigiem reddente, et animam hominis quæ signaculi sive in fronte sive in anima impressi similitudinem in moribus reddere debet : ut quemadmodum lamina exhibebat verba, *Sanctum Domini* ; ita anima sanctam, et sacerdotali quadam consecratione votam se Deo, dignis moribus probet.

(1) Πρὶν γάρ, etc. Ea verba usque ad ἀποδυσάμενον incl. propter repetitas voces, ποιήματά σου, prætermissa sunt in cod. Scirlet. et ed. Morel. In codd. vero Coisl. Roe, et Casaub. eorum loco habentur repetita hæc verba : Νῦν εὐδόκησε Κύριος τὰ ποιήματά σου. Post, participia. ἀποδυσάμενον et ἐνδυσάμενον, quæ in editis et aliis codd. in recto casu habentur, ex Ottob. cod. et Morel. editione accusativo reddidimus ; quanquam non unus est locus in Cyrillo, quo primis verbis non respondet sequentium constructio. Vide cat. 15, n. 33. Ex codd. Ottob. Coisl. Roe, et Casaub., πνευματικῶς posuimus pro πνευματικά.

(2) Καὶ πνευματικά. Eas voces uncinis inclusimus, cum desint in codd. Coisl. Roe, Casaub. Scirlet. ; habentur tamen in ed. Morelii, et versione Grod. Mihi additamentum ac glossamentum olent.

(3) Καὶ ὅτι περὶ τούτου, etc. Hæc usque ad ὃ γένοιτό σε excl. citantur in jam commemorato Περὶ θείων μυστηρίων libello, continenter cum verbis n. 6, quæ indicavimus nota 4 p. 1101, omittit porro verbum πάλαι cum codd. Coisl. Scirlet. Roe, Casaub. et vocem ψάλλων.

(4) Στηρίφον, etc. Aliter in libello præfato, Στηρίζων τὴν καρδίαν, καὶ μεταλαμβάνων πνευματικῶς, ἱλαρύνων (leg. ἱλάρυνον) τὸ τῆς ψυχῆς πρόσωπον· *Confirmans cor [tuum] et spiritualiter participans, hilara animæ vultum.*

(5) Ἐν καθαρᾷ συνειδήσει, τὴν δόξαν, etc. Ita scripsimus ex codd. Coisl. Roe, Casaub. Ottob. 1 et Grod. ; at in Ottob. est κατοπτριζομένην ἐργάζεσθαι. Ecquis, amabo, sensus erat in isti quæ ante legebantur : Ἐν καθαρᾷ συνειδήσει τεθεάσθαι τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζομένην, ἐργάζεσθαι ἀπὸ δόξης, etc. ? Clarius multo, sed brevius in codd. Scirlet. Ottob. 2, Genovef., Ἐν καθαρᾷ συνειδήσει θεᾶσθαι αὐτοῦ τὴν δόξαν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· *Ut possis in pura conscientia ejus gloriam videre, in Christo Jesu.* Loco ἔρχεσθαι quod ex Coisl. Roe, Casaub. scripsimus pro ἐργάζεσθαι, forte legendum ἕλκεσθαι, *trahi*, ut est in Cosma Ægyptio lib. II, pag. 256, qui hunc locum Pauli de Eucharistia interpretans, ait nos gloriosum Christi corpus participando, tanquam in speculo gloriam Domini contemplari ; eaque participatione nos gloriam æternæ vitæ attrahere ex gloria illa Domini, cujus participes sumendo corpus ejus efficimur : ἐφελκόμενοι δόξαν ἀπὸ τῆς αὐτοῦ δόξης. Quia nimirum sacris

μενον, ἔρχεσθαι ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ (1) ἡμῶν. ᾧ ἡ τιμὴ, καὶ κράτος, καὶ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. A

ex gloria in gloriam, in Christo Jesu Domino nostro, cui honor et potestas, et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

mysteriis, quæ sunt futuræ in Christo gloriæ symbola, communicamus, ut eam olim gloriam consequamur.

(1) Τῷ Κυρίῳ. Articulum ex codd. Scirlet. Roe, et Casaub. adjicimus, ut est in fine *Procat.* et cat. 4, 6, 10, 17. Pro ᾧ. Scirlet. τῷ ἡ. Idem cum Ottob. 2 Coisl. et Roe, omittit voces, τιμὴ καὶ κράτος καί. Ottob. 1, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ τιμὴ καὶ κράτος, Ἀμήν.

---

923 CATECHESIS VICESIMA TERTIA.

MYSTAGOGICA V.

DE SACRA LITURGIA ET COMMUNIONE.

—

ADMONITIO.

I. In hac institutione omnium postrema exponit Cyrillus singulas sacrificii incruenti partes, quas brevibus ac dilucidis expositionibus illustrat, et communicandi ritus ac modum. Omissis quæ ad initium liturgiæ pertinebant, ea tantum recenset, quæ, pnlsis iis omnibus quibus sacro interesse jus non erat, actioni sive Missæ fidelium propria erant.

II. Incheat ab manuum ablutione sacerdotis et presbyterorum, diacono ministrante facta : quam munditiei animarum symbolum esse docet (num. 2). Deinde de osculo pacis, animorum reconciliationis signo, dicit (num. 3). Sacerdotis hortationem ad elevanda sursum corda, et gratias Deo agendas, populique consentientem responsionem, pie edisserit (num. 4 et 5). Tum meminit orationis a sacerdote fusæ ad grates Deo de omnibus bonis agendas : in qua novem angelicorum ordinum recensio (num. 6). Deinde hymni trisagii a toto populo decantati : ac demum invocationis Spiritus sancti, ad convertendum panem in corpus Christi, et vinum in ejusdem sanguinem (num. 8). Perfecto incruento sacrificio, fiunt super sanctam propitiationis hostiam, primum obsecrationes pro omnibus omnium necessitatibus ; deinde memoria defunctorum : in qua rogatur Deus, ut sanctorum precibus orationem nostram acceptam habeat ; et pro cæteris defunctis ad eorum levamen Dei clementia exoratur (num. 9). Obiter utilitatem precum pro defunctis, adversum multos qui ea de re dubitantes quærebant, tuetur, et apposito exemplo declarat (num. 10). Ad explanandam postea orationem Dominicam aggreditur, cujus singulas partes mira brevitate et facilitate interpretatur (num. 11-18). Quartam, quæ de pane substantiali est, de Eucharistia exponit (num. 15). Refert sacerdotis vocem, Sancta sanctis, et populi respondentis verba : et cantoris invitationem ad communionem sumendam, per versiculum psalmorum (num. 19). Habitum corporis et animi præscribit (num. 20), quo ad sacra mysteria accedendum ; ac sumendum manu, deinde oculis et ori admovendum Christi corpus ; sanguisque Christi prono corpore adorandus, et sumendus ex calice. Tandem commendata præceptorum suorum custodia, et non interrumpenda sacrorum participatione, fausta precatione catechesim concludit (num. 21 et 22). Habita est, ut putamus, feria sexta post Pascha.

III. Catechesis hæc unum est ex præcipuis ecclesiasticæ antiquitatis monumentis ; nec ullum est ea ætate, in quo plures veteris liturgiæ et communionis sacræ ritus addiscantur, asserantur, et explanentur. Quædam autem ad liturgiam a sancto Cyrillo explicatam observationes a nobis præmittendæ. Primo, etsi non negem, imo vero confiteri necesse sit, multo his temporibus breviorem ac simpliciorem liturgiæ actionem exstitisse, quæ novis subinde orationibus, cæremoniis, et ritibus accessione temporum increverit ; haud tamen existimandum omnes ad unam cæremonias, preces et actiones sacrificii a Cyrillo memoratas esse. Nam nihil hic de salutationibus crebris episcopi ad populum ; nihil de oblatione donorum ad altare, et precibus quibus Deo offeruntur ; nihil de evangelicæ cænæ et sacrorum verborum recitatione dicit ; nihil de signis crucis super dona consecranda vel consecrata factis ; nihil de hostiæ elevatione, et divisione ; nihil de precibus ante communionem, et communionis administrandæ formula ; aliisve ritibus, quos ex hujus ætatis et superiorum monumentis, in actione sacrificii hoc tempore usurpatos fuisse dubitare non possumus.

IV. Secundo, quam hic recenset liturgiam sine dubio Ecclesiæ Hierosolymitanæ fuit. Quam porro nunc habemus sub nomine sancti Jacobi, eique asseritur ab Trullano concilio, canone 32, hæc longinquo tempore in hujus Ecclesiæ usu fuit ; eratque constanter Caroli Magni Francorum regis temporibus, multisque postea sæculis ; donec Constantinopoli patriarchæ Ecclesiæ suæ liturgiam **324** apud omnes Græci ritus Ecclesias, partim suasione, partim minis recipi coegerunt, antiquatis cæteris singularum Ecclesiarum propriis. At nostra sancti Jacobi liturgia in multis a Cyrilliana disconvenit : quæ tamen varietates sunt vel rerum a Cyrillo prætermissarum, vel addi-

tamentorum sive in verbis, sive in ritibus, quæ a Cyrilli temporibus sacræ actioni accessere ; vel tandem formularum sacrarum, quæ aliis verbis a Cyrillo atque in liturgia sancti Jacobi referuntur : quorum nonnulla in nostris animadversionibus notavimus. Cætera prorsus conveniunt : ut idem prorsus liturgiæ corpus observes ; quanquam, ut in hujusmodi rebus fieri solet, nonnullis incrementis et varietatibus mutatum. Fatendum tamen pauca admodum esse apud Cyrillum, quæ liturgiæ sancti Jacobi ita proprio sint, ut in aliis liturgiis Græcis eodem modo non reperiantur. Ratio est, quod summas liturgiæ partes tantum Cyrillus persecutus sit, quæ in omnibus ecclesiis, Græcis saltem, communes erant.

V. Tertio, multa in Cyrilliana liturgia communia sunt cum ea liturgia quæ in *Constitutionibus apostolicis*, lib. II, cap. 57, et lib. VIII, cap. 5 et 6 et sqq. ex integro describitur : si tamen una et eadem est, quæ in libro secundo et quæ in octavo habetur ; nam nonnulla inter diversos illos locos deprehendi varietas potest. Jam a multis ante nos est observatum, *Constitutiones apostolicas* ad usum Palæstinæ et Hierosolymitanæ Ecclesiæ magnam partem expressas esse : quod novis, si hujus rei locus esset, observationibus illustrare possemus. Certe nonnullis locis major est Cyrillianæ liturgiæ, cum illa *Constitutionum apostolicarum*, quam cum sancti Jacobi liturgia similitudo ; sed vicissim aliis in partibus, magis ad hanc quam ad illam accedit Cyrilliana. Nihil id mirum videbitur ei, qui *Constitutiones apostolicas* non ex unius Ecclesiæ, sed ex plurium consuetudinibus expressas esse meminerit. Tres illas liturgias in notis nostris sæpe comparavimus.

VI. Quarto, circa communionis ritus pauca sunt nobis observanda. Nam quod separatim corpus Christi et sanguis ex calice præbeantur, licet hodiernæ Græcorum consuetudini, sacrum panem sanguine intinctum in cochleari jam a sæculo XI præstantium, adversetur ; antiquus illis temporibus Græcæ et Latinæ Ecclesiæ mos fuit : quem ab Hierosolymitanis sæculo undecimo medio constanter retentum gratulatur Humbertus cardinalis, adversus Græcorum calumnias scribens, *Bib. PP. Lugd.* t. *XVIII*, p. 397. Quod corpus Christi in manus daretur, communis quoque Ecclesiarum omnium usus. Quod autem Cyrillus manus ita conformari præcipiat, ut læva manus dexteræ sacrum corpus recepturæ supponatur : id est quod Græci volunt, dum manus in figuram crucis componi jubent. Ita conc. Trull. can. 101, Joan. Damasc. lib. IV *De fide*, cap. 13, προσέλθωμεν σταυροειδῶς· τὰς παλάμας τυπώσαντες. Nihil quoque dicam de responsione communicantis, *Amen*, ad veterem et simplicem distribuendæ communionis formulum, *Corpus Christi*, et *Sanguis Christi* ; qua communicans assentitur veritati realis præsentiæ Christi corporis et sanguinis sibi dati. Sed quod Cyrillus præcipit, ut antequam ore sumatur panis sacer, oculis admoveatur ; utque postquam fuerit ex calice epotus Christi sanguis, collectus digitis adhærens labiis mador, oculis, fronti et sensibus applicetur ; id cum singulare forte videri possit, aliorum auctorum exemplis est confirmandum.

VII. Ac primo Joan. Damascenus loco jam laudato non oculos solum, sed et labia per osculum, et frontem, Christi corpori admoveri præcipit : Τοῦ ἐσταυρωμένου τὸ σῶμα ἐπιδεξώμεθα· καὶ ἐπιθέντες ὀφθαλμοὺς καὶ χεῖλη καὶ μέτωπα, τοῦ θείου ἄνθρακος μεταλαβωμεν. *Crucifixi corpus recipiamus ; applicantesque oculos labia, et frontem, divinum carbonem sumamus.* Theodoretus : *in Cant.* I, 1 : *Consideret quomodo in tempore mysteriorum Sponsi membra suscipientes osculamur et circumplectimur, et oculis imponimus.* Ejus moris antiqui testis est Theodorus Phurnes apud Allat. lib. III, *De consensu, etc.* cap. 15. De altero usu, collectum e labiis post sumptionem calicis madorem oculis, fronti, et reliquis sensibus adhibendi ; eum Hierosolymis singularem non fuisse ritum nonnulla monumenta suadent. Nam Cyrill. Alexandr., lib. II *Glaphyrorum in Exodum*, pag. 278 et 271, de Christi sanguine a fidelibus sumpto explicans figuram sanguinis agni, domorum postibus illiti, ait portas nostras, hoc est, sensus, Christi sanguine liniri ; θύρας δὲ νοήσεις τὰς ἐν ἡμῖν αἰσθήσεις.., per quas invadit dæmon, nisi Christi sanguine linianlur ; οὐ γὰρ ἦσαν κατακεχρισμέναι τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ. Quem locum sane præ oculis habuisse videtur Theodorus Balsamon, cum in epistola *De jejuniis* (*num.* 14) Coteler. *Monum.* tom. II, pag. 503, scriberet ; Τῇ αἵματι καὶ τῷ σώματι Χριστοῦ τὰς τῶν αἰσθήσεων παραθύρους χριόμενοι καὶ ἁγιαζόμενοι. *Inungentes et sanctificantes sensuum nostrorum januas sanguine et corpore Christi.* Theodorus Studita hunc morem videtur respexisse, dum ait serm. 46 : *Neve oculi augusto sanguine piati efferum cernunto.* Eum quoque præ oculis habuisse censeo Apollinarem seu quisquis est auctor Tragædiæ *Christi patientis*, apud Naz., tom. II, pag. 272, aiens, centurionem qui latus Christi perfodit, et clamavit : *Filius Dei erat iste* ; sanguinem e Christi latere profluentem manibus collegisse, et oculis applicuisse. 325

Ἀρύεταί τε χερσὶ κρουνοῦ, καὶ κόρας
Ἔχρισεν, ὡς ἔοικεν, ὡς ἁγνισμ' ἔχῃ.
E fonte manibus haurit, et inunxit pupas,
Ita ut decebat, sanctitatem inde expetens.

Nihil Rivetum moror, qui uti superstitiosum et præter Scripturas traducit hunc a Cyrillo, de quo agimus, commendatum morem. Eodem jure omnes ante laudatos auctores accuset. Accuset Gorgoniam, Gregorii Nazianzeni sororem, quæ corporis et sanguinis Christi particulas, propriis lacrymis mistas, medicinæ in modum laborantibus artubus applicuit : accuset et Gregorium fra-

trem, qui hoc in sorore uti præcipuum fidei et fiduciæ in Deum specimen, a Deo ipso per restitutionem sanitatis remuneratum, refert et laudat orat. 11, pag. 187.

VIII. Hanc catechesim contulimus cum codicibus supra notatis : quorum e numero eximendus Coislinianus, qui in extrema pagina, tædio forte librarii, hujus orationis solum titulum continet. Insuper eam contendimus cum fragmentis a Nicone monacho in Pandecte, Eustratio, et auctore libelli Περὶ θείων μυστηρίων citatis. Caret titulo et argumento in omnibus exemplaribus. Eum quem ipsa argumenti ratio postulabat, effinximus. Notarum crebritatem et prolixitatem excusabit lector propter rei tractatæ dignitatem et ubertatem. Unum est quod in dissertationem tertiam rejecimus, quod nimirum pertinet ad invocationem Spiritus sancti in consecratione apud Græcas Ecclesias usitatam.

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ ΜΥΣΤΑΓΩΓΙΚΗ Ε'

Ἐκ τῆς Πέτρου καθολικῆς Ἐπιστολῆς· Διὸ ἀποθέμενοι πᾶσαν ῥυπαρίαν, καὶ πάντα δόλον, καὶ καταλαλιὰν, καὶ τὰ ἑξῆς.

CATECHESIS MYSTAGOGICA V.

Ex Epistola Petri catholica : *Idcirco deponentes omnem immunditiam, et omnem dolum ac detractionem* [23], et quæ sequuntur.

Α'. Τῇ τοῦ Θεοῦ φιλανθρώπίᾳ ἐν ταῖς προλαβούσαις συνάξεσιν, ἀρκούντως ἀκηκόατε περί τε (1) βαπτίσματος, καὶ χρίσματος, καὶ μεταλήψεως σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ· νῦν δὲ ἐπὶ τὰ ἑξῆς μεταβαίνειν ἀναγκαῖον, σήμερον τὴν στεφάνην ἐπιθήσοντας τῇ πνευματικῇ ὑμῶν τῆς ὠφελείας οἰκοδομῇ.

Α I. Abunde in præcedentibus synaxibus, Deo clementer largiente, audivistis tum de baptismate, cum de chrismate, et sumptione corporis et sanguinis Christi : nunc ad ea quæ consequuntur transgredi nos oportet, hodie spirituali institutionis vestræ ædificio coronidem imposituros.

Β'. Ἑωράκατε τοίνυν τὸν διάκονον τὸν νίψασθαι διδόντα τῷ ἱερεῖ, καὶ τοῖς κυκλοῦσι τὸ θυσιαστήριον τοῦ Θεοῦ πρεσβυτέροις. Οὐ πάντως δὲ ἐδίδου διὰ τὸν σωματικὸν ῥύπον· οὐκ ἔστι τοῦτο. Οὔτε γὰρ ῥύπον σώματος ἔχουτες, τὴν ἀρχὴν εἰσήειμεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Ἀλλὰ σύμβολόν ἐστι, τοῦ δεῖν ὑμᾶς καθαρεύειν πάντων ἁμαρτημάτων καὶ ἀνομημάτων, τὸ νίψασθαι. Ἐπειδὴ γὰρ αἱ χεῖρες σύμβολον πράξεως· νίψασθαι ταύτας, τὸ καθαρὸν δηλονότι καὶ ἄμωμον τῶν πράξεων αἰνιττόμεθα. Οὐκ ἤκολσας τοῦ μακαρίου Δαβὶδ αὐτὸ τοῦτο μυσταγωγοῦντος (2), καὶ λέγοντος, Νίψομαι ἐν ἀθώοις τὰς χεῖράς μου, καὶ κυκλώσω τὸ θυσιαστήριόν σου, Κύριε ; Οὐκοῦν τὸ νίψασθαι τὰς χεῖρας, τοῦ ἀνυπεύθυνον εἶναι ἁμαρτήμασι σύμβολόν ἐστιν.

Β II. Vidistis igitur diaconum sacerdoti et presbyteris altare Dei circumstantibus aquam abluendis manibus porrigentem (3). Nullatenus vero propter corporeas sordes extergendas dabat. Non, inquam, propterea ; neque enim corporis sordes gerentes, initio ecclesiam ingressi eramus (4). At ea manuum ablutio symbolum est, mundos vos ab omnibus peccatis et prævaricationibus esse debere. Cum enim manus symbolum sint actionis, iis lavandis, puritatem operum eorumque ab omni reprehensione immunitatem significamus. Non audisti beatum David hoc nobis mysterii aperientem, aientemque : *Lavabo inter innocentes* **326** *manus meas, et circumdabo altare tuum, Domine* [24] ? Itaque quod manus abluuntur, signum est immunitatis a peccatis.

[23] 1 Petr. II, 1. [24] Psal. xxv, 6.

(1) Περὶ τε. Scripsimus τε loco articuli τοῦ, ex Roe et Casaub. quia sequentes voces sine articulo scriptæ.

(2) Αὐτὸ τοῦτο μυσταγωγοῦντος. Roe, et Cas., αὐτὸ τοῦτό σε μυσταγωγοῦντος, *hoc ipsum te docet.*

(3) *Diaconum sacerdoti*, etc. *aquam porrigentem.* Diaconus aquam in manus sacerdoti fundebat per omnes Ecclesias (Latinas) Romana excepta, ex auct. *Quæstion. in Vetus et Novum Test.* apud Aug. tom. III, Append. quæst. 101. In *Constitutionibus* vero *apostolicis* id officium subdiaconns fungitur : idque in Ecclesia Parisiensi observabatur, teste Fortunato in *Vita sancti Marcelli*, apud Surium, 1 Novemb., num. 3 et 4. Nihil de ejusmodi lotione in sancti Jacobi liturgia.

(4) *Initio ecclesiam ingressi eramus*, τὴν ἀρχὴν εἰσήειμεν. Verti etiam potest, *ecclesiam prorsus ingressi essemus.* Hæc enim elegans usurpatio vocis τὴν ἀρχήν. Notus, me silente, ecclesiam illotis manibus non adeundi usus : cui comparati erant præ foribus ecclesiarum dispositi fontes. Quod autem aliqui id de presbyteris solum dictum a Cyrillo putant, non assentior : quod nemo in ecclesiam, multo minus qui communicaturi erant, illotis manibus accedere auderet, etiamsi magna necessitate premeretur, ut ait Chrysost., hom. 22, *ad pop. Antioch.*, pag. 260.

III. Deinde clamat diaconus : *Vox invicem suscipite, osculemurque mutuo* (1). Ne osculum illud arbitrere ejusdem ordinis ac moris esse, qualia illa sunt quæ inter communes amicos in foro frequentantur. Non est hujusmodi osculum istud ; animas enim mutuo conciliat et miscet, atque omnem illis injuriarum oblivionem spondet. Signum igitur est osculum hoc, animas sibi invicem admisceri, et omnem injuriarum memoriam ablegare. Propterea Christus aiebat : *Si offeras munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid adversum te ; relinque munus tuum ad altare, et vade prius ac reconcilieris fratri tuo, et tunc accedens offer munus tuum* [25]. Igitur osculum reconciliatio est ; et propterea sanctum, sicut alicubi beatus Paulus clamabat dicens : *Salutate invicem in osculo sancto* [26] ; et Petrus : *In osculo charitatis* [27].

IV. Postea clamat sacerdos : *Sursum corda* (2). Vere enim in hac per quam maxime tremenda hora, cor sursum habere oportet ad Deum, et non deorsum circa terram et terrena negotia. Idem igitur est ac si præcipiat sacerdos, ut omnes circa illam horam deponant curas vitæ hujus et domesticas sollicitudines, habeantque sursum in cœlo cor ad clementem Deum. Deinde respondetis : *Habemus ad Dominum* ; ei præcepto per eam quam pronuntiatis confessionem assentientes. Nemo igitur ita comparatus adsit, ut, cum ore dicat, *Habemus ad Dominum*,

Γ. Εἶτα βοᾷ ὁ διάκονος· Ἀλλήλους ἀπολάβετε, καὶ ἀλλήλους ἀσπαζῶμεθα. Μὴ ὑπολάβῃς τὸ φίλημα ἐκεῖνο σύνηθες εἶναι τοῖς ἐπ' ἀγορᾶς γινομένοις ὑπὸ τῶν κοινῶν φίλων. Οὐκ ἔστι (3) τοίνυν τοιοῦτον τὸ φίλημα. Ἀνακίρνησι τὰς ψυχὰς, ἀλλήλαις, καὶ πᾶσαν ἀμνησικακίαν αὐταῖς μνηστεύεται. Σημεῖον τοίνυν ἐστὶ τὸ φίλημα, τοῦ ἀνακραθῆναι τὰς ψυχὰς, καὶ πᾶσαν ἐξορίζειν μνησικακίαν. Διὰ τοῦτο ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· Ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἐκεῖ μνησθῇς, ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ· ἄφες τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ ὕπαγε πρῶτον, καὶ διαλλάγηθι (4) τῷ ἀδελφῷ σου· καὶ τότε προσελθὼν, πρόσφερε τὸ δῶρόν σου. Οὐκοῦν τὸ φίλημα διαλλαγή ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο ἅγιον· ὥς που ὁ μακάριος Παῦλος ἑδόα λέγων. Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ· καὶ Πέτρος (5)· Ἐν φιλήματι ἀγάπης.

Δ'. Μετὰ τοῦτο βοᾷ ὁ ἱερεύς. Ἄνω τὰς καρδίας. Ἀληθῶς γὰρ, κατ' ἐκείνην τὴν φρικωδεστάτην ὥραν δεῖ ἄνω ἔχειν τὴν καρδίαν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ μὴ κάτω περὶ τὴν γῆν καὶ τὰ γήϊνα πράγματα. Δυνάμει τοίνυν ὁ ἱερεὺς προστάττει (6), κατ' ἐκείνην τὴν ὥραν πάντας ἀφιέναι φροντίδας βιωτικὰς, μεριμνας τὰς κατ' οἶκον, καὶ ἔχειν ἐν οὐρανῷ τὴν καρδίαν πρὸς τὸν φιλάνθρωπον Θεόν (7). Εἶτα ἀποκρίνεσθε. Ἔχομεν πρὸς τὸν Κύριον· τούτῳ συγκατατιθέμενοι, δι' ὧν ὁμολογεῖτε. Μηδεὶς δὲ τοιοῦτος παρέστω, ὡς στόματι μὲν λέγειν, Ἔχομεν πρὸς τὸν Κύριον· τῇ δὲ

[25] Matth. v, 23, 24. [26] I Cor. xvi, 20. [27] I Petr. v, 14.

Facies quoque ante communionem abluebatur ex Chrysost. et Augustino.

(1) *Vos invicem suscipite*, etc. Ita vertimus, ἀπολάβετε, quod significare potest vel, *gestu corporis et complexu apprehendite*, vel, *animis gratulanter accipite*, ut socios et fratres, dimissis jam extraneis. In liturgia sancti Jacobi, post dimissionem catechumenorum, jubet diaconus ut fideles se quisque recognoscant, ἀλλήλους ἐπίγνωτε. Iterumque post thus adolitum, hymni cherubici cantum, donorum admissionem in altari, recitationem symboli, indicit diaconus osculum pacis, his verbis : Ἀγαπήσωμεν ἀλλήλους ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. *Amemus nos mutuo in Spiritu sancto*. Una monitio Cyrilliana ambarum vicem adimplet ; ac forte ex divisione illius natæ sunt ambæ illæ in Hierosolymitana liturgia. In *Constit. apostol.*, lib. viii, cap. 11, una est monitio : Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. *Salutate vos mutuo in osculo sancto*. Hæc autem præcedit, non subsequitur, ut apud Cyrillum, manuum ablutionem, nisi quid turbatum sit ; nam alioqui non idem est omnino precum ac rituum ordo lib. ii, c. 57, ac lib. viii, cap. 9, 10, 11, 13. In omnibus Græcis Ecclesiis, et Latinis fere omnibus præter Africanam et Romanam, et quæ Romanos ritus sequebantur, dabatur osculum pacis ante consecrationem ; cum in Africana et Romana Dominicam orationem sequeretur.

(2) *Sursum corda*. Sanctus Euthymius, qui in Hierosolymitano tractu vivebat sæculo quinto, dicebat : Ἄνω σχῶμεν τὸν νοῦν καὶ τὰς καρδίας. *Attollamus mentem et corda*. Quod refertur vitæ ejus ab nostro Bern. de Mautfaucon inter *Analecta Græca* editæ pag. 62. Eadem est sancti Jacobi liturgiæ formula. At in *Constit. apostol.*, lib. viii, cap. 12, præscribitur hæc, Ἄνω τὸν νοῦν, *Sursum mentem*. Huic exclamationi præit in liturgiis fere omnibus Græcis et in *Constit. apostolicis* salutatio sacerdotis ad populum : *Gratia Dei omnipotentis, et charitas Domini Jesu Christi, et communicatio Spiritus sancti, sit cum omnibus vobis* ; cum responsione populi : *Et cum spiritu tuo*. Quæ sane antiqua, et e Chrysostomi temporibus salutatio, a Cyrillo siletur.

(3) Οὐκ ἔστι, etc. Paulo aliter Roe, et Casaub., Οὐκ ἔστι τοῦτο τοιοῦτον· ἀλλὰ τοῦτο τὸ φίλημα ἀνακίρνησι, etc. : *Non est hoc ejusdem modi ; verum hoc osculum*, etc. Post, loco μνηστεύεται, iid., μνημονεύεται, *in memoriam revocat*.

(4) Καὶ διαλλάγηθι. Conjunctio καί abest a codd. Roe et Cas. Grod. et sacro textu ; qui πρῶτον separant ab ὕπαγε, et cum διαλλάγηθι conjungunt. Ex hac Cyrilli observatione colligi potest osculum pacis ante datum fuisse, quam dona ad altare admoverentur ; ex veteri consuetudine, testata a Justino, apol. 2, pag. 97, *Constit. Apost.*, lib. viii, cap. 12, concil. Laod, can. 19, etc. Contra in liturgia sancti Jacobi ante osculum pacis offeruntur ad altare dona. Varia erat super hac re Ecclesiarum consuetudo.

(5) Καὶ Πέτρος, etc. Codd. Roe et Casaub. addunt, ἀσπάσασθε ἀλλήλους, ante ἐν φιλήματι, ut est apud Petrum.

(6) Προστάττει. Revocamus lectionem *Morelii*. Nam in Prevotio et sqq. edd. legitur male, προτάττει.

(7) Θεόν. Nomen hoc ascripsimus ex codd. Roe, Cas. et Grod. quanquam etiam n. 10, in simili phrasi omittatur in multis exemplaribus, ita ut Deum hoc titulo ὁ φιλάνθρωπος compellare videatur.

διανοίᾳ, περὶ τὰς βιωτικὰς ἔχειν τὸν νοῦν φροντίδας. Πάντοτε μὲν οὖν Θεοῦ μνημονευτέον· εἰ δὲ τοῦτο διὰ τὴν ἀσθένειαν τὴν ἀνθρωπίνην ἀδύνατον, κατ' ἐκείνην μάλιστα τὴν ὥραν τοῦτο φιλοτιμητέον.

Ε'. Εἶτα ὁ ἱερεὺς λέγει· Εὐχαριστήσωμεν τῷ Κυρίῳ. Ὄντως γὰρ εὐχαριστεῖν ὀφείλομεν, ὅτι ἀναξίους ὄντας ἡμᾶς ἐκάλεσεν εἰς τὴν τηλικαύτην χάριν· ὅτι ἐχθροὺς ὄντας ἡμᾶς κατήλλαξεν ὅτι Πνεύματος υἱοθεσίας κατηξίωσεν. Εἶτα λέγετε· Ἄξιον καὶ δίκαιον. Εὐχαριστοῦντες γὰρ ἡμεῖς ἄξιον ποιοῦμεν πρᾶγμα καὶ δίκαιον· αὐτὸς δὲ οὐ δίκαιον, ἀλλ' ὑπὲρ τὸ δίκαιον ποιῶν, ἡμᾶς (1) εὐηργέτησε, καὶ τηλικούτων ἠξίωσεν ἀγαθῶν.

ς'. Μετὰ ταῦτα, μνημονεύομεν οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ θαλάττης· ἡλίου καὶ σελήνης. ἄστρων, καὶ πάσης τῆς κτίσεως λογικῆς τε καὶ ἀλόγου, ὁρατῆς τε καὶ ἀοράτου· ἀγγέλων, ἀρχαγγέλων, δυνάμεων, κυριοτήτων, ἀρχῶν, ἐξουσιῶν, θρόνων, τῶν χερουβὶμ τῶν πολυπροσώπων (2)· δυνάμει λέγοντες τὸ τοῦ Δαβίδ. Μεγαλύνατε τὸν Κύριον σὺν ἐμοί. Μνημονεύομεν καὶ (3) τῶν σεραφὶμ, ἃ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ ἐθεάσατο Ἡσαΐας, παρεστηκότα κύκλῳ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ· καὶ ταῖς μὲν δυσὶ πτέρυξι κατακαλύπτοντα τὸ πρόσωπον, ταῖς δὲ δυσὶ τοὺς πόδας, καὶ ταῖς δυσὶ πετόμενα, καὶ λέγοντα. Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαώθ. Διὰ τοῦτο γὰρ τὴν παραδοθεῖσαν ἡμῖν ἐκ τῶν σεραφὶμ θεολογίαν (4) ταύτην λέγομεν, ὅπως κοινωνοὶ τῆς ὑμνῳδίας ταῖς ὑπερκοσμίοις γενώμεθα στρατιαῖς.

Ζ'. Εἶτα, ἁγιάσαντες ἑαυτοὺς διὰ τῶν πνευματικῶν τούτων ὕμνων, παρακαλοῦμεν (5) τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν, τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐξαποστεῖλαί ἐπὶ τὰ

A cogitatione mentem habeat hujus vitæ curis occupatam. At enim omni tempore memores esse nos oportet Dei. Quod si propter humanam imbecillitatem impossibile sit, illa tamen maxime hora hoc studiose enitendum est.

V. Post hæc sacerdos ait: *Gratias agamus Domino.* Vere enim grates agere debemus, quod cum indigni essemus, ad tantam nos vocavit gratiam; quod inimici cum essemus nos reconciliavit [28]; quod Spiritu **327** adoptionis est dignatus [29]. Ad hæc vos subjicitis: *Dignum et justum.* Dum enim gratias agimus, dignam rem agimus et justam: ipse autem non juste, sed præter justum agens, nobis benefecit, et tantis bonis nos dignos effecit.

VI. [30] Facimus deinde mentionem cœli, et terræ (6), et maris; solis et lunæ; astrorum, et totius creaturæ tam ratione præditæ quam carentis, visibilis et invisibilis; angelorum, archangelorum, virtutum, dominationum, principatuum, potestatum, thronorum; cherubim multis faciebus præditorum [31]: quasi dicentes Davidicum illud, *Magnificate Dominum mecum* [32]. Mentionem etiam facimus seraphim, quæ in Spiritu sancto vidit Isaias thronum Dei circumstantia; et duabus alis faciem tegentia, duabusque pedes, ac duabus volantia, et dicentia: *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth* [33]. Propterea enim traditam nobis ab Seraphinis hanc theologiam [seu Dei celebrationem] recitamus, ut communi laudum modulatione cum superioribus mundo exercitibus conjungamur.

VII. Deinde, postquam nosmetipsos per has spirituales laudes sanctificavimus, [34] Deum benignum exoramus ut emittat sanctum Spiritum super [dona]

[28] Rom. v, 10. [29] Rom. viii, 15. [30] *V. cat.* 2, *n.* 11 *et* 12. [31] Ezech. x, 1, 21. [32] Psal. xxxiii, 4. [33] Isa. vi, 2, 3. [34] *V. inf. n.* 19; *cat.* 19, *n.* 7; *cat.* 21, *n.* 5.

(1) Ἡμᾶς. Pro ὑμᾶς, sensu exigente, ita scripsimus ex Roe et Cas.

(2) Πολυπροσώπων. Ex iisd. codd. ita scripsi loco τὸ πρόσωπον, et erasi vocem καλυπτόντων post δυνάμει male positam. Grod. legit, τὸ πρόσωπον καλυπτόντων, *faciem operientium:* quod cum seraphinis proprium sit, eisque infra tribuatur; vocem πολυπροσώπων, quæ cherubinis proprium insigne est, eisdem ascripsi. Quanquam etiam *faciem operire* de cherubinis dicatur Ezechielis cap. i, 3, sed in Alexandrino codice tantum. In liturgia sancti Jacobi ad hunc locum, cherubim vocantur ζῶα τὰ πολυόμματα, *multis oculis prædita animalia.*

(3) Μνημονεύομεν καί, etc. Intersertum in editis erat νῦν ante καί, quod uti redundans, ex codd. Ottob. Roe, Casaub. et Grodecio delevimus. Loco etiam vocis χερουβίμ, reposui solam quæ huic loco convenit σεραφίμ, ex Ottob. et Roe. Seraphim se hic commemorasse confirmat Cyrillus paucis post lineis.

(4) Θεολογίαν. Roe, Casaub., ὁμολογίαν, *confessionem.* Trisagium Deitatis confessio est; cumque apud veteres θεολογεῖν significet Deitatem alicui tribuere, Trisagio perfecte convenit vox θεολογία· eidemque a sancto Maximo tribuitur, *De mystagogia,* cap. 13 et 21, hymnum hunc appellante, ἁγιαστικὴν θεολογίαν, θεολογικὴν ὁμολογίαν. In liturgia sancti Jacobi bis, ut in aliis liturgiis Græcis cantatur trisagium. Primo, post ingressum sacerdotis ad altare ante lectiones; tumque canebatur, *Sanctus Deus, sanctus fortis,* etc. quod Joan. Damascenus epist. *De trisagio* num. 26, pag. 495, repræsentat multo auctius quam in vulgari sancti Jacobi liturgia legitur. Secundo, dicitur in isto loco post præfationem, subsequente sacerdotis oratione, quæ singulas vocis *Sanctus* enuntiationes singulis sanctæ Trinitatis personis attribuit: quæ oratio jam sancti Damasceni temporibus eodem modo recitabatur, ex eodem num. 27, loco citato. Ea si jam sub Cyrillo vigebat, argumentum est divinitatis Spiritus sancti qui in θεολογία comprehandebatur.

(5) Εἶτα... παρακαλοῦμεν. Habebatur in impressis, ἵνα et παρακαλῶμεν, quos ex codd. Roe, Casaub. et Grod. emendavi. Inter Trisagii cantionem et invocationem ad consecrationem, nullas recitatas fuisse preces memorat Cyrillus. Facile crediderim non ita longas intercessisse, atque illas quæ in sancti Jacobi liturgia continentur: at in iis omnino erat cœnæ sacræ ex evangelicis verbis historia, quæ in liturgiarum nulla prætermittitur. Eam forte Cyrillus invocationis partem facere existimavit.

(6) *Facimus mentionem cœli et terræ.* Hæc Hierosolymitanæ præfationis, sic enim eam liturgiæ partem Latini appellare solemus, compendiosa descriptio, plane similis illi quæ in sancti Jacobi liturgia legitur. Sed multo ista Cyrilliana prolixior ea est quæ in *Apostolicis constitutionibus,* lib. viii, cap. 45, habetur, multa coutinens folia. Præterea angelici ordines ibi aliter atque isthic commemorantur.

proposita (1) ; ut faciat panem quidem corpus Christi, vinum vero sanguinem Christi : omnino enim quodcunque attigerit Spiritus sanctus, id sanctificatum et transmutatum est.

VIII. Postquam vero perfectum est spirituale sacrificium, incruentus cultus, super illam propitiationis hostiam obsecramus Deum pro communi Ecclesiarum pace ; pro recta mundi compositione; pro imperatoribus ; pro militibus, **328** et sociis ; pro iis qui infirmitatibus laborant; pro his qui afflictionibus premuntur : et universim pro omnibus qui opis indigent precamur nos omnes, et hanc victimam offerimus.

IX. Postea recordamur eorum quoque qui obdormierunt : primum patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, ut Deus eorum precibus et legationibus orationem nostram suscipiat. Deinde et pro defunctis sanctis patribus et episcopis, et omnibus generatim qui inter nos vita functi sunt [oramus] ; maximum hoc credentes adjumentum illi animabus fore, pro quibus oratio defertur, dum sancta et perquam tremenda coram jacet victima,

X. Hujus rei fidem vobis ab exemplo facere volo ; novi enim multos ita dicere (2) : Quid juvat ani-

A προκείμενα· ἵνα ποιήσῃ τὸν μὲν ἄρτον σῶμα Χριστοῦ, τὸν δὲ οἶνον αἷμα Χριστοῦ. Πάντως γὰρ οὗ ἐὰν ἐφάψαιτο τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τοῦτο ἡγίασται καὶ μεταβέβληται.

Η'. Εἶτα, μετὰ τὸ ἀπαρτισθῆναι τὴν πνευματικὴν θυσίαν, τὴν ἀναίμακτον λατρείαν, ἐπὶ τῆς θυσίας ἐκείνης τοῦ ἱλασμοῦ παρακαλοῦμεν τὸν Θεὸν, ὑπὲρ κοινῆς τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνης· ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου εὐσταθείας· ὑπὲρ βασιλέων· ὑπὲρ στρατιωτῶν (3) καὶ συμμάχων· ὑπὲρ τῶν ἐν ἀσθενείαις· ὑπὲρ τῶν καταπονουμένων· καὶ ἁπαξαπλῶς, ὑπὲρ πάντων βοηθείας δεομένων δεόμεθα πάντες ἡμεῖς, καὶ ταύτην προσφέρομεν τὴν θυσίαν.

Θ'. Εἶτα (4) μνημονεύομεν καὶ τῶν προκεκοιμημένων, πρῶτον πατριαρχῶν, προφητῶν, ἀποστόλων, μαρτύρων· ὅπως ὁ Θεὸς ταῖς εὐχαῖς αὐτῶν καὶ πρεσβείαις προσδέξηται ἡμῶν τὴν δέησιν. Εἶτα (5) καὶ ὑπὲρ τῶν προκεκοιμημένων ἁγίων Πατέρων, καὶ ἐπισκόπων, καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν ἐν ἡμῖν προκεκοιμημένων· μεγίστην ὄνησιν πιστεύοντες ἔσεσθαι ταῖς ψυχαῖς, ὑπὲρ ὧν ἡ δέησις ἀναφέρεται, τῆς ἁγίας καὶ φρικωδεστάτης προκειμένης θυσίας.

Ι'. Καὶ βούλομαι ὑμᾶς ἀπὸ ὑποδείγματος πεῖσαι. Οἶδα γὰρ πολλοὺς τοῦτο λέγοντας· Τί ὠφελεῖται

(1) *Deum benignum exoramus*, etc. Hæc est nominatissima apud Græcos invocatio, quam Cyrillus modo *adorandæ Trinitatis*, cat. 19, n. 7, modo *Spiritus sancti*, cat. 21, num. 3, invocationem appellat: quam ita exprimit sancti Jacobi liturgia· « Miserere nostri, Domine Deus, Pater omnipotens : « miserere nostri, Deus, Servator noster: miserere no- C « stri, Deus, secundum magnam misericordiam tuam « et emitte super nos, et super hæc proposita dona, « Spiritum tuum sanctissimum... ut superveniens, « sancta, bona, et gloriosa sui præsentia sanctificet, « et faciat hunc quidem panem corpus sanctum « Christi tui (*Resp. populus :* Amen) ; et hunc cali« cem, pretiosum sanguinem Christi tui ». (Populus: *Amen.*) Vides hic non solius Spiritus sancti, qui mittendus est; sed et Patris, et Filii Salvatoris nostri, a quibus rogatur ejus missio, invocationem contineri. Hæc porro precatio communis est et sacerdoti qui eam fundit, et populo cujus nomine funditur, qui et eam occipit per verba : *Miserere nostri, Domine Deus, Pater omnipotens*, et eam confirmat, respondendo : *Amen*. Huic uni precationi, omissis evangelicis verbis, Cyrillus tam hoc loco, quam num. 19, et citatis catech. 19 et 21 locis, consecrationem tribuere videtur. De qua ejus sententia fuse dicimus Dissertat. 3, articulo peculiari : neque ta- D men evangelicorum verborum ab ipso vim sublatam aut imminutam esse censendum est.

(2) *Novi enim multos ita dicere*. Simpliciter Catholicorum nonnullorum ignorantiæ, aut objectioni de re sibi satis non nota, Cyrillum hic occurrere censeo. Cum eis enim leniter agit et sedate, docentis potius quam refellentis more. Certe ante Aerium neminem novimus, qui veterrimum et totius Ecclesiæ consuetudine consecratum pro defunctis sacrificium offerendi morem reprehenderit. Is autem, Epiphanio teste, hæresi LXXV, num. 1, nonnisi post Eustathii Sebasteni episcopatum suam hæresim disseminavit. Atqui Eustathius ante annum 355 non videtur episcopus fuisse.

(3) Στρατιωτῶν, *militibus*. Roe et Casaub., στρατοπέδων, *exercitibus*. *Exercitus* illi. sive *milites*, et *socii* mox memorati, non alii quam *Romanorum imperatorum*. Idcirco ita reddidimus vocem βασιλέων. Constantium et Constantem significat. Paulo post, codic. Roe, Casaub. et Grodecii auctoritate, sustuli pronomen σου post δεόμεθα, et σοι post προσφέρομεν, in editis male inserta, sicque redditur Cyrillianæ orationi sua lux et consequentia, quum ante confusa esset; qua ex turbatione Rivetus locum bunc cavillandi ansam sumebat. Citati tamen codices pro καὶ προσφέρομεν, unum verbum habent, προσφέροντες. Ea porro oratio, quam hic recenset Cyrillus, eodem fere modo atque ordine post invocationem Spiritus sancti habetur in *Constit. apost.*, lib. VIII, c. 12, et in Jacobæa liturgia; sed verba Cyrilli magis conveniunt cum *Constitutionum* verbis.

(4) Εἶτα, etc. Hæc et sequentia numeris 9 et 10, contenta citantur sub Cyrilli nostri nomine, ab Eustratio in libro quem de oratione pro mortuis sub Eutychio patriarcha CP. post sæculum sextum medium scripsit. Qui liber ab Allatio est editus in suo opere *De Purgatorio*. Habetur autem Cyrilliani loci citatio sub finem num. 28, pag. 569. Porro, loco εἶτα μνημονεύομεν, quod ex Roe, Casaub. et Eustratio scripsimus, habebatur in editis, ἵνα μνημονεύωμεν. Post ὁ Θεός, addidimus ταῖς ex Eustratio. Adverte hic 1° germanam ac catholicam sanctorum invocationis explicationem, quæ sacrificii Christi vim et mediationem non tollit, sed ad ejus effectus nobis impartiendos multum juvat ; 2° discrimen precum Ecclesiæ sanctos invocantis, et pro mortuis exorantis. In primo enim simplex memoria, ut Deus per eos gratum accipiat sacrificium, μνημονεύομεν καὶ τῶν. In secundo, oratio et supplicatio pro defunctis, ὑπὲρ τῶν προκεκοιμημένων.

(5) Εἶτα, etc. Locus hic usque ad numeri sequentis finem, sub nomine Cyrilli laudatur a Nicone monacho auctore Pandectes ineditæ cod. Reg. 1994, fol. 328, dum respondet ad quæstionem sibi propositam. *Quidnam possit animas defunctorum post mortem juvare.* Commemoratisque sancti Gregorii papæ ex *Dialogis*, et Joannis Eleemosynarii testimoniis, hæc nostra Cyrilli laudat, loco εἶτα scribens μνημονεύομεν. Hac duplici allegatione Eustratii et Niconis, castigatur Riveti imprudentia, qui

ψυχὴ, μετὰ ἁμαρτημάτων ἀπαλλασσομένη τοῦδε τοῦ κόσμου, ἢ οὐ μεθ' ἁμαρτημάτων (1), ἐὰν ἐπὶ τῆς προσευχῆς μνημονεύηται ; Ἆρα γὰρ, οἵ τις βασιλεὺς προσκεκρουκότας αὐτῷ ἐξορίστους ποιήσειεν, εἶτα οἱ τούτοις διαφέροντες, στέφανον πλέξαντες, ὑπὲρ τῶν ἐν τιμωρίαις αὐτῷ τοῦτον προσενέγκωσιν (2), οὐκ ἂν αὐτοῖς ἄνεσιν δῴη τῶν κολάσεων ; Τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ ἡμεῖς ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων, αὐτῷ (3) τὰς δεήσεις προσφέροντες, κἂν ἁμαρτωλοὶ ὦσιν, οὐ στέφανον πλέκομεν· ἀλλὰ Χριστὸν ἐσφαγιασμένον ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων προσφέρομεν, ἐξιλεούμενοι (4) ὑπὲρ αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν τὸν φιλάνθρωπον Θεόν.

A mam ex hoc modo in peccatis seu sine peccatis decedentem, si ejus in oratione mentio fiat? An vero, si rex quispiam viros a quibus offensus fuerit relegarit in exsilium ; [35] posteaque illi ad quos attinent, coronam plectentes, eam Regi pro suis pœna ab ipso afflictis obtulerint : nonne ipsis supplicio-rum relaxationem gratificaturus sit? Ad eumdem modum et nos pro defunctis, etiamsi peccatores sint preces Deo offerentes, non coronam plecti-mus ; sed Christum mactatum pro peccatis nostris offerimus, clementem Deum cum pro illis tum pro nobis demereri et propitiare satagentes.

ΙΑ'. Εἶτα, μετα ταῦτα τὴν εὐχὴν λέγομεν (5) ἐκείνην, ἣν ὁ Σωτὴρ παρέδωκε τοῖς οἰκείοις αὐτοῦ μαθηταῖς, μετὰ καθαρᾶς συνειδήσεως Πατέρα ἐπιγραφόμενοι τὸν Θεὸν, καὶ λέγοντες· Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ὦ τῆς μεγίστης τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ! Τοῖς ἀποπηδήσασιν αὐτοῦ, καὶ ἐν ἐσχάτοις γενομένοις κακοῖς, τοσαύτην δεδώρηται κακῶν ἀμνηστίαν, καὶ χάριτος μετουσίαν, ὡς καὶ Πατέρα ἐπικαλεῖσθαι. Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Οὐρανοὶ δὲ (6) εἶεν ἂν καὶ οἱ τὴν τοῦ ἐπουρανίου φοροῦντες εἰκόνα, ἐν οἷς ἐστι Θεὸς ἐνοικῶν καὶ ἐμπεριπατῶν.

B XI. Tum vero post hæc illam recitamus orationem, quam Salvator propriis suis discipulis tradidit ; Deum cum pura conscientia patrem nuncupantes, dicentesque [36] : *Pater noster, qui es in cælis.* O maximam Dei in homines junctam cum amore **329** clementiam ! Tantam his qui a se defecerunt, atque in extremis malis exstitere, injuriarum oblivionem et gratiæ participationem indulsit, ut et Patrem appellarent. *Pater noster, qui es in cælis :* cœli autem etiam fuerint ii qui cœlestis imaginem ferunt [37], in quibus est Deus inhabitans et inambulans [38].

ΙΒ'. Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. Ἅγιόν ἐστι φύσει τὸ τοῦ Θεοῦ ὄνομα, κἂν λέγωμεν, κἂν μὴ λέγωμεν. Ἐπεὶ δὲ (7) καὶ ἐν τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἔσθ' ὅτε βεβηλοῦται, κατὰ τὸ, Δι' ὑμᾶς τὸ ὄνομά μου

XII. *Sanctificetur nomen tuum.* Sanctum est natura nomen Dei sive id dicamus sive non dicamus Quia vero per peccantes quandoque profanatur secundum illud *Propter vos nomen meum continue blasphematur in*

[35] *Vid. epist. ad Const. n.* 2. [36] Matth. vi, 9-13. [37] I Cor. xv, 49. [38] II Cor. vi, 16.

verba ambobus his numeris contenta in Cyrillum immissa esse contendit. Fauste in ea loca suspicionem intentavit, quæ veterum testimoniis comprobata reperiuntur. Inferius, post τῶν ἐν ἡμῖν, adjicit Eustratius, Ἁγίων, *Sanctis.* Sed sufficit vox illa a Cyrillo initio enumerationis suæ posita, ante Πατέρων. Nimirum Ecclesia non orat nisi pro mortuis in sinu suo defunctis, quosque in gratia et sanctitate decessisse supponit.

C (1) Ἢ οὐ μέθ' ἁμαρτημάτων, *vel sine peccatis.* Desunt hæc in codd. Roe et Casaub. et apud Niconem. Eustratius habet, ἢ οὔ, *vel non*, quod sufficit. Superflua videtur horum verborum adjectio. Nam Cyrilliana ad objectionem responsio tota, eos qui in peccatis decessere spectat ; deque iis qui peccatorum expertes sunt silet. Peccatores vero, quos Ecclesiæ precibus juvari probat, in communione Ecclesiæ et sanctitate mortuos intelligit, ut patet ex num. præced.; nam infideles vel qui baptismi gratiam amiserunt, hos indeprecabili damnationi obD noxios pronuntiat, cat. 1, num. 2, et cat. 15, num. 23, et quidem statim post mortem. cat. 18, n. 14. Qui ergo mortui suffragiis Ecclesiæ relaxationem a pœnis consequuntur, Deum quidem offenderunt, sed veniabiliter ; similes illis, quos aliquam iram meritos Rex non morte sed exsilio damnat, cognatorum precibus facile placabilis. Qua comparatione Cyrillus eos in exsilio a paradiso et cœlo, et in pœnis versari se existimasse significat. Loco προσευχῆς inferius, in Roe, Casaub. Nicone et Grod. habetur, προσφορᾶς, *sacrificio.*

(2) Προσενέγκωσιν. Ex Eustratio et Nicone. Habent Roe, Casaub. προσενέγκουσι. Editi, προσενέγκειεν, pro προσενέγκοιεν, vel προσενέγκειαν.

(3) Αὐτῷ. Forte, τῷ Θεῷ.

(4) Προσφέρομεν, ἐξιλεούμενοι. Nicon., προσφέροντες ἐξιλεούμεθα, *offerentes propitiamur.* Male Grodecius vertit, *Christum pro peccatis nostris mactatum offerimus.* Nam et Græca constructio et sensus est, offerri a nobis pro peccatis nostris, Christum in altari mactatæ instar victimæ jacentem : quod alludit ad Apoc. cap., v, 6, 12. Post αὐτῶν, ex codd. Roe, Casaub. Eustratio et Nicone adjecimus τε, et ex iisdem, Nicone excepto, vocem Θεόν post φιλάνθρωπον.

(5) Λέγομεν, *dicimus.* Genovef., λέγεις, *dicis.* Eadem debet esse codd. Roe et Casaub. scriptura, quamvis habeant, λέγειν· nam infra, pro ἐπιγραφόμενοι et λέγοντες, ferunt, ἐπιγραφόμενος, et λέγων. Grodecius vertit, *dicitis.* Cyrillus in tota hac orationis Dominicæ explanatione, modo in secunda persona loquitur, scribendo λέγεις, ut num. 14, εὐχόμενος τοῦτο λέγεις. Et num. 18, μετὰ τὴν πλήρωσιν τῆς εὐχῆς λέγεις· Ἀμήν. Modo in prima persona plurali, ut num. 12, εὐχόμεθα ἐν ἡμῖν ἁγιασθῆναι· et num. 5, συγχωρῆσαι ἡμῖν παρακαλοῦντες. Nunquam autem eam orationem a sacerdote pronuntiatam meminit. Nempe vetus est Græcorum consuetudo, ut populus Orationem Dominicam recitet: qui generalis omnium ecclesiarum usus erat teste Hieronymo, lib. III *cont. Pelag.*, si Romanam, et forte Africanam Ecclesiam excipias, in qua audiente populo a solo sacerdote recitabatur.

(6) Οὐρανοὶ δέ. Loco γάρ scripsimus, δέ, ex codd. Roe et Casaub.

(7) Ἐπεὶ δέ. Particulam δέ adjecimus ex Roe, et Grod. Has particulas in unam vitiose scriptam ἐπειδή confundunt Roe, et Casaub.

gentibus[39]; oramus ut in nobis *sanctificetur nomen Dei*. Non quod incipiat sanctum esse quod ante non erat; sed quia in nobis fit sanctum, cum sanctificamur ipsi et sanctificatione digna facimus.

διαπαντὸς βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν· εὐχόμεθα ἐν ἡμῖν ἁγιασθῆναι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ· οὐχ ὅτι ἐκ τοῦ μὴ εἶναι ἅγιον (1) ἐπὶ τὸ εἶναι ἔρχεται· ἀλλ' ὅτι ἐν ἡμῖν ἅγιον γίνεται, ἁγιαζομένοις καὶ ἄξια τοῦ ἁγιασμοῦ ποιοῦσιν.

XIII. *Veniat regnum tuum*. Mundæ animæ est dicere cum fiducia: *Veniat regnum tuum*. Qui enim audiverit Paulum dicentem: *Non igitur regnet peccatum in mortali vestro corpore*[40]; et seipsum opere, cogitatione ac sermone purum præstiterit; is Deo dicturus est: *Veniat regnum tuum*.

ΙΓ'. Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. Καθαρᾶς ψυχῆς ἐστι τὸ σὺν παῤῥησίᾳ φάναι· Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. Ὁ γὰρ ἀκούσας Παύλου λέγοντος· Μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι· ἀλλὰ καθάρας ἑαυτὸν πράξει καὶ ἐννοίᾳ καὶ λόγῳ, ἐρεῖ τῷ Θεῷ· Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου.

XIV. *Fiat voluntas tua quemadmodum in cœlo, sic etiam in terra*. Divini ac beati angeli Dei voluntatem Dei faciunt, sicut David in Psalmis dicebat: *Benedicite Dominum, omnes angeli ejus, potentes robore, facientes voluntates ejus*[41]. Tua igitur oratio vim hanc habet et significationem, quasi dicas: Quemadmodum in angelis voluntas tua fit, sic et super terram in me fiat, Domine.

ΙΔ'. Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Οἱ θεῖοι καὶ μακάριον τοῦ Θεοῦ ἄγγελοι, τὸ τοῦ Θεοῦ (2) θέλημα ποιοῦσι, καθὼς Δαβὶδ ψάλλων ἔλεγεν· Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, δυνατοὶ ἰσχύϊ, ποιοῦντες τὰ θελήματα αὐτοῦ. Δυνάμει τοίνυν εὐχόμενος τοῦτο λέγεις· Ὡς ἐν ἀγγέλοις γίνεταί σου τὸ θέλημα, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ἐν ἐμοὶ γένοιτο, Δέσποτα.

XV. *Panem nostrum substantialem da nobis hodie*. Panis iste communis non est substantialis. Panis vero iste qui sanctus est, substantialis est; quasi dicas, ad substantiam animæ directus. Hic panis non in ventrem vadit atque in secessum ejicitur[42]; [43] sed in omnem tui compagem dividitur, ad corporis et animæ emolumentum. Illud autem *hodie*, dicitur pro quotidie; sicut et Paulus aiebat: *Quoad appellatur dies hodiernus*[44].

ΙΕ'. Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον. Ὁ ἄρτος (3) οὗτος ὁ κοινὸς, οὐκ ἔστιν ἐπιούσιος. Ἄρτος δὲ οὗτος ὁ ἅγιος, ἐπιούσιός ἐστιν· ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς κατατασσόμενος. Οὗτος ὁ ἄρτος, οὐκ εἰς κοιλίαν χωρεῖ καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται· ἀλλ' εἰς πᾶσάν σου τὴν σύστασιν ἀναδίδοται, εἰς ὠφέλειαν σώματος καὶ ψυχῆς. Τὸ δὲ, σήμερον, ἀντὶ τοῦ, καθ' ἡμέραν, λέγει· ὡς καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγεν· Ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται.

XVI. *Et remitte nobis debita nostra, sicut et nos remittimus debitoribus nostris*. Multa enim peccata habemus: offendimus quippe et verbo et cogitatione et multa condemnatione digna agimus. Ac si *dixerimus quod peccatum non habemus, mentimur*, ut ait Joannes[45]. Pactum itaque cum Deo inimus, orantes ut **330** nobis condonet peccata, quemadmodum et nos proximis debita remittimus. Perpendentes igitur pro qualibus qualia accipiamus, ne cunctemur; nec mutuas inter nos offensiones

ΙΖ'. Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. Πολλὰ γὰρ ἔχομεν ἁμαρτήματα. Πταίομεν γὰρ καὶ ἐν λογῳ καὶ ἐν διανοίᾳ, καὶ πλεῖστα κατεγνώσεως ἄξια ποιοῦμεν. Καὶ ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ψευδόμεθα, ὡς λέγει Ἰωάννης. Καὶ πρὸς τὸν Θεὸν τιθέμεθα συνθήκας, συγχωρῆσαι ἡμῖν παρακαλοῦντες τὰ ἁμαρτήματα, ὡς καὶ ἡμεῖς τοῖς πέλας τὰ ὀφειλήματα. Ἐννοοῦντες τοίνυν ἀνθ' οἵων οἷα λαμβάνομεν (4), μὴ ἀναμείνωμεν, μηδὲ ὑπερ-

[39] Isa. LII, 5; Rom. II, 24. [40] Rom. VI, 12. [41] Psal. CII, 20. [42] Matt. XV, 17. [43] *Vid. Iren. lib.* V, *cap.* 2, *n.* 2 *et* 3. [44] Hebr. III, 13. [45] I Joan. I, 8.

(1) Μὴ εἶναι ἅγιον. Vocem ἅγιον adjecimus ex codd. Roe et Cas.

(2) Τὸ τοῦ Θεοῦ. Articulum τοῦ in impressis omissum restituimus ex Roe et Casaub.

(3) Ὁ ἄρτος οὗτος, etc. Hæc verba, usque ad ὡς καὶ ὁ Παῦλος excl. citantur in libello Περὶ θείων μυστηρίων. Particulam ἐπὶ ante τὴν οὐσίαν addidimus ex codd. Ottob. Roe et Casaub. ac præfato libello. Manifestum est auctorem, vocis ἐπιούσιος etymologiam ex duobus verbis ἐπὶ et οὐσίαν derivare: quemadmodum Basilius Regul. brevior. interrog. 252, aliique permulti. Quanquam probabilior interpretatio quæ ab ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ derivat. *Substantialem* autem vertimus ex sensu Cyrilli, cui *supersubstantialis* vocabulum non convenit. Loco καταστησόμενος quod in impressis legebatur, scripsimus ex nominatt. codd. κατατασσόμενος. Auctor libelli Περὶ θείων μυστηρ. legit, πρεπόμενος, mendose pro τρεπόμενος, *qui convertitur*. Additque has voces, καὶ ἐμμένων [vitiose scriptum ἐμμαίνων] τοῖς καθαροῖς, *et in puris immanens*. Panem substantialem a Cyrillo, quemadmodum a multis Patribus, Eucharistiam intelligi, quamvis Albertino incertum sit, obscurum esse non potest hunc locum conferenti cum cat. 22, num. 3 et 5. Quis enim alius panis ad utilitatem corporis et animæ in totam hominis compagem distribuitur, præter Eucharistiam? per quam ait in citatis locis corpus et sanguinem Christi in membra nostra distribui, animam et corpus simul sanctificari: dum anima per Verbum Dei proprium sibi cibum pascitur; corpus, Christi carnis et sanguinis attactu, adversus dæmones defenditur, ut olim agni sanguine ædes Hebræorum adversus angelum vastatorem, cat. 19, num. 3. Nec existimandum est Cyrillum existimasse corpus Christi in nostrum dividi et digeri: sed solita loquendi ratione sancto corpori tribuit, quod speciebus illud obtegentibus unice convenit. At neque species in secessum ire negat, sed solummodo Christi corpus.

(4) Ἀνθ' οἵων οἷα λαμβάνομεν. Loco ὧν, ex codd. Roe et Casaub. scripsimus, οἵων· inducti

τιθώμεθα συγχωρεῖν ἀλλήλοις. Τὰ πταίσματα τὰ γινόμενα εἰς ἡμᾶς, μικρά ἐστι, καὶ εὐτελῆ, καὶ εὐδιάλυτα· τὰ δὲ εἰς Θεὸν ὑφ' ἡμῶν γενόμενα, μεγάλα ἐστὶ, τῆς αὐτοῦ μόνης (1) δεόμενα φιλανθρωπίας. Πρόσεχε οὖν, μὴ διὰ τὰ μικρὰ καὶ εὐτελῆ εἰς σὲ ἁμαρτήματα, ἀποκλείσῃς σεαυτῷ τῶν βαρυτάτων ἁμαρτημάτων τὴν παρὰ Θεοῦ συγχώρησιν.

ΙΖ'. Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, Κύριε. Ἆρα τοῦτο διδάσκει, εὔχεσθαι ἡμᾶς μηδόλως πειρασθῆναι, ὁ Κύριος; καὶ πῶς εἴρηται ἀλλαχοῦ· Ἀνὴρ ἀπείραστος, ἀδόκιμος (2); καὶ πάλιν· Πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθε, ἀδελφοί μου, ὅταν πειρασμοῖς περιπέσητε ποικίλοις. Ἀλλὰ, μήποτε τὸ εἰσελθεῖν ἐστιν εἰς πειρασμὸν, τὸ καταβαπτισθῆναι ὑπὸ τοῦ πειρασμοῦ; Ἔοικε γὰρ ὁ πειρασμὸς ὥσπερ χειμάρρῳ τινὶ δυσκόλῳ πρὸς διάβασιν. Οἱ μὲν οὖν ἐν πειρασμοῖς μὴ καταβαπτιζόμενοι, διαβαίνουσιν, ἄριστοί τινες κολυμβηταὶ γινόμενοι, καί μηδόλως ὑπ' αὐτῶν κατασυρόμενοι. Οἱ δὲ μὴ τοιοῦτοι, εἰστόντες καταβαπτίζονται. Οἷον, ὡς ἐπὶ παραδείγματος, Ἰούδας εἰσελθὼν εἰς τὸν τῆς φιλοχρηματίας πειρασμὸν, οὐ διενήξατο· ἀλλὰ καταβαπτισθεὶς, καὶ σωματικῶς καὶ πνευματικῶς ἀπεπνίγη. Πέτρος εἰσῆλθεν εἰς τὸν τῆς ἀρνήσεως πειρασμόν· ἀλλὰ εἰσελθὼν οὐκ ἐβαπτίσθη, ἀλλὰ γενναίως διανηξάμενος ἐρρύσθη ἀπὸ τοῦ πειρασμοῦ. Ἄκουε πάλιν ἀλλαχοῦ ὁλοκλήρων (2*) ἁγίων χοροῦ, εὐχαριστοῦντος ἐπὶ τοῦ ἐξαιρεθῆναι τοῦ πειρασμοῦ· Ἐδοκίμασας ἡμᾶς, ὁ Θεὸς, ἐπύρωσας ἡμᾶς ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον· εἰσήγαγες ἡμᾶς εἰς τὴν παγίδα· ἔθου θλίψεις ἐπὶ τὸν νῶτον ἡμῶν· ἐπεβίβασας ἀνθρώπους ἐπὶ τὰς κεφαλὰς ἡμῶν. Διήλθομεν διὰ πυ-

remittere tergiversemur. Quæ in nos committuntur offensæ, eæ parvæ, leves et dissolutu faciles. Quas vero in Deum committimus, magnæ, et solius ejus benignitatis auxilio diluendæ. Cave igitur ne propter parva et vilia in te admissa, gravissimorum tibi ipsi peccatorum remissionem apud Deum præcluseris.

XVII. « Et ne inducas nos in tentationem Domine.» Idne Dominus orare nos docet, ne ullatenus tentemur? Et quomodo alibubi dictum est: « Vir non ten« tatus, non est probatus [46]? *et iterum:* Summum « gaudium existimate, fratres mei, cum in tentatio« nes incideritis varias [47]. » Verum ingredi in tentationem, nonne fuerit a tentatione submergi? Nam tentatio torrenti ad trajiciendum difficili similis est: qui igitur in tentationibus non submerguntur, optimi velut natatores trajiciunt, et nulla ratione ab eis pertrabuntur; qui vero tales non sunt, ingressi demerguntur. Qualis, ut exemplo utamur, Judas fuit; qui in avaritiæ tentationem ingressus, non enatavit sed submersus, et corpore et spiritu suffocatus est. Petrus in denegationis tentationem introivit, sed ingressus mersus non est (3): verum generose tranans a tentatione liberatus est. Audi rursus alibi incolumium sanctorum chorum, quod a tentatione ereptus sit gratias persolventem: « Probasti nos« Deus; incendisti nos sicut incenditur argentum; in« duxisti nos in laqueum; posuisti afflictiones super « dorsum nostrum; imposuisti homines super capita « nosir. Transivimus per ignem et aquam, et eduxisti « nos in refrigerium [48].» Viden' eos fidenter exsultantes quod trajecerint, nec ipsi perfossi (4) sint? *Et edu-*

[46] Eccli. XXXIV, 9, 10; Rom. V, 3. 4. [47] Jac. I, 2. [48] Psal. LXV, 10-12.

simili loquendi ratione cat. 2. num. 7, ἐξ οἵων εἰς οἷα κατηνέχθη. Post λαμβάνομεν, ex iisdem codicibus Coisl. edit. Morel et vers. Grod. addidimus verba, μὴ ἀναμείνωμεν.

(1) Τῆς αὐτοῦ μόνης, etc. Aliter codd. Roe et Casaub., καὶ τῆς αὐτοῦ δεόμεθα φιλανθρωπίας, *et hujus opus habemus benignitate.* In codd. Ottob., τῆς αὐτῆς μόνης, etc. *sola ipsa per se benignitate opus habent.* Vox δέομαι non significat simpliciter *opus habere*, sed, hoc solo auxilio posse tolli. Sic Basil. epist. 317: Τὸ δὲ ἁμάρτημα τοῦ Λαμὲχ, οὐ κατακλυσμοῦ δεῖται πρὸς θεραπείαν, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ αἴροῦντες [*f.* αἴροντος] τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. *Peccato Lamech non sufficit ad curationem diluvium, sed necessarius est is qui tollit peccatum mundi.*

(2) Ἀνὴρ ἀπείραστος, ἀδόκιμος. Locus ille ut jacet, numquam reperitur in Scriptura. Fuit tamen a multis Patribus Græcis et latinis citatus. Ad eum alludit Naz., epist. 215, dum scribit: Οὐ δόκιμον τὸ ἀπείραστον. Sanctus Nilus, *Peristeriæ* sect. 4, c. 6: Οὐκ ἤκουσας τῆς θείας λεγούσης φωνῆς· Ἀνὴρ ἀπείραστος, ἀδόκιμος παρὰ Θεῷ; *Non audivisti divinam vocem dicentem*: Vir *non tentatus, non probatus apud Deum*. Damasc., lib. II *De fide*, cap. 30: Ἀνὴρ γὰρ ἀπείραστος, ἀδόκιμος, οὐδενὸς λόγου ἄξιος. Reperitur in Latinis sancti Ephræm, *De pœnit. et patient.*, pag. 151: item apud Ruffinum, *De benedictionibus patriarc.*, lib. II, in Benedict. Gad.: *Vir intentatus non est probabilis.* Apud Cassianum, Coll. IX, cap, 23, et qui ex eo sumpsit Julianum Toletanum, lib. II Ἀντικειμένων, quast. 138: *Omnis vir qui non est tentatus, non est probatus.* Nullus eorum quo ex loco sententiam hanc deprompserit assignat. Sunt in Ecclesiastico et in aliis Scripturæ libris sententiæ isti similes; e quibus, dum e memoria vel solo sensu recitantur, factum fuerit adagium hoc Patrum ore contritum.

(2*) Ὁλοκλήρων. Lege, ὁλοκλήρου. EDIT.

(3) *Petrus in tentationem ingressus mersus non est.* Haud negat Petrum gravi succubuisse peccato, juxta quosdam ab Hieronymo, *in Matth* XXVI, 72, castigatos, qui frivola verbi occupatione, per mentalem restrictionem culpa prorsus liberabant Petrum. Cyrillus vero cat. 2, num. 19, confitetur Petrum ter Dominum negavisse; hujus admissi interiori pœnitentia tactum veniam promeruisse, et peccantium per pœnitentiam salutem consecutorum insigne exemplar evasisse. Hoc est igitur Cyrillo tentationem superare; non solum peccatum effugere, sed a peccato resipiscere. Idcirco Judam avaritiæ tentatione submersum dicit, non quod tentationi succumbens prodiderit Christum; sed quod desperatione laqueo vitam finivit. Inusitata hæc superandæ tentationis, vel eidem succumbendi explicatio. Habetur huic finitima sub nomine cujusdam Patris. *Prati Spir.* cap. 209. Hesychius, quem Hierosolytanum presbylerum fuisse ferunt, cum mihi Latinus fuisse videatur, *in Leviticum*, cap. V, 2. « Neque « enim omnis qui a bestia capitur jam omni modo « ab ea et occiditur; forsitan enim et postquam « capitur, liberatur, sicut Petrus. Incidit enim in « diaboli laqueo tempore negationis: sed resipis« cens evasit, et dicit cum David: » « Anima mea « sicut passer erepta est, » etc.

(4) F. infixi, in laqueo vel in limo profundi (*Ps.* LXVIII, 3).

xisti nos, additur, *in refrigerium* In refrigerium ipsos venisse, est, a tentatione liberatos fuisse. A ρὸς καὶ ὕδατος, καὶ ἐξήγαγες ἡμᾶν εἰς ἀναψυχήν. Ὁρᾷς αὐτοὺς παῤῥησιαζομένους, ἐπὶ τὸ διελθεῖν καὶ μὴ ἐμπαρῆναι (3) ; Καὶ ἐξήγαγες ἡμᾶς, φησὶν, εἰς ἀναψυχήν. Τὸ εἰς ἀναψυχὴν ἐλθεῖν αὐτοὺς, ἐστὶ τὸ ἀπὸ πειρασμοῦ ῥυσθῆναι.

XVIII. *Sed libera nos a malo.* **331** Si illud, *Ne inducas nos in tentationem*, significaret omnino non tentari, non adjecisset, *Sed libera nos a malo.* Malus vero, est adversarius dæmon, a quo liberari oramus. Tum vero expleta oratione, dicis : *Amen*, per illud, *Amen*, quod significat *fiat*, quæcunque in hac a Deo tradita oratione continentur, obsignans [et assentiens].

ΙΗ'. Ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Εἰ ἦν τὸ, Μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, τὸ τοῦ μηδόλως πειρασθῆναι παραστατικὸν, οὐκ ἂν ἔλεγεν· Ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Πονηρὸς δὲ, ὁ ἀντιλείμενος δαίμων, ἀφ' οὗ ῥυσθῆναι εὐχόμεθα. Εἶτα μετὰ πλήρωσιν τῆς εὐχῆς λέγεις· Ἀμήν· ἐπισφραγίζων διὰ τοῦ Ἀμὴν, ὃ σημαίνει, γένοιτο, τὰ ἐν τῇ θεοδιδάκτῳ εὐχῇ.

XIX. His peccatis dicit sacerdos : *Sancta sanctis* (1). [49] Sancta sunt, quæ [in altari] proposita jacent, recepto Spiritus sancti superventu. Sancti vos quoque, Spiritus sancti dono dignati. Sancta igitur sanctis conveniunt. Deinde vos subjicitis : B *Unus sanctus, unus Dominus Jesus Christus.* Revera namque unus est sanctus, natura sanctus ; nos autem etiam sancti ; verum non natura, sed participatione et operum exercitio, ac voto.

Ιθ'. Μετὰ ταῦτα λέγει ὁ ἱερεύς· Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. Ἅγια τὰ προκείμενα, ἐπιφοίτησιν δεξάμενα ἁγίου Πνεύματος. Ἅγιοι καὶ ὑμεῖς, Πνεύματος ἁγίου καταξιωθέντες. Τὰ ἅγια οὖν τοῖς ἁγίοις κατάλληλα. Εἶτα ὑμεῖς λέγετε· Εἷς Ἅγιος, εἷς Κύριος (4) Ἰησοῦς Χριστός. Ἀληθῶς γὰρ εἷς ἅγιος, φύσει ἅγιος· ἡμεῖς δὲ καὶ ἅγιοι· ἀλλ' οὐ φύσει, ἀλλὰ μετοχῇ, καὶ ἀσκήσει, καὶ εὐλῇ.

XX. [50] Audivisti deinde vocem psallentis (2), divina quadam melodia vos ad sanctorum mysteriorum communionem invitantis, ac dicentis : *Gustate et videte, quod bonus est Dominus* [51]. [52] Ne corporeis faucibus hujus rei judicium æstimationemque permittite : non, inquam, sed fidei omnis dubitationis experti. Qui enim gustant, non panem et vinum degustare jubentur, sed antitypum [seu signum et sacramentum] corporis et sanguinis Christi.

Κ'. Μετὰ ταῦτα, ἀκούετε τοῦ ψάλλοντος, μετὰ μέλους θείου προτρεπομένου ὑμᾶς εἰς τὴν κοινωνίαν τῶν ἁγίων μυστηρίων, καὶ λέγοντος· Γεύσασθε καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος. Μὴ τῷ λάρυγγι τῷ σωματικῷ ἐπιτρέπητε τὸ κριτικόν· οὐχὶ, ἀλλὰ τῇ ἀνενδοιάστῳ πίστει. Γευόμενοι γὰρ, οὐκ ἄρτου καὶ οἴνου κελεύονται γεύσασθαι, ἀλλὰ ἀντιτύπου (5) σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστου.

XXI. Adiens igitur, ne expansis manuum volis,

Κα'. Προσιὼν οὖν (6), μὴ τεταμένοις τοῖς τῶν

« [49] Vid. sup. n. 7 ; cat. 19, n. 7, cat. 21, n. 3. [50] Vid. cat. 13, n. 26. » [51] Psal. xxxiii, 9. « [52] Vid. « cat. 22, n. 6 et 9. »

(1) *Dicit sacerdos* : *Sancta sanctis.* Hujus cæremoniæ ritum describit sanctus Euthymius Hierosolymitanæ diœcesis incola, apud Cyrillum Scythopolitanum, *Vitæ* ejus pag. 62, his verbis : Ἀναφορᾶς ἀπαρτισθείσης, ὁ ἱερεὺς τὰς χεῖρας εἰς ὕψος ἐκτείνας, φέρων καὶ ὑποδεικνύων τοῖς πᾶσι τὸ οἰκονομηθὲν πρὸς τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν μυστήριον, μετὰ φωνῆς ὑψηλῆς εἰς ὑπακοὴν τοῦ παντὸς λαοῦ, λέγει· τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. « Post perfectam oblationem, sacerdos « extensis in altum manibus, ferens et ostentans « omnibus dispensatum ad nostram salutem sa- « cramentum, excelsa voce, ut ab universo populo « audiatur, dicit : Sancta sanctis. » Hæc exhortatio *Sancta sanctis*, in omnibus Græcis liturgiis habetur : in Mosarabica quoque ; atque in aliis etiam Latinis Ecclesiis dictam esse certa monumenta testantur.

(2) *Audivisti vocem psallentis*, etc. Psalmum xxxiii dum communio sumeretur decantari præcipiunt *Constit. apostol.*, lib. viii, cap. 13, solum autem versum, *Gustate*, etc. a cantoribus decantari in sancti Jacobi liturgiâ præscribitur. Quod et fit in Missa Mosarabica. Eum locum Patres idcirco vulgo de Eucharistia interpretantur.

(3) Ἐμπαρῆναι. Forte ἐμπαγῆναι.

(4) Εἷς Ἅγιος, εἷς Κύριος etc. Alterum εἷς ante Κύριος omittitur in codd. Roe et Casaub., legitur autem in liturgia sancti Jacobi, sancti Basilii et sancti Chrysostomi, quæ eadem formula utuntur quam hic exprimit Cyrillus. Ea quoque verba, tanquam ex formula apud Christianos usitata reperiuntur apud Greg. Nyss., lib. ii *cont. Eunom.* C pag. 485. In *Constitutionibus apostolicis*, lib. viii, cap. 83, pag. 354, eadem respondendi ad *Sancta sanctis*, formula præscribitur, tertium εἷς, *unus*, addendo ante Ἰησοῦς Χριστός. Post, loco ἡμεῖς δὲ καὶ ἅγιοι, in codd. Roe, Casaub. et Grod. habetur, ἡμεῖς γὰρ εἰ καὶ ἅγιοι· *Nos enim etsi sancti sumus*, etc.

(5) Ἀντιτύπου. Dositheus Hierosolymitanus patriarcha hunc locum citans, *Enchiridii* pag. 46, legit, ἀντιτύπων, *antitypa*. Ac revera Patres fere semper antitypa dicunt, maxime cum corporis et sanguinis conjunctam mentionem faciunt. Vertere potumus *antitypum corpus*, non *antitypum corporis* : non enim habetur ἀντιτύπου τοῦ σῶματος, sed sine articulo, ἀντιτύπου σώματος. Corpus autem et sanguis Christi antitypa dicuntur in Eucharistia, ad distinctionem eorumdem in statu naturali exsistentium. Sic Origenes, tom. ii *in Matth.*, pag. 254, eucharisticum panem vocat, τυπικὸν καὶ συμβολικὸν σῶμα, hoc est corpus typis obtectum iis quibus idem corpus in naturali suo statu existens, mactatum et immolatum figuratur et adumbratur; quo statu in Eucharistia esse non potest. De objectione quam inde Albertinus petit, fusius, in Dissert. tertia agimus.

(6) Προσιὼν οὖν. Hæc quoque usque ad κατέχετε ταῦτας excl. citantur in libello Περὶ θείων μυστηρίων, continuate cum verbis num. 15 ad quartam Orationis Dominicæ petitionem pertinentibus, quæ ab hoc auctore allegata fuisse eo loco notavimus. Hic autem in citando Cyrillo magna libertate utitur : quam cum Albertinus in argumen-

χειρῶν καρποῖς προσέρχου, μηδὲ διηρημένοις τοῖς δακτύλοις· ἀλλὰ τὴν ἀριστερὰν θρόνον ποιήσας τῇ δεξιᾷ, ὡς μελλούσῃ Βασιλέα ὑποδέχεσθαι· καὶ κοιλάνας τὴν παλάμην, δέξου τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, ἐπιλέγων τὸ, Ἀμήν. Μετ' ἀσφαλείας οὖν ἁγιάσας τοὺς ὀφθαλμοὺς τῇ ἐπαφῇ τοῦ ἁγίου σώματος, μεταλάμβανε, προσέχων μὴ παραπολέσῃς τι ἐκ τούτου αὐτοῦ. Ὅπερ γὰρ ἐὰν ἀπολέσῃς, τούτῳ ὡς ἀπὸ οἰκείου δηλονότι ἐξημιώθης μέλους. Εἰπὲ γάρ μοι· Εἴ τίς σοι ἔδωκε ψήγματα Χρυσίου, οὐκ ἂν μετὰ πάσης ἀσφαλείας ἐκράτεις, φυλαττόμενος μή τι αὐτῶν παραπολέσῃς, καὶ ζημίαν ὑποστῇς ; Οὐ πολλῷ οὖν μᾶλλον ἀσφαλέστερον τοῦ χρυσίου καὶ λίθων τιμίων τιμιωτέρου, διασκοπήσεις ὑπὲρ τοῦ μὴ ψίχαν σοι ἐκπεσεῖν ;

A neque disjunctis digitis accede (2) ; sed sinistram velut thronum subjiciens dexteræ, utpote Regem susceptura : et concava manu suscipe corpus Christi, respondens : *Amen*. Postquam autem caute oculos tuos sancti corporis **332** contactu sanctificaveris, illud percipe ; advigilans ne quid ex eo tibi depereat. Quod enim intercidere patieris, id tibi tanquam ex propriis membris deminutum puta. Dic enim, quæso, si quis tibi auri ramenta dedisset, nonne summa cautione ac diligentia teneres, providus ne quid horum tibi periret, ac damnum paterere ? nonne multo cautius ac vigilantius curabis, ne ex eo tibi vel mica intercidat, quod est auro ac gemmis longe pretiosius ?

ΚΒ'. Εἶτα, μετὰ τὸ κοινωνῆσαί σε τοῦ σώματος Χριστοῦ, προσέρχου καὶ τῷ ποτηρίῳ τοῦ αἵματος· μὴ ἀνατείνων τὰς χεῖρας, ἀλλὰ κύπτων, καί τρόπῳ προσκυνήσεως καὶ σεβάσματος λέγων τὸ, Ἀμήν, ἁγιάζου, καὶ ἐκ τοῦ αἵματος μεταλαμβάνων Χριστοῦ. Ἔτι δὲ τῆς νοτίδος ἐνούσης τοῖς χείλεσί σου, χερσὶν ἐπαφώμενος, καὶ ὀφθαλμοὺς καὶ μέτωπον, καὶ τὰ λοιπὰ ἁγίαζε αἰσθητήρια. Εἶτα ἀναμείνας τὴν εὐχήν, εὐχαρέστει τῷ Θεῷ τῷ καταξιώσαντί σε τῶν τηλικούτων μυστηρίων.

B XXII. Tum vero post communionem corporis Christi, accede et ad sanguinis poculum : non extendens manus ; sed pronus (3), et adorationis ac venerationis in modum, dicens *Amen*, sanctificeris, ex sanguine Christi quoque sumens. Et cum adhuc labiis tuis adhæret ex eo mador, manibus attingens, et oculos et frontem et reliquos sensus sanctifica. Postremo, exspectans orationem, gratias age Deo qui te tantis mysteriis impertire dignatus est.

ΚΓ'. Κατέχετε ταύτας παραδόσεις ἀσπίλους, καὶ ἀπροσκόπους ἑαυτοὺς διαφυλάξατε. Τῆς κοινωνίας ἑαυτοὺς μὴ ἀποῤῥήξητε· μὴ διὰ μολυσμὸν ἁμαρτιῶν, τῶν ἱερῶν τούτων καὶ πνευματικῶν ἑαυτοὺς ἀποστερήσητε μυστηρίων. Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελεῖς· καὶ ὁλόκληρον (1) ὑμῶν τὸ σῶμα, καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ πνεῦμα, ἐν τῇ παρουσίᾳ

C XXIII. [53] Eas traditiones inviolatas retinete ; et inoffensos vosmet servate. A communione ne vos abscindite ; neque propter peccatorum inquinamentum sacris istis et spiritualibus defraudate mysteriis. *Deus autem pacis sanctificet vos totos ; et integrum vestrum corpus, et anima, et spiritus, in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur* [54]. Cui

[53] *Vid. cat.* 5, 13. [54] I Thess. v, 23.

tum traxerit, ut probet depravatas fuisse eas Catecheses, earumque auctoritatem infirmet ac dejiciat, locum integrum quamvis prolixum exscribere non gravabimus. Ita igitur Cyrilli verba refert : Προσιὼν δὲ, μὴ τεταμένας χερσὶ, μηδὲ διηρημένοις τοῖς δακτύλοις· ἀλλὰ τὴν ἀριστερὰν θρόνον ποίησον τῇ δεξιᾷ, ὡς μελλούσῃ Βασιλέα ὑποδέχεσθαι· καὶ κοιλάνας τὴν παλάμην δέχου μετὰ πολλοῦ φόβου τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, ἐπιλέγων τὸ, Ἀμήν. Καὶ τῇ ἐπαφῇ τῶν ὀφθαλμῶν μεταλάμβανε, ἵνα μὴ τῆς μαργαρίτου ἐκπέσῃ τῆς χειρός σου. Εἶτα, μετὰ τὸ κοινωνῆσαι τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ, προσέρχου καὶ τῷ τιμίῳ καὶ ἁγίῳ αἵματι, μὴ ἀνατείνων τὰς χεῖρας, ἀλλὰ τρόπῳ προσκυνήσεως ἐγων τὸ, Ἀμήν. Ἔτι δὲ τῆς νοτίδος οὔσης τοῖς χείλεσι, ταῖς χερσὶν ἐπαφώμενος, καὶ ὀφθαλμοὺς, καὶ μέτωπον, καὶ τὰ λοιπὰ αἰσθητήρια ἁγίαζε. Εἶτα ἀναμείνας τὴν εὐχὴν, εὐχαρίστει τῷ Θεῷ, τῷ καταξιώσαντί σε τῶν τηλικούτων μυστηρίων. Vides, lector, num dignus sit locus in quo se tantopere jactet Albertinus. Auctor ex Cyrillo sumpsit quæ ad suum propositum conducebant, ut mysteriorum nostrorum fidem assereret. Cætera vel præteriit vel in compendium suo more redegit. Adjice librariorum errata et oscitantias, quæ in hoc toto opusculo enormes deprehenduntur. Atque inde judices num ex unius obscuri et anonymi auctoris indiligentia in citando, depravationis accusanda sit hæc catechesis, quum alia ejus loca ab antiquissimis auctoribus summa fide allegata perspexeris.

(1) Ὑμᾶς ὁλοτελεῖς, καὶ ὁλόκληρον. Ea verba in editis prætermissa resarcimus ex codd Roe, Ottob. et Casaub. ex sacro Textu, et versione Grodecii ; qui tamen ὁλοτελῶς loco ὁλοτελεῖς legisse videtur, et verba, καὶ τὸ πνεῦμα, ignoravisse. Post, in codd. Roe et Casaub. Catechesis his paucis verbis concluditur, ᾧ ἡ δόξα. Ἀμήν, omissis verbis, τιμὴ καὶ κράτος, etc. quæ sequuntur. Voces, καὶ Υἱῷ, uncinis inclusimus, quia Filio jam gloria reddita est in voce ᾧ quæ ad ipsum refertur.

(2) *Adiens igitur*, etc. Vel ad cancellos altaris, qui idcirco mediam hominis staturam non excedebant, Hierosolymitano saltem in tractu, ex *Vita sancti Euthymii*, pag. 60, vel, ut magis censeo, ad ipsum altare. Ait enim cat. 18, num. 32, communicaturos ad sanctum Dei altare accessuros esse, πρὸς τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ προσελεύσεσθαι θυσιαστήριον. Vetus enim consuetudo fuit ut omnes intra cancellos altaris communicarent. Id de ecclesia Antiochena patet ex Ignat., *Epist. ad Ephes.*, n. 5, et variis sancti Chrysostomi locis ; de Alexandrina ex Dionysio Alexandr., apud Euseb., lib. VII *Hist.*, cap. 9 ; de Africana ex Tertull., *De orat.*, cap. 14 ; de Gallicana ex Greg. Turon., lib. IX *Hist.*, cap. 3. Postea præceptum nonnullis in locis, ut soli altaris ministri intra cancellos communicarent. Ita jubet concil. Laodic., can. 19. In Africa sancti Augustini tempore ad cancellos populo dabatur communio, Aug. serm. 372. n. 3.

(3) *Pronus*. Male Bellarminus hunc locum in Controversiis recitans, vertit, *genu flexo*. Nam priscis temporibus tam apud Latinos quam apud Græcos communio sumebatur a stantibus, ut alii ante nos observarunt.

gloria, honor et imperium, cum Patre [et Filio] et sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Α τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διατηρηθείη· ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, καὶ κράτος, σὺν Πατρὶ [καὶ Υἱῷ] καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

333

SANCTI CYRILLI

HIEROSOLYMITANI ARCHIEPISCOPI

HOMILIA IN PARALYTICUM AD PISCINAM JACENTEM.

ADMONITIO.

I. Hujus homiliæ auctor, quem modo Cyrillum nostrum esse probabimus, explicat illam Joannis Evangelii partem, qua continetur miraculum Christi, paralyticum annorum triginta ad probaticam piscinam jacentem verbo sanantis, die Sabbati murmurantibus Judæis. Historiæ hujus singulas circumstantias expendit et declarat, aptas ubique ad fidei commendationem et emendationem morum exhortationes interserens.

II. Principio monet Jesum, animarum simul et corporum medicum, quæcunque loca lustravit benefactis suis implesse (num. 1 et 2) ; e paralytico rogasse num sanitatem vellet, non inscientem ; sed ægri tam animo quam corpore voluntatem ad petendum elicientem (num. 3 et 4) ; id quod et in alio miraculo cœcorum duorum fecit (num. 5). Tum occasione sumpta ex responsione paralytici hominem se habere negantis, Christi divinitatem cum humanitate conjunctam et utriusque confitendæ necessitatem ostendit (num. 6) ; Christique omnipotentissimam, et se sola pollentem vim demonstrat (n. 7-10). Deinde imperium illud Christi, quo paralyticus lectum suum in ferculo exportare jubebatur, interpretans, digreditur in illum Canticorum locum, quo Salomon ferculum sibi fecisse memoratur ; eumque ad passionem Christi allegorice refert ; prius monens non communem et profanum illum librum esse, sed mysteriis Christi passionis plenum (n. 10-12). Ad propositum revertens, miraculi a Christo facti celeritatem et facilitatem laudat (n. 13) ; multo difficiliorem sanatu notans Judæorum illud malignis oculis cernentium et reprehendentium infidelitatem, quam ipso miraculi suspectu, et Christi potentiæ consideratione sanari par erat (n, 14 et 15). Christum postea ad evitandum miraculi plausum se subduxisse observans, fidelium donis miraculorum acceptis gloriantium præcipitem jactationem retundit (n. 16), ac monitum Christi ad sanatum hominem, ne amplius peccet deteriora perpessurus, recensens ; omnia mala nostra ex peccatis oriri notat, eaque diligenter amputanda monet, nec Dei patientia abutendum (n. 17). Inde occasione sumpta ex lecta superius in ecclesia Pauli apostoli sententia, sensumque ejus enucleans, varias ad virtutem hortationes subjungit (n. 18) ; et commendata in Christum fiducia, episcopi orationi locum facturus, suæ finem imponit (n. 19).

III Homiliam hanc, ex ms. cod. Bodleianæ bibliothecæ num. 25 notato expressam, primus in lucem edidit Thomas Millesius in Oxoniensi Cyrilli Hierosolymitani editione anni 1303. Sed quæ omnium editionum ex uno duntaxat codice adornatorum fortuna est, in medio mutila est, et mendis innumerabilibus respersa ; nam codicis sui scripturam editor summa fide qualis erat omnino repræsentavit, adjectis ad imam paginarum calcem scholiis, quibus suas de emendando textu conjecturas proponit. Nos in bibliotheca Christianissimi regis unum orationis ejus exemplar nacti, in codice membranaceo undecimi vel duodecimi circiter sæculi notato 2030 in quo habetur fol. 135, verso, lacunam mediæ homiliæ explevimus, ac permulta Anglicani codicis errata correximus ; falsi tamen alium codicem a nobis desiderari, ut pura et perfecte defæcata producatur. Tametsi enim amborum codicum collatio magnum ad textus emendationem momentum attulerit, adhuc tamen supersunt nævi nonnulli : maxime in ea parte homiliæ quam ex uno regio codice edidi, quæ alterius codicis auxilio declarari et emendari nequivit. In his locis nihil aliud facere **334** potui, quam ut conjectura supplerem. Ubi manifesta ratio cogebat, non dubitavi id quod conjiciebum legendum textui inserere, ne barbaram et inusitatam, et alienam lectionem, pro ea quæ indubitate Cyrilliana videbatur, obtruderem. At ubi nihil certi suppetebat, repræsentata mss. lectione, in notis meam conjecturam indicavi, liberam aliorum conjecturis aleam relinquens.

IV. In Anglicana editione repræsentatur quasi initio mutila ; sicque habetur ejus initium præfixis aliquot punctis continuate positis... οὗ δ' ἂν φανῇ Ἰησοῦς. Ac revera particula δέ quædam alia præcessisse significat. Haud tamen declarat Millesius quot folia, vel quæ folii pars deest in codice. At in ms. regiæ bibliothecæ libro, nulla prorsus cujusquam defectus significatio. Incipit ab his verbis, ὅπου ἂν φανῇ Χριστός, etc. Litttera O majuscula adpictam piscis figuram, propter piscinæ mentionem, circumplectente. Nihil prorsus ad homiliæ hujus integritatem deest ; ut si quid præ-

termissum sit, nihil aliud præter principium quoddam sive exordium minime necessarium, aut una alterave phrasis, deesse videatur.

V. De hujus orationis auctore jam disquirendum superest. Ambo codices, Anglicanus et Gallicus, Cyrilli Hierosolymitani nomen hujus fronti infixum præferunt : nec quidquam est quod huic inscriptioni opponi possit; imo multa sunt quæ Cyrillum auctorem, mea quidem sententia, abunde demonstrent.

VI. Ac primo quidem homiliæ istius antiquitatem plura confirmant. Adhuc enim ea vigebat consuetudo, ut plura in una synaxi concionarentur, et postremus omnium episcopus Nam sub orationis finem num. 20 veretur ne patris, hoc est episcopi, doctrinæ et concioni sua ob prolixitatem impedimento futura sit, et sublimiora ab eo verba exspectanda ait. Notum autem est Cyrillum, quo tempore Catecheses habebat, nimirum ante episcopatum suum singulis synaxibus concionari solitum esse. Eo etiam tempore communia erant inter fideles, nulla insigni sanctitatis nota conspicuos, somniorum propheticorum, curationum, et expellendorum dæmonum dona; dum notat num. 16, si cui hujusmodi successus contingant, inde homines passim efferri solere, eaque non modesto silentio supprimere, sed glorianter evulgare. Cyrilli autem ætate observavimus frequentia fuisse hæc primæ ætatis charismata, ita ut cum baptismi gratia, secundum cujusque fidei proportionem ordinariæ concederentur. Vide cat. 1, num. 5; cat. 5, n. 9 et 11; cat. 13, num. 23; cat. 17, num. 37. Præterea simplex hujus auctoris theologia nihil theologicorum vocabulorum admistum habet. Vide disertam et perspicuam divinitatis et humanitatis Christi confessionem, num. 6, qualis omnino habetur cat. 12, num. 1, iisdem propemodum verbis expressa.

VII. Secundo, auctorem Hierosolymæ scripsisse suadet, non tantum id quod num. 2 de piscinæ probaticæ descriptione tradit, plane simile ei quod *Hierosolymitani Itinerarii* auctor eadem ætate narrabat; verum etiam quod num. 12 de Gabbatha loquens, seu Lithrostoto in ædibus Pilati existente, ait, auditorem tantum non ad inspectionem locorum remittens; quo in loco ea formula dicendi utitur, Norunt Ecclesiæ studiosi, Ἴσασιν οἱ τῆς Ἐκκλησίας σπουδαῖοι, qua in simili occasione usus est cat. 13, num. 26. Οἴδασιν οἱ σπουδαῖοι τῆς Ἐκκλησίας ψαλμῳδοί.

VIII. Tertio stylus ipse et dicendi ratio Cyrillianæ similis; in varia membra concisus, non ampullatus aut grandis, sed familiaris et qualis extemporalis orationis, cujusmodi sunt omnes catecheses, esse solet. Scripturas frequenter citat auctor, eas explanans paraphrasis in modum; brevibus sententiis, expositionis gratia, earum verba intercipiens, atque identidem repetens; sicque continuens, donec totum contextum sibi propositum absolverit; præterea crebris parenthesibus vel orationem suam, vel citata Scripturæ verba interrumpens. Id in omnibus catechesibus, tute observasti, atque in hac homilia perspicue deprehendes, præsertim num. 10 et 5. Digressionibus quandoque longis utitur Cyrillus, ut cat. 6, num. 29; cat. 16, num. 14; habes quoque isthic prolixam, quæ numéros 10, 11 et 12, integros complectitur. Scripturas hic mystica, et ut vocat, *contemplatrice*, seu allegorica commentandi ratione interpretatur, præsertim num. 10 et sqq. Hanc autem extra catecheses ipsi Scripturas enarrandi consuetudinem fuisse significat cat. 13, num. 9, quo loco docet catechesim aliud dicendi genus, faciendæ fidei aptius, postulare : nec tamen in Catechesibus litterali sensui ita intentus est, ut non allegoricis ac mysticis, cum se dat occasio, libenter immoretur ex consuetudine.

IX. Quarto similes in hac homilia, atque in Catechesibus, ac pene ad verbum repetitæ observantur sententiæ. Nonnullas jam supra num, 6 et 7 observavimus. En alias; Christum **335** corporum et animarum medicum iisdem pene verbis docet in hac homilia, num. 2, et cat. 10, n. 13; quo etiam in loco, ut et hic num. 19, hortatur, ut qui corporeis conflictatur morbis, ad Christum confugiat. Christum omnibus omnia effici eodem modo dicit hic num. 9 et cat. 10, num. 5 Quæ hic de Christo una ex parte Deo, ex altera homine, disserit num. 6, plane similia sunt verbis cat. 4, num. 9. Ut hujus orationis num. 9. in Christe non eum qui apparet, sed eum qui operabatur in eo qui apparebat, considerandum monet; ita cat. 11, num. 20, negat attendendum ad eum qui natus est in Bethleem, sed eum adorandum qui sempiterno genitus est ex Patre. Christum ex Patre *immediate* genitum dicit hic num, 6, quod repetit et explicat cat. 7, num. 4, et cat. 11, num. 7. Christum nutu Patris omnium factorem appellat isthic num. 5. In catechesibus sæpe, et in primis cat. 11. n. 22 et 24. Eadem est sententia, eademque verba de Christo, prophetice, quamvis per derisum, a militibus pro rege salutato, hujus orat. num. 12, et cat 13, num. 17. In hac homilia num. 10, in commendationem sacri Canticorum libri excurrit, atque passionis Christi propheticum esse. Id maxime Cyrillo proprium, qui nullo alio Scripturæ libro familiarius ac libentius uti solet, multrsque in eo Christi passionis circumstantias prophetatas esse contendit. Similia prorsus de horto in quo crucifixus et sepultus est Christus ex Canticorum libro dicuntur hic num. 11, et cat. 13, num. 32, ac cat. 14, num. 5. Item de favo mellis post resurrectionem degustato, ac vino myrrhato ante crucem, homil. *in Paralyt.* num. 11, et cat. 13, num. 29, ac cat, 14, num. 11.

X. Omitto multas alias similes sententias ac locutiones : v. g. Paralyticum nostrum anima simul et corpore ægrotasse ait hic num. 4, et cat. 10, num. 13. Quod de Judœis semper discentibus et in ignorantia senescentibus hic refert, num. 5, habetur cat. 4, num. 2, et cat. 13, num. 7 iisdem verbis. Iterum homil. *in Paralyt.*, num. 14, verba verbis destrui, opus argumentum insuperabile continere monet; idem cat. 13, num. 8 Christum vocat isthic num. 9, maris aurigam; et cat. 9, num. 9, Deum aquas tanquam gubernaculo regentem repræsentat, ὕδωρ οἰακίζει. Vocem

ἐκλαμβάνειν Cyrillus pro *interpretari* familiariter adhibet : ita hic num. 10. Vox μέσον significat ambiguum apud Cyrillum cat. 16, num. 15, sic et *in Paralyt.* num. 4. Verbum μείζονα ῥήματα intelligit num. 20 de sublimiori doctrina ; sic. et cat. 18, num. 33. Dum ad aliquem Scripturæ librum auditorem vocat, hac locutione utitur : Ἐλθὲ ἐπὶ τὴν πρώτην βίβλον τὴν Γένεσιν, cat. 10, num. 4 ; Ἐλθὲ ἐπὶ τὸν κθ' ψαλμόν, cat. 15, num. 4. Ita et hic num. 10 : Ἐλθὲ ἐπὶ τὰς Παροιμίας. Confer verba num. 3, τὸ λεῖπον ἀπεπλήρωσεν, cum his cat. 5, num. 9. τοῦ νεκροῦ τὸ λεῖπον τῆς πίστεως ἀναπλήρωσον. Item hac num. 13 : Πολυχρόνιον μὲν τὸ νόσημα, ὀξυτάτη δὲ ἡ ἔμπλαστρος· πολυετὴς μὲν ἡ πάρεσις, ὀξυτάτη δὲ ἡ νεύρωσις, cum. his cat. 2, num. 11 : Ὀξέως ἐπράχθη τὸ πρᾶγμα, ὀξυτάτην ἔσχε τὴν ἰατρείαν, et cat. 13, num. 31 : Μακροχρόνιος μὲν ἡ αἴτησις, ὀξυτάτη δὲ ἡ χάρις... ὀξύτατα κατὰ τοῦ Ἀδὰμ ἀπεφηνάμην· ὀξύτατά σοι χαρίζομαι. Ibi eumdem profecto stylum vides.

XI. Ex his omnibus simul collectis legitime confici potest Cyrillum hujus homiliæ indubitatum auctorem esse. Eam autem peroravit presbyter, Maximo episcopo adhuc vivente, et per se concionante, atque agente : quamobrem eam vel eodem anno quo catecheses, potius aliquot vel ante annis habitam existimo, circiter ann. 345 ; habet enim hæc oratio quiddam quod juvenescentis ingenii tyrocynia redoleat, in frequentibus parenthesibus, disgressionibus crebris et longis, paraphrasibus, abundantioribus et luxuriantibus, locutionibus non sat castigatis. Extemporaliter dicta videtur, sicut et *catecheses* : nec enim dicenti satis digesta ac præparata videtur fuisse materies : indiligens ad hæc Scripturarum allegatio, ac coactæ interdum interpretationes, ut illa de ferculo Salomonis, et argenteis columnis, quæ ab argento Judæ dato passionem cœpisse figurarint. Quæ non impediunt quominus præclara sit oratio, multa præcepta moralia, egregia fidei documenta, et observationes præclaras complectens.

XII. Si certo nosceremus ordinem lectionum in Hierosolymitana Ecclesia usitatarum, ad diei quo habita est hæc oratio notitiam facile perveniri posset. Joannis Evangelium Græci legunt a Pascha usque ad Pentecosten. Eodem tempore quo Joannis Evangelium, legebatur in Ecclesia Hierosolymitana Epistola ad Romanos ; cujus septimi capitis initium, quo die habita hæc oratio est, lectum fuerat, n. 17.

ΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ (1) ΠΑΤΡΟΥ ΗΜΩΝ **336**

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΩΝ

ΟΜΙΛΙΑ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΑΡΑΛΥΤΙΚΟΝ ΤΟΝ ΕΠΙ ΤΗΝ ΚΟΛΥΜΒΗΘΡΑΝ.

—

336

S. P. N. CYRILLI

HIEROSOLYMORUM ARCHIEPISCOPI

HOMILIA

IN PARALYTICUM JUXTA PISCINAM JACENTEM [55].

—

I. Ubicunque apparuerit Jesus, ibi etiam adest salus. Nam et si publicanum in telonio sedentem

Α'. Ὅπου ἂν φανῇ (2) Ἰησοῦς, ἐκεῖ καὶ ἡ σωτηρία. Κἂν τε γὰρ ἴδῃ τελώνην καθήμενον ἐπὶ τοῦ τε-

[55] Joan. v, 2-16.

(1) Τοῦ ἐν ἁγίοις, etc. In editis habebatur tantum, εἰς τόν· reliqua addidimus ex Reg. cod. Loco ἐπί, Reg. habet παρά, quod concinnius.

(2) Ὅπου ἂν φανῇ, etc. Ita Reg. cod. ; at Millesius ex cod. Bodl. scripsit, οὗ δ' ἂν, et præmissis aliquot punctis continenter positis, quibus indica-

λωνίου, τοῦτον ἀπόστολον ποιεῖ καὶ εὐαγγελιστήν· κἂν τε μετὰ νεκρῶν ταφῇ, νεκροὺς ἐγείρει. Καὶ τυφλοῖς μὲν τὸ βλέπειν χαρίζεται, κωφοῖς δὲ τὸ ἀκούειν· καὶ τὰς (1) κολυμβήθρας περιέρχεται, οὐ τὰς οἰκοδομὰς ζητῶν, ἀλλὰ τοὺς νοσοῦντας ἰατρεύων.

Β'. Ἐν γὰρ τοῖς Ἱεροσολύμοις ἦν προβατικὴν κολυμβήθρα (2), πέντε στοὰς ἔχουσα, τέσσαρας μὲν περιτρεχούσας, μέσην δὲ τὴν πέμπτην, ἐν ᾗ κατέκειτο πλῆθος ἀσθενούντων καὶ ἀπιστία ἦν πολλὴ (3) τῶν Ἰουδαίων. Ὁ δὲ τῶν ψυχῶν καὶ σωμάτων ἰατρὸς καὶ θεραπευτής, μέτρῳ τὴν ἴασιν ἐχαρίζετο, τὸν πολυχρόνιον πρῶτον θεραπεύων, ἵνα τάχιον ἀπαλλαγῇ τῶν ἀλγηδόνων. Οὐ γὰρ μία (4) ἡμέρα ἦν αὐτῷ κατακεῖσθαι, ὡς οὐδὲ δευτέρα, οὐδὲ πρῶτος μήν ἢ ἐνιαυτός· ἀλλ' ὀκτὼ καὶ τριάκοντα ἔτη. Κατακείμενος πολυχρονίῳ νόσῳ, γνώριμος ἦν τοῖς ὁρῶσιν, καὶ δεικνύων τοῦ θεραπεύοντος τὴν ἐνέργειαν· ἐγνωρίζετο γὰρ ὑπὸ πάντων διὰ τὸν χρόνον ὁ παραλυτικός. Ὁ δὲ ἀρχίατρὸς ἐδείκνυ μὲν τὴν δύναμιν, ἠθετεῖτο δὲ ὑπὸ τῶν κακῶς ἐκδεχομένων.

Γ'. Περιερχόμενος δὲ τὴν κολυμβήθραν, ἴδεν· οὐκ ἐξ ἐρωτήσεως μαθών, ἀλλ' ἐκ θείκῆς ἐνεργείας (5) τὸ λεῖπον ἀπεπλήρωσεν. Ἰδών, οὐκ ἐρωτῶν, ἐκ πόσου χρόνου κατάκειται. Ἀλλ' ἰδὼν ἔγνω, ὁ καὶ πρὸ τοῦ ἰδεῖν εἰδώς. Εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν κατὰ καρδίαν, οὐ χρείαν εἶχεν ἵνα τις αὐτὸν ἐρωτήσῃ (6) περὶ τοῦ

A viderit [56], hunc apostolum et evangelistam facit; et tametsi inter mortuos sepeliatur, mortuos exsuscitat. Et ille quidem cæcis visum, surdis vero audiendi vim impertit: ac piscinas obit, non ædificia quærens, sed ægros curans.

II. Hierosolymis enim probatica piscina erat, quinque porticus habens; quatuor ambientes, et quintam in medio sitam; in hac jacebat multitudo ægrotantium, eratque plurima Judæorum infidelitas. [57] Medicus vero, qui cum corporum, tu manimarum morbos sanat et curat, mensura quadam et ordine medicinam adhibuit; priorem sanans eum qui diutino morbo laborabat, ut citius doloribus levaretur. Non enim ab uno, vel altero die, aut mense uno, vel anno ibi jacebat, sed ab octo et triginta annis. Longinquo morbo prostratus, videntibus notus erat, et sanantis se vim ac potestatem patefaciens: erat enim notus omnibus propter diuturnitatem temporis paralyticus ille. Ac summus quidem medicus potestatem suam demonstravit; infamata vero ab iis est, qui facta ejus malam in partem accepere.

III. Circumiens enim piscinam, *vidit*, non quæstione habita cognovit, sed divina virtute quæstionis omissionem supplevit. *Videns*, non interrogans, quando ex tempore jaceret. Sed videns cognovit, qui et antequam videret, probe noverat. Nam si in his quæ in corde latebant, **337** *opus ei non erat ut*

[56] Matth. IX, 10. [57] *Vid. cat.* 10, *n.* 13.

tur mutilum esse exordium; ac revera id convincit particula δέ. At in Reg. cod. significatur nihil prorsus deesse. Enclitica τε inter κἄν et ἴδῃ abest a Reg ex quo articulum τοῦ ante τελωνίου addidimus.

(1) Καὶ τάς, etc. Ex Reg. καί loco κἄν· ac pro ζητεῖ et ἰατρεύει, ζητῶν et ἰατρεύων scripsimus. Optima est Bodl. scriptura, si legatur περιέρχηται. Τούς etiam loco τάς ante νοσοῦντας posuimus, nullo ex codice, sed perspicuo mendo correctionem postulante. Forte legendum, τὰς νόσους, *morbos*.

(2) Ἦν προβατικὴ κολυμβήθρα. Ita emendavimus ex Reg. cod.; habetur enim in Millesio, ἐν τῇ προβατικῇ, quæ phrasis verbi alicujus omissione pendet. Scribendum fortassis, ἐν τῇ προβατικῇ ἦν κολυμβήθρα, quod esset convenientius cum Evangelio cujus hæc verba sunt: Ἔστι δὲ ἐν Ἱεροσολύμοις, ἐπὶ τῇ προβατικῇ (supple, ἀγορᾷ), κολυμβήθρα, etc.: *Est autem Hierosolymis ad probaticam* (forum a venalibus ovibus hoc nomine appellatum) *piscina*, etc. Nihilominus in Vulgata nostra dicitur *probatica piscina*, atque hoc nomine passim appellatur a Patribus. Sic Cyrillus Alexandr., lib. XII *in Joan*, cap XIX, 7, pag. 1048, ἐπὶ τῇ κολυμβήθρᾳ ποτὲ ἐπίκλην Προβατικῇ, *ad piscinam quæ olim probatica vocabatur*. Sic auctor homiliæ de semente sancto Athanasio tributæ, operum ejus tomo secundo sive tertio, num. 13, pag. 70: Ἐν Ἱεροσολύμοις προβατική τις ἦν κολυμβήθρα, καὶ νῦν ἐστιν· πέντε στοὰς εἶχε. Νῦν γὰρ περιῃρέθη τὰ πέριξ οἰκοδομήματα· *Erat Hierosolymis Probatica quædam piscina et hactenus exsistit: habuit quinque porticus. Modo enim destructa sunt ambientia ædificia.* Chrysostomus, tom. V, serm. 7, *In paralyticum* 38 *annorum*, pag. 103, legit ut in Vulg. textum Joannis: Ἔστι δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις προβατικὴ κολυμβήθρα. Hieronymus in locis Hebraicis ad Bethesda, ait: *Bethesda, piscina in Jerusalem quæ vocabatur* Προβατική, *et a nobis interpretari potest Pecualis*. Eodem modo vocatur Προβατική in Catena Græca ab Ammonio et Theodoro Mopsuest., p. 142; sed Mopsuestenus quinque has porticus in circuitu fuisse ait. Major vero Cyrilli oculati testis fides. Sanctus Nilus, lib. II, epist. 201, et lib. III, epist. 236, Probaticam pariter piscinam appellat. Auctor *Itinerarii hierosolymitani* sic eam piscinam describit anno Christi 333: « Interius civitatis sunt piscinæ « gemellares, quinque porticus habentes, quæ ap« pellantur Bethsaida. Aquam habent eæ piscinæ « in modum coccini turbatam. » Paulo post, pro τέσσαρες, ex Reg. cod. scripsimus τέσσαρας.

(3) Καὶ ἀπιστία ἦν πολλή, etc. Ex Reg. ms. loco ἀπιστεία scripsimus, ἀπιστία, et verbum ἦν restituimus. Inferius, vox μέτρῳ ante τὴν ἴασιν, omittitur in Reg. cod.

(4) Οὐ γὰρ μία, etc. Ex Reg. editus, οὐ μία μέν. Paulo post, quum ante esset, πρῶτος μὲν ἦ, ex cod. ms. restituimus, πρῶτος μὴν ἦ. Post, ejusdem codicis auctoritate delevimus particulam καί ante γνώριμος· addidimusque verbum ἦν post γνώριμος· voces διὰ τὸν χρόνον, post ἐγνωρίζετο, et particulam δέ ante ὑπὸ τῶν, etc.

(5) Ἐκ θείκῆς ἐνεργείας. Reg., θεϊκῇ ἐνεργείᾳ τὸ λεῖπον ἀποπληρῶν Inferius. ex Reg. voces, ἐκ πόσου, scripsimus istarum loco, τίς μὲν ἐκ τοσούτου.

(6) Αὐτὸν ἐρωτήσῃ. Ex Reg. cod. vocem αὐτὸν supplevimus: ac emendavimus vitiosam scripturam ἐρωτήσει pro ἐρωτήσῃ. Hic porro Cyrillus commiscet duo loca Joannis ex cap. XVI, 30, et cap. II, 25, paulo aliter referens quam apud evangelistam habentur.

quis eum interrogaret de homine ; ipse enim sciebat quid esset in homine [58] : multo id magis circa morbos qui ab exterioribus causis inducuntur.

IV. Vidit quemdam jacentem, et plurima vi morbi degravatum ; peccatorum enim onus grave, simul et diutinus morbi dolor ei incubuere. [59] Huic quæstio proposita id quod cupiebat quodammodo exposuit : *Vis sanus fieri ?* nec quidquam adjecit præterea ; sed quæstionis eum dereliquit ambiguo ; nam quæstio duplex erat. Quoniam enim non corpore solo, verum etiam animo æger erat (secundum illud quod ipsi postea dixit : *Ecce sanus factus es, ne posthac pecces, ne tibi deterius aliquid contingat*), interrogat illum : *Vis sanus fieri ?* O magnam medici protestatem, qui auxilium ex sola voluntate suspendit. Nam cum ex fide salus sit, idcirco audivit illud : *Visne ?* ut voluntas hæc, [Christi] operationem eliceret. Vox hæc unius Jesu propria est ; non enim summorum [etiam] qui corpora curant, medicorum est ; nam qui sensibilibus morbis medentur, non possunt omnibus dicere : *Vis sanus fieri ?* Jesus vero ipsum etiam velle dat, et fidem acceptam habet, et donum gratis impertit.

V. Obambulabat aliquando Salvator in via, et cæci duo sedebant [60], corpore quidem cæcutientes, animo vero illuminati. Quem enim non voverant Scribæ, hunc demonstrabant cæci, clamantes [61]. Cumque Pharisæi qui legem addidicerant, eamque a pueritia ad senectutem usque fuerant meditati, in ignorantiaque consenuerant [62], dicerent : *Hunc nescimus unde sit* [63] : (In propria enim venit, et sui eum non receperunt [64]) ; cæci contra clamabant, dicentes : *Fili David, miserere nostri* [65] ; et quem nescierunt qui legem didicerant, hunc noverunt qui

ἀνθρώπου· αὐτὸς γὰρ ᾔδει τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· πολὺ δὲ μᾶλλον περὶ τῶν νοσημάτων, ὧν ἔξωθεν ἡ ἐπαγωγή.

Δ'. Εἶδέν τινα κατακείμενον, καὶ πλείστῃ (1) νόσῳ βεβαρημένον· ἁμαρτιῶν γὰρ εἶχε πολὺ φορτίον, καὶ νόσου πολυχρόνιον ἀλγηδόνα. Πρὸς τοῦτον ἐρώτημά πως λέγει τὸ ποθούμενον· Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι ; καὶ οὐκ εἶπέν τι ἄλλο, ἀλλὰ κατέλιπεν τῇ μεσότητι τῆς ἐρωτήσεως· διπλῆ γὰρ ἦν ἡ ἐρώτησις. Ἐπειδὴ γὰρ οὐ μόνον ἐνόσει (2) τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν (κατὰ τὸ ὕστερον ὑπ' αὐτοῦ εἰρημένον· Ἰδὲ, ὑγιὴς γέγονας· μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν σοί τι γένηται), ἠρώτα αὐτόν· Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι ; Ὦ μεγάλης ἰατροῦ δυνάμεως, ἐπὶ τῷ θέλειν τὴν βοήθειαν τιθεμένου ! Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ πίστεως ἡ σωτηρία, διὰ τοῦτο ἤκουσε τὸ, Θέλεις ; ἵνα τὸ θέλειν ἐπαγάγῃ (3) τὴν ἐνέργειαν. Τοῦτο μόνου τοῦ Ἰησοῦ τὸ ῥῆμα· ἀρχιάτρων γὰρ οὐκ ἔστιν αἰσθητῶν. Οἱ γὰρ τὰ αἰσθητὰ νοσήματα θεραπεύοντες, οὐ δύνανται πᾶσιν λέγειν· Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι, Ἰησοῦς δὲ καὶ τὸ θέλειν χαρίζεται (4), καὶ τὸ πιστεύειν λαμβάνει, καὶ τὴν δωρεὰν ἀμισθὶ χαρίζεται.

Ε'. Περιῆει ποτὲ ὁ Σωτὴρ κατὰ τὴν ὁδὸν, καὶ τυφλοὶ δύο ἐκαθέζοντο, ἀβλεπτοῦντες (5) μὲν τῷ σώματι, πεφωτισμένοι δὲ τὴν διάνοιαν. Ὅνπερ γὰρ οὐκ ᾔδεισαν Γραμματεῖς, τοῦτον ἐδείκνυον οἱ τυφλοὶ βοῶντες. Οἱ μὲν γὰρ Φαρισαῖοι, τὸν νόμον μεμαθηκότες (6), καὶ ἐκ παιδίου ἕως γήρως μεμελετηκότες, καὶ ἐν ἀμαθίᾳ γεγηρακότες, ἔλεγον, ὅτι Τοῦτον οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν· (Εἰς γὰρ τὰ ἴδια ἦλθεν, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον·) οἱ δὲ τυφλοὶ ἐπιβόων λέγοντες· Υἱὲ Δαβίδ, ἐλέησον ἡμᾶς. Καὶ ὅνπερ οὐκ ᾔδεισαν οἱ τὸν νομον μεμαθηκότες, τοῦτον ᾔδεισαν οἱ

[58] Joan. II, 25. [59] *Vid. cat.* 10, *n.* 13 [60] Matt. XX, 30 [61] *Vide cat.* 4, *n.* 2 ; *cat.* 13, *n.* 7. [62] II Tim. III, 7 [63] Joan. IX, 29. [64] Joan. I, 11. [65] Matth. IX, 27 ; XX, 30.

(1) Καὶ πλείστῃ, etc. Particulam *καὶ* Reg. codex suppeditavit. Mox, loco πολύφορτον ex eod. cod. scripsimus, πολὺ φορτίον, quanquam non improbabilis vetus scriptura, qua vox ἀλγηδόνα referatur tum ad πολύφορτον, tum ad πολυχρόνιον. Post, cum haberetur ὑγιεῖς, ex Reg. et sacro textu correximus scribendo, ὑγιής.

(2) Οὐ μόνον ἐνόσει, etc. Ita ex Reg. Millesius, Ἐνόσση, ac mutato verborum ordine prius τὴν ψυχήν ponit, deinde τὸ σῶμα, hoc sensu : *Non anima solum, sed et corpore æger erat.* Ante αὐτοῦ, præpositionem ὑπό Reg cod. subministrante posuimus. Post, Reg. cod. habet ut in sacro textu, χεῖρόν τί σοι γένηται,

(3) Ἐπαγάγῃ. Ex Reg. emendatum Millius, ἐπαγάγει. Facile crederem loco τό ante θέλειν, legendum τῷ, in hunc sensum : *Ut ad ejus voluntatem, suam Christus operationem adjungeret.* Mox, loco μόνον, ejusd. codicis auctoritate scripsimus, μόνου, sensu postulante. At idem codex omittit verba sequentia ῥῆμα· ἀρχιάτρων γὰρ οὐκ ἔστιν, et pro αἰσθητῶν habet, αἰσθητόν.

(4) Τὸ θέλειν χαρίζεται. Omnino mihi persuadeo legendum τῷ θέλειν χαρίζεται, *ad solam hominis voluntatem gratificatur* Eum sensum postulat totus contextus auctoris, qui in eo est, ut probet Christum nullam aliam ad curandum conditionem exigere, quam desiderium sanitatis. Supra dixit : Ἐπὶ τῷ θέλειν τὴν βοήθειαν τιθεμένου. Eodem modo *Procat.* num. 8, probans Deum nihil aliud quærere nisi bonam voluntatem, quærenti quomodo sua sibi peccata remittuntur, respondet : τῷ θέλειν, τῷ πιστεύειν. Ita in hoc loco præclare convenit si legatur, *sola voluntate exspectata benefacit, fide contentus est.* Quia tamen altera lectio duorum codicum consensu munita est, eaque verum sensum habet, respuere nolui. Pro ἀμισθῇ, reposui ἀμισθί, cum manifestum sit librariorum peccatum. Regius etiam pejus, ἀμισθοτῇ. Mox, loco περιήσει, credo scribendum παριήσει [pro παρήει].

(5) Ἀβλεπτοῦντες. Ex Reg. Millesius, ἀβλέποντες. V. cat. 16, n. 22.

(6) Μεμαθηκότες, etc. Ubi scriptum erat, μεμελετηκότες, scripsimus, μεμαθηκότες, ut infra etiam repetitur ; ac μεμελετηκότες posuimus pro τετελεκότες· utrumque ex Reg. cod in quo hæc verba, καὶ ἐν ἀμαθίᾳ γεγηρακότες omissa sunt. At reperiuntur in simili loco cat 4, num. 2. Ex eadem codicis auctoritate, Evangelica verba : Εἰς γὰρ τὰ ἴδια ἦλθεν, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον. quæ ante ἔλεγον posita erant, post πόθεν ἐστίν, naturali sedi restituimus, quanquam hæc ordinis inversio Cyrillo familiaris. Vide cat. 12. n. 8, eumdem Joannis locum simili parenthesi inclusum. Vide et cat. 5, num. 2. Ex eodem cod. ante ἐπεβόων, adjecimus, τυφλοί.

τοὺς ὀφθαλμοὺς μὴ ὑπηρετήσαντας (1) εἰς ἀνάγνωσιν ἔχοντες. Τούτοις προσελθὼν ὁ Σωτὴρ ἔλεγεν· Πιστεύετε (2), ὅτι δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι ; καὶ τὸ, Τί θέλετε ἵνα ποιήσω ὑμῖν ; Οὐκ εἶπεν· Τί θέλετε ἵνα εἴπω ὑμῖν ; ἀλλὰ, Τί θέλετε ἵνα ποιήσω ὑμῖν ; Ποιητὴς γὰρ ἦν, καὶ ζωοδότης, οὐ νῦν ἀρξάμενος ποιεῖν (ὁ Πατὴρ γὰρ αὐτοῦ πάντοτε ἐργάζεται, καὶ αὐτὸς τῷ Πατρὶ συνεργάζεται)· καὶ ποιητὴς ἦν τῶν ὅλων νεύματι Πατρός. Αὐτὸς δὲ (3) μόνος ἐκ μόνου ἀμεσιτεύτως γεννηθεὶς, ἐρωτᾷ τοὺς τυφλοὺς, λέγων· Τί θέλετε ἵνα ποιήσω ὑμῖν ; οὐκ ἀγνοῶν τί θέλουσιν· φανερὸν γὰρ ἦν τὸ πρᾶγμα· ἀλλ' ἐκ τῶν λόγων αὐτῶν ἐπαγαγὼν τὴν δωρεὰν, ἵνα ἐκ τῶν λόγων διαιωθῶσιν (4) αὐτῶν. Οὐ γὰρ δήπου ὁ τὰς καρδίας εἰδὼς ἀγνοεῖ τὸ λεγόμενον· ἀλλ' ἐξεδέχετο τὸν λόγον, ἵνα ἡ ἐρώτησις ἐφελκύσῃ τὴν ἐνέργειαν.

ζ'. Οὕτω καὶ τούτῳ παραστὰς, καὶ αὐτομολήσας πρὸς τὸν κεκμηκότα ὁ ἰατρὸς (5) (καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ πρὸς τὸν παρὰ τὴν κολυμβήθραν κείμενον παρῆλθεν, εἴγε αὐτομόλησεν ἐξ οὐρανοῦ πρὸς ἡμᾶς), ἠρώτα τοῦτον· Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι ; ἐκ τῆς ἐρωτήσεως ἐφέλκων αὐτὸν εἰς τὴν γνῶσιν, καὶ διεγείρων αὐτὸν εἰς ἐρώτησιν. Μεγάλης χάριτος δωρεά· ἄμισθος γὰρ ἦν· διὰ τοῦτο (6) καὶ αὐτόμολον εἶχεν τὸν θεραπευτήν. Ὁ δὲ πρὸς αὐτόν· Ναὶ, Κύριε. Τὸ γὰρ πολυχρόνιόν μου τῶν νοσημάτων ποθητήν μοι ποιεῖ τὴν ὑγίειαν· κἀγὼ μὲν ποθῶ, ἄνθρωπον δὲ οὐκ ἔχω. Μὴ ἀθυμήσῃς (7), ἄνθρωπε, ὅτι ἄνθρωπον οὐκ ἔχεις· Θεὸν ἔχεις παρεστῶτα, κατά τι μὲν ἄνθρωπον, κατά τι δὲ Θεόν· ἀμφότερα γὰρ ὁμολογητέον. Οὐ γὰρ ἡ τῆς ἀνθρωπότητος ὁμολογία, μὴ συνομολογουμένης τῆς θεότητος ὠφέλιμος· μᾶλλον δὲ κατάρας πρόξενος (8). Ἐπικατάρατος γὰρ ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον. Εἰ μὲν οὖν καὶ ἡμεῖς εἰς Ἰησοῦν ἐλπίζοντες, εἰς ἄνθρωπον ἐλπίζομεν, οὐχὶ δὲ καὶ τὴν θεότητα συμπλέκοντες τῇ ἐλπίδι, κατάρας ἐσμὲν κληρονόμοι. Νῦν δὲ καὶ Θεὸν καὶ ἄνθρωπον

A oculorum ministerio ad legendum erant destituti, Ad eos accedens Salvator dixit: *Creditis quod possim hoc facere* [66]? et illud: *Quid vultis ut faciam vobis* [67]? Non dixit: *Quid vultis ut dicam vobis*? sed, *Quid vultis ut faciam vobis*? [68] Factor enim erat et vitæ dator, qui non tum primum facere incipiebat (Pater enim ejus semper operatur, et ipse una cum Patre operatur [69]): [70] et rerum omnium nutu **338** Patris factor erat. [71] Ipse autem solus ex solo immediate genitus, interrogat cæcos, dicens: *Quid vultis ut faciam vobis*? non ignorans quid vellent; aperta enim res erat: sed ex eorum verbis suum adducturus donum, ut ex suis ipsi verbis justificarentur; nec enim qui corda novit ignorabat quid essent dicturi; sed eorum orationem exspectabat, ut interrogatio illis proposita operationem suam eliceret.

B VI. Sic et huic paralytico se præsentem sistens, sponteque sua ad laborantem profectus medicus (nec mirum, si ad jacentem juxta piscinam ægrum accessit, qui ad nos ex cœlo sponte delapsus est), ipsum interrogabat: *Vis sanus fieri*? ex hac interrogatione eum ad cognitionem inducens, et ad interrogandum [vicissim] sollicitans. Magnæ hoc gratiæ donum; nullo enim pretio constabat. Idcirco et medicum habuit sponte ad se properantem. Ille vero ad eum: Etiam vero, Domine; diuturnitas enim morborum meorum facit mihi optandam valetudinem. At ego quidem percupio, verum *hominem non habeo* [72],[73] Ne animo dejiciaris o homo, quod hominem non habeas. Deum habes astantem tibi, qui alia parte homo est, alia vero Deus: utrumque enim confiteri debemus. [75] Non enim confessio humanitatis a confessione divinitatis sejuncta, utilis C est, imo maledictionis conciliatrix. *Maledictus* enim *qui spem habet in hominem* [76]. Si igitur et nos in Jesum sperantes, in hominem speremus, divinitatem simul in spe nostra minime complexi, maledi-

[66] Matth. IX, 28. [67] Matth. XX, 32. [68] *Vid. cat.* 7, *n.* 6, et *cat.* 11, *n.* 23. [69] Joan. V, 17 [70] *Vid. cat.* 11, *n.* 22 et 24; *cat.* 10, *n.* 5. [71] *Vid. cat.* 11, *n.* 7, et *cat.* 7, *n.* 4. [72-74] *Vid. cat.* 4., *n.* 9. [75] *Vid. cat.* 12, *n.* 1. [76] Jerem. XVII, 5.

(1) Ὑπηρετήσαντας. Hanc Reg. cod. scripturam excusæ ὑπηρέτας prætulimus.

(2) Πιστεύετε, et paulo post τέλετε. Ita emendavimus ex cod. Reg. pro πιστεύεται et τέλεται. Verba sequentia, οὐκ εἶπε, etc., usque ad Ποιητὴς γάρ excl. propter repetitas voces ποιήσω ὑμῖν, prætermissa sunt in eo codice. D

(3) Αὐτὸς δέ, etc. Sic Anglic. cod. Regius vero, αὐτὸς γάρ, etc. puncto post γεννηθείς collocato. Cyrillus autem Filium *solum* ex Patre genitum dicit, quia solus natura, cæteri abusive et per adoptionem filii, cat. 7, num. 5. Addit *ex solo*, vel ut excludatur alter pater, atque ingenitus, cat. 11, num. 13, vel ut usitata corporum generandi ratio, et Valentinianorum deorum copulæ et successivæ generationes ablegentur. Vide cat. 11, num. 7, et cat. 6, num. 17. Deinde, immediate genitum docet, sive ad exprimendam intimam Filii cum Patre necessitudinem et connexionem, cat. 7, n. 4, sive ad excludendam omnem in divina generatione vel temporis moram cat. 11, num. 7, vel deliberationem ac consultationem, ibid. n. 8.

(4) Δικαιωτῶσιν. Ita ex mera conjectura reposui: hanc tamen, quæ cum proposito auctoris admirabiliter quadrat, nobis sufficienter insinuat Reg. cod. lectio δειχτῶσιν. Millesius scripsit νικέστωσαν, quæ vox Græca non est, sumpta tamen ex loco psalmi L, 4, ubi de justificatione ex sermonibus loquitur Propheta; quod nonnullum affert ad conjecturam nostram momentum.

(5) Ὁ ἰατρός. Verbum ἠρώγα adjicit. Reg. cod. Sed sufficit quod inferius habetur, ἠρωτα τοῦτον, verba intermedia parenthesibus includendo. Pro εἰς τήν, eodem codice duce scripsimus, παρὰ τήν.

(6) Διὰ τοῦτο, etc. Ex Rex. cod. delevimus articulum ἡ ante διά. Τοῦτο scripsimus loco τούτου, et αὐτόμολον, pro αὐτομόλων. Lectio Anglicana non est tamen incommoda, hoc sensu: « Nullo « enim pretio constabat ea quæ per ipsum affere- « batur gratia.»

(7) Μὴ ἀτυμήσῃς. Eodem ex cod., loco μὴ ταυμάσῃς, *ne mirere*. Pro ἔχω scripsimus, ἔχεις, quam indicat nobis lectionem codex Reg. corrupte habens, ἔχῃς,

(8) Πρόξενος. Emendatur ex Reg. depravata lectio πρόξενον. In loco Jeremiæ mox citato, Reg. post ἐπικατάρατος γάρ, addit, ἄντρωπος, ex sacro textu; et post ἐλπέδα vocem αὐτοῦ.

ctionis hæredes futuri sumus. Nunc vero et Deum et hominem confitemur, et utrumque vere : [Deum vere] ex vero Patre natum : hominemque non specie tantum, sed veritate factum adorantes, veram salutem exspectamus.

VII. Volo equidem sanus fieri, sed *hominem non habeo*. Vide, num non ibi operationem suam exhibuit, ubi salutis spes deerat. Nam ægrorum plerique domos habebant, et præterea notos, et quosdam alios fortassis. Iste autem vere omnimoda pauperie oppressus, **339** nulloque externi auxilii subsidio adjutus, ac solus sibi derelictus, Filium Dei unigenam auxiliatorem adeptus est. « Vis sanus fieri? « Etiam, Domine; atqui hominem non habeo, qui cum « turbata fuerit aqua, injiciat me in piscinam. Habes « ipsum fontem. Quoniam apud te fons vitæ[77]; fontem « fontium auctorem. Quicunque autem biberit ex « aqua hac[78], flumina de ventre ejus fluent[79], » non aquæ deorsum fluentis, sed *aquæ salientis* (aqua enim quam propinat Jesus, non ex supernis ad infima, sed a terrestribus ad cælestia salire nos facit), *aquæ*, inquam, *salientis in vitam æternam*[80]; fons enim bonorum Jesus.

VIII. Et quid exspectas piscinam? habes eum qui ambulat super aquas[81], qui imperat minaciter ventis, qui maris auriga est[82]; qui non sibi tantummodo soli instar firmi substratum habet mare, verum etiam Petro ad eumdem modum ambulandi vim impertivit. Cum enim caliginosa nox esset, adesset quæ ipsa lux, agnitus non est (Jesus enim ambulans super aquas, quantum ex oris lineamentis agnosci non poterat : vocis autem proprius sonus præsentem designabat) : phantasma vero esse rati, timuerunt. Jesus autem dixit ad illos[83] : *Ego sum, nolite timere.* At Petrus ad ipsum ait : *Si tu es* ille quem ego novi, seu potius quem Pater mihi notum fecit, *jube me ad te venire super aquas.* Ille autem ad eum, sua cum ipso libentissime communicans : *Veni*, inquit.

A ὁμολογοῦμεν (1), καὶ ἀμφότερα ἀληθῶς· [Θεὸν ἀληθῶς] ἐξ ἀληθινοῦ Πατρὸς γεγεννημένον· καὶ ἄνθρωπον οὐ κατὰ φαντασίαν, ἀλλὰ κατὰ ἀλήθειαν γεγεννημένον προσκυνοῦντες, ἀληθινὴν σωτηρίαν ἐκδεχόμεθα.

Ζ'. Θέλω μὲν ὑγιὴς γενέσθαι, ἄνθρωπον δὲ οὐκ ἔχω. Βλέπε, εἰ μή ὅπου ἡ σωτηρία ὑστερεῖ (2), ἐκεῖ ἔδωκεν τὴν ἐνέργειαν. Οἱ γὰρ πολλοὶ τῶν νοσούντων καὶ οἰκίας εἶχον, ἔτι δὲ καὶ γνωρίμους, εἰ (3) καὶ ἄλλους τινάς. Οὗτος δὲ ἀληθῶς ἐν πάσῃ πενίᾳ τεθλιμμένος, καὶ τῆς ἔξωθεν βοηθείας μηδεμίαν ἔλων τὴν δύναμιν, μονώτατος καταλειφθεὶς ἔσχεν βοηθὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ. Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι; Ναί, Κύριε, ἄνθρωπον δὲ οὐκ ἔχω, ἵνα, ὅταν ταραχθῇ (4) τὸ ὕδωρ, βάλῃ με εἰς τὴν κολυμβήθραν. Ἔχεις τὴν πηγήν, Ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς· πηγὴν πηγυποιόν. Ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου, ποταμοὶ ῥεύσουσιν ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ, οὐχ ὕδατος κάτω ῥέοντος, ἀλλ' ὕδατος ἀλλομένου (τὸ γὰρ Ἰησοῦ οὐκ ἄνωθεν κάτω ἀναπηδᾷν ποιεῖ, ἀλλ' ἀπὸ τῶν γηίνων (5) ἐπὶ τὰ οὐράνια), ὕδατος ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον· πηγὴ γὰρ ἀγαθῶν Ἰησοῦς.

Η'. Καὶ τί περιμένεις κολυμβήθραν; ἔχεις τὸν ἐπὶ τῶν ὑδάτων περιπατοῦντα, τὸν τῶν ἀνέμων ἐπιτιμητήν, τὸν θαλάσσης ἡνίοχον· τὸν μὴ μόνον ἑαυτῷ κρηπῖδος δίκην ὑπεστρωμένην (6) ἔχοντα τὴν θαλασσαν, ἀλλὰ καὶ Πέτρῳ τὴν ὁμότροπον τοῦ περιπάτου ἐνέργειαν χαρισάμενον. Ἤνικα γὰρ νὺξ ἦν ἀφεγγής, παρῆς (7) δὲ τὸ φῶς, οὐκ ἐγνωρίζετο (Ἰησοῦς γὰρ περιπατῶν ἐπὶ τῶν ὑδάτων ἄγνωστος ἦν, ὅσον ἐκ προσώπου χαρακτῆρος φαινόμενος· ἡ δὲ τῆς φωνῆς ἰδιότης ἐμήνυσε τὸν παρόντα)· ὡς φάντασμα δὲ νομίσαντες (8), ἐφοβήθησαν. Ἔφη δὲ πρὸς αὐτοὺς Ἰησοῦς· Ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε. Ὁ δὲ Πέτρος πρὸς αὐτὸν λέγει· Εἰ σὺ εἶ, ὃν ἐγὼ οἶδα, μᾶλλον δὲ ὃν ὁ Πατήρ μοι ἐμήνυσεν, κέλευσόν μοι ἐλθεῖν πρὸς σὲ ἐπὶ τὰ ὕδατα. Ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν ἀφθονωτάτῃ μεταδόσει λέγει· Ἐλθέ.

[77] Ps. xxxv, 10. [78] Joan. iv, 14. [79] Joan. vii, 38. [80] Joan. iv, 14. [81] Matth. xiv, 25. [82] Marc. iv, 39. [83] Matth. xiv, 24, sqq.

(1) Καὶ ἄνθρωπον ὁμολογοῦμεν. Locum hunc in duobus nostris mss. depravatissimum, partim ex ipsis secum collatis, partim ex conjectura nostra resarsimus. Primum, loco κληρονομοῦντες, quod post ἄνθρωπον positum nullum nisi perabsurdum efficit sensum, ex Reg. cod. scripsimus ὁμολογοῦμεν. Tum, voces Θεὸν ἀληθῶς, a nobis idcirco uncinis inclusas, de nostro adjecimus sine codicis auctoritate; sed ad sensum perficiendum necessariæ sunt visæ : alioqui repetitio vocis ἀληθῶς facilem nominis Θεὸν prætermissionem efficere potuit. Post, ἀληθινοῦ Πατρὸς, loco γεγεννημένα quod in duobus codicibus exstat (nec mirum voce Θεόν semel prætermissa), γεγεννημένον reposuimus. Postremo, verba γεγεννημένον προσκυνοῦντες ex Reg. cod. ascripsimus, loco unius vocis ὁμολογοῦμεν. Et ex eodem pro ἐκδεχώμεθα scripsimus, ἐκδεχόμεθα.

(2) Ὑστερεῖ. Ita Reg. cod. Millesius vero, ὕστερον. Mox. pro νοσοκομένων (*sic*), Reg. cod. secuti, scripsimus, νοσούντων, atque οἰκίας, loco οἰκείας, ubi Millesius οἴκειου; legendum conjicit; quod mihi facile probatur. Nam de hominibus, quorum paralyticus nullum habebat, sermo est. Post, ubi ἓν πάσῃ πενίᾳ ex Reg. cod. scripsimus legebatur, ἐν πᾶσιν καὶ πενίᾳ, et loco τῆς ἔξ. βοηθείας, quæ ejusd. libri scriptura est, habebatur, τῇ ἔξ. βοηθείᾳ. Inferius voces, Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ex cod. Reg. cod. ante τὸν μονογενῆ addidimus.

(3) Εἰ. Forte ἤ. *Edit.*

(4) Ἵνα, ὅταν ταραχθῇ. Hic ingens lacuna apud Millesium, a nobis expleta est Regii codicis ope, a verbo Ἵνα incl. usque ad verba, ὁ Σωτὴρ περὶ οὗ, etc, excl. num. 10.

(5) Τῶν γηίνων. In ms., τῶν γιήνων.

(6) Ὑπεστρωμένην, etc. In ms. habetur, ὑποστρωμένην, et ἔχων loco ἔχοντα. Verba Πέτρῳ τήν, in unum περώτην confunduntur. Pro Χαρισάμενον est χαρισαμένου.

(7) Παρῆν. Παρόν legendum conjicio.

(8) Νομίσαντες. Ms. νομήσαντας. Plures hic sunt particulæ δέ importune et ineleganter acervatæ. Cum vero nullus alius nobis suppetias tulerit codex, earum nullam eradere ausi sumus.

Θ'. Παρῆν τοίνυν παρὰ τὰ ὕδατα τῆς κολυμβήθρας ὁ τῶν ὑδάτων ἡνίοχος καὶ ποιητής· πρὸς ὃν ὁ παράλυτος λέγει· Ἄνθρωπον οὐκ ἔχω, ἵνα, ὅταν ταραχθῇ τὸ ὕδωρ, βάλῃ (1) με εἰς τὴν κολυμβήθραν. Λέγει αὐτῷ ὁ Σωτήρ· Τί περιμένεις ταραχὴν ὑδάτων ; ἀταράχως θεραπεύθητι. Τί δὲ κίνησιν φαινομένην ἐκδέχῃ ; λόγῳ τὸ πρόσταγμα γίνεται, ὀξύτερον νοήματος. Μόνον ἔνιδε τῇ τῆς πηγῆς ἐνεργείᾳ, καὶ καθυπόπτευσον τὸν ἐν σαρκὶ φαινόμενον Θεόν· καὶ μὴ τὸν φαινόμενον σκόπει, ἀλλὰ τὸν διὰ τοῦ φαινομένου ἐργαζόμενον. Ἄνθρωπον οὐκ ἔχω, ἵνα, ὅταν ταραχθῇ τὸ ὕδωρ, βάλῃ με εἰς τὴν κολυμβήθραν. Ὁ δὲ πρὸς αὐτόν· Τί περιμένεις τὰ μικρά ; τί ζητεῖς ὑδάτων ἰατρείαν ; Ἔγειραι (2), ἡ ἀνάστασίς σοι εἶπεν. Πανταχοῦ γὰρ τοῖς πᾶσιν πάντα γίνεται ὁ Σωτήρ· πεινῶσιν ἄρτος, διψῶσιν ὕδωρ, νεκροῖς ἀνάστασις, νοσοῦσιν ἰατρὸς, ἁμαρτωλοῖς ἀπολύτρωσις.

Ι'. Ἔγειραι, ἆρόν σου τὸν κράββατον, καὶ περιπάτει· ἀλλὰ πρῶτον ἔγειραι, πρῶτον ἀπόβαλε τὴν νόσον· εἶτα ἀνάλαβε τὸ τῆς πίστεως νεῦρον. Ἴσχυσον πρῶτον κατὰ τοῦ φέροντός σε κραββάτου· καὶ ξυλίνῳ σκεύει τὰ πολυχρονίως σεβάσματα (3) μαθὲ βαστάζειν. Καὶ προσέταττεν τὸ ξύλινον φορεῖον βαστάζειν ἐκεῖνος ὁ Σωτὴρ (4), περὶ οὗ εἴρηται· Φορεῖον ἑαυτῷ ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς ἀπὸ ξύλων τοῦ Λιβάνου. Στύλους αὐτοῦ ἐποίησεν ἀργύριον, ἀνάκλιτον αὐτοῦ πορφύραν, ἐντὸς αὐτοῦ λιβόστρωτον. Τοῦ πάθους ἐστὶν τὰ σύμβολα, ἐν τοῖς Ἄσμασιν ἀποκείμενα τοῖς νυμφικοῖς, καὶ νηφαλίοις (5) καὶ σωφρονικοῖς. Μὴ γὰρ πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ὑπόληψιν ἐκλα-

IX. Aderat igitur juxta aquas piscinæ aquarum auriga et factor ; cui paralyticus ait : « Hominem non « habeo qui, postquam turbata aqua fuerit, in pisci- «nam ne injiciat.[84] » Dicit ei Servator : Quid exspectas dum turbatæ sint aquæ ? citra turbationem ullam sanus esto. Quid sensibilem motionem opperiris ? verbo imperatum meum cogitatione citius efficitur. Tantum inspice in fontis vim et efficaciam, Deumque in carne conspectum animo æstima. Neque eum qui exterius videtur (6), considera ; sed eum qui efficaciter agit per eum qui videtur. « Hominem non « habeo, ut, cum turbata fuerit aqua, mittat me in pi- «scinam. » Ille vero ad eum : Quid respicis ad minima ? quid aquarum medicinam quæris ? *Surge*, ait tibi ipsa *Resurrectio*.[85.86] Ubique enim omnibus omnia Salvator efficitur : esurientibus panis, sitientibus aqua, mortuis resurrectio, ægris medicus, peccatoribus redemptio.

X. *Surge, tolle grabatum tuum, et ambula* ; sed primum *surge*, primum objice morbum : postea fidei robur assume. Vires prius experire **340** adversus illud quo gestabaris grabbatum : et in ligneo gestatorio ea quibus diu gestatus es disce asportare (7). Ligneum ipsi ferculum portare præcepit ille Salvator, de quo dictum est : « Ferculum sibi fe- « cit Rex de lignis Libani : columnas ejus fecit argen- «tum, reclinatorium ejus purpuram, intimum ejus la- « pidibus constratum[87]. » Passionis sunt symbola, quæ consignata sunt in Canticis sponsalibus, sobrietatis et temperantiæ plenis. Non enim secundum multorum opinionem libri hujus verba accipiens ni-

[84] V. *cat.* 4, *n.* 9 ; *cat.* 11, *n.* 20. [85] Joan. VI, 25. [86] V. *cat*, 10, *n.* 3. [87] Cant. III, 9, 10.

(1) Βάλῃ. Ms. βάλει. Evang., βάλλῃ.

(2) Ἔγειραι. In mss., ἔγειρε. Scripsi ut est in Evangelio, atque in ms. etiam aliis locis infra, ubi vox hæc sæpe recurrit.

(3) Τὰ πολυχρονίως σεβάσμ. Evidens mendum. Quum e multis quæ se offerebant animo conjecturis, nulla admodum punctium omne auferre videretur, maluimus loco demonstrato facultatem integram ejus restituendi aliorum industriæ reservare, quam dubias nostras conjecturas pro Cyrilli verbis obtrudere. Minore impendio constat, et auctoris proposito satis convenit illa mutatio qua legeretur, τὰ πολυχρονίως σε βαστάσαντα, *ea quibus dudum gestatus es*. Quemlibet enim in suis affectibus acquiescere, ab eisque velut quoquoversum gestari ac circumferri, notissima res est. Exportare ergo jubetur homo peccata et affectus suos in quibus æger jacebat. Idem alio modo de corpore proprio intelligi potest, ut de hoc paralytico agens explicat Paulinus, epist. 32, num 25, vel de alio, cui simile præceptum a Christo datum est, explicat sanctus Maximus Taurinensis hom. 1, in qua factum ait ut paralyticus *vice versa portaret lectum in quo fuerat paulo ante portatus ; et anima illius, quæ prius vasculo corporis ferabatur, postea corpus suum ipsa utilius circumferret*. Eadem fere cæterorum Patrum interpretatio est. Legi posset etiam in Cyrillo, τὰ πολυχρόνιά σου βαστάγματα, *diuturna quibus degravatus es onera*, peccatorum videlicet. Supra enim dixit num. 4, ἁμαρτιῶν εἶχε πολὺ φορτίον, vel πολύφορτον... ἀλγηδόνα. Alia quisque pro lubitu conjiciat vel divinet.

(4) Ὁ Σωτήρ. Deest ea vox in Reg. cod. Paulo infra loco στύλους ἑαυτοῦ, quod in ambobus mss. legitur, scripsimus αὐτοῦ ex sacro textu et Cyrillo ipso inferius, num. 7, ita codicibus consentientibus scribente. Similiter ex Reg. post ἀνάκλιτον secundum Scripturam reposuimus αὐτοῦ, cum esset ἑαυτοῦ apud Millesium In Reg. habetur πορφύρα, conformius ad Bib. Vat. ubi legitur πορφύρᾳ. Porro hic Cyrillus, vel librarii, duos Scripturæ versus confuderunt. Sic enim est in Bibliis ἀνάκλιτον αὐτοῦ χρύσεον· ἐπίβασις αὐτοῦ πορφυρᾶ. Inferius n. 12 bis repetit Cyrillus hunc versum ἐπίβασις αὐτοῦ πορφύρα.

(5) Νηφαλίοις. In utroque ms., νηφαλαίοις.

(6) *Neque eum qui exterius*, etc. Parum accurata et Nestorianæ similis locutio : cui gemina ac simillima habetur cat. 11, n. 20. « Ne attendas ad eum qui « nunc ortus est ex Bethleem, verum adora eum qui « sempiterno ex Patre genitus est. » Harum locutionum innocentiam in notis ad hunc locum ostendimus : atque, ut notum est, ante Nestorianam ætatem frequentissimæ exstiterunt apud Patres, illos etiam qui et magis orthodoxe senserunt, et magis caute accurateque sunt locuti, ut Greg. Nyssenus, et Nazianzenus. In hoc autem ipso loco Cyrillus de homine Jesu Christo magnificentissime loquitur. Hunc num. 5 vocat « factorem et conservatorem omnium, « solum ex solo Patre genitum ; *n.* 6, *vocat* eum Deum « et hominem simul sub diverso respectu ; *num.* 7, « fontem vitæ et fontium auctorem ; *num.* 8 *et* 9, « aquarum aurigam et factorem, Deum in carne ap- « parentem, » etc.

(7) *In ligneo gestatorio*, etc. Gr. ἐν ξυλίνῳ σκεύει. Σκεῦος Græce omne instrumenti genus significat :

hilque considerans (1), amatoria ac turpium affectuum Cantica esse putes; verum sponsalia verba, modestiæ ac temperantiæ plena. Si vero Canticorum vim non assequeris, veni ad Proverbia; ac progressione et uti gradibus ad priora illa te evehe. *Sapientia ædificavit sibi domum* (quasi de muliere loquitur), *et misit servos suos* [88]. Rursusque alibi ait : *Dilige eam, et custodiet te* [89]. Non hic mulieris suadetur amor, sed sapientiæ quæ amorem pravum exterminat : ubi enim sapientiæ possessio, ibi amoris expulsio ; non enim e sapientia perturbationum affectus, sed sapientiæ cogitationes. *Itqui ad feminam insanientes facti sunt* [90] ; præter rationem impetus ille. Igitur si in Canticis audias quasi de sponso et sponsa multa dici, ne humi aepas, neque juxta humanos affectus hæc audias ; sed ex rebus affectu vacuis te ad tuos transferendos affectus exerce.

XI. Divina igitur cantica meditare, quæ sobrietatis et temperantiæ plena, passionem Christi significant. Nam ea quæ ad Salvatoris passionem pertinent enarrando, etiam locum edicunt. *Ingressus est in hortum* [91] ; [92] propter eum **341** nempe qui ibi sepultus est. Aromatum etiam meminere : *Sumpsit unguentum meum plenum* [93] ; adimpleta enim fuit salutis œconomia. Et post resurrectionem dixit : *Comedi panem meum cum melle meo* [94]. Dederunt enim ei favum ex alveari [95]. Deque vino myrrhato [96] iterum aiunt Cantica : *Potabo te ex vino unguentis condito* [97]. Alio quoque loco de unguento super caput ejus effuso aiunt. : *Donec Rex fuit in*

A δῶν (2) τὰ ῥήματα, καὶ ἀτενίσας μηδὲν, ἐρωτικὰ νομίσῃς εἶναι καὶ ἐμπαθῆ τὰ Ἄσματα· ἀλλὰ νομφικὰ τὰ ῥήματα, σωφροσύνης πεπληρωμένα. Καὶ εἰ μὴ νοεῖς τὰ Ἄσματα, ἐλθὲ ἐπὶ τὰς Παροιμίας, καὶ ὁδῷ καὶ βαθμίσιν ἀναβήθι ἐπ' ἐκεῖνα. Ἡ σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον (ὡς περὶ γυναικὸς ὁ λόγος [3]), καὶ ἀπέστειλεν τοὺς ἑαυτῆς δούλους. Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ λέγει· Ἐράσθητι αὐτῆς, καὶ τηρήσει σε. Οὐ γυναικὸς ἔρως, ἀλλὰ σοφίας, τῆς ἔρωτα ἐξοριζούσης. Ὅπου γὰρ σοφίας κτῆσις (4), ἐκεῖ καὶ ἔρωτος ἐξορισμός. Οὐ γὰρ κατὰ σοφίαν τὰ πάθη, ἀλλὰ σοφὰ τὰ νοήματα. Ἵπποι θηλυμανεῖς ἐγενήθησαν· ἄλογος ἡ ὁρμή. Ἐὰν τοίνυν ἐν τοῖς Ἄσμασιν ἀκούσῃς ὡς περὶ νυμφίου καὶ νύμφης τὰ λεγόμενα, μὴ χαμαὶ πέσῃς (5), μηδὲ ἐμπαθῶς ἄκουε ταῦτα· ἐκ τῶν ἀπαθῶν τὰ πάθη μεταγύμναζε,

B

IA'. Τὰ τοίνυν θεῖα τῶν Ἀσμάτων μελέτα (6), σωφροσύνης πεπληρωμένα, τοῦ πάθους Χριστοῦ μηνυτικά. Καὶ γὰρ τὰ περὶ τοῦ πάθους τοῦ Σωτῆρος διηγούμενα καὶ τὸν τόπον λέγει. Εἰσῆλθεν (7) εἰς κῆπον· διὰ τὸν ἐκεῖ ταφέντα. Καὶ τῶν ἀρωμάτων ἐμνημόνευσεν· Ἔλαβεν μύρον μου πλήρες· ἐπληρώθη γὰρ ἡ οἰκονομία. Καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἔλεγεν· Ἔφαγον τὸν ἄρτον μου μετὰ μέλιτός μου. Ἔδωκαν γὰρ αὐτῷ ἀπὸ μελισσίου κηρίον. Καὶ τὰ περὶ τοῦ οἴνου τοῦ ἐσμυρνισμένου ἔλεγεν πάλιν τὰ Ἄσματα· Ποτιῶ σε ἀπὸ τοῦ οἴνου μυρεψικοῦ. Καὶ τὰ περὶ τοῦ μύρου, τοῦ ἐπιχυθέντος ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, ἀλλαχοῦ ἔλεγεν· Ἕως οὗ ὁ βασιλεὺς

C

[88] Prov. IX, 1, 3. [89] Prov. IV, 6. [90] Jerem. V, 8. [91] Cant. V, 1. [92] *Vid. cat.* 13, *n.* 32 ; *cat.* 14, *n.* 3. [93] Cant. V, 13. [94] Cant. V, 1, [95] Luc. XXIV, 42. [96] Marc. XV, 23. [97] Cant. VIII, 2.

lecticæ tamen, thensæ, ferculo designando plerumque adhiberi solet : ut in Testamento sancti Ephræm Græc. edit. pag. 376, promittit sancto mulier nobilis se currum deinceps non conscensuram, nec hominem amplius lecticæ suæ jugandum : Ἀπὸ τοῦ νῦν οὐ μὴ ἐπιβῶ ὄχῳ· καὶ οὐ μὴ ζευχθῇ ἔτι ἄνθρωπος ἐν σκεύει μου. Vocem φορεῖον per *ferculum* reddidimus Scripturæ auctoritatem secuti, quamvis ea vox Latina thensis illis propria videatur, in quibus numina in supplicationibus publicis, aut urbes et tabulæ in pompis triumphalibus comportabantur. Uno autem vocabulo Cyrillus res dissimillimas componit ; ligneum ferculum, in quo paralyticus grabbatum suum extulit ; et majus illud Salomonis ferculum, lapidibus constratum, columnis suffultum ; cubiculi similius quam lecticæ. Erant in usu veterum lecticæ hexaphoræ et octophoræ, ab octo vel sex seu viris seu jumentis gestatæ. Erant præterea lucubratoriæ, in quibus velut in conclavi scribebatur aliquid aut agebatur. Magnificentissima omnium hæc Salomonis lectica.

(1) *Secundum multorum opinionem*, etc. Theodoretus præfatio nem in Cantica gravissime exagitat eos, qui Canticorum librum profani amoris significationem continere aiebant. Existimatur hoc loco Theodorum Mopsuestenum respicere ; cujus impiæ ea de re voces recitantur in concilio V, collat. 4, excerptis 68, 69, 70 et 71. Fuerunt tamen ante illum qui eadem sensere, ut ex hoc loco Cyrilli patet, et ex testimonio Philastrii, qui hæresim LXXXIII horum nomine inscribit. Admonitio Cyrilli de ordine in legendis tribus Salomonis libris observando, ab Origene hom. 1 *in Canticum* profecta, omnium deinde consequentium Patrum ore pervulgata est.

(2) Ἐκλαβών, etc. Ita nos ex Reg. Millesius, ἐκλαβάνων pro ἐκλαμβάνων. Loco ἀτενίσας, ex Reg. scripsimus, ἀτενίσας. Non male conveniret, ἀτονήσας. Μηδὲν deest in Reg. ; sed optime construitur cum ἀτενίσας, itaque restituimus ; legendum tamen videretur, εἰς μηδέν, vel μηδενί. Pro ἐρωτικόν, scripsimus, ἐρωτικά, et pro εἴη, εἶναι ex cod. Reg. ; εἴη tamen, etc. non malum sensum habent, si a præcedentibus puncto separata cum sequentibus conjungas.

(3) Ὡς περὶ γυναικὸς ὁ λόγος. Ea verba in cod. Reg. leguntur post τοὺς ἑαυτῆς δούλους. Ea tamen sacri textus per parenthesim interruptio omnino Cyrilliana. Vide similem cat. 13, n. 21 ; cat. 14, n. 12 et 13 ; cat. 15, n. 20, et alibi passim. Ante ἀπέστειλεν particulam καί ex cod. Reg. ascripsimus.

(4) Ὅπου γὰρ σοφίας κτῆσις. In ms, κτίσις. Hæc supplevimus ex Reg. cod. Paulo post, loco σοφία scripsimus σοφά, sensu id perspicue requirente.

(5) Μὴ χαμαὶ πέσῃς. Reg., μὴ χαυνώσῃς, *ne dejiciaris*. Post, μηδέ ex prædicto codice in locum μή scripsimus.

(6) Μελέτα. Ex Reg. Millesius μετλέτας. Eodem ex cod. σωφροσύνης posuimus, loco σωφρόνως· post καί sequens addidimus, γάρ et διηγούμενα scripsimus, loco διηγούμενος.

(7) Εἰσῆλθεν. Credo legendum, εἰσῆλθον *ingressus sum*, ut in citato Canticorum loco : et infra ἔλαβον, quamvis in utroque codice legatur, ἔλαβεν. Id postulat vox μου proxima ; sed omittitur in Reg.

ἐν ἀνακλίσει αὐτοῦ, νάρδος (1) μου ἔδωκεν ὀσμὴν αὐτοῦ. Ἀνακειμένου γὰρ αὐτοῦ ἐν τῇ οἰκίᾳ Σιμωνος τοῦ λεπροῦ, συνέτριψεν εἰσελθοῦσα γυνὴ ἀλάβαστρον μύρου νάρδου πιστικῆς πολυτίμου, καὶ ἐπέχεεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Οὕτω καὶ περὶ τοῦ σταυροῦ (2). Φορεῖον (τὸ ξύλον τοῦ σταυροῦ, τὸ βαστάζον), στύλους αὐτοῦ ἐποίησεν ἀργύριον. Ἡ ἀρχὴ τοῦ σταυροῦ ἀργύριον ἦν, ἡ προδοσία. Ὥσπερ γὰρ οἶκος περικαλλὴς ἔχει χρύσεον ὄροφον (3) ἄνωθεν ἐπικείμενον, τὸ δὲ πᾶν τῆς κατασκευῆς στύλοι μετεωρίζουσιν· οὕτω καὶ τοῦ σταυρωθῆναι Χριστὸν καὶ ἀναστῆναι, ἀργύριον ἦν ἡ ἀρχή. Εἰ μὴ γὰρ Ἰούδας προέδωκεν, οὐκ ἂν ἐσταυρώθη· διὰ τοῦτο, ὡς ὀνομαστοῦ πάθους τὴν ἀρχὴν, στύλους αὐτοῦ ἐποίησεν ἀργύριον.

ΙΒ'. Ἐπίβασις αὐτοῦ πορφύρα. Διὰ τοῦτο καὶ πορφύραν ἐνέδυσαν αὐτόν· παίζοντες (4) μὲν, προφητικῶς δὲ ἐργαζόμενοι· βασιλεὺς γὰρ ἦν. Εἰ καὶ τὰ μάλιστα κατὰ χλεύην ἔπραττον, ἀλλ' ἔπραττον τέως· τὸ δὲ σύμβολον τῆς βασιλικῆς ἀξίας ἐγένετο. Καὶ εἰ ἀκάνθινος στέφανος, ἀλλὰ στέφανος, καὶ ὑπὸ στρατιωτῶν δεδεμένος (5)· βασιλεῖς γὰρ ὑπὸ στρατιωτῶν ἀναγορεύονται. Ἐπίβασις αὐτοῦ πορφύρα, ἐντὸς αὐτοῦ λιθόστρωτον. Ἴσασιν οἱ τῆς Ἐκκλησίας σπουδαῖοι λιθόστρωτον, τὸν λεγόμενον Γαββαθᾶν, ἐν τοῖς Πιλάτου ὄντα.

ΙΓ'. Ταῦτα δέ μοι λέλεκται ἐν παρεκβάσει τῇ ἐπὶ τοῦ κραββάτου (6), ἐπὶ τὸ φορεῖον ἐληλυθότι. Εἶπε τοίνυν πρὸς αὐτόν. Ἔγειραι, ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ περιπάτει. Πολυχρόνιον μὲν τὸ νόσημα, ὀξυτάτη δὲ ἡ ἔμπλαστρος· πολυετὴς μὲν ἡ πάρεσις (7), ὀξυτάτη δὲ ἡ νεύρωσις. Ὁ γὰρ νεύρων ποιητὴς, ὁ ποικίλας παρέχων τὰς ἰατρείας τυφλοῖς, ὁ διὰ πηλοῦ ἐπιχρίσεως παραδόξως τὴν ἔμπλαστρον χαρισάμενος. Τῷ γὰρ ὁρῶντι πηλὸς εἰ ἐπιχυθείη, ἐμπο-

A *accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum* [98]. Nam recumbente illo in domo Simonis leprosi, ingressa mulier fregit alabastrum unguenti nardi pisticæ pretiosæ; et effudit super caput ejus [99]. Similiter etiam de cruce. *Ferculum* [1] [aiunt] lignum videlicet crucis quo portatus est, *columnas ejus fecit argentum* [2]. Principium enim crucis argentum fuit, et proditio. Nam sicut domus egregie ornata aureum habet lacunar desuper impositum, totam vero structuram columnæ sustinent; sic tum crucifixionis, tum resurrectionis Christi principium argentum fuit. Nisi enim Judas eum prodidisset, nunquam fuisset crucifixus: idcircoque *columnas ejus*, tanquam nobilis passionis initium, *argentum fecit*.

XII. *Ascensus ejus purpura* [3]. Propterea etiam B purpura induerunt eum [4], ludificantes quidem, prophetice tamen id agentes: rex enim erat. [5] Et quamvis hoc deridendo fecerunt, fecerunt tamen: symbolumque regiæ dignitatis ipsi aptatum est. Et licet ex spinis corona foret, corona tamen fuit, et ab militibus deligata: reges enim ab militibus proclamantur. *Ascensus ejus purpura; intimum ejus lapidibus constratum.* Noverunt Ecclesiæ studiosi Lithostrotum [sive aeram lapidibus constratam] quæ Gabbatha dicebatur, in ædibus Pilati existentem [6].

XIII. Hæc a me disgressionis in modum dicta sunt, dum in grabbato versor ad ferculum deducto. Ait igitur ad ipsum: *Surge, tolle grabbatum tuum, et ambula.* Diuturnus quidem morbus, celerrima vero medela: plurium annorum paralysis; citissima vero nervorum confirmatio. Is enim erat qui nervos C fabricavit, qui varias cæcis medicinas adhibuit qui luti perfusione modo inusitato cæcitatem sanavit. Si quis enim videntis hominis oculos luto obliverit,

[98] Cant. I, 12 [99] Marc. XIV, 3. [1] Cant. III, 9. [2] ibid. 10. [3] ibid. [4] Marc. XV, 17. [5] *Vid. cat.* 13, n. 17. [6] Joan. XIX, 13. [7] Joan. IX, 6 sqq.

cod. Cæterum nullibi in Canticis reperitur hic textus ἔλαβον μύρον μου πλῆρες. Credo Cyrillo ex memoria dicenti, et in disgressione forsan impræmeditata versanti, fucum fecisse hæc verba capitis ejusdem v, 5, Ἔσταξαν... δακτυλοί μου σμύρναν πλήρη. *Stillaverunt digiti mei myrrham plenam.* Post ἔδωκαν, loco δὲ ex Reg. scripsimus γάρ. Eadem porro quæ hic habentur, vide supra cat. 14, num. 11.

(1) Νάρδος μου. Addidimus μου ex cod. Reg. et sacro textu.

(2) Οὕτω καὶ περὶ τοῦ σταυροῦ. Omittuntur hæc verba in cod Reg. At ex eo cod. sequentia verba, usque ad ἀργύριον, quæ propter repetitam σταυροῦ vocem excidisse remur, ascripsimus. Ex eodem etiam, pro ἀργυρίων, ἀργύριον posuimus, et προδοσία loco πρόδοσις atque articulum femineum ἡ verbo πρόδοσία adjunximus.

(3) Χρύσεον ὄροφον, Ex Reg. Millesius, διαχρύσεσιν· legendum forte διαχρυσον. Loco ἔσωθεν, ex Reg. scripsi ἄνωθεν· et pro ἐπικεχυμένον, quæ vox hic prorsus extra locum est, posui ex conjectura ἐπικείμενον, cum in Reg. cod. legatur, ἐπικύμενον, quæ ambæ voces apud librarios ejusdem sunt soni. Paulo infra, cum esset apud Miles., τὸ σταυρωθῆναι, ex Reg. correxi, τοῦ σταυρωθῆναι. Postremo, voces στύλους τούτους ante ὡς ὀνομαστοῦ apud Mill. positas, ut inutiles expunxi ex cod. Reg. qui etiam sequentes, ὡς ὀνομαστοῦ πάθους τὴν ἀρχ, omittit,

(4) Παίζοντες. Sic posuimus ex Reg. cum esset in edito, πεσόντες. *procumbentes.* Catech. 13, n. 17, eodem modo de illis derisoribus scripsit: Καταπαίζουσι μὲν, γονυπετοῦσι δέ.

(5) Ὑπὸ στρατιωτῶν δεδεμένος, etc. Voces, ὑπὸ στρατιωτῶν δεδεμένος· βασιλεῖς γάρ, propter repetitionem vocum, ὑπὸ στρατιωτῶν, prætermissas, reparavimus ex cod. Reg. quem secuti, ἀναγορεύονται scripsimus pro ἀναγορεύεται. Paulo post, pro Γαλγοθᾶν, quod in duobus mss. reperitur, ex conjectura quidem, sed indubitabili. Γαββαθᾶν resti- D tuimus. Ecquis enim putet Cyrillum in ipsis locis versantem in tam noto nomine falli, nisi forte lingua potuisse?

(6) Τῇ ἐπὶ τοῦ κραββάτου, etc. Obscura constructio. Nec melius in Reg., τοῦ ἐπὶ τοῦ κραββάτου ἐπὶ τὸ φορεῖον ἐληλυθότος, *in disgressione ejus qui in grabbato ad ferculum transivit.* Crederem delendum τῇ, et legendum ἐκ τοῦ κραββάτου.

(7) Πολυετὴς... πάρεσις. Ex Reg. Mill., πολυαιτής... πάραισις. Loco εὕρεσις, quod in duobus mms legitur, non dubitavi scribere, νεύρωσις, certa ex sequentibus verbis, νεύρων ποιητής, conjectura. Infra, ex Reg. pro πιλοῦ, scripsimus, πηλοῦ, ac particulam καὶ ante παραδόξως inutiliter positam expunximus.

visionis usum impediat; Jesus vero luti opera visum non videntibus impertivit, et in aliis iterum per alia suam potestatem exseruit. In hoc autem [paralytico] per id verbum: *Surge, tolle grabbatum tuum, et ambula.* ❧ quantum putas stuporis cernentes invasit? At id quod videbatur, revera miraudum fuit; incredulitas vero inæstimabilis; nam plurimorum annorum sanata est ægritudo: incredulitas vero longinqua sanata non fuit (1); sed Judæi adhuc in suis affectibus permansere, ac sanari noluerunt.

A δίζει τὸ βλέπειν (2). Ἰησοῦς δὲ διὰ πηλοῦ τοῖς μὴ βλέπουσιν τὸ βλέπειν ἐχαρίζετο. Καὶ ἄλλοις πάλιν δι' ἄλλων ἡ δύναμις· ᾧ μὲν γὰρ τὸ, Ἔγειραι, ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ περιπάτει, ὅση νομίζεις ἔκπληξις (3) ἔλαβεν τοὺς ὁρῶντας; Ἀλλ' ἦν τὸ μὲν ὁρώμενον θαυμαστόν, ἡ δὲ ἀπιστία δεινή. Καὶ νόσος μὲν πολυετὴς θεραπεύεται, ἀπιστία δὲ πολυχρόνιος οὐκ ἐθεραπεύθη· ἀλλ' ἐπέμενον οἱ Ἰουδαῖοι τοῖς παθήμασιν, τὸ δὲ θεραπεύεσθαι οὐκ ἤθελον.

XIV. Nam si id quod factum fuerat stupere oportebat, medicum quoque animarum et corporum oportebat adorari. Illi autem murmuraverunt: murmuratorum enim posteri erant, qui bona in mala pervertebant; *Qui dicebant amarum esse dulce,* B *et dulce amarum*[8] Jesus vero prudentissimo consilio operabatur in Sabbato, ea nempe quæ Sabbatum transcendunt operatus, ut illos operatio persuaderet. Quoniam enim verbis verba refelluntur, opus vero nulla vinci ratione potest, in Sabbato curavit; erudiens nos ut non contradictionum sermonibus utamur, sed operibus persuadeamus eos qui illa intuentur.

ΙΔ. Εἰ δὲ δέον ἐκπλαγῆναι τὸ συμβαν, δέον προσκυνῆσαι τῶν (4) ψυχῶν καὶ σωμάτων ἰατρόν. Οἱ δὲ ἐγόγγυζον· γογγυστῶν γὰρ (5) ἦσαν ἀπόγονοι, οἱ τὰ καλὰ διαστρέφοντες εἰς κακά, Οἱ λέγοντες τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρόν. Ἰησοῦς δὲ μετὰ πάσης οἰκονομίας εἰργάζετο ἐν Σαββάτῳ, τὰ ὑπὲρ Σάββατον ἐργαζόμενος, ἵνα ἡ ἐργασία πείσῃ. Ἐπειδὴ γὰρ λόγος λόγῳ μάχεται, τὸ δὲ ἔργον (6) ἄμαχον, ἐθεράπευεν ἐν Σαββάτῳ· διδάσκων, ἵνα μὴ ὁ λόγος ἀντιλογικὸς γένηται, ἀλλ' ἡ ἐργασία πείσῃ τοὺς ὁρῶντας.

XV. Aiebant illi: *Sabbatum est, non licet tibi tollere grabbatum tuum.* Legislator aderat ipse, et ausus est quisquam alius dicere: *Non tibi licet!* *Constitue, Domine, legislatorem super eos*[9]; de Salvatore dictum fuit. Ille vero nuper tam in animo quam in corpore sanatus, accepto a Sapientia sapienti sermone, statim respondet, non ex legis peritia quid responderet habens, sed compendiosam C afferens responsionem. Nostis, inquit, omnes diuturnam meam ægritudinem et quam multos annos reclinatus jacui, quantaque cum miseria omnium destitutus auxilio conflictatus sum. Nemo unquam vestrum mei curam suscepit, tollens me, et priorem in piscinam immittens ut sanitatem reciperem. Cum ergo tunc nulla vos mei cura tetigerit, quomodo nunc legislatorum munus arripuistis: *Non licet tibi*, aientes, *tollere grabbatum tuum?* Compendiosum igitur a me responsum habete: *Qui me sanum fecit, ille mihi dixit.* Si me contemnitis, at fa-

IE'. Εφασκον ἐκεῖνοι· Σάββατόν ἐστιν, οὐκ ἔξεστίν σοι ἆραι τὸν κράββατόν σου. Νομοθέτης παρῆν, καὶ ἄλλος τὸ, Οὐκ ἐξεστίν σοι, ἔλεγεν; Κατάστησον, Κύριε, νομοθέτην ἐπ' αὐτούς, περὶ τοῦ Σωτῆρος εἴρηται. Ὁ δὲ ἀρτίως καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα ἰατρευθείς, παρὰ τῆς Σοφίας σοφὸν λαβὼν λόγον (7), εὐθὺς ἀποκρίνεται· οὐ νομικῶς ἀποκριθῆναι ἔχων, ἀλλὰ συντόμως ποιούμενος τὴν ἀπόκρισιν· Ἴστε μου, φησὶ, πάντες τὴν πολυχρόνιον νόσον, καὶ τὸ πολυετὲς τῆς ἀνακλίσεως, τὸ ἀπερίστατον τῆς ταλαιπωρίας. Οὐδείς ὑμῶν ποτε κηδεμονικὸν (8) ἔδειξεν, λαβών με, καὶ πρῶτον ἐμβαλὼν εἰς τὴν κολυμβήθραν, ἵνα θεραπευθῶ. Καίτοι τότε κηδεμονικὸν οὐκ ἐνδειξάμενοι, πῶς νῦν τὸ νομοθετικὸν ἐλάβετε, Οὐκ ἔξεστίν σοι ἆραι (9) τὸν κράββατόν σου, λέγοντες; Συντομωτάτην τοίνυν ποιοῦμαι πρὸς ὑμᾶς τὴν ἀπόκρισιν· Ὁ ποιήσας με ὑγιῆ, ἐκεῖνός μοι εἶπεν. Εἰ ἐμοῦ καταφρονεῖτε, πρὸς τὸ πρᾶγμα τὴν ἔκπληξιν λάβετε· οὐκ ἔμπλαστρον ἐπέθηκεν, οὐκ ἰα-

[8] Isa. v, 20. [9] Psal. IX, 21.

(1) *Incredulitas vero longinqua*... Hoc est a parentibus jamdudum longa successione propagata: ut enim observat n seq., *murmuratorum posteri erant;* sic et cat. 7, n. 3, sueto eos incredulitatis morbo retineri ait, et cat. 12, num. 21, antiqua consuetudine veritati refragari.

(2) Τὸ βλέπειν, Reg., Εἰς τὸ βλέπειν.

(3) Ὅση... ἔκληξις. Ex Reg. Milles. vero, ὅσην... ἐκπλήξεις, Infra, loco κἂν ante νόσπς, Reg. secuti scripsimus, καί.

(4) Τῶν legendum videtur, τόν. Edit.

(5) Γογγυστῶν γάρ. Reg. At Milles, γογγυστῶν δέ.

(6) Τὸ δέ ἔργον. Ita ex conjectura Millesii et nostra restituimus, cum apud Millesium sit, τὸ δὲ λόγον, in Regio, τῷ δὲ λόγῳ. Ita ut Scripsimus, legendum esse sequentia convincunt, in quibus λόγῳ ἐργασία opponitur. Cat. 3; n. 8, ait sermones sermonibus non vinci: sed prophetarum diserta attestatione vim contineri omnibus ratiociniis superiorem. D

(7) Λόγον. Vocem hanc ex Reg. cod. adjecimus. Item infra, post Ἴστε μου, verba, φησὶ, πάντες addidi, quanquam vox φησὶ satis superflua videatur, cum non raro Cyrillus, inter ἀποκρίνεται, λέγων, et similia ac verba quæ subsequi deberent brevem parenthesim interponat.

(8) Κηδεμονικόν. Hic et paulo post correctum ex Reg., nam Milesius scribit, καιδεμονικόν. Infra, ex eodem ms., ἐμβαλών scripsi pro ἐνέβαλεν· et καίτοι, pro κέτοι.

(6) Ἆραι. Emendavimus ex Regio pro ἄρε. Eadem auctoritate vocem λέγοντες sequentem supplevimus; ac loco ποιούμενας, scripsimus, ποιοῦμαι πρὸς ὑμᾶς· prostremo pro καταφρονεῖται, posuimus, καταφρονεῖτε.

τρικοῖς ἐχρήσατο μηχανήμασιν, ἢ βοηθήμασιν· λόγῳ εἶπεν (1), καὶ τὸ ἔργον ἐπηκολούθησεν· προσέταξε, καὶ τὸ πρόσταγμα ἐγὼ ἐπιτολῶ. Εὐπειθὴς γέγονα τούτου τῷ προστάγματι, τοῦ διὰ προσταγμάτων θεραπεύσαντος. Εἰ μὲν γὰρ ὁ προστάξας, πρὸς τὸ ἰαθῆναι (2) ἀνίσχυρος ἦν τοῖς προστάγμασιν, οὐκ ἔδει τούτοις ὑπακούειν· ἐπειδὴ δὲ λόγοις προστέτακται ἐναργὲς πολυχρόνιον παῦσαι πάθημα, δικαιότατα ἀκούω τούτου, οὗ καὶ νόσος ἀκούσασα ἀπηλλάγη. Ὁ ποιήσας με ὑγιῆ, ἐκεῖνός μοι εἶπεν· Ἆρον τὸν κράββατόν σου (3).

ΙΖ'. Οὐκ ᾔδει ὁ θεραπευθείς, τίς ἐστιν ὁ θεραπεύων. Πολὺ τὸ ἀκενόδοξον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρίσταται· ἰατρεύσας γὰρ ἐξέκλινεν, ἵνα μὴ γνωρισθῇ (4) ἐπὶ τῇ ἰατρείᾳ· Ἡμεῖς δὲ πᾶν τοὐναντίον ποιοῦμεν. Εἰ συμβῇ ποτε ὀνείρατα θεάσασθαι, ἢ διὰ χειρῶν βοηθῆσαι, ἢ δαίμονα δι' ἐπικλήσεως ἀπελάσαι· τοσοῦτον ἀπέχομεν (5) τοῦ κρύψαι τὸ κατόρθωμα, ὥστε καὶ μὴ ἐρωτώμενοι καυχώμεθα· Ἰησοῦς δὲ τοῖς ἔργοις διδάσκων ἡμᾶς τὸ μὴ περὶ ἑαυτοῦ λέγειν, τὴν ἴασιν παρέχων, ἐξέκλινεν ἅμα ἵνα μὴ γνωρίζηται· εὐκαίρως ἀναχωρῶν, καὶ εὐκαίρως παρών. Ὅτε μὲν γὰρ (6) ἐχρῆν κλεῖσθῆναι τὴν εὐφημίαν τοῦ κατορθώματος, τότε ἀναχωρεῖ· ὅτε δὲ τῶν ὄχλων ἀναχώρησις γέγονεν (7), ἵνα μετὰ τῆς σωματικῆς ἰατρείας ἐπαγάγῃ καὶ τὰ τῆς ψυχῆς τεθεραπευμένα, τότε παρὼν ἔλεγεν. Ἴδε, ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτατε.

ctum ad ipsum vos stupor capiat. Non emplastrum imposuit, non solitis medicinæ compositionibus vel subsidiis usus est. Verbo dixit, effectus extemplo est consecutus. Imperavit, et ego imperatum facio : ejus imperio obsequens fui, qui suis imperiis medicinam præstitit. Nam si is qui jussit, suis imperiis efficere nequivisset ut sanarer, ipsis obtemperandum non fuit. Quoniam vero verbis suis evidentem et diuturnum morbum cessare præcepit, æquissimo jure illi obedio, cui obaudiens ipsa abscessit ægritudo : *Qui me sanum fecit ille mihi dixit : Tolle grabatum tuum.*

343 XVI. Non noverat is qui sanatus erat, quis esset qui eum sanaverat : inde maxima Salvatoris nostri commendatur inanis gloriæ fuga. Cum enim sanavisset, declinavit; ut ne ex ea sanatione celebraretur. Nos vero prorsus contrarium facimus. Si enim aliquando contigerit nos somnia cernere (9), aut [impositione] manuum opem ferre alicui, aut dæmonem per invocationem effugare; tantum absumus a celando recte facto, ut etiam non interrogati glorianter prædicemus. Jesus vero factis suis nos docens ne quis de seipso loquatur, simul ut curationem præstitit, declinavit ne agnosceretur : opportune secedens, ut opportune præsentem se exhibens. Quando enim celebrari par erat famam recte facti, tunc se subducit : postquam vero turba recessit, ut una cum corporali simul et animæ medicinam adhiberet, tunc præsentem se sistens, dixit : *Ecce sanus factus es, ne pecces amplius.*

XVII. Diverse se medicum præstat : aliquando prius animam sanat, postea corpus ; aliquando vero e converso. *Ne amplius pecces, ut ne tibi deterius*

(1) Λόγῳ εἶπεν. Regius, λόγον εἶπεν: Ex eo cod. post προσέταξε, addidi καί. Εὐπειθής scripsi, quamvis in ambobus mss. librarii mendose scripserint, εὐπηθής. Pro τούτῳ ex Regio scripsi, τούτου. Loco τῷ θεραπεύσαντι, cum Regio scripsimus, τοῦ θεραπεύσαντος.

(2) Προστάξας, πρὸς τὸ ἰαθῆναι. Ex Regio addidimus, πρὸς τό. Supplendum με post ἰαθῆναι. Ex eodem verba, ἂν ἰσχυρός, in unum ἀνίσχυρος contraximus.

(3) Κράββατόν σου. Addit Regius, καὶ περιπάτει, *et ambula*. Post, loco vitiosæ duorum mss. scripturæ ε'δει, scripsi ex sensu, ᾔδει. Ex Regio, pro ἀκαινόδοξον ἀκενόδοξον posui, et παρίσταται in locum περίσταται.

(4) Γνωσθῇ. Ex Regio. Editus. γνωσθῆ. Ex cod. Regio post τοὐναντίον, adjicimus, ποιοῦμεν. ac loco ἤ scribimus. εἰ.

(5) Ἀπέχομεν Millesius, ἀπέρχομαι. Regius, ἀπέχωμεν. Ω mutavimus in ο. Post, ex Reg., περὶ ἑαυτοῦ scripsimus loco περὶ αὐτοῦ. At idem Regius demptis ac mutatis aliquot verbis hanc exhibet lectionem : Διδάσκων ἡμᾶς, τὸ μὴ ἑαυτοῦ λέγειν τὴν ἴασιν παρέχειν, *docens nos, ne quis suum esse dicat sanitatem impertiri.*

(6) Ὅτε μὲν γάρ, etc. Particulam γάρ ex Regio adjecimus. Κλεῖσθῆναι scripsimus ex Millesii conjectura, loco κλισθῆναι quod habetur in edito. At Regius fert, ἐγκλῃθῆναι, *accusari*, ut sensus sit, Christum fugisse cum a Judæis accusandum esset ejus benefactum : qui sensus quamvis ex se bonus, haud tamen huic loco ex auctoris verbis et proposito, satis conveniens.

(7) Ἀναχώρησις γέγονεν. Ex Regio harum duarum vocum loco una est in Milesio, ἀναχωρησάντων. Paulo post, ubi ex Regio scripsimus, τεθεραπευμένα, Milles. legit, τε θεραπευόμενα. Insolens videatur hæc locutio τὰ τῆς ψυχῆς τεθεραπευμένα· verum num seq. habeitur. θεραπεύθησι τὰ σαρκικὰ πάθη. Aliæ similes sunt apud Cyrillum, ut *Procat.*, n. 3, τὸ λευχειμονοῦν πάντων· cat 1, n. 5, τῆς καρδίας τὸ νενευρωμένον.

(8) Ἀντιστρόφως Ex Regio, Millesius, ἀντιστροφος. Corpus paralytici prius quam animam a Christo sanatum dixit sub finem num. 16 ; at cat. 10, n. 13, prius animæ datam sanitatem affirmat. Paulo post, ante δ' ἑνός erat particula δέ quam Reg. codicis auctoritate abrasimus.

(9) *Si aliquando contigerit nos somnia cernere*, etc. Rerum videlicet futurarum prænuntia; qualia primis rei Christianæ temporibus frequenter a Deo immissa esse, probant SS. Polycarpi, Cypriani, Perpetuæ. Nonnæ apud Gregor. Nazianz. orat. XIX, pag. 306 et similium exempla, gravissimis monumentis testata. Sanctus Prudentius in hymno *Ante somnum*, vers. 43, 44 :

Nunc splendor interrerat,
Qui dat futura nosse.

Vers. 48-51 :

Quem rara culpa morum
Non polluit, frequenter
Hunc lux serena vibrans
Res edocet latentes.

De impositione manuum in sanandis morbis efficaci multa sunt in sanctorum Vitis et veterum testimo-

aliquid contingat; per unum docet multos: non enim ad illum unum loquitur, sed ad nos omnes. Si enim aliquando in morbos, aut ærumnas, aut calamitates inciderimus, nemo ascribat Dec. *Deus enim ut malis tentari non potest, ita ipse neminem tentat* [10]. Nostrum vero unusquisque, peccatorum catenis constrictus, flagellatur [11]. *Ne amplius pecces, ne aliquid tibi deterius contingat.* Audiat hanc sententiam quivis homo; et qui ante scortator erat, vitiosum affectum abjiciat; quique avarus eras, largus eleemosynarum fias. Audiat qui rapuit aliena: *Ne amplius pecces.* Maxima est Dei injuriarum oblivio, profusa gratia. At tu cave ne nimiam patientiam in occasionem contemptus vertas; neve, quia longanimis Deus est, idcirco pecces: verum deinceps carnales tuos affectus da operam ut sanes, et dic tu quoque quod opportune ante lectum fuit: *Cum enim essemus in carne, affectus peccatorum, qui per legem erant, operabantur in membris nostris* [12]. Quod si dicit Apostolus: *Cum essemus in* 344 *carne*; non hanc qua circumdati sumus intelligit carnem, sed carnales actiones: siquidem adhuc carnem circumferens aiebat: *Quando eramus in carne.* Sed quemadmodum Deus, cum diluvium proxime inducendum esset, aiebat: *Non permanebit Spiritus meus in hominibus istis, eo quod sint carnes* [13]: spiritu in carnalem appetitum commutato: ita et in hoc loco Apostolus dicit: *Cum essemus in carne.*

XVIII. Nemo itaque sit in carne; sed in carne cum sit, non secundum carnem ambulet [14]. Non enim vult Apostolus ut nos a mundo penitus segregantes malum non operemur; sed ut in carne positi, carnem servituti subjiciamus, et ejus imperio non teneamur. Non serviamus, sed imperemus: cibo utamur moderato; non ventris ingluvie abrepti, sed frenum ventri injicientes, ut et affectibus infra ventrem sedem habentibus moderemur. Gubernetur ab anima corpus, nec ab carnalibus voluptatibus anima trahatur. *Ne amplius pecces, ne quid*

λένηται· διδάσκων δι' ἑνὸς πολλούς· οὐ γὰρ πρὸς ἐκεῖνον μὲν ὁ λόγος μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ πρὸς πάντας ἡμᾶς. Εἴ ποτε γὰρ παθήμασι περιπέσωμεν, ἢ λύπαις, ἢ ἀνάγκαις, μηδεὶς Θεῷ προσγραφέτω. Ὁ γὰρ Θεὸς ἀπείραστός ἐστι κακῶν, πειράζει δὲ αὐτὸς (1) οὐδένα· ἕκαστος δὲ ἡμῶν σειραῖς ἁμαρτιῶν σφιγγόμενος μαστιγοῦται. Μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν σοί τι γένηται. Ἄκουε τοῦ ῥητοῦ (2), πᾶς ἄνθρωπος· καὶ ὁ πρὸ τούτου πορνεύων, ἀποτιθέσθω τὸ πάθος· καὶ ὁ πρὸ τούτου πλεονέκτης, γενοῦ ἐλεήμων. Ἀκουέτω ὁ ἅρπαξ. Μηκέτι ἁμάρτανε. Πολλὴ καὶ Θεοῦ ἡ ἀμνησικακία, δαψιλὴς ἡ χάρις. ἀλλὰ μὴ τὸ ὑπέρμετρον τῆς ἀνεξικακίας, ἐφόδιον λάμβανε τῆς καταφροτήσεως· μηδ' ὅτι Θεὸς μακρόθυμος, διὰ τοῦτο ἁμάρτανε· ἀλλὰ θεραπεύθητι λοιπὸν τὰ σαρκικὰ πάθη, καὶ λέγε καὶ σὺ (3) τὸ εὐκαίρως ἀναγνωσθέν Ὅτε γὰρ ἦμεν ἐν τῇ σαρκί, τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν, τὰ διὰ τοῦ νόμου, ἐνηργεῖτο ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν. Ἐὰν δὲ λέγῃ (4) ὁ Ἀπόστολος, Ὅτε ἦμεν ἐν τῇ σαρκί, οὐ ταύτην ἔλεγεν τὴν σάρκα, ἣν περιβεβλήμεθα, ἀλλὰ τὰς σαρκικὰς πράξεις· Ἔτι γε σάρκα φορῶν, ἔλεγεν· Ὅτε ἦμεν ἐν τῇ σαρκί. Ἀλλ' ὅνπερ τρόπον (5), μέλλοντος ἐπάγεσθαι κατακλυσμοῦ, ὁ Θεὸς ἔλεγεν, Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ Πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας· τοῦ πνεύματος εἰς σαρκικὴν προαίρεσιν μεταβαλλομένου· οὕτω καὶ ἐνταῦθα ὁ Ἀπόστολος λέγει· Ὅτε ἦμεν ἐν τῇ σαρκί.

ΙΗ'. Μηδεὶς τοίνυν ἔστω ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν σαρκὶ ὤν, μὴ κατὰ σάρκα περιπατείτω (6). Οὐ γὰρ βούλεται ἡμᾶς ὁ Ἀπόστολος τελείως ἑαυτοὺς ἐξαγαγόντας ἐκ τοῦ κόσμου, μὴ ἐργάζεσθαι φαῦλον· ἀλλ' ἐν σαρκὶ ὄντας ἡμᾶς, καταδουλῶσαι τὴν σάρκα, καὶ μὴ ἄρχεσθαι ὑπ' αὐτῆς. Μὴ δουλωθῶμεν, ἀλλ' ἄρξωμεν· τροφῇ χρησώμεθα συμμέτρῳ, μὴ τῇ γαστριμαργίᾳ καταφερόμενοι, ἀλλὰ χαλινοῦντες τὴν γαστέρα, ἵνα καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα ἄρξωμεν· Ἀρχέσθω τὸ σῶμα ὑπὸ τῆς ψυχῆς, καὶ μὴ συρέσθω ἡ ψυχὴ ὑπὸ τῶν σαρκικῶν ἡδονῶν. Μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μή τί σοι χεῖ-

[10] Jac. I, 13. [11] Prov. V, 22. [12] Rom. VII, 5. [13] Gen. VI, 3. [14] II Cor. X, 2, 3.

niis exempla. Cyrillus sæpe vim signi crucis et invocationis nominis Christi in fugandis dæmonibus, et abigendis morbis commemorat, ut cat. 13, n. 40; cat. 10, n. 13. Orationi illi super ægrotantem fusæ adjungebatur manus impositio ex Christi et apostolorum exemplo. Hinc verba sancti Jacobi de inungendis infirmis, et orando super eos, Jacobi, v, 14, de impositione manuum adjungenda vulgo interpretantur auctores ecclesiastici.

(1) Αὐτός. Ita Reg. Male Milles., αὐτό.

(2) Τοῦ ῥητοῦ, etc. Articulum τοῦ, et verba πᾶς ἄνθρωπος ex Regio cod. adjecimus; ut et verba paulo post sequentia, γενοῦ ἐλεήμων. Sequens verbum ἀκουέτω, deest in cod Reg. Ex eodem codice pro ἁρπάξας, scripsimus, ἅρπαξ.

(3) Καὶ σύ. Ita nos ex Regio. Millesius, καί σοι. Post. loco ἀναγνωσθησόμενον, ex eodem Reg. scripsimus, ἀναγνωσθέν· nam ea concio post Evangelium habebatur, utrumque autem lectio ex Apostolo præcedebat. Ad hæc convenientior adhortatio, et explicatio lectionis jam factæ quam faciendæ, Pro ἦμεν, Reg. hic et sequentibus, ubi idem verbum recurrit, locis, scriptum habet ἤμην *eram*, vel *fueram*. Sed sensus Apostoli postulat, ἦμεν, *eramus*.

(4) Ἐὰν δὲ λέγῃ. Quamvis in manuscr. legatur λέγει, non veriti sumus scribere λέγῃ, propter vocem sequentem, ἔλεγεν. Locum hunc porro aliter repræsentat Regius liber. in hunc modum: Οὐδὲ γὰρ λέγει ὁ Ἀπόστολος, Ὅτε ἦμεν ἐν σαρκὶ, ἣν περιβεβλήμεθα. etc.: *Non enim dicit Apostolus: Quando eramus in carne, qua circumvestiti sumus*, etc. Priorem lectionem retinuimus, cui multæ apud Cyrillum similes. Encliticam γε post ἔτι sensui perficiendo necessariam subministravit codex Reg.

(5) Ἀλλ' ὅνπερ τρόπον, etc. Præpositionem ἐν ante μέλλοντος nescio quomodo invectam expunximus, cum desit in Reg. libro, cujus lectio paulum variat. sic. Ἀλλ' ὥσπερ γὰρ μέλλων ἐπάγεσθαι κατακλυσμὸν ὁ Θεὸς, ἔλεγε, etc.: *Sed quemadmodum cum diluvium inducturus esset Deus*, etc.

(6) Περιπατείτω. Ex Regio emendatur vitiosa lectio editi, περιπατήτω.

ρον γένηται. Κηρύσσει μὲν ἅπασιν ὁ λόγος· γένοιτο δὲ (1) πάντα τὰ ὦτα ἀκούειν. Οὐ γὰρ πᾶσα ἀκοὴ σαρκὸς δεχομένη τὸν λόγον, ἤδη δέχεται εἰς τὴν διάνοιαν. διὰ τοῦτο ὁ Σωτὴρ ἔλεγεν· Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω, τοῖς ἔχουσιν ὦτα σαρκὸς διαλεγόμενος.

ιθ'. Ἀκουέτω (2) τοίνυν ἅπας Ἰησοῦ, καὶ μηκέτι ἁμαρτανέτω· ἀλλὰ τῷ ἁμαρτιῶν συγχωρητῇ προσδράμωμεν. Καὶ εἰ νοσοῦμεν, προσφύγωμεν· εἴτε ἀλγοῦμεν τὴν ψυχήν, τῷ ἰατρῷ τῆς γνωτεως ἐξακολουθήτωμεν· εἴτε πεινῶμεν (3), τὸν ἄρτον δεξώμεθα· εἴτε ἐνεκρώθημεν, τὴν ἀνάστασιν λάβωμεν· εἴτε ἐν ἀγνοίᾳ κατεγηράσαμεν, τὴν σοφίαν παρὰ τῆς Σοφίας αἰτησώμεθα.

κ'. Ἀλλ' ἐξείλκυσεν (4) ἡμᾶς λόγος εἰς μῆκος λόγου· καὶ ἴσως γεγόναμεν ἐμπόδιον πατρικῆς διδασκαλίας. Καιρὸς δὲ καλεῖ καὶ μειζόνων ἐπακοῦσαι ῥημάτων, ἵνα ὠφεληθέντες ἐκ μειζόνων ἔργων, Θεῷ διὰ τῶν ἔργων τὴν δοξολογίαν ἀναπέμψωμεν· ᾧ ἡ δόξα καὶ νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

tibi deterius contingat. Omnibus hic denuntiat sermo: utinam vero omnes aures audiant! Non enim omnes auris corporea quæ verbum immissum recipit, continuo etiam intra cogitationem admittit. Idcirco aiebat Salvator: *Qui habet aures ad audiendum audiat* [15]; cum homines alloqueretur qui carneis auribus non carebant.

XIX. Audiat itaque Jesum omnis homo. et ne amplius peccet; sed accurramus ei qui peccata condonat. [16] Et sive morbo laboramus, ad eum confugiamvs; sive animæ malo quodam cruciamur, medicum scientiæ [auctorem] sequamur; sive esurimus, panem recipiamus: sive mortui sumus, resurrectionem accipiamus: sive in ignorantia consenuimus, sapientiam ab ipsa Sapientia postulemus.

XX. Verum in nimiam nos sermonis prolixitatem pertraxit orationis argumentum; et forte patris nostri instructioni impedimentum injecimus. [17] Tempus vero monet, ut majora verba audiamus; ut ex sublimioribus sermonibus utilitatem capientes, Deo eam quæ ex operibus proficiscitur gloriam remittamus. Cui gloria et nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[15] Matth. xi, 15. [16] *Vide cat.* 10, n. 13. [17] *Vide cat.* 18, n. 32.

(1) Γένοιτο δέ. Additum δὲ ex Regio.

(2) Ἀκουέτω. Ita ex Reg. Millesius, ἀκουσάτωσαν, quod male cum ἅπας construitur.

(3) Πεινῶμεν. Ex cod. Regio. Mutilus hic codex editus tantum repræsentat, πεινῶ.

(4) Ἐξείλκυσεν. Emendat Reg. liber depravatam editi scripturam ἐξειλκοισεν· similiter in verbo διδασκαλίας, editam lectionem διδασκαλείας. Post, loco λαλεῖ, scripsimus de nostro, καλεῖ. Loco ἐκ μειζόνων ἔργων, legendum censeo, ἐκ μειζόνων λόγων. Post hæc verba, sequebantur apud Millesium ista, ὠφέλειαν δεξάμενοι, quæ uti inutilem repetitionem continentia, ac in cod. Reg. prætermissa, expunximus. Regius porro codex totam hanc clausulam diverse scriptam exhibet; nam post πατρικῆς διδασκαλίας sic habet: Γένοιτο δὲ πάντας ἡμᾶς τῶν τοῦ Σωτῆρος ἐπακοῦσαι ῥημάτων· ἵνα ὠφεληθέντες ἐκ μειζόνων ἔργων, τὴν δοξολογίαν ἀναπέμψωμεν τῷ Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ, etc. *Utinam vero omnes Salvatoris verba exaudiamus, ut iis adjuti, ex majoribus operibus glorificationem persolvamus Patri, et Filio, et Spiritui sancto.* Priorem lectionem præferimus, uti secuturæ episcopi concioni magis convenientem.

345

SANCTI CYRILLI

HIEROSOLYMITANI ARCHIEPISCOPI

EPISTOLA AD CONSTANTIUM IMPERATOREM.

De viso Hierosolymis lucidæ crucis signo.

PRÆLOQUIUM.

Synopsis. — I. Argumentum epistolæ. II. Ejus variæ editiones. III. De hac nostra editione. IV. Ejus veritas a Protestantibus in dubium vocata. V. Asseritur a veterum testimoniis. Ab ipsa eventi natura. VII. A stylo plane Cyrilliano. VIII. Objectio Riveti ex laudibus Constantio in epistola datis, refellitur. IX. Objectio secunda, ex Christi prædictione ad hunc portentum accommodata. X. Objectio tertia, a professione consubstantialis Trinitatis. XI. Quo anno apparitio crucis contigerit. XII. Refelluntur diversarum a nostra epocha defensores. XIII. Quo mense ac die contigerit apparitio. XIV. Quid de circumstantiis illis sentiendum quas nonnulli ad Cyrilli narrationem adjiciunt. XV. Quid apparitio portenderit. XVI. Quando scripta epistola.

I. Hac epistola initio sui episcopatus data notum facit imperatori Cyrillus insigne ostentum lucidæ crucis, Hierosolymis in cœlo die Maii septima conspectæ, quæ ab Olivarum monte ad Golgotham usque protendebatur (num. 2). Nullas vel sibi vel imperatori convenientiores litteras dare se posse

præfatus (n, 1), principi apprime divinœ legis perito a studioso, faustum illi nuntium significat (n 2) ostensæ in cœlo eo imperante crucis; quo sicut patris Constantini pietas sacræ crucis inventione a Deo remunerata est (n. 3), ita filii religio paterna etiam major amplioris divinæ benevolentiæ significatione decorata fuit. Signum hoc non obscurum (n. 4), nec celeri tractu pertransiens; sed media pene die, ab universa civitate in lætitiam effusa perspicue conspectum. Eo jubet imperatorem majorem in Deum fiduciam concipere (n. 5). Hoc in Evangeliis prænuntiatum fuisse contendit (n. 6), iis verbis Domini, quæ tamen ampliorem in die judicii sortientur eventum. Tandem fausta diuturni, pacifici et splendidi imperii precatione epistolam claudit (n. 7, 8). Notabilis hæc multis de causis epistola, præsertim propter testimonium sacræ crucis inventioni redditum, et consubstantialis Trinitatis additam in fine professionem.

II. Hanc primus, quod quidem sciam, in publicam lucem edidit Grodecius, sed Latine tantum, ad calcem suæ Catecheseon translationis. Græcum postea textum dedit Gretserus tom. II De cruce, p. 512, Ingolstadii ann. 1600; sed quem secutus sit codicem notare omisit: is tamen a Grodeciano paulo diversus erat; adeo ut cum Grodecianam versionem conservaverit, eam nonnullis locis ad textum suum accommodare coactus sit. Post annos octo Prevotius una cum Græcis Catechesibus, Græcam etiam ad Constantium epistolam dedit ex Vaticanis codicibus, partim cum Grodecii, partim cum Gretseri textu consentientibus. Grodecii versionem conjunxit, nonnullis tam ex Gretsero quam ex se mutatis. Ea editio annis 1631 et 1640 semel iterumque recusa est, nulla quam adverterim, sive in textu sive in versione, mutatione facta. Tandem in Oxoniensi editione Millesius eamdem epistolam dedit, notatis in margine codicum Roe et Casauboniani varietatibus, sed intacto textu; paucis vero in interpretatione mutatis.

III. Nos, ut aliquid tersi et emaculati daremus, Prevotianum textum cum Gretseriano et Grodecii versione, ac notatis a Millesio Anglicanorum codicum varietatibus, et Ottoboniano codice diligentissime contulimus: insuper usi sumus manuscripto epistolæ hujus exemplari, quod ad calcem Genovefani Sancti Cyrilli Catecheseon libri editionis Morelianæ ann. 1564 manu quidem recenti descriptum reperimus; sed ex aliquo codice, quum tam a Gretseriano quam a Prevotiano diversum fuisse, lectionum diversitas evincit. Is qui hoc exemplar scripsit, alius codicis varietates ad marginem notavit, cum hac nota γρ. hoc est γραῖος, qua significat antiquum fuisse codicem illum quem cum descripto a se libro contulit. Primum illud exemplar Genovefanum appellabimus, alterum nota γρ. insignitum veteris Genovefani nomine designantes. His subsidiis ℬ ℳ adjuti nonnulla necessaria in textu mutavimus, novamque ex integro translationem cudere visum fuit.

IV. His de nostro labore in antecessum dictis, jam de hujus epistolæ veritate, et anno quo scripta est, nonnullisque aliis minoris momenti, disquirendum superest. Rivetus, aliique e Protestantium numero, partim mentione repertæ sub Constantino crucis offensi, partim ostenti hujus, quo Dominicæ cruci debita, sed ipsis inimica veneratio ineluctabiliter asseritur, splendore perculsi, vim utriusque aliter effugere non potuerunt, quam apparitionem inter aniles fabulas, et Cyrillianam epistolam inter supposita et adulterina scripta relegando: quos potius oportebat ex hujus monumenti et prodigii veritate, male conceptum errorem deponere, quam præjudicatis opinionibus tenaciter inhærendo, frivolis et nullius momenti rationibus Cyrillianæ epistolæ fidem ac sinceritatem incassum sollicitare. Nam et eventi illius veritas fidem epistolæ conciliat, et epistolæ veritas indubitatum eventum reddit.

V. Ac primo quidem gravissima, et ab ipsa pene ætate habemus utriusque testimonia, quæ partim initio operis hujus, partim ad calcem hujus epistolæ attexuimus. Ea sunt autem omnis generis. Suffragantur Hieronymus in Chronico, quam tamen auctoritatem non usquequaque certam libenter agnosco; Philostorgius, Socrates historicus lib. II Hist., cap. 28; Sozomenus, qui lib. IV, cap. 5, hujus ostenti nuntium per omnes orbis Romani provincias, statim dissipatum esse testatur, ab iis qui Hierosolymam ex omnibus partibus confluentes, quæ ipsi viderant suis retulerunt, additque eo nuntio non mediocriter conturbatos toto imperio mortales: imperatorem ipsum non solum ex Cyrilli litteris, sed ex multorum aliorum relatione hujus rei certiorem factum esse. Idatius præterea in Fastis consularibus, Chronicum Alexandrinum, Theophanes, Cedrenus, Michael Glycas, Nicephorus Callisti. Ex his autem, Cyrillianæ epistolæ mentionem faciunt Sozomenus, Theophanes, Glycas, Philostorgius quoque, memoratum Chronicum, et ii omnes qui ostentum hoc ipsi diei Pentecostes assignant, id ex male intellecto Cyrillianæ epistolæ loco fecisse videntur. Denique hujus ostenti memorio, non solum in Typico monasterii Sancti Sabæ, verum etiam in communibus totius Græcæ Ecclesiæ fastis, ad diem septimum Maii consignata est, anniversaria festivitate majori perpetuis ætatibus celebrata.

VI. Secundo, ipsa prodigii veritas ex ipsius rei natura et conditione confirmatur. Ejusmodi enim est, quæ nec fingi tuto si falsa sit, nec ficta fidem invenire queat. Agitur de publico quodam ostento, quod non in angulo, sed in urbe populosissima, et totius orbis peregrinationibus frequentata; non in nocte, sed medio die; non in instanti ac fulgetri instar, sed plurium horarum spatio; non in angusto cœli tractu, sed quindecim stadiorum longitudine; non uno aut duobus testibus, sed innumerabili turba spectante, transactum esse referatur. Quod ut fingere impudentissimum sit, ita secutis ætatibus, cum falsum esset, persuadere impossibile.

VII. Tertio, si ipsam Cyrilli epistolam per se inspiciamus, nullam non sinceri atque antiqui, ac vere Cyrilliani monumenti notam præfert. Eadem est, quæ in Catechesibus observatur, styli simplicitas et humilitas; intricatæ interdum constructiones, phrases longiores, parentheses crebræ, earum-

dem rerum repetitiones;similes et familiares Cyrillo locutiones. Sic hujus epistolæ num. 5 crucis tropæum vocat καύχημα καυχημάτων, gloriationem gloriationum, ut cat. 13, num. 1. Crucis apparitionem appellat num. 2, ἐπουρανίων πραγμάτων θεϊκὴν ἐνέργειαν. Sic Procat. num. 15, de baptismi effectibus, Λάσητε... ἐνέργειαν θείων πραγμάτων. Et cat. 6, n. 7, De Deo, μορίας ἐκπέμπει τὰς τῆς θεότητος ἐνεργείας. Favores divinos imperatori præstitos coronæ nomine compellat num, 2, μείζοσι θεόθεν στεφάνοις ἐπουρανίοις τετιμῆσθαι μαθών. Cyrillo familiare est, quamcunque prærogativam ac decus hoc nomine donare. Cat. 12, n. 33, virginitatis propositum vocat coronam, eamque angelicam num. 34, et cat. 13, num. 1, crucis excellentiam et decus designans, dicit crucis coronam. Diabolum appellat num. 6, oppositam potestatem, ἐξ ἀντικειμένης ἐνεργείας. Ita cat. 20, num. 3. Ait num. 7, Christum propriis pretiosis sanguinibus, οἰκείοις τιμίοις αἵμασι mundum redemisse. Similiter cat. 3, num. 10, dicit martyres οἰκείοις αἵμασι baptizari, et cat. 2, n. 14, ait Manassem innocentibus sanguinibus Hierosolymam complesse, αἱμάτων ἀθώων. Præterea velut proprium est Cyrillo plura adjectiva uni substantivo attribuere ut hic οἰκείοις τιμίοις. Id passim in catechesibus observare potuit lector.

VIII. Quid ad hæc Rivetus? Nihil prorsus quod tantisper cordatum hominem morari possit. Primum læditur profusis illis laudibus quibus Constantium cumulat Cyrillus : ita ut necessario dicendum sit, si hæc epistola Cyrilli credatur, fuisse illum Arianum hæreticum, vel adulatorem impudenter mendacem: aut si nomini ejus parcimus, alienam ab eo esse, indignam probo Gallo episcopo epistolam. Mirum sane si is qui confinxit epistolam sub nomine Cyrilli, quis esset Constantius, ignoravit; nec eas laudes suppressit, quæ figmento ejus fidem detrahere aliquando possent. Eæ laudes melius homini vivente Constantio, quam post mortem ejus, cujus tam invisum apud Catholicos nomen, scribenti conveniunt. Perridiculum est, Arianum dicere auctorem epistolæ qui eam Trinitatis consubstantialis confessione concludit, ut scite observavit Guillelmus Cave. Adulationis vero culpa prorsus vacat, qui epistolæ initio negat se adulatoriis sermonibus episcopo indignis usurum. Hic autem pessimum adulationis genus contineri queritur Rivetus, cum mendacio et falsa veritatis pollicitatione conjunctum. Laudat Cyrillus, fateor, a pietate Constantium imperatorem, majorem ipsius quam Constantini patris pietatem prædicat, ipsum a Deo diligi cœlestibus portentis magnifice declarari ait. Sed hæc quæ jam Theophanis tempore Cyrillo vitio vertebantur, optime diluit auctor ille: ostendens imperatorem animi simplicitate potius quam certa scientia ab Arianis in societatem hæreseos per fraudem illectum, paganismo nondum perfecte abolito, piissimi appellatione defraudandum non fuisse. Sed vix aliter magnatibus ac regibus scribitur etiam a sanctis viris: alioqui multa in Constantio veris laudibus digna: frenata et compressa ubique gentium idololatria et superstitio; Ecclesiæ opes magnis donariis auctæ; immunitates maximæ clericis concessæ ; sopiendorum Ecclesiæ dissidiorum voluntas sincera, quamvis pravis consiliis in deteriorem partem deflexa. Præterea nondum eo tempore gravia illa in Catholicos facinora designarat, quæ memoriam ejus infamem Ecclesiis reddiderunt: nequedum Ariani occultum in corde virus sub ejus auctoritate panderant, quod demum in concilio Mediolanensi post quatuor ab hinc annos celebrato præstiterunt. Imo vero hoc tempore post concilium Sardicense reconciliata nuper pax erat, Athanasio in sedem suam imperatoris benignitate restituto. In quo potior est conditio Cyrilli Constantium laudantis, quam Athanasii, Hilarii, Gregorii Nazianzeni, qui Constantium majoribus etiam quam Cyrillus noster laudibus celebrarunt. Athanasius, quamvis ab eo tam multa et indigna perpessus, et militari factione pulsus, in Apologia ann. 356 scripta vocat eum num. 1, ab atavis usque suis religiosum Pauli verborum studiosum auditorem. Passim appellat Deo dilectissimum imperatorem, num. 1, 18, 24, θεοφιλέστατε Αὔγουστε. Dei cultorem studiosissimum, n. 14, θεοσεβέστατε· veritatis amantem, num. 26. βασιλεῦ φιλαλήθες etc, In aulicorum consilia rejicit quidquid invidiosi commiserat num. 35, ut et epistola ad episcopos Ægypti et Libyæ num. 5. Hilarius ann. 360, post tanta a Constantio contra fidem ac defensores ejus crudeliter et inhumanæ gesta, in exsilio positus librum primum, quem ad ipsum direxit, sic inchoat: Benignifica natura tua, domine beatissime Auguste, etc., et librum secundum, his verbis: Non sum nescius, piissime imperator; et infra, Cum sis bonus ac religiosus. Num. 4, recognosce fidem, quam olim, optime ac religiosissime imperator, ab episcopis optas audire et non audis. Num. 8, Beatæ religiosæque voluntatis vere te, domine Constanti imperator, admiror, etc. Etiam post mortem ejus cum nullus jam adulationi locus, et post baptismum ab Arianorum antesignano, Ariique discipulo primario susceptum, Nazianzenus, orat. III in Julian., p. 50, 62, 63, 64. orat. IV, p. 119, orat. XXI, p. 389, Constantium iis laudibus extollit, et gesta ejus ita excusat, ut ipse etiam excusatione opus habere videatur. Epiphan., hæres. LXIX, n. 12, pium illum ac multis modis bonum prædicat. Nihil porro humile et adulatorium in Cyrilli epistola. Sic enim Constantii pietatem laudat, ut eum admoneat officii; ad grates Deo agendas, et fiduciam in Deum concipiendam, majoremque Romani imperii et Ecclesiarum curam suscipiendam adhortans : ita fidem ejus præ licat, ut tamen quid ipsi sequendum sit præscribat, dum ei apprecatur ut consubstantialem Trinitatem glorificet.

IX. Illud quoque, sed uti per transennam objicit Rivetus, quod epistolæ auctor num. 6 huic Hierosolymitanæ crucis apparationi accommodet dictum illud Domini apud Matthæum : Tunc apparebit signum Filii hominis in cœlo [18]. Cyrillus autem hanc prophetiam constanter ad extremum judicii diem, et secundum Christi adventum refert cat. 13, n. 41, et cat. 15, n. 22. Facilis est responsio. Non æstimat Cyrillus tunc ita completum fuisse Christi oraculum, ut hæc crucis apparitio sit illa ipsa et sola quam prædixit Christus secundi adventus sui prænuntiam fore; contra discerte ait Christi prophetiam suo tempore completam fuisse, rursusque perfectius adimplendam, καὶ πάλιν μείζοτως τελεσθήσεται. Hæc Baronius non satis perspexerat, cum unicum hujus prophetiæ eventum a Cyrillo

in hac apparitione assignatum existimans, quam congrue id fecerit, ipsi qui dixit videndum reliquit. Id vero unum disquirendum superest, num satis 348 congrue uni prophetiæ duplicem eventum assignarit. At id ex celebrata Scripturarum consuetudine dicere licuit. Quam multæ sunt enim in Veteri Testamento prophetiæ, quæ proximum suum complementum illa ætate habuerunt, ultimum ac perfectum in Novo? Et ut ab finitimo exemplo non recedam, abominatio desolationis a Daniele prophetata, tempore Antiochi Epiphanis, teste auctore libri I Machabæorum, cap. 1, 5e, primum, tum deinde sub Tito tempore excidii Hierosolymitani, Christo ipso auctore, completa est; tum vero per Antichristum perfecte et ultimo complenda existimatur. Vide Cassianum collat. 8, cap. 5. Ipsum etiam quod expendimus Christi vaticinium de apparitura Christi cruce jam in hominum salute, ex parte saltem aliqua, adimpletum existimare videtur Basilius in Isaiæ caput XI, 12, p. 231. Nec solus Cyrillus signum hoc in sacris libris præsignificatum aiebat, sed alii præterea rerum hujusmodi periti; ait Sozomenus: Ἐλέγετο δὲ παρὰ τῶν τὰ τοιάδε ἐπιστημόνων, κατὰ τινα προφητείαν θείαν παλαι ταῦτα προμεμηνῦσθαι ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις. Quamvis autem Cyrillus celebriorem aliam in die judicii crucis apparitionem exspectaret, hanc tamen veluti proximam hujus diei significationem suspectam habuit: quamobrem jubet imperatorem, sumpto in manus Matthæi Evangelio sollicite disquirere de cæteris proximi Christi adventus prænuntiationibus: quæ sollicitudo Cyrillum graviter angebat cat. 15, num 9 et 18.

X. Potest aliud argumentum adversus hujus epistolæ sinceritatem opponi. Hanc concludit auctor per consubstantialis Trinitatis glorificationem. Atqui Cyrillus verbo consubstantialis in Catechesibus nunquam est usus: quod ab illo non incogitanter, sed de industria factum videtur. Major illi etiam tacendæ hujus vocis ratio, ad imperatorem ejus inimicissimum et oppugnatorem scribenti. Præterea ordinationem recens ab Acacio susceperat, non vocis solum, verum etiam fidei hujus adversario. Denique post hæc tempora conjunctum semper cum illa episcoporum factione Cyrillum legimus, quæ consubstantialis vocem usque adeo abhorrebat, ut etiam in concilio Ancyrano ann. 358 sub anathematis interminatione prohibuerit. Facile esset cum doctissimo P. le Quien objectionem occupare, dicendo vocem illam contra mentem auctoris in textum a librariis immissam esse. Verisimilior etiam responsio, extrema verba epistolæ, δοξάζοντα, etc., quæ in Gretseri editione desiderantur, in aliis libris assuta esse. Verum hac exceptione non utar: nec Cyrillum præclaro suæ fidei testimonio spoliari tam facile concesserim. Rem et fidem consubstantialis voce contentam, nemo potest inficiari ab eo in Catechesibus graviter et copiose assertam esse. Scrupulum illi de vocabulo inhæsisse pernegare non possum. Sed Athanasius an. 349 in Palæstinam transiens, et a sancto Maximo atque omnibus pene provinciæ episcopis tam honorifice susceptus, quando omnes Arianorum fraudes haud satis Maximo ac Cyrillo cognitas aperuit, etiam vocabuli de quo agimus innocentiam, imo ejus tuendi necessitatem, sine dubio declaravit. Nulla esse Cyrillo poterat favorabilior ejus in Constantii aures insinuandi occasio, quam ista præsentium litterarum; idcirco fortassis, ut visum est Baronio, tantis elogiis imperatoris animum delinire laborat. Hanc ipsi fiduciam et fidei confitendæ constantiam inspirare potuit Spiritus sancti gratia recens in ordinatione suscepta, et in sancto pectore calens. Certum non est Cyrillum ab Acacio consecrationem episcopalem recepisse, sed si recepit, cum ab alio suscipi non liceret; eo nulla judicii, quod quidem ab universa Ecclesia ratum haberetur, auctoritate de gradu submoto: ea manus impositio Cyrillum non coegit ut proprium fidem abdicaret: quam quidem satis aperuit, dum Acacio violationem ejus postea objecit. Si cum inimicis consubstantialis societatem iniisse visus est, ea magis necessarii præsidii requirendi causa, quam alla opinionum similitudine et conjunctione ab ipso instituta est. Nihil igitur cogit, ut consubstantialis Trinitatis confessionem velut Cyrilli mente ac sententia alienam abjudicemus,

XI. Jam quo anno crucis apparitio in præsentibus Cyrilli litteris contenta contigerit, inquiramus. Hanc Bollandistæ ad annum 356, vel 357 referunt Baronius ad an. 353, Norisius ad an. 352, nos cum Pagio, Tillemontio aliisque ad annum 351. Primo enim, data certissime hæc epistola est ipso Cyrilli episcopatus initio. Has primas esse suarum litterarum ac sermonum primitias bis repetit num. 1 et 8. Jam vero Maximi decessoris ejus mortem an. 349 vel 358, consignat Hieronymus in Chronico. Verum, cum ex eodem nonnihil inter Maximi et Cyrilli episcopatum temporis intercesserit, ad initia usque anni 351 Cyrilliana ordinatio differri potest. Quod eo lubentius facimus, quod Idatius in Fastis consularibus et Chronicum Alexandrinum crucis apparitionem anno 351 consignant. Socrates, Sozomenus et Philostorgius id eventum memorant 349 post Galli Cæsaris creationem, quæ anno 351 contingit, Idibus Martiis, ex Idatio et Chronico Alexandrino. Rursum Idatius, Philostorgius, Chronicum Alexandrinum, Theophanes, Nicephorus crucem apparuisse scribunt eodem anno quo Constantius ad Mursam cum Magnentio conflixit. Id autem prælium omnes chronologicæ rationes ad an. 351 revocandum persuadent.

XII. Nihil ad referendam in annum 356 crucis apparitionem allegari potest præter Theophanis auctoritatem, quæ cum per se minimi sit ponderis, multis etiam, quæ ibi contra veritatem peccat, elevatur. Ait enim signum ipso die Pentecostes visum esse; Constantio longe agenti eodem tempore manifestum fuisse; Cyrillum *Catecheses* habuisse propter eos qui ex hac occasione baptismum postulavere; illum in *Catechesibus* Nicænum symbolum ipsis verbis exposuisse: quæ omnia a vero aliena. Baronius visam crucem anno 353 duplici solummodo auctoritate defendit. Prima est Hieronymiani *Chronici*, in quo refertur hoc prodigium sub anno XVII Constantii imperatoris; alia est *Actorum* sancti Authemii martyris, in quibus post expugnatum Magnentium contigisse refertur. Levis prorsus

Actorum illorum ab Metaphraste scriptorum, ac multis contra historiæ veritatem peccatis deformium auctoritas. Quod si ea sequimur, non anno 353, sed 352, ponenda erit crucis apparitio ; nam an. 351, commissum est ad Mursam prælium mense Septembri, non 353, ut placuit Baronio. Quod autem ad Hieronymi *Chronicum* attinet, id testimonium, quod crucis apparitionem refert, ab Josepho Scaligero in Hieronymiani *Chronici* editione prætermissum est, cum illud a multis mss. abesse comperisset. Cur autem Hieronymi non sit, non video. Sed in nota temporis facile fuit Hieronymum aberrare : qui cum hæc scriberet, nondum præsentem Cyrilli epistolam legisse videtur ; sed ex publico rumore aut aliis monumentis rem non ita accurate referentibus, scripto consignasse. Norisius in *Fastis*, pag. 49, ut crucis ostentum ad annum 352 referat, una Idacii auctoritate nititur : qui cum illud contigisse narret post consulatum Sergii et Nigriani (is est annus Christi 351), ait id factum esse die tertio Kal. Febr., luna XXVIII. At, inquit, luna XXVIII non erat anno 351. Januarii 30 die, sed anno 352. Quis vero Idacii plus quam sæculo uno posterioris auctoritatem, Cyrillo ipsi oculato testi credat antetponendam, qui die septimo Maii, tempore Paschali, crucem apparuisse disertissime affirmat ? Alioqui licet in diei notatione erraverit Idacius, non tamen in lunæ, cujus dies 28 anno 351 vere cum Nonis Maii concurrit.

XIII. His de anno constitutis, de mense ac die disputandum superest. Id mense Maio, die mensis septima, contigisse probat nota in nonnullis mss. epistolæ præfixa : quæ forsan ad usum sacrarum in Ecclesia lectionum posita est, quo die Cyrilliana hæc epistola legenda sit indicans. Abest sane a plerisque libris. Efficacior ducitur probatio ex ipso epistolæ textu, num. 4, in quo *Nonis Maiis in sanctis Pentecostes diebus*, crucis apparitio contigisse memoratur. Verum verba *Nonis Maiis* in nonnullis exemplaribus prætermissa sunt. Cujus prætermissionis facilis omnino redditur causa. Multis illusere verba *In his sanctis Pentecostes diebus*, quibus adducti sunt, ut apparitionem crucis ipso Pentecostes die factam existimarent : cumque ipsis persuasum esset, id quod est revera, nunquam Nonas Maias cum Pentecostes festo concurrere posse, natam Nonarum Maii delevere. At hi potius sequi debebant auctoritatem Ecclesiæ Græcæ, quæ hujus apparitionis diem septimo Maii festum constanter agit. Sed non in die Pentecostes visam crucem memorat Cyrillus, verum *in diebus Pentecostes*: quibus, usitatissima non solum veterum tam Latinorum quam Græcorum, sed et Græcorum etiam hodiernorum consuetudine, intelligitur totum tempus quinquaginta dierum, quod a Pascha te ad Pentecosten interfluit. Quapropter miror Philostorgium, *Chronicum Alexandrinum*, Theophanem, Glycam, Nicephorum auctorem *Actorum* sancti Anthemii ; et inter recentiores Blondellum, Bollandistas, etc., diem apparitionis crucis in ipso Pentecostes festo imprudenter posuisse : quorum alii, ut *Chronicum Alexandrinum*, duas res impossibiles simul conjungunt, nempe Nonas Maias et festum Pentecostes : alii, ut Bollandistæ, notam Nonarum Maiarum, quia cum Pentecostes festo non congruit, expungi volunt.

XIV. Ad Cyrilli narrationem quædam Philostorgius aliique adjiciunt, quorum nonnulla falsa, alia, quamvis a Cyrillo tacita, non continuo repudianda, quæ nimirum ab auctoribus fide dignis profluisci aliunde potuerunt. Philostorgius lib. III. *Hist. eccles.*, cap. 26, ait crucem lucidam magna irride, instar coronæ, ubique circumdatam fuisse ; quod confirmat *Chronici Alexandrini* auctor ; et et ipsis propemodum *Chronici* præfati verbis Theophanes ac Nicephorus 350 Callisti, qui partim Sozomenum, partim Philostorgium exscribit. Hanc ostenti circumstantiam sicut non omnino suadet Philostorgii et *Chronici Alexandrini* auctoritas, ita prorsus inficiari non cogit una Cyrilli silentii ratio. Hi forte auctores, cum ista apparitione alteram quæ Hierosolymis contigit, cum Judæi templum instaurare sunt aggressi, confuderunt : tum enim crux in cælo apparuit luce circumdata, teste Greg. Naz. orat. IV *in Julian.*, num. 10, p. 112 ; crux quoque coronata sacrificanti Juliano in extis apparuit, eodem teste, orat. III, num, 18, pag. 70. Ac solemne erat crucem luce coronatam depingere : quod Paulinus testatur, dum epist. 32, num. 10, inter alias ecclesiæ sancti Felicis picturas, de cruce loquens ait :

Crucem corona lucido cingit globo.

Quod autem addit *Chronicum Alexandrinum*, eodem tempore quo crux Hierosolymis apparuit, eam Constantio apud Mursam dimicanti in Pannonia esse conspectam : et Philostorgius, utrique exercitui visam esse, ac Constantianos fiducia, Magnentianos vero metu replevisse; id uti figmentum merito repudiamus, cum Hierosolymis visa sit septima Maii, prælium vero apud Mursam autumno, 28 Septembris die, commissum sit.

XV, Quid præsagierit ista crucis apparitio, varie a nonnullis definitum est. Philostorgio et et *Chronici Alexandrini* auctori visum est, Deum hoc ostento voluisse Constantio victoriam in Magnentium significare, et nova ipsum ac milites ejus fiducia animare : sed supponunt illud ipsis visum esse esse. Baronius hoc signo existimat Deum ingruentem ab Arianis Ecclesiæ tempestatem, et Ecclesiæ victoriam portendisse. Cyrillus id totum fere in laudem ac gratiam Constantii interpretur : Deum nempe cœlesti hac ostensione, quam sibi charus esset imperator, declarare voluisse (num. 2). Constantini pietatem crucis detectione, qui favor e terra esset, remuneratam : Constantii vero majorem paterna pietatem, non terrestri signo, sed cœlesti condecoratam (num. 3) ; ut fides ejus illis prodigiis firmaretur, fiduciaque in Christum augeretur hac divinæ in se be-

nevolentiæ testificatione. Hos sensus concipere potuit ex simili crucis apparitione, quæ Constantino victoriam in Maxentium olim portendit, et ad strenue præliandum animavit. Si ex hujus visi effectu licet Dei consilium et propositum æstimare, per hoc fidei Christianæ veritatem testatam voluit, cum eo viso quotquot Hierosolymis pagani erant, ad Ecclesiam concurrerint, agnita ex hujusmodi signo Christi Domini virtute, et doctrinæ ejus cælesti origine (num. 4). Mixta fuit in omnium signum illud conspicientium animis cum metu lætitia ; et hujus miraculi relatione omnes Romani orbis provincias non mediocriter conturbatas esse refert Sozomenus : Cyrillus proximum timuit Antichristi adventum, et supremi judicii diem, Similis apparitio postea, cum cum Judæi templum instaurare aggrederentur, significavit eo tempore complendam Christi, de non mansuro super lapidem in templi ædificiis lapide, prophetiam. Quid, si hæc crucis ostensio initia episcopatus Cyrilli consignans, quæ ipsi toto vitæ tempore ab inimicis fidei perferenda forent, declaravit? Sed in explorandis æternis Dei consiliis frustra imbecillem animum fatigamus.

XVI. Epistolam hanc putamus a Cyrillo ipso die quo apparitio contigit, raptim ac festinanter scriptam : id significat ipse, dum ait, num. 5, se postquam illud prodigium oculis percepisset, continuo gratiis Deo, ut dignum erat, actis et precibus pro imperatore fusis, ipsa hora per litteras illud ipsi significare festinasse : ἐξαυτῆς διὰ τούτων ἐσπουδάσαμεν γραμμάτων. Ac certe tumultuariam et festivatam operam convincit stylus ipse paulo neglectior quam argumenti, aut personæ ad quam scribebat, dignitas postulare videbatur: longæ et intricatæ phrases, rerum earumdem repetitiones : sententiæ parum accuratæ ; verbi gratia, quod dicit signum hoc repertæ crucis miraculo, uti e cœlo profectum, commendabilius esse ; quod eo torsit signum crucis in judicii die appariturum, etc.

XVII. Testimonia auctorum de prodigio crucis Hierosolymis viso ad calcem epistolæ attexenda judicavimus, ea solum hic memorantes quæ Cyrilli epistolæ mentionem non faciunt. Quæ enim hujus commemorationem habent, cum cæteris quæ Cyrilli et Operum ejus mentionem complectuntur, initio post præfationem collocavimus.

Μηνὶ Μαΐῳ (1), ζ' ἡμέρᾳ (2).

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΩΝ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΟΝ

ΤΟΝ ΕΥΣΕΒΕΣΤΑΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ,

Περὶ τοῦ ἐν οὐρανοῖς φανέντος σημείου τοῦ σταυροῦ ἐκ φωτὸς, ἐν Ἱεροσολύμοις ὀφθέντος.

—

Mense Maio, die septima (ann. 351)

SANCTI CYRILLI

EPISTOLA AD CONSTANTIUM

PIISSIMUM IMPERATOREM,

351 *De signo lucidæ crucis Hierosolymis viso, quod in cælis apparuit.*

—

Βασιλεῖ θεοφιλεστάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ Κωνσταν- A τίῳ (3) Αὐγούστῳ, Κύριλλος ὁ ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπίσκοπος ἐν Κυρίῳ Χαίρειν

Imperatori Deo dilectissimo ac piissimo Constantio Augusto, Cyrillus Hierosolymorum episcopus in Domino salutem.

Α'. Πρώτας ταύτας ἐξ Ἱεροσολύμων πρὸς τὴν θεοφιλῆ σου βασιλείαν ἀποστέλλω γραμμάτων ἀπαρχὰς, σοί τε πρεπούσας ἀποδέξασθαι, κἀμοὶ παρασχεῖν· οὐ λόγων κολακείας πεπληρωμένας, ἀλλ' ἐπουρανίων μηνυτικὰς θεοπτίας· οὐδὲ συνθέτους λόγων (4) ῥητορικῶν πιθανότητας περιεχούσας, ἀλλ' ἁγίων σοι Εὐαγγελων προρρήσεσι, διὰ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως, μαρτυρούσας τὴν ἀλήθειαν.

I. Primas hasce ex Hierosolymis, ad tuum Deo dilectum regnum [seu imperatoriam majestatem] litterarum primitias mitto, quas et te accipere, et me dare deceat: quæ non adulationis verbis refertæ sint, sed immissam a Deo cœlestium rerum tibi visionem significent; neque arte compositas rhetoricarum sermocinationum probabilitates contineant, sed suam sanctorum Evangeliorum prædictionibus veritatem ex ipso tibi astruant rerum eventu.

Β'. Ἕτεροι μὲν γὰρ, ἀφ' ὧν ἔχουσι, τὴν τιμίαν σου πολλάκις στεφανοῦσι κεφαλὴν, χρυσοκολλήτους στεφάνους λίθοις διαυγεστάτοις πεποικιλμένους προσ- B

II. [19] Atque alii quidem ex his quæ habent, prætiosum sæpe tuum caput coronant, auro inductas perlucidissimisque gemmis distinctas tibi offeren-

[19] Vid. *cat.* 23, *n.* 10.

(1) Μηνὶ Μαΐῳ. Verba hæc addidimus ex cod. Ottob. , et vers. Grod.; notam diei ex solo Ottob., vocem τοῦ ἁγίου ex codd. Roe et Casaub. In Grets. habetur, τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν. Loco τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα, legit Gretserus, τὸν βασιλέα υἱὸν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. Verba, ἐν οὐρανοῖς φανέντος, desunt in Roe et Casaub. Habetur in Grets., ἐν οὐρανῷ, et omittitur, τοῦ σταυροῦ. Voces, ἐκ φωτός, ex solo Ottob. adjecimus.

(2) Ζ' ἡμέρᾳ. Nimirum Ecclesia Græca die 7 Maii memoriam recolit hujus miraculi de quo Cyrillus in ea epistola.

(3) Κωνσταντίῳ. Apud Grets., Κωνσταντίνῳ. In Typico sancti Sabæ apparitio facta narratur sub Constantino. Utrobique scriptoris erratum est.

(4) Συνθέτους λόγων, etc. Cretser., συνθέτων λόγων ῥητορικὰς πιθανότητας. Roe et Casaub., συνθέτους λόγους ῥητορικὰς πιθανότητας. Infra, loco προῤῥήσεις, scripsimus, προῤῥήσεσι, ex codd. Roe, Casaub., Genovef. et Ottob., qui habet, προσρήσεσι. Cretserus legit, παραίνεσιν, forte pro παραινέσεσι. Si omitteretur articulus voci ἀλήθειαν præfixus, jungendo παραίνεσιν cum ἀλήθειαν, sensus esset optimum, *veram Evangeliorum exhortationem esse testantes* Grodecius vertit, *ostentis:* legit forte τέρασι.

tes coronas; nos autem non te sumptis e terra rebus coronamus (quorum enim donorum e terra origo, eorumdem terra finis), verum divinam cœlestium rerum impressionem. Hierosolymis tui Deo chari imperii temporibus peractam, pietati tuæ festino studio notam facimus. Non ut nunc primum ex ignoratione in Dei notitiam adducaris (tu enim prior per eam quam præfers pietatem alios doces), sed ut in his quæ novisti **352** confirmeris amplius: el, qui avitam regni consecutus es hæreditatem (1), majoribus te e cœlo coronis honoratum addiscens, hinc ferventius Deo omnium Regi nunc etiam convenientss gratias agas illinc vero majori adversum hostes fiducia atque alacritate replearis, dum ex miraculis quæ tuo tempore efficit, imperium tuum a Deo revera diligi comprehendes.

III. Ac tempore quidem Deo amicissimi ac felicis recordationis Constantini patris tui, salutare crucis lignum in Hierosolymis est repertum: divina gratia viro pietatem recte quærenti hoc largiente, ut absconditos (2) sanctos locos inveniret. Tuo vero, domine, omnium piissime imperator, qui avorum pietatem majori in Deum religione superas, non e terra jam, sed e cœlo data prodigia: et Domini ac Servatoris nostri Jesu Christi unigeniti Filii Dei

(1) *Avitam regni hæreditatem.* Imperium a Constantino patre et Constantio Chloro acceperat. Porro a Claudio juniore originem ducebat Chlorus; seu potius, erat cum eo consanguinitate conjunctus. Si vero ejusdem stemmatis principium altius repetatur, Trebellius Pollio in Claudii II *Vita* auctor est eum a Vespasiano Augusto originem duxisse, a quo Flaviæ gentis nomen et insignia consecuta est Constantini familia.

(2) Sub monumentis impietatis supereos erectis.

(3) Πεποικιλμένους προσκομίζοντες. Omissis his verbis Gretserus legit, ἐπιθέμενοι προπίπτοντες, *procumbentes imponunt* Erat revera aliquando usus, ut qui coronas imperatoribus dono afferrent, ii capitibus eorum imponerent. Sic Synesius in orat. *De Regno*, pag. 2, ad Arcadium: Ἡμέ σοι πεμπει Κυρήνη στεφανώσοντα χρυσῷ τὴν κεφαλήν· *Me mittit ad te Cyrene, caput tuum auro coronaturum.* Genibus vero flexis offerebantur. Ammianus Marcellin., lib xxiii de Juliano imperat., num 3. « In « statione *inquit*, sub pellibus mansit, ubi Saracena- « rum reguli gentium, genibus supplices nixi, oblata « auri corona, tanquam nationum suarum dominum « adoraruut.» Hujus consuetudinis ad deprecandam principis iram usurpatæ mentionem facit Cyrillus cat. 23, num. 10. Plenæ similibus exemplis veteres, et in primis Romanorum imperatorum historiæ.

(4) Σου. Id pronomen adjeci ex codd. Ottob. 2, Roe, Casaub., Grets. et Grod. Notandum porro in omnibus locis hujus epistolæ, ubi dicitur imperatori *tuum imperium*, vel *regnum*, non imperium seu populos ejus majestati subjectos notari, sed ipsum imperatorem honoris titulo compellari: quod nos dicere solemus, verbis *regiæ*, vel *imperatoriæ majestatis* utentes. Voces eas reddidi ad litteram, secutus temporum morem. Faustinus et Marcellinus in libello precum ad Valentinianum. Theodosium, etc., his titulis, *imperium vestrum*, *regnum vestrum*, utuntur. Infra, pro τῇ σῇ εὐσεβείᾳ, Roe, Casaub., Genov. habent, τῆς σῆς εὐσεβείας, *ad tuæ pietatis notitiam adducimus.*

(5) Πρῶτον. Deest ea vox Roe, Casaub., Grets.

κομιζοντες (3). Ἡμεῖς δὲ οὐ τοῖς ἀπὸ γῆς σε στεφανοῦμεν (τὰ γὰρ ἀπὸ τῆς γῆς δωρούμενα τέλος ἔχει τὴν γῆν)· ἀλλ' ἐπουρανίων πραγμάτων θεϊκὴν ἐνέργειαν, ἐν τοῖς τῆς θεοφιλοῦς σου (4) βασιλείας καιροῖς ἐν Ἱεροσολύμοις τελεσθεῖσαν, τῇ σῇ εὐσεβείᾳ μετὰ σπουδῆς ἄγομεν εἰς γνῶσιν· οὐχ ἵνα νῦν πρῶτον (5) ἐξ ἀγνοίας ἔλθῃς εἰς θεογνωσίαν (φθάνεις γὰρ καὶ ἑτέρους διδάσκων, δι' ὧν εὐσεβεῖς), ἀλλ' ἵνα, ἅπερ ἤδεις, ταῦτα καὶ βεβαιωθῇς. Καὶ τὸν τῆς βασιλείας προγονικὸν ὑποδεξάμενος κλῆρον, μείζοσι θεόθεν στεφάνοις ἐπουρανίοις τετιμῆσθαι μαθών, μᾶλλον Θεῷ μὲν τῷ Ναμβασιλεῖ (6) καὶ νῦν τὴν πρέπουσαν ἀποδῷς εὐχαριστίαν· μείζονος δὲ τοῦ κατ' ἐχθρῶν θάρσους πληρωθῇς, ἔργῳ τὴν σὴν βασιλείαν ἀγαπᾶσθαι πρὸς Θεοῦ, δι' ὧν ἐπὶ σοῦ θαυματουργεῖ, καταλαβών.

Γ'. Ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ θεοφιλεστάτου, καὶ τῆς μακαρίας μνήμης Κωνσταντίνου τοῦ σοῦ πατρὸς, τὸ σωτήριον τοῦ σταυροῦ ξύλον ἐν Ἱεροσολύμοις ηὑρηται (7)· τῆς θείας χάριτος, τῷ καλῶς ζητοῦντι τὴν εὐσέβειαν, τῶν ἀποκεκρυμμένων ἁγίων τόπων παρασχούσης τὴν εὕρεσιν. Ἐπὶ δὲ σοῦ, δέσποτα, πανευσεβέστατε βασιλεῦ, προγονικὴν εὐσέβειαν μείζονι τῇ πρὸς τὸν Θεὸν (8) εὐλαβείᾳ νικῶντος, οὐκ ἀπὸ γῆς λοιπὸν, ἀλλ' ἐξ οὐρανῶν τὰ θαυματουργήματα· καὶ

Loco δ' ὧν εὐσεβεῖς, scripsit Gretserus, ὧν εὐσεβής, *cum sis pius.* Suetum est apud Græcos auctores, verba, δι' ὧν, ἐξ ὧν, καθ' ὧν, a regimine subsequentis verbi libera ponere. Vide similem locutionem, cat. 23. num. 4, δι' ὧν ὁμολογεῖτε. Paulo post loco ἅπερ λαλεῖς, *quæ loqueris*, scripsi ex codd. Roe, Casaub. et Grets., ἅπερ ἤδεις, *quæ novisti*, uti præcedentibus convenientius. Genovef. vetus habet, ἴδῃς, quod corrupte pro ἤδεις positum Laudatur a Cyrillo Constantii in rebus sacris peritia, quam certe ambitiosius præ se ferebat imperator ille: sacras Scripturas assidue versans, ut etiam Cyrillus infra testatur, n. 6. Arbitrum ecclesiasticarum controversiarum se interponens, definitiones fidei condebat, ut etiam Antiochenæ in Encæniis formulæ cum auctorem dicere videatur Hilarius, lib. III *cont. Const.*, num. 23. Libellos pro susceptæ opinionis defensione scripsit, teste Lucifero Calaritano, lib. *De non parcendo*, etc.; sed hoc facinus ante hoc tempus non designarat. Magis exemplum pietatis ejus quam libros et scripta respicit Cyrillus.

(6) Μᾶλλον Θεῷ μὲν τῷ Παμό. Ita scripsimus ex codd. Roe, Casaub. et veteri illo Genovef. de quo mox diximus. Eadem loquendi ratio inferius recurrit num. 5, Θεῷ μὲν τῷ Παμβασιλεῖ. In editis hic omittitur, Θεῷ. Gretserus sic habet, μείζοσι, etc., τετιμῆσθαι ἀξιωθείς, Θεῷ ἡμῶν καὶ Παμο. Particulam μέν legi debere suadet opposita particula δέ post μείζονος.

(7) Ηὕρηται. Ita scripsimus ex ms. Genovef. At in altero cujus variantes ibidem annotantur, et in omnibus aliis editis et mss. legitur εὕρηται. Cyrillus in *Catechesibus*, plurimis locis, repertam sub Constantino crucem supponit, cat. 4, num. 10; cat. 10. n 19. Suffragantur auctores gravissimi, atque Eusebius ipse Cæsariensis, cujus silentium ad detrahendam facti fidem usurpatum est, in psal LXXXVII, num. 13, meminit miraculorum suo tempore ad monumentum Domini factorum, quæ nonnisi de repertæ crucis circumstantiis intelligi posse videntur.

(8) Πρὸς τὸν Θεόν. Roe, Casaub., Genov., πρὸς τὸ θεῖον, *in res divinas.* Grets., πρὸς Θεόν.

τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τὸ τῆς κατὰ τοῦ θανάτου νίκης τρόπαιον (1), ὁ μακάριος λέγω σταυρὸς, φωτὸς μαρμαρυγαῖς ἀπαστράπτων ἐν Ἱεροσολύμοις ὤθη·

Δ'. Ἐν γὰρ ταῖς ἁγίαις ταύταις ἡμέραις τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς, Νόναις Μαΐαις (2), περὶ τρίτην ὥραν, παμμεγέθης σταυρὸς (3) ἐκ φωτὸς κατεσκευασμένος, ἐν οὐρανῷ, ὑπεράνω τοῦ ἁγίου Γολγοθᾶ καὶ μέχρι τοῦ ἁγίου ὄρους τῶν Ἐλαιῶν, ἐκτεταμένος ἐφαίνετο· οὐχ ἑνὶ καὶ δευτέρῳ μόνον φανείς, ἀλλὰ παντὶ τῷ τῆς πόλεως πλήθει φανερώτατα δειχθείς. Οὐχ ὡς ἄν τις νοήσειεν, ὀξέως κατὰ φαντασίαν παραδραμών· ἀλλ' ἐπὶ πλείοσιν ὥραις ὑπὲρ γῆν ὀφθαλμοφανῶς θεωρούμενος, καὶ ταῖς ἀπαστραπτούσαις μαρμαρυγαῖς τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας νικήσας· ἦ γὰρ ἄν ὑπ' αὐτῶν νικώμενος ἐκαλύπτετο, εἰ μὴ δυνατωτέρας ἡλίου τοῖς ὁρῶσι παρεῖχε τὰς λαμπηδόνας. Ὡς ἅπαν μὲν ἀθρόως ἐξαυτῆς εἰς τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν ἐπιδραμεῖν τὸ τῆς πόλεως πλῆθος, τῷ τῆς θεοπτίας φόβῳ μετ' εὐφροσύνης κατασχεθὲν· νέων ἅμα καὶ πρεσβυτέρων, ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, καὶ πάσης ἡλικίας, καὶ μέχρις αὐτῶν ἤδη τῶν κατ' οἴκους θαλαμευομένων κορῶν· ἐντοπίων τε καὶ ξένων (4), Χριστιανῶν τε ἅμα, καὶ τῶν ἀλλαχόθεν ἐπιδημούντων ἐθνικῶν. Ὁμοθυμαδὸν δὲ πάντων, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν Κύριον ἡμῶν, Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν θαυματοποιὸν ἀνυμνούντων (5)· ἔργῳ τε καὶ πείρᾳ παραλαβόντων, ὅτι Χριστιανῶν τὸ δόγμα τὸ πανευσεβὲς, Οὐκ ἐν πειθοῖς σοφίας ἐστὶ λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει Πνεύματος καὶ δυνάμεως· οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων μόνον καταγγελλόμενον, ἀλλ' ἐξ οὐρανῶν θεόθεν μαρτυρούμενον.

Ε'. Ἐπει τοίνυν (6) ἡμεῖς οἱ τῆς Ἱερουσαλὴμ οἰκήτορες, τὸ τοῦ θαύματος παράδοξον αὐταῖς ὄψεσι παραλαβόντες, Θεῷ μὲν τῷ Παμβασιλεῖ, καὶ Υἱῷ τῷ

[20] I Cor. II, 4. [21] Hebr. II, 3, 4.

A tropæum victoriæ ex morte reportatæ, beata, inquam, crux, lucis splendoribus coruscans Hierosolymis apparuit.

IV. Nam in his sanctis sanctæ Pentecostes [seu post paschalis temporis] diebus, Nonis Maiis (7), circiter horam tertiam, crux permagna e luce constructa, in cœlo super sanctum Golgotham, et usque ad sanctum Olivarum montem expansa apparuit : non uni et alteri tantum conspecta, sed universæ civitatis multitudini evidentissime ostensa. Neque, ut aliquis forte putaverit, celeriter in imagine prætervolavit ; sed compluribus horis desuper terram oculorum visu conspecta est, solares radios coruscantibus fulgoribus exsuperans ; alioqui illis B oppressa infuscataque latuisset, nisi ipso sole valentiores conspicientium oculis emisisset fulgores. Ita ut universa civitatis multitudo illico in sanctam ecclesiam confertim accurreret, immissæ a Deo visionis metu cum lætitia conjuncto pesculsa ; juvenum simul ac seniorum turba, virorum ac mulierum, ætatisque omnis, ad ipsas usque in thalamis per domos reclusas puellas ; indigenarum una atque exterorum ; Christianorum, ac gentilium ex diversis partibus huc adventantium. Qui omnes unanimiler velut ex ore **353** uno Christum Jesum Dominum nostrum, Filium Dei unigenitum, mirabilium effectorem laudibus celebrabant : re ipsa et experientia cognoscentes, Christianorum piissimum dogma. *Non in persuasoriis sapientiæ verbis, sed in demonstratione Spiritus ac potentiæ*[20] consistere : non C ab hominibus solum annuntiatum, sed e cœlis Dei ipsius testimonio comprobatum [21].

V. Cum igitur nos Hierosolymæ incolæ, qui mirabile illud prodigium ipsis oculis conspeximus, Deo omnium Regi, et Filio unigenito Dei conve-

(1) Τὸ τῆς κατὰ τοῦ θανάτου νίκης τρόπαιον, *victoriæ adversus mortem tropæum*. Mutavi ex sola conjectura, quod in omnibus editis et mss. codicibus habetur, τὸ κατὰ τῆς τοῦ θανάτου νίκης τρόπαιον, *tropæum contra mortis victoriam*. Verborum τῆς et κατά transpositionem manifestam esse judicavi. Eusebius *De laudibus Constantini*, cap. 2, scribit de erectis in honorem Christi monumentis, τρόπαια τῆς κατὰ τοῦ θανάτου νίκης ἀνεγηγερμένα. Cyrillus ipse cat. 14. n. 1, τὸ διάδημα τῆς κατὰ τοῦ θάνατου νίκης διεδήσατο. Mox, ea verba, Ἐν γὰρ ταῖς ἁγίαις, etc., ita leguntur apud Gretser., Ἐν γὰρ ταῖς ἡμέραις ταύταις τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς, *In his enim sanctæ Pentecostes diebus*. In ms. Sanctæ Genovef., Ἐν γὰρ ταῖς ἡμέραις τῆς ἁγίας ταύτης Πεντηκοστῆς, *In diebus enim sanctæ hujus Pentecostes*.

(2) Νόναις Μαΐαις. Hæc diei nota omittitur in codd. Roe, Casaub. et Genovef., nec lecta est a Grodecio ; habetur tamen in editis Gretseri, Prevotii et Ottob. Omissam a nonnullis judicamus, quod Nonæ Maiæ nunquam cum die Pentecostes possint concurrere. Hic autem dies Pentecostes intelligebant festum ipsum ita dictum, cum quinquaginta post-paschalis temporis dies intelligere debuissent.

(3) Παμμεγέθης σταυρός. Ex Gretsero articulum ὁ voci σταυρός præfixum expunximus. Conjunctio καί ante μέχρι, superflua, abest a cod. Genov. Crucem in lucida iride conclusam fuisse alii auctores ferunt, de quo vide Præloq. num. 14. Teste Sozomeno quindecim circiter stadia crux occupabat : quod intervallum est distantiæ montis Oliveti ad Calvariam.

(4) Ἐντοπίων τε καὶ ξένων, etc. In horum D verborum collocatione Gretseri editionem et codd. Roe et Casaub. secuti sumus ; quorum lectio et minus perturbata, et antitheses, quibus hoc loco cumulatis gaudet Cyrillus, melius dispositas habet. In editionibus Cyrilli vox καὶ ξένων, non ante sed post Χριστιανῶν posita est.

(5) Ἀνυμνούντων. Ita scriptum reperientes in codd. Roe, Casaub., Genov., posuimus loco ὑμνούντων.

(6) Ἐπεὶ τοίνυν. Vocem ἐπεί omittens cod. Grets. phrasim hanc, quæ præsentem numerum occupat totum, in duas partes concidit, atque ab fusa initiis obscuritate et intricatione liberat : at similis prolixitatis ab eodem verbo incipientem phrasim vide catech. 4, num. 6. Vocem τοίνυν Cyrillus raro initio periodi locat.

(7) 7 Maii.

nientem cum gratiarum actione adorationem exsolverimus, et exsolvemus; assiduasque pro tuo Deo dilecto imperio in his sanctis locis preces effuderimus, effundemusque : oporteret vero cœlestes illas a Deo visiones minime silentio tradere, sed faustum illud tuæ Deo plenæ pietati nuntium perferre; illico per has litteras [id facere] maturavimus : ut tu optimo ejus fidei quæ in te jam præcessit fundamento, partam ex his nuper divinitus ostensis cognitionem inædificans, firmiorem in Dominum nostrum Jesum Christum assumas fiduciam : simulque consueta omni tua fortitudine plenus, tanquam ipsum Deum tecum militantem habens, crucis tropæum alacerrime proferas; [25] tanquam gloriationum gloriationem ostensum in cœlo signum invehens ; cujus vel figuram hominibus demonstrans cœlum, majorem in modum gloriabatur.

VI, Atque hoc quidem prodigium, Deo amicissime imperator, secundum prophetarum testificationes (1), ac voces Christi sanctas quæ in Evangeliis jacent, nunc est adimpletum, et iterum plenius adimplebitur. [23] Nam in Evangelio secundum Matthæum, futurarum rerum notitiam beatis suis apostolis Salvator impertiens, et per illos ad eorum successores verba faciens, disertissime prænuntians dicebat: *Et tunc apparebit signum Filii hominis in cœlo* [24]. Quem quidem divinum Evangeliorum librum pro more in manus sumens, testimonia ejus rei prænuntia **351** conscripta reperies. Quorum sane frequentiori commeditationi vacare te, do-

μονογενεῖ τοῦ Θεοῦ, τὴν πρέπουσαν μετ' εὐχαριστίας προσκύνησιν ἀπεδώκαμεν τε καὶ ἀποδώσομεν, εὐχὰς ἐντενεῖς καὶ ὑπὲρ τοῦ θεοφιλοῦς σου κράτους ἐν τοῖς ἁγίοις τόποις πεποιημένοι τε καὶ ποιησόμενοι· ἔδει δὲ τὰς ἐπουρανίους ταύτας θεοπτίας μὴ παραδοῦναι σιωπῇ, ἀλλ' εὐαγγελίσασθαί σου τὴν ἔνθεον εὐσέβειαν· ἐξαυτῆς, διὰ τούτων ἐσπουδάσαμεν (2) τῶν γραμμάτων· ἵνα ἀγαθῷ θεμελίῳ τῆς παρὰ σοὶ προϋπαρχούσης πίστεως, τὴν ἐκ τῶν προσφάτως θεόθεν ἐπιδειχθέντων γνῶσιν ἐποικοδομήσας, βεβαιότερον μὲν (3) τὸ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀναλάβοις θάρσος· ὁμοῦ δὲ καὶ πάσης ἀνδρείας συνήθους πεπληρωμένος, ὡς ἂν αὐτὸν ἔχων Θεὸν σύμμαχον, τὸ τοῦ σταυροῦ τρόπαιον ἑτοιμότατα προσφέρῃς (4)· καύχημα καυχημάτων, τὸ δειχθὲν ἐν οὐρανῷ σημεῖον ἐπαγόμενος· οὗ καὶ τὸ σχῆμα δείξας ἀνθρώποις ὁ οὐρανός, μειζόνως ἐκαυχήσατο.

ζ'. Τὸ μέντοι θαυματούργημα τοῦτο, βασιλεῦ θεοφιλέστατε, προφητῶν μαρτυρίαις, καὶ Χριστοῦ φωναῖς ἁγίαις ἐν Εὐαγγελίοις (5) ἐγκειμέναις ἀκολούθως, ἐτελεσθη τε νῦν, καὶ πάλιν μειζόνως τελεσθήσεται. Ἐν γὰρ τῷ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίῳ, μελλόντων πραγμάτων γνῶσιν ἃ Σωτὴρ τοῖς μακαρίοις ἀποστόλοις αὐτοῦ δωρούμενος, καὶ δι' ἐκείνων τοῖς μετ' αὐτοὺς ὁμιλῶν (6), λευκότατα προαναφωνῶν ἔλεγε· Καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ. Ἥντινα τῶν Εὐαγγελίων θείαν βίβλον συνήθως εἰς χεῖρας ἀναλαβών, τὰς τούτου κειμένας προαγγελτικὰς μαρτυρίας ἐγγράφους (7) εὑπήσεις· ὧν μάλιστά σε, δέ-

[22] *Vid. cat.* 13, *n.* 1. [23] *ibid.*, *n.* 41 ; *cat.* 15, *n.* 22. [24] Matth. XXIV, 30.

(1) *Prophetarum testificationes*, etc. Quod sacrorum nostrorum prophetarum vaticinium respiciat auctor, divinare non facile est. Verum sunt nonnulla quæ eo trahere non ægre potuit : ut illud Ezechiel. XI, 23. *Ascendit gloria Domini de medio civitatis, stetitque super montem qui est ad Orientem urbis* ; quem locum Hieronymus, de rutilanti super montem Oliveti crucis signo interpretatur; vel illud Isaiæ XI, 12, *Levabit signum in nationes ;* quod Basilius, pag. 231, de signo crucis intelligi, et simile putat isti prophetiæ Matth. XXIV, 30, *Videbunt signum Filii hominis*, etc., quam Cyrillus ad rem præsentem accommodat.

(2) Ἐσπουδάσαμεν. Ita melius connectitur cum ἡμεῖς... οἰκήτορες, etc., præcedente, quam ἐσπούδασα codd. Roe et Casaub., vel ἔσπευσα. Genovef. Forte tamen scribendum, ἐσπουδασάμην· alius est locus cat. 15. n. 33, in quo post nominativum singulare, ponit verbum pluralis numeri de se loquens. ἔχων... ἀρκεσθησόμεθα, tametsi id ex nonnullis mss. correxerim. Loco παρὰ σοῦ, quod mox sequitur, ex Roe et Casaub scripsi, παρὰ σοί. Paulo post, pro ἐπιδραθέντων, scripsi, ἐπιδειχθέντων, ex codd. Roe, Ottob., Casaub., Grets , Genovefano vetere, et Grod.

(3) Βεβαιότερον μέν, etc· Paulo aliter in codd. Roe, Casaub. et mss. Genovef., βεβαιότερον μὲν τὴν (Roe et Casaub. mendose τῆς) εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀναλάβῃς ἐλπίδα θαρσῶν δὲ, καὶ πάσης ἀνδρείας, etc., *firmiorem quidem in Dominum nostrum Jesum Christum fidem assumas, confidens vero, et omni*, etc. Paulo post, deest ἔχων ante Θεὸν σύμμαχον, Grets.

(4) Προσφέρῃς. Ex edit. Grets. et codd. Roe et Casaub. emendavimus vitiosam Cyrillianarum editionum scripturam, προσφέρεις. Trophæum crucis quod alacritate summa proferre jubet imperatorem est labarum Constantini, seu vexillum, crucis et monogrammate Christi insigne, quod ab Eusebio describitur lib. 1 *Vit. Constantini*, cap. 25 Se Constantius in numismatibus effingi voluit illud manu præferentem. Vide Baron. ad an. 353. n. 3, Verba, τὸ δειχθὲν ἐν οὐρανῷ σημεῖον ἐπαγόμενος. *ostensum in cœlo signum invehens*, ad visionem Constantini referri videntur : quod enim invehebatur in bellis ab ipso Constantio crucis signum, non aliud fuit præter illud quod Constantino patri in cœlo ostensum est ; nisi Constantium Cyrillus hortetur, ut vexillum, crucis recens Hierosolymis conspectæ figuram referens, ad suum in bellis usum contexi curet. At verba, οὗ καὶ τὸ σχῆμα, etc. *cujus vel figuram*, etc., ad recentem visionem vel solam, vel cum Constantini visione conjunctam pertinent.

(5) Χριστοῦ φωναῖς ἁγίαις ἐν Εὐαγγελίοις, etc. Præpositionem ἐν adjecimus ex cod. Genov Ambo priores cum Ottob. habent, ἁγίοις Εὐαγγελίοις, *Christi vocibus, quæ in sanctis Evangeliis posita sunt.* In Grets. est, Εὐαγγελίων (corrupte pro Εὐαγγελίῳ) ἐγκειμένων· *Prodigium hoc... et Christi sanctis vocibus in Evangelio insertum.* De hujus prædictionis ad hunc locum accommodatione vide Præloq. n 9.

(6) Ὁμιλῶν. *loquens*. Codd. Roe et Casaub., ὁμιλοῦσιν. Eadem legerat Grodecius, sed loco μετ' αὐτούς, *post eos*, legit. μετ' αὐτοῦ, vertens *qui cum eo versabantur*. Vide similem locutionem cat. 15, num. 4 ; cat. 17, num. 32.

(7) Ἐγγράφους. Grets., Γραφαῖς, Vox ἐγγράφους adamata a Cyrillo, et ab eo libenter usurpata, cat. 1, num. 15 ; cat. 17, num. 29 ; cat. 18, num. 11 ; cat. 19, num. 5, etc.

σποτα, πυκνοτέρᾳ τῇ μελέτῃ προσέχειν παρακαλῶ, διὰ τὰ λοιπὰ (1) τῶν κατὰ τὴν αὐτόθι γεγραμμένων ἀκολουθίαν· τῶν πραγμάτων ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν προαναφωνηθέντων, πολλῆς μετ' εὐλαβείας δεομένων τῆς παρατηρήσεως, πρὸς τὸ μηδεμίαν ἐξ ἀντικειμένης ἐνεργείας ὑπομεῖναι τὴν βλάβην.

Ζ'. Ταύτας σοι τῶν ἡμετέρων λόγων, βασιλεῦ θεοφιλέστατε, προσφέρω τὰς ἀπαρχάς· ταύτας ἐξ Ἱεροσολύμων πρώτας ἀποφθέγγομαι τὰς φωνάς σοι, τῷ γνησιωτάτῳ καὶ πανευσεβεῖ μεθ' ἡμῶν Χριστοῦ προσκυνητῇ, τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ (2) καὶ Σωτῆρος ἡμῶν· τοῦ τὴν οἰκουμενικήν, κατὰ τὰς θείας Γραφάς, ἐν Ἱεροσολύμοις τελέσαντος σωτηρίαν· τοῦ πατήσαντος μὲν ἐνταῦθα τὸν θάνατον, οἰκείοις δὲ (3) τιμίοις αἵμασι τὰς ἀνθρώπων ἁμαρτίας ἐξαλείψαντος· ζωήν τε καὶ ἀφθαρσίαν, καὶ πνευματικὴν (4) ἐπουράνιον χάριν τοῖς πιστεύουσιν ἅπασι παρασχόντος. Οὗ τῇ τε δυνάμει καὶ τῇ χάριτί σε εὐφραινόμενον καὶ φρουρούμενόν, λαμπροτέροις τε καὶ μείζοσιν εὐσεβείας ἐμπρέποντα κατορθώμασιν, υἱῶν τε γνησίων (5) βασιλικοῖς ἐναβρυνόμενον βλαστήμασιν· αὐτὸς ὁ Ἁμβασιλεὺς Θεὸς, ὁ πάσης ἀγαθωσύνης πάροχος, πολλαῖς ἐτῶν εἰρηνικαῖς περιόδοις, καύχημα Χριστιανοῖς (6) καὶ κόσμῳ σύμπαντι φυλάξῃ πανέστιον.

Η'. Ἐρρωμένον σε, καὶ πάσῃ κεκοσμημένον ἀρετῇ, καὶ τὴν συνήθη τῶν τε ἁγίων Ἐκκλησιῶν, καὶ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς κηδεμονίαν (7) ἐπιδεικνύμενον, καὶ μείζοσιν εὐσεβείας βραβείοις λαμπρυνόμενον·

mine, adhortor, propter reliqua in eo loco continuserie descripta : quod nimirum res a Salvatore nostro prænuntiatæ requirant, ut conjuncta cum pietate diligentia multa observentur ; uti nullum ex adversaria potestate detrimentum patiamur.

VII. Has tibi sermonum nostrorum, Deo dilectissime imperator, offero primitias : has ex Hierosolymis primas tibi eloquor voces, sincerissimo, totiusque pietatis studioso una nobiscum adoratori unigeniti Filii Dei et Salvatoris nostri ; qui secundum divinas Scripturas (8) salutem totius mundi Hierosolymis consummavit [25] : [26] qui isthic mortem conculcavit, et proprio ac pretioso sanguine hominum peccata detersit ; vitamque, et incorruptibilitatem, ac cœlestem Spiritus gratiam credentibus omnibus impertivit. Hujus te potentia ac gratia protectum atque lætantem, illustrioribusque ac majoribus pietatis officiis condecoratum, ac naturalium filiorum regiis gloriantem germinibus ; ipse Rex omnium, omnis boni largitor Deus, multis annorum in continua pace circulis, Christianis et universo orbi (ad) decus et ornamentum una cum tota domo conservet.

VIII. Valentem te et omni ornatum virtute consuetamque cum Sanctarum Ecclesiarum tum Romani imperii curam gerentem, et amplioribus pietatis præmiis exsplendentem, multos nobis anno-

[25] Psal. LXXIII, 12. [26] *Vid. cat* 13, *n.* 27.

(1) Διὰ τὰ λοιπά, etc. Loco γεγραμμένην scripsi, γεγραμμένων, ex codd. Ottob., Genovef. et Grod. Paulo aliter Grets., διὰ τὰ λοιπὰ τῆς κατὰ τὴν ἐγγεγραμμένην ἀκολουθίαν. Mox, nomen πραγμάτων, ante ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος, hic minime necessarium ac pene redundans, eliminavimus, auct. codd. Abest a codd. Roe. Casaub , Grets. et Ottob. Quam timuerit Cyrillus proximum judicii diem, vide cat. 15, num. 18.

(2) Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, etc. Voces καὶ Σωτῆρος in cod. Genov. desunt Antiquus vero codex ibi ad marginem citatus, non hæc solum verba habet, sed insuper repetit vocem Χριστοῦ, ante καὶ Σωτῆρος. In ed. an. 1608, pro Σωτῆρος habetur σταυρός, ex ignoratione librar.

(3) Οἰκείοις δέ, etc. Ante τιμίοις legitur conjunctio καί in Roe, Casaub. et Grodec. Offenderunt sane duo adjectiva sine nexu conjuncta. Id Cyrillo frequens, ut adverbia et adjectiva duo ita conjungat : habetur infra, πνευματικὴν ἐπουράνιον Χάριν.

(4) Καὶ πνευματικήν. Particulam καί adjecimus ex codd. Roe, Casaub. et Grets. Hanc vero Grodecius ante ἐπουράνιον collocat, quod melius videtur : loquitur de Spiritus sancti in Pentecoste descensu. V. cat. 16, n. 4. Post. loco οὗ τε τῇ, scripsimus οὗ τῇ τε, ex codd. Roe et Casaub. Deest vero hæc enclitica apud Grets. Voces, εὐφραινόμενον καί, huc ascripsimus ex Roe, Casaub., Grets. et Ottob.

(5) Υἱῶν τε γνησίων. Aliter Gretserus, υἱῷ γνησίῳ καὶ βασιλεῖ ἐναβρυνόμενον, αὐτός, etc., *filio naturali eodemque imperatore ornatum ac lætantem.* Eodem fere modo legit Grodecius. Votum est Cyrilli, ut filius vel filii nascantur Constantio imperii consortes : cassa ceciderunt vota ; nam cum duas uxores habuerit, Eusebiam quam duxit anno 336, et Faustinam, quam, priore defuncta an. 361, sibi conjunxit dum in Persas expeditionem præpararet ; nullam ex Eusebia, quæ sterilis erat, prolem suscepit, quamobrem idibus Martii hoc anno, duobus ante mensibus quam ista scriberet Cyrillus. Gallum patruelem suum Cæsarem creaverat, cum mascula prole careret, nec spes aliqua propinqua videretur suscipiendorum liberorum. E secunda vero uxore genuit posthumam filiam nomine Constantiam, quæ Gratiano postea imperatori nuptui tradita est.

(6) Καύχημα Χριστιανοῖς. Codd. Roe, Casaub., Grets., vetust. Genovef. ferunt, Χριστιανῶν. Sic cat. 13. num. 1, καύχημά τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας. Modo memorati codices pro φυλάξῃ, scriptum habent φυλάξειε. Ottob., φυλάξῃ. Loco παναίσιον, hic et inferius posui πανέστιον ex ms. Genovef., qui tamen ad marginem ascriptum habet παναίτιον· et Ottob., qui hic habet, εὐπανέστιον, infra πανέστιον. Vox παναίσιος satis rara : altera in faustis precationibus familiaris. Sic Basil., epist. 193, p. 210, ὃν πανέστιον φυλάξειεν ὁ Κύριος.

(7) Κηδεμονίαν. Hanc vocem ex ms. Genovef. et Ottob. cod. substituimus pro φιλανθρωπίαν. Minus enim recte dictum videbatur, φιλανθρωπία τῶν Ἐκκλησιῶν, ut significaretur humanitas in Ecclesias. Cum tamen φιλανθρωπίαν scriptum reperiatur in omnibus editis et mss. codd., conjicio legendum, φιλάνθρωπον κηδεμονίαν. Alterum articulum τήν, ante κηδεμονίαν in edd. positum, uti superfluum erasi. Loco εὐσεβείας βραβείοις, est in Ottob., ἐπουρανίοις βραβείοις.

(8) *Secundum divinas Scripturas*, etc. Locus Scripturæ quo confirmat, cat. 13, num. 27, Christum Jerosolymis et in monte Calvariæ mundi salutem perfecisse, est iste psalmi LXXIII, 12, *Operatus es salutem in medio terræ.*

rum pacificorum circulos Deus universorum concedat una cum tota familia, Auguste imperator Deo charissime ; glorificantem semper sanctam et consubstantialem Trinitatem, verum Deum nostrum : quem decet omnis gloria in sæcula sæculorum. Amen.

A πολλαῖς εἰρηνικαῖς ἐτῶν περιόδοις ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἡμῖν χαρίσηται πανέστιον, Αὔγουστε βασιλεῦ θεοφιλέστατε, δοξάζοντα (1) ἀεὶ τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον Τριάδα, τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν· ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(1) Δοξάζοντα, etc. Abest hæc clausula apud Grets., ac desinit Epistola in verbis, βασιλεῦ θεοφιλέστατε. Voces τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν, quas postulat ᾧ sequens, ex codd. Ottob., Roe, Casaub. et Grod. adjecimus, suppresso tamen articulo altero τόν ante Θεόν, in Roe et Casaub. inutiliter repetito. Trinitatem quidem verum Deum nostrum dici, Cyrillianum est : ait cat. 16, num. 4, *Non tres Deos prædicamus, sed cum sancto Spiritu, per unum Filium, unum Deum annuntiamus.* At vocem *consubstantialis Trinitatis*, vix adhuc his temporibus auditam, quam Cyrillus ad populum catholicum loquens in Catechesibus suppressit, valde admiramur ab eo usurpatam, dum ad imperatorem hujus vocis inimicissimum primas litteras benevolentiæ conciliatrices scribit. Vide Præloquium nostrum, num. 10

355 TESTIMONIA VETERUM

De signo crucis Hierosolymis viso.

(*Vide initio testimonia Sozomeni, Theophanis, Cedreni, Michaelis Glycæ, Nicephori Callisti.*

(1) *Hieronymus in continuato Eusebii* Chronico, *ad annum* 17 *Constantii imperatoris, Olympiadis* 283 *anno* III, *Christi* 357.

Syriæ populis crucis signum, et maximo conspicientium terrore, in orientali plaga apparuit.

Philostorgius lib. III Hict. eccl., *c.* 27.

Et Constantius quidem victoriam de tyranno [Magnentio] reportavit : cum ante signum crucis illic quoque visum esset ad longissimum spatium protensum, et diurnam lucem splendidissimis ad stuporem usque radiis longissime superans. Apparuit autem Hierosolymis circa horam tertiam ejus diei quæ dicitur Pentecostes festum. Porro hoc signum divinitus pictum a Calvariæ monte usque ad montem Olivarum pertingere videbatur, magna iride instar coronæ illud undique ambiente. Et iris quidem Christi crucifixi et in cœlum assumpti clementiam designabat : corona vero imperatoris victoriam. Porro splendidum istud ac venerandum signum ne militum quidem oculos effugit ; sed ab utroque exercitu clare conspectum, Magnentium quidem et eos qui a partibus illius stabant, utpote dæmonum cultui addictos supra modum terruit : Constantio vero et iis qui cum illo erant, invictam quamdam fiduciam dedit.

B Ὁ μὲν οὖν Κωνστάντιος ἐγκρατὴς τοῦ τυράννου γίνεται· κἀνταῦθα τοῦ σημείου τοῦ σταυροῦ ἐπὶ μέγιστόν τε προφανέντος, καὶ καταπληκτικωτάταις αἴγλαις ὑπεραστράψαντος τὸ τῆς ἡμέρας φῶς. Ὤφθη δὲ ἐπὶ τῶν Ἱεροσολύμων περὶ τὴν τρίτην ὥραν μάλιστα τῆς ἡμέρας, ἑορτῆς τῆς λεγομένης Πεντηκοστῆς ἐνισταμένης. Ὁ δὲ θεόγραφος τύπος ἐκεῖνος, ἀπὸ τοῦ λεγομένου Κρανίου, μέχρι καὶ τοῦ τῶν Ἐλαιῶν ὄρους διήκων ἐωρᾶτο, ἴριδος μεγάλης, στεφάνου τρόπον, πανταχόθεν αὐτὸν περιελιττούσης. Ἐθήλου δὲ ἄρα ἡ μὲν ἶρις τὴν τοῦ σταυρωθέντος καὶ ἀναληφθέντος εὐμένειαν, ὁ δὲ στέφανος τὴν τοῦ βασιλέως νίκην. Τὸ δὲ σελασφόρον ἐκεῖνο καὶ σεβάσμιον θέαμα οὐδὲ τοῖς ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου ἀθέατον ἦν· ἀλλ' ἐπιδήλως ὁρώμενον, Μαγνέντιον μὲν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, ἅτε τῶν δαιμόνων θεραπείᾳ προσανακειμένους, εἰς ἀμήχανον δέος κατέστησε· Κωνστάντιον δὲ καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν εἰς θάρσος ἄμαχον ἀνεκτήσατο.

Socrates lib. II Hist. eccl., *c.* 28.

Qui [Gallus] dum Antiochiam ingrederetur, signum Salvatoris in Oriente apparuit. Nam columna quædam effigiem crucis gerens in cœlo visa maximum stuporem spectantibus incussit.

Καὶ ἐπιστάντος αὐτοῦ τῇ Ἀντιοχέων, τὸ τοῦ Σωτῆρος σημεῖον περὶ τὴν Ἀνατολὴν ἐφάνη. Στύλος γὰρ σταυροειδὴς ἐν τῷ οὐρανῷ ὀφθεὶς, μέγιστον θαῦμα τοῖς ὁρῶσιν ἐγένετο.

Idatius, in Fastis consularibus, *æra* 389. *Post consulatum Sergii et Nigriani.*

His consulibus bellum Magnentii fuit Morsa, die IV Kal. Octob. ; et eo anno depositus Vetranio VIII Kol. Januar., et levatus est, (id est Gallus,) Constantius Cæsar Id. Mart. ; et apparuit in Oriente signum Salvatoris die III. Kal. Febr., luna 28.

(1) Hanc pericopen Josephus Scaliger in nullo scripto exstare asserit, idcircoque in sua Hieronymiani *Chronici* editione prætermisit. Vide Præloquium nostrum, n. 11.

Chronicum Alexandrinum *ad ann.* 351, *mundi* 5859, *Constantii imperatoris* 14, *Ind.* 9, *Sergio et Nigriano coss. Olympiad.* 282, *p.* 292.

Τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ ὤφθη ἐν Ἱεροσολύμοις κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον· ὥρα ἦν ὡς τρίτη (ἐν ἡμέρᾳ Πεντηκοστῇ), φωτοειδὲς, τεταμένον Νώναις Μαΐαις ἐν τῷ οὐρανῷ, ἀπὸ τοῦ ὄρους τῶν Ἐλαιῶν ἕως τοῦ Γολγοθᾶ, ἐν ᾧ τόπῳ ἐσταυρώθη ὁ Κύριος· κατὰ Ἀνατολὰς, ὅθεν ἀνελήφθη ὁ Κύριος· κύκλῳ τοῦ φανέντος τιμίου σταυροῦ, στέφανος ὡς ἡ ἶρις τὸ εἶδος ἔχων. Καὶ τῇ αὐτῇ ὥρᾳ ὤφθη ἐν Ἡανωνίᾳ Κωνσταντίῳ τῷ Αὐγούστῳ καὶ τῷ σὺν αὐτῷ στρατῷ ὄντι ἐν τῷ κατὰ Μαγνέντιον πολέμῳ. Καὶ ἀρξαμένου Κωνσταντίου συμβάλλοντος αὐτῷ περὶ τὴν λεγομένην Μούρσαν πόλιν, ἡττηθεὶς ὁ Μαγνέντιος ἔφυγεν εἰς Γαλλίαν μετ' ὀλίγων. A

Signum crucis Christi eadem tempestate (1) Hierosolymis in cœlo apparuit sub horam tertiam Nonis Maii, ipso Pentecostes die, luminis instar, protensum a monte Olivarum usque ad Golgotha, quo in loco crucifixus est Christus ; versus Orientem unde assumptus est Dominus : corona cæterum iridis speciem præferente, pretiosam illam quæ apparuit crucem ambiente. **356** Eadem hora Constantio Augusto in Pannonia, et qui cum eo erat exercitui visa est in bello contra Magnentium. Cumque cœpisset Constantius cum illo confligere ad urbem Mursam, Magnentius victus cum paucis in Galliam fuga evasit.

Ex libro II Historiarum *sub nomine Pauli Aquilegiensis diaconi, monachi Casinensis, Bib. PP. Lugd. tom. XIII, p.* 253.

Quo [Gallo Cæsare] ad Antiochiam veniente, circa Orientem signum apparuit in cælo die Pentecostes. Columna namque sub specie crucis in cœlo visa est, speciem luminis habens extensam a Golgotha usque ad montem Olivarum : hoc et Constantius Gallus vidit.

Acta sancti Artemii martyris apud Surium die 20 *Octobris, n.* 5.

Quo quidem tempore (cum expugnatus esset Maxentius) signum crucis maximum mirifice apparens, adeo ut admirabili splendore superaret lucem diei visum est Hierosolymis circa tertiam B diei horam, cum esset dies festus qui dicitur Pentecoste, pertingens a loco qui dicitur Calvariæ usque ad montem Oliveti.

Typicum sancti Sabæ pag. 40, *ad mensem Maium.*

Εἰς τὰς ζ', ἡ ἀνάμνησις τοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ φανέντος σημείου σταυροῦ ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ, περὶ ὥ. α. γ' τῆς ἡμέρας, ἐπὶ Κωνσταντίνου)1. Κωνσταντίου) βασιλέως, ἀπὸ τοῦ ἁγίου Κρανίου ἐκτεταμένου δι' ἀστέρων ἕως τοῦ ἁγίου ὄρους τῶν Ἐλαιῶν.

Die septima, memoria signi crucis, quod in urbe Jerusalem in cœlo conspectum est circa horam tertiam diei sub Constantino (leg. Constantio) imperatore ; ab sancta Calvaria protensum per astra usque ad sanctum montem Olivarum.

Menæum Græcum ad diem 7 *Maii.*

Μηνὶ τῷ αὐτῷ ζ', μνήμη τοῦ ἐν οὐρανῷ φανέντος σημείου τοῦ τιμίου σταυροῦ, ὥρᾳ τρίτῃ τῆς ἡμέρας, ἐπὶ Κωνσταντίου βασιλέως υἱοῦ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου. Καὶ τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἀκακίου καὶ Κοδράτου. C

Eodem mense septima die, memoria signi pretiosæ crucis, quod in cœlo visum est tertia hora diei sub imperatore Constantio Constantini magni filio. Et sanctorum martyrum Acacii et Quadrati.

Totum officium deinde de cruce præscribitur, dehinc additur :

Τῷ αὐτῷ μηνὶ ζ', τὴν ἀνάμνησιν ἑορτάζομεν τοῦ ἐν οὐρανῷ φανέντος σημείου σταυροῦ, ἐπὶ Κωνσταντίου βασιλέως υἱοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων.

Eodem mense die septima, memoriam celebramus crucis signi quod in cœlo apparuit sub Constantio imperatore filio Constantini magni, et Cyrillo Hierosolymorum archiepiscopo.

Σταυροῦ παγέντος ἡγιάσθη γῆ πάλαι,
Καὶ νῦν φανέντος ἡγιάσθη καὶ πόλος.

Sacrata quondam est terra, defixa cruce ;
Nunc visa cælo, consecravit et polum.

Ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς, μηνὶ Μαΐῳ, ἑβδόμῃ, ὥρᾳ τρίτῃ τῆς ἡμέρας, ἐφάνη ὁ τίμιος καὶ ζωοποιὸς σταυρὸς, συνεστὼς ἐκ φωτὸς, ὁρῶντος παντὸς τοῦ λαοῦ, ὑπεράνω τοῦ ἁγίου Γολγοθᾶ ἐκτεταμένος μέχρι τοῦ ἁγίου ὄρους τῶν Ἐλαιῶν. Ὅστις τῇ τῆς μαρμαρυγῆς λαμπρότητι τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ἐκάλυψεν. Ὅθεν πᾶσα ἡλικία νέων τε καὶ γερόντων, σὺν νηπίοις καὶ θηλάζουσι τὴν ἐκκλησίαν κατέλαβε· καὶ ἐν ἀμέτρῳ χαρᾷ, καὶ θερμῇ κατανύξει δόξαν καὶ εὐχαριστίαν τῷ Θεῷ ἀνέπεμψαν ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τούτῳ θεάματι. D

In diebus sanctæ Pentecostes, mense Maio, septima die, hora diei tertia, apparuit pretiosa et vivifica crux ex luco composita, inspectante universo populo, super sanctum Golgotham usque ad sanctum Olivarum montem extensa. Quæ solares radios micantis splendoris ubertate contexit. Unde omnis ætas cum juvenum tum senum, cum infantibus et lactentibus ecclesiam occupavit, atque immodico gaudio et fervida compunctione, gloriam et gratiarum actionem propter inusitam illud spectaculum Deo retulerunt.

(1) Post renuntiatum Cæsarem et imperii consortem Gallum Constantii patruelem Idib. Martii.

FRAGMENTA

DEPERDITORUM S. CYRILLI HIEROSOLYMITANI OPERUM.

—

MONITUM.

I. Tria fragmenta quæ hic damus, ex homiliis in Joannis Evangelium Cyrillo Hierosolymitano tributis, ab antiquis et gravissimis auctoribus conservata sunt. Priora duo ex homilia in miraculum aquæ in vivum conversæ, quæ duabus laciniis constant, citata reperimus ab auctore inedito, qui Summam fidei, seu Excerpta ex diversis sanctis Patribus et conciliis collegit. Hujus operis habetur exemplar in codice bibliothecæ regiæ 2951, qui anno 1291 transcriptus est ex alio codice anno 759 scripto : habentur autem loca ex Cyrillo citata folio 126. Eadem duo loca citantur in concilio Lateranensi sub Martino I, ann. 649, act. 5, pag. 305. Sed prius testimonium in concilio Lateranensi decurtatum est, et desinit in verbis ἐπειδὴ γάρ, etc., exclusive, quæ nunc primum ex codicib. Regiis lucem aspiciunt. Secundum autem præterea citatur a sancto Maximo in epistola ad Stephanum Dorensem Roma missa, tom. II, pag. 88. Tertium fragmentum in verba Joannis XVI. 28, *Vado ad Patrem meum*, refertur a Leontio Byzantino in opere inedito *Adversum Monophysitas*, quod apud se habet et pro sua humanitate singulari mecum communicavit doctissimus Dominicanus P. Michael Le Quien.

II. Horum fragmentorum veritatem statim suspectam mihi fecit duplicis in Christo naturæ et operationis tam diserta commemoratio, ut post-Eutychiana tempora magis quam sæculum quartum sapere videntur. Verum gravissima est concilii Lateranensis, sancti Maximi, et alterius antiqui scriptoris auctoritas, major etiam Leontii, cujus notum in dicernendis veris sanctorum doctorum operibus acumen ac judicium. Ut omittam non hic agi de laudato ab hæreticis in suum errorum patrocinium opere ; quo in genere tam multæ sunt hæreticorum fraudes, cum ab aliis, tum ab ipso Leontio deprehensæ ; sed de opere ab conciliis et auctoribus catholicis citato : quorum certe ut potior, et nullatenus ad sui sustentationem fraudis indigens causa, ita et major fides : quanquam illis etiam quandoque per falsas inscriptiones fucum factum esse non ignoramus. At multo plura olim quam nunc habemus, Cyrilli nostri opera Catholicorum in manibus fuisse suadere potest Nicephori Callisti auctoritas, qui lib. IX, cap. 46 scripta ejus sub *Cyrillianorum* nomine legi consuevisse testatur. Alioqui novimus Cyrillum multas in diversa Scripturarum loca homilias dixisse, jam tum cum presbyter esset : cujus temporis etiam *in Paralyticum ad piscinam* orationem habemus.

III. Neque porro diserta duarum naturarum et operationum asseveratione deterreor, quominus hæc fragmenta Cyrillo nostro ascribam. Nam et Christum duplicem dicit, et utriusque naturæ proprias operationes diserti-sime distinguit, cat. 12, num. 1, et hom. *in paral.*, num. 6. Duos patres Christi secundum diversas deitatis et carnis naturas agnoscendos definit, cat. 11, n. 5, eumque qui in Bethlehem natus est, ab eo qui ab æterno ex Patre genitus est, ita separat ibid. n. 20, ut excusatione indigeat minus accurata locutio. In his revera locis naturarum et operationum mentionem facit nullam : sed quanti est, cum rem agnoscis, de nomine confiteri ? Alioqui jam a Cyrilli temporibus celebrata erat multorum patrum sententiis duplicis naturæ usurpatio. Frequens reperitur non solum apud Gregorium Nazianzenum, Nyssenum, sanctum Ephrœm ; sed et apud Origenem, et Tertullianum multo antiquiores. Propter Arianam controversiam naturarum proprietates accuratius distingui cœpere, ita ut Theodoretus ipse epist. 82. Patres Nicæni concilii tempora subsecutos in hac distinctione modum aliquando nonnihil egressos esse fateatur. Post enatam Apollinaris hæresim multo etiam magis eam distinctionem urgeri necesse fuit : atque ab eo tempore duarum naturarum confessionem solemnius frequentatam reperimus. Ea fragmenta putamus homiliarum extremis temporibus a Cyrillo, vel post concil. CP., vel paulo ante dictarum. Cyrillus ann. 380 cum Apollinaristis rem habuit, qui Ecclesiam Hierosolymitanam graviter vexavere, atque in ipsum eam accusationem intentavere, quasi alium et alium Jesum doceret. Quod intelligimus ex Gregorio Nysseno, epist. ad Eustathiam, p. 660. Certe Apollinaristæ duplicis naturæ distinctionem iniquissime **358** ferebant, et ea omnium ab ipsis in catholicam Ecclesiam intentatarum accusationum fundamentum. V. Naz. orat. LII, pag. 746 B. Nihil itaque est cur hæc fragmenta Cyrillo nostro aliena judicemus.

—

1.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων, ἐξ ὁμιλίας λεχθείσης εἰς τὸ Εὐαγγέλιον, ἔνθα ὁ Κύριος τὸ ὕδωρ οἶνον ἐποίησεν.

Ἐσπούδασε μήτε δι' ὅλου (1) φανερῶσαι τὴν ἑαυτοῦ θεότητα, μήτε εἰς τὸ παντελὲς ἀποκρύψαι ἐσπούδασε μὴ φανερῶσαι διὰ τοὺς τότε, ἐσπούδασε μὴ ἀποκρυψαι διὰ τοὺς μετὰ ταῦτα· ἀλλὰ δεῖξαι καὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ τρανὰς τὰς ἐνεργείας· ἵνα μήτε ἡ θεία δύναμις ἀμβλυνθῇ, μήτε ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἀπιστηθῇ. Ἐπειδὴ γὰρ (2) ἤμελλεν αἵρεσις ἀνακύπτειν ἡ λέγουσα, ὅτι φάντασμα ἦν τὸ σῶμα, καὶ ἐξ οὐρανοῦ κατῆλθεν (οὐ γὰρ ἂν ἔλαβε τοῦ φθαρτοῦ σώματος σάρκα ἡ ἄφθαρτος φύσις, οὐδ' ἂν κατεδέξατο ῥύπον ἢ μολυσμὸν ἢ σπῖλον), ἵνα πιστώσηται ὁ Θεὸς τῶν ἀνθρώπων γένος, ὅτι τοῦτο ἐγένετο ὃ ἐσμεν, μένων, ὃ ἦν, διὰ τοῦτο συνεχώρησε τῇ σαρκὶ πάσχειν τὰ ἴδια.

A *Sancti Cyrilli Hierosolymorum episcopi, ex homilia dicta in Evangelium, ubi Dominus aquam vinum efficit.*

Studuit neque omnino divinitatem suam manifestam facere, neque in totum abscondere. Studuit ne proderet palam, propter illius temporis homines : studuit ne tegeret, propter posteros : verum ostendere et divinitatis suæ, et suæ humanitatis perspicuas operationes (5), ut neque divina potestas caligine obtunderetur, neque humanæ naturæ fides detraheretur. Cum enim exortura foret hæresis quæ diceret [Christi] corpus phantasma esse, idque e cœlo delapsum esse (neque enim corruptionis expers natura corruptioni obnoxii corporis carnem sumeret ; nec sordes, inquinamentum, maculamve susciperet), idcirco, ut hominum generi certam fidem faceret Deus, se, id quod est manentem, factum esse id quod sumus, carni suæ quæ ipsi propria erant pati permisit (6).

B

II.

Τοῦ αὐτοῦ (3) ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ἐθαυματούργησεν, ἔδειξε τὴν διπλῆν ἐνέργειαν· πάσχων μὲν ὡς ἄνθρωπος, ἐνεργῶν δὲ ὡς Θεὸς ὁ αὐτός· οὐ γὰρ ἄλλος καὶ ἄλλος, εἰ καὶ ἄλλως καὶ ἄλλως.

Ejusdem ex eodem sermone.

Miracula operatus est, ostendit duplicem operationem : patiens quidem ut homo, operans vero idem ut Deus ; non enim alius atque alius, quamvis aliter et aliter.

III.

Ex Leontio in libro adversum Monophysitas *inedito.*

Κυρίλλου (4) Ἱεροσολύμων, ἐκ τοῦ εἰς τὸ, Ἐγὼ πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα μου.

C

Cyrilli Hierosolymitani e sermone in illud Joan. XVI, 28 : *Ego vado ad Patrem meum.*

Φαίνεσθαι δὲ τὴν διάγνωσιν τῶν φύσεων ἐκ τῆς διαφορᾶς τῶν λεγομένων.

Ut appareat naturarum distinctio ex diversitate rerum quæ [de uno Christo] dicuntur.

(1) Μήτε δι' ὅλου. Ita Reg. cod. 2951. At concil. Later. ponit, δι' ὅλου ante μήτε.

(2) Ἐπειδὴ γάρ, etc. Hæc usque ad τοῦ αὐτοῦ ex solo Reg. codice Quos hic refellit hæreticos, non sunt Monophysitæ, neque Eutychiani, quos disertius exprimere non omisisset auctor, si post utramque hæresim scripsisset : sed Phantasiastæ sive Docetæ, de quibus dicit cat. 4, num. 9, et cat. 12, num. 3 ; vel etiam Apollinaristæ.

(3) Τοῦ αὐτοῦ, etc. Fragmentum hoc rursus ex concil. Laterau. et citato auctore in cod. Reg. In concil. Later. habetur, Ἐγεννήθη, ἐθαυματούργησεν. *Natus est, miracula fecit.* Sanctus Maximus legit ἐγενήθη, sed hoc verbum conjungere videtur cum primis verbis hujus orationis, et a citato testimonio separare ; aiens orationem ex qua excerptum est, ab his verbis incipere : Θαῦμα καὶ τοῦτο θαῦμα ἐγενήθη· tum subjungit testimonium, ἐθαυματούργησεν. Forte autem librariorum vitio scriptum est, ἐγενήθη pro ἐγεννήθη, et prava interpunctione cum primis orationis verbis conjunctum, et ab ἐθαυματούργησε separatum. Passionem hic appellat ἐνεργείας, seu *operationis*, nomine, ut Greg. Nyss. loco mox citato ; ut tamen actionis divinitatis mira operantis nomen illud præcipue tribuat : Πάσχων μὲν ὡς ἄνθρωπος, ἐνεργῶν δὲ ὡς Θεός. Christum non *alterum ex Patre, et alterum ex virgine, sed eumdem aliter, et aliter*, tradit quoque Ambrosius. *De incarnationis Dominicæ sacramento* cap. 5, num. 35.

(4) Κυρίλλου, etc. Hoc fragmentum in solo Leontio reperimus. Vide Præloq n. 3.

(5) *Operationes.* Vox ἐνεργεια non tantum operationes stylo et sensu Cyrilli significat : verum etiam proprietates, characteres, indicia. V. cat. 6, n. 7 ; cat. 9, n 9. Hic etiam passiones significat.

(6) *Carni suæ* etc. Germina sunt hæc et simillima celebratissimæ huic Gregorii Nysseni sententiæ, orat. *De beatitudinibus*, pag. 792 : Ἔδωκε γάρ, ὅτε ἐβούλετο, τῇ φύσει καιρὸν τὰ ἑαυτῆς ἐνεργῆσαι· *Dabat enim, quando volebat, naturæ suæ tempus quæ propria ipsius erant exserendi* Loquitur Nyssenus de sensu famis a Christo libere suscepto.

OPERA S. CYRILLO SUPPOSITA.

INCERTI SUB EJUS NOMINE

HOMILIA DE OCCURSU DOMINI.

359 ## ADMONITIO.

I. Auctor hujus orationis, Christi in templo præsentati mysterium, quod *Hypapantem* sive *Occursum* antiquo more dicunt Græci, non festum Purificationis appellamus ; et Symeonis de ipso verba, magnifica Christi dignitatis commendatione enarrat (num. 1). Cœlum et terram ad consocianda gaudia et celebrandas Christi laudes invitat (num. 2). Hiero-olymitanum populum et universos hortatur, ut Domino in templum venienti digne occurrant. Christi dignitatem cum humili in quo apparet habitu componens, eumdem esse dicit (num. 4 et 5) et pontificem et victimam, et templum et aram, et sacrificium et Deum cui sacrificium offertur. Tum verba Evangelistæ referens, ea summatim exponit (num. 6) ; sed Adamum in Symeonis persona Christi laudes fuse disserentem inducit : qua in oratione æternam Verbi generationem, mundi conditum, demissionem Christi in incarnatione, prophetias ejus nativitatis prænuntiatrices, præcipua ejus incarnati mysteria, et fructus incarnationis perstringit (num. 15) ; brevique, ad præsens festum accommodata exhortatione orationem concludit. Stylus est affectate elaboratus, sententiis sublimis, antithesibus fere continuis distinctus, ac totus Scripturarum testimoniis, vel ad eadem allusionibus respersus ; et digna omnibus modis quæ legatur oratio.

II. Edita primum est Coloniæ anno 1568, apud hæredes Birkmanni, Laurentio Sifano interprete, sed tota pene mendis fædata. Inde in Bibliothecam Patrum Græco-Latinam Parisiis ann. 1624 excusam, tom. II, p. 844, translata est : quam postea Pontanus edidit, referente Combefisio : sed Pontani editionem diu conquisitam mihi videre non licuit. Tandem Combefisius eam cum tribus mss., Regiis duobus, et Mazarinæo uno collatam de novo edidit, et interpretatus est ; Auctuariique sui Bibliothecæ Patrum tom. I, pag. 621, ann. 1648, inseruit ; iterumque ejus Latinam versionem in Bibliothecam concionatoriam transtulit, ad diem secundam Februarii, quæ etiam in Lugdunensi sanctorum Patrum Bibliotheca, aliis Cyrilli nostri Operibus conjuncta visitur. Hanc ita ut ediderat Combefisius, Thomas Millesius in sua Cyrilli Hierosolymitani Operum editione Oxoniensi repræsentavit, Combefisium nihil aliorum diligentiæ reliquum fecisse præfatus ; tantum Bodleiani codicis ad marginem varietates adnotavit, ac Combefisii admonitionem et notas tres brevissimas transcripsit.

III. Nos eam ad editiones præcedentes, codicesque mss. permultos iterum collatam, et aliquot locis castigatam, cum versione Combefisii, paucis, ut locus postulabat, mutatis, in hac editione lectori denuo offerimus. Codicibus quinque mss. usi sumus. Duos suppeditavit Regia Bibliotheca. Primus est membranaceus notatus 1832, antea 2394, quem se Combefisius contulisse adjecta codici superscriptione notavit. Habet hanc homiliam p. 219 ; scriptum judicant periti XII vel XIII sæculo. Alter chartaceus est n. 1959, antea 275, notatus, cujus scriptura XV sæculi initia non superat : habetur in eo nostra hæc homilia pag. 198, inter multa alia Græcorum Patrum Opera. Tertius, quo usi sumus, liber ms. nobis e Colbertina bibliotheca communicatus est, not. 4704 ; chartaceus est, scriptus XIII sæculi fine vel XIV initio, cujus pag. 74, nostra hæc continetur oratiq. Quartus Coislinianus est n. 274, in charta nitidissima paulo ante centum annos Christianissimi regis gratia elegantissime descriptus ex alio codice qui XIV sæculi initio scriptus erat : habet nostram hanc homiliam fol. 214. Quintus tandem, Coislinianus alter 304, sæculi XIV, chartaceus ; hanc orationem habens fol. 95. His adjumentis usi errata, ut videbantur, non pauca correximus.

IV. De hujus orationis auctore non minima difficultas est. In omnibus editionibus et mss. codicibus miro consensu Cyrillo Hierosolymitano tribuitur. Unus est Mazarinæus, in quo sub Cyrilli Alexandrini nomine descripta continetur. Sed, ut advertit Combefisius, facile librario festinanti occurrere potuit Cyrillus Alexandrinus pro Hierosolymitano. Alter etiam codex Ottobonianus 360 hanc homiliam continet sub Cyrilli Alexandrini nomine ; sed erasum est nomen *Alexandrini* minio scriptum, et substitutum Hierosolymitani, eodem atramento et eadem manu qua conscripta est oratio. Dositheus Hierosolymitanus, patriarcha sub præcedentis sæculi finem, orationis hujus fragmentum sub nomine Cyrilli nostri indubitanter laudat, Enchiridii sui pag. 51. Combe-

fisio nulla subest dubitatio, quonimus vere sancti hujus patris fetus sit. Nihil Dupinius reperit quod eam ab illo abjudicare cogat. Contra Tillemontius, tom. VIII Commentariorum ad historiam ecclesiasticam, nota 7 in Cyrillum Hierosolymitanum, graves ea de re dubitandi rationes allegat; et quamvis expensis acri judicio causæ utriusque momentis, nullum suum judicium interponat, haud tamen obscurum est eum nequaquam hanc orationem Cyrilli nostri esse judicasse. Spuriam Guillelmus Cave nulla dubitatione, nec allata ratione pronuntiat. Millesius vero omnino in eam sententiam propendet quæ Cyrillo nostro adjudicat. Hanc autem alterius auctoris, Cyrillo ac quarto sæculo recentioris, esse, nobis omnino persuasum est.

V. Primo enim, quod in hac re omne punctum aufert, auctor in pluribus homiliæ locis, sed in principio atque in fine potissimum, Gregorium Nazianzenum imitatur atque exscribit: quod miror a nemine deprehensum. Secundo, difficile omnino animum induco meum, ut festum Hypapantes seu purific. Virg. quarto sæculo institutum ac celebratum existimem: cum nulla in certis hujus ævi monumentis ejus exstet memoria: quæque vel Methodii, vel Athanasii de hoc mysterio circumferuntur conciones, jam falso eorum nomine inscriptas esse constet. Multo autem minus instituta erat quarto sæculo solemnis in hac festivitate cereorum gestatio, quæ ab auctore nostro, n. 2 et 15, non uti recens inducta, sed usu confirmata commemoratur; ab sæculi vero quarti auctoribus velut vigiliæ paschali propria commendari solet. Hanc Hierosolymæ primum institutam circa tempora concilii Chalcedonensis sub Marciano imperatore, duce potissimum religiosa quadam muliere, Icelia nomine, auctor gravissimus est Cyrillus Scythopolitanus in Vita sancti Theodosii Cænobiarchæ, in tractu Hierosolymitano; cujus hæc verba ab Leone Allatio laudantur in notis ad Methodium, pag. 344: Αὕτη δὲ τόγε ἡ μακαρία Ἰκελία, πᾶσαν ὁδὸν εὐσεβείας ἐξασκήσασα, κατέδειξεν ἐν πρώτοις μετὰ κηρίων γίνεσθαι τὴν Ὑπαπάντησιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ· *Hæc tunc beata Icelia, quæ omnem exercuerat pietatis viam, in primis demonstravit cum cereis celebrari Occursum Salvatoris nostri Dei.* Tertio, hujus homiliæ auctor Apollinaristarum hæresi sine dubio posterior est: quam respicere videtur tum. n. 4, cum Christum in carne vere ac sine defectu, ἀληθῶς, καὶ ἀνελλιπῶς, versatum in terris dicit: tum. num. 10, ubi Christum ait esse integrum hominem cum omnibus nostris partibus, ut hominem purificet; totum sursum ac totum deorsum existere: quæ voces post Apollinaristarum hæresim Patribus familiares, ut omittam in hoc loco auctorem Gregorii Nazianzeni stylum et verba imitari. Sed et Nestorii hæresim data opera passim refellenti similis est: sive dum tanto verborum apparatu urget, num. 3, adorandum esse infantem Deum, quadraginta dierum eumdem et æternum; quod oppositum illi Nestorianæ blasphemiæ: *Deum bimestrem* vel *trimestrem non adoro*: sive dum eumdem simul et in terris et in sinu Patris versatum docet, num. 4 et 5, totum in cœlis, et totum in terris, num. 10, eumdem pontificem et sacrificium suscipientem; quod tantopere Nestorio displicuit: adeo ut tota fere in hoc argumento versetur oratio, eumdem prorsus esse cujus sunt divida decora et infirmitates humanæ. Joviniani quoque hæresi posteriorem esse suaderi potest his quæ tam studiose inculcat, Christum non apertis virginalibus portis in lucem exiisse, num. 2 et 6. Ante Jovinianum vero rarius invenias ita explicatam Mariæ in pariendo virginitatem, quam aliqui negavere, alii aliter edisseruere.

VI. Quarto, nihil in hac oratione Cyrilliani styli simile: contra omnia dissimilia. Cyrillus ex tempore prouuntiabat eas etiam orationes quæ plus studii et diligentiæ requirunt, ut catecheses; hic stylus studio elaboratus, conquisitæ et acervatæ antitheses; oratio membris incisa, electa verba, et sententiæ magno spiritu plenæ, ac tumentes: cum Cyrilliana oratio liberior et laxior decurrat, ornatumque omnem respuat, etiam ubi maxime rhetoricatur. Cyrillus festinato scribens, parenthesibus gaudet, maxime cum Scripturæ locos explanat, quos particulatim cæsos continua, licet brevi paraphasi edisserere solet. Iste contra nullas parentheses interserit; innumera Scripturæ testimonia tangit, in nullo immoratur; in eadem orationis figura diutissime manet; verbi gratia n. 8. 9, 10 et 11, cum Cyrillus orationem variare soleat, nec in uno dicendi tenore morari. Præterea noster auctor multas compositas dictiones adhibet, quarum aliquæ sæculo quarto posteriores, vel raræ admodum, certe non Cyrillianæ, ut θεομήτωρ, θεοδόχος, πρωτότοκος τῶν πρωτοτόκων. Uno calami ductu num. 9, hæc omnia acervat, ὁμοούσιος, ὁμόθρονος, ὁμόδοξος, ὁμοδύναμος, παντοδύναμος, una cum aliis decem continuate sequentibus: quæ verborum ampullæ magis luxuriantem Græcorum sequioris ævi copiam, quam sæculi quarti gravitatem ac majestatem, nostriquc Cyrilli simplicitatem, redolent. Quinto, levia illa fortasse videbuntur, quæ subjungo. Scripturæ hic interdum aliter citantur quam eas Cyrillus retulerit. N. 13, allegans locum Deuteronomii XVIII, 15, vel Act. II, 22, *Prophetam suscitabit*, etc, omittit verba, *sicut me*, quæ Cyrillus, eumdem locum laudans, cat. 12, num. 17, non solum non prætcrit, sed speciali animadversione notanda monet. Num. 2, Isaiæ locum ex cap. IX, 6, citat cum additionibus, quas Cyrillus, cat. 12, n. 24, non refert, sed et omnino ignorasse videtur. Has enim cat. 11, num. 15, citaturus fuisset. Num. 8, apud Isaiam legit, κατέχων τὴν γῆν πᾶσαν δρακί· Cyrillus cat. 18 num. 2, et cat. 4. num. 5, ἐν δρακί. N. 13, prophetam Habacuc appellat, Ἀμβακούμ· Cyrillus id vocabulum constanter scribit, Ἀββακούμ, cat. 12, n. 20, et cat. 14, n. 25. Incorporeos angelos facit auctor n. 10, quod vix Cyrillus agnoscat. Ex quibus omnibus abunde probatum censeo orationem hanc falso Cyrilli nostri nomine inscribi.

VII. Cujus auctoris sit, inquirendum superest. Cyrilli Alexandrini nomen in mss. nonnullis prætert; sed stylus elaboratus disconvenit facili et nulla diligentia castigatæ Cyrilli orationi.

Præterea Hierosolymis dictam hanc homiliam esse suadet non solum illa observatio n. 13, Bethlehem ab meridie Hierosolymæ sitam esse, quæ multis Patribus extra Hierosolymam scribentibus communis fuit ; verum quod num. 1 et 2 populum Hierosolymitanum tanquam præsentem compellare videotur ; Hierosolymam terrestrem ad laudes cum cœlesti Hierosolyma consociandas hortetur ; num. 2, Hierosolymam ad aperiendas Christo portas invitet ; filias Hierusalem primo in ejus occursum ire jubeat ; tum populos gentium ad faces Christo venienti præferendas impellat. Tum etiam num. 3 trisagium refert, ut in Ecclesiæ Hierosolymitanæ liturgia canitur. Cum in debellando Nestorio multus sit, vel nulla vel pauca speciatim adversus Eutychianam hæresim intendit : ut mihi videatur auctor sub tempore Zenonis vel Anastasii scripsisse, cum in Oriente laboraret concilii Chalcedonensis auctoritas, Monophysitarum calumniis vexata ; ita ut magis in ejus concilii fide ab Nestorianismi accusatione vindicanda, quam in ejus auctoritate urgenda Catholicorum incumberet labor. Quamobrem hanc orationem alicujus eorum patriarcharum qui hoc tempore vixerunt, ut Sallustii vel Eliæ, vel si quis tum Cyrilli nomine in ea Ecclesia presbyter fuerit, esse crediderim. Hanc certe non sexto sæculo recentiorem existimo ; vis enim ejus, sententiarum crebritas ac robur, ac sermonis elegantia, multum distat ab jejuna recentioris ævi Græcorum eloquentia : quæ tota longis frigidisque dialogis, exsuccaque copia, et humili orationis genere constat.

VIII. Omittere tamen non debeo similem homiliæ stylum mihi videri cum stylo orat. II in Annuntiationem sub Damasceni nomine, tom. II, p. 837, quæ tamen post ejus ætatem habita est. Eadem est auctoris utriusque doctrina de Symeone sene, quem Noster num. 11, et pseudo-Damascenus p. 837, sacerdotem faciunt. Idem dictionum compositarum, et acervatorum epithetorum amor. Sicuti Noster n. 9, 10 et 11, multas phrases ab eadem voce, οὗτός ἐστιν, vel τοῦτο τὸ παιδίον, importune inchoat : ita alter ducenties repetit χαῖρε, κεχαριτωμένη. Omnia attributa Filii quæ pseudo-Cyrillus acervat n. 9 et seqq., recitantur a pseudo-Damasceno p. 836. Ita ut vel idem orationis utriusque auctor esse videatur ; vel, quod magis censeo, alter alterum pseudo-Cyrillum pseudo-Damascenus, vel transcripserit, vel, imitatus sit. Hoc quoque animadversum volo : Quæ habentur hic num. 15 ex Nazianzeno partim imitata, partim transcripta, adeo similia et gemina sunt his quæ habentur apud Eulogium Alexandrinum, vel quemcunque alium auctorem homiliæ in ramos palmarum, inter Cyrilli Alexandrini opera primum deinde ab Combefisio in *Auctuario* vulgatæ, ut alteruter alterum legisse et expressisse mihi videatur : sufficere tamen potest quod ambo Nazianzenum sibi ad imitandum proposuerint.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ (1) ΡΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΩΝ

Λόγος εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὸν Συμεῶνα τὸν θεοδόχον.

—

362 S. P. N. CYRILLI,

ARCHIEPISCOPI HIEROSOLYMORUM

Oratio in occursum Domini nostri et Salvatoris Jesu Christi, et in Symeonem qui Deum suscepit [27].

—

I. Gaude admodum, filia Sion, prædica gaudium, filia Hierusalem [28]. Choreas age, populo civitatis

Α'. Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ (2) Σιών· κήρυττε χαρὰν, θύγατερ Ἱερουσαλήμ· χόρευε, λαὸς πόλεως τῆς

[27] Luc II, 22 sqq. [28] Zachar. IX, 9.

(1) Τοῦ ἐν ἁγίοις. Colb., τοῦ ἁγίου καὶ μακαρίου Πατρὸς ἡμῶν, *sancti et beati Patris nostri*. Vocem λόγος adjecimus ex codd.Coisl., duobus Colb.,Reg.1, et ed. Sifani ; et articulum τήν ex Coisl. et Colb. Post Κυρίου Reg. 1 addit, καὶ Θεοῦ *Deique*. At Reg. 2, et Colb. omittunt, καὶ Σωτῆρος. Verba, καὶ εἰς τὸν Συμεῶνα, desunt in Reg. 2, Colb. et Coisl. utroque. Reg vero 1, ita fert, καὶ εἰς τὸν δίκαιον Συμεών, omisso τὸν θεοδόχον, *et in justum Symeon*. Naz. carm. 15 iambico sacram mensam, θεοδόγον vocat Greg Nyss. hom. 13 *in Cant.* pag. 668 D, Christi humanitatem vocat, θεοδόχον ἄνθρωπον. Vocem θεοδόγος Nestorius de beata Virgine loquens, substituit voci θεοτόκος.

(2) Θύγατερ. Ex Reg., Coisl 2 et Colb. Editi vero, θυγάτηρ. Scripsimus, σκιρτήσατε, ex duobus Regg., Colb., Coisl duobus, et Bodl., loco σκιρτᾶτε. Verba, καὶ τείχη Σιών, etc. usque ad κροτήσατε excl. de-

τοῦ Θεοῦ· σκιρτήσατε, πύλαι καὶ τείχη Σιὼν, καὶ πᾶσα ἡ γῆ· βοήσατε, τὰ ὄρη (1), καὶ οἱ βουνοὶ, μεγάλα σκιρτήσατε· ποταμοὶ, κροτήσατε χεῖρας, καὶ ὄχλοι Σιὼν περιλάβετε, Θεοῦ παρουσιαν ἐν αὐτῇ βλέποντες· Συμφωνείτω σήμερον τὰ οὐράνια τοῖς ἐπιγείοις, καὶ ἀνυμνείτω ἡ ἄνω μετὰ τῆς κάτω Ἱερουσαλήμ, διὰ Χριστὸν τὸν ἐν αὐτῇ, οὐράνιον καὶ ἐπίγειον. Οὐράνιον (2), νοεραὶ δυνάμεις, περιχορεύσατε· ἐπίγειον, οἱ ἐπὶ τῆς γῆς σὺν ἀγγέλοις ὑμνήσατε.

Dei [29]. Saltate, portæ et muri Sion, ac terra universa. Clamate, montes [30], collesque, alte, exsilite [31]. Flumina, plaudite manibus [32], ac turbæ, circumplectimini Sionem [33], Dei in ea adventum videntes. [34] Consonent hodie cælestia terrenis, superaque Hierusalem una cum terrestri laudes conjungat; propter Christum in ista versantem, qui cœlestis simul et terrestris est. Cœlestem, intellectiles virtutes, choris circumplectimini: terrestrem, terræ incolæ, una cum angelis laudibus celebrate.

Β'. Σήμερον γὰρ ὤφθη ὁ Θεὸς τῶν θεῶν ἐν Σιών· σήμερον δεδοξασμενα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ Ἱερουσαλήμ, ἡ πόλις τοῦ Βασιλεως τοῦ μεγάλου. Ἄνοιγε (3) τὰς πύλας τῷ ἀνοίξαντι πᾶσι τὰς παραδείσου πύλας, καὶ ἀνοίξαντι τῶν τάφων ἐπὶ σταυροῦ τὰς πύλας, καὶ συντρίψαντι ᾅδου τὰς ἀπ' αἰῶνος πύλας, καὶ συγκλείσαντι παραδόξως τῆς παρθενίας τὰς πύλας. Σήμερον, ὁ πάλαι τῷ Μωση χρηματίσας ἐπὶ τοῦ ὄρους Σινᾶ θεοπρεπῶς, πληροῖ τὸν νόμον, ὑπὸ νόμον γενόμενος, δουλοπρεπῶς (4). Σήμερον ὁ Θεὸς ἀπὸ Θαιμὰν ἐν Σιὼν ἔρχεται· σήμερον ὁ οὐράνιος νυμφίος, μετὰ θεομήτορος παστάδος, ἐν τῷ ναῷ παραγίνεται. Θυγατέρες Ἱερουσαλήμ, ἐξελθετε (5) εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ· τὰς λαμπάδας φαιδρῶς τῷ φωτὶ τῷ ἀληθινῷ ἐξάψατε· τοὺς χιτῶνας τῶν ψυχῶν τῷ νυμφίῳ Χριστῷ εὐτρεπίσατε.

II. Hodie namque visus est Deus deorum in Sion [35]. Hodie gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei Hierusalem [36], quæ Regis magni civitas es [37]. Aperi portas ei qui cœlestes omnibus fores aperuit [38]; qui omnibus paradisi januas reseravit; qui monumentorum in cruce portas reclusit [39]; qui inferni fores a sæculo [seu antiquitus positas] contrivit, et virginitatis portas nova ac stupenda ratione conclusit [40]. Hodie, is qui olim Mosi in monte Sina Deo digna cum majestate responsa dederat [41], factus sub lege [42] servili habitu legem adimplet. Hodie Deus a Thæman in Sion venit [43]; hodie cœlestis sponsus, cum Dei matre, suo illo thalamo, in templo se præsentem reddit. Filiæ Hierusalem, exite in occursum ejus [43*]; lampades vestras vero lumini festive accendite [44], animarum vestrarum tunicas sponso Christo concinnate.

Γ'. Μετὰ τῆς Σιὼν, οἱ τῶν ἐθνῶν λαοὶ φωτοφοροῦντες ὑπαντήσωμεν· ἐν τῷ ναῷ, σὺν τῷ ναῷ καὶ Θεῷ καὶ Χριστῷ, σὺνεισελθωμεν· Μετὰ ἀγγέλων τὸν τῶν ἀγγέλων ὕμνον βοήσωμεν· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαὼθ· πλήρης ὁ οὐρανὸς (6) καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. Ηλήρη τὰ περατα τοῦ κόσμου τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ· πλήρης πᾶσα ἡ κτίσις τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ· πλήρης πᾶσα ἡ ἀνθρωπότης τῆς συγκαταβάσεως αὐτοῦ. Τὰ οὐράνια, τὰ ἐπίγεια, τὰ καταχθόνια, πλήρη τῆς εὐσπλαγχνίας αὐτοῦ, πλήρη τοῦ ἐλεους αὐτοῦ, πλήρη τῶν οἰκτιρμῶν, πλήρη τῶν δωρεῶν, πλήρη τῶν εὐεργεσιῶν αὐτοῦ.

III. [45] Una cum Sione, populi gentium lumina præferentes occurramus. In templo, cum templo quod et Deus et Christus est, simul ingrediamur. Cum angelis angelorum canticum alte personemus: « Sanctus, sanctus, sanctus **363** Dominus Sabaoth. « Plenum est cœlum et terra gloria ejus [46]. » Plena sunt mundi extrema bonitate ejus; plena ejus laudis universa creatura; plenum omne humanum genus misericordissimæ ejus ad nos demissionis. Cœlestia, terrestria, infera, misericordiæ ejus plena; plena miserationis, plena misericordiæ effectuum, plena donorum, beneficentiarum ipsius plena.

[29] Psal. XLVII, 1. [30] Isa. XLIV, 23. [31] Psal. CXIII, 6. [32] Psal. XCVII, 8. [33] Psal. XLVII, 13. [34] *V. prælog. n.* 7. [35] Psal. LXXXIII, 8. [36] Psal. LXXXVI, 3. [37] Psal. XLVII, 3. [38] Psal. XXIII, 7. [39] Matth. XXVII, 52. [40] Psal. CVI, 16 : Job. XXXVIII, 17. [41] Exod. XX, 1 sqq. [42] Gal. IV, 4. [43] Habac. III, 3. [43*] Cant. III, 11. [44] Matth. XXV, 6. [45] *Vid. num.* 15, *et Prælog. n.* 5. [46] Isa. VI, 3.

sunt in Reg. 2. Pro πᾶσα ἡ γῆ, Reg. 1, Colb., Coisl., Bodl., Sifan. et Peltan. habent, πάσης γῆς.

(1) Τὰ ὄρη. Articulum addidimus ex Reg. 1, Colb., Coisl. utroque, et Bodl. Pro σκιρτήσατε est in Coisl. duobus, κεκράξατε. Vox χεῖρας deest in Reg. 1, Colb., Bold., Sifan. Loco ὄχλοι, *turbæ*, Reg. 1 habet, ὄρη, *montes*.

(2) Οὐράνιον, etc. Coisl., οὐρανίων, ut et Bodl.; at Colb., omisso νοεραί, scriptum habet, οὐρανίων αἱ δυνάμεις. Loco ἐπίγειον, Coisl. et Bodl. habent, ἐπιγείων. In his autem imitatur Nazianzenum, orat. XXXVIII *in Christi Natalem*, initio, pag. 613, sic scribentem : Χριστὸς ἐξ οὐρανῶν, ἀπαντήσατε· Χριστὸς ἐπὶ γῆς, ὑψώθητε. Ἄσατε τῷ Κυρίῳ, πᾶσα ἡ γῆ. Εὐφραίνεσθε, οὐρανοὶ, καὶ ἀγαλλιάσθω γῆ, διὰ τὸν ἐπουράνιον, εἶτα ἐπίγειον, etc. Similiter fere incipit Eulogii Alex. homilia *In ramos palmarum*.

(3) Ἄνοιγε. Ita scripsimus ex Coisl. duobus, cum cæteri habeant, ἀνοιγετω, *aperiat*. Post οὐρανίους πύλας, ex Reg. 2 et Coisl. addidimus verba, καὶ ἀνοίξαντι τὰς παραδείσου πύλας, quæ propter tam sæpe repetitam vocem πύλας facile excidere potuerunt. Verba. καὶ συντρίψαντι, etc. usque ad σήμερον excl. desunt in Reg. 1.

(4) Δουλοπρεπῶς. Abest ea vox in Reg. 1, Colb., Bodl. et Sifano. Θαιμὰν ex ambobus Regg., Colb., Coisl. et sacro textu scripsimus, loco Θεμὰν, hic et infra, num. 8.

(5) Ἐξέλθετε, etc. Colb. et Bodl. ἐξέλθωμεν, *exeamus*. Id magis convenit sequentibus secundum priores editiones, in quibus habebatur, ἐξάψωμεν et εὐτρεπίσωμεν. Nos autem ex Reg. 1 scripsimus, ἐξανάψατε et εὐτρεπίσατε. Hæc duo verba, ad filias Sion directa sequi debent verbum prius ἐξέλθετε. Minus autem convenire videtur, ut scribatur : θυγατέρες Ἱερουσαλήμ, ἐξέλθωμεν.

(6) Ὁ οὐρανός, etc. Deest ea vox in Isaia; quamobrem et liturgia sumpta videtur. Voces, πλήρης πᾶσα ἡ κτίσις τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ, desunt in cod. Coisl. Inferius, verba πλήρη τοῦ ἐλέους αὐτοῦ desunt in Reg. 1, Bodl., et Colb.; hæcque, πλήρη τῶν οἰκτιρμῶν, in iisdem et in Sifan. ac Reg. 2.

IV. Ergo, « omnes gentes, plaudite manibus [47]. « *Omnes fines terræ*, venite et videte opera Dei [48]. Omnis spiritus laudet Dominum [49]. Omnis terra adoret [50]. » Omnis lingua canat; omnis psallat; omnis glorificet puerum Deum, quadraginta dierum eumdem et seculis priorem; puerum parvum, et Antiquum dierum [51]; puerum lactentem, et sæculorum factorem [52]. Infantem video, et Deum agnosco; infantem lactentem, ac mundo alimenta præbentem; infantem ejulantem, ac vitam mundo gaudiumque largientem; infantem fasciis involutum, qui me a peccatorum fasciis liberat: infantem in ulnis matris, cum carne vere et sine defectu in terris, eumdemque in sinu Patris vere et sine defectu in cœlis.

V. Infantem video ex Bethlehem Hierosolymam ingredientem, nec a superna Hierusalem quidquam recedentem. Infantem video secundum legis præscriptum in templo super terram hostiam offerentem; eumdem vero in cœlis pias universorum hostias suscipientem; eumdem inter senis brachia secundum [assumptæ carnis] dispensationem; atque in cherubicis sedibus pro divina majestate [residentem [53]]; eumdem qui offeratur et sanctificetur (1), quique omnia sanctificet et purificet. Ipse donum est, et templum ipse; pontifex, et idem ara; ipse propitiatorium. Ipse etiam qui offert, et ipse qui pro mundo offertur hostia, et ipse ligna vitæ et scientiæ [54]. Ipse agnus, et idem ignis exis-

Δ'. Τοιγαροῦν πάντα τὰ ἔθνη, κροτήσατε χεῖρας· πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς, δεῦτε, καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ· πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν Κύριον· πᾶσα ἡ γῆ (2) προσκυνησάτω· πᾶσα γλῶσσα ᾀσάτω· πᾶσα ψαλλέτω· πᾶσα δοξολογησάτω παιδίον Θεὸν, τεσσαρακονθήμερον, καὶ προαιώνιον· παιδίον μικρὸν, καὶ Παλαιὸν τῶν ἡμερῶν· παιδίον θηλάζον, καὶ τῶν αἰώνων ποιητήν. Βρέφος βλεπω, καὶ Θεόν μου γνωρίζω· βρέφος θηλάζον, καὶ τὸν κόσμον (3) διατρέφον· βρέφος κλαυθμυρίζον, καὶ κόσμῳ ζωὴν καὶ χαρὰν χαριζόμενον· βρέφος σπαργανούμενον, καὶ τῶν σπαργάνων με τῆς ἁμαρτίας λυτροῦμενον· βρέφος ἐν ἀγκάλαις μητρὸς, μετὰ σαρκὸς ἀληθῶς, ἀνελλιπῶς, ἐπὶ γῆς· τὸν αὐτὸν καὶ ἐν κόλποις τοῦ Πατρὸς, ἀληθῶς καὶ ἀνελλιπῶς ἐν οὐρανοῖς.

Ε'. Βρέφος βλεπω ἐκ Βηθλεὲμ (4) εἰς Ἱερουσαλὴμ εἰσερχόμενον, καὶ τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ οὐδαμῶς χωριζόμενον. Βρέφος βλεπω νομικῶς τῷ ναῷ θυσίαν προσάγον ἐπὶ γῆς· ἀλλ' αὐτὸ τὰς πάντων εὐσεβεῖς θυσίας δεχόμενον ἐν οὐρανοῖς· αὐτὸν ἐν ἀγκάλαις τοῦ πρεσβύτου οἰκονομικῶς, καὶ αὐτὸν ἐν θρόνοις χερουβικοῖς θεοπρεπῶς· αὐτὸν προσφερόμενον καὶ ἁγιζόμενον, καὶ αὐτὸν τὰ πάντα ἁγίζοντα καὶ καθαίροντα. Αὐτὸς τὸ δῶρον, καὶ αὐτὸς ὁ ναὸς ὢν (5)· αὐτὸς ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ αὐτὸς τὸ θυσιαστήριον· αὐτὸς τὸ ἱλαστήριον (6). Καὶ αὐτὸς ὁ προσφερων, καὶ αὐτὸς ὁ ὑπὲρ κόσμου θυσία προσφερόμενος, καὶ αὐτὸς τὰ ξύλα (7) τῆς ζωῆς καὶ τῆς γνώσεως. Αὐτὸς ὁ ἀμνὸς, καὶ αὐτὸς τὸ πῦρ ὑπάρχων· αὐτὸς ἡ ὁλοκαύτωσις

[47] Psal. XLVI, 2. [48] Psal. LXV, 5. [49] Psal. CL, 6. [50] Psal. LXV, 4. [51] Dan. VII, 9. [52] Hebr. I, 2. [53] Psal. LXXIX, 2. [54] Gen. II, 9.

(1) *Qui... sanctificetur*, ἁγιζόμενον. Ex verbis sequentibus. ἁγίζοντα καὶ καθαίροντα, *sanctificatio hæc purificatio est.* Christum igitur dicit purificatum: quod minime mirum videri debet, eum apud Lucam legerit infra num. 6, *Postquam impleti sunt dies purgationis eorum*, καθαρισμοῦ αὐτῶν· ubi legimus *purgationis ejus*, καθαρισμοῦ αὐτῆς, id est *Mariæ*. Communis et pervulgata fuit apud veteres ea lectio: unde admiratio apud Patres, et quæstio quo sensu Christus purificatus esse dicatur. Vide Origenem, homil. 8 *in Levit.*, et hom. 14 *in Luc.*; Eustathius Antiochenus ad calcem dialogi 2 Theodoreti, p. 91, ait de Christo, κατὰ τὰς τῶν πρωτοτόκων ἀξίας καθαρισθείς, « secundum jura primogenitorum « purificatus. » Naz., carm. 8, *Arc.*, pag. 174, Christi mysteria ex ordine recensens, dum ad Purificationem venit, ait, καθήρατο δ' εἵνεκ' ἐμεῖο, « propter me « purificatus est. » Quæ verba non intellexit interpres, ad baptismum referens, cujus postea suo ordine subsequitur mentio. Hic autem agitur de legali cæremonia; subdit enim:

Καὶ γὰρ πάνθ' ὑπέδεκτο, νομῳ θρεπτήρια τίννων,
Ἢ καὶ γαζομένῳ πεμπτήρια.

« Namque omnia sustinuit, legi nutricationis præmia persolvens,
« Aut eidem abeunti parentalia. »

Maximus Taurin., hom. 1 « De grat. baptismi: Offer« tur pro eo purgationis holocaustum... qui omnium « hominum sordes purgaturus advenit. » Eo redit Patrum responsio. Christum legali cæremonia purificatum sacramento tenus, quemadmodum circumcisionis et baptismi sacramenta, quæ in cæteris peccati sunt indicia ac purgatio, suscepit. Nihilo certe magis Christum purificatum dicere vereri debemus, quam Mariam matrem ejus, quod tamen quotidiano sermone frequentamus: cum nihil amplius illa, quod ad partum Christi pertinet, purgandum habuerit quam ipse Christus.

(2) Πᾶσα ἡ γῆ. Reg. 1, Colb. et Bodl., πᾶσα πνοή. Reg. 2, nec ἡ γῆ, nec πνοή agnoscit. Post, loco πᾶσα ψαλάτω, Reg. 1, Colb. et Sifan. habent, πᾶσα ᾀσάτω καὶ ψαλάτω. Loco πᾶσα ante δοξολογησάτω, Reg. 1, Bodl., Colb., Sifan. habent, καί.

(3) Τὸν κόσμον. Articulum ascripsimus ex Colb., Reg. et Sifano.

(4) Ἐκ Βηθλεὲμ. Ita nos ex Colb. et Coisl. 2, loco ἐν Βηθλεὲμ. Verba, βρεφος βλεπω, et sequentia, citantur a Dositheo Hierosolymitano sub nomine Cyrilli nostri, Euchiridii p. 351, cum aliquot varietatibus. Loco τῷ ναῷ, Reg. τὸν ἄνω, absque θυσίαν· Bobl., τὴν ἄνω θυσίαν. Ambo et Dositheus προάγοντα scriptum habent. Post, loco αὐτόν, scripsimus, αὐτό, ex Reg. 1 et Coisl.

(5) Αὐτὸς ὁ ναὸς ὤν. Hæc desunt apud Doroth. in Sifan., Reg. 1. Bodl. et Colb., in quo tamen habetur eorum loco, τὸ δῶρον ὤν.

(6) Αὐτὸς τὸ ἱλαστήριον. Hæc in cod. Colb. desunt. Post hæc verba, Combefisius addidit de suo, καὶ αὐτὸς ὁ πρεσβεύων, *ac ipse intercessor*, ut sibi mutuo responderent antitheses auctori quæsitæ. Ea non existimavimus in textu relinquenda: tantum particulam καὶ ex codd. Coisl. addidimus, qua phrasis ex bimembri fit trimembris. Cæterum ab his verbis usque ad præsentis numeri finem magna est codicum mss. in collocandis sequentibus verbis varietas, quam hic exhibere nihil attinet, cum transpositiones meræ sint, nihil sensum immutantes.

(7) Τὰ ξύλα. Ita reposuimus, loco τὸ ξύλον, ex codd. Reg. 1, Colb., Sifano et Doroth. Alludit auctor ad ligna ab Isaaco in sacrificii usum gestata-

καὶ αὐτὸς ἡ μάχαιρα τοῦ Πνεύματος· αὐτὸς ὁ ποιμὴν, καὶ αὐτὸς τὸ ἀρνίον· αὐτὸς ὁ θύτης, καὶ αὐτὸς ὁ θυόμενος· αὐτὸς ὁ ἀναφερόμενος, καὶ αὐτὸς ὁ τὴν θυσίαν δεχόμενος· αὐτὸς ὁ νόμος, καὶ αὐτὸς ὁ νῦν ὑπὸ νόμον γινόμενος.

ζ'. Ἀλλὰ γὰρ φέρε λοιπὸν, τὰ περὶ (1) τῆς ἡμέρας ἐκ τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων ἀκούσωμεν. Φησὶ γὰρ περὶ Χριστοῦ ὁ θαυμάσιος Λουκᾶς, ὅτι Ὅτε ἐπλη-ρώθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν, κατὰ τὸν νόμον Μωϋσέως, ἀνήγαγον τὸν Ἰησοῦν εἰς Ἱερουσαλὴμ, τοῦ παραστῆσαι αὐτὸν τῷ Κυρίῳ, καθὼς γέγραπται ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου. Ὅτι πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται. Σαμουὴλ μὲν οὖν, καὶ Ἰσαὰκ, ὁμοῦ τε καὶ Ἰακὼβ, Ἰωσήρ τε, καὶ ἕτεροι οἱ ἐκ στειρώσεως (2) παρ' ἐλπίδα τεχθέντος, καὶ διανοίξαντες ἀκάρπους μήτρας μητέρων, ἅγιοι τῷ Κυρίῳ ἐκλήθησαν· Χριστὸς δὲ ὁ μόνος ἐκ μόνης (3) (τοῦ μόνου Μονογενὴς) Παρθένου τεχθεὶς, καὶ μὴ διανοίξας πύλας παρθενικὰς, οὐχ Ἅγιος τῷ Κυρίῳ, ἀλλ' Ἅγιος τῶν ἁγίων, καὶ Κύριος τῶν κυρίων, καὶ Θεὸς τῶν θεῶν, καὶ πρωτότοκος τῶν πρωτοτόκων, ἄρχων τε ἀρχόντων, καὶ βασιλεὺς βασιλευόντων, καὶ κληθήσεται, καὶ πιστευθήσεται, καὶ προσκυνηθήσεται, καὶ νῦν ἐν τῷ ναῷ ὑπὸ Συμεὼν κηρυχθήσεται.

ζ'. Ἦν γὰρ, φησὶν, ἄνθρωπος ἐν Ἱερουσαλὴμ, ᾧ ὄνομα Συμεών· καὶ ὁ ἄνθρωπος οὗτος δίκαιος, καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἦν ἐν αὐτῷ (4). Καὶ ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, μὴ ἰδεῖν θάνατον, πρὶν ἢ ἰδεῖν τὸν Χριστὸν Κυρίου. Καὶ ἦλθεν ἐν τῷ Πνεύματι εἰς τὸ ἱερόν. Καὶ ἐν τῷ εἰσαγαγεῖν τοὺς γονεῖς τὸ παιδίον Ἰησοῦν, τοῦ ποιῆσαι αὐτοὺς κατὰ τὸ εἰθισμένον τοῦ νόμου περὶ αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ὁ Συμεὼν ἐδέξατο αὐτὸν εἰς τὰς ἀγκάλας αὐτοῦ, καὶ ηὐλόγησε τὸν Θεὸν, καὶ εἶπε· Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου, ἐν εἰρήνῃ· ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου, ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν, φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, καὶ δόξαν λαοῦ σου Ἰσραήλ. —

A stens [55]. Ipse holocaustum, et **364** gladius Spiritus [56]. Ipse pastor, et agnus ipse; idem sacrificus, et sacrificatus ipse; ipse qui offertur, et ipse qui hostiam suscipit. Lex ipse, et idem nunc factus sub lege [57].

VI. Agedum vero, quæ ad præsentem diem spectant ex sacris Evangeliis audiamus. Ait enim de Christo admirabilis Lucas: « Postquam impleti sunt « dies purgationis eorum secundum legem Moysi, « adduxerunt Jesum in Hierusalem, ut sisterent « eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: « Quoniam omne masculinum adaperiens vulvam, « sanctum Domino vocabitur. » Samuel quidem et Isaac, una cum Jacob, Joseph, aliisque qui ex sterilibus præter spem editi sunt, et infecundas matrum B vulvas aperuere, sancti Domino sunt vocati. Christus vero, qui, utpote unius ac solius unigena, solus ex sola virgine natus est, nec virginales portas aperuit; non *Sanctus Domino*, sed *Sanctus sanctorum* et Dominus dominorum [58], et Deus deorum, et primogenitorum primogenitus, et principum princeps, et regnantium rex [59], cum vocabitur, tum credetur et adorabitur, nuncque a Symeone in templo prædicabitur.

VII. *Erat* enim, ait [Scriptura], « homo Hierosoly-« mis, cui nomen Symeon: et homo iste justus, et « Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acce-« perat a Spiritu sancto, non visurum se mortem, « priusquam videret Christum Domini. Et venit in « Spiritu in templum. Et cum inducerent puerum C « Jesum parentes, ut facerent secundum legis con-« suetudinem pro eo, ipse quoque Symeon accepit « eum in ulnas suas, et benedixit Deum, ac dixit: « Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum « verbum tuum, in pace: quia viderunt oculi mei sa-« lutare tuum, quod parasti ante faciem omnium po-« pulorum, lumen ad revelationem gentium, et glori-« am plebis tuæ Israel. — Quis loquetur potentias Do-« mini, auditas faciet omnes laudes ejus » [60]? Qui tellurem universam pugillo continet [61], ulnis senis

[55] Gen. XXII, 6, 7, 9, 10, 13. [56] Ephes VI, 17. [57] Galat. IV, 4. [58] Dan. IX, 24; I Tim. VI, 15. [59] Apoc. XIX, 16. [60] Psal. CV, 2. [61] Isa. XL, 12.

(1) Τὰ περί. Editi, τῶν περί. Secuti sumus scripturam codd. Reg. 2, Colb. et Coisl. utriusque. Regius 1 et Sifanus neutrum habent. In citato Lucæ testimonio, Colb. addit post ὅτι, καὶ ἐγένετο. Omnes mss. et editi codices habent, καταρισμοῦ αὐτῶν, ut passim legere Latini et Græci Patres, quamvis in nostris Græcis exemplaribus habeatur, καταρισμοῦ αὐτῆς. Scripturam illam supponit auctor noster, cum scribit num. præced., αὐτὸν προσφερόμενον καὶ ἁγνιζόμενον. Paulo post, loco εἰς Ἱερουσαλήμ, Regii ambo, Colb. et Coisl. ferunt, ut apud Lucam, εἰς Ἱεροσόλυμα. Post παραστῆσαι addidimus, αὐτόν, ex Reg. 1, Bodl. et Sifano, quamvis apud Lucam non habeatur. Post verba, ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου, habetur in Coisl. 2, plus quam duarum paginarum additamentum: quod cum hujus orationis stylo et elegantia plane alienum sit, ne ad calcem quidem exscribendum duxi.

(2) Ἐκ στειρώσεως. Reg. 2, et Colb., ἐκ στείρας, *ex sterili*. Sifanus, ἐκ στειρῶν, *ex sterilibus feminis*.

D Infra, post μητέρων, loco ἅγιοι, Colb. habet ἅγιον, *sanctum*. Legendum ἅγιοι suadent sequentia. Verba, Παρθένου τελ/θείς, desunt in Reg. 1, Colb. et Bodl.

(3) Ὁ μονος ἐκ μονης, etc. Imitari videtur Naz. orat. 36, pag. 590, μονογενὴς δὲ, ὅτι μονος, ἐκ μόνου, καὶ μόνον, καὶ μονοτρόπως· et orat. 23, p. 421, μόνος καὶ μόνου, καὶ μόνως, καὶ μόνον. Infra, post οὐχ ἅγιος, addit Reg. cod., μόνον, *non sanctus solum Domino*, etc.

(4) Ἐν αὐτῷ. Reg. 1, Colb. et Bodl., ἐπ' αὐτῷ. Lucas, ἐπ' αὐτόν. Loco πρὶν ἢ ἰδεῖν, Reg. 1, Sifanus, et Colb., πρὶν ἴδῃ. Reg. 2, et Coisl., πρὶν ἰδεῖν. Lucas et Cyrillus cat. 17, num. 4, πρὶν ἢ ἴδῃ. Sequentia verba sic habentur in Reg. 1, et Colb., ἦλθεν ἐν τῷ ἱερῷ ἐν τῷ (deest τῷ, Colb.) Πνεύματι. Bodl., ἦλθεν τῷ ἱερῷ ἐν Πνεύματι. Infra, vox ὁ Συμεών ante ἐδέξατο non habetur in Coisl., sicut omittitur in sacro textu. Mox, pro αὐτόν habetur αὐτό in Evangelio. Loco εἰς τὰς ἀγκάλας, Reg. 1, Colb. et Bodl. habent, ἐν ταῖς ἀγκάλαις.

capitur, portaturque is, qui omnia fert verbo potestatis suæ [62].

A Τίς λαλήσει τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου, ἀκουστὰς ποιήσει πάσας τὰς αἰνέσεις αὐτοῦ; Ὁ κατέχων (1) τὴν γῆν πᾶσαν δρακὶ, ἀγκάλαις πρεσβύτου χωρεῖται· καὶ βαστάζεται, ὁ φέρων τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ.

VIII. Exsultet Adam per Symeonem, Christum alloquens in hæc verba : *Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum, in pace.* Nunc absolvis me æternis **365** vinculis ; nunc a corruptione me absolvis ; nunc a morte expedis ; nunc a tristitia liberas, tu Filius ac Deus meus. Quem in templo Symeon ulnis accipiens, novumque susceptæ carnis mysterium gentibus omnibus ac Judæis annuntians, exsultat et gestit ; atque contenta altisonaque voce clamans de ipso dicit : Iste est, qui est, et qui olim erat, ac semper Patri præsens adest : consubstantialis, ejusdem throni et gloriæ particeps, eadem potentia, pari virtute, B omnipotens, sine initio, increatus, immutabilis, incircumscriptus, invisibilis, ineffabilis, incomprehensus, incontrectabilis, cogitatu major, nullis conjecturis æstimandus.

Η'. Ἀγαλλιάσθω ὁ Ἀδὰμ, διὰ Συμεὼν πρὸς Χριστὸν λέγων· Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου, ἐν εἰρήνῃ (2)· νῦν ἀπολύεις με τῶν αἰωνίων δεσμῶν· νῦν ἀπολύεις με τῆς φθορᾶς· νῦν ἀπολύεις με τοῦ θανάτου· νῦν ἀπολύεις με τῆς λύπης, ὁ ἐμὸς Υἱὸς καὶ Θεός. Ὃν ἐν τῷ ναῷ Συμεὼν ἐναγκαλιζόμενος, καὶ τὸ ξένον τῆς οἰκονομίας μυστήριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσι (3) καὶ Ἰουδαίοις εὐαγγελιζόμενος, σκιρτᾷ καὶ ἀγαλλιᾷ· καὶ λαμπρᾷ, καὶ διαπρυσίῳ φωνῇ περὶ αὐτοῦ ἀνακέκραγε, λέγων· Οὗτός ἐστιν ὁ ὤν, καὶ προὼν, καὶ ἀεὶ τῷ Πατρὶ συμπαρών· ὁμοούσιος, ὁμόθρονος, ὁμόδοξος, ὁμοδύναμος, ἰσοδύναμος, παντοδύναμος (4), ἄναρχος, ἄκτιστος, ἀναλλοίωτος, ἀπερίγραπτος, ἀόρατος, ἄῤῥητος, ἀκατάληπτος, ἀψηλάφητος, ἀκατανόητος, ἀτέκμαρτος.

IX. Hic est paternæ gloriæ splendor [63] ; hic character [et norma] constitutionis rerum omnium. Hic luminum lumen e paterno sinu oriens ; hic Deus deorum [64], qui ex Deo Deus agnoscitur. Hic fons vitæ [65], ex fonte, Patris videlicet vita, progrediens ; hic fluvius Dei ex divina abysso procedens [66], nec vero ab ea separatus. Hic thesaurus paternæ bonitatis ac perennis felicitatis. Hic vitæ aqua [67], quæ etiam mundo vitam largitur. Hic est radius ille increatus, qui ex sole luci anteriore nascitur, nec ab eo dividitur.

Θ'. Οὗτός ἐστι τῆς πατρικῆς δόξης τὸ ἀπαύγασμα· οὗτός ἐστιν ὁ χαρακτὴρ τῆς πάντων συστάσεως (5)· τοῦτο τὸ φῶς τῶν φώτων, ἐκ πατρικῶν ἀνατέλλον (6) τῶν κόλπων· οὗτος ὁ Θεὸς τῶν θεῶν, καὶ ἐκ Θεοῦ Θεὸς γνωριζόμενος· οὗτος ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, ἐκ πηγῆς, τῆς τοῦ Πατρὸς ζωῆς, προερχόμενος· οὗτος ὁ ποταμὸς τοῦ Θεοῦ, ἐξ ἀβύσσου θείας ἐκπορευόμενος, ἀλλ' οὐ χωριζόμενος· οὗτος ὁ θησαυρὸς τῆς ἀγαθότητος τῆς πατρικῆς, καὶ ἀεννάου μακαριότητος. τοῦτο τὸ ὕδωρ τῆς ζωῆς, καὶ τὸ ζωὴν τῷ κόσμῳ χαριζόμενον· οὗτος ἡ ἀκτὶς (7) ἡ ἄκτιστος, ἐκ προφώτου ἡλίου γεννώμενος, ἀλλ' οὐ τεμνόμενος.

C

[62] Hebr. I, 3. [63] ibid. [64] Psal. LXXXIII, 8. [65] Psal. XXXV, 10. [66] Psal. XLV, 3 ; LXIV, 10. [67] Joan. IV, 14.

(1) Ὁ κατέχων. Reg. uterque et Coisl., ὅτι ὁ κατέχων. Colb., ὁ γὰρ κατέχων. In iisd. et Bodl. deest, πᾶσαν.

(2) Ἐν εἰρήνῃ. Præpositionem ἐν addidimus ex Coisl. 2, et loco superiore, ubi integrum evangelistæ textum describit. Paulo post, ex Coisl. scripsimus, με τῆς λύπης, ut in præcedentibus, με τῆς φθορᾶς, με τοῦ θανάτου, loco μου τὴν λύπην. Mox, pro ἐμὸς υἱός, Bodl. et Colb. habent, ἐμὸς Κύριος, *meus Dominus* ; quam lectionem magis probat Millesius, cui non assentior ; nam gaudet hic auctor antithesibus, quæ Filii Dei humilitatem cum magnitudine comparant : hic autem præclara reperitur, ut idem sit D Adami filius, et ejusdem Deus.

(3) Πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. Bodl. et Sifan., omisso πᾶσι, sic habent. τοῖς ἔθνεσιν ἐδήλωσεν· ita ut, καὶ Ἰουδαίοις εὐαγγελισάμενος, alteram phrasim incipiat, nexum cum verbis sequentibus, σκιρτᾷ, etc. Sifanus etiam sic scribit omisso καὶ, Ἰουδαίοις γὰρ εὐαγγελισάμενος, etc.

(4) Παντοδύναμος. Id verbum addidi ex codd. Regiis duobus, Coisl. utroque, Colb., Bodl. et ed. Sifani. Nam auctor videtur omnia ejus generis composita, quæ in Christum cadere poterant, hoc loco acervare voluisse. Coisl. tamen uterque omittit, Ἰσοδύναμος.

(5) Χαρακτὴρ τῆς πάντων συστάσεως. Ita lego ex cod. Coisl. utroque. Verba, τῆς πάντων συστάσεως, desunt in cod. Colb. Editi vero inter χαρακτὴρ et τῆς πάντων intersertam habent vocem τῆς ὑποστάσεως, ut sit sensus, *character substantiæ rerum omnium consistentium*. Hanc eliminavimus, primum quia inutilis est, cum sufficiat vox subjecta συστάσεως· secundo, ὑποστασις ὑποστάσεως, informis est dicendi ratio ; atque in hoc loco tria genitiva simul congesta, non satis cæterarum hujus orationis partium elegantiæ respondere videntur ; tertio, hæc vox, Χαρακτὴρ ὑποστάσεως, hic ad res creatas accommodata, ita a sancto Paulo, Hebr. I, 3, ad divinam substantiam et paternam hypostasim applicatur et determinatur, ut non facile reperias qui ea voce ad creaturas deflexa abusi esse videantur ; quarto tandem, videtur mihi aut vox ὑποστάσεως a librariis voci χαρακτὴρ adjuncta, propter solemne Apostoli testimonium in quo conjunguntur ; aut ab eis deformata vera auctoris lectio, χαρακτὴρ ὑποστάσεως τῆς πάντα συστάσης, *character substantiæ quæ universa consistere fecit* : eaque scriptura plane scopo et verbis auctoris congruit ; qui num. seq. ait, λογῳ μονῳ τὰ πάντα συστησάμενος.

(6) Ἀνατέλλον. Melior hæc codd. Regiorum et Coisl. scriptura, quam editorum, ἀνατέλλων. Loco horum verborum, οὗτος ὁ Θεὸς τῶν θεῶν, Bodl., οὗτος πρὸς τὸν Θεὸν, *hic apud Deum*. Pro ἐκ πηγῆς, etc., Sifanus et Colb., ἐκ πηγῆς τοῦ Πατρὸς ζωὴ προερχομενος (Colb., προσερχομενος), *ex fonte Patris vita procedens*.

(7) Οὗτος ἡ ἀκτίς, etc. Colb. omittit vocem ἡ ἀκτίς. Præpositionem ἐκ, adjecimus ex codd. Reg. duobus, Colb. Coisl., utroque, Bodl. et Sifano. Loco

Ι'. Οὗτός ἐστιν, ὁ, ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι, Θεὸς Λόγος λόγῳ μόνῳ τὰ πάντα συστησάμενος· οὗτός ἐστιν ὁ ἑωσφόρος, πρὸ ἑωσφόρου τὰς ἀσωμάτους διακοσμησας δυνάμεις τῶν οὐρανίων, ἀσωμάτων (1), ἀοράτων στρατευμάτων καὶ ταγμάτων· οὗτός ἐστιν ὁ τανύσας τὸν οὐρανὸν μόνος, καὶ περιπατῶν ἐπὶ θαλάσσης ὡς ἐπὶ ἐδάφους· οὗτός ἐστιν ὁ ὁμίχλῃ σπαργανώσας τὴν ἄβυσσον· οὗτός ἐστιν ὁ στερεώσας τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων· οὗτός ἐστιν ὁ ψάμμῳ περιτειχίσας τὴν θάλασσαν οὗτός ἐστιν ὁ διορίσας τὸ φῶς ἀπὸ τοῦ σκότους· οὗτός ἐστιν ὁ τὴν κυκλικὴν τῶν ἀστέρων συντάξας διακόσμησιν· οὗτός ἐστιν ὁ πάντα, τὸν ὁρώμενον (2) καὶ νοούμενον, κόσμον ἐν σοφίᾳ συστησάμενος· οὗτός ἐστιν, ὁ χερσὶν ἀχειροπκάστοις ἐκ πηλοῦ διαπλάσας καὶ μορφώσας τὸν ἄνθρωπον· οὗτός, ἐστιν ὁ κατ' εἰκόνα Θεοῦ δημιουργήσας ἡμᾶς, καὶ νῦν αὐτὸς κατ' εἰκόνα τὴν ἡμετέραν γενόμενος ἄνθρωπος. Ἄνθρωπος, ἀλλὰ μὴν καὶ Θεὸς ὁ αὐτός· ἄνθρωπος τὸ ὁρώμενον, ὅλος ὡς κἀγὼ αὐτός μετὰ τῶν ἐμῶν ἵνα με καθαρίσας σώσῃ· Θεὸς, τὸ νοούμενον, τέλειος ἐκ τελείου (3) Πατρὸς τὴν οὐσίαν ἔχων. Ὢς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων δεσποτικῇ νῦν τὴν ἐμὴν μορφὴν ἔλαβε τὴν δουλικήν· οὐ μειώσας τῆς θεότητος τὸ ἀξίωμα, ἀλλ' ἁγιάσας τῆς ἐμῆς φύσεως τὸ φύραμα· ἄνω ὅλος, καὶ κάτω ὅλος ὁ αὐτὸς γνωριζόμενος· ἄνω γεννηθεὶς ἀχρόνως, καὶ κάτω ἀσπόρως· τῶν ἄνω ποιητὴς ὡς Θεὸς (4), καὶ κάτω ποίημα ὡς ἄνθρωπος.

X. Hic est Deus Verbum [68], qui verbo solo omnia ex non extantibus ut essent fecit: hic est lucifer [69], qui ante luciferum incorporales cœlestium incorporeorum, invisibiliumque exercituum et ordinum potestates distinxit; hic est qui extendit cœlum solus, ac supra mare ambulat velut supra solum [70]; hic est qui abyssum nube fasciæ instar obvolvit [71]: hic est qui firmavit terram super aquas [72] quique arena tanquam muro mare circumvallavit [73]; hic est qui divisit lucem a tenebris [74], quique orbiculatum siderum ornamentum cœlo collocavit; hic est qui universum cum visibilem, tum intelligibilem mundum in sapientia constituit; hic est qui manibus non manufactis hominem ex luto finxit et informavit [75]; hic est qui ad imaginem Dei nos condidit; nuncque ipse ad imaginem nostram factus est homo: homo, inquam, verum idem etiam Deus. Homo, quantum ad id quod cernitur: totus qualis et ego ipse cum iis quæ mea sunt, ut me emundans **366** salvum efficiat: Deus, quantum ad id quod sola cogitatione intelligi potest, perfectus ex perfecto Patre essentiam habens. Qui cum in herili Dei forma esset, nunc servilem meam formam assumpsit [76]; non divinitatis dignitatem diminuens, sed meæ naturæ massam sanctificans; qui in superis totus, idemque totus in his inferis locis agnoscitur: sursum natus sine tempore, ac deorsum absque virili satu: superorum factor, uti Deus: et in inferis hisce partibus creatura, ut homo.

ΙΑ'. Ἀκούσατε ταῦτα, πάντα τὰ ἔθνη· ἄκουε, Ἰσραὴλ (5)· Κύριος ὁ Θεός σου, οὗτός ἐστιν ὃν ἐγὼ ὁ σὸς ἱερεὺς Συμεὼν ἐν ἀγκάλαις βαστάζων μεγάλῃ κηρύττω τῇ φωνῇ, τῷ λαῷ ἐν τῷ ναῷ διαμαρτυρόμενον. Διὸ προσέχετε, λαός μου, τὸν λόγον μου (6)· κλίνατε τὸ οὖς ὑμῶν εἰς τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου. Τοῦτο τὸ παιδίον ἐστὶ, περὶ οὗ Ἰσαΐας προεκήρυξε, λέγων, ὅτι, Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν· καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς (τῆς τοῦ Πατρὸς) (7) ἄγγελος· θαυμαστός,

XI. *Andite hæc, omnes gentes* [77]: audi, Israel: Dominus Deus tuus, hic est quem tuus ego sacerdos Symeon in ulnis gestans, populum in templo contestans, magna voce prædico. Idcirco *attende, populo meus, sermonem meum: inclinate aurem vestram in verba oris mei* [78]. Hic ille puer est, de quo Isaias prænuntiavit dicens: *Puer natus est nobis, filius et datus est nobis: et vocatur nomen ejus magni consilii* (Patris videlicet consilii) *angelus; admirabilis, consiliarius, Deus fortis, potestatem exer-*

[68] Joan. I, 1. [69] Job XXXVIII, 7. [70] Job IX, 8. [71] Job XXXVIII, 10, 11. [72] Gen. I, 5, [73] Gen. II, 7. [74] Job XXXVIII, 9. [75] Psal. CXXXV, 6. [76] Philipp. II, 6, 7. [77] Psal. XLVIII, 2. [78] Psal. LXXVII, 1.

informis vocis τατροφώτου, ex Colb. et Coisl. substituimus, προφώτου· quam librarii, compendiosæ notæ πρό, vice πατρό, assueti, deformaverant. In Coisl. 2, est προφώτου cum abbreviante nota.

(1) Ἀσωμάτων. Ea, vox, propter superius positam ἀσωματους δυνάμεις plane redundans, abest a codd. Colb. et Bodl.

(2) Τὸν ὁρώμενον, etc. Coisl., τῶν ὁρωμένων, καὶ τῶν νοουμένων,

(3) Ἐκ τελείου. Præpos. ἐκ adjeci ex codd. Colb., Bodl. et Sifan.

(4) Ὡς Θεὸς. Hæc verba et mox consequentia, ὡς ἄνθρωπος, desunt in Sifan. et codd. Bodl. et Colb. quorum postremus habet τὸ δέ, loco καί ante κάτω

(5) Ἰσραὴλ. Colb., Ἰαρουσαλὴμ. Mox. loco ὃν ἐγὼ ὁ σὸς ἱερεὺς Συμεὼν ... κηρύττω, habet, ὃν ὁ Συμεὼν ... κηρύττει. At præferenda lectio recepta, in qua Symeon continuat orationem jam a medio numero præcedenti inchoatam his verbis, οὗτός ἐστιν, etc. Cavere forsan voluit vel librarius, vel emendator, ne Symeoni seni sacerdotii dignitas tribueretur. Hanc vero multorum opinionem fuisse testis est Photius qui in Amphilochis quæstionibus mss., quæst. 186, eam refellit aiens: Οὐκ ἦν ἱερεὺς Συμεὼν, τῶν δὲ ἱερέων ταῖς ἀρεταῖς πολλὰ προεῖχεν· *Non erat sacerdos Symeon, tametsi sacerdotibus virtutum merito multo præcelleret*. Proclus CP. orat. IV *im Nat. Dom.* Combef. *Auct.* I, pag. 337, Symeonem sacerdotum numero accenset, dum jubet ut mulieres Martham offerant, viduæ Annam, steriles Elizabetam, virgines Mariam, sacerdotes Symeonem: οἱ ἱερεῖς τὸν Συμεῶνα. Non absimilis est hæc homilia stylo Proclianis; pseudo-Damascenus quoque orat. II *in Annuntiat.*, tom. II. p. 837, ait: Ὁ πολιοφανὴς ἱερεὺς Συμεών.

(6) Τὸν λόγον μου. Regius 2, τοῖς λόγοις μου. Coisl., τῷ λόγῳ μου. Reg. 1 et Colb., τὸν νόμον μου τῶν λόγων, *legem meam verborum*. Est in psalmo, τὸν νόμον μου.

(7) Τῆς τοῦ Πατρός. Ea verba, Scripturæ vocibus commentarii vice ab auctore attexta, desunt in

cens (o Israel), *princeps pacis, pater futuri sæculi* [79]. Si igitur *Deus fortis* hic puer est, de illo nimirum a Davide dictum est: *Videbitur Deus deorum in Sion* [80]. De hoc puero clamat Jeremias [Baruch]: *Deus in terra visus est, et cum hominibus conversatus est* [81].

XII. Hic ille puer est, qui olim Israeli mare discidit, et Pharaonem demersit [82]: qui legem Israelitis dedit [83], ac manna pluit [84], et ignis columna Hebræorum generi viam commonstravit [85]: qui petram disrupit [86], ac rubum roscida flamma ardentem servavit incombustum [87]. Hic puer Moysen quadraginta annos natum Ægyptiaci populi occisorem fecit [88]: eumdemque per annos quadraginta pastorem ovium constituit [89]; quadraginta-que itidem annis Israelitico populo viæ ducem præfecit; tolerandique quadraginta dierum jejunii potentem effecit [90]: quemadmodum ipse puer post baptisma quadraginta dies jejunavit [91]: ac post totidem a resurrectione ex mortuis dies, in supernam Hierusalem ascendit [92], **367** demumque post quadraginta a nativitate ex Virgine dies, nunc terrenam Hierusalem ingressus est.

XIII. De hoc puero Ambacum præsignificavit his verbis: *Deus a Thæman veniet* [93], hoc est ab austro; nam ab austro Hierosolymæ ex Bethlehem nunc in Sionem intravit. Propter hunc puerum vobis Moyses contestatus est dicens: *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus ex fratribus vestris: et quicunque ipsum non audierit, exterminabitur anima ejus* [94]. De eodem puero propheta David orabat in hæc verba: *Qui sedes super cherubim, appare. Excita potentiam tuam, et veni ut salvos nos facias* [95]; iterumque: *Cito anticipent nos misericordiæ tuæ, Domine* [96]; ac rursum: *Domine, inclina cælos tuos, et descende* [97]; et alias: *Tu, Domine,*

A σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς (ὡς Ἰσραὴλ), ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Εἰ οὖν Θεὸς ἰσχυρὸς τοῦτο τὸ παιδίον, περὶ αὐτοῦ δηλονότι (1) εἴρηκε Δαβίδ· Ὀφθήσεται ὁ Θεὸς τῶν θεῶν ἐν Σιών. Περὶ τούτου τοῦ (2) παιδίου Ἱερεμίας βοᾷ, ὅτι Ὁ Θεὸς ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη.

ΙΒ'. Τοῦτο τὸ παιδίον ἐστὶν, ὁ πάλαι τῷ Ἰσραὴλ τὴν θάλασσαν διαῤῥήξας (3), καὶ τὸν Φαραὼ βυθίσας· καὶ τὸν νόμον δοὺς τοῖς Ἰσραηλίταις, καὶ τὸ μάννα ἐπομβρίσας, καὶ στύλῳ πυρὸς τὸ γένος τῶν Ἑβραίων ὁδηγήσας, καὶ πέτραν ῥήξας, καὶ βάτον πυροδρόσου φλογὸς ἄφλεκτον φυλάξας. Τοῦτο τὸ παιδίον, τεσσαρακονταετῆ (4) φονευτὴν Μωσέα τοῦ Αἰγυπτίου λαοῦ πεποίηκε, καὶ τεσσαράκοντα ἔτη ποιμένα προβάτων ἀνέδειξε, καὶ τεσσαράκοντα ἔτη ὁδηγὸν τῷ Ἰσραὴλ κατέστησε, καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας νηστεῦσαι ἐνεδυνάμωσεν· ὡς καὶ αὐτὸ (5) τὸ παιδίον μετὰ τὸ βάπτισμα, τεσσαράκοντα ἡμέρας ἐνήστευσε, καὶ μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἀνελήλυθε, καὶ μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας τῆς ἐκ Παρθένου γεννήσεως, νῦν εἰς τὴν ἐπίγειον Ἱερουσαλὴμ εἰσελήλυθε

ΙΓ'. Περὶ τούτου τοῦ παιδίου Ἀμβακοὺμ προεκήρυξε, λέγων. Ὁ Θεὸς ἀπὸ Θαιμὰν ἥξει, τουτέστιν, ἐκ τοῦ νότου· ἐκ νότου γὰρ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἐν Βηθλεὲμ νῦν ἐν Σιὼν εἰσελήλυθε. Διὰ τοῦτο τὸ παιδίον Μωϋσῆς ὑμῖν διεμαρτύρετο, λέγων, ὅτι Προφήτην (6) ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν· καὶ πᾶς ὁ μὴ ἀκούων αὐτοῦ, ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. Περὶ τοῦτου τοῦ παιδίου ὁ προφήτης Δαβὶδ ᾄδετο, λέγων· Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβὶμ, ἐμφάνηθι· ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς· καὶ πάλιν· Ταχὺ προκαταλαμβανέτωσαν ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου, Κύριε· καὶ πάλιν· Κύριε,

[79] Isa. IX. 6. [80] Psal. LXXXIII, 8. [81] Baruch. III, 38. [82] Exod. X, V, 21-29. [83] Exod. XX, sqq. [84] Exod. XVI, 15. [85] Exod. XIII, 21, 22. [86] Num. XX, 8, [87] Exod. III, 2. [88] Exod. II, 11. [89] Exod. III, 1. [90] Exod. XXIV, 18. [91] Matth. IV, 2. [92] Act. I, 3, sqq. [93] Habac. III, 3. [94] Deut. XVIII, 15, 18, 19; Act. III, 22. [95] Psal. LXXIX, 2, 3, [96] Psal. LXXVIII, 8. [97] Psal. CXLIII, 5.

Colb. et Coisl. Sumpsit ex Naz. hom. 38, p. 613 C. καλεῖται τὸ ὄνεμα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς (τῆς τοῦ Πατρός) ἄγγελος. Loco ὦ Ἰσραήλ, quod deest etiam in Sifano, habetur in Bodl. et Colb. codicibus, ἐξουσιαστής, *potestate utens*; quæ vox a me in textum immissa, una cum aliis reperitur apud LXX, in Ald. et Compl. edit., et in cod. Alexandrino: tametsi in sinceriori eorumdem editione Vaticana nullus alius titulus habeatur, præter quam *magni consilii angelus*: Hieronymusque censet LXX interpretes certo consilio ea nomina suppressisse. Attamen lecta sunt passim a Patribus, Irenæo, Eusebio, etc. Cæterum Cyrillus non videtur hæc verba in Isaia legisse, cum eis nunquam utatur, quamvis occasionem habuerit cat. 11. num. 15; et cat. 12, num. 24.

(1) Δηλονότι. Ita nos ex codd. Coisl. In editis habetur solummodo δῆλον.

(2) Τοῦ. Addidimus de nostro. EDIT.

(3) Διαῤῥήξας. Hoc et sequentia participia, Colb. et Sif. neutro genere scripta habent, τὸ διαῤῥῆξαν, βυθίσαν, etc. Infra loco πυροδρόσου φλογός, Regii ambo, Colb. et Sifanus in accusandi casu, πυρόδροσον (Colb., πυρένδροσον, Sifan., πυρίδροσον) φλόγα. Coisl. duo, πυρίδροσον φλογί, omnium nostra sententia rectissime.

(4) Τεσσαρακονταετῆ, etc. Deest hoc membrum in Sifano, qui Moysis nomen consequenter in sequente membro scribit, sed ita Μωσῆν non Μωσέα Vox λαοῦ deest in Colb., et revera Ægyptii unius viri, non autem populi interfector tunc fuit Moses; sed illa viri Ægyptii cedes argumentum et signum erat a Deo datum de futura populi internecione, per Moysen olim procuranda, Act. VII, 25.

(5) Ὡς καὶ αὐτό, etc. Colb., ὥστε αὐτὸ τὸ παιδίον τεσσαράκοντα ἡμέρας βαπτισθὲν νενηστευκέναι, similiter in consequentibus habet, ἀνελῆλυθέναι, et εἰσεληλυθέναι. Sed ibi mire turbata est hujus codicis lectio, ita ut loco ἡμέρας tertii, quod infra legitur, scriptum ferat ἔτη *annos* pro *diebus*. Pro ἀναστάσεως, Sifanus legit, ut Bodl. etiam codex habet, ἀναγεννήσεως.

(6) Προφήτην, etc. Citat auctor verba Mosis, non ut habentur in Deuteronomio, sed ut ea Petrus commemorat Act. III, 22, quanquam etiam paulo liberius. Loco ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, habet Sifanus, ἐκ γῆς ζώντων, quæ neque in Deuteronomio, neque in Actis ad præsentem locum habentur.

κλῖνον (1) τους οὐρανούς σου, καὶ κατάβηθι· καὶ ἄλλως· Σὺ Κύριε, ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, πρόσχες τοῦ ἐπισκέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη. Διὸ γνῶτε, ἔθνη, καὶ ἡττᾶσθε.

ΙΑ'. Ἴδετε, Ἰουδαῖοι, καὶ πείσθητε, ὅτι τοῦτο τὸ παιδίον ὑμνοῦσιν ἄγγελοι· τούτῳ προσκυνοῦσιν ἀρχάγγελοι (2)· τοῦτο τρέμουσιν ἐξουσίαι· τοῦτο δοξάζουσι δυνάμεις· τούτῳ δουλεύουσι τὰ χερουβίμ· τοῦτο θεολογεῖ τὰ σεραφίμ. Τούτῳ δουλεύει ὁ ἥλιος· τούτῳ λειτουργεῖ σελήνη· τούτῳ ὑπακούει τὰ στοιχεῖα· τούτῳ ὑποτάσσονται αἱ πηγαί. Τοῦτο τὸ παιδίον ἰδοῦσαι πύλαι ᾅδου συνετρίβησαν· πύλαι δὲ οὐράνιοι ἀνεπετάσθησαν, καὶ ᾅδης ἰδὼν ἐτρόμαξε. Τοῦτο τὸ παιδίον θάνατον κατήργησε, τὸν διάβολον ἴσχυνε, τὴν κατάραν ἔλυσε, τὴν λύπην κατέπαυσε, τὸν ὄφιν συνέτριψε, τὸ μεσότοιχον διέκοψε, τὸ πονηρὸν χειρόγραφον τῶν ἁμαρτιῶν διέῤῥηξε, τὴν ἁμαρτίαν ἐπάτησε, τὴν πλάνην κατέλυσε, τὴν κτίσιν ἀνέστησε. Τοῦτο τὸ παιδίον τὸν Ἀδὰμ διέσωσε, τὴν Εὔαν ἀνέπλασε, τὰ ἔθνη ἐκάλεσε, τὸν κόσμον ἐφώτισε.

ΙΕ'. Διὸ δεῦτε καὶ ὑμεῖς, φιλόχριστοι καὶ φιλόθεοι (3)· τῇ σοῦ Κυρίου καὶ Δεσπότου ὑπαντῇ φαιδροὶ πάντες καὶ καθαροὶ ὑπαντήσωμεν· μὴ νομικῶς, ἀλλὰ πνευματικῶς· μὴ γαστρὶ τρυφῶντες, ἀλλὰ πνεύματι σκιρτῶντες· μὴ οἴνῳ μεθύοντες, ἀλλὰ τῷ πνεύματι ζέοντες. Οὕτως σήμερον (4) φαιδροὶ φαιδρῶς τὰς λαμπάδας κοσμήσωμεν· οὕτως, ὡς υἱοὶ φωτὸς, τοὺς κηροὺς τῷ φωτὶ τῷ ἀληθινῷ Χριστῷ προσαγάγωμεν· διότι φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν τῷ κόσμῳ ἐπέφατε. Διὸ ὡς φῶτα ἐκ φωτὸς (5), ὑπὲρ χιόνα ἀναλάμψωμεν, ὑπὲρ γάλα τυρωθέντες, ὑπὲρ λίθον σάπφειρον αὐγασθέντες· ὑπὲρ περιστερὰς ἀσπίλους εἰς οὐρανοὺς ἀναπτάντες, οὕτως ἐν νεφέλαις εἰς Θεοῦ ὑπάντησιν ἐξέλθωμεν.

Ις'. Ἅπαντες σήμερον (6), καὶ διὰ παντὸς τὰ

Deus virtutum, intende ad visitandas omnes gentes [98]. Idcirco *intelligite, gentes, ac vincimini* [99].

XIV. Videte, Judæi, ac persuasum vobis sit, hunc puerum ab angelis laudari, illum adorari ab archangelis ; eum potestates tremere, glorificare virtutes ; ei servire cherubim, ejus deitatem prædicare seraphim. Huic sol inservit, illi ministrat luna, ei obediunt elementa, ac fontes subjiciuntur. Eum puerum cum vidissent inferni januæ, contritæ sunt, cœlestes vero apertæ ; vidensque infernus contremuit [1]. Ilic puer mortem abolevit, diabolum confudit, maledictionem dissolvit, tristitiæ finem attulit, serpentem contrivit [2], medium parietem perfregit [3], infestum peccatorum chirographum discidit [4], peccatum conculcavit, errorem destruxit, creaturam reparavit. Hic puer Adamo salutem dedit, Evam reformavit, gentes vocavit, mundum illuminavit.

XV. Idcirco venite et vos, Christi et Dei amatores. In Domini ac heri nostri occursum splendidi omnes ac puri occurramus, non legali ritu, sed spiritali paratu : non ventris voluptatibus indulgentes, sed spiritu exsultantes ; non inebriati vino, sed spiritu ferventes [5]. Sic hodie nitidi nitide lampades perornemus : sic tanquam lucis filii [6], cereos Christo vero lumini afferamus ; siquidem ille *lumen ad revelationem gentium* mundo apparuit [7]. Propterea tanquam lumina de lumine, nive splendidius **368** fulgeamus ; lacte coagulatiores, lapide sapphiro lucidiores [8] : incontaminatis columbis pernicius in cœlos avolantes [9], sic in nubibus in occursum Domini exeamus.

XVI. Omnes cum hodie, tum semper, quæ hujus

[98] Psal. LVIII, 6. [99] Isa. VIII, 9. [1] Job. XXXVIII, 17. [2] Gen. III, 15. [3] Ephes. II, 14. [4] Coloss. II, 14. [5] Rom. XII, 11. [6] Joan. XII, 36. [7] Luc. II, 32. [8] Thren. IV, 7. [9] Isa. LX, 8.

(1) Κύριε, κλῖνον. Eum locum Psalmorum Regii ambo, Colb. et Coisl. duo ponunt ante præcedentem, τρχὺ προκαταλαμβ. Loco καὶ ἄλλως, Regii ambo et Coisl., καὶ πάλιν, *et iterum* ; male Bodl. et Colb., καὶ ἄλλος, *et alius*, cum ex eodem propheta sit testimonium.

(2) Ἀρχάγγελοι. Regius uterque, Coisl. et Mazarin., ἀρχαί, *principatus*. Pro τρέμουσιν, Colb., habet, προπέμπουσιν, *præmittunt*, vel *eumtem sequuntur*. Post, loco δουλεύει, Colb., προσκυνεῖ καὶ ὑπακούει, *eum sol adorat, eique obedit*.

(3) Δεῦτε καὶ ὑμεῖς, φιλόχριστοι καὶ φιλόθεοι. Hæc desunt in utroque Reg., Coisl. duob. et Colb., qui etiam omittit verba, τοῦ Κυρίου καί. Loco φαιδροί, memorati codices omnes, excepto Colb., habent, φαιδρῶς. Colb. omittit, καὶ καθαροί. Idem, pro γαστρὶ τρυφῶντες, habet, γαστροτρυφῶντες. Hæc et sequentia expressit auctor ex Greg. Naz. orat. 39 *in sancta Lumina*, pag 635 et 637. Ait enim : Καλῶς ἑορτάσωμεν, μὴ γαστρὶ τρυφῶντες, ἀλλὰ πνευματικῶς εὐφραινόμενοι, etc.

(4) Οὕτως σήμερον, etc. Deest hæc phrasis in Reg. 1, propter vocem οὕτως repetitam. Loco κοσμήσωμεν, *lampadas ornemus*, Coisl., ἀνάψωμεν, *accendamus*.

(5) Ὡς φῶτα ἐκ φωτός. Reg. 1, et Coisl., ὡς φῶς τὸ ἐκ φωτός. Coisl. 2, εἰς φῶς τὸ ἐκ φωτός, Sifan., διότι φῶτα ἐκ φωτός. Bodl. et Colb., διότι φῶτα ἐκ φωτὸς ὑπάρχοντες. Colb., ὑποάρχοντα. Naz. loco citato, φῶτα τέλεια τῷ μεγάλῳ φωτὶ παραστάντες. Sequentia, ὑπὲρ χιόνα, etc., expressa sunt ex Gr. Naz. orat. 40 *in sanctum Baptisma*, p. 655 A, Λαμπροὶ λαμπρῶς, ὑπὲρ χιόνα λάμψαντες, ὑπὲρ γάλα τυρωθέντες, ὑπὲρ λίθον σάπφειρον αὐγασθέντες, μὴ βραδύνωμεν. Legerat auctor cum Naz., vel ex eo potius, in loco Threnorum quem hic respicit, ἐτυρώθησαν, *coagulati sunt*, non ἐπυρώθησαν, *incensi sunt* ; quod habetur in LXX Rom. edit. At lectio prior est Aldinæ et Complut. editionis, codicis Alexandrini, Origenis, Nazianzeni, aliorumque Patrum Græcorum et Latinorum. In primis ita legebat auctor Romani officii, qui in responsorio martyrum temporis paschalis habet : *Sicut lac coagulati sunt.* In Hebræo tamen est, אדמו *rubuerunt*, quod veriorem lectionem ἐπυῤῥώθησαν indicat.

(6) Ἅπαντες σήμερον, etc. Colb., omisso ἅπαντες, Σήμερον διὰ παντὸς τὸν τῆς ἑορτῆς βαδίσωμεν δρόμον· *Hodie festivitatis cursum semper decurramus.*

festivitatis propria sunt, clamemus. Cum angelis choros ducamus [10]; cum pastoribus luce perfundamur [11]; cum magis adoremus [12]; cum Bethlehem festum agamus diem; una cum Sione occurramus [13]; cum templo sanctificemur; cum Virgine magnificantes exsultemus [14]; cum Josepho offeramus, velut duo turtures [15], corpus et animam; cum Symeone Christum ulnis amplectamur [16]; et cum Anna nostra ex parte confiteamur [17]: ut æternorum bonorum aditu admittamur, gratia et miserationibus, et benignitate Domini et Dei et Servatoris nostri Jesu Christi. Cui gloria et imperium, cum Patre et Spiritu sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

A τῆς ἑορτῆς βοήσωμεν· μετὰ ἀγγέλων χορεύσωμεν (1), μετὰ ποιμένων καταυγασθῶμεν, μετὰ μάγων προσκυνήσωμεν, μετὰ τῆς Βηθλεὲμ ἑορτάσωμεν, μετὰ τῆς Σιὼν ὑπαντήσωμεν, μετὰ τοῦ ναοῦ ἁγιασθῶμεν, μετὰ τῆς Παρθένου μεγαλύνοντες ἀγαλλιασθῶμεν (2). μετὰ Ἰωσὴφ προσενέγκωμεν, ὡς δύο τρυγόνας, τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα· μετὰ Συμεὼν Χριστὸν ἐναγκαλισώμεθα, καὶ μετὰ Ἄννης ἀνθομολογησώμεθα· ὅπως τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐντὸς γενώμεθα, χάριτι, καὶ οἰκτιρμοῖς, καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου, καὶ Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[10] Luc. II, 13. [11] ibid. 9. [12] Matth. II, 11. [13] Cant. III, 11. [14] Luc. I, 46, 74. [15] Luc. II, 24. [16] ibid. 28. [17] ibid. 38.

(1) Μετ' ἀγγέλων χορεύσωμεν. Id omittit Colb., ac loco καταυγασθῶμεν sequentis, habet, κατέλθωμεν, *descendamus*. Subsequens membrum sic habetur in Bodl. et Colb., μετὰ μάγων ὀρθοδόξως προσκυνήσωμεν. Sifanus, μετὰ ὀρθοδόξων προσκ., *cum orthodoxis adoremus*. Hæc autem usque ad finem pene liberius, et ad suum institutum accommodata, transtulit auctor ex Greg. Naz., orat. XXXVIII, pag. 623, et orat. XXXIX, pag. 632. In primo loco sic habet: Μετὰ μάγων δωροφόρησον... μετὰ ποιμένων δόξασον, μετ' ἀγγέλων χόρευσον, μετ' ἀρχαγγέλων ὕμνησον· in altero: μετὰ μάγων προσεκυνήσαμεν, B μετὰ ποιμένων περιελλάμφθημεν, καὶ μετ' ἀγγέλων ἐδοξάσαμεν, μετὰ Συμεὼν ἐνηγκαλισάμεθα, καὶ μετὰ Ἄννης ἀνθωμολογησάμεθα. Similiori adhuc, sed ad suum institutum accommodato fine, homiliam suam *in Ramos palmarum* concludit Eulogius pag. 676 et 677.

(2) Μεγαλύνοντες ἀγαλλιασθῶμεν. Horum verborum loco unum est in tribus codd., nempe ἑορτάσωμεν, *festum agamus*. Sifan. et Bodl., ἐνευφρανθῶμεν, *lætemur*, Colb. Verba, ὡς δύο τρυγόνας, τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα, et ista, καὶ μετ' Ἄννης ἀνθομολογησώμεθα, desunt in Sifano, Colb. et Bodl.

—

FRAGMENTUM S. CYRILLO HIEROSOLYMITANO TRIBUTUM A S. THOMA.

Opusc. I *contra errores Græcorum*, cap. 67, t. XVII, p. 9, col. 1.

Item Cyrillus Hierosolymitanus patriarcha dicit ex persona Christi loquens [ad Petrum]: Tu cum fine et ego sine fine cum omnibus quos loco tui ponam; plene et perfecte, sacramento et auctoritate cum eis ero, sicut sum et tecum.

Launoius, epistola ad Paulum Ratuynum Parisiensem theologum, qua multa similia excutit testimonia, a sancto Thoma in Opusculo contra errores Græcorum objecta, hujus quoque νοθείαν probat. Nam 1° *quo ex opere id sumpserit sanctus Thomas, seu potius ille qui eam testimoniorum collectionem adornarat quam in hoc opusculo defendit et explicat sanctus Doctor, non significatur;* 2° *nimia in hoc testimonio elucet affectatio, ut certa appareant fraudis vestigia;* 3° *nec ipsi S. Thomæ plane explorata fuit horum testimoniorum fides, cum in præfatione ad Urbanum IV, hoc opusculum se suscepisse fateatur, ad amoliendam quæ in his testimoniis inhærere videbatur offensionem.*

CHRONOLOGIA S. CYRILLI HIEROSOLYMITANI NOMINE INSCRIPTA.

—

Hæc Chronologia desumpta est codice eminentissimi cardinalis Ottoboni, notato 25, *tabulæ* 5. *Ne Chronologiam illam Cyrilli esse rear, facit quod ad Eusebii Chronica, quod secutus est Cyrillus cat.* 12, *num.* 9, *multum ista computatio dissidant. Hanc vero in hac appendice prætereundam non censui.*

Sancti Cyrilli Hierosolymitani.

Ab Adamo usque ad diluvium anni sunt 2150.
A diluvio ad Abrahamum usque anni 1270.
Ab Isaaco usque ad Davidem anni 1020.
A Salomone ad captivitatem usque anni 560.

Captivitatis anni 70.
A captivitate Judæorum usque ad Christum, anni 430.
Simul collecti sunt anni 5500.

C Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου Ἱεροσολύμων.

Ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη βρν'.
Ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως τοῦ Ἀβραὰμ ἔτη ασο'.
Ἀπὸ Ἰσαὰκ ἕως Δαβὶδ ἔτη αν'.
Ἀπὸ τοῦ Σολομῶντος ἕως τῆς αἰχμαλωσίας ἔτη φξ'.
Τὰ τῆς αἰχμαλωσίας ἔτη ο'.
Ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας τῶν Ἰουδαίων ἕως τοῦ Χριστοῦ, ἔτη υλ'.
Ὁμοῦ τὰ πάντα ἔτη εφ'.

SPURIÆ

S. CYRILLI HIEROSOLYMITANI AD JULIUM PAPAM,

ET JULII AD CYRILLUM LITTERÆ.

—

369 ADMONITIO.

I. In his epistalis inducitur Cyrillus Hierosolymitanus, vel, secundum aliud exemplar, Juvenalis ejus successorum unus, rogans a Julio Romano, ut in commentariis Judæorum, Romam pos Hierosolymorum excidium deportatis, de vero natalis Christi die inquirat : cum enim hunc Hierosolymitana Ecclesia die Januarii sexta, una cum baptismi Christi festo celebraret, maxime incommodum episcopo erat, eadem die ad Bethlehem et ad Jordanem occurrere, ut utraque sot lemnitas in propriis eorum mysteriorum locis perageretur ; quamobrem lectiones sacras, et cætera sacri conventus officia detruncari et breviari necesse erat. Respondisse vero dicitur Julius se in præfatis commentariis deprehendisse Christum 25 Decembris natum esse ; quamobrem separandas esse festivitates ex errore male conjunctas.

II. Hujus facti fides ex duplici monumento dependet : 1° ex auctoritate Joannis Nicæni episcopi (in sæculo decimo vel undecimo inchoante vixit), qui harum litterarum in epitomen redactarum mentionem facit, in epistola ad Zacharium majoris Armeniæ catholicum, *de Christi nativitate*, edita a Combefisio tom. II *Auctuarii* B*ibliothecæ Patrum Græco-Latini*, pag. 302, ex cod. Regio olim 696, nunc 2428 notato, folio 149 ; 2° eadem res continetur in anonymi cujusdam scripto, cui titulus Ἀναγκαία διήγησις, *Necessaria narratio*, ejusdem codicis fol. 120 : quod editum est a Cotelerio in notis ad *Constit apost.*, lib. v, cap. 13. Nonnihil inter ambos auctores disconvenit ; sed illud præcipue, quod Nicænus Cyrillum, anonymus Juvenalem ad Julium pontificem scripsisse dicunt. Sed ridicula anonymi hallucinatio, Juvenalem qd Julium, centum prope annos ante defunctum, scripsisse supponentis. Nihilo melior chronologus Joannes Nicænus, qui non Cyrillum nostrum, sed alterum cognominem ejus successorem Julio scripsisse refert. Legitur revere apud Epiphanium, hæres. LXVI, num. 28, Cyrillum alterum a nostro diversum, sedem Hierosolymitanam temporibus Valentis, cum noster exsularet, occupasse. Verum, etiamsi duos Cyrillos distingui oporteret, si quis eorum ad Julium scripsit, alius præter nostrum esse non potuit ; cujus episcopatus initia cum postremis Julii pontificatus annis concurrunt. Ille autem alter Cyrillus Julio prorsus scribere non potuit, cum Julius ann. 352 defunctus sit, noster autem Cyrillus anno præcedenti episcopus factus, nonnisi post annos sex sede deturbatus invasoribus locum fecerit, ut omittam Cyrillum alterum, si quis fuit, Arianorum societate, Epiphanio teste, maculatum, nullam cum Romanis pontificibus societatem habuisse videri. Alterum omitto Nicæni peccatum, quod librariorum forte erratum sit, quod Cyrillum priorem Constantino scripsisse refert ; indicat enim epistolam de crucis apparitione ad Constantium datam.

III. Hæc primorum hujus historiæ auctorum contradictio, et manifesta quibus tenentur peccata, fidem ejus omnino labefactant. Quæritur tamen, num hæc prorsus in Græcanicis fabulis computanda, an veri aliquid insit, recentiorum Græcorum anachronismis et nominum mutationibus corruptum ? Ac tota quidem ea de re mea ratio in his consistit. Certum videtur Cyrillum nunquam ea de quæstione Julium consuluisse, nec Theophamorum ac Luminum festivitates diebus distraxisse. Nam auctor Latinæ homiliæ *de Nativitate Domini* ad cap. II Lucæ, quæ in Latinis sancti Chrysostomi editionibus reperitur, festa hæc ambo sejungenda pugnans, objicit sibi Orientalium eorum, apud quos mysteria peracta erant, auctoritatem ac traditionem. Illo ergo tempore, nempe sæculo quarto, vel quinti initiis, Hierosolymitana Ecclesia Nativitatem Christi die 6 Januarii celebrabat ; cujus auctoritatem prorsus negligendam contendit laudatus auctor. Præterea Basilius Seleuciensis in laudatione de sancto Stephano, quæ seorsim ab ejus Operibus edita est a Combefisio in *Bibliotheca concionatoria*, Juvenalem laudans, ait eum *gloriosum ac salutarem Domini* **370** *Natalem celebrare cæpisse* ; quod intelligo de separata a festo Baptismi Natalis festivitate. Potuit iste ea de re Romanos consulere : aut forte ex occasione novationis hujus, ficta a Græcis sub nomine ejus ad Julium epistola, quæ ab imperitis etiam Cyrillo tributa sit.

IV. Si ad res in his epistolis contentas veniamus : quod de avectis Romam, ibique conservatis, Judaicarum rerum commentariis dicitur, sola earum litterarum auctoritate difficile fidem inveniat. Illud quoque Josephi opus, quo Zachariæ visio, factaque ei ab angelo futuræ prolis promissio contineatur, fictum prorsus videri potest ; cum in *Antiquitatum* libris, quibus Joannis Baptistæ sanctitas magnifice commendatur, nihil Josephus de promissa per visionem ejus nativi-

tate dicat. Alias, ea in festo Expiationis apparitio supponit, id quod falsum est, Zachariam summum pontificem, cui soli licebat in interiorem templi partem intra velum ea festivitate ingredi, exstitisse. Quæ sententia, quoniam in verbis sancti Lucæ nonnullum fundamentum habere videtur, quorumdam revera Patrum testimonio fulta, certissimis tamen monumentis falsa comprobatur: enim nec Zacharias velum prætergressus est, adolens ad altare thymiamatis citra velum positum [18]. Hæ ergo litteræ omnino Cyrilli nomine suppositæ; sed ab hac appendice existimavimus eas excludi non oportere.

[18] Hebr. IX, 6, 7; Exod. XL, 19-26; III Reg. VI, 19; VII, 48; VIII. 6.

Suppositarum S. Cyrilli Hierosolymitani, et Julii pontificis

Epistolarum compendium

Ex Joanne Nicæno, in epistola ad Zachariam majoris Armentæ catholicum, edita ab Combefisio *Auctarii Bibl. PP. Græco-Lat.* tom. II, p. 302.

Scripsit aliquando Cyrillus [non is], qui epistolam ad Constantinum [leg. Constantinum] dedit sed is qui post ipsum in ejus sede successit, ad Julium Romanum episcopum in hæc verba: « Magnus labor «ac dispendium magnis ac solemnibus festivitatibus «contingit, quod una alie celebrantur. Nam ambarum « festivitatum lectiones et ordo [officii] imperfecta « manent, eo quod nativitas et baptisma Christi [si- « mul] celebrari nequeant. Quoniam itaque non pos- « sumus in una die [in Bethlehem, et] in locum bap- « tismatis occurrere (nam Bethlehem tribus millibus « ad meridiem ab Hierusalem distat, et Jordanis « quindecim millibus ad orientem), jubeat sanctitas « tua omnia Judæorum commentaria investigari, « quæ prædatus Cæsar Titus Romam Hierosolymis « advexit. Fortassis certo reperies diem nativitatis « Christi et Dei nostri. »

Tunc Julius Romanus studiose de hac rogatione quæsivit. Cumque omnia Judæorum scripta, quæ capta et Romam deportata fuerant, collegisset, quoddam Josephi temporum historici commentarium deprehendit ab ipso conscriptum: in quo habebatur, quod mense septimo, in festo Scenopegiæ [seu Tabernaculorum]. Expiationis die, Dei angelus apparuit, sacerdosque mutus redditus, sine voce mansit ad illud usque tempus, quo Elisabet uxor ejus in senectute peperit.

A Ἔγραψέ ποτε Κύριλλος, ὁ γράψας (1) τὴν ἐπιστολὴν Κωνσταντίνῳ (2), ἀλλ' ὁ μετ' ἐκεῖνον διαδεξάμενος τὸν θρόνον αὐτοῦ, πρὸς Ἰούλιον τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον, ἔγραψε λέγων, ὅτι Μέγας τόπος καὶ στέρησις γίνεται εἰς τὰς μεγάλας καὶ λαμπρὰς ἑορτάς, ὅτι τελοῦνται ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, καὶ τὰ ἀναγνώσματα, καὶ ἡ ἀκολουθία ἀπομένουσιν ἡμιτελῆ τῶν δύο ἑορτῶν, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὴν γέννησιν καὶ τὸ βάπτισμα ἐκτελέσαι τοῦ Κυρίου. Ὡς δὴ οὐ δυνάμεθα ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἀπαντῆσαι (3) εἰς τόπον τοῦ βαπτίσματος (ἐπεὶ ἡ Βηθλεὲμ τρία (4) μίλια ἀπέχει ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ κατὰ νότον, καὶ ὁ Ἰορδάνης ιε' μίλια (5) ἀπέχει κατὰ ἀνατολάς), προσταξάτω οὖν ἡ ἁγιωσύνη σου ἐρευνῆσαι πάντα τὰ συγγράμματα τῶν Ἰουδαίων, ἅτινα σκυλεύσας ὁ Καῖσαρ Τίτος ἀπήγαγεν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ῥώμην. Ἴσως εὕροις βεβαίως τὴν ἡμέραν τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν.

B Τότε Ἰούλιος ὁ Ῥώμης ἐπιμελῶς ἐζήτει περὶ τῆς αἰτήσεως ταύτης· καὶ συναγαγὼν πάντα τὰ γράμματα τῶν Ἰουδαίων, τὰ αἰχμαλωτισθέντα καὶ ἀχθέντα εἰς Ῥώμην, εὗρε σύγγραμμά τι Ἰωσήππου τοῦ χρονογράφου, συγγραφὲν παρ' αὐτοῦ· ὅτι ἐν μηνὶ τῷ ζ' ἐν τῇ ἑορτῇ τῆς Σκηνοπηγείας, εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἱλασμοῦ, ὤφθη ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ, καὶ κωφωθεὶς ὁ ἱερεὺς διέμεινεν ἄλαλος, ἕως οὗ ἔτεκεν ἡ γυνὴ αὐτοῦ Ἐλισάβετ ἐν γήρᾳ [l. γήρει].

371 Eam epistolam non Cyrillo, sed Juvenali tribuit auctor scripti in Bibl. Reg. Cod. 2428, fol. 120, cui titulus: Ἀναγκαία διήγησις, *Necessaria narratio*. Editum est a Cotelerio in notis ad *Constit. apost.* lib. v, cap. 13, p. 234, ex cod. Bibl. Reg. tunc 696, nunc 2428.

Scripsit autem patriarcha Hierosolymitanus Juvenalis ad patriarcham Romanum Julium ea de re: « Non possum una die conferre me ad Bethlehem et « ad Jordanem. Etenim Jordanis distat ab urbe

C Ἔγραψε δὲ ὁ πατριάρχης Ἱεροσολύμων ὁ Ἰουβενάλιος τῷ πατριάρχῃ (6) Ῥώμης Ἰουλίῳ περὶ τούτου, ὅτι Οὐ δύναμαι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἀπαντῆσαι εἰς Βηθλεὲμ, καὶ εἰς τὸν (7) Ἰορδάνην. Καὶ γὰρ Ἰορ-

(1) Combefisius legi vult, οὐχ ὁ γράψας.
(2) Legendum, Κωνσταντίῳ, *Constantio*. Nam intelligit sine dubio epistolam de crucis apparitione.
(3) Supple ex scripto Ἀναγκαία διήγ., etc., hæc verba, εἰς Βηθλεέμ, vel εἰς τόπον τῆς γεννήσεως Χριστοῦ καί.
(4) In litteris iisdem sub nomine Juvenalis ponitur, κε', *viginti quinque*, longe melius habita ratione mensurarum.
(5) In litteris Juvenalis dicitur, μίλια ἕξ, *sex millibus*.
(6) Cotel., πάπα.
(7) Deest τόν Cotel.

δάνης ἀπέχει τῆς πόλεως Ἱερουσαλήμ κατὰ ἀνατολὰς μίλια κε'· ἡ δὲ ἁγία Βηθλεὲμ, κατὰ νότον τῆς πόλεως, μίλια ἓξ· καὶ οὐ δύναμαι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τὰς δύο ἑορτὰς ἀποτελεῖν. Παρακαλῶ οὖν τὴν σὴν ὁσιότητα, Πάτερ, ἵνα ἐρευνήσῃς τὰ ὑπομνήματα, ἢ καὶ δώσῃς ἡμῖν ἐν ἀκριβεῖ ἐρεύνῃ (1) διὰ γραφῆς σου, τίμιε, τὴν περὶ τούτων εἴδησιν, ἐν ποίᾳ ἡμέρᾳ ἐτέχθη Χριστὸς ὁ Κύριος, καὶ ἐν ποίᾳ ἡμέρᾳ ἐβαπτίσθη. Ὡς γὰρ ἀκριβῶς ἔγνωμεν, ὅτι τὰ ἐξ ἀρχῆς ὑπομήματα ἐξ Ἱεροσολύμων εἰς τὴν Ῥώμην ἤχθησαν (2) ὑπὸ Τίτου καὶ Οὐεσπάσιανοῦ.

Ταύτην τὴν γραφὴν δεξάμενος Ἰούλιος ὁ πατριάρχης (3) Ῥώμης, ἐρευνήσας τὰ ὑπομνήματα, εὗρεν, ὅτι τῇ εἰκοστῇ πέμπτῃ τοῦ Δεκεμβρίου ἐγεννήθη ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ μετὰ τριάκοντα χρόνους τῆς αὐτοῦ γεννήσεως ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου, ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ τῇ ς' Ἰανουαρίου μηνός. Κατὰ τὴν ἔρευναν οὖν ταύτην χωρίσαντες οἱ Πατέρες τὴν ἑορτὴν, γογγυσμὸς ἦν ἐν τοῖς πολλοῖς, etc.

(1) Cotel., ἐρεύνᾳ.
(2) Id. ἐν τῇ Ῥώμῃ ἠνέχθησαν.

A « Hierusalem ad orientem milliaribus 25, sancta « vero Bethlehem ad austrum civitatis milliaribus « sex ; nec possum una die ambo festa peragere. « Rogo itaque sanctitatem tuam, Pater, ut scruteris « commentaria, et des nobis ex accurata disquisi- « tione, per tuum scriptum, venerande, ejus rei no- « titiam : qua die natus sit Christus Dominus, et « qua die baptizatus. Probe enim scimus commen- « tarios ab initio libros e Hierosolymis Romam « delatos fuisse per Titum et Vespasianum. »

His litteris acceptis Julius Romæ patriarcha investigavit commentarios, invenitque quod 25 Decembris natus est Dominus noster Jesus Christus, et post annos 30 a nativitate sua baptizatus est a B Joanne in Jordane fluvio, sexta mensis Januarii. Secundum ergo hanc investigationem cum Patres festum divisissent, inter multos ortum est murmur, etc.

(3) Id. πάπας.

SUPPOSITÆ

S. AUGUSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI AD CYRILLUM HIEROSOLYMITANUM,

ET CYRILLI AD AUGUSTINUM EPISTOLÆ.

MONITUM.

Dudum dubitavi, num stolidas et insanas nequissimi nebulonis, qui eas epistolas venerandis sanctorum Patrum nominibus supposuit, ineptias, Cyrilli Operibus annecterem. Nihil unquam fingi potuit insulsius et criminosius. Sanctus Augustinus inducitur ex Cyrillo quærens de morte Hieronymi : cum Augustinus, quo tempore Cyrillus obiit, nondum esset sacro fonte lustratus; Hieronymusque Cyrilli mortem in *Scriptorum ecclesiasticorum catalogo* recenseat, eique totos annos 34 superstes vixerit, duos Cyrilli successores videns. Aliunde imperitus et ignarus fuit catholicæ fidei male feriatus impostor, qui falsam Cyrilli epistolam confinxit, dum cap. 4 pestiferæ hæresis vocabulo compellat certissimum et catholicum de duabus Christi voluntatibus Ecclesiæ dogma. Quo scelere minus intolerabilia signorum et miraculorum quæ enarrat portenta; omni, ne dicam veritate, sed veritatis colore destituta. Has ecce, ne quid, quod Cyrilli nomen præferat, in hac appendice desideres. Editæ jam pridem sunt tum in Augustini, tum in Hieronymi appendicibus.

—

Augustini Hipponensis episcopi ad Cyrillum Hierosolymitanum episcopum, de magnificentiis beati Hieronymi.

Gloriosissimi Christianæ fidei athletæ, etc. *Vide Patrologiæ Latinæ tom. XXXIII. col.* 1120, *in Appendice ad epistolas sancti Augustini*,

—

Beati Cyrilli epistola ad S. Augustinum, de miraculis beati Hieronymi presbyteri post mortem celebratis.

Venerabili viro, episcopo eximio, Augustino Hipponensi præsuli, Cyrillus Hierosolymitanus pontifex et omnium sacerdotum infimus, illius insequi vestigia cujus in terris sanctitas radiare non cessat.

Illius scilicet Hieronymi gloriosi, etc. (*via. ibid. col.* 1126).

EORUM QUI S. CYRILLUM HIEROSOLYMITANUM EDIDERE

EPISTOLÆ DEDICATORIÆ,

PRÆFATIONES ET ANIMADVERSIONES SELECTÆ

—

372-395 *Joannis Grodecii epistola dedicatoria Latinæ suæ Cyrillianæ editionis anni* 1564.

Reverendissimo in Christo Patri et Domino D. Gaspari, Dei gratia episcopo Vratislavien., Domino colendissimo, Joannes Grodecius, decanus Glogoviensis, florentem felicitatem.

Catechesecon nostri temporis,quæ novæ semper a novis auctoribus cuduntur, plena sunt omnia : per quas plerique omnes novatores, opiniones suas de religione imperitæ juventuti tradere,et vulgo spargere contendunt ; sed si quis eas cum veteribus Patrum catechesibus comparare velit, δὶς διὰ πασῶν discrepare ab illis conspicientur. Tutius autem ac multo consultius fuerit,principia nostræ religionis e puris fontibus Patrum haurire,quam turbidos degenerum filiorum rivulos consectari. Quamvis enim novi homines isti de puritate doctrinæ plurimum glorientur, quam e sacræ Scripturæ fontibus se hausisse fingunt ; si quis tamen sano mentis oculo pressius intuecatur, nihil nisi turbidum cœnum et volubiles arenas sub splendido verbo Dei prætextu ab illis spargi conspiciet.Nam et cum ipsis Scripturis sacris sane intellectis,et cum orthodoxis Patribus, qui eodem spiritu quo scriptæ fuerant interpretabantur Scripturas,principia et progressus doctrinæ illorum minime conveniunt ; et ipsi inter se mutuo tam de mysteriis quam de aliis religionis dogmatibus vehementer discrepant.In qua varietate et dissensione,puritas et veritas doctrinæ nequaquam consistere potest ; verum enim nonnisi unum et simplex esse potest : falsum autem,ut noster inquit Cyrillus (cat. 6, num. 13),varium est ac multiplex. Unde ista varietas catecheseon nata est,dum quælibet secta suis sectariis novos tradit catechismos, novas mysteriorum institutiones,novos ritus sacrorum effingit. Quam varietatem et conjunctam illi falsitatem, qui vitare vult, ad puritatem doctrinæ catholicæ,et proxima crescentis Ecclesiæ principia recurrat necesse est, atque diligenter consideret, quæ tum fuerint sacræ institutiones, quæ catecheses, quæ mysteriorum explicationes. Quod cum ex aliis vetustissimis sanctorum Patrum scriptis, tum vero ex his Cyrilli Hierosolymitani catechesibus perspicere licet: quibus ille populum Hierosolymitanum ad pietatem instituebat, et ea sacrosanctæ fidei dogmata tradebat, quæ nunc a novarum opinionum cultoribus vehementer convelluntur.Quas quidem catecheses longe commodius esse puto e tenebris in lucem proferre,et nostræ tempestatis hominibus passim legendas proponere,quam novas aliquas institutiones, utcunque variis elegantiis exornatas, describere. Auctoritas enim et majestas doctrinæ Christianæ præclara est apud antiquos illos et orthodoxos antistites, qui sanam doctrinam et veras eruditiones apostolicas instinctu Spiritus sancti institutos in Orientali Ecclesia docuerunt, et ad posteros deinceps litteris mandarunt.Atque hoc studio antiquitatis et sinceræ veritatis adductus ego, cum ante aliquot annos in Urbe, apud reverendissimum et illustrissimum dominum Stanislaum Hosium, cardinalem Varmieusem, nunc sanctæ Sedis apostolicæ in concilio Tridentino de latere legatum,amplissimum,ac dominum meum clementissimum,nactus essem Græcum exemplar *Catecheseon* Cyrilli Hierosolymitani præsulis vetustissimi manuscriptum,neque unquam antea,quod sciam,in sermonem Latinum translatum, aut editum : facturum me nonnullum operæ pretium putavi, si illud Latinitate donatum, aliis quoque sinceræ pietatis studiosis passim legendum proponerem.In quo opere perficiendo cum versarer, planeque jam illud peregissem, reverendissimus dominus D. Jacobus Vchanski, archiepiscopus Gnesnensis, legatus natus regnique Poloniæ primas,antiquitatis priscæque fidei studiosissimus, et in tuenda propagandaque catholica religione vigilantissimus,posteaquam intellexit me Græco-Latinas Cyrilli Hierosolymitani *Catecheses* habere (quas ille ante complures annos Slavonum idiomate conscriptas, ex Macedonia et Bulgaria nactus fuerat, et in linguam Polonicam transtulerat), suum exemplar Slavono-Polonum earumdem *Catecheseon* pro sua benignitate mecum communicavit, atque ut translatio utraque una cum origine Græca conferretur, diligenter curavit. Quo factum est,ut ex mirabili quadam concordia diversæ linguæ et translationis, constans varietas institutionum commodissime elucesceret. Quamvis enim menda nonnulla et hiatus, qui vitio librariorum committi solent, in utroque exemplari non deessent : ex mutua tamen collatione sublatis illis, et quæ desiderabantur in integrum restitutis, series orationis et doctrinæ sic in omnibus concordabat, ut nulla superesse possit suspicio, quin istæ catecheses Cyrilli sint verissimæ, et veteri orthodoxæ doctrinæ conjunctissimæ. In quibus transferendis veritatis majorem quam elegantiæ rationem habendam putavimus, ut quam proxime ad phrasim Cyrilli accederemus. Nam ubi verba divina et sacra traduntur mysteria,periculum est et grande nefas, procul ab ipsis verbis recedere,et splendori potius orationis quam proprietati simplicis doctrinæ studere. Cum autem mihi probe perspectum sit, antistes et D. reverendissime,quantæ jam curæ et sollicitudines animum tuum afficiant,quantum elaborare studeas,ut,pro tua divina vocatione sanctoque officio pastorali,novas sectariorum nimium vulgatas institutiones, et doctrinas dæmoniorum ex patria diœcesique tua exstirpare,et veterem disciplinam religionis catholicæ introducere queas : cumque me quoque exiguum clientem, in hac diœcesi tua singulari beneficio afficere, et in vineam Domini asciscere non dubitaveris : opportunum esse putavi, veteres hasce Cyrilli *Catecheses* celsitudini tuæ dicare,ut sub tuo amplissimo nomine et auctoritate in lucem prodeant, et potius quam pestiferæ novatorum catecheses a juventute priscæ fidei studiosa passim lectitentur. Nam cum pro tua præclara vigilantia pastorali, ab aliis collegis meis crebris adhortationibus exigere id non dubites, ut non torpescant otio, sed verbi Dei præconum fungantur officio : me quoque singularis hæc pietas tua, et studium religionis catholicæ propagandæ vehementer commovit, ita ut primo quoque tempore tam

piis illis admonitionibus cuperem lubens satisfacere: sed cum nondum adsit ejus rei præstandæ facultas, et alio me nunc tradat legum necessitas, has interim Cyrilli *Catecheses*, in quibus confirmandæ catholicæ doctrinæ causa, pro **396** mea virilli elaboravi, tibi, pientissime præsul, qua summa possum animi mei submissione, offero atque dedico. Quas ut benigne acceptare, et reliqua studia mea favore tuo prosequi non graveris, etiam submisse peto. Quis autem fuerit auctor his Cyrillus, et quo tempore floruerit: tum quæ sit ratio scriptorum illius, ex his quæ ex scriptoribus ecclesiasticæ historiæ de vita illius collegi, inferius patebit.

DE CYRILLI VITA.

Cyrillus Hierosolymitanus inter veteres Ecclesiæ Patres, sanctos illos vere catholicæ et apostolicæ doctrinæ assertores ac propugnatores clarissimus antistes recensetur; nam et compluribus ex illis Ecclesiæ columnis æqualis, multis etiam antiquior fuit, doctrinam vero orthodoxam communem cum omnibus Catholicis habebat. Claruit ante mille ducentos et amplius annos, temporibus Constantii imperatoris, et aliquot ejus successorum. Quod multis in locis plerique scriptores ecclesiasticæ historiæ, ut Socrates, Theodoritus, Sozomenus, et alii demonstrant, et honorificam semper illius faciunt mentionem. A quibus etiam Nicephorus (1) id accipiens, et catalogum Patrum, qui circiter tempora Sardicensis concilii floruerunt (quod de Constantii et Constantis voluntate institutum erat), longa serie recensens: inter cæteros æquales Cyrilli, magnæ auctoritatis una cum illo et clarissimos fuisse sanioris doctrinæ defensores commemorat, Paulum Constantinopolitanum, Athanasium Alex., Antonium Ægyptium, una cum universo Ægyptiorum manachorum cœtu. Deinde subdit: « Multi denique alii spectati viri eisdem annis viguere, atque in Ecclesiis Dei enituere. Inter quos præcipue eruditione et eloquentia floruit Eusebius Emesenus episcopus, Titus Bostrensis, Serapion Thmuæus, Basilius Ancyranus, Eudoxius Germaniciencis, Acacius Cæsariensis, Eusebii successor, Cyrillus, qui post Maximum Hierosolymitanam administrabat Ecclesiam, et Theodorus Perinthius, tum et Ephraim Syrus. » Hæc et alia permulta scribit eo in loco Nicephorus, de claris et catholica pietate excellentibus illius sæculi viris: inter quos cum et Cyrillus Hierosolymitanus recenseatur, quæ sit et quanta illius auctoritas, facile quivis perspicere potest. Legitur quoque de eodem Cyrillo, non modo aliis virtutibus vero episcopo dignis illum fuisse præditum: verum etiam dono prophetiæ non caruisse. Nam cum Julianus imperator, ut scribit in *Ecclesiastica historia* Socrates (2), Judæis templum Hierosolymis instaurare jussisset, et de publico sumptus subministrasset, tum temporis Cyrillus Hierosolymorum episcopus, memor vaticinii Danielis prophetæ, quod et Christus in sanctis Evangeliis confirmavit, ac multis futurum prædixit quod in eo templo lapis supra lapidem non maneret: Hoc, inquit, Servatoris oraculum implebitur. Cum hoc dixisset episcopus, noctu terræ motus magnus factus lapides fundamentales veteris templi structuræ evulsit, ac cunctos una cum contiguis ædificiis dispersit. Et cum multi ad miraculum Judæi convenissent, ignis cœlitus delapsus, cuncta artificum instrumenta consumpsit. Sequenti vero nocte signa crucis instar radii solaris splendentia, vestibus illorum impressa comparuerunt, quæ extergere nullo pacto potuerunt. Hæc adeo stupenda prodigia unum illud Cyrilli verbum divino planeque prophetico spiritu prolatum consecuta sunt. Neque vero his tantum in terra prodigiis prædictionem ejus confirmare, verum etiam in cœlo longe majori miraculo episcopatum illius Dei illustrare dignatus est. Nam illo præside sacrorum, Hierosolymis signum crucis in cœlo ex lumine super sacrum montem Calvariæ diebus Pentecostes hora fere dici tertia apparuit, et luce tunc lucente, radios solis illius crucis fulgores longe præcelluerunt; ita ut lucis illius excellentia universus populus Hierosolymitanus concitatus, maxima cum admiratione signum illud Filii hominis aliquandiu spectaverit. Nam et magnitudine crux illa fuit tanta, ut quindecim stadia excederet, ab ipsoque sacro Golgotha, ad montem usque Oliveti protenderetur; et luce tanta, ut non modo Christiani omnes isthic illustratos sese confirmatosque sentirent; verum etiam Judæi et gentiles advenæ ab erroribus tenebrarum aversi, illuminarentur, et crucifixum verum esse Deum profiterentur. Quemadmodum ipse Cyrillus optime id describit in epistola sua, quam de eodem admirando signo ad Constantium imperatorem dederat, et Nicephorus in *Historia ecclesiastica* idem pluribus commemorat. Ita sane tum coruscabat Hierosolymis verbum Dei, multo amplius quam hisce nostris postremis temporibus apud nos, non modo prædicatione Cyrilli, verum etiam virtute Dei, sequentibus tam admirandis signis.

Successit autem Cyrillus in Hierosolymitano episcopatu Maximo, et ipse quoque isthic maximus fidei catholicæ defensor erat. Sic enim scribit Theodoritus (3): « Sed Hierosolymis post Macarium illum, cujus non semel fecimus mentionem, præsulatum gerebat Maximus, vir in propugnanda pietate excellens, et oculum dexterum ideo amiserat, et incisum habebat dexterum brachium. Hoc et ipso inexpertem senectutis vitam transgresso, collata dignitas episcopalis gratiæ Cyrillo fuerat, promtissimo defensori apostolicorum dogmatum. Qua de causa maximas etiam passus est persecutiones ab Arianis. Nam cum animadvertissent illum vehementer hæresibus obstare, et apostolica dogmata adeo strenue tueri, congestis quibusdam calumniis, in quodam conciliabulo suo accusare illum, et deinceps, ita utalios permultos catholicos episcopos, more suo deponere non dubitarunt; » idque ex negotio pietatis illius erga egenos quæsito prætextu, ut auctor est Sozomenus. Cæterum episcopi catholici centum quinquaginta, qui non ita multo post Seleuciam ad synodum convenerant, depositionem illam ratam non habuerunt, ut testatur Theodoritus: imo ipsum potius adversarium illius et auctorem depositionis Acacium, quam Cyrillum ab illa synodo excludere maluerunt. Nicephorus vero de ejusdem Seleucianæ synodi actis et de Acacianis scribens: « Neque eamdem, inquit, cum aliis fidem profiteri, neque ad objecta crimina respondere sustinuere. Quin etiam ad Cyrilli Hierosolymitani causam audiendam invitati, quem ipsi episcopatu abire jusserant, non affuere: neque enim qui eos cogeret aderat quisquam. At alteri illi (nempe Catholici), non modo libere hæc egerunt, sed Acacium et quicunque ad eum confugissent, quippe qui intentata eis crimina diluere timuissent dignitate privarunt. » Ex his patet quanta fuerit Cyrilli integritas, quem nec accusare quidem coram legitimis judicibus adversarii veritatis audebant, sed tantum apud suos sectarios, quorum adeo tum creverat potentia et audacia cum intelligerent imperatorem suarum esse partium; ut ipsi nihilominus quos semel inique deposuissent, iniquius vi et armis de suis sedibus exturbarent, et alios pro arbitrio suo substituerent. Quemadmodum accidit et Cyrillo, quo de sede Hierosolymitana dejecto, « Heraclius est illi substitutus, » ut ait Nicephorus (4), « atque huic rursum successit Hilarius. Isti namque usque ad Theodosii

(1) Lib. IX, c. 14, *Eccles. hist.*
(2) Lib. III, c. 20.
(3) Lib. V, cap. 5.
(4) Lib. IX, c. 29.

imperium, eam Ecclesiam administrasse traditi sunt. Post quos divus Cyrillus deinceps sedem suam recuperavit » Quomodo autem is denuo ad sedem suam pervenerit, et quo pacto in ea sese gesserit, ex litteris synodi Constantinopolitanæ (quæ Nectario præside sub Theodosio celebrata est), ad Damasum, Ambrosium, et reliquos episcopos Romæ coactos, videre est, cum scribunt : « In ea vero Ecclesia, quæ aliarum omnium mater est, Hierosolymis, reverendissimum et Deo amantissimum Cyrillum episcopum esse scimus, rite jamdudum a provincialibus episcopis electum, qui sane diversis in locis plurimum adversus Arianos decertavit. » Epiphanius quoque, lib. III, tom. I, hæresi LXXIII, Cyrilli hujus meminit, quod præter Acacium Arianum, cum aliis quoque illius episcopis contendere religionis ergo non dubitavit. Et Hieronymus in *Catologo scriptorum ecclesiasticorum* de illo scribit : » Cyrillus Hierosolymæ episcopus sæpe pulsus Ecclesia et receptus, ad extremum sub Theodosio principe octo annis inconcussum episcopatum tenuit. » Itaque ex his et aliis permultis ecclesiasticorum scriptorum testimoniis certum est, Cyrillum fortissimum Christi athletam, et orthodoxæ fidei assertorem constantissimum, multis annis pro veritate fidei decertasse, persecutiones varias pertulisse, atque hoc bonum certamen certasse a primis fere annis Constantii imperatoris usque ad complures annos Theodosii : cursum autem suum tum demum consummasse, cum Theodosius, devicto Maximo tyranno (qui Romanum imperium in Occidente invaserat), **397** rebus Romanis recte constitutis Constantinopolim reversus, filios suos Arsenio erudiendos traderet, ut scribit Nicephorus : « Eadem tempestate Timotheus et Cyrillus qui in Alexandriæ et Hierosolymitanæ Ecclesiæ thronis enituerant, vita defuncti : alter quidem Alexandriæ Theophilum. alter autem Hierosolymis Joannem successorem habuit, usque ad tempora Anastasii et Innocentii pontificum Romanorum. Joannis vero successor erat Hierosolymis Nepos. » Hactenus Nicephorus. Et Cyrillus quidem, ita ut legimus, bonum certamen certavit, cursumque vitæ suæ consummavit ; de cætero autem reposita est illi corona gloriæ, quam retribuet illi justus Judex [19]. Quam præclaram autem et sanctam sui memoriam apud posteros etiam reliquerit Cyrillus, tum scripta illius quæ exstant, tum Orientalis Ecclesiæ fasti, seu Calendaria, in quibus preces anniversariæ et commemorationes sanctorum descriptæ sunt, abunde testantur. Nam ut aliorum Patrum, qui in sanctorum cœtu clariores habentur, ita hujus quoque Cyrilli Hierosolymitani die decima octava Martii, in Ecclesiis Græcis sancta celebratur memoria. Ac scriptis quoque illius apud Græcos nomen sancti Patris præfixum ubique reperitur.

DE SCRIPTIS CYRILLI.

Cyrillia vocata fuisse in Orientali Ecclesia scripta Cyrilli Hierosolymitani narrat Nicephorus, et alii scriptores non pauca fuisse testantur. Cum enim vir doctus et eloquens esset, et tot annis præfuisset Ecclesiæ Hierosolymitanæ, in qua non modo singulis diebus Dominicis, ut ex ejus institutionibus perspicere licet, verum etiam singulis diebus per totam Quadragesimam concionari consuevisset : procul dubio et catecheses et conciones illius longe plures sunt litteris mandatæ, quam quæ ad nos pervenere. Hæc enim præcipua erat consuetudo Patrum illius temporis, præsertim qui inter alios eruditione et eloquentia præclari erant, ut quæ ad populum verba fecissent, ea etiam litteris mandarent ; ut certa orthodoxæ fidei et doctrinæ illorum ratio constaret, et hæreticorum falsæ opiniones tam concionibus quam scriptis, etiam post fata scriptorum confutarentur, Quod si qui ita essent occupati ut ipsis manu sua, quæ animo concipiebant et populo tradebant, exarare non vacaret, certos amanuenses studiosos habebant, tam celeri calamo verba notantes, ut conciones illorum integras, eadem qua dicebantur serie orationis, conscriberent. Quod quidem Græcis illis duplici de causa præstare non fuit difficile : nam et dictionum fere omnium miriticas habebant abbreviationes, quarum vix aliqua pars ad nos pervenit ; et Patres illi sancti prædicando verbum Dei, magna quadam cum majestate veneratioueque lente pronuntiabant, ut populus venerando sermone magis afficeretur, et commodius quæ dicerentur perciperet memoriaque teneret. Quamobrem facile tum quoque fuit scribis amanuensibus et studiosis alicujus præclari concionatoris singula verba calamo excipere. Quod sane Cyrillo quoque concionante factitatum esse tum Græca quædam annotatio vetustissima, quam *Catechesibus* ejus affixam reperi : tum ipsa inscriptio *Catechescon*, quæ extemporaneæ, seu ex tempore dictatæ vocantur, clare testatur. Sic autem dicit annotatio illa : « Multæ quidem et aliæ dictatæ sunt institutiones a Cyrillo singulis annis, et ante baptismum et post baptismum, his qui recens fuerant illuminati. Has autem, cum dicebantur, trecentesimo tricesimo secundo anno adventus Domini nostri Jesu Christi, quidam studiosi excipientes descripserunt, in quibus magna ex parte reperies, secundum Scripturas de omnibus necessariis fidei dogmatibus, quæ expediat venire in cognitionem. » Ex qua annotatione id quod superius commemoravimus patet, et alia complura Cyrillia dictata seu scripta exstitisse ; et has quæ ad nos pervenere, quæque nunc in lucem prodeunt catecheses decem octo, et mystagogicæ quinque, a studiosis illius inter dicendum litteris esse mandata, ab ipso autem Cyrillo deinceps procul dubio recognitas (quarum etiam Hieronymus facit mentionem, et exstitisse eas catecheses Cyrilli tempore suo dicit quas in adolescentia composuerat). Atque vel hac etiam de causa extemporaneas inscribi, quod non longa meditatione verborumque fuco expolirentur : sed simplici puraque puri verbi Dei interpretatione, prout Spiritus dabat eloqui illi, ad captum populi accomodarentur. Id vel ex ipsa phrasi Cyrilli, et orationis compositione agnoscere licet : quæ non persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed virtute verbi Dei nititur [20]. Non enim philosophicis hic utitur argumentationibus : non sapientum hujus sæculi grandiloquas profert opiniones : non sui capitis, quemadmodum novi catechistæ nostri temporis solent, somnia et phantasmata inculcat auditoribus : sed purum Dei verbum annuntiat, merasque crepat Scripturas : non in privatum aliquem pravumque sensum detortas : sed juxta sensum et consensum illius quæ tum florebat orthodoxæ catholicæque Ecclesiæ.

Unde manifeste apparet, non privatæ opinionis aliquos catechismos illum instituisse, neque suam aliquam novam doctrinam populo tradidisse : sed eam quam a Jacobo apostolo antecessore suo et ab aliis apostolis per manus traditam acceperat : quam ab Ecclesia catholica didicerat : quam recenti martyrum sanguine confirmatam intellexerat. Neque vero minorem propterea catecheses istæ auctoritatem habere debeunt, quod extemporaneæ vocantur ; quin potius multo majorem orthodoxæ religionis et sanctæ inspirationis certitudinem retinebunt. Nam quæ per longi temporis meditationem ex mente hominis scriptitantur, recte commentaria vocantur, vel eo quod plerumque humana commenta et menda permista habent : cum enim persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis nitantur, plus car-

[19] II Tim. IV, 7, 8. [20] I Cor. II, 4, 5.

nis quam spiritus, plus fuci quam veri candoris habere solent. Quæ vero ex tempore ad proximi ædificationem in verbo Dei instructiones fiunt, ab ipsius inspiratione proficiscuntur, qui dixit: *Non vos estis qui loquimini: sed Spiritus Patris vestri loquetur in vobis* [21]; et, *Nolite cogitare quid loquamini: sed in illa hora dabitur vobis quod loquamini* [22]. Et hoc persæpe usu venire videmus, ut optimi quique concionatores, cum non perverso aliquo studio, sed zelo Dei ducuntur, quando ad populum verba faciunt, longe commodius plerumque quam fuerant meditati, animi sensa sui eloquuntur; quandoquidem non jam suo, sed Spiritu Dei aguntur, et loquuntur sine ullo respectu personarum magnalia Dei, prout Spiritus dat eloqui illis [23]; atque hoc etiam Cyrillo contigisse, cum hasce divinas institutiones in cathedra Moysi sedens dictaret, et populo traderet Hierosolymitano, certius est, quam ut dubitari possit. Cernimus enim in his, quam plenus erat divinis eloquiis, quam copiosus in proferendis Scripturis, quam animosus in confutandis hæreticis, quam fortis rectorum Ecclesiæ catholicæ dogmatum propugnator. Ac in prioribus quidem octo et decem catechesibus φωτιζομένους, eos qui recenti fide in Christum erant illuminati, instruit de rebus ad baptismum pertinentibus, et cum primis agit de agnitione peccati, quod germen liberi arbitrii esse docet; tum de confessione, quæ baptismum in adultis præcedere solebat: quin et exorcismos commendat plurimum, et quam vim aqua baptismatis habeat, ostendit. Deinde dogmata Ecclesiæ catholicæ, summatim pleraque, omnia proponit: quæ postremo una cum universo Symbolo apostolico latius explicat et interpretatur. In posterioribus vero quinque Mystagogicis institutionibus, his qui jam ad solidiorem aliquando doctrinam erant aptiores, solidum cibum tradit, divinaque explicat mysteria, de baptismo, chrismate, Eucharistia, et tremendo Missæ sacrificio. Commemorat autem fere omnes eas cæremonias, quæ et nunc in Ecclesia catholica in exhibendis istis sacramentis observari solent, ut sunt: Renuntiare Satanæ et omnibus operibus ejus, symbolum fidei profiteri, chrismate perungi in baptismo; manus abluere, osculari invicem, angelorum omnisque cœlestis militiæ facere commemorationem, sanctos invocare, pro vivis et defunctis orare, et sacrificium Christi corporis et sanguinis offerre in tremendo Missæ sacrificio. In omnibus autem his sacris institutionibus, non suam aliquam privatam, sed publicam puramque Ecclesiæ doctrinam, sacris oraculis confirmatam, ac ab apostolis traditam defendit: hæreticorum nugas et errores oppugnat, et his qui recens in Christi militiam nomina dedere tyronibus, adversus Judæos et gentiles Græcos, contra hæreticos et Antichristos arma porrigit. Quibus armis etiam adversus nostri temporis hæreticos, veteres **398** errores renovantes, fortiter pugnare, et victores evadere poterimus. Usus est his etiam armis Cyrilli Joannes Damascenus contra Iconomachos, et videre licet in libro tertio *Apologetico* pro veneratione sanctarum imaginum; ubi inter alias orthodoxorum Patrum auctoritates, citat etiam ex duodecima catechesi hæc verba Cyrilli, « Causam igitur si Christi adventus quæris, recurre ad primum Scripturarum librum. Sex diebus Deus creavit mundum; sed mundus propter hominem, » et alia complura, usque ad ea verba: « Imago lignea terreni regis honoratur: quanto magis rationalis imago Dei! » Unde etiam liquet easdem catecheses Cyrilli in Orientali Ecclesia olim tempore Damasceni exstitisse, quæ nunc post multa sæcula in Occidentali et Latina Ecclesia primum eduntur Latine: non sine nutu, et providentia quadam divina, ut quo tempore fere in dies exoriuntur novi hæretici, veteres hæreses renovantes, eodem quoque inter alios sanctos Patres prodeat in medium Cyrillus, et in acie Dei viventis consistens, suo etiam præclaro priscæ catholicæque fidei testimonio os hæreticis obstruat. Obmutescant itaque, ut cum Cyrillo loquamur, et pudefiant nostri temporis hæretici, qui negant liberum arbitrium, et inducunt Stoicam quamdam rerum omnium necessitatem; cum videant hæc sua dogmata, in illa primitiva Ecclesia, ante tot sæcula etiam a divo Cyrillo, Dei verbo oppugnata et hæreseos damnata. Obmutescant hæretici, qui negant opera nostra requiri ad justificationem; qui tollunt confessionem peccatorum; qui vitam cælibem, et virginalem coronam, exercitationemque monasticam stulte reprobant, cum et Cyrillum legamus, hæc quidem ad cœlum usque tollentem et angelicæ vitæ æquantem; illa vero, maxima regni cœlestis præmia habere confirmantem. Dispereant hæretici omnes, qui ritus et sacramenta Ecclesiæ catholicæ tollunt, et humanas esse perniciosasque traditiones, nuper adeo a pontificibus quæstus causa excogitatas nugantur; cum videamus vel Cyrillo teste, in illa veteri catholica et apostolica Ecclesia, ritus illos et mysteria sacrosancta, tanquam verbo Dei consentanea, et ab ipsis apostolis instituta ac per manus tradita, deinceps semper observata fuisse. Obstupescant sacramentarii, qui blasphemant verum corpus et sanguinem Christi, sub speciebus panis et vini; cum tam disertis verbis doceat Cyrillus veritatem hanc, quam omnes asserimus Catholici, ut jubeat non modo intellectum, verum etiam sensus omnes captivare in obsequium fidei, et plus credere Veritati, de veritate corporis sui dicenti: Hoc est corpus meum, quam, sensibus renuntiantibus falso: Hic est panis quem sentimus, simplex. Obmutescant denique omnes hæretici et dispereant doctrinæ illorum, qui tollunt sacerdotium et sacrificium, qui tremendum Missæ officium impia lingua proscindunt. Cum olim ante mille ducentos et triginta annos, ut indicat Cyrillus, in Hierosolymitana Ecclesia, idem quod nunc fit in Romana, in sacro Missæ officio fuerint commemorationes et invocationes sanctorum, orationes et obsecrationes pro vivis et mortuis; incruentum denique illud sacrificium Christus Jesus Dei Filius, Deo Patri, pro peccatis tam vivorum quam mortuorum offerebatur. Hæc et alia ejuscemodi veteris et orthodoxæ Ecclesiæ dogmata, adversus erroneas hæreticorum opiniones tradit et defendit Cyrillus, in his quæ nunc Latinæ primum isto sæculo in lucem prodeunt catechesibus, quas omnibus veritatis studiosis legendas proponimus. Scriptum Tridenti, durante concilio œcumenico, die nona Julii, anno Domini MDLXIII.

[21] Matth. x, 20. [22] ibid. 19. [23] Act. II, 4, 11.

Jo. Prevotii dedicatoria epistola suæ editionis Cyrilli Græco-Latinæ, in-4°, Parisiis apud Claudium Morellum. ann. 1608.

Sanctissimo ac beatissimo domino nostro Paulo V, pontifici maximo, S. et humillima pedum oscula.

In ea semper fui sententia, beatissime Pater, ut, cum de sacrosanctis fidei mysteriis ageretur, antiqua admirari et amplecti, quam nova perquirere maluerim. Veteres enim, apostolorum sæculo propius accedentes, cum doctrinæ puritate, tum morum probitate præcelluisse quis dubitaverit? Itaque hujusce meæ propensionis specimen aliquod editurus, antiquissimi Patris monumenta Beatitudini tuæ suppliciter consecro, ac sub sacri nominis tui auspiciis produco : Cyrilli, inquam, Hierosolymitani lacteas introductiones, quibus antistes ille gravissimus animas recens in Christianum corpus coaptatas, tanquam eximio quodam pabulo sustentabat, publici juris facio : quæ quidem olim Latine tantum emissæ, ob vitiosi forte manuscripti defectum, quasi non evulgatæ censeri debebant. Meliores igitur nactus codices in celeberrima ac copiosissima S. T. bibliotheca Vaticana, Græcarum aliquot catecheseon excusarum infinitas prope lacunas supplevi, mendas correxi : reliquas vero nec paucas, nec unquam editas, multumque ab omnibus desideratas accurate descripsi, et quanta potui diligentia cum versione Latina contuli : adeo ut qui Græca non norint, tutius quam antea legant interpretationem ; siquidem illam multo emendatiorem futuram spero. Cæterum, B. P., a S. T. supplex peto, ut conatum meum æqui boni consulere, ac tenue istud munusculum placido excipere vultu non dedignetur ; ampliora oblaturus, si vires voluntati adæquarentur : certior interea factus, meam de Patre isto publicando fidem, qua me S. T. obstrinxeram, venia in Galliam ob id concessa, tandem liberasse. Faxit Deus ut Ecclesia tot tantisque oppugnata hæresibus, tum demum sub prudentissimo Pauli V moderamine omnibus expurgata fæcibus, in pristinum restituatur nitorem, summoque sus pontifice diu multumque potiatur. Lutetiæ Parisiorum, Kal. Sept. MDCVIII.

Humilimus servus Jo. PREVOTIUS.

Federici Morelli professoris regii Ἐξάστιχον *in B. Cyrilli Hierosolymitani* Catecheseon *editionem* δίγλωττον *auctiorem.*

Te, Solymorum antistes, maxime Paule, salutat
Cyrillus, per te qui redivivus erit.
Contulit ut Romæ chartas Prævotius amplas
Cyrilli, ostrigeri Perronii auspicio.
Inde typis lingua regalibus edita utraque
Morelli studio scripta sacrata Patris.

---

399 *Thomæ Milles S. T. B. in suam Cyrilli Hierosolymitani Oxoniensem e theatro Scheldoniano editionem an.* 1703. *Præfatio.*

Prodeunt nunc tandem, lector erudite, sancti Cyrilli Opera, mea qualicunque cura perpolita, typorumque academicorum nitore multum exornata. Sunt quidem hujus sanctissimi præsulis scripta dignissima, quæ ab antiquitatam ecclesiasticarum peritissimo denuo ederentur; sed cum viri undequaque doctissimi, quorum non paucos, hæc præsertim non adeo fausta litteris tempestate, tulit hæc nostra Oxonia hoc quidquid est laboris vel detrectaverint vel neglexerint, id a me susceptum fuisse, et ad umbilicum qualitercunque perductum, uti spero, non gravaberis. Nihil opus esse sentio, ut auctorem nostrum, ejusve *Catecheses*, pietatem plane primævam spirantes, pluribus commendatum eam; utpote quem meritissimis laudibus celebrarunt tot tantique Ecclesiæ antiquæ scriptores, cujusque scripta peculiari titulo Κυριλλεῖον in Oriente cohonestata refert Nicephorus. At vero, cum ad sensa scriptorum penitius intelligenda apprime necessarium sit scriptoris vitam, mores, resque gestas probe callere : e re tua futurum existimavi, si antequam de hac nostra Operum sancti Cyrilli editione dixero, quædam de Cyrillo ipso, ejusque scriptis breviter prælibarem.

Quibus parentibus, quove anno natus fuerit Cyrillus incompertum reliquerunt historiæ ecclesiasticæ scriptores ; et licet altum de patria ejus ubique sit silentium, in Palæstina tamen, atque in ipsis forsan Hierosolymis ortum fuisse verisimillimum videtur. Macarium, Maximumque antecessores suos habuit in episcopatu Hierosolymitano ; ab illo autem diaconum, ab isto presbyterum factum fuisse constat. Catechistæ etiam munus postremis Maximi temporibus in Ecclesia Hierosolymitana exercuit ; et singulis fere diebus per totum Quadragesimæ intervallum præcipua fidei capita, catechumenis qui ad festum Paschalis baptizandi erant, luculenter exposuit. Mortuo Maximo, vel, ut aliqui referunt, in exsilium pulso, in sedem Hierosolymitanam successit Cyrillus noster favore et auxilio Acacii Cæsareæ, et Patrophili Scythopoleos episcoporum, qui Arianorum sectæ addicti fuerunt, præcipue adjutus : hac iniqua, ut ait Hieronymus (1), conditione, si repudiato presbyteratus honore quem a Maximo accepisset, diaconi logo et gradu aliquantisper in Ecclesia ministraret. Verum enim vero Hieronymi testimonio hac de re vix est cur certam fidem adhibeamus. Nam Patres secundæ synodi generalis Constantinopoli congregatæ contrarium prorsus statuunt, dum in epistola ad Damasum (2) Cyrillum rite et canonice ab episcopis provinciæ ordinatum declarant, et ab Arianorum factione adeo abhorruisse, ut plurima mala variis in locis ab iis perpessus sit, dum fidem orthodoxam tuere-

(1) In *Chron.* ad annum 349.

(2) Theodoritus, lib. v, cap. 3.

tur. Unde mirari non immerito quis possit, cur Ruffinus Cyrillum nostrum variationis in fide et communione insimulaverit, quem Theodoritus (1) acerrimum apostolicæ doctrinæ propugnatorem fuisse prædicat. Ut ergo quod verum est fateamur, Cyrillus, etsi fidem Nicænam intemeratam servaverit, amicitias tamen cum Acacio Cæsariensi, Basilio Ancyrano, aliisque, quibus ea tempestate Semi-Arianismi notam inurebant, colere non destitit ; indeque forsitan occasionem arripiebant malevoli, eum tanquam minus recte de fide sentientem calumniandi. Neque vero diffitendum est Cyrillum vocem ὁμοούσιον rarius, nonnisi semel atque iterum, si bene memini, in *Catechesibus* usurpasse ; et quamvis Christum esse vere Deum verbi disertissimis asserat, eum nihilominus dicit esse ὅμοιον τῷ Πατρί, et ὅμοιον κατὰ πάντα τῷ γεννήσαντι· de qua loquendi formula vide quæ ad *Cateches.* IV, § 5, notavimus.

Postquam Cyrillus Ecclesiæ Hierosolymitanæ res duobus vel tribus annis summa cum laude administrasset, ingens lis ei cum Acacio Cæsariensi, quicum hactenus amicissime vixerat, de jure metropolitico Ecclesiæ Cæsariensis coorta est. Cyrillus nempe primatum provinciæ Palæstinæ Ecclesiæ Hierosolymitanæ vindicare satagebat ; quam omnium Ecclesiarum matrem, a Christo ipso institutam, ab apostolis fundatam, ab omnibus omnium temporum Christianis maximo in honore semper habitam jactitabat. Verum hac iniqua et intempestiva altercatione Cyrillus legibus ecclesiasticis, paci Ecclesiæ,suoque commodo pessime consuluit. Canone enim septimo Nicæno sancitum fuerat, ut Ecclesia constituta Hierosolymis (quam Patres Nicæni Æliam vocant, quia ab Ælio Adriano imperatore condita, postquam a Tito eversa fuisset) nonnisi proximum post Cæsariensem Ecclesiam honoris gradum obtineret. Ita enim Hieronymus (2) voces istas, ἐχέτω τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς, τῇ μητροπόλει σωζομένου τοῦ οἰκείου ἀξιώματος, interpretatur, ut Palæstinæ metropolim Cæsaream esse asserat. « Ni fallor, inquit, hoc ibi decernitur, ut Palæstinæ metropolis Cæsarea sit. » Et quamvis episcopo Hierosolymitano summus honor tunc temporis deferebatur, jus tamen metropoliticum Ecclesiæ Cæsariensi intactum servari voluere Patres Nicæni, quod etiam (3) canone duodecimo concilii Chalcedonensis disertius statutum reperire est. Ex hac Acacium inter et Cyrillum simultate, dissidii semina late per Ecclesiam Orientalem sparsa fuere, dum episcopi qui idem cum Arianis sentiebant, se Acacio jungebant ; qui vero saniorem fidem profitebantur, a Cyrilli partibus stabant. Acacius vero, cum diutius ferre non potuit Cyrillum æquale jus sibi suæque Ecclesiæ vindicantem,congregatis Palæstinæ episcopis eum ab episcopatu deposuit urbeque expulit. Varia autem crimina Cyrillo objiciebant ejus adversarii. Primum, quod, ut ait Sozomenus (4), fidem Homœousianorum, sive eorum qui Filium Patri secundum substantiam similem asserebant, secutus sit. Hoc vero nimis improbabile videtur, ut Acacius Arianus, cæterique cum eo episcopi Ariani, Arianismum Cyrillo tanquam nefas imputarent. Ideo Nicephoro (5) potius assentior, qui Sozomenum ipsum secutus, Cyrillum in odium Acacii hanc præcipue ob causam incidisse refert, quod consubstantiale laudantes ab initio probabat. Secundo, Cyrillo objiciebant quod Ecclesiæ bona imprudenter profudisset, et quod fame Palæstinam premente, sacram vestem aureis filis intertextam, quam Macario donaverat Constantinus Magnum, mercatori cuidam vendidisset, unde haberet quod pauperibus, qui ad episcopum confugiebant, irrogaret. Mercator autem mulieri cuidam histrionicæ venumdedit, quæ veste illa amicta in scenam prodiens, saltando forte cecidit, miserequc in orchestram impingens enecata fuit.

Hisce de causis Cyrillus exutus infula, et exsilio mulctatus, ab Hierosolymis profugus, Antiochiam pervenit : cum autem hanc Ecclesiam episcopo orbatam reperisset, Tarsum ire perrexit, ibique cum Silvano episcopo diutius commoratus est. Acacius, ut primum de ejus ad Tarsum adventu inaudivit, litteris ad Silvanum missis eum certiorem fecit Cyrillum de sede episcoporum suffragio dejectum,ab ecclesiastico ministerio simul et a communione arcendum esse. Silvanus autem, quia videbat populo 400 placere quas Cyrillus habebat conciones, Acacii monitis obtemperare noluit. Tum demum fremere Acacius ; et Cyrillum, ut coram episcopis Palæstinæ compareret, per biennii spatium continenter citare. Hisce minis territus Cyrillus, appellationis libello ad episcopos misso, ad majus judicium, nempe imperatoris Constantii, provocabat ; quod contra canonis ecclesiastici consuetudinem, a primo et solo Cyrillo factum perperam notat Socrates ; nam diu ante Cyrillum Donatistæ a judicio concilii Arelatensis ad Constantinum Magnum provocaverant. Interea tamen haud dissimulandum esse arbitror, quod canone duodecimo (6) concilii Antiocheni vetitum sit episcopo a synodo provinciali deposito, imperatori molestiam facessere, quem ad majorem synodum provocare oporteret.

Dum Tarsi cum Silvano degebat Cyrillus,synodus episcoporum Orientalium circiter CLX Seleuciæ in Isauria congregata est eodem tempore, hoc est, anno trecentesimo quinquagesimo nono, quo synodus Occidentalium episcoporum Arimini conveniebat. Episcopis coeuntibus synodus in duas partes divisa fuit, stantibus hinc Acacio Cæsariensi, Georgio Alexandrino, Uranio Tyrio, Eudoxio Antiocheno, una cum triginta aliis : inde vero Georgio Laodiceno,Eleusio Cyziceno,Sophronio Pompeiopolitano, et Cyrillo Hierosolymitano, quos longe major pars episcoporum secuta est. Hæ duæ factiones per quatridui spatium acriter inter se digladiabantur. Acacius ejusque sequaces novam fidei formulam condebant, in qua rejectis consubstantialis et substantiæ nominibus Filium Patri voluntate tantum similem asserebant. Alterius autem partis episcopi nullam novam fidei formulam scribendam censentes. Antiochenam subscriptis nominibus suis comprobabant. Cum vero Leonas, synodi præfectus ab imperatore missus, perspiciebat episcopos inter se convenire haud potuisse, concilium dimisit, ita tamen ut episcopis liceret in ecclesia convenire,deque suis controversiis tractare. Convenientibus ergo episcopis qui Cyrillo favebant, Acacium cum suis accersebant, ut tam de Cyrilli, quam etiam

(1) *Hist.* lib. II, cap. 26.

(2) *Epist. ad Pammach.*

(3) Ὅσας δὲ ἤδη πόλεις διὰ γραμμάτων βασιλικῶν τῷ τῆς μητροπόλεως ἐτιμήθησαν ὀνόματι, μόνης ἀπολαυέτωσαν τῆς τιμῆς, καὶ νὴν Ἐκκλησίαν αὐτῆς διοικῶν ἐπισκοπος, σωζομένων δηλονότι τῇ κατ' ἀλήθειαν μητροπόλει τῶν οἰκείων δικαίων.

(4) Lib. IV, cap. 25.

(5) Κύριλλος δὲ τοῖς τῷ ὁμοουσίῳ στοιχοῦσιν ἐξ ἀρχῆς εἵπετο. *Hist.*, lib. IX, cap. 47.

(6) Εἴ τις ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου καθαιρεθεὶς, ὀχλῆσαι τολμήσειε τὰς βασιλικὰς ἀκοὰς, δέον ἐπὶ μείζονα ἐπισκόπων συνόδον τρέπεσθαι, καὶ ἃ νομίζει δίκαια ἔχειν, προσαναφέρειν πλείοσιν ἐπισκόποις, καὶ τὴν παρ' αὐτῶν ἐξέτασίν τε καὶ ἐπίκρισιν ἐκδέχεσθαι· εἰ δὲ τούτων ὀλιγωρήσας ἐνοχλήσειε τῷ βασιλεῖ, τοῦτον μηδὲ μιᾶς συγγνώμης ἀξιοῦσθαι μηδὲ χώραν ἀπολογίας ἔχειν, μηδὲ ἐλπίδα μελλούσης ἀποκαταστάσεως προσδοκᾷν.

aliorum episcoporum causis judicaretur. Illi vero, sæpius licet citati venire recusantes, a cæteris abdicati fuere. Quibus peractis, synodoque etiam dimissa, decem legatos ex suis Constantinopolim miserunt, qui imperatorem de omnibus rebus certiorem facerent. Acacius vero se celeriter e Seleucia proripiens, Constantinopolim prius venit, auresque imperatoris præoccupavit; qui et alioqui in Arcacium propensior, ejus hortatu conciliabulum Constantinopolitanum indixit, cenvocatis episcopis ex Bithynia circiter quinquaginta; qui Cyrillum una cum Silvano Tarsensi aliisque plurimis deposuerunt.

Cyrillus autem ab Hierosolymis relegatus, exsul usque ad mortem Constantii imperatoris permansit. Cui cum Julianus circa finem anni trecentesimi sexagesimi primi successerat, ut omnium gratiam uberius promereret, inter alia benefacta quibus in imperii primordiis magnam sibi laudem comparaverat, episcopos dira Arianorum persecutione fugatos, exsulesque ad sedes suas revocavit. Hac ergo occasione Cyrillum nostrum Hierosolymas rediisse, et episcopalem dignitatem capessivisse verisimile est. Nam anno trecentesimo sexagesimo tertio, cum Julianus templum Judæorum a Tito dirutum immodicis sumptibus restituere parabat, Cyrillus, qui tunc Hierosolymis agebat, rem tacite secum perpendens, memor, ut ait Socrates, vaticinii Danielis, multis astantibus clamavit, brevi futurum ut Servaloris oraculum impleretur, et usque ad consummationem et in finem perseveraturam esse desolationem, et lapidem super lapidem in templo non mansurum [24]. Quod quidem eventus mirifice comprobavit. Nam cum Judæi operi fortiter instarent, jamque nudatis fundamentis prope esset ut structuram ipsam aggrederentur, metuendi flammarum globi crebris assultibus e terra erumpentes operarios aliquoties exurebant, opusque inceptum ut interrumperent efficiebant. Quod quidem testantur non solum Chrysostomus et Gregorius Nazianzenus, verum etiam Ammianus Marcellinus; qui cum Christiano nomini infestus fuerit, quidquam in gratiam Christianorum confinxisse vix censendus est. Sequentibus Juliani temporibus nihil memoratu dignum occurrit de Cyrillo, nisi quod tutum præbuerit refugium juveni cuidam Antiochensi, flaminis filio, qui fidem Christianam amplexus, iratumque ob id patrem fugiens, sed ad Meletium episcopum recepit, qui nocte eum Hierosolymas misit, Cyrilloque tradidit. De iis rebus quas Cyrillus sub imperio Valentis gessit, silent Ecclesiæ annales: credibile vero est eum ab Arianis qui tunc omnia loca complebant, gravia perpessum esse. Cæterum; quod ait Hieronymus, sub Theodosio inconcussum episcopatum tenuit.

Tertio autem Theodosii anno, Christi trecentesimo octogesimo primo, synodus quarta earum quas vocant œcumenicas. Constantinopoli congregata fuit Cui præfuit Cyrillus una cum Gregorio Constantinopolitano, Timotheo Alexandrino, Meletio Antiocheno. Horum sanctorum Patrum, post stabilitam et confirmatam fidem Nicænam, prima cura fuit regimini Ecclesiarum Orientis præcipuarum prospicere. Ideoque loco Maximi invasoris Gregorium Nazianzenum Constantinopolitanæ Ecclesiæ episcopum constituebant; Gregorio vero episcopatum abdicanti Nectarium substituebant. Antiochiæ autem in locum Meletii nuper mortui Flavianum eligebant. Cyrillum demum rite et legitime ordinatum declarabant. Huic consilio quinque circiter annis superstitem fuisse Cyrillum accepimus. Nam Martii XVIII anni trecentesimi octogesimi sexti, si Græcorum Menæo fides adhibenda sit, grandævus jam, curisque confectus placide obdormiit. Pleraque eorum quæ de Cyrillo diximus, veterum testimoniis, quæ ad calcem præfationis subjunximus, satis confirmantur; ideoque scriptores antiquos, qui res gestas Cyrilli posteris tradidere, rarius citavimus. Hactenus de vita Cyrilli: restat ut de scriptis ejus paulo diligentius disseramus.

Plura Cyrilli scripta olim exstitisse, quam quorum vel fragmenta ad nos pervenere, non est quod dubitemus. Cum enim diutius Ecclesiæ Hierosolymitanæ præfuerit, plurimasque ad populum habuerit conciones, non est mirandum, si pro more istius sæculi auditores, eas calamo excipientes, in vulgus dederint: harum autem concionum temporis injuria etiam memoria intercidit. Quod vero Anastasius Nicænus (1) [verius Sinaita] in quæstionibus et responsionibus de variis argumentis in sanctis Scripturis, commentariorum Cyrilli nostri in Marcum, et epistolæ ad Olympium monachum meminerit, id ex eo contigisse arbitror, quod Cyrillum Alexandrinum a Cyrillo Hierosolymitano non satis caute discriminaverit. Quæ vero scripta Cyrilli hodie exstant, quæque nitidiore quam antehac cultu edita, tibi, lector benevole, nunc exhibemus, hæc sunt.

I. Catecheticæ lectiones XXIII, quarum XVIII, Quadragesimæ tempore ad competentes, sive eos, qui ut baptizarentur petebant, habitæ (2), præclarum continent totius doctrinæ Christianæ compendium. Postquam enim animos catechumenorum prævia institutione præparasset, deque peccato, baptismo, præcipuisque fidei capitibus breviter disseruisset, omnes articulos symboli Hierosolymitani fuse explicat, totumque, ut ita dicam, theologiæ corpus absolvit. Quamvis autem Catecheses istæ suum satis prodant auctorem, et primævæ Ecclesiæ simplicitatem orationis contextu pulchre referant, non tamen defuero, nec desunt adhuc, qui eas non modo Cyrillo abjudicant, verum sequioris ætatis fetum esse asserunt. Inter hos agmen ducit Rivetus Pictaviensis, theologiæ apud Batavos Lugdunenses professor non incelebris, qui vel hasce Catecheses negat a Cyrillo scriptas; vel, si minus id obtineri potest, ait esse misere interpolatas, nonnulla ab iis detracta, quædam iis assuta.

Argumentum primum, quo probare aggreditur hasce **401** Catecheses Cyrillo falso ascribi, huc redit: Cum Hieronymus dicat Cyrillum eas in adolescentia composuisse, id vero neutiquam verisimile esse, catechumenorum instructionem publicam adolescenti fuisse commissam, et tantam fuisse ejus auctoritatem et eruditionis famam, ut ejus omnia dicta a notariis excepta sint. Quod ad ætatis annum attinet, quo hasce catecheses habuit Cyrillus, de eo statim dabitur uberior disserendi locus; impræsentiarum id tantum annotasse sufficiat, catechumenorum institutionem publicam non fuisse, opus adeo plenum periculosæ aleæ, quin Cyrillo, juveni licet, satis tuto mandari potuerit. Mysteria enim Christiani cum fidei tum cultus catechumenos celabant, eaque tantum eis exponebant, quæ plana et obvia fuerant, quæque captum eorum qui supra vulgus non sapiebant, minime fugiebant. Nullum autem opus fuit notariis, qui ejus omnes

[24] Dan. IX, 26; Matth. XXIV, 15; Marc. XIII, 14.

(1) Apud *Biblioth. Patrum*, vol. 1.

(2) Ἐν αἷς εὑρήσεις ἐκ μέρους, κατὰ τὰς Θείας Γραφὰς, περὶ πάντων ἀναγκαίων τῆς πίστεως δογμάτων, τῶν ὀφειλόντων εἰς γνωσιν ἀνθρώπων ἐλθεῖν, καὶ τὰ πρὸς Ἕλληνας καὶ τοὺς ἐκ περιτομῆς, καὶ πρὸς τὰς αἱρέσεις, καὶ ἠθικὰ, Χριστιανῶν παντοῖα παραγγέλματα, Θεοῦ χάριτι. Chronologica annotatio quæ subjungitur Cyrilli *Catechesibus* in codice manuscripto Bibliothecæ Augustanæ apud catalogum Biblioth. Aug. ab Hœschel. edit.

dicta exciperent, cum vel ipsemet quæ ad baptizandos verba fecerit, chartis postea illinere potuerit, vel auditores eas ab ore dictantis calamo excipere; quod quidem chronologicæ annotationi superius citatæ convenit; cujus hæc sunt verba: (1) Πολλαὶ μὲν ἐρρέθησαν καὶ ἄλλαι κατηχήσεις, κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον, καὶ πρὸ τοῦ βαπτίσματος, καὶ μετὰ τοῦ βαπτισθῆναι τοὺς νεοφωτίστους· ταύτας δὲ μόνας ἐν τῷ λέγεσθαι τῶν σπουδαίων τινὲς ἐκλαβόντες ἔγραψαν ἐν τῷ τνβ' [CCCLII] ἔτει τῆς τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίας. Hinc autem perspicere licet nullam esse istiusmodi repugnantiam, quam vult Rivetus, inter Hieronymum dicentem Cyrillum catecheses suas composuisse, et titulum *Catechesecon*, quo eas extemporaneas fuisse asseritur.

Secundo, objicit Rivetus catecheses has in cod. ms. bibliothecæ Augustanæ Joanni cuidam episcopo Hierosolymitano tribui. Verum fallitur vir doctissimus. Nam XVIII catecheses Illuminatorum in hoc codice nulli, neque Joanni, neque Cyrillo tribuuntur. Prænotationes quidem sive tituli *Catecheseon* recensentur; ipsæ vero catecheses nemini ascribuntur. Hinc Marcus Velserus hanc notulam præmisit: *Catecheticæ institutiones episcopi Hierosolymitani, quem Cyrillum esse puto.* Fatendum quidem est mystagogicas catecheses Joanni Hierosolymitano tribui. Ita enim se habet titulus: Μυσταγωγικαὶ κατηχήσεις πέντε Ἰωάννου ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων, περὶ βαπτίσματος, χρίσματος, σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ, etc. Quod si vero in uno et altero codice erraus librarii calamus eas Joanni aut alii cuiquam forte ascripserit, cum Hieronymus, Theodoritus, Photius Damascenus, aliique qui ætatem in qua scriptas fuisse constat proxime attigerunt, has catecheticas institutiones Cyrillo nostro tribuant; codices mss. nihil moror, neque adduci possum ut putem imperiti librarii cespitationes esse fide digniores testimoniis sanctorum Patrum. Patet præterea ex ipsis catechesibus eas a Joanne Hierosolymitano scribi nequaquam potuisse; sed vel a Cyrillo ipso, vel ab auctore, qui iisdem quibus Cyrillus vixit temporibus. Cyrillo in sede Hierosolymitana successit Joannes circa annum 386; hasce vero catecheses intra annos 347 et 351 habitas fuisse manifestum est, non solum ex eo quod dicitur septuaginta annos tunc effluxisse post exortam Manetis hæresim, verum etiam ex mentione Persici belli, catech. XV, § 3, quorum utrumque cum Joannis ætate pessime, cum Cyrilli autem optime convenit. Unde liquet Rivetum, Albertinum, aliosque nugas agere, dum hasce catecheses a Joanne quodam scriptas fuisse contendunt. Videamus ergo an ab iis quædam detracta, quædam assuta sint, quod asserere non dubitat Rivetus.

Primum assumentum se reperisse testatur Rivetus catech. XII, § 11, Εἰ γὰρ ὁ τῷ Υἱῷ καλῶς ἱερατεύων ἀπέχεται γυναικὸς, αὐτὸς ὁ Υἱὸς πῶς ἔμελλεν ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἔρχεσθαι; Hoc ab insulso monacho additum esse ideo ait, quia hoc tempore Nicænorum canonum vigebat auctoritas, quibus arbitrio clericorum relictum fuit, an velint ab uxoribus abstinere; qua de re videas, quæso, quæ ad hunc locum pag. 161 notavimus; quibus id unum adjicere visum est, plurimis in locis hisce temporibus non solum episcopos, verum etiam presbyteros cæterosque clero ascriptos, cælibem vitam tanquam perfectiorem egisse: hanc ergo ob causam apposite admodum, pro more suorum temporum, dicit Cyrillus: Εἰ γάρ, etc.

Secundo, quæcunque de ligno crucis seu catech. XIII, § 2, seu aliis in locis (2) reperiuntur, assuta clamat Rivetus. Cum enim paulo antequam hæc scripserit Cyrillus inventa fuerit crux, ejus temporibus minime conveniunt voces istæ μέχρι σήμερον, quæ nonnisi de rebus longe præteritis adhiberi solent. Verum, quod ait eruditissimus D. Cave (3), phrasis ista non semper apud Cyrillum longum præteriti temporis intervallum designat; sed aliquando præsens tempus denotat, phrasique κατὰ τὴν παρουσίαν æquivalet. Cyrillus præterea his verbis non respicit inventionem crucis; verum id tantum dicit, lignum crucis, quod etiamnum manet, esse insigne Dominicæ mortis testimonium. Quod vero ait Rivetus, cap. 10, integram paginam insertam esse a decima linea pag. 274, ad decimam octavam lineam seq. pag., cum id nullo argumento probare nitatur, nullusque sit codex ms. in quo non reperiatur hæc pericope, neque vel levissimum erroris aut fraudis appareat vestigium, jure merito tam facile a nobis rejiciendum existimamus, quam ab illo asseritur.

Quinque quæ supersunt catecheses, mystagogicæ nuncupantur, utpote quæ ad nuper baptizatos festis post Pascha diebus habitæ fuerint. Harum autem eumdem esse auctorem, qui præcedentium, nemini dubium erit, qui ea quæ de argumentis harum catecheseon in fine ultimæ catecheseos Illuminatorum habentur, accurate perpenderit. « Post sanctum autem, inquit Cyrillus, catech. XVIII, § 14, et saltarem Paschatis diem, in reliquis hebdomadæ diebus post synaxim ad sanctum resurrectionis Salvatoris locum congregati, Deo volente, alias catecheses audietis, in quibus rursus de unoquoque eorum quæ fiunt causas discetis, atque tam ex Novo quam ex Veteri Testamento demonstrationes accipietis. » Primum quidem de his quæ ante baptismum proxime fiunt. Deinde quomodo mundati estis, etc. Deinceps vero pollicetur se de iis omnibus dicturum, de quibus in mystagogicis agitur. Neque aliam ob causam, uti existimo, Rivetus hæc a recentiore aliquo addita esse dicit, quam quod Cyrillum nostrum mystagogicarum catecheseon auctorem esse adeo aperte declarant. Stylus quidem harum catecheseon est contractior pressiorque stylo præcedentium, quod non aliunde contigisse reor, quam ex diversa earumdem materia, auditorumque diversis circumstantiis.

Quod vero ad ætatis suæ annum attinet, quo has habuit catecheses auctor noster, de eo vix quidquam certi tradiderunt antiquæ Ecclesiæ scriptores. Hieronymus quidem Cyrillum eas in adolescentia composuisse refert. Verum, pace eorum qui Hieronymum maximo in pretio nec immerito habent, ab ejus sententia liceat discedere. Catechumenorum enim publica institutio ei non ante fuerat commissa, quam presbyteri honorem adeptus sit; cum autem presbyter non potuerit creari nisi tricesimum jam explevisset annum, adolescentiæ terminos præteriisse censendus est. Ex iis præterea quæ de ortu hæreseos Manichæorum, catech. VI, § 12, dicit, constat eum has profudisse catecheses non ita multo antequam ad episcopatus dignitatem evectus fuerit: verum nullo modo cuiquam, qui ad primævæ Ecclesiæ disciplinam paulo attentius respexerit, credibile videbitur eum adolescentem episcopum fieri potuisse.

II. Catecheses sequitur epistola, quam statim ac episcopatum adeptus est, scripsit ad Constantium de signo crucis ex lumine denso valde et coruscante, quod Hierosolymis, die Pentecostes anni trecentesimi quinquagesimi tertii, si temporum rationem recte putet Baronius, quam plurimis videntibus (qui ex cunctis fere orbis regionibus Hierosolyma vel precandi, vel loca sacra invisendi causa venissent apparuit. Apparitionis hujus, epistolæque sancti Cyrilli de ea ad Constantium scriptæ memi-

(1) Vide catalogum Græcorum codicum in bibliotheca Augustan. ed. per Dav. Hœschelium.

(2) Catech. 4, § 7, 10 § 9.

(3) Hist. Litter. in *Cyrillo*.

nere non solum Theophanes et Michael Glycas, verum etiam Sozomenus. Unde satis mirari vix queam quid Rivetum impulerit, ut eam aut non a Cyrillo, aut a Cyrillo Ariano scriptam tam audacter assereret. Blandis quidem verbis imperatorem compellat, eumque multis et forte immeritis **402** laudibus ornat ; verum haud satis video an inde quis recte collegerit, Cyrillum hujusce epistolæ non fuisse auctorem. Quis unquam dicere auderet Gregorium Nazianzenum non fuisse auctorem orationis 1 *contra Julianum*, aut Ambrosium epist. 3 *ad Valentinianum*, aut demum Athanasium orat. 1 *contra Arianos*, quia in his eorum scriptis laudatur Constantius. Plurima sane fuerunt in Constantio laudanda. Odium adversus idololatriam, amor erga Christianam religionem, ingenii acumen, prudentia, fortitudo, cæteræque cum hominis, tum imperatoris dotes ; quæ cum præconiis Cyrilli cæterorumque episcoporum celebrandum reddidere, licet minus recte de fide sentientem. Cyrillum autem Arianum non fuisse ex hac ipsa epistola evidenter apparet, in cujus fine imperatorem ipsum ad fidem in consubstantialem Trinitatem hortari videtur.

III. Epistolam ad Constantium excipit fragmentum homiliæ *in Paralyticum* ad Bethesdæ piscinam sanatum Joan. v, quod nunc primum in lucem ex cod. ms. bibliothecæ Bodleianæ Roe, num. 25 edimus. Hoc Cyrilli nostri opus fuisse genuinum verisimili admodum conjectura assequimur. Stylus convenit cum Cyrilli stylo, et, quod in catechesibus fieri solet, orationis continuitas frequenti sacræ Scripturæ citatione est intercisa, et quasi tessellis quibusdam pulchre variegata. Certissimo quidem indicio deprehendimus sequioris ætatis opus non fuisse : quod mentionem factam videmus § 11 somniorum propheticorum, potestatis morbos sanandi et dæmonia ejiciendi ; quæ miracula post Cyrilli nostri ætatem vix aut ne vix quidem in Ecclesia reperta sunt. Quod si vero Cyrillo hanc homiliam tribuamus ex his ejus verbis § 13, Ἴσως γεγόναμεν ἐμπόδιον τῆς πατρικῆς διδασκαλίας, etc. constat Cyrillum eam scripsisse cum adhuc presbyter esset. Hæc enim consuetudo in Ecclesia primæva invaluit ut presbyteri primo loco, ultimo vero episcopi populum alloquerentur.

IV. Homiliæ huic succedit oratio *De occursu Domini*, etc. quam inter opera quæ Cyrillo falso tribuuntur reponit eruditissimus D. Cave. Modus quidem loquendi est laxior in hac oratione quam in *Catechesibus*, et impetu quodam verborum decurrit stylus ; quod Cyrillo nostro non est familiare. Plurimi tamen viri doctissimi eam Cyrillo nostro tribuere non sunt veriti, quibus suffragantur quamplurimi codices manuscripti. Unus quidem eminentissimi cardinalis Mazarini eam Cyrillo Alexandrino ascribit, quod ex lapsu festinantis librarii calami, Alexandrino pro Hierosolymitano ponentis, accidisse conjicit Combefisius. Ex hac oratione constat Cyrillum fidem Patrum Nicænorum firmiter tenuisse. Nam de Christo hæc habet § 6 : Οὗτός ἐστιν ὁ ὢν καὶ προών· καὶ ἀεὶ τῷ Πατρὶ συμπαρὼν, ὁμοούσιος, ὁμόθρονος, etc.

V. Proxime sequitur *Historia ecclesiastica et mystagogica*, quam Cyrilli nostri nomine prænotatam in codice manuscripto bibliothecæ Bodleianæ reperi. Tractatus hic longo post Cyrilli tempora intervallo auctorem habuit Germanum quemdam, ejus nominis secundum patriarcham Constantinopolitanum, qui circa annum millesimum ducentesimum vicesimum sextum sedem Constantinopolitanam occupasse dicitur. Exstat quidem hæc historia in *Auctuario* Duceano, tom. II, pag. 133, verum notante P. Simonio (1) adeo interpolata, ut vix dignosci queat quid primum scripserit Germanus, quidve postea ab aliis additum fuerit. Nos historiam hanc multo breviorem et, uti opinor, sinceriorem nunc tibi damus ; quod quidem P. Simonius loco citato pollicitus est se facturum ex codice manuscripto ad calcem catenæ Græcorum Patrum in Joannem, quam in bibliotheca Patrum congregationis Oratorii Parisiensis prope Luparam reperisse testatur, et penes se in eum finem retinuisse : sed fidem datam nunquam, quantum scio, liberavit. Tractatus iste totus fere est in explicandis rebus ecclesiasticis et liturgicis, iis præsertim quæ ad Palæstinæ ecclesias, præcipue vero ecclesiam Dominicæ Resurrectionis Hierosolymis spectant : indeque forsitan nonnulli adducti ut crederent a Cyrillo nostro scriptum fuisse. Cyrilli quidem nomen in hac *Historia*, prout in *Auctuario* Duceano exstat, semel tantum reperi. Observatu dignum est, quod ait Germanus § 8 hujusce *Historiæ*, morem versus Orientem precandi, aliosque quosdam ritus ecclesiasticos ab ipsis apostolis Ecclesiæ traditos.

VI. Visum fuit postremo loco ponere epistolam ad Augustinum de miraculis Hieronymi post mortem celebratis, quæ Cyrilli nostri nomen immerito præ se fert. Præterquam enim quod insigni anachronismo triginta annorum, quibus Cyrilli mors Hieronymi mortem antecesserit, satis constat a Cyrillo scribi neutiquam potuisse : tam futilibus scatet fabellis, et propter styli infantiam, et barbariem adeo deformis et fœda est, ut a maleferiato et insulsissimo monacho ante ducentos annos fictam fuisse verisimillimum videatur. Ridicula enim illa, quæ de purgatorio, miraculisque Hieronymi invocatione editis tam inepte crepat, istam ætatem et istiusmodi auctorem plus satis sapiunt.

II. Quod ad hanc nostram Operum S. Cyrilli editionem spectat, ut magis distincte appareat quid a nobis in ea præstitum sit, quid alii hac ex parte præstiterint prius enarrandum censeo. Plurimi sane fuerunt, qui in ipsis fere renascentis litteraturæ primordiis variis in locis vel in edendis vel vertendis S. Cyrilli *Catechesibus* maximo reipublicæ Christianæ bono simul elaborarunt. Nam *Catecheses* Cyrilli nomine Viennæ editas anno millesimo quingentesimo sexagesimo nos docet Catalogus Græcorum codd. bibliothecæ Augustanæ : sed an omnes catecheses, an solæ mystagogicæ tunc prodierint, neque diserte refert Catalogus, neque mihi satis liquet, cui nunquam contigit aliquod hujusce editionis exemplar oculis usurpare. Circa idem fere tempus Jacobus quidam Uchanski archiepiscopus Gnesnensis regnique Poloniæ primas, quem antiquitatis studiosissimum refert Grodecius, *Catecheseon* ex Macedonia nactus exemplar, Slavonum idiomate conscriptum, eas in linguam Polonicam transtulit. Paulo vero post Joannes Grodecius decanus Glogoviensis ex Græco codice, quem cum eo communicaverat eminentissimus cardinalis Hosius, sedis Romanæ in concilio Tridentino legatus, omnes catecheses tam Illuminatorum, quam mystagogicas in Latinum sermonem vertit, annoque millesimo quingentesimo sexagesimo quarto ex typographeo Christophori Plantini Antuerpiæ edidit ; præmissa dissertatiuncula de vita et scriptis Cyrilli. Eodem anno Guillelmus Morellius Caroli IX, Galliarum regis, typographus, quasdam Illuminatorum catecheses, nempe quartam, sextam, octavam, nonam, undecimam (2), et decimam octavam, una cum quinque mystagogicis Parisiis Græce edidit : quonam vero exemplari, sive impresso, sive manu exarato in adornanda hac editione usus est, nusquam refert. Ex hoc tempore doctorum virorum in edendis simul ac evolvendis scriptis sanctorum Patrum paululum elanguit industria ; adeoque nihil mirum quod nemo repertus fuerit (nisi quod semel atque iterum inter auctores, qui bibliothecam Patrum conficiunt, Latine tantum impresse fuerit catecheses), qui in edendis hisce

(1) In *Catalog.* ad fin. not. in Gabrielem Severum, pap. 287.
(2) Lege *quintamdecimam*.

catechesibus desudaverit, usquedum Joannes Prevotius anno 1609 eas in lucem Parisiis emisit, maximo omnium doctorum et bonorum plausu. Is nimirum ope codd. mss· optimæ notæ quos bibliotheca Vaticana ei suppeditavit, non solum *Catecheseon* a Morellio editarum lacunas supplevit, mendas correxit, verum etiam alias nunquam antehac Græce editas (si modo solæ mystagogicæ Viennæ editæ fuerint), publici juris fecit, interpretationem Grodecii plurimis in locis emendavit, epistolam demum Cyrilli ad Constantium mantissæ loco ad finem adjecit. Quæ hanc secutæ sunt duæ *Catecheseon* editiones Par. anni 1631 et 1640. Prevotii editionem pene ad amussim exprimunt. Orationem *De occursu*, etc. primus Græce et Latine vulgavit Laurentius Sifanus IC. Coloniæ anno 1568, una cum orationibus Chrysostomi, Gregorii Nysseni, Timothei presbyteri Hierosolymitani, et Amphilochii in idem festum. Tum vero Pontanus eam nova editione donavit, et postea eruditissimus Fronto Duceus hac oratione, ut et aliis quantivis pretii antiquorum scriptis bibliothecam Patrum adauxit. Omnium autem novissime Combefisius pluribus codicibus manuscriptis instructus eam adeo emaculatam, suisque notulis locupletatam in novo Auctuario edidit, ut vix quidquam aliorum curæ aut industriæ reliquerit. Historiam ecclesiasticam et mystagogicam primus et solus, quantum scio, vulgavit Fronto Ducæus : epistolam autem ad Augustinum inter **403** opera tum Hieronymi, tum Augustini reperire facile licet.

In edendis sancti Cyrilli scriptis id negotii mihi præcipue datum intellexi, ut textum præsertim *Catecheseon* purum, integrum, et ab omni labe purgatum exhiberem. Cum enim librariorum inscitia vel incuria longo temporis decursu fieri vix possit, quin antiquorum scripta fœde mutilata et corrupta sint, prima debet esse antiquissima editoris cura, ut ab istiusmodi mendis liberentur. Hoc vero cum nulla alia ratione facere liceat, quam diligenti codicum tam impressorum quam manuscriptorum inter se collatione, in id summa industria incumbendum existimavi. Imprimis, ut Joannis Prevotii textum, quem, uti dixi, ex codd. mss. Vaticanis ipse emendavit plurimum et supplevit, quemque in hac editione expressimus, emaculatiorem adhuc tibi darem, eum cum cæteris omnibus, quos conquirere licuit, editionibus contuli: et hoc modo plurima sphalmata, typothetarum tum ipsius Prevotii, facile sustuli. Postea vero catecheses omnes epistolamque ad Constantium cum duobus codd. mss., aliquas autem, nempe quartam, sextam, octavam, nonam, decimam decimam quintam, decimam octavam, cum tribus diligenter contuli. Primum codicem membranaceum ante sexcentos, ut videtur, annos exaratum, inter illos codices reperi, quos ex Oriente advectos bibliothecæ Bodleianæ donavit Thomas Roe eques auratus, et a rege Jacobo I primus nostratium ad imperatorem Magnum Mogol legatus ; alterum vero Isaaci Casauboni diligentiæ debemus, qui *Catecheses* epistolamque ad Constantium cum codice ms. quem in aliqua bibliothecarum Galliæ, ut opinor, forte offendit, contulit, omnesque variantes lectiones accurate in margine notavit. Hoc autem Casauboni exemplar ex instructissima sua bibliotheca perhumaniter nobiscum communicavit reverendus admodum in Christo Pater Joannes episcopus Norvicensis ; qui pro singulari suo erga litteras amore tenuibus nostris conatibus plurimum favere non dedignatus est Tertium codicem chartaceum, manu Græci cujusdam, quantum ex litterarum ductibus conjicere licet, haud ante trecentos annos scriptum, suppeditabant archiva Bodleiana. Orationem *De occursu*, etc. contuli cum codice ms. Bodleiano, partemque historiæ mystagogicæ cum codice, qui in bibliotheca collegii divæ Magdalenæ Oxon. asservatur. Cum autem hosce codices cum Prevotii textu conferebam, religio mihi fuit nullam omnino, etiam minutissimam, lectionem prætermittere. Nam cum adeo diversa sint criticorum (fastidiosi hominum generis) judicia, ut lectiones quas eorum unus repudiandas censeret, alter quantivis pretii existimaret ; idcirco ut utrisque, si fieri potest, satisfacerem omnes prorsus notandas, et in ima pagina ponendas arbitratus sum. Variantes lectiones sequuntur adnotationes quædam ; quibus id unum pro viribus conabar, ut ritus, mores, fidem primævæ Ecclesiæ ex antiquissimorum Patrum monumentis explicarem et confirmarem. Versionem demum Grodecii, quam, uti dixi, emendavit multum, et in melius mutavit Prevotius, plurimis in locis emendatiorem adhuc reddidi ; quam tamen si quis omnibus suis numeris perfectam et absolutam dare vellet, eam novam prorsus facere oporteret. Denique, ut nihil huic editioni deesset, subnectare visum est doctorum virorum, nimirum Coci nostratis, Riveti, et Albertini, judicia de Cyrillo ejusque scriptis. Totum opus claudunt indices locupletissimi, locorum Scripturæ, auctorum et rerum.

Antequam vero huic præfandi negotio finem imponam, hanc occasionem arripiendam censeo gratias publice agendi viris quibusdam excellentibus, qui de meipso deque hoc opere nostro optime meruerunt. Inter hos primo loco memorandus est reverendus admodum D. Henricus Aldrich ædis Christi decanus ; cujus beneficio quidquid id est otii litterarii, quo in hac Academia fruor, acceptum quanta possum gratitudine refero, et a cujus auspiciis omnia quæ ad eruditionem, bonos mores, et primævam religionem promovendam faciunt, sibimet spondeant Ecclesia et Academia. Duo etiam viri præstantissimi a me silentio non sunt prætereundi, Viz. D. Henricus Dodwellus, et D. Joannes Ernestus Grabius, qui pereruditis suis monitis, promptoque auxilio effecerunt, ut quæcunque difficilia, dubia, obscura in hoc opere occurrerent, ea mihi essent facilia, plana, perspicua. Quod vero a maculis typographicis purgata sint Cyrilli nostri Opera, id quidem debetur amico in primis charo D. Joanni Pottero collegii Lincolniensis socio, viro in Græcis litteris eruditissimo, suavissimis moribus, summaque modestia prædito Hæc sunt quæ te scire vellem, amice lector. Vale, conatibusque nostris fruere, ac fave.

SELECTÆ EJUSDEM THOMÆ MILLES IN B. CYRILLI SCRIPTA NOTÆ

Non omnes hic dabimus viri clarissimi in Cyrillum *animadversiones. Eas primum excipiemus, quæ contra catholicam fidem, aut alioqui contra veritatem sive historicam sive sive doctrinalem scriptæ, a nobis sive in notis sive in dissertationibus sunt refutatæ. Tum vero eas quæ nihil nisi triti et noti continent, et e locis communibus quos quisque ad manum habet desumptæ sunt. Eas igitur solum ascribemus, quæ vel novi aliquid et inauditi complectuntur, quæ quidem exiguo prorsus numero sunt ; vel quæ res doctis quidem viris notas et familiares*

continent, sed pluribus incompertas, quas tamen in legendo Cyrillo præsentes habere interest; vel tandem quæ utilia ad legendum cum fructu Cyrillianum opus auctorum testimonia continent; quæ quidem vel librorum inopia requiri non possunt a plurimis, vel iis etiam qui libros habent ad manum habere commodum est. Cæterum neque citationes scriptorum hic adductas, præstandas suscipimus: neque omnia quæ in subjectis notis continentur, uti a nobis asserta et approbata spectari volumus. Græca multorum ex auctoribus testimoniorum verba, sola versione retenta, suppressimus; iis exceptis, quæ vel aliam pati possunt interpretationem, vel ad intelligendam sententiæ vim et emphasim ascribenda judicavimus.

PROCATECHESIS.

Ad editionis nostræ num. 1. (Oxon. ed. pag. 1, n. 1, not. 4.) Νοητὰ ἄνθη. Νοητόν sive « spiritale » semper opponitur αἰσθητῷ « sensibili » sive « corporeo. » Hesychius : Νοητὰ, τὰ μὴ ὁρώμενα. Suidas. Νοητά, τὰ μὴ ὁρατὰ, καὶ ἁπλῶς τὰ μὴ αἰσθητά. Gregor. Nyssen., homil. 6 *in Canticum*, tom. I, p. 555, Νοητὸν (λέγομεν) τὸ ὑπερπίπτον τὴν αἰσθητικὴν κατανόησιν. « Illud νοητόν dicimus, quod omnem superat sensus perceptionem. » Quod semel monuisse satis sit. Hac vero phrasi usus est Cyrillus, ut invisibilem et spiritualem gratiam baptismi exprimeret.

A. num. 2. (Oxon. n. 2, not. 4.) Ἄφες ἴδωμεν τί ποιοῦσιν οἱ πίστοι. Monet hoc loco Cyrillus baptizandos, ne sint nimis curiosi in iis rebus perquirendis, quas eos celabat Ecclesia. Nam primævi **404** doctores mysteria fidei ac religionis temere non vulgabant, sed iis tantum exponebant qui per B baptismum « erant initiati, » sive πιστοί. Inde formula illa, quæ toties in scriptis Patrum occurrit, ἴσασιν οἱ μεμυημένοι· « Norunt initiati quod dicitur. » Chrysostomus hom. 40 *in I ad Corinthios*, de ritibus quibusdam loquens : « Et volo quidem aperte, hoc dicere : non audeo autem propter eos qui non sunt initiati. » Et Theodoretus interrog. 15 *in Num.* « Obscure propter non initiatos de mysteriis disserimus; his vero semotis perspicue initiatos docemus. » Vide Tertullian., *De præscript. hæretic.*, c. 41.

Ad num. 4. (Oxon. n. 3, p. 4, not. 4.) Κανονικῶν παρουσίαν. Balsamon in commentario ad canonem 6 Basilii ad Amphilochium (vid. Beveg. Pandectas, tom. II, p. 57) κανονικοὺς dicit esse τοὺς ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζομένους, ἤγουν κληρικοὺς, μοναχοὺς, μοναστρίας, καὶ τὰς παρθενίαν ἐπαγγειλαμένας, « eos qui in canone enumerantur, clericos scilicet, monachos, monachas, et quæ C virginitatem professæ sunt. » Et quidem omnes qui in ordine aliquo ecclesiastico constituti fuerant « Canonici » apellabantur. Inde in canone 15 concil. Laodicen. κανονικοὶ ψάλται. « canonici cantores » reperiuntur : qui a Zonara dicuntur esse ἐν κλήρῳ τεταγμένοι, « in clerum ascripti : » quo distinguuntur ab iis laicis, qui, ut Balsamon in commentario ad canonem citatum notat, « in ecclesiis divina cantica incipiebant in contemptum clericorum. » Et in canone 2 concil. Antiocheni, hæc verba, τὶς τοῦ κανόνος, a Dionysio Exiguo ita vertuntur : « Quilibet ex clero. »

Ad num. (Oxon. n. 5, p. 7, n. 1.) Τοὺς ἐπορκισμοὺς δέχου μετὰ σπουδῆ. Cui prorsus absimile est quod Greg. Nazian., orat. XL. *De baptismo*, monet baptizandos : Ne exorcismi medicinam respue, nec ob illius longitudinem animo concide. Nam id quoque velut lapis Lydius est, ad quem exploratur quam sincero quisque pectore D ad baptismun accedat. » Per hos exorcismos nascentis Ecclesiæ temporibus dæmones e corporibus obsessorum ejiciebantur, adjurando scilicet eos per nomen Domini Jesu, « cujus etiam nominis potentiam dæmones tremunt et reformidant, et hodie quoque illi per nomen Jesu Christi,... adjurati nobis parent. » Verba sunt Justini martyr. in *Dialogo cum Tryphon.* p. 247. Atque hoc χάρισμα, uti vocatur, in *Gonstit. apostin.*, lib. VIII, c. 26, laicis cum clericis tunc temporis commune fuit; A ut manifestum est non solum ex eo quod Marc. XVI, 17, dæmonum ejectio inter signa, quæ credentes essent secutura, numeratur; verum ex scriptis Patrum antiquissimorum, præsertim Tertulliani, qui summam omnium Christianorum in dæmones potestatem his verbis declarat : « Edatur hic aliquis sub tribunalibus vestris quem dæmone agi constet. Jussus a quolibet Christiano loqui spiritus ille, tam se dæmonem confitebitur de vero, quam alibi deum de falso. » Et paulo post : « Nisi se dæmones coufessi fuerint, Christiano mentiri non audentas, ibidem istius Christiani procacissimi sanguinem fundite. » *Apologet.*, cap. 23. Et ne plura testimonia in re adeo manifesta proferam, in lib. *De corona milit.*, cap. 11, ab ipsis militibus immundos spiritus dicit ejectos : « Et quos, inquit interdiu exorcismis fugavit, noctibus defensabit. » Sed sequentibus Christianismi sæculis exorcismus proprium ac peculiare munus in Ecclesia fuit. In canone 24 concilii Laodicen, exorcistæ in minoribus Ecclesiæ ordinibus numerantur. Et canou 26 ejusdem concilii, eos exorcizare prohibet qui ab episcopo (addo vel chorepiscopo ex canon. 10 concil. Antiochen.) non fuerint ad id ordinati, sive, ut Balsamon loquitur, μὴ λαβόντες τοῦτο δι' ἐπισκοπικῆς χειροθεσίας. Idem Balsamon in commentario ad hunc canon. munus exorcistarum dicit esse κατηχεῖν τοὺς ἀπίστους, id est, eos ad baptismum præparare increpando immundum spiritum (Isidor., *De offic. div.*, lib. II, cap. 20.) et Deum orando, ut eos a vinculis diaboli et misera ejus servitute liberos præstaret. Vide *Eucholog. Græc.*, pag. 335 editum Paris. a Goar. 1647.

Ad num. 19. (Oxon. n. 6, p. 8, not. 1.) Καὶ Σαμαρειτῶν. Samaritæ propago fuere Babyloniorum, quos, populo Israelitico in captivitatem abducto, misit rex Assyriorum ut regioni isti essent præsidio, indeque illis Samaritarum nomen impositum. IV Reg. XVII, 24. Origenes, *in Joan.*, p. 329. « Hebræi etiam Somer dicunt custodem, sicque tradunt Samaritanos primum appellatos fuisse; quod missi fuerint ab Assyriorum rege ad custodiam terræ Israel post captivitatem Israelis. » Eamdem nominis etymologiam tuetur Epiphanius, eique alteram adjecit tom. I, lib. I, *in Hær. Samaritan.* « Interpretari autem possis Samaritas custodes... aut quod custodes erant constitutionis secundum legem Mosis. » Alii rursus aliam nominis rationem, eamque veriorem afferunt, et Samaritas nuncupatos esse volunt a Schemer, a quo Amri rex Israelis montem Σεμερών emit, in quem urbem postea Samariam dictam exstruxit, III Reg. XVI, 24. Quænam autem fuere dogmata illa Samaritanorum adversus quæ arma capere catechumenos monet Cyrillus, non solum ipse alibi ostendit, verum planius docebit nos Epiphanius loco citato : « Porro a Judæis ea re primum differunt (Samaritam) quod iis prophetarum scripta secundum Mosem minime sunt D tradita : sed quinque duntaxat volumina, quæ per Mosem Israelitarum genti data sunt, cum ex Ægypto decessissent. » Et paulo post : « Mortuorum resurrectionem ignorant, nec fieri posse putant : deinde Spiritum sanctum rejiciunt, quem utique nesciunt. » Quibus adjicere debemus quæ de Samaritanis habet Leontius Byzantinus *De sectis*, act. 2, p. 422. « Neque angelum esse existimant, neque animam immortalem neque resurrectionem. » Hujusce impiæ hæreseos, et omni ratione carentis

(quæ sunt verba Justini imp. Nov. 144) fautores gravibus pœnis coercendos censuit pius pariter ac sapiens imperator Justinianus. Nam in cod., lib. I, tit. 5, c. 17, jubet, ut « synagogæ eorum destruantur, et si alias tentent facere, puniantur. Et quod non possunt successores habere ex testamento, vel ab intestato præter orthodoxos ; neque donent aut aliter alienent, hi qui non sunt orthodoxi ; sed fiscus ipsa vindicat providentia episcoporum et præsidum. »

Ad num. 17. (Oxon. n. 6, p. 8, n. 1.) Καὶ ἐξαλεῖψαι τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον. Ita sacerdos in liturgia ecclesiæ Hierosolymitanæ, quæ S. Jacobo ascribitur, post Eucharistiæ consecrationem precatur : Ἀλλὰ κατὰ τὴν σὴν ἐπιείκειαν καὶ ἄφατόν σου φιλανθρωπίαν ὑπερβὰς καὶ ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τῶν σῶν οἰκετῶν, χαρίσῃ ἡμῖν, etc. « Sed secundum æquitatem tuam et ineffabilem humanitatem tuam prætergrediens atque delens chirographum illud quod est contra nos famulos tuos, concedas nobis, » etc.

CATECHESIS I.

Ad titulum. (Oxon. edit. p. 13, not. 1.) Καὶ ἀνάγνωσις. De lectione sacrarum Litterarum hæc observanda sunt : 1. lectiones hæ, sive ἀναγνώσεις, post collectam habitæ fuere. Inde regula, quæ in omnibus fere libris sacramentorum tam editis quam mss. reperitur : « Post collectam sequitur Apostolus, » i. e. lectio ex Apostolo, sive epistola. Nam tametsi non solum ex apostolicis Epistolis, verum etiam ex libris Veteris Testamenti, et sæpe ex utrisque desumptæ fuere hæ lectiones ; tamen Epistolæ nomen iis tributum reperio ; quia nimirum ex apostolorum Epistolis ac speciatim divi Pauli ut plurimum accipiebantur. In liturgia ecclesiæ Hierosolymitanæ, quæ sancto Jacobo ascribitur, post collectam etiam ἀναγινώσκεται τὰ ἱερὰ λόγια τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, etc. « Leguntur oracula sacra Veteris Testamenti. » vide liturgiam sancti Jacobi in *Bibl. Patrum*, tom. II, p. 4. edit. Paris. 1624 ; sed interpositis primo precatione, deinde salutatione sacerdotali, Εἰρήνη πᾶσιν· et responsione populi, Καὶ τῷ πνεύματί σου, una cum Ἀλληλούϊα, quod canunt οἱ ψάλται· 2. in antiquissimis Ecclesiæ temporibus non modo libri Veteris Novique Testamenti legebantur, verum etiam scripta aliqua SS. Patrum, Clementis scilicet, Barnabæ, Hermæ, et epistolæ episcoporum, eæ præsertim quas irenicas et communicatorias vocabant, quibus sc. commercium, concordia, et disciplina inter episcopos servabatur. Sed sequentibus Ecclesiæ temporibus canon 59 concilii Laodiceni vetuit « libros non canonicos in ecclesia legi, sed solos canonicos Veteris et Novi Testamenti. » Οὐ δεῖ. . . . . λέγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ . . . ἀκανόνιστα βιβλία, ἀλλὰ μόνα τὰ κανονικὰ τῆς Παλαιᾶς καὶ Καινῆς Διαθήκης. Eos autem libros a Patribus hujus concilii canonicos appellari vult Zonaras, « Qui sanctorum apostolorum canone 85 recensentur : non canonicos autem, quorum nulla in eo canone mentio est ; » 3. lectiones omnes liturgicæ (tam Epistola scil. quam Evangelium) pro ambone seu pulpito, tanquam pro tribunali legebantur ; ex quo etiam episcopus conciones habuit ad populum. Cyprianus epist. 39, de quodam Celerino agens, quem post confessionem lectorem ordinaverat. « Quid aliud, inquit, quam super pulpitum, id est super tribunal ecclesiæ oportebat imponi, ut loci altioris dignitate subnixus, et plebi universæ pro honoris claritate conspicuus, legat præcepta et Evangelium Domini, quæ fortiter et fideliter sequitur. » Quod vero episcopi ex hoc loco populum adhortarentur, **405** testem habemus Prudentium in hymno de S. Hippolyto.

Fronte sub adversa gradibus sublime tribunal
Tollitur, antistes prædicat unde Deum.

Hoc tribunal *Aram* vocat Sidonius, carm. 16 :

Seu te conspicuis gradibus venerabilis aræ
Concionaturum plebs sedula circumsistit.

Ad num. 5. (Oxon. edit. n. 5, p. 18, not. 1.) Καιρὸς ἐξομολογήσεως ὁ παρών. etc. Confessio omnium peccatorum baptismum (ad exemplum baptismi Joannis, Matth. III, 6. Vide catech. 3, § 4.) semper præcedebat. Hoc plurimis sanctorum Patrum testimoniis probari potest. Tertullianus in libro *De baptismo*, c. 20, « Ingressuros, inquit, in baptismum orationibus crebris. . . . . et cum *confessione* omnium retro delictorum, ut exponant etiam baptismum Joannis. » Cui suffragatur Gregor. Nazianz. qui orat. 40 baptizandos ita alloquitur : « Ne peccatum tuum confiteri grave ducas, sciens quo pacto Joannes baptizaverit : ut per hujus vitæ pudorem, futuri sæculi pudorem ignominiamque fugias. » Vide Euseb. lib. IV, c, 61, *De vita Constantini*, ubi ordinem baptismi illius describit, et Socratem, *Histor. eccles.*, lib. V, c. 17.

CATECHESIS II,

Ad num. 1. (Oxon. edit. n. 1, p. 20, not. 1.) Κακὸν αὐτεξούσιον, βλάστημα προαιρέσεως. Καὶ ὅτι γε αὐτοπροαιρέτως ἁμαρτάνομεν, etc. Hæc et alia multa, quæ in hac catechesi reperiuntur de homine propria voluntate peccante, in hunc finem a Cyrillo dicta sunt, ut insanum Manichæorum errorem everteret ; qui sectatores suos docebant, peccatum a libero hominum arbitrio non procedere, sed vel a Deo malo, vel ab anima mala, quam unicuique homini inesse somniabant. D. Augustinus *De hæres.* in hæresi Manichæorum : « Peccatorum, inquit, originem non libero arbitrio voluntatis, sed substantiæ tribuunt gentis adversæ, quam dogmatizantes esse hominibus mixtam, omnem carnem non Dei sed malæ mentis perhibent esse opificium, quam a contrario principio Deo coæternam esse aiunt » Hunc errorem in tribus *De libero arbitrio* libris impugnat Augustinus.

Ad num. 4, (Oxon. n. 3, p. 22, not. 1.) Οὐκ ἐκ φύσεως ἐπάναγκες τὸ ἁμαρτητικὸν λαβὼν... διάβολος γέγονεν ἐξ οἰκείας προαιρέσεως. Ita Chrysostomus de diabolo tentatore : « Diabolus admodum malus, non natura sed animi proposito ac sententia. » Et Theodor. ser. 3 *contra Græcos*, p. 54. « Nos, inquit, istos (dæmones) non ab initio malos esse conditos ab universorum Deo diximus, neque naturam ejusmodi sortitos, sed vitio voluntatis a melioribus ad pejora præcipites corruisse. » Prudentius item de diabolo loquens dicit :

Sed factus de stirpe bonus bonitatis in usum
Proditus, et primo genitus de fonte serenus
Deterior mox sponte sua.

Vide etiam Epiphanium, in hæresi Manichæorum, n. 16, et Lactantium, lib. II, c. 8. Cum hæc, tum alia infinita, quibus scripta Patrum ubique scatent de diabolo propria voluntate peccante, sicut eo fine dicta sunt ne quis Deum peccati auctorem existimet, ita etiam intelligenda sunt respectu habito ad impium Manichæorum errorem qui unum principium sua natura malum statuebant.

Ad num. 12. (Oxon. n. 7, p. 27, not. 1.) Περιεβάλλετο μὲν σάκκον ἀντὶ πορφύρας. Saccus est vestis vilis et abjecta, atrique coloris, uti colligitur ex Apocal. VI, 12, quamque proprium pœnitentium indumentum existimant SS. Patres. Theophylactus, in cap. XI Matt. Σάκκος, συμβολον μετανοίας. « Saccus pœnitentiæ symbolum est. » Cyrillus Alexandrinus *in Amos*, num. 75, saccum vocat τὸ τῶν πενθούντων σχῆμα. « habitum lugentium, » et alibi περίβλημα πενθικόν. Tertullianus, *De pœnitentia*, cap. 9, dicit pœnitentis esse « sacco et cineri incubare. »

Ibid. (Oxon. n. 7, p. 27, not. 2.) Ἐπὶ σποδοῦ

καὶ γῆς ὁ βασιλεὺς ἐκαθέζετο. Cineribus aspergi solebant illi, qui ob insignem aliquam calamitatem mœsti lugentesque incedebant, etiam apud gentiles. Hinc apud Græcos vincti educebantur capitibus pulvere sordidatis, ut de se Cnemon fatetur, quem pater (uti narrat Heliodorus, *Histor. Æthiopic.*, lib. I) produxit ad populum, τῆς κεφαλῆς κόνιν καταχεάμενον· « pulvere insperso capiti, » et lib. IV, Charicles prodit, κόνιν τοῦ τε προσώπου καὶ τῆς κεφαλῆς καταχεμένος· « facie atque capite cinere sparsis. » Hinc Seneca, in *Troad.*, de lugentium choro :

Solvite crinem, per colla fluant
Mæsta capilli tepido Trojæ
Pulvere turpes.

Vide II Reg. XIII, 19; Esth. IV, 1; Job II, 8; XLII, 6; Jer. VI, 26; Matth. XI, 21; Luc. X, 13. Hinc pœnitentibus usitatæ fuerunt χαμαιπέτειαι, eæque ἐν σποδῷ, in cinere, pulvere, sterquilinio, quam gentiles πήλωσιν, καταβορβόρωσιν, γυμνῶν ἐν πηλῷ καλίνδησιν vocarunt. Cyprianus lib. *De lapsis* : « Daniel quoque post fidei atque innocentiæ suæ multiplicem gratiam, post dignationem Domini circa virtutes ac laudes suas sæpe repetitam, jejuniis adhuc promereri Deum nititur, in sacco *et cinere* volutatur. »

Ad num. 15. (Oxon. n. 10, p. 30, not. 1.) Οὐ γὰρ κατὰ γένεσιν καὶ πλοκὴν ἄστρων, ὥς τινες ματαιολογοῦσι, etc. Astrologiæ et genethliacorum vanitatem hisce verbis perstringit Cyrillus : quam a Chaldæis ad cæteras gentes propagatam fuisse nos docet Origenes, *Contra Celsum*, p. 330 : « Placuit Celso divinissimas gentes dicere, primum Chaldæorum a quibus in homines propagata est fallax genethliacorum disciplina. » Hanc sideralem scientiam primis a Christo sæculis apud quosdam in pretio fuisse discere est ex Tertulliano et Basilio. Tertullianus, *De idololatria*, cap. 9 : « De astrologis, inquit, ne loquendum quidem est, sed quoniam quidam istis diebus provocavit, defendens sibi perseverantiam professionis istius, paucis utar. » Et S. Basilius, homil. 6 *In Hexæmeron* : « Sed homines ii, qui septa transiliunt ad defensionem genethliacæ artis multo vanissimæ, hanc trahere Scripturæ sententiam (*Gen.* I, 14) conantur. Atqui aiunt vitam nostram a cœlestium corporum motione pendere, et hanc ob causam ex sideribus a Chaldæis eorum notationes effectuum qui nobis accidunt fieri. » Et paulo post : « Quid enim aiunt ? (astrologi) nimirum quia conjunctio permistiove astrorum, quæ moventur ad eas stellas quæ in orbe signifero collocatæ sunt, si talis fuerit inter se concurrentium figura, tales efficiet hominum generationes atque ortus. » Contra hos non solum Christiani, scilicet Bardesanes Syrus, Origenes, aliique ab Eusebio, *De præpar., evang.*, lib. VI, cap. 2, citati disputarunt ; verum ipsi philosophi, Phavorinus apud A. Gellium, lib. XIV, cap. 19, aliique apud Eusebium, lib. VI, c. 6, *De præpar. evang.*

CATECHESIS III.

Ad num. 3. (Oxon. n. 2, p. 34, not. 1.) Ἱματίων λαμπροτάτας ἐνδυσάμενοι στολάς. Morem antiquum baptizatos statim ut ascenderant ex aqua alba veste induendi supra notavimus. Quibus Dionysii testimonium in lib. *De ecclesiast. hierarch.*, cap. de Baptismo, subjungere non abs re erit. « Pontifex superne astans, ubi sacerdote secundum aquas versus pontificem initiandi nomen proclamarunt, ter eum immergit, sub ternam immersionem atque emersionem tres divinæ beatitudinis personas invocando. Tunc excipientes eum cæteri sacerdotes tradunt susceptori seu admissionis auctori, et ubi una cum eo initiatum veste congrua amiciverunt, rursus illum ad pontificem ducunt, » etc. Vestem vero congruam Maximus in scholio ad hunc locum interpretatur « candidam » : κατάλληλον [τουτέστι λευκήν.] « Congrue [i. e. candida]. » Vide p. 260. Plurimæ vero sunt, eæque gravissimæ causæ, cur, qui recens baptizati erant, candidati incedebant. I. Veste alba purificatio a sordibus et inquinamento peccatorum, quæ fit per baptismum, percommode designatur. Origen., hom. 12 *in Exod.* : « Lota sunt vestimenta tua cum venisti ad baptismi gratiam, purificatus es spiritu, purificatus es corpore, mundatus es ab omni inquinamento carnis, et spiritus. » Et Amalarius Fortunatus, lib. I. *De eccles. Officiis*, cap. 27, « Baptizamur, inquit, in Spiritu sancto quando abluimur a peccatis, quam ablutionem significant albæ vestes in baptismate per totum corpus. » Vide Chrysost. homil. *in psalm.* CXVIII ; Ambrosium, lib. *De iis qui mysteriis initiantur*, cap. 7. II. Sicut immersione baptismali Christi sepultura repræsentatur, et emersione ejusdem resurrectio quæ nostræ resurrectionis certissimum pignus est ; ita gloria resurrectionis non alio symbolo aptius adumbratur quam albis baptizatorum vestimentis. Album colorem in rebus lætis olim adhibitum fuisse nemo est qui nescit. Horatius, *Satyr.*, lib. II, sat. 2, vers. 56, dies festos albis vestibus celebrari vult :

Ille repotia, natales aliosve deorum
Festos albatus celebret.

Jam vero nulla dies piis animabus lætior effulgebit quam quando ad vitam beatam resurgent. Æquum ergo est, ut qui typum tam suæ quam Christi resurrectionis gerunt veste splendida ornentur. Inde August. serm. 163, *De temp.* « Ad hoc, » inquit, « Dominus hodie resurrexit, ut imaginem nobis futuræ resurrectionis ostenderet, et ideo hodie vitali lavacro resurgens Dei populus ad instar resurrectionis Ecclesiam nostram splendore nivei coloris illuminat. » Et Amphilochius, in *Vita* **406** *Basilii*, albam vestem baptizatorum vocat, « Christi resurrectionis vestimentum, » τὰ τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως ἄμφια. In qua nimirum Domino suscitato in signum lætitiæ angeli apparuerunt. III. Manumissi veste alba amiciebantur. Tertullian, *De resurrect. carnis*, cap. 57 : « At quin et vestis albæ nitore, et aurei annuli honore et patroni nomine ac tribu mensaque honorantur. » Artemidorus, lib. II, cap. 3, *Oneirocritic.* « Albis vestimentis soli sacerdotes, servique Græcorum vestiuntur. » Per baptismum autem a manu seu potestate diaboli liberamur : in signum ergo libertatis suæ baptizatus veste alba induitur. Hanc vestem octavo die, Sabbato sc. post Paschatis vel Pentecostes, etc. solemnia exuebant, et in ecclesia reponebant baptizati. Inde Augustinus serm. 107, *De Domin. in oct. Pasch.* « Paschalis solemnitas, inquit, hodierna festivitate concluditur, et ideo *hodie* neophytorum habitus commutatur : ita tamen ut *candor* qui de habitu deponitur, semper in corde teneatur. »

Ibid. 2. (Oxon. ibid. not. 2.) Μὴ ὡς ὕδατι λιτῷ πρόσελθε τῷ λουτρῷ, etc. Hisce et sequentibus verbis asserit Cyrillus vim et efficaciam baptismi non inesse aquæ elemento, sed Spiritui sancto qui ad hæc omnia aqua utitur tanquam instrumento. Cui consentiunt Patres. Chrysostomus, homil. 35, *in Joan.* V : « Quemadmodum hujus aquæ natura per se non sanabat (siquidem semper sanasset), sed duntaxat cum ab angelo movebatur : ita et in nobis non simplex aqua operatur, sed cum Spiritus gratiam accipit, omnia peccata abluit. » Et Ambrosius, lib. *De iis qui mysteriis initiantur*, cap. 4 : « Hinc cognosce, inquit, quod aqua non mundat sine Spiritu : ideoque legisti quod tres in baptismate unum sint, aqua, sanguis et spiritus : quia si unum horum detrahas, non stat baptismatis sacramentum. Quid enim est aqua sine cruce Christi ? Elementum commune sine ullo sacramenti effectu, nec iterum sine aqua regenerationis myste-

rium est. » Paulinus etiam, epist. 12, *ad Serenum* ita canit : nov. edit. 32, n. 5.

Sanctus in hunc cælo descendit Spiritus amnem,
Cœlestique sacras fronte maritat aquas.
Concipit unda Deum, sanctamque liquoribus almis
Edit ab æterno semine progeniem.

Vide Basilium, *De Spiritu sancto*, tom. II, p. 323.

Ad num. 7. (Oxon. n. 4, p. 38, not. 1,) Ἀπόθλιψον σεαυτὸν (sic enim legit Millesius in nota ex codd. Roe et Casaub., cum in textu reliquerit ἀποθλίψας ἑαυτὸν) διὰ τῆς νηστείας. Cyrillus his verbis antiquissimam sine dubio respicit Christianorum consuetudinem, a Justino martyre, Tertulliano, indeque a pluribus aliis memoratam, qua baptizandi sese crebris jejuniis ante baptismum exercebant. Justin., apolog. 2, p. 93. « Quicunque persuasi fuerint, et crediderint vera esse quæ a nobis traduntur, et dicuntur, et vivere se ita posse receperint, orare *jejunantes*, et petere a Deo priorum peccatorum remissionem docentur, nobis cum illis una et orantibus, et jejunantibus. Deinde eo adducuntur a nobis ubi aqua est, » etc. Tertullianus *De baptismo*, cap. 20, « Ingressuros, inquit, baptismum orationibus crebris, *jejuniis*, et geniculationibus, et pervigiliis orare oportet. » Vide etiam Gregor. Naz., orat. XL ; *Constit. apost.*, lib. VII, cap. 22 ; canon. 85, IV conc. Carthag. ; Amalarium Fortunatum. lib. IV *eccles. offic.*, c. 20 ; Rupert. abb., *De divinis Officiis*, lib. IV, cap. 19. Ad hunc morem pertinere existimantur eruditi versus Paschales Ausonii :

Sancta salutiferi redeunt solemnia Christi,
Et devota pii celebrant jejunia mystæ.
At nos æternum cohibentes pectore cultum
Intemeratorum vim continuamus honorum.

Ubi per mystas aliqui intelligi volunt catechumenos. Vid. Cotelerii annotat. ad cap. 22, lib. VII, *Apostol. Constitut.*

Ad num. 11. (Oxon. n. 8, p. 40, not. 1.) Ἡγίασε τὸ βάπτισμα ὁ Ἰησοῦς βαπτισθεὶς αὐτός.... ἐβαπτίσθη δὲ οὐχ ἵνα ἁμαρτιῶν λάβῃ συγχώρησιν, etc. Christum non fuisse baptizatum, ut inde peccatorum remissionem acciperet, cum his et sequentibus verbis asserit Cyrillus, tum etiam affatim nos nocent sacrosancti Patres. Chrysostomus (vide Macarii Chrysocephali Catenam *in Lucam*, cod. ms. Baroc. n. 211, in bibl. Bodl.) ubi, Τίνος ἕνεκεν ὁ Χριστὸς βαπτίζεται ; « Qua de causa Christus baptizetur ? » quæstionem habet; Οὐχ inquit, ἁμαρτημάτων συγχωρήσεως ἐδεῖτο· πῶς γὰρ ὁ μηδεμίαν ἁμαρτίαν ἔχων ; οὔτε Πνεύματος ἄμοιρος ἦν ἐκείνη ἡ σάρξ· πῶς γὰρ ἡ ἐκ Πνεύματος ἁγίου κατασκευασθεῖσα τὴν ἀρχήν ; « Non indulgentia peccatorum indigebat : quippe qui nullum peccatum commiserat ; nec illa caro expers erat Spiritus sancti ; utpote quæ per Spiritum ab ipso principio concepta fuit. » Si ergo quæras, cur Christus baptizari voluerit ? respondeo : I. Ut Joannis baptismum comprobaret. Ita S. Ignatii epist. interpolat. ad Ephesios. « Hic... a Joanne baptizatus est, ut ratam faceret ordinationem commissam prophetæ. » Et Pseudo-Clemens, *Constit. apostol.*, lib. VII. cap. 22: « Baptizatus autem fuit et jejunavit non quod ipse opus haberet ablutione sordium, vel jejunio, vel purgatione, qui natura purus et sanctus est, sed ut Joanni veritatem attestaretur. » II. Ut omnem justitiam compleret, Matth. III, 15, ea scil. omnia præstando quæ quovis modo lex præceperat. Nam ut optime ad hunc locum evangelistæ notat Chrysostomus : « Justitia est omnium mandatorum plena custodia. Quia utique jam, inquit, cuncta alia mandata perfecimus, hoc autem solum modo erat reliquum, id quoque ipsum oportet adjungi. » Vide Theophylact., ad Matth. III, 15. III. Tertiam rationem cur Christus baptizatus fuerit hoc loco affert Cyrillus, ut scilicet baptismum consecraret, aquasque sanctificaret quibus peccatorum sordes mystice erant abluendæ. Unde Hilarius, can. 2 *in Matthæum* : « Ipse quidem lavacri egens non erat... sed per illum in aquis sanctificationis nostræ erat sanctificanda purgatio. » Et Hieronymus, *Adversus Luciferianos*, t. II, edit. Froben. p. 138, « Dominus noster, » inquit, non tam mundatus est in lavacro, quam lavacro suo universas aquas mundavit. » Quibus etiam consentit S. Ignatius in epist. genuina ad Ephesios VII, 18. Ὃς.... ἐβαπτίσθη ἵνα τῷ πάθει τὸ ὕδωρ καθαρίσῃ. « Qui baptizatus est, ut passione aquam purificaret. » Pro ἵνα τῷ πάθει τὸ ὕδωρ καθαρίσῃ, quæ baptismo haud conveniunt, Theodoretus, dialogo I, et Macarius Chrysocephalus in Catena manuscripta *in Lucam* III, 21, legunt ἵνα τὸ θνητὸν ἡμῶν καθαρισθῇ. Vide Ambrosium *in Luc.* III, et Optatum Milevitan., lib. I.

Ad num. 13. (Oxon. n. 19, p. 41, not. 3.) Οὕτω καὶ σὺ πρὸ τοῦ βαπτίσματος τοῖς ἀντικειμένοις παλαίειν, . . . λαβὼν δὲ τὴν χάριν, . . . ἀγωνίζου τότε. Cum enim gratiam Spiritus sancti per baptismum recepimus, tum demum vires habemus et arma quibus diabolo ejusque tentationibus resistere possumus. Hinc Gregorius Nazianzenus orat. 40, *In sanctum baptisma* : « Si te luminis persecutor, et tentator post baptismum adortus fuerit, ut certe adorietur (nam et Verbum et Deum, propter carnis velamen, oppugnare aggresus est ; lumen, inquam illud absconditum propter humanitatem in aspectum cadentem), habes quo eum superes : ne certamen reformides : aquam adversus eum appone, spiritum appone, in quo ignita omnia pravi illius tela exstinguentur. »

CATECHESIS IV

Ad. n. 6. (Oxon. n. 4, p. 48, not. 3.) Οἱ μὲν ἥλιον ἐθεοποίησαν. . . . οἱ δὲ σελήνην. Ethnicos procul dubio petit Cyrillus, qui solem, lunam, cæteraque corpora cœlestia religioso cultu prosequebantur. Quod quidem fecisse constat omnes fere nationes Palæstinam circumjacentes. Ægyptiorum theologia solem, μοῦνον οὐρανοῦ Θεόν, « unicum cœli Numen » appellat ; imo ipsi Judæi, solem, nominibus βάαλ, et βέελ, contracteque βᾶλ et βῆλ ab Hebræorum בעל appellatum, lunamque quam vocabant « Astaroth » sive « Astarten, » colebant. Jud. II, 13. Phœnices solem quem Beelsamen vocabant, cum tristi siccitatis calamitate affligerentur, votis, precibus, sacrificiisque venerabantur ; quod Eusebius *Præparat. Evang.* lib. I, cap. 7, ex Sanchoniathonis libris notat his verbis : « Cumque siccitas obtigisset, sustulisse manus in cœlum ad solem. Hunc enim solum, inquit [Sanchoniathon), Deum existimabant ; eum vocantes cœli Dominum Beelsamen. » Porphyrius quoque. lib. II, *De Abstinentia ab esu animalium* : « Phœnices magnis in cladibus vel bellorum, vel æstus, vel pestilentiæ sacrificabunt charissimorum quempiam Saturno. » Solem vero a Phœnicibus Saturnum appellatum nemini non liquet. Persis sol deus habebatur, quem Mithran nominabant. Hesychius : Μίθρας, ὁ ἥλιος ἐν Πέρσαις, ac similiter Suidas in voce Μίθρου. Hinc in veteribus inscriptionibus apud Gruterum, p. 34, num. 4, « Soli invicto, » et num. 8, « Soli Mithræ, » et num. 10, « Deo invicto Mithræ. » Imo maximum deorum apud Persas fuisse solem nos docent Herodotus, lib. I, et Strabo, lib. II. Vide Justini *Histor.*, lib. I. De luna autem a Persis et Ægyptiis culta vide Herodotum, lib. I, cap. 131, et lib. II, cap. 47.

Ad eumd. num. (Oxon. n. 4, p. 49, not. 1.) Οἱ δὲ τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ κόσμου. Elementa intelligit Cyrillus quæ anili superstitione venerabantur **407** gentiles Phryges terram, quam Cybelen, Dindymenem, Berecynthiam, Pessinuntiam etc. vocabant : Ægyptii aquam quem Osiridem et Thyphonem appellabant:

Græci, Romanique aera, quem ratione potentiæ activæ Jovem, passivæ Junonem appellabant. Vide Senecam, *Natural. quæst.*, lib, III, cap. 14; Athenagoram, in *legatione pro Christianis.* et Servium, *in* IV *Æn.* vers. 273; Ciceronem, in II *Denatura deorum.* Ignem denique Persæ. Maximus Tyrius dissert. 38: « Barbari omnes pariter Deum esse intelligunt. Constituere interim sibi alia atque alia signa. Ignem Persæ, imaginem quæ unam duret diem, vorax quid et insatiabile. » Atque inde mos invaluit, ut ignis sacer regibus eorum in publicum prodeuntibus præferretur. Vide Q. Curtium, lib. III, c. 3; Ammianum Marcellin., p. 353; Evagr., *Hist. eccl.*, lib. V, cap. 14.

Ibid. (Oxon. ibid. not. 2.) Οἱ δὲ τὰς τέχνας. Mirum ni intelligat auctor noster artes illas quibus dea præfuit Minerva, quæ summo honore a Græcis Romanisque colebatur. Quid quod Anaxagoras philosophus, qui teste Æliano, *Var. hist.*, lib. VIII, cap. ult. geminas aras posuit, unam Menti, alteram Veritati, nonne censeri possit artes coluisse? Cæteras etiam artes eum intelligere verisimile est ut canendi, medendi, etc., quibus Musæ, Apollo, Æsculapius præfuere.

Ibid. (Oxon. ibid. not. 3.) Οἱ δὲ τὰς τροφάς. Ægyptios respicit Cyrillus; de quibus Juvenalis, sat. 15:

Porrum et cepe nefas violare et frangere morsu.
O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis
Numina! lanatis animalibus abstinet omnis
Mensa: nefas illic fetum jugulare capellæ.

Ad num. 10. (Oxon. n. 7, p. 52, not. 3.) Καὶ τοῦ ξύλου τοῦ σταυροῦ πᾶσα λοιπὸν οἰκουμένη κατὰ μέρος ἐπληρώθη. Eodem argumento utitur Cyrillus catech. 13. « Vere, inquit de Christo, crucifixus est... si enim nunc negarem... arguet me lignum crucis, quod per particulas ex hoc loco per universum orbem sparsum est. » Et catech. 10, de Christo testari dicit crucem: « Lignum, inquit, crucis testatur ad hodiernum diem apud nos apparens, et apud eos qui secundum fidem ex illo capientes, hinc universum orbem fere jam replerunt. » Crucem temporibus Constantini M. fuisse inventam, cum alibi testatur ipse Cyrillus, tum etiam affatim nos docent Socrates. Theodoritus, Sozomenus aliique. Cyrillus in epistola ad Constantium: « Tempore, inquit, Deo dilectissimi, et beatæ memoriæ Constantini patris tui, salutare crucis lignum Hierosolymis repertum est. » Quo vero casu reperta fuerit crux, memoriæ prodidit Socrates, *Histor. eccles.*, lib. I, c. 17; Theodoritus, lib. I, c. 18; Sozomenus, lib. II, cap. 1.

Ad num. 12. (Oxon. n. 8. p. 53, n. 2.) Καὶ ἆρα ἔτι πρὸς τὴν ἀνάστασιν ἀπιστεῖς. Hæretici omnes, qui Christum putative apparuisse asserebant, tam Christi quam cæterorum hominum resurrectionem etiam negabant. Vide Tertullianum, cap. 1 *De carne Christi.* Ideoque libro *De carne Christi* clausulam fecit Tertullianus librum *De resurrectione carnis.* Vide cap. ult. *De carne Christi.* Verum ante alios notandi sunt Manichæi, quos cum hoc loco, tum per totam hanc catechesim præcipue respicere censendus est Cyrillus. Hi enim et Christi et omnium hominum resurrectionem negabant. Christi resurrectionem eos non credidisse nos docet D. Augustinus in hæresi Manichæorum: « Manichæi, inquit, dicunt quod Christus non solum mortem, verum etiam resurrectionem mentiebatur. » De omnium vero hominum resurrectione eos eadem sensisse dicit Theodoretus, *Hæret. fab.*, lib. I, cap. ult.: Τὴν δὲ σωμάτων ἀνάστασιν ὡς μῦθον ἐκβάλλουσιν. « Corporum resurrectionem ut fabulam rejiciunt. » Vide Epiphanium, in hæresi Manichæorum, num. 86.

Ad num. 13. (Oxon. n. 10. p. 54, not. 1.) Ποίου σταυρωθέντος ἐπίκλησις ἑτέρου ποτὲ τοὺς δαίμονας ἀπήλασε; Et paulo supra, τὸν ἐσταυρωμένον νῦν καταγγέλλομεν, καὶ τρέμουσι νῦν δαίμονες. Quibus Cyrilli verbis congruunt ea quæ habet Justinus martyr in *Dialogo cum Tryphone* Judæo, de dæmoniis e corporibus obsessorum invocatione nominis Domini nostri Jesu ejectis, cum p. 2447, quod etiam supra notavimus, vide not. ad *Procatech.* 2, 3, tum pag. 302; ubi postquam sanctissimus martyr verba Salvatoris, Luc. x, 19, *Do vobis potestatem calcandi super serpentes... et super omnem virtutem inimici*, citasset, hæc statim subjicit: « Et nunc nos, qui in crucifixum sub Pontio Pilato Dominum nostrum credimus, dæmonia cuncta spiritusque malignos adjurantes, sub potestate eos nostra subditos habemus. »

Ad num. 24. (Oxon, n. 16, p. 60, not. 1.) Τῶν μοναζόντων καὶ τῶν παρθένων τὸ ταγμα. Virginitatem antiquissimis Ecclesiæ temporibus magno in pretio fuisse neminem eorum latet, qui ea, quæ de hac re passim reperiuntur apud Tertullianum lib. *De velandis virginibus*; Clementem Alexandrinum, *Strom.* lib. III; Euseb., lib. IV *De vita Constantini* aliosque Patres, paulo attentius perpenderit. Quid quod, cum ipse apostolus I Cor. VII, 38, dicat *eum qui matrimonio jungit virginem suam bene facere, eumque qui non jungit melius facere*, nonne censeri possit virginalem modestiam matrimonio prælulisse? Quod vero temporibus apostolorum ulli fuerint monachi qui vitam prorsus solitariam degentes soli meditationi et orationibus vacarent, verbis disertissimis negat Chrysostomus, hom. 25 *in Epist. ad Hebræos*: « neque enim vestigium monachi tunc erat, sed omnia ad mundanos beatus ille tunc disserebat. » Verum enim vero primo secundi sæculi quaerante nondum elapso exstitisse μονάζοντας certissimum est. Nan Marcion hæreticus qui claruit circa ann. 140, fuit monachus, uti testatur Epiphanius, in hæresi Marcionistarum, n. 1: « Qui initio vitæ castitatem præ se ferens monachorum instituta professus est. »

Ad. num. 26. (Oxon. ibid. not. 2.) Καὶ οἱ μονογαμοι δὲ τοὺς δευτέρῳ γάμῳ συμπεριενεχθέντας μὴ ἀποδοκιμαζέτωσαν. etc. Non solum hæretici, verum etiam e Patribus aliqui secundas nuptias, in eis præsertim qui sacro aliquo munere fungebantur, tanquam illicitas damnabant. Inter hæreticos Montanistæ sive Cataphryges, et Novatiani sive Cathari turpe existimabant ad secundas nuptias transire. De illis ita Epiphanius, in hæresi XLVIII, n. 9: « Eum qui secundis nuptiis illigatus fuerit expellunt, ac cogunt ne quis secundum contrahat matrimonium. » De his idem Epiphanius in hæresi LIX: « Cum digamis communicare detrectant. Nam si quis post baptismum secundam uxorem duxerit, ab illis non amplius admittitur. » Canon autem 17 apostolorum ab omni munere sacerdotali eos arcebat qui secundis post baptismum nuptiis essent alligati: « Si quis post baptismum secundis fuerit nuptiis copulatus... non potest esse episcopus, non presbyter, aut diaconus, aut prorsus ex numero eorum, qui ministerio sacro deserviunt. » Item Origenes, lib. III *contra Celsum*, ad illud Apostoli, I Timoth. III, 2 respiciens, dicit, quod Paulus μονόγαμον μᾶλλον διγάμου αἱρεῖται εἰς ἐπισκοπήν· « Unius uxoris maritum, ei qui iterat matrimonium præfert in episcoporum delectu. » Laicis autem διγαμίαν licet nunquam interdixerit Ecclesia, μονογαμίαν tamen, tanquam statum perfectiorem ei prætulit. Chrysostomus, homil. 14, *in I Tim.*, quærit: « Cur monet Apostolus, ne ad secundas nuptias transeat; num ergo hanc rem damnavit? Nequaquam, hoc enim hæreticorum est. » Quod vero Ecclesia monogamiam digamiæ prætulerit testatur idem Chrysostomus, tom. V, homil. 62: « Quemadmodum res quidem bona est conjugium, melior vero virginitas: ita res quidem bona etiam secundum conjugium, at melior eo primum et unicum. Non igitur rejicimus secundum conjugium, neque

hæc sancimus : sed hortamur, ut si quis se continere possit, primo contentus sit. »

Ad num. 28 (Oxon. n. 18, p. 62, not. 1.) Πολλοὶ γὰρ τῶν ἀνθρώπων θηριώδεις ὄντες, καὶ κυνῶν δίκην ζῶντες, τὸ μὲν αἷμα, etc. De gentilibus hoc loco loquitur Cyrillus qui sanguinem non uno modo comedebant. Christiani vero non modo a sanguine, verum etiam ab istiusmodi cibariis, quæ sanguinolenta fuerunt, studiose abstinebant. Tertullianus in *Apolog.*, c. 9, gentiles refutaturus qui Christianis infanticida objiciebant : « Erubescat, inquit, error vester Christianis, qui ne animalium quidem sanguinem in epulis esculentis habemus : qui propterea a suffocatis et morticinis abstinemus, ne quo sanguine contaminemur, vel intra viscera sepulto. Denique inter tentamenta Christianorum, botulos etiam cruore distentos admovetis, certissimi scilicet illicitum esse penes illos, per quod exorbitare eos vultis. »

Ad. num. 33. (Oxon. n. 20, p. 64, not. 1.) Κἂν ποτε τῶν αἱρετικῶν ἀκούσῃς τινὸς βλασφημοῦντος νόμον ἢ προφήτας. Per νόμον et προφήτας totum Vetus Testamentum intelligit Cyrillus, quod quidem plurimi hæretici, præsertim vero Marcion et Manes rejiciebant, quasi angelum, vel malum deum habuerit auctorem. De Marcione refert Theodoretus, *Hæret. fab.*, lib. I, cap. 24, « quod legem et prophetas, et totum Vetus Testamentum, tanquam ab alieno deo datum, rejecerit. » Epiphanius quoque, hæres. XLII, n. 1 et 3, eadem dicit de Marcione. De Manete vero Socrates, *Histor. eccles.*, lib. I, c. 22, « et legem **408** et prophetas rejicit. » Epiphanius eum impia quædam et blasphema dogmata de lege et prophetarum scriptis tradidisse affirmat. In hæresi XLVI, n. 73, dicit eum legem, testamentum mortis nuncupasse. « Quod Manes cum aridis et effetis arboribus legem et prophetas comparat. »

Ibid. p. 68. (Oxon. ibid. not. 2.) Τὰς ὑπὸ τῶν ἑβδομήκοντα δύο Ἑρμηνευτῶν ἑρμηνευθείσας. Ἀλεξάνδρου γάρ, etc. Historiam hanc de versione LXXII Interpretum posteris tradidere non solum Aristeas in lib. *De* LXXII *Interpp.*; Aristobulus apud Euseb., *Præp. evang.*, lib. XIII, c. 12 ; Philo Judæus, *De Vita Mosis*, lib. II ; Josephus, *Antiq. Jud.*, lib. XII, cap. 2 ; verum etiam antiquissimi Patres ; Justinus martyr, in *Cohortat. ad Græcos*, pag. 13, edit. Paris. præsertim vero in apologia 2. « Cum Ptolomæus bibliothecam institueret, ad Herodem Judæorum tum regem misit, » etc., quo in loco, ut hoc obiter moneam, vir pietate eximius et in scriptis Patrum versatissimus J. E. Grabius pro βασιλεύοντι Ἡρώδῃ legendum conjicit βασιλεύοντι ἱερεῖ, vide not. ad Justin. apolog. 2, p. 60, 61. Præter Justinum etiam Irenæus, *Adversus hæreses*, lib. III, cap. 25 ; Tertullianus, *Apologet.*, c. 18 ; Clemens Alexandrinus, *Stromateon* lib. I, p. 341, 342, edit. Paris. ; aliique de hac re mentionem faciunt. Vide Pamelii annotat. ad cap. 18 *Apologet.* Tertullian., Joan. Vossii dissert. de LXXII Interp., Usserii syntagma de LXXII Interp., et viri cl. H. Hodii lib. *Contra Historiam Aristeæ.*

Ad num. 34. (Oxon. n. 21, p. 65, not. 1.) Οὐ γὰρ εὕρεσι λογίᾳ καὶ κατασκευῇ σοφισμάτων ἀνθρωπίνων ἦν τὸ γινόμενον, ἀλλ' ἐκ Πνεύματος ἁγίου ἡ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι λαληθεισῶν θείων Γραφῶν ἑρμηνεία συνετελεῖτο. Sacræ Scripturæ libros ejusdem sancti Spiritus afflatu, quo primum scripti fuerant, vertisse LXXII Interpretes constans est opinio SS. Patrum, quibus suffragatur, uti ex hoc loco constat, Cyrillus noster. Justinus martyr, in *Cohort. ad Græcos*, p. 14, edit. Paris. hæc de versione : « Et cognito, LXX istos viros non solum eadem sententia, verum etiam iisdem esse verbis in translatione usos, ac ne una quidem dictione alium ab alio dissensisse (usque adeo eadem de iisdem omnia conscripserant) admiratione attonitum, cum divina virtute interpretationem absolutam esse credentem A tum quovis honore, » etc. Plenius vero disertiusque hosce Interpretes numine quodam divino implctos fuisse, asserit Irenæus, lib. III, c. 25 (cujus verba ab interitu vindicavit Eusebius, *Hist. eccl.*, lib. V, c. 8) : « Convenientibus autem ipsis in unum apud Ptolomæum, et comparantibus suas interpretationes, Deus glorificatus est, et Scripturæ vere divinæ creditæ sunt : omnibus eamdem, et iisdem verbis, et iisdem nominibus recitantibus usque ad finem ; uti et præsentes gentes cognoscerent, quoniam per aspirationem Dei interpretatæ sunt Scripturæ. » Eadem quoque dicit Clemens Alexandrinus, *Stromat.*, II, p. 342, edit. Paris.

Ad num. 35. (Oxon. n. 22, p. 65, not. 2.) Τούτων τὰς εἴκοσι δύο βίβλους ἀναγίνωσκε πρὸς δὲ τὰ ἀπόκρυφα μηδὲν ἔχε κοινόν... ἃς καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ μετὰ παῤῥησίας ἀναγινώσκομεν. His verbis et iis quæ sequuntur, diserte admodum nos docet Cyrillus ex quibus libris Veteris Testamenti codex quarto B saltem a Christo nato sæculo fuerit compactus. Ex illis nimirum viginti duobus libris quos in sequentibus enumerat auctor noster. Hic autem numerus librorum numero litterarum Hebraicarum respondet. Athanasius in synopsi sacræ Scripturæ : « Numerus librorum canonicorum Veteris Testamenti est æqualis numero litterarum Hebraicarum. Viginti duo enim sunt apud Hebræos elementa. » Eadem fere tradit de numero librorum Veteris Testamenti Joannes Damascenus. *De orthodoxa fide*, lib. IV, c. 18. Ut autem ea quæ Cyrillus hoc loco de libris canonicis et apocryphis dicit, clarius elucescant, observanda est distinctio Rufini, in *Exposit. symboli*, qua libri sacri in canonicos, ecclesiasticos et apocryphos distribuuntur. Canonicos vocat, quos cum illo loco Rufinus, tum in sequentibus Cyrillus nominatim recenset. « Ecclesiasticos autem eos qui in Ecclesia quidem leguntur, sed non proferuntur ad auctoritatem ex his confirmandam. » Apocryphos, qui in C Ecclesia prorsus non debent legi. Eadem distinctio occurrit apud Athanasium in epistola ad Rufinum, ubi reperiuntur βιβλία κανονιζόμενα, ἀναγινωσκόμενα, et ἀπόκρυφα. Inter libros ecclesiasticos, sive ἀναγινωσκομένους recensenda sunt, non solum scripta quæ hodie apocrypha audiunt, verum etiam S. Hermæ *Pastor*, S. Clementis epistola, S. Barnabæ epistola, canones apostolici et constitutiones quæ dicuntur apostolicæ. Per apocryphos vero intelliguntur a Patribus, uti etiam hoc in loco a Cyrillo, istiusmodi libri quos canon 60 apostolorum vocat ψευδεπίγραφα τῶν ἀσεβῶν βιβλία, « falso inscriptos impiorum libros », vel ii qui manifeste impii sunt, et fidem Christianam impugnant. Horum sæpe fit mentio in decreto Gelasii apud Gratianum, dist., 15 exempli gratia : « Evangelia Thomæ apostoli, quibus Manichæi utuntur, apocrypha. Evangelia quæ falsavit Lucianus apocrypha. Libri omnes quos fecit Lenticius discipulus diaboli, apocryphi. Liber qui appellatur Fundamentum, apocryD phus. » Confer. can. apost. 60, et 85 ; Euseb., *Hist. eccl.*, lib. IV, cap. 25 ; versus S. Greg. Naz. ; can. 63 concilii sexti in Trullo, et can. 27 synodi Carthag.

Ad num. 36. (Oxon. n. 22, p. 66, not. 1.) Τὰ δὲ λοιπὰ ψευδεπίγραφα καὶ βλαβερὰ τυγχάνει. Plurima olim circumferebantur evangelia præter quatuor illa, quæ codicem Evangeliorum θεοπνεύστων constituebant. Quorum nonnulla nascentis Ecclesiæ temporibus aut scripta aut conficta, S. Lucam impulerunt, ut Evangelium etiam ipse conscriberet ; quemadmodum in ipso operis limine profitetur. Hujusmodi fuere : I. Evangelium secundum Hebræos, quod ex Matthæi Evangelio decurtato et adulterato conficiebant Ebionæi, et quo solo utebantur, uti refert Epiphanius, hæres. XXX, n. 3 et 13. Vide etiam Theodoret., *Hæret. fal.*, lib. II, cap. 1 ; Clement. Alex., *Stromat.*, II, p. 380 ; Euseb., *Histor, eccles.*, lib. III, cap. 27 ; II Evangelium se-

cundum Ægyptios, quo usi sunt Sabelliani, et ex eo impia sua dogmata confirmabant : Epiphanius, hæres. LXII, n. 2 ; Clemens Alexandr., *Stromat.*, lib. III, p. 452, cap. 465 ; III. Evangelium secundum duodecim apostolos, de quo quidem mentio occurrit apud Ambr., lib. *in Luc.*, n. 2, in exposit. in cap. I Lucæ, quæ Tito Bostrensi falso tribuitur, *Biblioth. Patr.*, tom. II Gr. Lat. edit. Front. Duc. ; IV. Evangelium S. Petri, cujus meminerunt non solum Theodoretus, *Hæret. fab.*, lib. II, cap. 2, et Origenes, in cap. XIII Matthæi, verum etiam Euseb., *Histor. eccles.*, lib. III, cap. 3, his verbis : « Evangelium quod secundum Petrum dicitur nequaquam inter catholica traditum scimus. » Vide etiam *Histor. eccles.*, lib. III, cap. 25 ; V. Evangelium secundum Matthiam, de quo mentionem facit Eusebius, *Histor. eccles.*, lib. III, cap. 25 ; VI. Evangelium secundum Bartholomæum, de quo Hieronymus in proœm. *in Matthæum*, ex Origenis hom. 1 *in Lucam* ; VII. Evangelium secundum Thomam ; VIII. Evangelium Philippi, cujus meminerunt Leontius Byzantinus, act. 3, *De sectis*, et Epiphanius, hæres. XVI, n. 13 : IX. Evangelium secundum Nicodemum inter apocrypha a Gelasio numeratur. (Vide decret Gratian. part. I, distinct. 15, c. 3) ; X. Evangelium Evæ a Gnosticorum aliquibus consarcinatum, teste Epiphanio, hæres. XVI, n. 2, qui etiam Evangelii perfectionis, εὐαγγελου τελειώσεως, Gnosticorum, ibidem meminit ; XI, Evangelium Judæ, quod a Cainis compositum asserit Theodoretus, *Hæret fab.*, lib. I, cap. 15 : « Proferunt Judæ Evangelium, quod ipsi composuerunt ; » XII. Evangelia Basilidis atque Apellis, de quibus vide Hieronymi proœm. *in Matthæum*, et *in Isa.* cap. LXIV ; XIII. Evangelium Infantiæ, Arabice et Latine nuper editum ; XIV. Protevangelium Jacobi, edit. inter Orthodoxographa Bas. an. 1569. Mill.

Ibid. (Oxon. ibid. p. 67, not. 1.) Ἔγραψαν καὶ Μανιχαῖοι κατὰ Θωμᾶν εὐαγγέλιον. Alibi (nempe catech. VI) ipsum Thomam hujusce evangelii exstitisse auctorem asserit Cyrillus. « Nemo legat Thomæ evangelium : non est enim unius e duodecim apostolis, sed unius de tribus discipulis Manis. » Hoc etiam evangelium Thomæ Manichæo tribuit Photius, lib. I *Historiæ Manichæorum*, nondum editæ, quam mecum per quam humaniter communicavit, et uti spero, orbi erudito prope diem daturus est V. C. Joan Fredericus Wincklar Hambergensis : « Discipuli infausti Manetis fuere duodecim. Sisinius, qui et principia impii illius dogmatis accepit : et Thomas, qui evangelium illud, quod nomen ejus præfert, composuit. » Idem Photius alibi, bibl. cod. 85, hoc evangelium vocat τῶν Μανιχαίων ζῶν εὐαγγέλιον. Hoc evangelium rejiciunt Eusebius, *Histor. eccles.*, lib. III, cap. 25, et Leontius Byzantinus, *De sectis*, act. 3, p. 432. Vid. not. ad catech. 6.

Ibid. (Oxon. ib. not. 2.) Ἐπισφράγισμα δὲ τῶν παντων, καὶ μαθητῶν τὸ τελευταῖον, τὰς Παύλου δεκατέσσαρας Ἐπιστολάς. In his et præcedentibus verbis tria sunt observatu dignissima : I. Ordo librorum Novi Testamenti. Ita enim Cyrillus hosce libros disponit, ut Evangelia primum locum occupent, secundum vero Acta apostolorum, tertium autem septem catholicæ Epistolæ, videlicet, S. Jacobi una, S. Petri duæ, S. Joannis tres, S. Judæ una, ultimum demum quatuordecim sancti Pauli **409** Epistolæ. Cæterum hunc ordinem minime servant alii, qui catalogos librorum Novi Fœderis contexuere. In canone 85 apostolorum primo quidem occurrunt Evangelia, hæc sequuntur quatuordecim sancti Pauli Epistolæ, quibus proxime conjunguntur Epistolæ catholicæ eo quidem ordine, ut primo loco stent duæ S. Petri Epistolæ, secundo S. Joannis tres, tertio S. Jacobi una, ultimo S. Judæ Epistola, agmen vero claudant Acta apostolorum. Eusebius, *Histor. ecclesiast.*, lib. III, cap. 25, evangelistis quidem principem locum tribuit, secundum vero historiæ Actuum apostolicorum, post hanc autem ponit S. Pauli Epistolas, quibus subnectit primam Joannis Epistolam, primamque Petri, totum vero catalogum Apocalypsi claudit. Eodem ordine libros sacros Novi Test. enumerat Gregorius Nazianzenus, in Iambico 3, *ad Seleucum*. Leontius Byzantinus, act. 2, *De sectis*, Novum Testamentum distribuit, εἰς ἓξ βιβλία, *in sex libros* ; quorum primus continet Matthæum et Marcum, secundus Lucam et Joannem, tertius Acta apostolorum, quartus septem Epistolas catholicas, quintus quatuordecim Epistolas S. Pauli, sextus Apocalypsim. Vide canonem ult. concilii Laodiceni, et canon. 27 concilii Carthaginensis. II. Quod Cyrillus Jacobi Judæque Epistolas, et secundam Petri, una cum secunda, et tertia Joannis, quæ inter scripta ἀντιλεγόμενα ab Eusebio loco supra citato recensentur, in iis libris numerat, quos veteres Ecclesiæ doctores et episcopi tanquam sacros posteris tradidere. De Jacobi Judæque Epistolis Euseb., *Hist. ecclesiast.*, lib. II, cap. 23, hæc refert : « Cui etiam ascribi solet Epistola prima earum quæ Catholicæ dicuntur. Quam quidem nonnulli spuriam ac suppositiam existimant. Sane pauci admodum ex vetustioribus tum hujus Epistolæ, tum illius Judæ, quæ et ipsa in septem Catholicarum numero recensetur, mentionem fecere. » Statim vero subjicit : Ὅμως δὲ ἴσμεν καὶ ταύτας μετὰ τῶν λοιπῶν ἐν πλείσταις δεδημοσιευμένας ἐκκλησίαις· « Verumtamen has quoque cum cæteris in plurimis ecclesiis publice lectitari cognovimus. » Et quidem quod ad S. Jacobi Epistolam attinet, illa inter libros quos vocant canonicos tam in conciliorum canonibus, quam in scriptis plurimorum Patrum recensetur Canon 85 eorum qui apostolis tribuuntur eam inter βιβλία σεβάσμια, καὶ ἅγια ponit, ut et can. 60 concilii Laodiceni, et can. 27 concilii Carthaginensis. Gregorius Nazianzenus, in Iambico 3, *ad Seleucum*, S. Amphilochius, S. Athanasius, Rufinus, D. Augustinus, etc., hanc Epistolam eodem, quo cæteros Novi Testamenti libros loco et honore dignantur. Clemens Alexandrinus quoque, lib. IV *Strom.*, pag. 516, Origenes, Basilius, Epiphanius, aliique hanc Epistolam Jacobo apostolo tribuunt, eamque in numero sacrorum librorum ponunt. Eumdem quoque honorem S. Judæ Epistolæ tribuunt iidem canones, iidemque auctores. Clem. Alex., lib. III *Pæd.*, cap. 8, pag. 239, et lib. III *Strom.*, pag. 431 ; Origenes, *in Matth.* ; Huet., pag. 223 ; Basil. ; Epiphan. De secunda Epistola S. Petri in primis Ecclesiæ temporibus aliquandiu dubitatum est, uti nos docent Origenes, Eusebius et Amphilochius. Verum in supra citatis canonibus Libris sacris adnumeratur. Secundam et tertiam Epistolam Joannis cuidam Joanni presbytero, non apostolo, tribuunt Papias et Dionysius Alexandrinus : qui tamen ab hac opinione sese non multum distare ostendit, ut apostolo Joanni tribuat, apud Euseb., lib. VII *Hist.*, cap. 25. Verum Irenæus, *Adversus hæres.*, lib. III, c. al. 18, nov. ed. 16, n. 8, et Tertullianus, De *præscriptione*, cap. 33, et De *carne Christi*. cap. 24, secundam Epistolam Joanni apostolo ascribunt, ex eaque testimonium recitant. Eumdem vero qui secundæ, etiam tertiæ Epistolæ exstitisse auctorem nullus non fatebitur, qui stylum ejus paulo accuratius perpenderit. III. Notandum est Joannis Apocalypsin inter sacræ Scripturæ libros canonicos a Cyrillo non recenseri. Quippe, uti testatur Hieronymus in epist. ad Dardanum, « sicut Epistolam ad Hebræos, Latinorum consuetudo non recipit inter Scripturas canonicas, ita nec Græcorum quidem Ecclesiæ Apocalypsin Joannis eadem libertate suscipiunt. » Et, ut verum fateamur, non solum hæretici, Marcionistæ scilicet (vide Tertullianum, lib. IV *contra Marcionem*), Alogiani et Theodotiani (vide Epiphan, hæres. LI et LIV) Apocalypsin rejiciebant, verum etiam ipsi Catholici eam inter apocrypha numerabant. Caius quidam Ecclesiæ Romanæ presbyter a Cerintho

scriptam asserit. Indeque forsan nec in canon. 85 apostolorum, nec in can. 60 concilii Laodiceni, ubi libri quos in Ecclesia legi voluere primævi Christiani enumerantur, usquam comparet Apocalypsis. Cæterum in antiquissimis Ecclesiæ temporibus Apocalypsin et Joanni apostolo tribuebant Ecclesiæ doctores, et tanquam divinam suspiciebant. Justinus martyr, in *Dialogo cum Tryphon.*, pag. 308, hæc de Apocalypsi tradit: « Et vir apud nos quidam, cui nomen erat Joannes, e duodecim apostolis Christi unus, in ea quæ illi exhibita est revelatione, Christi fideles nostros annos mille Hierosolymis peracturos esse, prælocutus est. » Hunc locum Justini respiciens Nicephorus Callistus, *Histor.*, lib. IV, cap. 6, de eo dicit: Παρίστησι δ' ἐν τούτῳ (in *Dialogo* scilicet *cum Tryphone*) καὶ τὴν Ἀποκάλυψιν ὁμολογουμένην εἶναι τοῦ Ἰωάννου· « Asserit etiam in eo pro confesso haberi Apocalypsin esse Joannis. » Vide Irenæi lib. IV, cap. 37 et 50, lib. V, cap. 30, et apud Euseb., lib. V, cap. 8. Tertullianus et Cyprianus frequentissima ex ea adducunt testimonia. Postremo Athanasius in synopsi sacræ Scripturæ, postquam libros Novi Testamenti canonicos enumerasset, hæc subjicit: « Præter hos etiam est Apocalypsis Joannis Theologi, recepta ut ejus, et approbata a veteribus sanctis, et Spiritu sancto afflatis Patribus. »

CATECHESIS V.

Ad num. 4. (Oxon. n. 2, p. 70, n. 3.) Ὀφθαλμός πάσης συνειδήσεώς ἐστι φωτιστικὸς ἡ πίστις, καὶ συνέσεως ἐμποιητικός. A quibus non multum abludunt ea quæ reperiuntur apud Theodoretum abludunt ea quæ reperiuntur apud Theodoretum Θεραπευτ., serm. 1: « Quod est oculus in corpore, hoc est fides in mente: aut potius, sicut oculus luce indiget, per quam ipsi visibilia ostendantur; pari modo et intellectus eget fide, quæ divina ipsi ostendat, quæque stabilem de his conceptum perpetuumque conservet. »

Ad num. 11. (Oxon. edit. n. 6, p. 74, not. 2.) Ἡ κατὰ χάριν δωρουμένη πίστις ἐκ τοῦ Πνεύματος, οὐ δογματική μόνον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐνεργητική. Per fidem intelligit auctor noster fiduciam quamdam, qua Spiritus sanctus primos Christianæ religionis doctores certiores fecit, eos potestatem habere edendi miracula. Hanc fidem Chrysostomus, homil. 29 *in I Cor.* XII, vocat πίστιν σημείων, et, uti hoc loco Cyrillus, eam a fide dogmatica distinguit: cum enim verba hæc Apostoli vers. 10, ἑτέρῳ δὲ πίστις explicat, dicit eum per πίστιν intelligere οὐ ταύτην τὴν τῶν δογμάτων, ἀλλὰ τὴν τῶν σημείων, περὶ ἧς φησιν· Ἐὰν ἔχητε, etc. αὕτη μήτηρ τῶν σημείων ἐστίν. « Fidem non eamdem dicens eam quæ est dogmatum, sed eam quæ est signorum. De qua dicit: Si habeatis, etc. Hæc est mater signorum. » Cum enim neque apostoli, neque eorum successores potestate miracula faciendi semper præditi fuerunt, æquum erat, ut certo aliquo indicio dignoscerent, quando divinam potentiam haberent præsentem: ne forte si conarentur miraculum edere divino auxilio non assistente, inceptis suis turpiter exciderent. Hoc autem indicium non aliud erat quam hæc πίστις, sive certa persuasio se posse id quod moliebantur, facere.

CATECHESIS VI.

Ad titulum catechesis p. 86· (Oxon. p. 77, not. 1.) Πιστεύω εἰς ἕνα Θεόν. « Credo in unum, » etc. Ita tradunt Orientis Ecclesiæ omnes, notante Rufino, *Exposit. in Symbol.* Cum enim hæreses Simonis Magi, Valentinianorum, Manichæorum, etc. quæ vel duos, vel plures deos statuendo divinæ naturæ unitatem prorsus tollebant, in Orientis partibus præcipue pullutaverint viguerintque, ideo omnes fere Orientales Ecclesiæ profitebantur se credere non solum non solum ex hoc symbolo Ecclesiæ Hierosolymitanæ, verum etiam ex illo, quod Eusebius Cæsariensis ante tempora concilii Nicæni acceperat ἐν τῇ πρώτῃ κατηχήσει ὅτε καὶ τὸ λουτρὸν ἐλάμβανεν. Theodorit, *Histor. ecclesiast.*, lib. I, cap. 12. Ita etiam symbolum Nicænum, omniaque symbola etiam Arianorum.

Ad num. 10. (Oxon. n. 7, p. 84, not. 1.) Ἄλουρος, καὶ κύων, καὶ λύκος ἀντὶ Θεοῦ προσεκυνήθησαν, etc. Hisce et sequentibus verbis Cyrillus acriter invehitur in insanam Ægyptiorum idololatriam, qua non modo homines virtute et rebus præclare gestis insignes, verum etiam quævis turpissima animalia religioso cultu venerabantur. Felem Ægyptiis sacrum fuisse referunt cum Herodotus, in *Euterpe*, cap. 66; Diodorus Siculus, lib. I, et Plutarchus, *Symposiacon*, lib. IV, **410** quæst. 5: tum etiam Cicero, in *Tusculan. Quæst.*, lib. V, cap. 27: « Ægyptiorum morem quis ignorat? quorum imbutæ mentes pravitatis erroribus, quamvis carnificinam prius subierint, quam ibim aut aspidem, aut felem, aut canem, aut crocodilam violent: quorum etiam si imprudentes quidpiam fecerint, pœnam nullam recusent. » Imo auctor *Recognitionum* quæ Clementi tribuuntur, lib. V, cap. 20, hujusce moris meminit. « Alii Ægyptiorum, inquit, bovem, qui apis dicitur, colendum tradidere, alii hircum, alii gattas; nonnulli ibim, quidam serpentem: piscem quoque, » etc. Ubi per gattas, seu potius cattas intelligendos esse felis nos dubitare non sinit Evagrius, ubi ait: Ἄλουρον κάτταν ἡ συνήθεια λέγει. « Consuetudo pro fele catam dicit. » Canem ab Ægyptiis cultum refert Juvenalis, sat. 15, vers. 8:

. . . . . *Illic.*

Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam.

Interim tamen observandum est Cynopolitanos huic superstitioni præcipue deditos fuisse, uti nos docet Clemens Alexandrinus, in *Admonit. ad gentes*. Lupum postremo a Lycopolitanis præcipue cultum memorat idem Clemens, ibid., et Strabo lib. XVII, Λύκον Λυκοπολῖται τιμῶσι.

Ibid. 4. (Oxon. ibid. not. 2.) Καὶ λέων ἀνθρωποβόρος ἀντὶ τοῦ Θεοῦ τοῦ φιλανθρωποτάτου προσεκυνήθη. Ab iis nimirum Ægyptiis qui Ægypti oppidum Leontopolin sive Leopolin inhabitabant. Strabo, lib. XVIII, Λέοντα δὲ τιμῶσιν Λεοντοπολῖται· « Leonem colunt Leontopolitani. » Cum etiam Persæ deum suum Mithram, sive Solem leonina facie effinxerint, illi quoque leonem aliquo modo, saltem symbolice, coluisse censendi sunt.

Ibid. (Oxon. ibid. not. 3.) Ὄφις καὶ δράκων, ἀντίμιμοι τοῦ ἐκβαλόντος ἡμᾶς ἐκ τοῦ παραδείσου, προσεκυνήθησαν. Serpentem coluisse Ægyptios, præter Clementem loco *Recognitionum* supra citato, asserit Ælianus ex Phylarcho. *De animalibus*, lib. XVII, cap. 5. Imo Maximus Tyrius serpentem, ut numinis symbolum, ab Indis cultum fuisse tradit dissertatione 38. Anguem præterea existimabant Romani vel signum fuisse dei Æsculapii, vel in eo Æsculapii numen habitasse: indeque apud illos maximo in honore fuit. Quod patet ex loco *Epitomes Livianæ*, libro XI: « Cum civitas pestilentia laboraret, missis legatis ut Æsculapium Romam ab Epidauro transferrent: anguem qui se in navem eorum contulerat, in quo ipsum numen esse constabat, deportavere: eoque in insulam Tiberis egresso, eodem loco sedes Æsculapio consecrata est. »

Ibid. (Oxon. ibid. not. 5.) Καὶ οἶνος (nos correximus Διόνυσος) ἀντὶ Θεοῦ προσεκυνήθη. Bacchum, quia vini usum invenit, artemque vites serendi edocuit, colebant Græci Romanique; præcipue vero Ægyptii sub nomine Osiridis. « Non enim eosdem deos similiter colunt universi Ægyptii, præter Isidem et Osiridem, quem Bacchum esse aiunt. Hos peræque universi colunt. » Herodot., lib. II.

σης μὲν αἱρεσεως εὑρετὴς Σίμων ὁ Μάγος. Ita Cyrillus, qui. uti ex hoc loco manifestum est, Simonem Magnum omnium hæreticorum principem fuisse existimabat, atque adeo eum primo in loco collocat. Verum alii Dositheum quemdam Simoni præivisse dicunt. Certe quidem Hippolytus S. Irenæi discipulus syntagma suum contra 32 hæreses a Dositheanis auspicatus est, ἀρχὴν ποιούμενος Δοσιθεάνους, quæ sunt verba Pinotii de hoc libro Hippolyti *Biblioth.* cod. 121. Hegesippus quoque apud Eusebium, *Histor. ecclesiast.*, lib. IV, c. 22, Dositheum inter eos numerat. qui primi Ecclesiam malesanis suis opinionibus contaminaverint. Simon vero Magus a Cyrillo dicitur πάσης αἱρέσεως εὑρετής, et ab Irenæo esse illum, « ex quo universæ hæreses substiterunt, » quia omnes fere hæreses, quæ in sequentibus temporibus exortæ sunt, ab illo tanquam a fonte originem traxere. Duos fuisse deos, sive duo principia credidit Simon. Hunc errorem ab eo hausisse Cerdonem, discipulumque ejus Marcionem, a quibus per varios impietatis anfractus ad Manetem usque profluxit, nos docet Irenæus apud Eusebium, *Histor. ecclesiast.*, lib. IV, c. 10. Simon non Deum, sed angelos quosdam mundum fabricasse dicebat : idem docuere successores ejus Menander, Saturninus, Basilides, Carpocrates, Valentiniani, plurimique alii usque ad Manetem. Et ne in re adeo manifesta plura exempla darem, cætera quoque omnia Simonis prava dogmate ad sequiores hæreticos promanabant, quod quidem cuivis qui eorum opiniones accurate perpenderit extra dubium erit.

Ad. num. 14. (Oxon. ibid. not. 2.) Καὶ Ἑλένην τινὰ πόρνην ἐπαγόμενος. Helenam, non Selenen (uti Irenæus, lib. I, c. 20; D. Augustinus, *De hæres.*; Auctor *Recognit.*, lib. II. § 12, et Rufinus, in versione Eusebii), rectius, ut mihi videtur, hanc Simonis sociam appellat Cyrillus. Hanc nempe eam Helenam fuisse dixit Simon (testibus Irenæo, lib. I, c. 20, et Tertulliano, *De anima*. c. 34) propter qua bellum inter Græcos et Trojanos olim exarserat. Helenam vocant etiam Justinus martyr. apolog. 2, § 34, nuperæ edit. Oxon. ; Eusebius, *Histor. ecclesiast.*, lib. II, c. 12, 13 ; Theodoretus, *Hæret. fab.*, lib. I, c. 1 ; Hieronymus, in epistola ad Clesiphontem *adversus Pelagianos*. Ab hac Helena, Simonis sectatores Heleniani aliquando dicti sunt, sicut ab ipso Simone magistro suo Simoniani sæpius appellantur. Vide Origen , *Contra Celsum*, p. 272. Hujusce propudiosæ feminæ imaginem, ad Minervæ figuram effictam. una cum Simonis imagine sub figura ac nomine Jovis, summa veneratione coluisse miseros Simonis asseclas dicunt Irenæus, Theodoretus et D. Augustinus.

Ad num. 16. (Oxon. edit. n. 10, p. 88. not. 2.) Κήρινθος γὰρ τὴν Ἐκκλησίαν ἐλυμαίνετο. De Cerintho vide Iræneum, lib. I, c. 25 ; pseudo-Tertullianum, in appendice ad lib. *De præscript.*, c. 48 ; Epiphanium, hæres. XXVIII ; Theodoretum, *Hæret. fab.*, lib. II, c. 3 ; Philastrium, Augustinum, etc. An Cerinthus fuerit etiam appellatus Merinthus incertum existimat Epiphanius hær. XXVIII, n. 8, quamvis Cerinthianos quoque vocatos fuisse Merinthianos asserat. Errores quibus eum Ecclesiam labefactasse dicit Cyrillus, sunt hi : I. Mundum non a Deo, sed ab angelis quibusdam conditum fuisse docuit : hos autem angelos tanquam Dei hominumque mediatores adorandos esse statuit. Cerinthianos ergo verisimile est Apostolum respexisse Coloss. II, 18, « Nemo vos seducat, volens in humilitate et religione angelorum, » etc. II. Jesum non ex Virgine per Spiritum sanctum genitum fuisse, verum ex Josepho et Maria eodem modo generatum quo cæteri homines : et idcirco eum esse nudum hominem, cæteris vero hominibus solis justitia, prudentia et sapientia præstitisse. III. Jesum a Christo divellens decuit Christum in illum post baptismum specie columbæ descendisse, ante Passionem vero a Jesu avolasse Christum, et « Jesum passum esse et resurrexisse, Christum autem impassibilem perseverasse, exsistentem spiritalem. » Iren. loco supra citato. Joannem quoque Evangelium suum eum ob finem scripsisse refert Irenæus, lib. III, c. 2, ut Cerinthi errores ex animis hominum eximeret.

Ad num. 16. (Oxon. ibid. p. 89, not. 1.) Καὶ Καρποκράτης. Eadem fere docuerunt Carpocrates et Cerinthus. Epiphanius, hæres. XXVIII, n. 1, de Cerintho : « Atque is nihil propemodum aliud, quam a nobis supra commemoratus ille Carpocras asseruit eademque cum illo lethalia in mundum venena propagavit. »

Ibid. (Oxon. ibid. not. 2.) Ἐβιοναῖοι. De Ebionæis ita Irenæus, lib. I, c. 26 : « Qui autem dicuntur Ebionæi consentiunt quidem mundum a Deo. Ea autem quæ sunt erga Dominum, similiter ut Cerinthus et Carpocrates opinantur. Solo autem eo quod est secundum Matthæum Evangelio utuntur, et apostolum Paulum recusant, apostatam eum legis dicentes. Quæ autem sunt prophetica curiosius exponere nituntur, et circumciduntur ac perseverant in his consuetudinibus, quæ sunt secundum legem, et Judaico charactere vitæ uti, et Hierosolymam adorant, quasi domus sit Dei. » Vide etiam Epiphanium, hæres. XXX ; Theodoretum, *Hæret. fab.*, lib. II, c. 1 ; Philastrium et Augustinum.

Ad num. 17. (Oxon. n. 11, p. 89, not. 5.) Ἐπηγωνίσατο τῇ κακίᾳ Οὐαλεντῖνος. Ideo a Cyrillo dicitur Valentinus post hæreticos priores quasi secundo loco certasse, quia hæresin suam non ipse invenit, sed ex impiis opinionibus priorum hæreticorum ut plurimum collegit et consecravit. Ita Theodoretus, *Hæret. fab.*, lib. I, cap. 7 : Ἐκ τούτων πασῶν τῶν αἱρέσεων (Simonis scilicet Magi, Basilidis, Carpocratis, etc., quos in præcedentibus enumerasset) ὁ Βαλεντῖνος λαβὼν ἀφορμὰς, τοὺς ἀπεράντους συνέθηκε μύθους. « Ex his omnibus hæresibus occasione sumpta Valentinus infinitas fabulas composuit. »

Ad num. 22. (Oxon. n. 13, p. 92, not. 1.) Σκυθιανός τις ἦν ἐν Αἰγύπτῳ, Σαρακηνὸς τὸ γένος. Scythianum hunc primum fuisse auctorem hæreseos Manichæorum diserte asserunt omnes qui de ea aliquid scripserunt Patres. Archelaus Cascharorum urbis in Mesopotamia episcopus in disputatione **411** quam cum Manete habuit, edita a Laurentio Alexandro Zacagnio bibliothecæ Vaticanæ præfecto inter alia monumenta vetera Ecclesiæ Græcæ et Latinæ, Rom. 1698, « Iste (*Manes*), inquit p. 95, non est primus auctor hujusmodi doctrinæ, nec solus ; sed quidam ex Scythia, Scythianus nomine, apostolorum tempore fuit sectæ hujus auctor et princeps. » Vide Epiphanium, hæres. LXVI, num. 1 : Socratem, *Hist. eccles.*, lib. I. cap. 22. Hunc fuisse Saracenum, ex ea scilicet Arabiæ parte profectum, quæ Ptolemæo deserta, Straboni Scenitis dicta fuerat, nos docent iidem auctores. Archelaus in citata disputatione pag. 96 : « Scythianus ipse, inquit, ex genere Saracenorum fuit. » Unde Socrates *Histor. eccles.*, ubi supra : Σκυθιανὸς Σαρακηνός. Vide Epiphanium loco citato. Eumdemque, postquam captivam quamdam mulierculam Hypsele, Thebaidis superioris in Ægypto oppido e prostibulo in uxorem duxisset. Alexandriæ degisse, ibique artes et disciplinas didicisse ; uti in sequentibus Cyrillus, ita quoque supra dicti Archelaus, Socrates et Epiphanius uno ore confirmant.

Ibid. (Oxon. ibid. not. 2.) Οὐδὲν κοινωνὸν (nos scripsimus κοινὸν) οὔτε πρὸς Ἰουδαϊσμὸν, οὔτε πρὸς Χριστιανισμὸν κεκτημένος. Hoc est, neque Judaicæ, neque Christianæ religioni addictus : seu potius, qui ex depravata, neque Judaica, neque Christiana religione, veluti alii hæretici, sed ex philosophorum scholis hæresin suam hauserat. Ita enim de eo scribit Archelaus, *Disput. cum Manete*,

pag. 95 : « Hic Scythianus dualitatem istam introducit contrariam sibi, quod ipse a Pythagora suscepit, sicut et alii omnes hujus dogmatis sectatores, qui omnes dualitatem defendunt, declinantes Scripturæ viam directam. » Socrates quoque, *Hist. ecclesiast.*, lib. I, cap. 22 : « In Ægyptum migrans, et Ægyptiorum disciplina institutus, Empedoclis et Pythagoræ opinionem in Christianam religionem invexit. Duas enim asseruit esse naturas, alteram bonam, alteram malam, perinde atque Empedocles, qui malam quidem naturam discordiam, bonam vero amicitiam appellabat. » Vide Epiphanium, hæres. LXVI, num. 2.

Ad num. 36. (Oxon. n. 20, p. 101 not. 2.) Γίνου δόκιμος τραπεζίτης, etc. Hoc tanquam sacræ Scripturæ dictum citat auctor *Constit apost.*, lib. II, c. 36 : εἴρηται· Γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι. Quod tamen tanquam a Salvatore ipso prolatum esset plurimi e Patribus referunt. Vide auctor. Clementinorum homil. 2, § 51 ; homil. 3, § 50, et homil. 18, § 20 ; Origenem, *in Joann.* VIII, 20, etc. De hoc loco sententiam suam Cotelerius, in adnotat. ad *Constitutiones apostolicas*, lib. II, cap. 36, tradit his verbis : « Quæritur nunc, inquit, quid de celeberrimo loco sentiendum sit. Meam ego sententiam paucis verbis lectori examinandam ita propono. Ex traditione sive non scripta, sive in quodam melioris notæ apocrypho relata ferebatur, divino Novi Testamenti oraculo pronuntiari, *Estote probi trapezitæ*. Id aliquis compertum apposuit ad oram codicis sui Matth. XXV, 17 et Luc. XIX, 23, ubi τραπεζιτῶν mentionem factam videbat. Alius adnotandum putavit ad locum consimilem Apostoli I Thessal. V, 21. Tertius forsan tribus in prædictis locis collocavit. Ac nescio annon scriptum fuerit in margine Epistolæ primæ Joannis IV, 1. Inde postea in sacrum contextum verba spuria irrepserunt. Quo factum, ut velut Scripturæ, velut evangelica, velut Christi, velut apostolica, velut Pauli, velut Christi simul et Pauli (quod videtur putasse Socrates) citarentur. Certe cum textibus memoratis solent conjungi. Remque declarat Cyrillus Alexand. cum dicit : Τοιοῦτόν τι καὶ ὁ μακάριος Παῦλός φησι· Γίνεσθε φρόνιμοι τραπεζῖται, πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν κατέχετε, ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε. Quæ posteriora leguntur in dicta Epistola ad Thessalonicenses. Sicut autem hic habetur δόκιμος τραπεζίτης, ita in Philone Judæo, lib. *De judice*, ad finem, ἀργυραμοιβὸς ἀγαθός, in Gregorio Nazianzeno εὐφυὴς ἀργυρογνώμων, in Cyrillo Alexandrino φρόνιμοι τραπεζῖται, in Origene, tractat. 27 *in Matthæum*, prudentes nummularii, homil. 1 *in Luc.*, *ab exercitatissimis trapezitis*, ad Joan. XIII, 20, καλοὶ τραπεζῖται, in Theodoro Studia serm. catechet. 125, τῶν καλῶν τραπεζιτῶν, in Hieronymo, I *adversus Rufinum : probus trapezita*, in cap. V Epistolæ ad Ephesio, *prudentissimi trapezitæ*, in Epistola ad Philemonem, *callidus trapezita*, in Ambrosio, ad cap. ret XIX. Lucæ, *bonus nummularius*, boni nummularii, in Epiphanio diacono, *a divinis trapezitis*, et in Joanne Climaco, *Scalæ* grad. 4, paulo ante finem, ἄριστος τραπεζίτης. » Cor. Vim vero hujusce mandati ita exprimunt Patres, ut sicut is est optimus trapezita qui nummum probatum ab adulterato callide distinguere norit, ita ad hujus exemplum Christiani tenentur omnes nervos intendere, ut veram et genuinam Christi doctrinam a falsis hæreticorum dogmatibus discernant.

CATECHESIS X.

Ad num. 4. p. 138. (Oxon. num. 2, pag. 125, not. 2.) Διὰ τὰς πλάνας τῶν αἱρετικῶν τῶν λεγόντων, ἄλλον μὲν εἶναι τὸν Χριστὸν, ἄλλον δὲ τὸν Ἰησοῦν. Rationem his verbis reddit Cyrillus noster, cur, secundum Ecclesiarum orientalium antiquam consuetudinem fidem nostram in unum Dominum Jesum etc. profitemus ; ut nimirum contra errores antithianorum, qui duas in Christo dicebant esse personas, unam, quam Jesum vocabant, patibilem et terrenam ; alteram, quam Christum nuncupabant, cœlestem et impatibilem Epiphanius, hæres. XXVIII, num. 1, Cerinthum ait docuisse : « Postquam Jesus adolevit, qui ex Josephi Mariæque semine natus est, in hunc delapsum a summo illo Deo esse Christum. » Et paulo post : « Jesum et obiisse mortem et ad vitam excitatum esse, Christum vero, qui descenderat pœnæ omnis expertem, eo unde venerat reversum. » II. Valentinianorum, de quibus vide Irenæum lib. I, c. 1, § 4, et 13.

Ad num. 6. (Oxon. num. 4, pag. 126, not. 2.) Ποιήσωμεν ἄνθρωπον, οὐ κατ' εἰκόνα ἐμὴν, ἀλλὰ κατ' εἰκόνα ἡμετέραν. Hunc locum Geneseos I, 26, omnes fere Patres adducunt, ut probent Dominum Jesum, antequam in utero beatæ Virginis conciperetur, exstitisse. Existimant nimirum illi, verba hæc Patris esse Filium alloquentis. Ita Tertullianus, *De resurrect. carnis*, c. 6. « Præfatio, inquit, Patris ad Filium : *Faciamus*, » etc. Epiphanius quoque passim in *Panario*, præsertim vero hæres LV, num. 9 : « Sed quam inanis est hæreseon omnium sensus? Nam et isti Dominum suum abnegarunt.... qui non a Maria.... initium traxit, sed apud Patrem semper exstitit, Deus Verbum a Patre sine ullo initio aut tempore genitum, ut universa Scriptura declarat. Sic enim loquitur : *Faciamus hominem*, » etc.

Ibid. (Oxon. ibid. not. 3.) Οὗτος ὁ Κύριος ὁ τῷ Πατρὶ συνεργαζόμενος, συνήργησε καὶ ἐπὶ Σοδόμων, etc. Patres, uti hoc loco et in sequentibus Cyrillus, ut Jesum ante suam ἐνανθρώπησιν exstitisse probarent, eum patriarchis et prophetis Veteris Testamenti sub angeli imagine apparuisse dixere, et Ecclesiæ pro qua sanguinem suum postea effudit, saluti ab ipso rerum primordio prospexisse. Inde Tertullianus, *Adversus Praxean*, c. 16 : « Filius est, inquit, qui ab initio judicavit, turrim superbissimam elidens, linguasque disperdens, orbem totum aquarum violentia puniens, pluens super Sodomam et Gomorrham ignem et sulphurem Dominus a Domino. Ipse enim et ad humana semper colloquia descendit, ab Adam usque ad patriarchas, et prophetas in visione, in somno, in speculo, in ænigmate, ordinem suum præstruens ab initio semper. Quæ erat persecuturus infinita semper ediscebat, et Deus in terris cum hominibus conversari alius non potuit, quam sermo, qui caro erat futurus. » Vide etiam Justinum martyrem, *Dialogo cum Tryphone Judæo*, pag. 275, 277, 279, 280, 281 ; Origenes, *Cont Celsum*, lib. III, p. 119, et lib. VI, pag. 329 ; Clement. Alexand., *Pædag.*, lib. I, cap. 7 ; Athanas., orat. IV *contra Arianos ;* Theodoretus, quæst. 68 *in Gen.*

Ad num. 16. (Oxon. n. 8, p. 132, not. 1.) Ἀλλ' ἐρεῖ τις· Καινὸν τὸ ὄνομα τῶν Χριστιανῶν. Talibus nimirum conviciis Christianum nomen religionemque insectabantur gentiles, quasi infimæ esset vetustatis. Inde Theophilus Antiochenus, lib. III *ad Autolycum* gentiles religionem Christianorum maledictis proseculos fuisse dicit quod nupera esset. ὡς προσφάτου ὀδεύοντος τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου, pag. 119. Eusebius quoque, *Præpar. evang.*, lib. I, cap. 2, dicit gentiles Christi religionem profitentibus vitio vertisse, quod novam hactenusque inauditam sectam secuti essent : Πῶς, inquit, δ' οὐ μοχθηρίας εἶναι καὶ εὐχερείας ἐσχάτης.. καινήν τινα καὶ ἐρήμην ἀνοδίαν ἑαυτοῖς συντεμεῖν, μήτε τὰ Ἑλλήνων μήτε τὰ Ἰουδαίων φυλάττουσαν.

Ad num. 18. (Oxon. n. 18, p. 133, not. 1.) Ὑπὲρ τοῦ ἀναμφίβολον εἶναι τὴν διδασκαλίαν, τῷ πρότερον ὄντι ἐχθρῷ, καὶ διώκτῃ πλεῖον ἐχαρίσατο γράφειν. Hanc ipsam rationem, cur Paulus plures quam cæteri apostoli scripserit epistolas, ex Cyrillo adducunt, suisque suffragiis comprobant duo pereruditi sanctæ Scripturæ interpretes, **412** Benedictus Pererius et Andreas Willetus in *Hexap.* in Epistola ad Rom.

Ad num. 19. (Oxon. n. 19, p. 133, not. 2.) Τὸ ξύ-

λον τὸ ἅγιον τοῦ σταυροῦ μαρτυρεῖ. etc. De ligno crucis vide quæ supra ad catech. 4, § 3, notavimus. interea tamen non est dissimulandum esse aliquos, qui tam ex hoc loco, quam ex aliis in quibus ligni crucis ad hodiernum usque diem manentis mentio facta est, argumentum, uti existimant non leve, ducunt, quod hæ catecheses a Cyrillo scriptæ neutiquam fuerunt. Voces enim illæ, inquiunt, μέχρι σήμερον longum temporis præteriti intervallum designant : cum tamen inventio crucis adeo recens fuerit, ut ei interesse ipse potuerit Cyrillus : ex his ergo colligunt hæc verba aut addiditia esse, vel hasce catecheses post Cyrilli tempora fuisse scriptas. Verum enimvero hoc quidquid est scrupuli ex animo suo eximet quicunque perpenderit,quod voces istæ μέχρι σήμερον etiam breve temporis elapsi intervallum aliquando denotant. Sic Matth. XXVII, 8, de agro figuli dicit Evangelista eum vocatum fuisse agrum sanguinis ἕως τῆς σήμερον, Et, ne plura exempla in re adeo manifesta proferam,Matth. XXVIII,*divulgatum est verbum istud* (discipulos nempe Christi corpus clam subripuisse) *apud Judæos* μέχρι σήμερον, Manifestum autem est evangelistam utrobique loqui de re non longe præterita.

CATECHESIS XI

Ad. num. 15. (Oxon. edit. n. 4, pag. 141, not. 1.) Οὐκ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὸν Υἱὸν παρήγαγεν. His verbis catechumenos contra nefandum Arii dogma munit Cyrillus, qui Filium quidem a Patre genitum, verum neque ab æterno, neque ex essentia Patris genitum, agnoscebat : Deumque Filium suum initium creaturarum ex nihilo, seu non exstantibus fecisse asserebat. Audi ipsum sententiam suam in libro suo celeberrimo *Thalia* dicto, apud Athanasium, orat. II *contra Arianos* pag. 413. his verbis declarantem : « Non semper erat Filius, neque enim erat priusquam fieret, nec ex Patre erat, sed ex non exsistentibus emersit, neque substantiam sibi propriam habuit. » Ideo autem Filium ex non existentibus factum asserebat Arius, ut nimirum hoc loquendi genere eum ex Patris substantia genitum negaret, sed ex nihilo more reliquarum creaturarum productum.

Ibid. 4. (Oxon. ibid. not. 2.) Οὐδὲ τὸν μὴ ὄντα εἰς υἱοθεσίαν ἤγαγεν. Dicebant Ariani Christum aliquando non exstitisse : Οὐκ ἀεὶ ἦν ὁ Υἱός· πάντων γὰρ γενομένων, etc., inquit Arius *in Thalia*, apud Athan., orat. I *contra Arianos*, pag. 409 : « Non semper fuit Filius nam cum omnia ex nihilo sint orta, resque omnes creata sint et factæ, ipsum quoque Dei Verbum ex nihilo factum est, et fuit aliquando cum non esset, nec erat antequam fieret, sed habuit creationis initium. Erat enim solus Deus » etc.

CATECHESIS XII.

Ad. num. 1. (Oxon. n. 1, p. 148, not. 2.) Τῷ Θεολόγῳ. Nomine Θεόλογου insignitur Joannes, non solum in titulo Apocalypseos, verum etiam apud Chrysostomum,orat. XXXVI,tom. VII.Quid quod apud Athanas., orat. *contra Gentes*, p. 41, nuperæ edit. appellatur θεολόγος, seu (uti aliqui codices habent θεολογίας ἀνήρ. Hoc vero titulo præ aliis scriptoribus Θεοπνεύστοις gaudet Joannes, qua disertius quam cæteri de Christi divinitate scripserit.

Ad num. 5. (Oxon. 5, p. 150, not. 1.) Ἥλιος προστάγματι μόνῳ, ἄνθρωπος δὲ χερσὶ θείαις ἐπλάσθη. Prærogativam hominis præ cæteris rebus creatis in eo præcipue positam fuisse asserunt Patres, quod cum hæ solo mandato divino factæ fuerint, ille quasi manibus Dei formatus erat. Ita Tertullianus, *De resurr. carnis*, cap. 5, « Caro autem, inquit, et sermone Dei constitit propter formam, nequid sine sermone. Faciamus enim hominem ante præmisit : et amplius manu propter prælatio am-

A ne universitati imparetur. » Item S. Propter, *De Providentia :*

. . . . . *Dedit optimus Auctor*
Hoc homini speciale decus ; cumque omnia verbo
Conderet, hunc manibus, quo plus genitoris haberet,
Dignatur formare suis.

Postremo Cyrillus alter, *Glaphyr.*, lib. I hominem cæteris animalibus præstantiorem dicit, quod Deus καὶ προβουλίοις ἐτίμα καὶ αὐτουργίᾳ τὸ τέχνημα· « Deliberatione manualique operatione ejus structuram dignatus est. »

CATECHESIS XIII.

Ad. num. 38. (Oxon n. 19, p. 185, not. 1.) Ἐλέγξει σε ἡ οἰκία Καϊάφα, διὰ τῆς νῦν ἐρημίας, δεικνύουσα τοῦ κριθέντος ἐκεῖ τότε τὴν δύναμιν. De domo hac Caiaphæ, quam summorum pontificum palatium fuisse existimo, in qua primum Judas se B Dominum nostrum Judæis traditurum pollicitus est Matth. XXIV, 14, 15, et postea Christus tanquam blasphemus a synedrio condemnatus fuit (ibid. vers. 66), non una est opinio SS. Patrum. Euthymius hanc domum eamdem cum domo Annæ fuisse credidit, Augustinus vero eamdem cum Pilati prætorio existimavit : ideoque in tractatu 114 *in Joan.* et lib. III *De consensu evangel.* S. Joan. illud XVIII, 28, ubi legimus, *adducunt ergo Jesum a Caiapha in prætorium*, legit ille, *ad Caiapha in prætorium*. Verum uterque fallitur; nam domus Annæ et Caiaphæ et Pilati prætorium ab evangelistis aperte distinguuntur, Hanc Caiphæ domum suis temporibus dirutam fuisse his verbis innuit Cyrillus.

CATECHESIS XIV.

Ad num. 15. (Oxon. not. 8, p. 195, n. 1.) Ματθαῖος ὁ γράψας τὸ Εὐαγγέλιον, Ἑβραΐδι γλώσσῃ τοῦτο ἔγραψε. S. Matthæi Evengelium Hebraico seu potius C Syriaco sermone scriptum fuisse his verbis asserit Cyrillus ; quocum consentiunt pene omnes, qui hujusce rei mentionem fecerunt, Patres. Papias apud Eusebium, *Hist.*, lib. III, c. 39 : « Matthæus Hebraico sermone divina scripsit oracula. » Irenæus quoque; lib. III, c. 1 (cujus verba exstant etiam apud Eusebium, *Hist.*, lib. V, c. 8) : « Matthæus apud Hebræos propria eorum lingua conscriptum Evangelium edidit. »Idem de hoc Evangelio scribit Origenes apud Eusebium, *Hist.*, lib. VI, cap. 25 : « Primum Evangelium scriptum est a Matthæo, qui illud Hebraico sermone conscriptum Judæis ad fidem conversis publicavit »Eadem etiam de isto Evangelio scribunt Eusebius, *Hist.*, lib. III, cap. 24, Hieronymus in *Præf. in quatuor Evang.*, et Epiphanius non uno in loco.

Ad num. 21. (Oxon. n. 12, p, 199, n. 1.) Ἔπειτα ὤφθη Ἰακώβῳ, τῷ ἑαυτοῦ μὲν ἀδελφῷ, ἐπισκόπῳ δὲ πρώτῳ τῆς παροικίας ταύτης. Jacobum istum, quem SS. Matthæus XIII, 55, et Marcus VI, 3, Domini fra- D trem appellant, Epiphanius et Patres Græci fere omnes Josephi filium ex priori matrimonio fuisse perhibent. Verum Origenes hanc famam ex libris Petri et Jacobi nominibus falso inscriptis ortam existimat. Quare Hieronymi potior est sententia, qui arbitratur Jacobum hunc Domini nostri consobrium fuisse ; utpote qui natus esset ex Maria illa altera, quæ Joann. XIX, 25, soror beatæ Virginis dicitur. Consobrinum vero fratrem appellari non solum apud Hebræos usitatissimum fuit, verum etiam Græcis et Romanis non ignotum. Hunc virum eximium primum Hierosolymorum episcopum ab ipso Christo, vel, uti quidam arbitrantur, postea ab apostolis, constitutum fuisse narrat Nicephorus. I. II, c. 38 : Ὃς, inquit de Jacobo, ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου ἐλέγετο καὶ τὴν Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίαν πρῶτος παρὰ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ ἐγκεχείρισται, ὡς δὲ τινες καὶ παρὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ ὕστερον. Indeque a Photio epistola 117, dicitur « Princeps episcoporum et qui de manu Domini unctionem sacram et Hierosoly-

mitanum episcopatum accepit. » Et in catalogo episcoporum Hierosolymitanorum, quem Epiphanius hæres. LXVI, num. 19, nobis exhibet, primo in loco ponitur Jacobus.

CATECHESIS XV.

Ad num. 24 (Oxon. n. 11, p. 218, not. 1.) Ἐννενήκοντα ἐννέα πρόβατα, τοῦτ' ἔστιν ἐκεῖνα, ἡ δὲ ἀνθρωπότης τὸ ἓν μόνον. Patrum nonnulli, cum de numero angelorum disserunt, eam dicunt esse rationem multitudinis angelorum ad hominum numerum, quæ est nonaginta novem ad unum. Hanc nempe proportionem eliciunt ex parabola illa (Matth. XVIII, 12) hominis, qui cum centum oves habuerit, unam amittens, relictis cæteris, hanc quæsitum ivit repertamque humeris reportavit: nam unicam illam ovem humanam naturam esse volunt, undecentenas vero reliquas angelos esse credunt. Ita Gregorius Nazianzenus, *Contra Eunomium*: « Ideo qui omnem creaturam rationalem pascit, relicto in excelsis non errante ac supermundano grege, ad errantem ovem, nostram videlicet naturam, præ amore hominum accedit. Est enim multesima, minimaque portio natura humana, si cum universo comparetur, **113** quæ sola, ut est in parabola, rationalis centuriæ per malitiam aberravit. »

Ad num. 27. (Oxon. n. 14, p. 220, not. 2.) Ἐτόλμησέ τις λέγειν, ὅτι μετὰ τὸ τέλος τοῦ κόσμου ὁ Χριστὸς οὐ βασιλεύει. Marcellus et Photinus Christum filium Dei ante sæcula non fuisse asserebant, verum ex quo carnem humanam ex B. Virgine assumpserit: et sicut ex illo tempore regnum ejus initium habuisse somniabant, ita post interitum mundi, supremumque judicium finem etiam habiturum existimabant. Ita Socrates *Hist.* lib. II, c. 19: Ἔκτοτε Χριστὸν αὐτὸν γεγονέναι, καὶ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἐξ οὗ τὴν ἡμετέραν ἐκ τῆς Παρθένου σάρκα ἀνείληφε, πρὸ τετρακοσίων ὅλων ἐτῶν, ἔκτοτε γὰρ τὸν Χριστὸν ἀρχὴν βασιλείας ἐσχηκέναι θέλουσι, καὶ τέλος ἔξειν αὐτὴν μετὰ τὴν συντέλειαν καὶ κρίσιν. Τοιοῦτοι δὲ εἰσιν οἱ ἀπὸ Μαρκέλλου καὶ Φωτεινοῦ, τῶν Ἀγκυρογαλατῶν, οἳ τὴν προαιώνιον ὕπαρξίν τε καὶ θεότητα Χριστοῦ, καὶ τὴν ἀτελεύτητον αὐτοῦ βασιλείαν ὁμοίως ἀθετοῦσιν.

Ad num. eumdem ibid. (Oxon. ibid. not. 3.) Καὶ ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ὅτι ὁ Λόγος ἐκ Πατρὸς ἐξελθὼν, οὗτος εἰς Πατέρα πάλιν ἀναλυθεὶς οὐκέτι ἔστι. Ad hunc Cyrilli locum illustrandum apprime faciunt Theodoreti illa quæ lib. II, cap. 10, habet de hæresi Marcelli: « Marcellus Galata negavit hypostaseon trinitatem. Extensionem vero quamdam divinitatis Patris in Christum venisse dixit, et hanc Deum Verbum appellavit. Peracta autem universa æconomia, rursus attractam esse reversamque ad Deum, ex quo extensa fuit. »

CATECHESIS XVI.

Ad num. 4, p. 245. (Oxon. n. 2, p. 225, not. 3.) Οὔτε συναλοιφήν, ὡς Σαβέλλιος, ἐργαζόμεθα. Vide quæ de Sabellii hæresi supra ad catech. 4, § 3, et catech. 11, § 6. Quibus adjicere non abs re erit quæ Epiphanius, hæres. LXII, n. 1, de Sabellii errore trahit: « Horum opinio est, eumdem esse Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, ut ad eamdem hypostasim tres appellationes conveniant . . . . . Quod et solis similitudine declarant; in quo cum una sit hypostasis, triplex nihilominus actus est: nimirum illustrandi vis et calefaciendi et orbicularis figuræ. Ac vim quidem illam calefaciendi, hoc est calorem atque æstum Spiritui respondere; illuminandi vero vim Filio; Patrem denique totius hypostasis velut quamdam esse formam. » De utriusque vero, nempe Arii et Sabellii impietate similia eis quæ a Cyrillo dicuntur, sunt Vincentii Lirinensis ista: « Quis, inquit, ante sacrilegum Arium Trinitatis unitatem discindere, quis ante sceleratum Sabellium unitatis Trinitatem confundere ausus est? »

Ad num. 12. (Oxon. n. 5, p. 229, not. 1.) Τινὸς μὲν συγκέκρηται γλώσσῃ πρὸς σοφίαν. Per σοφίαν intelligebant veteres tam ethnici quam Christiani rerum obscurrissimarum sive divinarum sive humanarum scientiam. Per λόγον vero σοφίας, quem inter S. Spiritus χαρίσματα recenset Apostolus, I Cor. XII, 8, Theodoretus, in loc., ipsam Christianæ religionis doctrinam intelligit: « Sermonem sapientiæ vocat, non eloquentiam, sed veram doctrinam, cujus ipse etiam divinus Apostolus gratiam acceperat, et divus Joannes evangelista, et divus Petrus, etc. . . . Neque enim potuissent homines piscatores, et manu sibi victum parantes, et litterarum plane ignari, conciones habere et scribere, et quæ dicebant et scriptis mandabant, virtute maxima implere, nisi a divino Spiritu veram sapientiam accepissent. » Per σοφίαν vero Cyrillum voluisse existimo donum Spiritus sancti, quo Christiani graves sententias quales in Salomonis libris continentur, absque studio et labore efferre atque eloqui valuerunt.

Ibid. (Oxon. ibid. not. 2) Ἄλλου φωτίζει τὴν ψυχὴν ἐν προφητείᾳ. Per προφητείαν hoc loco Cyrillum nihil aliud velle existimo quam μαντικήν, sive præsensionem quamdam et prædictionem futurorum. Nam donum sacras Scripturas interpretandi, quod alterum erat munus prophetæ, his ejus verbis sequentibus designatur, ἄλλῳ δὲ δίδωσι ἑρμηνεῦσαι τὰς θείας Γραφάς.

Ad num. 23. (Oxon. n. 12. p. 236, not. 1.) Καὶ τὰ μὲν ἐστιν εἰς λειτουργίαν ὑποστελλόμενα. Auctor Epistolæ ad Hebræos angelos homini ministrare asserit, Hebr. I, 14. Quod vero suus cuilibet homini angelus, tanquam custos, assistit, id disertis sacræ Scripturæ verbis probari non potest. Patres tamen tam Græci quam Latini id asserere non reformidant. Origenes, lib. VIII *contra Celsum*, uniuscujusque hominis angelum custodem preces ejus Deo offerre dicit: « Et angelus . . . semper preces ejus in cœlum offert per unicum pontificem summo Deo. » Idem etiam asserunt SS. Basilius et Hieronymus.

CATECHESIS XVIII.

Ad num. 1, p. 285. (Oxon. n. 1, p. 259, not. 3.) Ῥίζα τῆς ἀγαθοεργίας ἡ τῆς ἀναστάσεως ἐλπίς. Similiter Tertullianus, *De carne Christi*, c. 1. « Fiducia Christianorum resurrectio mortuorum. » Et Epiphanius, in *Anchorato*: « In qua, »id est, in resurrectione, « ponitur noster omnis thesaurus, et sapientis fiduciæ fundamentum, bonæque operationis spes. » Hanc Christianorum fiduciam frustrari aggressi sunt ethnici, qui crematorum martyrum cineres in fluvium Rhodanum projecerunt. Vide Euseb. *Hist.*, lib. V, c. 1.

Ad num. 8. (Oxon. n. 4, p. 262, not. 2.) Καὶ ὄρτεον εἰς τοῦτο κατειργάσατο φοίνικα. Hoc argumentum, quo ad probandam resurrectionem utitur cum hoc loco Cyrillus, tum Clemens Rom., Tertullianus, Epiphanius, sive quis alius *Physiologi* auctor est, desumitur ex male interpretato loco psal. XCI, 13 ubi dicitur quod δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει. Patres nimirum non arborem, sed phœnicem avem fabulosam his verbis intelligi somniabant.

CATECH. XIX. MYSTAG. I.

Ad num. 2, p. 306. (Oxon. n. 2, p. 278, not. 1.) Εἰσήειτε πρῶτον εἰς τὸν προαύλιον τοῦ βαπτιστηρίου οἶκον. Per τοῦ βαπτιστηρίου οἶκον nemo non videt auctorem nostrum designare locum baptismo recipiendo constitutum. Hujusmodi loca φωτιστήρια, et, uti hic Cyrillus, βαπτιστήρια, « piscinas, aulas baptismales, baptismales ecclesias, oracula, » etc. appellant primæ et mediæ vetustatis auctores. Temporibus quidem nascentis Ecclesiæ nulla loca Christianis baptizandis destinata ex-

stitisse apertum est: verum uti S. Joannes « in Jordane, » et Petrus, referente Tertulliano, cap. 4 *De baptismo*, « in Tiberi tinxit, » ita quoque postea successores eorum baptismum quolibet in loco celebrabant, non solum in fluviis et stagnis, præsertim in Jordane, sed etiam in ædibus privatis, ac demum propter persecutionis fervorem in ipsis carceribus. Cum vero baptisteria ac templa rerum divinarum ministerio exstructa fuerunt, nonnisi in publico, præsente Christianorum cœtu, baptizare licitum erat. Inde Tertullianus: « Manu, inquit, facta ambire gratiam pro baptizandis fructuosius possumus; et libellus quem monachi in concil. Constantinop. v Mennæ patriarchæ obtulere; « eos, qui per domum baptizant, ejice foras. » Baptisteria autem in loco ab ecclesia sejuncto sæpe posita fuere, nimirum vel in privatis ædibus, vel in loco aliquo abdito extra urbem, vel, quod usitatius fuit, deque baptisterio, cujus his verbis meminit Cyrillus, verisimillimum videtur, in ipso ecclesiæ vestibulo. Indeque in, *Procatechesi*, § 1, catechumeni dicuntur esse περὶ τὴν πρόαυλιν τῶν βασιλείων. Et Greg. N.: « Quandiu in catechumenorum numero es, in pietatis vestibulo es. » Ecclesia nempe regio palatio comparatur, in cujus porticu κολυμβήθρα ad sinistram partem sua fuit. Notandum vero est Cyrillum per voces istas τὸν προαύλιον τοῦ βαπτιστηρίου οἶκον, non simpliciter baptisterium, sed porticum seu vestibulum baptisterii denotare, in quo ritus baptismi, de quibus in hac catechesi disserit, pro more Eccesiæ Hierosolymitanæ peragebantur. Nam in catech. seq. § 1, pollicetur se reliqua quæ ad baptismum pertinerent, explicaturum, nimirum τὰ ἐν ἐσωτέρῳ οἴκῳ γενόμενα· « Quæ in interiori domo peracta fuere. »

Ad num. 4. (Oxon. n. 2, p. 279, not. 1.) Ἀποτάσσομαί σοι Σατανᾷ. Vox ἀποτάσσομαι significat « valere jubeo, nuntium remitto, » eique opponitur vox συντάσσομαι, quæ talem vim habet, ut significet « una cum aliis aciei ordine me colloco. » Unde συνταξάμενος « acie instructa iter faciens » apud Xenophont., et συντεταγμένη φάλαγξ apud Plutarchum. Indeque apud Chrysostomum in fine homil. 21 ad pop. Antiochen. Ἀποτάσσομαί σοι Σατανᾷ . . . . . καὶ συντάσσομαί σοι, Χριστέ, q. d. « Satanæ servituti renuntio, et in Christi militiam me ascribo. » Hujusce renuntiationis in omnibus Ecclesiis eadem ferme erat formula. Ecclesiæ Hierosolymitanæ formulam in hac catechesi pulchre descriptam habemus. Baptizandus nimirum stans, facie ad occidentem solem conversa, protensaque manu dicebat primo, Ἀποτάσσομαί σοι Σατανᾷ. Deinde καὶ πᾶσι τοῖς ἔργοις σου· Tum vero καὶ πάσῃ τῇ πομπῇ αὐτοῦ. Demum καὶ πάσῃ τῇ λατρείᾳ σου. Quibus congrua sunt quæ de renuntiatione in *Constit. apost.*, lib. VIII, c. 41, reperias: « Cum renuntiat qui baptizatu ita recitet: Renuntio Satanæ et operibus ejus, et pompis ejus et cultibus ejus . . . . . et ascribor **414** Christo. » Totum vero hunc ritum plenissime nobis exhibet Euchologium, pag. 338. Καὶ ἀποδυπμένου, καὶ ὑπολυομένου τοῦ βαπτιζομένου, ἀποστρέφει αὐτὸν ὁ ἱερεὺς ἐπὶ δυσμὰς, ἄνω τὰς χεῖρας ἔχοντα, καὶ λέγει γ'· Ἀποτάσσῃ τῷ Σατανᾷ, καὶ πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, καὶ πάσῃ τῇ λατρείᾳ αὐτοῦ, καὶ πάσῃ τῇ πομπῇ αὐτοῦ; καὶ λέγεται ἐκ τρίτου. Καὶ ἀποκρίνεται πρὸς ἕκαστον ὁ κατηχούμενος, ἢ ὁ ἀνάδοχος αὐτοῦ, εἰ ἔστιν ὁ βαπτιζόμενος βάρβαρος ἢ παιδίον· καὶ λέγει· Ἀποτάσσομαι. Καὶ ὅτε εἴπῃ γ', ἐρωτᾷ πάλιν ὁ ἱερεὺς τὸν βαπτιζόμενον· Ἀπεταξω τῷ Σατανᾷ; καὶ ἀποκρίνεται ὁ κατηχούμενος, ἢ ὁ ἀνάδοχος. Ἀπεταξάμην. Καὶ ὅτε εἴπῃ γ', λέγει ὁ ἱερεύς· Καὶ ἐμφύσητον καὶ ἔμπτυσον αὐτῷ καὶ τοῦτο ποιήσαντος, στέφει αὐτὸν ὁ ἱερεὺς κατα ἀνατολὰς, κάτω τὰς χεῖρας ἔχοντα, καὶ λέγει αὐτῷ ὁ ἱερεύς· Συντάσσῃ τῷ Χριστῷ; καὶ ἀποκρίνεται ὁ κατηχούμενος, ἢ ὁ ἀναδοχος λέγων· Συντασσομαι, ἐκ τρίτου. Εἶτα πάλιν λέγει αὐτῷ ὁ ἱερεύς· Συντάσσω τῷ Χριστῷ; καὶ ἀποκρίνεται· Συνετάξαμην. Formula autem Ecclesiæ Latinæ in plerisque ritualibus usitata est eadem, quæ cum in S. Gregorii lib. Sacram. tum etiam in Ordin. Roman. occurrit: « Tunc dices ei: Abrenuntias Satanæ? Resp. Abrenuntio. Et omnibus operibus ejus? Resp. Abrenuntio. Et omnibus pompis ejus? Resp. Abrenuntio. » Quam vero antiquus sit hic renuntiationis in baptismo ritus discere licet ex Origene, qui in commentario *in Epist. ad Romanos* de eo mentionem facit: « Recordetur, inquit, unusquisque fidelium, cum primum venit ad aquas baptismi . . . quid denuntiaverit diabolo, non se usurum pompis ejus, et voluptatibus potiturum. » Et Tertulliani lib. *De corona*, cap. 3: « Aquam, inquit, adituri, ibidem, sed et aliquanto prius, in ecclesia sub antistitis manu, contestamus nos renuntiare diabolo, et pompæ, et angelis ejus: dehinc ter mergitamur. » Ex actis demum martyrum Scillytanorum, qui circa an. 200 passi sunt, apud Ruinart., p. 80.

Ad num. 6. (Oxon. n. 4, p. 280, not. 2.) Πομπὴ δὲ διαβόλου ἐστὶ θεατρομανία. Per θεατρομανίαν (quod theatri insaniam non incommode dixeris) intelligit Cyrillus cujusvis generis ludos scenicos, qui cum in honorem deorum falsorum instituerentur, et sub eorumdem præsidio celebrarentur, inter diaboli solemnitates pro primævæ Ecclesiæ consuetudine non immerito recensentur. Inde *Constit. apostol.*, lib. VIII, c. 32, a baptismo arcentur, quotquot scenæ operam dant: Τῷ ἐπὶ σκηνῆς ἐάν τις προσίῃ ἀνὴρ, ἢ γυνὴ . . . . . ἢ παυσάσθωσας, ἢ ἀποβαλλέσθωσαν. « Scenicorum si quis accedat vir, sive femina . . . . . hi aut finem faciant, aut rejiciantur. » Et Tertullianus, *Apologet.*, c. 38: « Spectaculis, inquit, vestris in tantum renuntiamus, in quantum originibus eorum quas scimus de superstitione conceptas: quin et ipsis rectius, de quibus transiguntur, prætersumus. Nihil est nobis cum insania circi, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenæ, cum xysti vanitate. » Imo cum an. 12 Severi indicti essent ludi sæculares, in quibus omnis generis spectacula exhiberi consueverant, librum scripsit *De spectaculis* non adeundis, in quo quatuor ludorum genera, nimirum ludos theatrales, circenses, venationes et munera, quæ etiam a Cypriano, Epiphanio, etc. improbantur, late persequitur.

Ibid. (Oxon. ibid. not. 3.) Ἔνθα τὰς ἀσελγείας τῶν μίμων ὄψῃ βόρεσι πεπραγμένας. Sicut scona alias satis turpis erat, fœditateque ac spurcitie multum inquinata, ita eamdem turpissimam reddidere mimorum ac pantomimorum flagitia. Hi nempe dum scena histrionibus vacaret, in locum seu pulpitum θυμελικήν dictum (unde Mimi Thymelici appellantur) prodeuntes, populo fœdissima quævis spectacula exhibebant. Hinc Salvianus, lib. VI *De gubern.* « tales esse, ait, impuritates theatrorum, ut quæ illic fiunt ea non solum dicere, sed etiam recordari aliquis sine pollutione non possit. Quis enim, inquit, integro verecundiæ statu dicere queat illas rerum turpium imitationes, illas vocum ac verborum obscenitates, illas motuum turpitudines, illas gestuum fœditates? » Inde etiam Octavius apud Minutium, p. 344, « In scenicis, inquit, non minor furor, turpitudo prolixior. Nunc enim mimus vel exponit adulteria vel monstrat, nunc enervis histrio amorem dum fingit, infligit. »

Ibid. (Oxon. ibid. not. 4.) Ἐκτεθηλυσμένων τε ἀνδρῶν ἐμμανεῖς ὀργήσεις. Lasciviam pantomimorum his verbis prosequitur Cyrillus, qui eo mollitiei et fœditatis provecti fuere, ut in feminas mutati viderentur. Talis nempe tamque obscena fuit eorum in theatris saltatio, ut ethnicis etiam paulo modestioribus damnanda videretur. Hinc Hieronymus, epist. 8. *ad Marcell.* « In theatralibus, in-

quit, « scenis idem histrio nunc Herculem robustus ostendit, nunc mollis in Venerem frangitur. » Lactantius quoque, in *Epitome*, c 14. « Histrionici etiam impudici gestus, quibus infames feminas imitantur, libidines, quas saltando exprimunt, docent. » Propter hæc omnia aliaque multa, quibus scenæ et orchestræ fœditas et infamia arguuntur, non solum in baptismo ludis theatralibus, circensibus et ejusmodi aliis renuntiabant Christiani, verum etiam canonibus ecclesiasticis sancitum fuit, ne quis ludis scenicis interesse auderet. Canon 51 concilii sexti in Trullo : Καθόλου ἀπαγορεύει τοὺς λεγομένους μίμους, καὶ τὰ τούτων θέατρα, εἶτά γε μὴν καὶ τὰ τῶν κυνηγίων θεώρια, καὶ τὰς ἐπὶ σκηνῆς ὀρχήσεις ἐπιτελεῖσθαι. Εἰ δέ τις τοῦ παρόντος κανόνος καταφρονήσοι, καὶ πρός τι ἑαυτὸν τῶν ἀπηγορευμένων τούτων ἐκδῷ, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρείσθω, εἰ δὲ λαϊκὸς ἀφοριζέσθω. « Omnino prohibet hæc sancta et universalis synodus eos qui dicuntur mimi et eorum spectacula, deinde venationum quoque spectationes easque quæ fiunt in scena saltationes perfici. Si quis autem præsentem canonem contempserit, et se alicui horum quæ sunt vetita dederit : si sit quidem clericus, deponatur, si vero laicus, segregetur. » Canon quoque 24 hujusce concilii omnibus in sacerdotali ordine constitutis interdicit, θυμελικῶν παιγνίων ἀνέχεσθαι, « scenicos ludos sustinere. » Vide etiam canon. 54 concil. Laodicen. can. 67 concil. Illiberitani. can. 5 concil. Arelatensis.

Ibid. (Oxon. ibid., not. 5.) Μήτε τοὺς (scripsimus μήτε ἡ τῶν) ἐν κυνηγίοις ἑαυτοὺς θηρίοις ἐκδιδόντας, ἵνα, etc. Qui in venationibus in circo vel amphitheatris cum bestiis pugnabant, bestiarii dicebantur. Vocant hos Græci θηριομάχους, ἐπιθανατίους, παραβόλους. Dicti et bestiarum venatores, confectores ferarum, contifices, veluti si dixeris ἀκοντίζοντες. Illi nempe hoc modo sibi ipsis victum quærebant. Eos his verbis non solum damnat Cyrillus, verum etiam hujusmodi ludicra prorsus vetabant canones ecclesiastici. Ad hosce venatores sæpe respiciunt non solum Patres, verum etiam scriptores ethnici. Cicero, *in Vatinium*. « Quod in concione dixisti, Milonem gladiatoribus et bestiariis obsedisse rempublicam. » Senecæ, epist. *ad Lucilium* 70, « Nuper in ludo bestiariorum, unus ex Germanis, cum ad matutina spectacula præpararetur, » etc. Tertullianus quoque, *Apologet.*, c. 42, « Non in publico liberalibus discumbis, quod bestiariis suprema cœnantibus mos est. »

Ibid. (Oxon. ibid., p. 281. 1.) Φεῦγε καὶ τὰς ἱπποδρομίας, τὸ ἐμμανὲς θέαμα. Plurima ludorum genera apud Romanos in circis exhibebantur, inter quæ principem locum obtinebant certamina curulia et equestria : in quibus equi vel singulares, vel curribus alligati, sex aut septem vicibus circa metam summa pernicitate agitabantur. Si gemini equi currui adjuncti fuerunt, bigæ dicebantur : si tres, trigæ, etc. Hujusmodi autem cursus in honorem deorum instituebantur : bigas enim Lunæ dicabant, trigas diis inferis, quadrigas Soli, sejuges Jovi : ideoque Christianis non immerito interdicta fuere talia certamina. Aurigæ etiam in diversas societates sive factiones distribuebantur, quæ colore vel albo vel rubeo, vel viridi vel cæruleo vestimentorum quibus amiciebantur, distinguebantur. Eo autem usque processere favor studiumque populi erga hasce factiones, ut earum in gratiam civitas atroci tumultu nonnunquam concuteretur. Hinc philosophi hujusmodi ludicra damnabant. Antoninus imperator et philosophus de seipso : Παρὰ τοῦ τροφέως, inquit, τὸ μήτε Πρασιανὸς, μήτε Βενετιανός. . . . γενέσθαι· « Ab educatore accepi, ne in certamine equestri Prasinæ aut Venetæ factioni . . . . fautor fierem. » Totum vero hoc aurigandi equitandique negotium eleganter explicat damnatque Tertullianus, cap. 9 *De spectaculis*, cujus verba licet plurima hic ascribi lector non gravabitur. « Nunc de artificio, inquit, quo circenses exhibentur Res equestris retro simplex agebatur, et utique communis usus reus non erat. Sed cum ad ludos coactus est, transiit a Dei munere ad dæmoniorum officia. Itaque Castori et Polluci deputatur hæc species, quibus equos a Mercurio distributos Stesichorus docet. Sed et Neptunus equestris est, quem Græci Hippion appellant, quadrigas Soli, bigas Lunæ sanxerunt. Sed et

Primus Erichthonius currus, et quatuor ausus
Jungere equos, rapidisque rotis insistere victor.

Erichthonius Minervæ et Vulcani filius, et quidem de caduca in terram libidine, portentum est dæmoniacum, imo diabolus 415 ipse non coluber. Si vero Trochilus Argivus auctor est currus, patriæ Junoni id opus suum dedicavit. Si Romæ Romulus quadrigam primus ostendit, puto, et ipse inter idola conscriptus est, si idem est Quirinus. Talibus auctoribus quadrigæ productæ, merito et aurigas coloribus idololatriæ vestierunt. Nam equi initio duo soli fuerunt albus et russeus. Albus Hiemi ob nives candidas ; russeus Æstati ob solis ruborem voti erant. Sed postea tam voluptate quam superstitione provecta, russeum alii Marti ; alii album Zephyris consecraverunt : Prasinum vero Terræ matri vel Verno ; Venetum Cœlo et Mari, vel Autumno. Cum autem omnis species idololatriæ damnata sit a Deo, utique etiam illa damnatur, quæ elementis mundialibus profanatur. »

Ad num. 7. (Oxon. ibid., not. 3.) Ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν εἰδωλικαῖς πανηγύρεσι κρεμώμενα . . . τῇ τοῦ διαβόλου πομπῇ ἐγκαταλέγεται. De idolothytis intelligenda sunt hæc S. Cyrilli verba, quæ cum apostoli, Act. xv, 29, prohibuerint, tum postea Christiani abominanda censuerunt. Solemne enim erat in ethnicorum sacrificiis, ut non modo sacrificans, verum etiam alii qui sacris intererant, parte aliqua victimæ epularentur. Alexand ab Alexand. lib. iv, c. 14, « Hostia, inquit, immolata et mysteriis peractis, qui sacris intereant, viseo [*lege* viscere, uti monet Tiraquellus] et farre apposito cum rotundis paniceis, quas in honorem deorum adhibebant, stantes vescebantur. Siquidem in ædibus deorum et epulari simul et sacrum fieri servatum est : nam mensæ in sacris ædibus ararum vicem præstant. » Hujusmodi cibariis vesci auctor *Recognit.*, lib. iv, § 36, non solum baptismi indumentum polluere dicit, verum etiam animam simul et corpus commaculare. « Quæ autem, inquit, animam simul et corpus polluunt, ista sunt : participare dæmonum mensæ, hoc est, immolata degustare vel sanguinem, » etc. Et *Constitut. apostol.*, lib. vii, c. 21, « Ab idolothytis abstine ; in honorem enim dæmonum immolant ea, ad contumeliam scilicet solius Dei, uti non efficiamini participes dæmonum. »

Ad num. 8. (Oxon. n. 5, p. 282, not. 1.) Ἡ ἐν εἰδωλείοις εὐχή. Mos invaluit apud ethnicos, ut in quovis sacrificio vota precesque diis omnibus, præsertim vero deo cui sacra facerent, nuncuparent. Alexand. ad Alexand., lib. iv, c. 14, « In omni, inquit, sacro constitutum fuit, ut cuivis Deo sacrificatur, necesse foret post ipsum reliquos advocari, ut hi volentes et propitii votis et precationibus adsint. » Hoc vero diaboli cultum merito censet Cyrillus ; nam preces quas gentiles fundunt, dæmoniis fundunt, non Deo.

CATECH. XX. MYSTAG. II.

Ad num. 3, p. 312. (Oxon. n 3. p. 285, not. 1.) Εἶτα ἀποδυθέντες, ἐλαίῳ, etc. Postquam vestibus exuti erant catechumeni, oleo quodam sacrato a capite ad calcem ungebantur. Hujusce moris frequentissima in scriptis primævæ Ecclesiæ fit mentio. *Constitut. apost.*, lib. vii, c. 22, ubi modus baptizandi præscribitur· « Unges autem prius oleo

sancto, deinde baptizabis aqua. » Et c. 41, ubi ordo baptismi enarratur : « Post hanc professionem, ordine venit ad olei unctionem. » Justinus quoque, quæst. 37 *ad Orthodoxos* (si modo Justini sit hoc opus) : « Primum, inquit de baptizandis, oleo unginur,ac deinde in sacro lavacro quæ prædicta sunt peragentes, » etc. Verum in apolog. II, p. 93, ubi baptismi ritus describit, nullam unctionis mentionem facit. Neque etiam Tertullianus unctionis ante baptismum alicubi meminit : quæ enim de chrismatione non uno in loco habet, de unctione post baptismum intelligenda sunt.

Ibid. (Oxon. ibid., not. 2.) Ἐπικλήσει θεοῦ, καὶ εὐχῇ. Formulam ipsam precationis qua oleum hoc exorcizatum consecrabatur, habes *Constitut. apostol.*, lib. VII, c. 42, quam integram hoc loco apponi lector non gravabitur : « Benedicitur autem hoc a pontifice in remissionem peccatorum et præparationem baptismi. Sic enim invocat ingenitum Deum, Patrem Christi, Regem omnis naturæ in sensum ac intelligentiam cadentis, ut sanctificetur oleum nomine Domini Jesu, et det gratiam spiritalem et vim efficacem, ac remissionem delictorum atque præparationem confessionis baptismi : ut is qui ungitur, solutus omni impietate, fiat dignus initiatione secundum Unigeniti præceptum » Hæc oratio vim et usum benedicti olei satis aperte declarat.

Ad num. 4. (Oxon. ibid., p. 286, not. 1.) Καὶ καταδύσατε τρίτον εἰς τὸ ὕδωρ. Mos baptizandos in aqua ter immergendi est sane antiquissimus, et quamvis a Christo et apostolis haud fuerit præceptus, primis tamen post eos sæculis omnium Ecclesiarum usu fuisse receptum apertissime constat. Inde Tertullianus, cap. 26 *adversus Praxeam* : « Novissime, inquit, mandavit ut tingerent in Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, non in unum. Nam nec semel, sed ter ad singula nomina, in personas singulas tingimur. » Et lib. *De corona milit.*, cap. 3, « Dehinc ter mergitamur. » Canone quoque apostolorum 50, contra quosdam hæreticos Eunomianis antiquiores (qui perinde ac illi per unicam mersionem in mortem Domini baptizabant) decernitur : « Quod si quis episcopus aut presbyter non tres mersiones unius baptismi fecerit, sed unam mersionem quæ detur in mortem Domini, deponatur. » Et paulo post episcopis in mandatis datum est trina uti immersione : « Vos igitur, episcopi, in unum Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum ter immergite. » Hic baptizandi ritus in hodierna Ecclesia Græca etiamnum viget. Vide Euchолog. pag. 355 ed. Jac. Goar., et quæ illæ annotavit pag. 365. A qua autem origine hæc consuetudo profluxerit, non satis inter ipsos Patres convenit. Quidam enim a Domino ritum hunc præscriptum asserunt, alii vero vetustissimæ traditioni acceptum referunt. Inter illos recensendus venit Chrysostomus, qui homil. *De fide*, pag. 290, tom. VII ed. Eton. : « Omnibus mysteriis velut signum imponens Dominus, in tribus mersionibus aquæ unum baptisma discipulis suis tradidit, dicens : *Euntes docete*, » etc. Et can. apost. 50, supra cit., trinam mersionem dicit esse κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου γνώμην, « Secundum Domini sententiam. » Item Pelagius papa apud Gratianum, *De consecrat.*, distinct. 5 : « Multi, inquit, sunt qui in nomine solummodo Christi, una etiam immersione, se asserunt baptizare. Evangelicum vero præceptum, ipso Domino ac Salvatore nostro Jesu tradente, nos admonet in nomine Trinitatis, trina etiam mersione sanctum baptisma unicuique tribuere, dicente Domino discipulis suis : *Baptizate*, » etc. S. Basilius originem hujusce moris a traditione ecclesiastica petit. Libro enim *De Spiritu sancto*, cap. 27, « Jam ter immergi hominem, unde nobis? Reliqua item quæ fiunt in baptismo, veluti renuntiare Satanæ et angelis ejus ex qua Scriptura habemus? Nonne ex homine publicata et arcana hac traditione? » Item ab eadem origine derivatum tradit Hieronymus, *Adversus Luciferianos*, tom. II, pag. 139. ed. Bas. : « An nescis etiam, inquit, Ecclesiarum hunc esse morem, ut baptizatis postea manus imponatur, et ita invocetur Spiritus sanctus? Exigis ubi scriptum sit? In Actibus apostolorum. Etiamsi Scripturæ auctoritas non subesset, totius orbis in hanc partem consensus instar præcepti obtineret. Nam et multa quæ per traditionem in Ecclesia observantur, auctoritatem sibi scriptæ legis usurpaverunt, velut in lavacro ter caput mergitare, » etc.

Ibid. (Oxon. ibid,. not. 2.) Καὶ ἐνταῦθα διὰ συμβόλου, τὴν τριήμερον τοῦ Χριστοῦ ἀνιστάμενοι ταφήν. Duas rationes afferre solent Patres, cur baptizandi in aqua immergerentur. Primo, ut hoc ritu significarent et aliquo modo profiterentur fidem suam in sancta Trinitate. Ita Dionysius Areopag., *Eccles. hierarch.*, cap. 2 : « Ter quidem illum demergit, atque in tribus ejus qui initiatur demersionibus et emersionibus trinam divinæ beatitudinis essentiam appellat et invocat. » Secundo, qui baptizabantur, ter immergebantur, ut hoc pacto triduana Christi sepultura et resurrectio adumbraretur. Hanc rationem non solum his verbis affert Cyrillus, verum etiam Gregorius Nyssenus, *De baptismo Christi*, tom. III : « Ad terræ cognatum elementum, aquam, venientes, in illa, sicut Salvator in terra, nos abscondimus ; idque cum ter simul fecimus, triduo peractam resurrectionis gratiam effingimus. » Eadem ratione triplicis immersionis mysterium explicat Theophylactus, *in Coloss.* II, 12 : « Qui baptismate abluitur, cum Christo sepelitur, per trinam demersionem trium dierum Domini sepulturam significans, et moriens, quod ad veterem et ad peccatum proclivem hominem attinet. »

Ad num. 6. (Oxon. n. 5. p. 287, not. 2.) Ἀλλὰ καὶ υἱοθεσίας χάριν τυγχάνειν. De principali baptismi effectu his verbis loquitur Cyrillus, quo nimirum filii Dei efficimur. Cum enim per baptismum Christo, tanquam capiti, mystico quidem, sed arctissimo unionis vinculo conjuncti, unum cum eo corpus constituimus ; ideo sicut ille natura Filius Dei est, ita et nos gratia et adoptione baptismali eamdem dignitatem consequimur. Hinc Gregorius Nyssenus, orat. *in Bapt.*, tom. III, baptismum vocat οἰκείωσιν πρὸς Θεόν, « conjunctionem cum Deo. » Et Isidor. Pelusiot, ep. 195, baptismum dicit υἱοθεσίας, καὶ θείας συγγενείας ποιητικόν, « adoptionem et divinam cognationem procrear. » Quo autem pacto hoc fit, pulchre explicant Theodoretus et Theophylactus, *in Galat.* III, ubi dicimur baptismo Christum induisse. Ἐπειδάν, inquit ille, εἶπεν, ὅτι Πάντες υἱοὶ Θεοῦ ἐστε, διδάσκει καὶ πῶς ἔτυχον τούτου, καί φησιν· Ἐνεδύσασθε τὸν Χριστὸν, τὸν ἀληθῶς Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἐκεῖνον δὲ ἐνδεδυμένοι, εἰκότως υἱοὶ Θεοῦ χρηματίζετε. Iste vero comment, in eumdem locum, pag. 462, aSi enim Christum Filium Dei induimus, ipsique ssimilati sumus, ad unam cum eo cognationem unamque ideam perducti sumus, gratia facti quod ille est natura. »

CATECH. XXIII. MYSTAG. V.

Ad num. 9, p. 428. (Oxon. n. 6, p. 297, not. 1.) Καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν ἐν ἡμῖν προκεκοιμημένων. Consuetudo orandi et offerendi pro fidelibus defunctis, licet nullo sacræ Scripturæ expresso testimonio nitatur, tamen jam inde ab apostolorum temporibus in Ecclesia viguisse verisimillimum videtur. Tertullianus, *De monogamia*, cap. 10 : « Enimvero, inquit, et pro anima ejus orat, et refrigerium interim adpostulat ei, et in prima resurrectione consortium, et offert annuis diebus dormitionis ejus. » Vide etiam S. Cypriani epist. *ad plebem et clerum Furnitanornm*, et Arnob., lib. IV, *adversus nationes*.

DESCRIPTIO ET HISTORIA
BASILICÆ RESURRECTIONIS.

417 1. Cum Cyrillus in ecclesia Resurrectionis concionans, tam frequentem ejus ædis adjunctique sancti sepulcri, et utriusque ornamentorum mentionem faciat, gratum lectori futurum spero, ut ei magnifici hujus templi descriptio offeratur, narreturque fortuna. Ac descriptionem quidem ejus accuratam dederat Eusebius libro singulari ea de re conscripto, ut ipse testatur lib. IV *Vitæ Const.*, cap. 45 et 46, qui quidem liber, una cum multis aliis ejusdem auctoris lucubrationibus intercidit; ejusque in locum, compendiosa quam dedit in lib. III *Vitæ Constantini* descriptione contentos nos esse necesse est. Quod autem magis dolendam libri jacturam facit, illud est, quod ædificii mensuræ nullæ conservatæ sint, easque fortuito ponere et assignare cogamur. Eusebianæ porro narrationis intelligentia non parum ex aliis monumentis, quæ studiose conquisivimus adjuvatur.

2. *Locus ecclesiæ Resurrectionis.* — Ac de loco primum, in quo ædificata ecclesia est, dico. In monte Golgotha nimirum ad ipsum locum sepulcri Domini. Mons Golgothas apud Cyrillum duplicem significationem habet: modo totum ambitum montis cum subjecta valle designat; modo solum ipsum verticem ac tumulum, in quo crux fixa fuit: hinc duplex apud illum de Resurrectionis ecclesiæ loco loquendi ratio. Interdum secum auditores in monte Golgotha congregatos ait, ut cat. 4, n. 10: « Felix iste Golgothas, in quo nunc propter eum qui ibi cruci affixus est, congregati sumus. » Eodem modo loquitur num. 14, cat. 16, n. 4. In eumdem sensum intelligendi, qui ecclesiam Resurrectionis « in loco Passionis » exstructam dixere: ut Paulinus epistola 31, n. 6. At Cyrillus cat. 13, n. 4, proximum tantum ecclesiæ Golgotham his verbis dicit: « Arguet me iste Golgothas, cui nunc proxime assistimus. » Ecclesia Resurrectionis non ipso loco, in quo fixa crux fuerat, ædificata est, sed in declivitate collis ad sepulcrum Domini, quod montis vertice multo inferius erat. Locum enim, ut testatur Eusebius, lib. III *Vitæ Constant.*, cap. 26, Adrianus imperator humo aliunde advecta aggestaque totum impleri, et ad mediocrem altitudinem elatum lapide consterni, sacramque speluncam sub hac tanta congerie obtegi imperavit; unde alte a Constantino refodi sanctum monumentum oportuit. Monticulus vero Golgothas ab ecclesia distabat jactu lapidis. Sic auctor *Itinerarii Hierosolymitani:* « Foris murum de Sion euntibus ad portam Neapolitanam, ad partem dextram deorsum in valle sunt parietes, ubi domus fuit sive prætorium Pontii Pilati. A sinistra autem parte est monticulus Golgotha, ubi Dominus crucifixus est. Inde quasi ad lapidem missum est crypta, ubi corpus ejus positum fuit. Ibidem modo jussu Constantini basilica facta est. » De Golgothæ situ respectu sancti sepulcri et basilicæ dicemus iterum num. 6. Montem Calvariæ notum est ab omnibus extra veterem urbem Jerosolymam fuisse: erat velut in angulo duarum urbis partium; nempe ad aquilonarem partem montis Sion, valle et tenui rivo ab eo disterminatus; et ad occidentem veteris urbis Salem; monti Olivarum ad orientem sito directe oppositus, longitudine stadiorum quindecim. A In Calvariæ montis parte meridionali Sion respiciente paulo ad orientem erat sepulcrum Domini, in declivitate collis, ut dixi. Nova urbs Ælia pone montem Golgotha ad occidentem ab Adriano ædificata erat, quotidieque ex ruinis veteris urbis ædificabatur, teste Eusebio, *Demonstr.*, lib. VIII, pag. 406. Quod autem ait Sozomenus, lib. II *Hist.*, cap. 1, et ex ejus fide ab omnibus creditum est, Adrianum tum Calvariæ montem, tum locum sepulcri muro circumducto cinxisse, contrarium nobis videtur ei quod testatur Cyrillus cat. 14, n. 9, rupem, in qua sancti sepulcri spelunca excavata fuit, non veteribus muris, sed antemuralibus postea exstructis contiguam exstitisse. Veteres enim muros, quos extra sepulcrum erat. 418 et antemuralia, non veteris Hierosolymæ, cui nulla antemuralia post ejus ruinam adjuncta fuere, sed Æliæ urbis intelligit. Antemuralia ergo illa post Adrianum, et ut putamus a Constantino ad defensionem operum suorum et B amplificationem urbis in dies post conversionem imperatorum crescentis, magisque ac magis peregrinationibus frequentatæ, adjecta censemus: quidque in iis inclusum una cum ædificiis ecclesiæ, novam Jerusalem ab Eusebio, lib. III *Vitæ Constant.*, cap. 33, appellatum. Præterea Golgothæ et sancti sepulcri locus totus ut agrestis et incultus inhabitatusque repræsentatur, ac veteris horti cum ab Adriano tum a Constantino pene dissipati vestigia quædam retinebat etiamnum Cyrilli tempore, cat. 14, n. 5. Indicia loci extra muros positi, nec ab eis ante ducentos annos inclusi.

3. *De sancto sepulcro et de lapide monumenti.* — Basilica Resurrectionis secundum se totam sumpta, duplici parte constabat; sancto sepulcro, sive æde et ecclesia ad ipsum monumentum ædificata, cui proprie nomen *Anastasis* attributum; et basilica ipsa. Sanctum sepulcrum ante mutationes circa ipsum a Constantino factas, duplici juxta patrium C morem, teste Cyrillo cat. 14, n. 9, spelunca constabat; anteriore una quæ alteri pro vestibulo erat et a Constantino erasa est, et interiore altera. Interioris hujus speluncæ, quæ a Constantino integra relicta est, descriptionem hanc habes apud Bedam, *De locis sanctis*, cap. 2, pag. 488: « Hujus (ecclesiam Anastasis dicit) in medio monumentum Domini rotundum in petra excisum est, cujus culmen intrinsecus stans homo manu contingere potest: ab oriente habens introitum, cui lapis ille maximus appositus est (ab Judæis), quod intrinsecus ferramentorum vestigia usque ad præsens ostendunt: nam extrinsecus usque culminis summitatem, totum marmore tectum est; summum vero culmen auro ornatum, auream magnam gestat crucem. » Exteriora hæc sancti sepulcri ornamenta, de quibus Eusebius et veteres silent, posterioribus forte temporibus adjecta. Pergit Beda: « In hujus ergo monumenti aquilonari parte, sepulcrum Domini in eadem petra excisum, longitudinis septem pedum trium mensura D palmorum pavimento altius eminet, introitum habens a latere meridiano: ubi die noctuque duodecim lampades ardent, quatuor intra sepulcrum, octo supra in margine dextro. . . . Color autem ejusdem monumenti et sepulcri, albo et rubicundo permistus

videtur.» Eadem Paschasius Ratbertus confirmat ex auctoritate « multorum qui eum locum viderant, » *in Matth.* XXVII, 60, additque sepulcrum non fuisse apertum desuper, sed a latere. « Qui, inquit, non vulgarium more sepulcrorum desuper patulus idem factus est locus; sed a latere meridiano per totum, a qua parte corpus posset interponi.... Nec tamen divisa erant ibi loca; sed continuata hæc omnia, nec divisa ab invicem, utpote in una eademque petra excisa. » Lapis a Judæis sepulcrum obsignantibus positus, et ab angelo revolutus, non est ipsi loculo et sarcophago, in quo conditum Christi corpus, impositus, sed ostio interioris speluncæ in qua excavatus loculus. « Ostio » quippe « monumenti advolutus fuit (*Marc.* XV, 46; XVI, 3), eoque ab angelo revoluto, mulieres introierunt in monumentum (*ibid.* 4, 5). Lapis ille Cyrilli tempore proxime monumentum jacebat, παρὰ τῷ μνημείῳ κείμενος. » Utrum autem intra speluncam sepulcri, an extra foret, nihil ex ipso colligi potest; sed multi mss. loco παρά, « prope, » habent πρό, « ante monumentum. » Ex duobus tamen Hieronymi testimoniis, quæ in nota ad cat. 13, n. 39, citavi, colligi potest eum tunc intra sepulcrum reconditum. De hoc lapide Beda, jam citato loco: « Lapis qui ad ostium monumenti positus erat, nunc fissus est; cujus pars minor quadratum altare ante ostium nihilominus ejusdem monumenti stat; major vero in orientali ejusdem loco quadrangulum aliud altare sublinteaminibus exstat.

419 4. *De æde Sancti Sepulcri seu Anastasi.* — Ad tollendam omnem e Christianorum animis sanctorum locorum memoriam, Adrianus imperator Veneris statuam, una cum ædicula ipsi sacra, in loco ubi Christus est crucifixus, imposuerat. Sanctum vero sepulcrum multa humo aliunde comportata abdidit penitus, locoque ad mediocrem altitudinem evecto, simulacrum Jovis ibidem constituit. Hieronymus, epist. 13, *ad Paulinum*, utriusque contaminationis testis his verbis: « Ab Adriani temporibus usque ad imperium Constantini, per annos circiter centum octoginta, in loco resurrectionis simulacrum Jovis, in crucis rupe statua ex marmore Veneris a gentibus posita colebatur. » Constantinus, dissipatis idolorum monumentis, sepulcrum, egesta humo qua contegebatur, aperuit: et in ipso loco reperta crux quam Judæi ibidem « in tumulo » infoderant; ex Chrysostomi homilia 84 *in Joan.* Hanc Paulinus repertam ait « in loco testificationis, alta egestione reseratis terræ sinibus, effosso; » epist. 31, n. 5. Quem locum appellans num. 3, « passionis locum, » imposito Jovis simulacro contaminatum ait. At is non crucifixionis sed sepulturæ locus erat. In sepulturæ igitur loco reperta crux, non in crucifixionis, ut arbitratus videtur Guillelmus Tyrius a nobis num. 14 infra citandus. Sanctum monumentum Constantinus, cum excitata super illud elegantissima æde, tum adjuncta basilica exornare constituit. Ab ornamentis sancti tumuli aggressus, illum, ait Eusebius, lib. III *Vitæ Const.* cap. 34, « tanquam totius operis caput, eximiis columnis et maximo cultu diversimode decoravit, cujusque modi ornamentis illustrans. » Et lib. *De laudibus Constantini*, cap. 9: « Servatoris monumentum sempiterna memoria dignum, illiusque trapæa contra mortem erecta, ornamentis, quæ dicendo exprimi nequeunt, decoravit. » Hæc tantum Eusebius. At ex Cyrillo, Hieronymo, aliisque auctoribus accipimus, excitatam fuisse a Constantino in eo loco amplam et spatiosam ædem, quæ aliquando ecclesia dicitur: in qua Cyrillus catecheses mystagogicas pronuntiavit. Vide cat. 18, n. 33. Epiphanius coram plebe, clero et episcopo concionabatur, teste Hieronymo, epist. 38, al. 61, et ad sacrificium altaria disposita erant, Bedæ saltem tempore, ut modo aiebat sub finem num. præcedentis. Ornamentis sepulcri locum facturus imperator, et veteris horti qui a Christi temporibus supererat, maximam partem dissipavit, ex Cyrill. cat. 14, n. 4, et anteriorem monumenti speluncam erasit, ibid. n. 9. Sed et ipsum monumentum a rupe adjuncta præcidisse et avellisse dicendus est, si vera est, quam modo ex posterioribus auctoribus daturi sumus. Anastasis descriptio. Quanquam Cyrillus laudato loco illud indicare videtur, et sacram speluncam adhuc petræ sive rudi, in qua excavata erat, adhæsisse, et ipsam petram novis urbis antemuralibus fuisse conjunctam. Sed de priori verba ejus non satis sunt diserta: imo si anterior spelunca totum monumentum ambibat, ea erasa sequitur præcisum fuisse a rupe sepulcrum. Ædes super illud excitata, ut dixi, « Anastasis » nomen sibi proprie attributum habuit: quam ita describit Beda citato jam sæpius libro: « Hujus ad occasum ecclesiæ (Golgothanam dicit, de qua n. 6) est Ἀναστάσεως, id est Resurrectionis Dominicæ, rotunda ecclesia, tribus aucta parietibus, duodecim columnis sustentatur: inter parietes singulos latum habens spatium viæ, quæ tria altaria in tribus locis parietis medii continet, hoc est australi, aquilonali et occidentali. Hæc bis quaternas portas, id est introitus, per tres e regione parietes habet; e quibus quatuor ad euronotum vulturnum, et quatuor ad earum spectant. Hujus in medio monumentum Domini rotundum, in petra excisum est, » etc., ut supra num. 3. Eodem fere modo Paschasius loco jam allegato: « Nunc autem, sicut tradunt qui inde ad nos veniunt, ecclesia ibi est eximii operis rotunda, triplici pariete distincta, in cujus medio monumentum est: habens ab oriente ecclesiam quæ Golgothana vocatur adhuc hodie. » Quid sit triplex ille murus, aut unde accepta lux interjecta inter muros spatia illustraret, non satis intelligo. Ad hæc duodecim tantum columnas in æde tam capaci positas, non satis magnificentiæ, qua decorata dicitur, convenit. Consulti ea de re a me periti artis suæ architecti, uno ore responderunt, excepto exteriore et ædem cingente ac claudente muro, parietem illum, qui a præfatis auctoribus medius et tertius appellatur, nihil nisi ordines columnarum sibi videri; quarum cum forte densiores quam in communibus **420** porticibus essent pilæ, intercolumniaque minus lata et aperta, parietum nomen iis datum. Cæterum exteriorem murum et medium columnarum ordinem sive porticus medias, eo columnarum ordine depressiores fuisse quæ magnam aream circumcingebant, ex quo præter exedras in arcæ circuitu dispositas, duo porticuum ordines ejusdem, opinor, altitudinis constructi essent; eoque modo magnificentiam et lucem ædi illi attribui. Octo portas Beda numerat, omnes ad orientem sive æstivum sive hibernum et urbis antemuralia obversas: sed prætermittit occidentalem, omnium forte magnificentissimam, per quam de Anastasi ad basilicam, vel de basilica in Anastasim pergebatur, solemni sæpe episcopi cum toto clero ac plebe incessu.

5. *De atrio subdivali inter Anastasim et basilicam.* — Separata erat Anastasis a basilica « atrio subdivali vastissimo, cujus solum Constantinus splendido lapide constravit, longissimis undique porticibus ad tria latera, » orientale, meridionale et septentrionale « additis, » ut monastici claustri speciem referret: occidentali vero lateri, quod « e regione speluncæ positum solis ortum spectabat, cum esset conjuncta basilica (1), » ipsa vice porticus erat, magnificis gradibus quibus ad eam ascendebatur ac portis decorata: quem aspectum porticus adjuncta sustulisset, lucemque basilicæ non modicam detraxisset. De loco illo Hieronymum loqui puto ad cap. II Joel., vers. 18, cum ait: « Nostris temporibus vidimus agmina locustarum terram texisse Judæam: quæ postea misericordia Domini, inter vestibulum

(1) Euseb., lib. III *Vit. Const.*, c. 35, 56.

et altare (hoc est inter crucis et Resurrectioni locum) sacerdotibus et populis Dominum deprecantibus, atque dicentibus, *Parce populo tuo*, etc., vento surgente, in mare primum et novissimum præcipitatæ sunt. » De eodem quoque fortassis dicunt monachi Franci Jerosolymis in Olivarum monte degentes apud P. Le Quien, *Dissert. Damasc.* 1, num. 13 : « Die sancto Dominico congregati sunt sacerdotes cum clero et populo contra sepulcrum Domini et inter sanctum Calvariæ locum, » nisi extra atrium positi essent. Sunt qui in illo atrio subdivali et veteris horti reliquias de quibus Cyrillus dicit, cat. 14, num. 5, et monticulum Golgotha, sive crucis locum, comprehensum fuisse dicunt. Quæ mihi sententia plurimis de causis probari non potest. Primo enim, quænam in solo lapidibus constrato, cujusmodi erat id atrium de quo loquimur, horti vestigia conservari potuerunt; aut cui bono conservasset Constantinus, cum ipsi anteriori sancti monumenti speluncæ non pepercisset ? Secundo, eadem ratio lapidibus constrati facit ne ibi monticulum Golgotha positum credamus ; qui cum fissuram in rupe perspicuam conservaret, ex cat. 15, num. 39, non erat lapide constrata rupes. Tertio, vix illi comprehendendo ac cingendo atrium nostrum suffecisset, quod sola, cum Anastasis, tum basilicæ latitudine constitisse videtur, cum esset multo longius quam latius. Quarto, ex basilica videtur sacrum monumentum conspectum fuisse ; cui rei interceptus mons obstitisset.

6. *De situ Golgotha.* — Dubitare tamen non possumus quin Calvariæ locus medius esset inter Anastasim et basilicam. Sirmondus Operum tom. IV, pag. 437, in explicatione triplicis nummi, cap. 1, citat hoc testimonium ex libello Eucherii Lugdunensis ad Faustinum (*leg.* Faustum) Insulanum presbyterum, hoc est Lirinensem, postea Reiensem episcopum, *De Hierosolymitanæ urbis situ*, a se in Vaticana bibliotheca viso : « Primum de locis sanctis, pro conditione platearum divertendum est ad basilicam quæ *Martyrium* appellatur, a Constantino magno cultu exculta. Dehinc ac occasu (hoc est occasum portis suis respicientes, nisi fallitur Eucherius in situ) insunt Golgotha et Anastasis ; sed Anastasis in loco est resurrectionis. Golgotha vero medius in Anastasim. At martyrium locus est Dominicæ passionis, in quo etiam rupes apparet, quæ quondam affixo Domini corpore crucem pertulit. » Valesius in epistola ad amicum suis in Eusebium notis subjuncta sic corrigit : « Golgotha medius in Anastasim ac martyrium, locus est, » etc. Beda qui hæc vidit et ex parte transcripsit, huic lectioni suffragatur. Dicimus itaque et montem Golgotha et veteris horti reliquias extra atrium subdivale ad Aquilonem fuisse, separata, ex *Itinerario Hierosolymitano*, jactus lapidis distantia, cum ab Anastasi, tum a basilica Calvariæ monte ; passibus VII, ex *Itinerario Antonini Mart.*, pag. 15. Magna certe distantia non erat ; nam ex basilica Resurrectionis, patentibus portis conspiciebatur, ex cat. 13, num. 23. Credo **421** in atrio e regione Calvariæ apertam fuisse portam quæ eo duceret. Cyrilli tempore nondum ad Calvariam ædificata erat ecclesia, quæ eo in loco succedentibus temporibus exstructa est. Nam Antiochus lauræ S. Sabæ monachus, in epistola præliminari ad Eustachium tres distinctas ædes memorat : « Sanctæ Calvariæ, Sanctæ Anastasis, et basilica Venerandæ Crucis, quæ mater ecclesiarum est. « Hanc S Calvariæ ecclesiam diruit et incendit Cosrobes, an. 615, teste Eutychio, *Annal.*, tom II, pagina 212 « Diruit, inquit, ecclesias Constantini, *Cranii* et Sepulcri ; in *Cranium* et Sepulcrum injecto igne. » Sed non diu postea a Modesto patriarchæ reparatæ sunt : eo in Syriam ad cogendas a Christianis eleemosynas, profecto. « Magna, inquit idem Eutychius pag. 219, opum vi collecta Jerosolyma reversus, ecclesias Resurrectionis, Sepulcri, Cranii, et S. Constantini exstruxit, ea quæ jam exstat fabrica. » Hanc Calvariæ ecclesiam centum post annos sic describebat Beda loco jam laudato : « Dehinc ab occasu (ecclesiæ Resurrectionis, sive S. Crucis) Golgothana videtur ecclesia, in qua etiam rupes apparet illa, quæ quondam ipsam affixam Domini crucem pertulit ; argenteam modo pergrandem sustinens crucem, pendente magna desuper ærea rota cum lampadibus. Infra ipsum vero locum Dominicæ crucis excisa in petra crypta est, in qua super altare pro defunctis honorandis sacrificium solet offerri, positis interim in platea corporibus. »

7. *De majori basilica Resurrectionis. De muris interius et exterius ornatis. De tecto exteriore, et cameris interioribus.* — Occidentali atrii subdivalis seu claustri « lateri, quod e regione speluncæ positum solis ortum spectabat, conjuncta erat basilica » Sanctæ Resurrectionis. Verba sunt Eusebii cap. 36. Credibilior sane et Eucherio, qui Golgotham et Anastasim ab occasu basilicæ posita scribit ; et Beda, qui ad occasum Golgothanæ ecclesiæ, inter basilicam et sanctum sepulcrum mediæ, sanctum sepulcrum locat ; et Paschasio, qui ad orientale sancti spulcri latus ecclesiam Golgothanam ponit. Beda Eucherium, Paschasius Bedam et Eucherium forte transcripsit. Ex Eusebii descriptione constat sanctum sepulcrum et Anastasim ad orientem, basilicam vero Crucis e regione positam ad occidentem obversam exstitisse ; portis sanctum sepulcrum respicientibus ad solem orientem conversis, portis autem oppositis ad mediam urbem pertinentibus. Erat itaque obversa non ad orientem, ut fere semper moris fuit, sed ad occidentem ecclesia ; quod et nonnullis hujus ætatis ecclesiis commune erat. Erat, ut videtur, hæc ecclesia atrii subdivalis, et sancti monumenti solo eminentior. Id colligo ex Eutychii loco, *Annalium* tom. II, pag. 284, referentis, Omarum Saracenum, captis sub Sophronio patriarcha Jerosolymis, cum urbem ingressus a patriarcha ductus esset in penetrale Resurrectionis (quod non de ipso templo, sed adjunctis ædibus ipsaque forsan patriarchali domo intelligendum ex contextu constat), adveniente tempore precationis legibus suæ religionis imperato, rogasse Sophronium ut se in locum orationi faciendæ opportunum adduceret : introductum in templi medium tegete ibidem substrato, orare noluisse : sed « egressum ad gradus qui sunt ad portam ecclesiæ S. Constantini qua orientem respicit, ibi solum super gradus oravisse. » Possunt hæc de gradibus alterius ecclesiæ S. Constantino dedicatæ, de qua Eutychius num, præcedenti a me laudatus dixit, intelligi, sed melius ecclesiæ Resurrectioni a Constantino ædificatæ videntur convenire. Erant autem portæ tres ad orientem solem apte dispositæ, ex Euseb., cap. 38, quibus sepulcrum, et, ut dixi, mons Golgotha conspiciebantur. Basilica hæc non, ut nostræ vulgo, in crucis formam, extrema parte in semicirculum vel ovalem figuram arcuata, sed rectanguli parallelogrammi forma ædificata, portis a fronte et a tergo sibi respondentibus aperta. Hujus structuræ magnificentiam his verbis describit Eusebius, lib. III *Vit. Constant.*, cap. 36 : « Opus admirabile in immensam altitudinem elatum, et longitudine ac latitudine maxima expansum. Cujus interiora quidem versicoloribus marmoris crustis obtecta sunt : exterior vero parietum superficies positis lapidibus probe inter se devinctis decorata, eximiam quamdam pulchritudinem, nihilo interiorem marmoris specie, præferebat. Ad culmen vero et cameras quod attinet, exteriora quidem tecta plumbo tanquam firmissimo quodam munimento ad hibernos imbres arcendos obvallavit interius autem tectum sculptis lacunaribus consertum ; et instar vasti cujusdam maris, compactis inter se tabulis per totam **422** basilicam dilatatum, totumque auro purissimo coopertum, universam basili-

cam velut quibusdam radiis splendere faciebat. » Brevius Cyrillus noster cat. 14, n. 14 : « Hujus temporis imperatores sanctam hanc, in qua summus, Salvatoris Dei Resurrectionis ecclesiam, argento inductam, et auro infuso distinctam exstruxerunt ; et pretiosis ex auro, argento, ac gemmis, exornarunt donariis. »

8. *De porticibus lateralibus. De ambone. Descriptio hemicycli et altari.* — Duplex in basilica pars distinguenda, navis et altare. Utramque autem tota longitudine cingebant porticus sic ab Eusebio descriptæ. cap. 37 : « Porro ad utrumque latus, geminæ porticus tam subterraneæ quam supra terram eminentes, totius basilicæ longitudinem æquabant. Ex his, quæ in fronte basilicæ (hoc est exteriores) erant, ingentibus columnis fulciebantur : quæ vero interiores, pessis (sive pilis lapideis) magno cultu extrinsecus ornatis sustinebantur. » Nonnulla in hoc textu explicatione indigent : 1° Quod «subterraneæ et supra terram eminentes » porticus dicuntur στοῶν ἀναγείων τε καὶ καταγείων : licet ad litteram de subterraneis porticibus intelligi possit, magis tamen, ut in hunc locum notat Valesius, existimandum significari, alias solo ipsius basilicæ æquales, alias vero iisdem superimpositas fuisse, cujusmodi in majoribus nostris ecclesiis, verbi gratia in Parisiensi, videmus. Cujusmodi porticus antiqui διωρόφους vocabant seu διστέγους. 2° Binæ ad utrumque latus tam inferiores quam superiores porticus erant, ut etiam in majoribus nostris basilicis mos est. Id volunt verba στοῶν τε ἀναγείων τε καὶ καταγείων δίδυμοι παραστάδες. Id sequentia manifestissime convincunt. Ait enim Eusebius «alias in fronte basilicæ fuisse ; » quod non de portis intelligit, quæ proprie frons basilicæ, sed de exteriori laterum aspectu, ita ut illæ, extra tectum basilicæ commune positæ, grandibus columnis ab exteriori parte fulcirentur. Aliæ ab Eusebio « interiores appellantur, » quæ non columnis, sed pessulis ac pilis densioribus quadrangulis forte sustinebantur ; quod iis basilicæ tectum incubuisse videatur, cum alteræ exterius appositæ et applicitæ fuerint. In navi erat ambo sive pulpitum, cum ad lectiones, tum ad conciones, cujus formam ex veteri usu sic describere possumus, ut pulpitum fuerit circa mediam navim ad unum e lateribus applicitum, in quo concionantis episcopi thronus superne exstiterit : inferior gradibus aliquot lectorum locus æqualia solo presbyterorum ac clericorum in circuitu subsellia, cancellis undique conclusa. In summa Ecclesiæ parte erat altare, in medio hemicycli, seu potius semicylindri, ex duodecim columnis constructi, positum. De quo sic Eusebius, cap. 38 : « Et regione harum portarum (trium nempe ad orientem solem contra sepulcrum dispositarum) erat hemisphærium, quod totius operis caput est, usque ad culmen ipsius basilicæ protentum. Cingebatur id duodecim columnis pro numero sanctorum Salvatoris nostri apostolorum ; quarum capita maximis crateribus argenteis erant ornata. » Altare medium, ut videtur, spatii locum occupabat, velis extra sacrificii tempus ex veterum Græcorum more conclusum. Pone altare et in semicycli fundo thronus episcopi : hinc inde inferiora pro presbyteris scamna. Altare cancellis a navi separatum erat ; qui in hac saltem ecclesia mediam hominis staturam non excedebant. Cum enim in iis quidam cubitis inniteretur, reprehensus est, ut in *Vita sancti Euthymii*, pag. 60, narratur. Cancelli illi circum totum hemicyclum circumducti fuisse videntur. Præter altare præcipuum erant, Paulino teste, ep. 31, n. 6, alia *altaria*, quæ *aurea* dicit. Pone hemicyclum basilicæ structura continuabantur ad portas usque ad urbem ducentes.

9. *De atrio posteriori et propylæis.* — Egredientibus ex basilica in urbem occurrebat atrium subdivale, porticibus ad utrumque latus exornatum, eoque pertransito exteriora propylæa seu vestibula. De his in hunc modum Eusebius, cap. 39 : « Hinc ad eos aditus qui ante templum sunt progredientibus aream (Gr. ἄθριον) interposuit. Erant autem in eo loco primum atrium (Gr. αὐλή), deinde porticus ad utrumque latus, ac postremo portæ atrii. Post has, totius operis vestibula (Gr. προπύλαια) in ipsa media platea in qua forum est rerum venalium, ambitioso cultu ornata ; quæ iter forinsecus agentibus, aspectum earum rerum quæ intus cernebantur, non sine stupore quodam exhibebant. » Atrium illud quadratum vulgo erat, fonte in medio saliente ad usum eorum qui ecclesiam ingrediebantur, ornatum. Nostrum illud ad **423** duo tantum latera porticus habebat, ecclesiæ januis ab oriente, et ipsius atrii foribus ab occidente porticus locum tenentibus. In atrii porticibus, postea saltem, visebantur imagines piæ depictæ, Maria Ægyptiaca, ut narratur in ejus *Vita*, cap. 16, ab ingressu ecclesiæ repulsa, secessit « in quendam angulum atrii templi, » ibique « sursum prospexit imaginem sanctæ Dei Genitricis stantem. » Inde egressus erat ad totius operis propylæa et vestibula, quæ magnifice quidem et ambitiose decorata narrat Eusebius ; quantum autem occuparent spatii, quibus flexibus sinuarentur, quam figuram referrent, gratum nobis fecisset si edixisset. Horum extrema ad medium urbis forum pertingebant ; fere ex illorum temporum more, quo plateæ ante majores basilicas ponebantur, sive ut pulchrior ædificii conspectus esset, sive ut ad martyrum festa convenientibus parabiles in foro res venales occurrerent. Cum sanctum sepulcrum urbis antemuralibus contiguum esset, ex Cyrillo cat. 14, n. 9, et totius operis vestibula ad mediam urbem perducerentur, inde æstimari potest ædificii longitudo. Hinc Eusebius in libro *De laudibus Constantini*, cap. 9, pag. 360 : « In ipso urbis meditullio » ecclesiam nostram ædificatam ait. En ejus verba : Τῆς Ἑβραίων βασιλικῆς ἕστιας ἐν μέσῳ, κατ' αὐτὸ δὴ τὸ σωτήριον, οἶκον εὐκτήριον παμμεγέθη, νεών τε ἅγιον τῷ σωτηρίῳ σημείῳ. « In provincia Palæstina, apud civitatem quæ Hebræorum regia quondam sedes fuit, in ipso urbis meditullio, ad locum Dominici sepulcri, basilicam immensæ amplitudinis et ædem sacram in honorem sanctæ crucis omni magnificentiæ genere exornavit. » In atrio et propylæis majorum ecclesiarum erant cellulæ, domus, hortuli, balnea, etc., ut patet ex hac Theodosii lege 4, tit. *De his qui ad ecclesias confugiunt* : « Ut inter templum quod parietum descripsimus cinctu, et januas primas ecclesiæ, quidquid fuerit interjacens sive in cellulis, sive in domibus, hortulis, balneis, areis atque porticibus, confugas interioris templi vice tueatur. » Hæ ædes attributæ episcopo, clericis, ædituis, etc., vel custodiendæ sacræ supellectili. Ex Eutychio, a nobis num. 7 laudato, vidimus Sophronium in ædes Resurrectionis ecclesiæ conjunctas Omarum excepisse.

10 *De baptismo. De sacello ubi crux asservabatur.* — Duæ nobis ædiculæ de quibus silet Eusebius locis suis assignandæ : baptisterium, et sacellum in quo sacra crux recondebatur. De priori interpretari possumus hæc *Itinerarii Hierosolymitani* verba : « Basilica facta est miræ pulchritudinis, habens ad latus exceptoria unde aqua levatur, et balneum a tergo ubi infantes lavantur. » Baptisteria vulgo pro foribus ecclesiarum erant. Cum duplices essent in ecclesia Resurrectionis januæ, aliæ ad urbem, aliæ ad sanctum sepulcrum, quibusnam proximum esset baptisterium addubitatur. Tergum ecclesiæ urbis respectu sanctum sepulcrum erat ; ad fores illud respicientes baptisterium locare possumus, inferne et extra gradus ecclesiæ ad aquarum convehendarum commoditatem : exceptoria aquæ non longe, forte circa atrium occidentale. Baptisterium Jerosolymitanum duplici parte constabat : vestibulo, in quo ex more illius ecclesiæ abrenun-

tiationes et fidei professio ante baptismum recitabantur, ex Cyrillo cat. 19, n. 2, et baptisterio ipso in quo mysterium peragebatur, ibid. n. 11. Hoc Cyrillus citato loco vocat « Sancta sanctorum, » et procat num. 1, « regium palatium. » Vulgo baptisteria in rotundæ ædis formam camera superimposita disponebantur. De sacello in quo sacra crux asservabatur, hæc Paulinus a Melania Jerosolymis revertente acceperat, quæ ad amicum Severum scribit epist. 31, n. 6 : « Inventa et probata crux Christi, digno mox ambitu consecratur, condita in passionis loco basilica, quæ auratis corusea laquearibus, et aureis dives altaribus arcano positam sacrario crucem servat. » Quanam in parte sacrarium illud exstructum foret, nullo ex loco addiscere potuimus. Post adoratam crucem ire solebant peregrini ad Anastasim, ex *Prat. spirit.*, cap. 105, sub fin. Loco *Prat. spiritualis* citato vocatur templum, ad idque per « atrium » adibatur, in cujus « limine » vidit Christophorus hærentem hominem, neque intrantem, neque exeuntem. Ardebat ante crucem lampas, cujus olei aspersione multa a SS. Saba et Cyriaco mirabilia perpetrata narrantur. Cruci custodiendæ præpositus erat presbyter, ab hoc officio dictus σταυροφύλαξ. Argentea theca includebatur, teste Rufino, lib. I, *Hist.*, cap. 8, **424** et Paulino, epist. 31, n. 6. Marcus tamen in *Vita S. Porphyrii Gazensis* auream thecam fuisse ait : id posterioribus forte temporibus Marci sub nomine scriptum a Metaphraste, aut alio hujus *Vitæ* editore. Pallio obvolvebatur sacra crux, de qua nemini cuiquam tribuebatur. Partem tamen obtinuit quidam, et in Galliam attulit multis signis conspicuam. « Pallulam holosericam » appellat qui hæc refert Greg. Turon., lib. I *Miracul.*, cap. 6.

11. *De donariis huic ecclesiæ collatis. De auctore ædificii.* — Non constitit in ædificiis construendis imperatoris pietas, sed multa ei attribuit dona ; de quibus sic Eusebius cap. 40 : « Hoc igitur templum tanquam conspicuum salutiferæ resurrectionis testimonium imperator exstruxit (eadem postea dixit Cyrillus cat. 14, num. 22, inter resurrectionis testes hanc a Constantino ædificatam ecclesiam appellans), et magnifico planeque regio apparatu decoravit. Nec dici potest quot quantisque ornamentis ac donariis, partim ex auro et argento, partim ex gemmis, illud diversimode venustavit. Quorum apparatum summo artificio elaboratum, et magnitudine et numero et varietate insignem, hic sigillatim exponere haud vacat. » Præter ornamenta ædificii et appensa anathemata, quibus ait Eusebius lib. IV *Vitæ Constant.*, cap. 44, « totum templum diversis modis exornatum fuisse, » numerari possunt 1° lampades, lychni, candelabra, etc. quorum in vigiliis ecclesiasticis, ac præsertim in vigilia paschali infinitus numerus necessarius erat. Hæc jam tertio sæculo apud Christianos ex auro esse ferebantur. 2° Vela, forte picta, pallæ, tegetes, vestes sacræ : in primis dicebatur Constantinus ad celebrationem sacri baptismatis aureis filis contextum episcopo pallium dedisse quod in egestate publica distraxisse ferebatur Cyrillus, ex Theodoret., lib. II *Hist.*, cap. 27. 3° Calices, patenæ, disci ; quæ multo quam hodie numerosiora et ponderosiora usus postulabat ecclesiasticus ; quadraginta libri et codices tum sacri, jam tum in membrana purpurea aureis argenteisque litteris descripti, et auro argentoque ac gemmis cooperti ; tum rituales, et ecclesiastici. 4° Attributa forte ad ædificiorum reparationem latifundia ac reditus. Ædificii auctorem Eusebius tum in lib. III *De vita Constant.*, tum in lib. *De ejus laudibus*, solum Constantinum facit. Item Cyrillus cat. 14, num. 22, qui tamen, num. 14 ei adjungit filios, dedicationis ecclesiæ tempore jam omnes Cæsares et imperii consortes, ex Euseb., lib. IV *Vit. Constant.*, cap. 40. Contra Paulinus, epist. 31, num. 4 ; Socrates, lib. *Hist.*, cap. 17 ; Theodoretus, lib. I *Hist.*, cap. 18, Helenæ matri opus ascribunt. Quæ facile conciliantur, ut Helena dux et inventrix operis fuerit, sese ad loca transferens : Constantinus vero suppeditato fisco, imperatis ac præstitis rebus necessariis, nec minorem matre voluntatem atque alacritatem conferens, solusque post ejus obitum opera continuans, eorum auctor merito censeatur.

12. *De operis dedicatione.* — Quo anno incepta opera, vix definiri potest. Cum Helena ante annum 330 mortua fuerit, ante id tempus inchoata esse necesse est. Anno 333, quo auctor *Itineris a Burdegala Jerusalem usque* in ea loca venit, fervebat opus, ædificiaque jam multa constructa erant, nec tamen ante an. 335, quo dedicata est ecclesia, perfectam et absolutam ædificationem existimamus. Solemnis illa dedicatio fuit, convocatis eo ab imperatore, cum episcopis qui Tyrense adversus Athanasium concilium celebrabant, tum aliis etiam qui Tyri non adfuerant, Euseb., lib. IV *Vit. Const.*, cap. 42. Dedicationem hanc fuse describit Eusebius eodem libro, cap. 40, 41 et seqq. Episcopi videlicet partim precationibus, partim incruentis sacrificiis et mysticis immolationibus, partim concionibus ad populum habitis de clementia imperatoris et ædis magnificentia, de sacris theologiæ dogmatibus ad præsentem festivitatem accommodatis, aut sacrorum voluminum interpretatione arcana et mystica, dedicationem hanc celebrarunt. Eusebius, ibid., cap. 43. Sed æterna huic concilio, ex Ario et sociis contra fas et leges ecclesiasticas in communionem receptis, adhæsit infamia. Valesius in notis ad citatum Eusebii caput, Jerosolymitanæ ecclesiæ dedicationem assignat diei 13 Septembris, ex auctoritate Nicephori, lib. VIII, c. 30. *Typici S. Sabæ*, et Menologii Græcorum ; Sophronii quoque in oratione *De exaltatione sancta crucis*, et *Chronici Alexandrini*, quod p. 666, dedicatam ecclesiam refert die 17 Septembris. Non negamus ea die celebrata fuisse Ecclesiæ encænia ; ne tamen eadem dedicatam putemus, obstant indubitata apud Athanasium monumenta, quibus concilium Tyrense adhuc eo tempore stetisse convincitur.

425 13. *De nomine et titulo ecclesiæ.* — Dedicata est in honorem Resurrectionis et Crucis Domini, unde illi duplex hæc appellatio. Siquidem Cyrillus cat. 14, num. 14, eam appellat « sanctam Salvatoris Dei Resurrectionis ecclesiam : » aliique passim auctores omnibus sæculis. « Resurrectionis » tamen, Græce « Anastasis, » nomen sancto sepulcro præcipue tribuebatur. Cyrillus ipse cat. 18, n. 33, illud appellat « sanctum Resurrectionis locum, » τὸν ἅγιον τῆς Ἀναστάσεως τόπον. Ad evitandam ambiguitatem factum puto, ut basilica vel utroque vel solo « S. Crucis » vocabulo appellatur. Nam eam sanctæ crucis nomen gessisse constat, sive quod in honorem crucis consecrata esset, sive quod in ea crux conservaretur. Euseb., lib. *De laudibus Constantini* c. 9, ecclesiam nostram a Constantino ædificatam dicit τῷ σωτηρίῳ σημείῳ, in honorem « signi Salvatoris. » Eodem referri potest quod Cyrillus ait cat. 13, n. 10 : « Quis te nunc ad hunc cœtum adduxit ? Salutare Jesu tropæum crux omnes huc coegit. » Similis sententia Cyrilli Alexandrini homilia Ephesi in ecclesia S. Mariæ pronuntiata : Σύστημα τῶν ἁγίων συνεληλυθότων προθύμως, κεκλημένων ὑπὸ τῆς ἁγίας καὶ Θεοτόκου Μαρίας· « Conventus sanctorum qui alacriter convenere, vocali a sancta et Deipara Virgine. » In eum sensum explicari potest multorum interpretationibus jactatus ille S. Hieronymi locus, ep. 38, « Cum de Anastasi pergeretis ad Crucem ; » hoc est, cum de S. Sepulcro ad ecclesiam Sanctæ Crucis pergeretis. Certe ecclesia hæc tum apud Theodoretum, *in Ezechielem*, cap. XLVIII, pag. 838, tum in *Chronico Alexandrino*, p. 666, et apud Antiochum, num. 6 supra citatum, « Sanctæ Crucis » solum nomen habet. At Basilius Seleuciensis orat. 38, pag. 199, diserte testatur eam utrumque nomen, et « Resurrectionis » et « Crucis » suo tem-

pore gessisse. Ἐπωνύμως τὰ σωτήρια τοῦ Κυρίου πάθη φέρουσα μέχρι νῦν, τοῦ Σταυροῦ δὴ λέγω καὶ τῆς Ἀναστάσεως. Appellabatur præterea, « Martyrium. » Episcopi, qui ad dedicationem ejus convenere, in epistola cujus initium ab Athanasio, in *Apologia contra Arianos* num. 84 refertur, dicunt se convenisse ἐπὶ τῇ ἀφιερώσει τοῦ Σωτηρίου Μαρτυρίου, « ad consecrationem Martyrii Salvatoris. » Eusebius eamdem appellationem tribuit lib. III, *De vit. Const.*, cap. 40, τὸν δὲ νεὼν, Σωτηρίου ἀναστάσεως ἐναργὲς ἀνεστὴ μαρτύριον βασιλεύς· » Hoc templum tanquam Salvatoris resurrectionis evidens testimonium imperator exstruxit. » Ludit perspicue in vocem μαρτύριον, quæ et ecclesiæ nomen erat, et significat « testimonium. » Disertius lib. IV, cap. 40, 45 et 47. Postremo loco, Ἀμφὶ τὸ μνῆμα τὸ Σωτήριον, τὸ Μαρτύριον βασιλεὺς ἀφιερωσε. « Circum Salvatoris monumentum imperator Martyrium consecravit, » ut omittam inscriptiones Græcas capitum 28, 30 et 33, lib. III, et cap. 40 et 46. Sozomenus, lib. II, cap. 26, eamdem basilicam μέγα Μαρτύριον dictam esse testatur. Vidimus sup. n. 6, Eucherii testimonium, e quo hæc sua verba conflavit Beda, *De locis sanctis*, cap. 2 : « Primum de locis sanctis pro conditione platearum divertendum est ad ecclesiam Constantinianam, quæ Martyrium appellatur. Hanc Constantinus imperator, eo quod ibi crux Domini ab Helena matre ejus reperta sit, magnifico et regio cultu construxit. » Sed testem hujus appellationis dabo omni exceptione majorem Cyrillum, qui cat. 14, num. 6, Golgothanam Resurrectionis basilicam, non cæterarum ecclesiarum more ecclesiam appellari ait, sed « Martyrium ; » eoque trahit illud propheticum Sophon. III, 8 : « Exspecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis meæ, in testimonium, » quod Græce μαρτύριον « martyrium » dicitur. Revera cum martyrii appellatio ecclesiis tributa inde ducatur, quod ecclesiæ solerent supra tumulos martyrum, in loco passionis eorum, et ad celebrandam eorum testimonii gloriam ædificari : e tribus ecclesiis Resurrectionis, Nativitatis et Ascensionis, in honorem Christi mysteriorum, Jerosolymæ vel prope, ab Helena ædificatis, sola Resurrectionis basilica Christo martyrum capiti, in loco martyrii et passionis ejus, et ad ipsius tumulum constructa, « Martyrii » nomen habere poterat. Illud « Martyrii » nomen ab Eusebio interdum sancto sepulcro potissimum attribuitur. Ait lib. III, *De vit. constant.*, cap. 28, cum sanctum sepulcrum quæreretur, effossa et exportata materia qua abditum fuerat, resurrectionis Salvatoris martyrium præter spem apparuisse : Αὐτὸ δὴ λοιπὸν τὸ σεμνὸν καὶ πανάγιον τῆς σωτηρίου ἀναστάσεως μαρτύριον παρ' ἐλπίδα πᾶσαν ἀνεφαίνετο. Et cap. 33 de ecclesia Resurrectionis **426** circa sanctum monumentum constructa : Καὶ δὴ κατ' αὐτὸ τὸ Σωτήριον μαρτύριον ἡ νεα κατεσκευάζετο Ἱερουσαλήμ· « Ad ipsum Servatoris nostri martyrium nova fabricata est Jerusalem. »

14. *Ecclesiæ hujus fortuna. Sub Cosrohe violata, ac paulo post reparata. Destructa ab Hequen an.* 1011, *reædificata an.* 1048, *a Latinis amplificata.* — Ecclesia Resurrectionis Hierosolymitanarum omnium caput ac præcipua fuit. In hac, sedes episcopalis ; in hac quoque omnes pene synaxes et catecheses habebantur posthabita etiam superiore Apostolorum in monte Sion ecclesia, quæ adventu sancti Spiritus in apostolos consecrata erat : ex Cyrillo, cat. 16, num. 4. In ea jugis a cantoribus psalmodia peragebatur, ex cat. n. 20. Primum ann. 615, Hierosolyma a Persis capta cladem quamdam subiit, inde asportata cruce. S. Sepulcrum sive Anastasim diruisse dicuntur injecto in illud igne. Sed Modestus non multo post ruinas illas reparavit, ut ex Eutychio commemoravimus sup., num., 6. Omarus Saracenorum princeps, urbe circa an. 640 occupata, Christianorum pepercit ecclesiis, earumque nullam in suæ superstitionis usum convertere voluit : tantum in loco ubi fuerat Judæorum templum, novum ipse sibi ac suis erexit, ex Eutychio, *Annal.*, tom. II, p. 284 et 287. Varia, secundum calipharum Jerosolymæ imperantium mores, Christianorum fortuna fuit, donec Hequen calipha ex Ægyptiorum Muhammedanorum secta, anno Domini 1011, ecclesiam Resurrectionis sub Oreste patriarcha, suo per matrem avunculo, a fundamentis eruit. Quem eventum his verbis describit Guillelm. Tyrius, *Belli sacri* lib. I, cap. 4 : « Hic inter cætera ecclesiam Dominicæ Resurrectionis, quæ per venerabilem virum Maximum ejusdem loci episcopum, præcipiente domino Constantino Augusto ædificata fuerat (*dixisset potius* absoluta et dedicata), postea per reverendissimum Modestum tempore domini Heraclii reparata, funditus dejici mandavit. Cujus præcepti rescriptum quidam ejus procurator, Hyaroe nomine, ad se directum suscipiens, prædicta ecclesia usque ad solum diruta jussionem regiam effectui mancipavit. » Narrat idem, cap. 6, sublato e vivis nequissimo principe, filium ejus Daher, ad postulationem Romani Græcorum imperatoris, Hierosolymitanis eam ecclesiam reædificandi potestatem concessisse ; fideles vero inopia conflictatos, Constantini Monomachi, qui Romano successerat subsidium imploravisse. Quo sumptus suppeditante, « eam, inquit, quæ nunc Jerosolymis est, Sanctæ Resurrectionis ædificaverunt ecclesiam, anno ab Incarn. Dom. 1048, postquam autem diruta fuerat, 37. » Factum id sub Nicephoro patriarcha. Ecclesiam porro non in iisdem fundamentis quibus erat prior collocaverunt, sed circum et supra sanctum monumentum. Ita loquitur auctor idem, lib. VIII, c. 3 : « In eodem quoque (*monte occidentali Sion*), sed in devexo quod ad orientem respicit, sita est Sanctæ Resurrectionis ecclesia, forma quidem rotunda. Quæ quoniam in declivo prædicti montis sita est, ut clivus eidem eminens et contiguus ecclesiæ pene superet altitudinem, et eam reddat obscuram : tectum habet, erectis in sublime trabibus, et miro artificio in modum coronæ contextis, apertum et perpetuo patens ; unde ecclesiæ lumen infunditur necessarium : sub quo hiatu patulo Salvatoris positum est monumentum. » Idem refert Jacobus Vitriacensis, *Hist. Jerosolym.*, cap. 61 : « In loco Dominici sepulcri Christiani artificioso opere, decenti schemate, forma rotunda, uno tantum foramine superius apertam Dominicæ Resurrectionis ecclesiam gloriosam construxerunt, quæ inter sancta et venerabilia loco non immerito obtinet principatum. » Addit Guillelmus loco citato, ante nostrorum Latinorum in Jerosolymam introitum, locum Dominicæ passionis qui dicitur Calvariæ sive Golgotha, et ubi etiam vivificæ crucis lignum repertum fuisse dicitur, et ubi etiam de cruce depositum Salvatoris corpus unguentis et aromatibus dicitur delibutum et sindone involutum, extra prædictæ ecclesiæ ambitum fuisse oratoria valde modica ; sed postquam nostri, opitulante divina gratia, urbem obtinuerunt in manu forti, prædictum ædificium visum eis angustius ; et ampliata ex opere solidissimo et sublimi admodum priore ecclesia, intra novum ædificium, veteri continuo et inserto, prædicta loca comprehendisse. Hic hujus historiæ finem faciam, quæ jam nihil ad Constantinianam ecclesiam attinet. Cætera qui volet, ex *Itinerariis Jerosolymitanis*, ac præsentis Palæstinæ status descriptionibus accipiet.

ANNO DOMINI CCCLXXXI.

PETRUS II
ALEXANDRINUS EPISCOPUS.

—

NOTITIA

(GALLAND. *Veterum Patrum Biblioth.*, tom. VII, Proleg. p. IX, et p. 337.)

—

I. Magno Athanasio vita functo ære vulgaris anno 372, ex Baronii sententia (*a*), quam sequitur Renaudotius (*b*) et strenue propugnat Fontaninus (*c*), Petrus hujus nominis II sedem Alexandrinam obtinuit. De anno tamen Athanasii emortuali, deque Petri ejus successoris ordinatione, haud equidem ignoro secus censuisse viros doctissimos, Norisium (*d*), Pagium (*e*), Tillemontium (*f*) et Montfauconium (*g*), annum statuentes 373: quorum sane sententia confirmatur non minimum anonymi auctoritate, non ita pridem evulgati; qui res Athanasianas diligenter persecutus (*h*), sanctum illum doctorem *consulatus Valentiniani et Valentis* IV, *Pachom* VIII, id est, quinto Nonas Maias, *dormiisse* tradit. Et paulo post sub finem, ad rem nostram potissimum, hæc subdit: *Defuncto autem Athanasio* VIII *Pachom mensis, ante diem* V *dormitionis suæ ordinavit* (seu potius designavit) *Petrum episcopum de antiquis presbyteris, qui in omnibus eum secutus gessit episcopatum*,

II. Verum his missis, dignus plane habitus fuit Petrus qui Athanasium exciperet: cujus nimirum, Basilio teste (*i*), fuerat alumnus et longa consuetudine usus, ἀνδρὸς τοσούτου θρέμμα ὑπάρχων, καὶ τὴν ἐκ παλαιοῦ διατριβὴν μετ' αὐτοῦ λαχών· adeo ut, inquit Theodoritus (*k*), beatum illum pontificem et præsentem domi et absentem foris comitatus, varia cum illo pericula pro fidei causa subierit: quem propterea ipsemet Athanasius jamjam moriturus suffragio suo designavit sibi successorem, ejusque electionem cuncti tam sacerdotalis ordinis viri, quam magistratus et honorati comprobarunt. Vixdum autem fuerat Petrus in pontificali cathedra collocatus, cum Ariani Alexandrinam Ecclesiam impetu facto invadentes, eam cuidam Lucio Ariomanitæ diripiendam tradidere. Quo quidem tempore, paulo post scilicet quam fuerat electus, litteras synodicas ad Damasum Romanum pontificem dedit, quibus et ordinationem suam ei significabat ex more et Arianorum persecutiones quibus vexabatur, narrabat. His porro litteris respondens Damasus, consolatorias simul et communicatorias litteras per quemdam diaconum urbis Romæ misit ad Petrum, κομίσας ὁμοῦ παρακλητικὰ καὶ κοινωνικὰ γράμματα. Id vero ex ejusdem Petri epistola encyclica de his quæ Alexandriæ gesta sunt auctore Lucio, inferius posita, satis compertum habemus (*l*).

III. Porro autem, si fides Socrati (*m*) ac Sozomeno (*n*), in carcerem conjicitur ab Arianis Alexandrinus noster antistes: qua de re tamen, silentibus Theodorito atque in primis Rufino, qui tum in Ægypto degebat, jure fortasse cum Tillemontio (*o*) quis dubitet. Illud potius existimandum videtur, Petrum dum Arianorum persecutio fervebat, in urbe Alexandrina delituisse, Athanasii nimirum decessoris sui exemplum imitatum, quo gregem sibi commissum foveret confirmaretque; ubi et illam egregiam epistolam paulo ante memoratam scripserit, qua Lucii pseudo-episcopi Ariani ejusque sequacium tyrannidem accurate describit. Hanc autem epistolam, ut ex Socrate intelligimus (*p*), ad omnes ubique ecclesias direxit: eamque Theodoritus historiæ suæ intexuit (*q*); unde pro instituti nostri ratione desumptam, infra exhibemus.

IV. Interea dum Alexandriæ ab Arianis miscen-

(*a*) Baron., ad ann. 372, § LXIII.
(*b*) Renaud., *Hist. patriarch. Alex.*, pag. 93 seq.
(*c*) Fontan., *Dissert. de ann. emort. S. Athan.*, ad calc. *Hist. litter. Aquil.*, pag. 443 seqq.
(*d*) Noris., *Cens. contr. Joan. Garner.*, pag. 45.
(*e*) Pagi, ad ann 372, § IX.
(*f*) Tillem., *Mém. eccl.*, tom. VIII, pag. 251 et 719, not. CVI.
(*g*) Montfauc., *Vit. S. Athan.*, pag. 88, n. 2.
(*h*) Vid. nostr. *Bibl. PP.* tom. V, pag. 225.
(*i*) Basil., epist. 131, tom. III, pag. 225 noviss. edit.
(*k*) Theod., *Hist. eccl.*, lib. IV, cap. 20.
(*l*) Petr. Alex., Epist. encycl., § VII, infr., col. 1275.
(*m*) Socrat., *Hist. eccl.*, lib. IV, cap. 21.
(*n*) Sozom., lib. VI, cap. 19.
(*o*) Tillem., *Mém. eccl.*, tom. VI, pag. 582, 585 et 794, not. XCI. *sur les Ariens.*
(*p*) Socrat., *Hist. eccl.*, lib. IV, cap. 23.
(*q*) Theodor., lib. IV, cap. 22.

tur omnia, Petrus ex ea urbe digressus, anno, ut videtur insequente 373, Romam conscenso navigio ad Damasum papam perrexit. Ibi vero, ut cum Gregorio Nazianzeno loquar (*a*), « cum tragœdiam oriens vidit, occidens quoque deflevit : cui hujusce immanitatis signa fugitivus antistes publice spectanda proposuit. Nam pro cadaveribus cruentas vestes ecclesiæ Romanæ protulit, ac per tacitam accusationem omnium lacrymas movit : ut calamitatis magnitudinem in oculis et aspectu defigeret atque auxilium nanciscerctur, quem admodum etiam eum nactum illud esse novimus. » Porro fuisse Petrum Romæ commoratum usque ad ineuntem annum 378, inde compertum fit, quod eo ipso anno Romanæ synodo interfuit sub Damaso celebratæ adversus Apollinarem, ut in epistola synodica idem Damasus scribit. Sub initium autem hujusce anni coactam fuisse illam synodum qua de agimus, pluribus demonstrat eruditus Coutantius (*b*) ad quem lectores remittimus. Mox vero a celebrato Romano concilio, Alexandriam rediisse Petrus videtur, et quidem cum litteris Damasi, teste Socrate (*c*), quibus ille tum consubstantialis fidem, tum Petri ordinationem confirmabat. Quo item ex historico intelligimus, præsulem nostrum Alexandrinum ad suam sedem ante fuisse reversum, quam Valens imperator Antiochia discedens Constantinopolim ad bellum Gothicum proficisceretur. Atqui eodem anno 378 periit Valens, v Idus Augusti, ut tradunt idem Socrates (*d*) et Idacius in *Fastis*. De reliquis autem Petri gestis Baronium consulas velim præ cæteris (*e*), ac Tillemontium (*f*). Postquam demum sedisset annos VIII, supremum diem clausit exeunte anno 380, vel, ut maxime, ineunte 381 (*g*).

(*a*) Greg. Naz., orat. XXIII, Opp., tom. I, pag. 418.
(*b*) Coutant., *Epist. Rom. pontif.*, pag. 491, § IV.
(*c*) Socrat., *Hist. eccl.*, lib. IV, cap. 37.
(*d*) Id., ibid., cap. 38,
(*e*) Baron., ad an. 380, § XVI.
(*f*) Tillem., *Mém. eccl.*, tom. VI, pag. 620.
(*g*) Id., ibid., pag. 801, not. CI, *sur les Ariens*.

PETRI II EPISCOPI ALEXANDRINI

EX EPISTOLA ENCYCLICA :

DE HIS QUÆ ALEXANDRIÆ GESTA SUNT AUCTORE LUCIO.

Apud Theodoritum, Hist. eccles. *lib.* IV, *cap.* 22.

I. Provinciæ rector Palladius, secta gentilis et simulacrorum cultor assiduus, qui ad bellum Christo inferandum sæpius sese exercuerat, collecta multitudine superius memorata, impetum in Ecclesiam fecit, perinde ac si ad subigendos barbaros properaret. Tunc vero teterrima facinora perpetrata sunt. Quæ cum ego duntaxat referre vellem, tantum mihi dolorem attulit eorum recordatio, ut ingentem lacrymarum copiam effuderim. Atque in eo statu mansissem diutissime, nisi divina cogitatione dolorem meum compressissem. Ingressa enim turba in ecclesiam quam vocant Theonæ, loco verborum gravium, laudes idolorum canebant : pro lectione sacrarum Scripturarum plausus manuum indecoros, et fractas cum obscenitate voces usurpabant; ejusmodi denique contumelias adversus virgines Christi quas nec lingua proferre sustinet ; nam et turpis est ipsa prolatio. Certe ex cordatis hominibus quisquis hæc solummodo audivit, statim obturavit aures, et surdus esse potius optavit quam illorum obscenitatem auribus suis audire. Sed utinam verbis contenti hactenus deliquissent, nec verborum

Α'. Ὁ τοῦ ἔθνους ἡγεμονεύων Παλλάδιος, ἐθνικὸς ὢν τὴν αἵρεσιν, καὶ τῶν εἰδώλων ἀεὶ προκινδυνεύμενος, κατὰ Χριστοῦ στρατεύεσθαι πολλάκις μετετήσας, τὰ προειρημένα συναθροίσας πλήθη, ὁρμᾷ κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ὡς ὑποτάξαι βαρβάρους ἐπειγόμενος. Τότε δὴ, τότε χείριστα γέγονεν. Ἀλλὰ καὶ μόνον ὑπαγορεῦσαι θέλων, τῆς μνήμης δοῦναι μοι παρεχούσης, ἐπαφῆκα δακρύων ἄμετρον φορὰν· καὶ ἐπὶ πολὺ ἔμεινα ἂν τοῦτο πάσχων, εἰ μὴ θείῳ λογισμῷ λωφῆσαι παρεσκεύασα. Ἐν γὰρ τῇ καλουμένῃ ἐκκλησίᾳ Θεωνᾶ ἐπεισελθόντα τὰ πλήθη, ἀντὶ ῥημάτων σεμνῶν, εἰδώλων εὐφημίας ἐτήφιον (1)· ἀντὶ θείων Γραφῶν ἀναγνώσεως, κρότους χειρῶν ἀσέμνους, καὶ κεκλασμένας μετ' αἰσχρότητος φωνὰς, κατὰ τῶν τοῦ Χριστοῦ παρθένων ὕβρεις, ἃς ἡ γλῶττα προφέρειν οὐκ ἀνέχεται· αἰσχρὸν γὰρ ἐστι καὶ λέγειν. Καὶ γὰρ μόνον τις τῶν εὖ φρονούντων ταύτας ἀκούσας ἔδυσε τὰς ἀκοάς· καὶ μᾶλλον ἠύξατο ἂν γενέσθαι κωφὸς, ἢ αὐτήκοος γενέσθαι τῆς αἰσχρολογίας αὐτῶν. Ἀλλ' εἶθε λόγοις ἀκροώμενοι μόνον ἐξημάρτανον, καὶ μὴ πράξει τὴν τῶν λόγων ἐνίκων ἀσέλγειαν (2) ! Εὐόποιστος γὰρ ἡ λοιδορια, κἂν οἱαδηποτοῦν τυγχάνῃ,

(1) Ἐπήφιον. Codex Regius habet, ἐπηφίων.
(2) Λόγων ἐνίκων ἀσέλγειαν. Codex Savilii. scriptum habet, ἀσέβειαν. Epiphanius tamen Scholasticus vulgatam lectionem tuetur.

παρ' οἷς οἰκεῖ Χριστοῦ φρόνησις καὶ θεῖα διδάγματα. Αὐτοὶ τοίνυν οὗτοι ὀργῆς σκεύη τυγχάνοντες, κατηρτισμένα (3) εἰς ἀπώλειαν, τὴν ῥῖνα σιμώσαντες, ψόφον ἀσελγῆ διὰ τῶν μυκτήρων μακρὸν, καὶ ἵν' οὕτως εἴπω, ὡς ἀπὸ κρουνοῦ (4) προχέοντες, τὴν μὲν ἐσθῆτα διέῤῥῆξαν τῶν ὁγίων Χριστοῦ παρθένων, ὧν ἡ ἄσκησις τύπον ἁγίων ἀγγέλων (5) ἐχαρακτήριζεν· Ὡς δ' ἡ φύσις ἔχει, γυμνὰς πᾶσαν τὴν πόλιν (6) ἐθριάμβευον, διαπαίζοντες μετὰ ἀσελγείας, ὃν τρόπον ἐβούλοντο. Καὶ ὅλως ὠμὰ καὶ ξένα τὰ γενόμενα. Εἰ γοῦν τις συμπαθῶς ἐπὶ τούτοις ἐκώλυσε, παραινέσεως χρώμενος λόγοις, τραυματίας ἀπελύετο· Ἀλλὰ, φεῦ τῶν συμφορῶν! πολλαὶ βιαίως φθορὰν ὑπέστησαν σώματος· πολλαὶ τῶν παρθένων ῥοπάλοις κατὰ κεφαλῆς τυπτόμεναι, ἔμενον ἀχανεῖς, οὐκ ἐπιτρεπομένων τῶν σωμάτων οὐδὲ τῇ ταφῇ παραδίδοσθαι (7). Πολλὰ οὖν μέχρι σήμερον, τῶν γονέων ὀδυρομένων, οὐχ εὑρίσκεται σώματα.

A petulantiam factis ipsis superassent! Nam convicia quantacunque sint, tolerabilia sunt iis in quibus Christi sapientia et divina mandata resident. Isti vero, utpote vasa iræ ad exitium præparata, expanso naso turpem sonum per nares edentes, et tubis, ut ita dicam, ac fistulis procul emittentes, sanctarum Christi virginum vestem disciderunt; quarum continentia, sanctorum angelorum similitudinem exprimebat. Easque nudas, sicut natæ fuerant, per totam urbem traduxerunt, petulanter iis illudentes, prout ipsis libitum erat. Erantque omnia prorsus crudelia atque inaudita. Quod si quis ob hæc miseratione captus eos cohibere, ac verbis eos admonere voluisset, vulneratus abibat. Sed, o rem calamitosam! multæ virgines per vim stupratæ sunt. Multæ dum fustibus capita verberarentur, manserunt exanimes. Ac ne corpora quidem sepulturæ mandari permittebantur. Plurima certe corpora magno cum parentum dolore, hactenus reperiri non possunt.

B

Β'. Ἀλλὰ τί τὰ μικρὰ πρὸς τὰ μεγάλα διεξέρχομαι; τί δὲ τούτοις ἐμβραδύνω, καὶ μὴ σφοδρῶς ἐπὶ τὰ κατεπείγοντα βαίνω; Ἐφ' οἷς εὖ οἶδ', ὅτι θαυμάσετε, καὶ μενεῖτε ἐπὶ πολὺ ἀχανεῖς σὺν ἡμῖν ἐξιστάμενοι, τῆς φιλανθρωπίας τὸν Κύριον, ὅτι μὴ ἄρδην τὸ ὅλον συνέστειλεν. Ἃ γὰρ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, μήτε γέγονε μήτε ἠκούσθη ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων ἡμῶν, ταῦτα ἔπ' αὐτοῦ τοῦ θυσιαστηρίου ἐπετέλουν οἱ δυσσεβεῖς. Ὡς γὰρ ἐν κρηπῖδι σκηνῆς ἀτάκτου, παῖδα τὴν ἄῤῥενα φύσιν ἐξαρνησάμενον (8), καὶ τὴν γυναικείαν, ποθήσαντα, στοιβῇ, κατὰ τὸ γεγραμμένον (9), τοὺς ὀφθαλμοὺς διαχρισάμενον, καὶ φύκει τὰς ὄψεις ἐρυθήναντα, ὡς τὰ παρ' αὐτοῖς εἴδωλα, θηλυμόρφῳ τῷ σχήματι, ἐπ' αὐτοῦ

II. Sed quid persequor parva ac levia, si cum majoribus comparentur? Quid his immoror, ac non potius ad ea quæ urgent contendo? In quibus admirabimini, sat scio, clementiam Domini, et nobiscum attoniti diu manebitis ac stupentes, quod universa non obruerit. Etenim quæ neque facta sunt neque audita in diebus patrum nostrorum, ut ait Scriptura, ea in ipso altari impii perpetrarunt. Nam velut in pulpito scenæ petulantis, puerum, qui virilem sexum ejuraverat et mulierem affectabat, oculos stibio depictos atque inunctos habentem, et vultum fuco rubentem, sicut ipsorum simulacra habere solent, muliebri habitu in ipso sancto altari ubi adventum sancti Spiritus invocamus, saltare fece-

B

C

(3) Κατηρτισμένα. Codex Regius, κατηρτισμένοι.

(4) Ὡς ἀπὸ κρουνοῦ. Nescio, quid sibi voluerit Sirmundus, hunc locum vertens: *Strepitum insolentem de naribus, velut e scatebra, ut ita dicam, fundentes.* Nec melius Christophorsonus, qui sic vertit: *Velut eb aquæductu, ut ita dicam, erumpentem.* Pessime vero Epiphanius Scholasticus interpretatus est hoc modo: *Et ut ita dicam fœtorem veluti de quodam cuniculo profundentes.* Magis placet interpretatio Camerarii, qui sic vertit: *Obscenos per nares sonos, clarum et quasi, ut ita dicam, de aquæ fistulis jaculantes*: κρουνοὶ enim proprie sunt tubi, seu salientes, ex quibus aqua in subjectum canalem effunditur.

(5) Τύπον ἁγίων ἀγγέλων. Postrema vox deest in cunctis exemplaribus, tam manuscriptis, quam impressis: primumque a Genevensibus typographis addita est ex conjectura Christophorsoni, quam confirmat Epiphanius Scholasticus. Sirmundus tamen cum eam e Græco textu expunxisset, in versione sua retinuit.

(6) Γυμνὸς πᾶσαν τὴν πόλιν. Scribendum puto, γυμνὰς ἀνὰ τὴν πόλιν ἐθριάμβευον.

(7) Οὐδὲ τῇ ταφῇ παραδίδοσθαι. Codex Regius et Savilii scriptum habent, οὐδὲ τῇ ὁσίᾳ παραδίδοσθαι. Quo modo etiam edidit Jacobus Sirmundus.

(8) Τὴν ἄῤῥενα φύσιν ἐξαρνησάμενον. Cinædum intelligit. Sic enim cinædos designare Græci solent. Certe Polybius lib. IV, pag. 273, Babyrtam quemdam cinædum ita describit: Ἄνθρωπος Ἀσυρτὴς τῶν ἐξηρνημένων τὸν ἄνδρα κατὰ πάντα τρόπον. Sic enim legendus est locus ille, quem Casaubonus non intellexit.

(9) Στοιβῇ, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Hunc locum feliciter mihi videor restituisse hoc modo, στιβίῳ καταγεγραμμένον τοὺς ὀφθαλμούς. Proprium olim erat cinædorum, oculos stibio delinire, quod Græci στιβίζειν dicunt uno verbo. Græci enim στίβην dicunt, et στίμμι. Hesychius in Lexico: Στίβη, χρῶμα μεταλλικὸν μελαν. Ion. in *Omphale*:

Καὶ τὴν μέλαιναν στίμμιν ὀμματογράφον.

Quare hoc loco στίβῃ scribi potest, ut legitur in editione Basiliensi. In Regio codice J. Pini hæc vox deest, nec habetur in versione Epiphanii Scholastici. Potior tamen mihi videtur. Basiliensis editionis scriptura. Alludit enim Petrus ad cap. IV Jeremiæ, ubi propheta sic dicit: Ἐὰν ἐγχρίσῃ στίβῃ τοὺς ὀφθαλμούς σου. Nihil itaque mutandum est hoc loco, sed locus ita vertendus: *Oculos, ut ait Scriptura, stibio inunctos habentem, et vultum fuco rubentem, sicut ipsorum simulacra*, etc. Et prioribus quidem verbis alludit Petrus ad locum Jeremiæ, ut jam dixi: posterioribus autem alludit ad cap. XIII Sapientiæ, ubi Salomon ita dicit de simulacris gentilium ligneis. κατάγρισας μίλτῳ, καὶ φύκει ἐρυθήνας χρόαν αὐτοῦ, quæ vetus interpres ita vertit: *perliniens rubrica*, etc. Ego vero *minium* mellem vertere. Sic enim Latini vocabant, quod Græci μίλτον, teste Plinio, lib. XXXV, ubi etiam testatur Romanos solitos esse miniare simulacra deorum suorum. — Porro vox στοιβῇ deest in cod. Regio, ubi mox pro φύκει, φυκίῳ.

runt volubili motu, hac et illac manus jactantem ac gesticulantem ; ipsi immoderate ridentes, vocesque nefandas emittentes. Quin etiam istud ad lasciviam spectare arbitrati, et præterita decora potius esse quam impia existimantes, quemdam ex suo numero notissimæ turpitudinis, qui una cum veste pudorem simul exuerat, nudum, sicut natus erat, in ecclesiæ solio collocantes, concionatorem infamem adversus Christum salutarunt. Nam divinorum verborum loco turpitudinem proferebat : pro gravibus verbis petulantiam pro pietate impietatem : pro continentia scortationem, adulterium, masculam venerem, furtum, escam ac potum, vitæ hominum utilia esse docens.

A τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, ἔνθα κάθοδον τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπικαλούμεθα, εὐκύκλῳ τῇ στροφῇ, ὧδε κἀκεῖσε τὼ χεῖρε σχηματιζόμενον, ὀρχεῖσθαι παρεσκεύασαν, πλατὺ μὲν γελῶντες, ἀθέσμους δ' ἐπαφιέντες φωνάς. Οἱ δὲ πάλιν καὶ τοῦτο πρὸς ἀταξίαν ἡγησάμενοι, καὶ τὰ παρῳχηκότα εὐπρεπῆ μᾶλλον ἢπερ ἄθεσμα λογισάμενοι, ἐξ αὐτῶν ἕνα γνωριμώτατον ἐν αἰσχρύτητι, ὁμοῦ τὴν ἐσθῆτα καὶ τὴν αἰδὼ γυμνωσάμενον, ὡς ἡ φύσις ἔχει σχήματος, τῷ τῆς ἐκκλησίας ἐπιβιβάσαντες θρόνῳ, δημηγόρον αἰσχρὸν κατὰ Χριστοῦ προσηγόρευσαν. Ἀντὶ γὰρ θείων ῥημάτων, αἰσχρότητα προύβάλλετο, ἀντὶ σεμνῶν λόγων ἀσέλγειαν, ἀντ' εὐσεβείας ἀσέβειαν, ἀντ' ἐγκρατείας πορνείαν, μοιχείαν, ἀρσενοκοιτίαν, κλοπὴν, βρῶσιν καὶ πόσιν τῷ βιῳ πρὸς τοῖς ἄλλοις εἰσηγούμενος εἶναι χρήσιμα.

III. Quæ cum ita fierent, atque ego ecclesia excessissem (quomodo enim non abiissem, cum milites incursionem facerent, plebs pecuniis condicta esset ad tumultuandum, nummi erogarentur, multitudo gentilium magnis pollicitationibus illecta adesset?): successor noster mittitur, qui episcopatum velut sæcularem quemdam magistratum pretio coemerat, Lucius quidam, lupi prorsus improbitatem et actus studens æmulari : non in orthodoxorum episcoporum synodo ; non suffragio legitimorum clericorum, non postulatione plebis electus, sicut ecclesiasticæ leges requirunt. Erant una cum illo (neque enim simplex ejus ingressus esse potuit) non episcopi aliqui, non presbyteri ac diaconi, non populi multitudo, non illum præcedebant monachi, hymnos e Scripturis depromptos canentes ; sed Euzoius, qui olim quidem cum diaconus esset Alexandriæ nostræ in sancta et magna synodo Nicæna simul cum Ario depositus est : nunc vero Antiochenam Ecclesiam præsulatu suo devastat. Simul etiam comes largitionum comitatensium, Magnus nomine, immensam militum multitudinem secum ducens ; qui in omni impietate semper antesignanus esse cognoscitur. Qui cum Juliani temporibus ecclesiam Berytensium incendisset, quæ civitas est Phœnices non ignobilis, principatu felicis memoriæ Joviani, eam propriis sumptibus instaurare coactus est : paromque abfuit, quin capite plecteretur, nisi multorum ambitu ac suffragio, imperatoris clementiam meruisset.

B Γ'. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, κἀμοῦ τῆς ἐκκλησίας ὑπαναχωρήσαντος· (πῶς γὰρ οὐχὶ, ὅπου στρατιωτῶν ἔφοδοι, ὅπου δῆμος πρὸς ἀταξίαν ἀργυρώνητος, ὅπου φιλοτιμίαν (10) χρημάτων, καὶ ἐννικῶν πλήθη μετὰ μεγίστων ὑποσχέσεων,) ἡμέτερος δεῦθεν ἀποστέλλεται διάδοχος, χρυσίου τὴν ἐπισκοπὴν ὡς ἄξιωμα κοσμικὸν ὠνησάμενος (11), Λούκιός τις, λύκου τὴν πονηρίαν καὶ τὰς πράξεις ἔχειν ἐσπουδακώς· οὐκ ἐπισκόπων ὀρθοδόξων συνόδῳ, οὐ ψήφῳ κληρικῶν ἀληθινῶν, οὐκ αἰτήσει λαῶν, ὡς οἱ τῆς Ἐκκλησίας διαγορεύουσι θεσμοί. Τῷ δὴ τοιούτῳ συνῆσαν (ἁπλῇ γὰρ εἰσόδῳ τῆς πόλεως ἐπιβαίνειν οὐκ ἠδύνατο) οὐκ ἐπισκόπων τινὲς, οὐ πρεσβυτέρων, οὐ διακόνων, οὐ λαῶν πλήθη. Οὐ προῆγον τοῦτον μονάζοντες, ὕμνους ἐκ Γραφῶν ἀναμέλποντες· ἀλλ' Εὐζώϊος ἦν, ὁ πρώην μὲν σὺν Ἀρείῳ καθαιρεθεὶς, διάκονος ὢν τῆς καθ' ἡμᾶς Ἀλεξανδρείας, ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ἄρτι δὲ προστασία τὴν Ἀντιοχέων λυμαινόμενος· καὶ ὁ τῶν κομητατησίων δὲ λαργιτιόνων (12) κόμης, στρατιωτῶν ἐπαγόμενος ἄμετρον πλῆθος, ὁ ἐν πάσῃ ἀσεβείᾳ ἀεὶ γνωριζόμενος. Μάγνος τοὔνομα· ὃς ἐν τοῖς Ἰουλιανοῦ καιροῖς, τὴν Βηρυτίων ἐκκλησίαν ἐμπρήσας (Φοινίκων δ' αὕτη πόλις ἐπιφανὴς), ἐπὶ τοῦ (3) τῆς μακαρίας μνήμης Ἰωβιανοῦ χρόνοις, ἐξοικείων ταύτην ἀνορθῶσαι κατηνάγκασται, ὀλίγου καὶ τὴν κεφαλὴν τιμηθεὶς, εἰ μὴ φιλανθρωπίας ἐκ πολλῆς περιδρομῆς ἔτυχε βασιλικῆς.

C

D Δ'. Ἀναλογήσασθαι τοίνυν ἐκ τούτου τὸν ὑμέτερον ζῆλον προσήκει, ὃν διεγερθῆναι πρὸς ἐκδικίαν τῶν γενομένων παρακαλῶ, οἷα καὶ ἡλίκα τὰ πλημμεληθέντα κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, τοιούτου τυράννου τοῦ προειρημένου καθ' ἡμῶν ἐπαναστάντος. Ἅμα γὰρ ὁ παρὰ τῆς ὑμετέρας θεοσεβείας καὶ

IV. Hinc igitur considerare debet zelus vester (quem quidem hortor vos, ut excitetis ad ea quæ gesta sunt vindicanda), quæ et quanta patrata sint scelera adversus Ecclesiam Dei, cum tantus in nos tyrannus supra memoratus insurrexisset. Nam continuo ille a vestra pietate, et ab omnibus ubique

(10) Φιλοτιμίαν. Legendum videtur φιλοτιμία. Edit.

(11) Ὠνησάμενος. Codex Regius, et Basiliensis editio habent, ἡγησάμενος.

(12) Κομητατησίων δὲ λαργιτιόνων. Thesauri principis, qui vulgo sacræ largitiones dicebantur. Alii erant per singulas diœceses, quibus præerant comites. Alii erant in comitatu una cum ipso principe, qui comitatenses largitiones dicebantur. His præerat comes largitionum comitatensium. Erant autem omnes isti comites sub dispositione viri illustris comitis sacrarum largitionum, ut docet notitia utriusque imperii. Hic comes largitionum comitatensium officiales sub se habebat, qui largitionales comitatenses dicebantur, quorum mentio fit in lege 7 *Cod. Theod.* De diversis officiis : *De largitionalibus comitatensibus, et officialibus rationalis rerum privatarum custodici præcepimus*, etc. Sic enim scribendus est locus ille, qui vulgo corruptus est.

(13) Ἐπὶ τοῦ. Codex Regius, ἐπὶ τοῖς τοῦ.

τῶν ἀπανταχοῦ ὀρθοδόξων ἐπισκόπων πολλάκις ἀπογορευθεὶς Λούκιος, τῆς πρὸς αὐτὸν ἀπεχθῶς διακειμένης ἐπ' εὐλόγοις ταῖς προφάσεσιν ἐπεστη πόλεως. Οὐ γὰρ μόνον, ὡς ὁ δύσφημος ἐν Ψαλμοῖς ἄφρων, λέγει, Οὐκ ἔστι Θεὸς ἀληθινῶς ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι διεφθάρη καὶ διέφθειρε, χαίρων ἐπὶ ταῖς βλασφημίαις, ταῖς κατὰ τοῦ Σωτῆρος πεμπομέναις (14) παρὰ τῶν τῇ κτίσει λατρευόντων παρὰ τὸν κτίσαντα. Ηῶς οὐχ ὅπουγε (15) παραπλήσιον Ἕλλησιν ἔχων τὸ φρόνημα, προσφάτῳ τολμᾷ ὁ ἀλιτήριος σέβειν Θεῷ (16); Ἐπ' ὄψεσι γὰρ αὐτῷ τούτους τοὺς ἐπαίνους ἔπεμπον· Καλῶς ἦλθες, ἐπίσκοπε, Υἱὸν μὴ λέγων· ὁ Σέραπίς (17) σε φιλῶν εἰσήνεγκε· τὸ πάτριον εἴδωλον ἑαυτῶν ὀνομάζοντες. Αὐτίκα γὰρ ῥοπῆς οὐδὲ μιᾶς παρελθούσης, ὁ προειρημένος Μάγνος, ὁ τῆς ἀσεβείας αὐτοῦ κοινωνὸς ἀδιαίρετος, καὶ ὑπουφόρος πικρὸς, καὶ σατράπης ὠμότατος, συναθροίσας καὶ τὰ ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ φροντίδα ἐπανακείμενα πλήθη, πρεσβυτέρους καὶ διακόνους τὸν ἀριθμὸν ἐννεακαίδεκα συλλαβόμενος, ὧν τινες τὸ ὀγδοηκοστὸν ὑπερβεβήκασιν ἔτος, ὡς ἁλόντας ἐπὶ μυσαρῷ τινι καὶ νόμῳ Ῥωμαίων ἐχθρῷ, δημόσιον ὁρίσας κριτήριον, κατηνάγκαζεν, οὐκ εἰδὼς τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς Χριστιανῶν νόμους, τὴν πατρῴαν παρὰ τῶν ἀποστόλων διὰ τῶν Πατέρων ἀποδοθεῖσαν ἡμῖν προδιδόναι πίστιν, ἡδόμενον ἐπὶ τούτῳ καὶ τὸν φιλανθρωπότατον Αὔγουστον Οὐάλεντα διασχυριζόμενος· Πείσθητε, τάλανες, λέγων μεγάλῃ τῇ βοῇ, τῷ τῶν Ἀρειανῶν φρονήματι, πείσθητε. Συγγνωμονήσει γὰρ ὑμῖν τὸ Θεῖον, κἂν ἀληθῆ σέβητε θρησκείαν, οὐκ αὐθαιρέτως, ἀλλὰ πρὸς ἀνάγκην τοῦτο πράξασι. Τῇ μὲν γὰρ ἀνάγκῃ ἀπολογία περιλείπεται· τῷ δὲ αὐθαιρέτῳ ἀκολουθεῖ κατηγορία. Διὸ τοιούτους λογισμοὺς πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέμενοι, ἥκετε πρόθυμοι, μελλησμὸν ἀποθέμενοι πάντα, τῷ Ἀρείου ὑπογράφοντες δόγματι, ὅ νῦν κηρύττει ὀνομαστὶ Δούκιος λέγων (18)· εὖ εἰδότες, ὡς πειθαρχοῦντες, χρήματα καὶ πόρους καὶ γέρα παρὰ βασιλέων (19) ἕξετε· ἀπαναινόμενοι δὲ, εἱρκτῆς καὶ στρεβλώσεων καὶ βασάνων καὶ μαστίγων καὶ δαμαστηρίων πεῖραν λήψεσθε· χρημάτων ὁμοῦ καὶ κτημάτων στερηθέντες, καὶ τῆς πατρίδος μεταναστάντες, εἰς χαλεποὺς οἰκῆσαι τόπους κατακριθήσεσθε.

Ε'. Ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ γενναῖος, ἀπάτῃ (20) τὴν ἀπειλὴν κεράσας, μεταναστῆναι τῆς εὐσεβοῦς τοὺς πάντας καὶ προὐτρέπετο καὶ κατηνάγκαζε γνώμης.

A orthodoxis sæpe damnatus Lucius, in hanc civitatem justa de causa ipsi infensam introivit. Neque enim solum, sicut detestandus ille in Psalmis insipiens, dicit : Non est vere Deus Christus ; sed etiam studiis atque institutis et ipse corruptus est, et alios corrupit, gaudens blasphemiis quæ adversus Christum jactantur ab iis, qui creaturam adorant potius, quam Creatorem. Annon enim ita est, cum sceleratus ille affinia et proxima sentiens gentilibus, recentem Deum colere audeat? Nam in conspectu ejus has laudes acclamabant : Bene advenisti, episcope, qui Filium negas : Serapis te diligens huc adduxit ; patrium simulacrum suum designantes. Statim namque, ne momento quidem temporis interjecto, supradictus Magnus impietatis ejus individuus comes, acerbus satelles et crudelissimus satrapa, collecta multitudine eorum qui sub ipsius cura ductuque erant, presbyteros ac diaconos novemdecim numero comprehendit, ex quibus nonnulli octogesimum annum excesserant : et quasi in detestando quodam facinore et legibus Romanis contrario deprehensi fuissent, constituto publico judicio, ipse Christianarum de virtute legum ignarus, avitam fidem, ab apostolis continua serie per Patres nobis traditam, prodere eos coegit : clementissimo Augusto Valenti gratissimum id fore asseverans. Assentiatis, miseri, clamabat, assentiatis dogmati Arianorum. Quamvis enim vera sit religio quam colitis, ignoscet tamen vobis Deus : quippe qui non vestra sponte, sed necessitate compulsi id feceritis. Nam necessitati quidem excusatio semper relinquitur : liberam autem voluntatem sequitur accusatio. Has igitur rationes præ oculis vestris habentes, omni cunctatione abjecta, alacres accedite ad subscribendum dogmati Ariano, quod nunc disertis verbis prædicat Lucius. Ac pro certo habete, vos, si quidem parueritis, pecunias et opes atque honores ab imperatoribus consecuturos : si vero renuatis, carcerem, tormenta, quæstiones, flagra et cruciatus vos esse subituros ; et pecuniis ac possessionibus cunctis spoliatos, et patria extorres, in loca aspera atque incommoda deportandos.

V. Ad hunc modum generosus ille vir, fraude atque illecebris minas suas temperans, hortabatur simul et cogebat cunctos, ut a pia sententia rece-

(14) Cod. Reg., χαίρων ἐπὶ ταῖς κατα τοῦ Σωτῆρος πεμπομέναις βλασφημίαις.

(15) Ηῶς οὐχ ὅπουγε. Codex Regius, cujus variantes lectiones edidit Stephanus, scriptum hic habet. Πῶς γὰρ οὐχί. Quo modo etiam edidit Jacobus Sirmundus, recte procul dubio.

(16) Ηροσφάτῳ τολμᾷ... σέβειν Θεῷ. Sirmundus ex eodem codice Regio edidit, πρόσφατον Θεόν. Sed nihil opus erat hac emendatione, cum utrumque dici possit. Recentem vero Deum Petrus hic appellat Christum, juxta sensum Arianorum, qui eum creaturam esse dicebant, non autem ab æterno Deum fuisse. Vide quæ sequuntur paulo post in Confessione presbyterorum Ecclesiæ catholicæ ; ubi leguntur hæc verba : Ἡμεῖς οὔτε νεηλυν, οὔτε πρόσφατον σέβοντες Θεόν, etc. Sic enim legendum est ex codice Savilii, et ex editione Basiliensi. Augustinus, *in psalmum* LXXX, de Ario ita scribit: *Nescio quis alius in vanitatem accipiens nomen Domini Dei sui, fecit sibi Christum creaturam, Christum imparem. et inæqualem generanti, Filium Dei dicens, et Filium Dei negans.* Et paulo post : *Tu autem aliud nescio quid cogitasti : in corde tuo Deum recentem posuisti.* Hilarius in epistola contra Auxentium : *Isti nunc Christum novum*, etc.

(17) Σέραπις. Codex Regius, Σάραπις.

(18) Λούκιος λέγων. Hæc verba Valesius inverso ordine legenda notavit, λέγων Λούκιος.

(19) Βασιλέων. Codex Regius, βασιλέως.

(20) Ἀπάτῃ. Basiliensis editio, ἀγάπῃ.

derent. Verum illi pietatis proditionem omni tormento acerbiorem esse ducentes, uti revera est, illi his verbis coacti responderunt, fraudem ejus pariter ac minas suas virtute animique magnitudine calcantes : Desine tandem, desine his verbis nos terrere. Cessa inanes proferre sermones. Nos enim nec novitium nec recentem colimus Deum : licet instar maris fluctuum inaniter spumes, et tanquam vehemens ventus cum fragore irruas, rectæ ac piæ doctrinæ ad extremum usque spiritum adhæsuri sumus ; non potentiæ, non sapientiæ expertem, non sine veritate unquam fuisse sentientes Deum ; non eum aliquando fuisse Patrem, aliquando autem non fuisse ; juxta impium istum Arianum, Filium temporalem esse credendo. Nam si Filius creatura est, ut aiunt Ariomanitæ, nec consubstantialis Patri : ad nihilum redigetur etiam Pater, cum secundum ipsos Filio non exsistente, Pater aliquando non fuerit. Si vero semper est Pater, exsistente scilicet ex ipso vero fetu, et non per defluxum : Deus enim passionis expers est : qui fieri potest, ut non amens sit ac vecors, qui de Filio dicit, Fuit tempus cum non esset, cui cuncta accepto ferre debent quod exsistunt ? Hac de causa Patres nostri qui ex toto terrarum orbe Nicæam convenere, a quibus excidentes isti, merito spurii facti sunt, cum perversam Arii opinionem quam nunc junior iste defendit, anathemate damnassent, non alterius quam Patrem, substantiæ Filium esse dixerunt, sicuti nunc cogis nos dicere, sed ex una eademque substantia. Quod pio sensu recte intelligentes, ex multis divinis vocibus in unum collectis, consubstantialem esse confessi sunt.

VI. Hæc et hujusmodi alia cum dixissent, eos multis diebus comes in carcere detinuit, ratus eo se facto a pia sententia illos abducturum. Verum illi, velut in stadio fortissimi athletæ, abjecta omni formidine, rebus a majoribus ea divina mente fortiter gestis seipsos communientes, excelsiore animo pro pietatis defensione stabant, cruciatus gymnasium virtuis esse ducentes. Cum igitur ad hunc modum decertarent, et spectaculum, sicut ait beatus Paulus [1], facti essent angelis et hominibus, accurrit tota civitas visura athletas Christi ; qui flagra judicis ipsos torquentis tolerantia sua superabant, et tropæa adversus impietatem per patientiam erigebant, et de Arianis palam triumphabant. Quos hostis ille acerbissimus minis ac fraudibus sub-

[1] I Cor. IV, 9.

Οἱ δὲ, πικρότερον βασάνου πάσης τὴν εἰς εὐσέβειαν προδοσίαν ἡγησάμενοι (ἔχει γὰρ οὕτω), τοιοῖσδε πρὸς αὐτὸν ἀναγκαζόμενοι ἀπήντησαν ῥήμασιν, ἀρετῇ καὶ γενναίῳ φρονήματι ὁμοῦ τὴν ἀπάτην καὶ τὰς ἀπειλὰς ὑποτάξαντες· Πέπαυσο λοιπὸν, πέπαυσο τούτοις ἡμᾶς ἐκφοβῶν τοῖς ῥήμασιν· ἔπεχε εἰκαῖς προφέρειν ῥήματα. Ἡμεῖς γὰρ οὔτε νέηλυν, οὔτε πρόσφατον σεβόντες Θεὸν, κἂν ἐπαφρίζῃς κυμαίνων εἰκῇ, καὶ προσρήσσῃς ὡς βίαιος ἄνεμος, τοῖς εὐσεβείας ἄχρι θανάτου ἐμπολιτευόμεθα (21) δόγμασιν· οὐκ ἀδύνατον, οὐκ ἄσοφον, οὐ χωρὶς ἀληθείας πώποτε φρονήσαντες Θεόν· οὐ ποτὲ μὲν ὄντα Πατέρα, ποτὲ δὲ μὴ ὄντα, κατὰ τὸν δυσσεβῆ τοῦτον Ἀρειανὸν, χρονικὸν ἢ προσκαιρον δοξάζοντες τὸν Υἱόν. Εἰ γὰρ κτίσμα κατὰ τοὺς Ἀρειομανίτας ὁ Υἱὸς, οὐχ ὑπάρχων Πατρὶ ὁμοούσιος, εἰς τὸ μὴ εἶναι συστήσεται καὶ ὁ Πατὴρ, οὐχ ὑφεστῶτος Υἱοῦ, οὐκ ὢν ποτε κατ' αὐτοὺς Πατήρ. Εἰ δὲ ἀεὶ Πατήρ ἐστιν, ὑφεστῶτος δηλονότι τοῦ ἐξ αὐτοῦ ἀληθινοῦ καὶ οὐ κατὰ ἀπόρροιαν γεννήματος (ἀπαθὴς γὰρ ὁ Θεός)· πῶς οὐκ ἄφρων καὶ μανιώδης, ὁ, Ἦν ὅτε οὐκ ἦν, φρονῶν τὸν Υἱὸν, δι' οὗ τὰ πάντα εἰς τὸ εἶναι κατὰ χάριν συνέστη ; Οἱ γοῦν ἡμέτεροι κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμενὴν Πατέρες, ὧν ἐκπεσόντες οὗτοι εἰκότως ἀπάτορες (22) γεγόνασιν, ἐν Νικαίᾳ συνελθόντες, ἀναθεματίσαντες τὴν Ἀρείου κακοδοξίαν, ἧς ὁ νεώτερος οὗτος νῦν προΐσταται, οὐχ ἑτεροούσιον, ὅ νῦν ἡμᾶς εἰπεῖν καταναγκάζεις, τὸν Υἱὸν εἰρήκασι τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας (23)· ὅ καλῶς μετ' εὐσεβοῦς διανοίας νοήσαντες, ἐκ πολλῆς τῶν θείων ῥημάτων συλλογῆς, ὁμοούσιον ὡμολόγησαν.

ζ'. Τὰ δὴ τοιαυτα, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια λέγοντας, καθεῖρξεν ἡμερῶν πολλῶν, οἰόμενος τῆς εὐσεβοῦς μετακινήσειν γνώμης. Οἱ δὲ μᾶλλον, ὥσπερ ἐν σταδίῳ τῶν ἀθλητῶν οἱ γενναιότατοι, δειλίαν πᾶσαν ἀποσβέσαντες, ἐπαλείφοντες ἑαυτοὺς τοῖς τῶν Πατέρων διὰ θείων λογισμῶν ἀνδραγαθήμασι, γενναιότερον εἶχον περὶ τὴν εὐσέβειαν τὸ φρόνημα, γυμνάσιον ἀρετῆς τὰς στρεβλας ἡγούμενοι. Οὕτω τοίνυν ἀγωνιζομένων, καὶ θέατρον, ὡς ὁ μακάριος Παῦλος γράφει, γενομένων καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις, ἐπέτρεχεν ἡ πόλις ἅπασα, ἀθλητὰς θεασαμενη (24) Χριστοῦ, καρτερίᾳ τοῦ βασανίζοντος δικαστοῦ νικῶντας τὰς μάστιγας, καὶ τρόπαια δι' ὑπομονῆς κατὰ ἀσεβείας ἐπαίροντας, καὶ θριάμβους κατὰ Ἀρειανῶν ἐπιδεικνυμένους. Οὓς ὑποτάξας ὁ πικρὸς οὗτος πολέμιος

(21) Ἐμπολιτευόμεθα. Lege, ἐμπολιτευσόμεθα. Edit.

(22) Ἀπάτορες. Hunc locum feliciter mihi videor vertisse. Nam cum reliqui interpretes, Epiphanius scilicet, Christophorsonus ac Sirmundus, *patre carentes* interpretati sint, ego Græcam vocem uno Latino vocabulo expressi, *spurios* vertens. Atque ita etiam ante nos vertit Joachimus Camerarius hoc modo : *Nostri igitur totius orbis patres, a quibus alienati isti spurii sunt.* Certe Plutarchus in *Quæstionibus Romanis* diserte testatur, τοὺς ἀπάτορας a Romanis vulgo appellari spurios, vel spurii filios.

(23) Ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας. In manuscripto codice Henrici Savilii, et in Regio J. Pini, et in editione Basiliensi legitur, ἐκ τῆς αὐτοῦ οὐσίας, quemadmodum legisse videtur Epiphanius Scholasticus. Nos tamen nihil mutare voluimus, propterea quod utrobique idem sensus est.

(24) Ἀθλητὰς θεασαμένη. In editione Basiliensi scriptum inveni, θεασάμενοι, non male. Mallem tamen scribere, θεασόμενοι, vel θεασομένη, ut legit Epiphanius.

δι' ἀπειλῶν καὶ ἀπάτης (25), τοῖς εἰς Χριστὸν ἀσεβοῦσιν ἐκδώσειν ἐνόμιζεν. Ἀποκναίσας τοιγαροῦν ταῖς τῶν βασάνων δι' ἐπινοίας χαλεπῆς προσβολαῖς, ἁπάντων τῶν λαῶν ὀδυρομένων ποικίλως διὰ πολλὰ (26) τῷ θρήνῳ, ὁ πικρὸς καὶ πάσης ἀποδέων φιλανθρωπίας, τὰ συνήθη πάλιν πρὸς ἀταξίαν συναθροίσας πλήθη, ἐπὶ κρίσιν αὐτοὺς, μᾶλλον δὲ ἕωλον κατὰ κρίσιν καλεῖ, πρὸς τῷ τῆς θαλάσσης λιμένι, πολυωνήτων συνήθως κατ' αὐτῶν ἐπαφιεμένων τῶν βοῶν παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, καὶ τῶν Ἰουδαίων. Καὶ μὴ θελησάντων εἶξαι τῇ προφανεῖ δυσσεβείᾳ τῶν Ἀρειομανιτῶν, ἀποφαίνεται, τῶν λαῶν πρὸ τοῦ δικαστηρίου πάντων ὀδυρομένων, τῆς Ἀλεξανδρείας μεταναστάντας, τὴν Ἡλιούπολιν τῆς Φοινίκης οἰκῆσαι. ἔνθα τῶν ἐνοικούντων οὐδεὶς κἂν ἀκοῦσαι τὸ τοῦ Χριστοῦ ἀνέχεται ὄνομα· εἰδωλικοὶ γὰρ οἱ πάντες. Παραυτὰ δὴ (27) σκάφους ἐπιβῆναι προστάξας, αὐτὸς ἑστηκὼς ἐπὶ λιμένος (πλησίον γὰρ ἐν δημοσίῳ λουτρῷ τὴν κατάκρισιν κατ' αὐτῶν ὥρισε), γυμνὸν ἐπιδεικνύμενος τὸ ξίφος, νομίσας ἐκ τούτου φοβεῖν τοὺς τῇ διστόμῳ μαχαίρᾳ τοὺς πολεμίους δαίμονας πολλάκις κατατρώσαντας. Οὕτω δὴ οὖν ἀποπλεῖν αὐτοὺς κελεύει, οὐκ ἐμβαλομένους ἐπιτήδεια, οὐ παραμύθιόν τι τὸ σύνολον τῆς ἐξορίας ἔχοντας· καὶ τὸ θαυμαστὸν καὶ ἄπιστον, τῆς θαλάσσης ἐπαφριζούσης καὶ δυσχερῶς, οἶμαι, διὰ τοῦτο φερούσης, καὶ μὴ βουλομένης, ἵν, οὕτως εἴπω, δι' ὑποδοχῆς τῶν ἀνδρῶν, ἀδίκῳ κοινωνῆσαι κελεύσματι. Ἐνέφαινε γὰρ καὶ τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ τοῦ κρίναντος τὴν βάρβαρον προαίρεσιν.

Ζ'. Ἔστι γοῦν ἀληθῶς εἰπεῖν. Ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ. Ἐστέναξε γὰρ ἡ πόλις ἅπασα, καὶ μέχρι δὲ νῦν θρηνεῖ. Καὶ οἱ μὲν, ἀλλεπαλλήλῳ τῇ χειρὶ κτύπον ἐκ στηθῶν μακρὸν ἀπέπεμπον· οἱ δὲ τὰς χεῖρας ὁμοῦ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς οὐρανὸν ἀνέτειναν, τὴν βίαν διαμαρτυρόμενοι, μονονουχὶ λέγοντες· Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, ἡ γῆ, ὅτι παράνομα τὰ γιγνόμενα. Καὶ ὅλως οἰμωγῆς τὸ πᾶς ἐπεπλήρωτο· καὶ μέλη, καὶ θρῆνος ἦν ἐν πάσῃ τῇ πόλει χορεύων, καὶ ποταμὸς ἐκ δακρύων σχεδὸν καλύπτων πλημμύρᾳ τὴν θάλατταν, τοῖς ἅπασιν ἄωνῳ προσεγένετο. Ὅτε τοίνυν ὁ προειρημένος ἐπὶ τοῦ λιμένος παριὼν, τοῖς ἐρέταις ὑψοῦν τὰ ἱστία προσέταττε, τότε σύμμικτος οἰμωγὴ παρθένων καὶ γυναικῶν, πρεσβυτέρων καὶ νέων, καὶ θρῆνοι προσπεπλεγμένοι δάκρυσιν ὀξέσιν, αἱ τῶν ἁπάντων βοαὶ, τῆς ἐπαφριζούσης θαλάσσης τὸν προσρηγνύμενον σωρὸν τοῖς κύμασι (28) κτύπον

A actos, impiæ in Christum factioni dediturum se putabat. Fatigatus igitur in infligendis quæ subinde excogitabat tormentis, cum universus populus crebro ingemisceret ac lugeret : crudelis iste et ab omni sensu humanitatis alienus, convocatis iterum turbis incompositis et ad tumultuandum assuetis, eos ad judicium, seu potius ad paratam condemnationem, vocat juxta urbis portum, gentilibus ac Judæis multas adversus eos acclamationes magna mercede conducias ex more jactantibus. Cumque ipsi manifestæ Arianorum impietati cedere noluissent, universo populo ante prætorium lamentante, sententiam in eos profert, ut Alexandria excedentes, in urbem Phœnices Heliopolim migrent : in qua ne audire quidem nomen Christi ullus incolarum sus-
B tinet. Sunt enim omnes simulacrorum cultores. Mox cum illos navigium conscendere jussisset, ipse in portu stans (prope enim in publico lavacro sententiam contra eos tulerat), strictum gladium ostentabat, ratus hoc facto se territurum eos, qui ancipiti gladio infestos dæmonas sæpius vulneraverant. Sic igitur solvere eos jubet, nullo commeatu instructos, nihil prorsus habentes solatii ad exsilium perferendum : quodque mirandum et incredibile est, spumante mari, ac per hoc, ut arbitror, indignante, nec sustinente, ut ita dicam, ut per horum virorum susceptionem injusti præcepti socius, ac particeps fieret. Demonstrabat enim barbarum judicis propositum iis quoque, qui illud ignorabant.

VII. Vere igitur dici potest : Obstupuit cœlum ob
C hoc facinus. Ingemuit enim universa civitas, et in hodiernum usque diem luget. Et alii quidem pectus identidem manibus percutientes, ingentem sonitum edebant. Alii manus simul atque oculos in cœlum tollebant, vim contestantes, tantum non ista dicentes : Audi, cœlum, auribus percipe terra, quam iniqua sint quæ fiunt. Denique ejulatu plena erant omnia : næniæ ac lamentationes tota urbe resonabant. Et fluvius quidam lacrymarum, mare ipsum inundatione sua obtegens, cunctis repente effluxit. Itaque cum supra memoratus in littore stans, remigibus præciperet ut vela panderent : tunc promiscuus ululatus virginum ac mulierum, senum ac juvenum, et lamenta acerbis lacrymis permista ; clamoresque omnium simul juncti fremitum ventoD rum, qui turbati maris fluctibus allidebantur, longe

(25) Δι' ἀπειλῶν καὶ ἀπάτης. In variis lectionibus, quas ex altero codice Regio collegit Stephanus, legitur, δι' ἀπειλῶν καὶ βασάνων. Quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Paulo post, ubi legitur, τῇ προφανεῖ δυσσεβείᾳ τῶν Ἀρειομανιτῶν. Sirmundus ex eodem codice Regio edidit, τῇ προφανεῖ αἱρέσει, quod minus probo.

(26) Διὰ πολλά. Forte, καὶ πολλῷ. Edit.

(27) Δή. Deest in codd. Regio.

(28) Σωρὸν τοῖς κύμασι. Primam vocem Sirmundus in editione sua delevit, ut superfluam. Exstat tamen in omnibus nostris codicibus. Ego levi mutatione locum ita restituendum puto : Αἱ τῶν ἁπάντων βοαὶ, τῆς ἐπαφριζούσης θαλάσσης τῶν προσρησομένων ὀρῶν τοῖς κύμασι κτύπον ἐκάλυπτον, posset etiam scribi τῶν προσρησσαμένων ἀνεμων. Sic enim supra locutus est Petrus de Magno comite largitionum, κἂν προσρήσσῃς ὡς ἄνεμος βίαιος. Cæterum in codice Savilii, et in editione Basiliensi scribitur τῷ κύματι. In Regio codice J. Pini ita scriptum inveni, τῆς ἐπαφριζούσης θαλάσσης. Τὸν προσρησσόμενον χωρὸν τῷ κύματι κτύπον ἐκάλυπτον· unde quis suspicari possit legendum esse τῆς ἐπαφριζούσης θαλάσσης, καὶ τῶν προσρησσομενων χωρῶν τῷ κύματι, etc. Ut χωρῶν sumatur pro ventis, quos Latini coros vocant, de quibus Plinius in libro

superabant. Dum supradicti hoc modo navigarent Heliopolim, qua in urbe omnes sunt idolorum cultores : ubi studia atque instituta diaboli vigent ad voluptatem tendentia ; ubi ferarum horrenda domicilia : montibus enim undique cingitur cœlo ipsi contiguis : omnes posthæc in media urbe publice et privatim singuli gementes et verba lugubria fundentes, ne flere quidem permissi sunt, vetante id Palladio præfecto urbis Alexandriæ, qui et ipse dæmonum cultui erat addictissimus. Multi enim ex flentibus rapti,ac prius custodiæ mancipati, deinde verberati, lacerati, torti, ad Phennensia et Proconnesia metalla damnati sunt, viri qui pro Ecclesiæ defensione divino zelo incensi pugnaverant. Plerique enim erant monachi, accuratioris ac districtioris vitæ studio solitudinem incolentes, tres ac viginti numero. Cum quibus paulo post diaconus quoque, qui a charissimo nostro Damaso episcopo urbis Romæ consolatorias simul et communicatorias litteras attulerat, manibus post tergum revinctis, publice a carnificibus ductus est, non secus ac insignis quispiam maleficus ; qui cum homicidarum tormentis, et adhuc acerbioribus cruciatus fuisset,lapidibus ac plumbatis cervice diu verberata, navigium in mari conscendit, sicut cæteri, divinæ crucis signo frontem suam consignans, omnique cura et solatio destitutus, ad æris metalla datus est quæ sunt in Phenne.

VIII. Porro dum judex tenera puerorum corpora adhuc torqueret, quidam juxta ipsa cadavera remanserunt, ne exsequiarum quidem honore iis persoluto ; cum parentes, fratres et cognati, tota denique, ut ita dicam, civitas unum hoc extremum solatium sibi concedi flagitassent.Sed, o summam judicantis, seu potius damnantis immanitatem ! qui pro pietate certaverant, cum homicidis non sunt judicati,insepultis corporibus jacentes.Qui strenue depugnaverant,feris ac volucribus laniandi objicie-

ἐκάλυπτον. Ἀλλ' οὕτω τῶν προειρημένων ἀποπλεόντων εἰς Ἡλιούπολιν, ἔνθα δεισιδαιμονῶν πᾶς, ἔνθα τοῦ διαβόλου τὰ πρὸς ἡδονὴν ἐπιτηδεύματα, ἔνθα θηρίων ἐφέστια φοβερὰ (ὄρη γὰρ ἦν κύκλῳ πανταχόθεν οὐρανῶν προσπελάζοντα)· οἱ πάντες λοιπὸν ἐν μέσῃ τῇ πόλει, κοινῇ καὶ ἕκαστος ἰδίᾳ ὀλοφυρόμενοι, καὶ στεναγμῶν ἐπιπέμποντες ῥήματα, οὐδὲ δακρύειν ἐπετρέποντο, κελεύσει τοῦ τῆς πόλεως ἐπάρχου Παλλαδίου, δεισιδαιμονεστάτου καὶ αὐτοῦ τυγχάνοντος. Πολλοὶ γὰρ τῶν κλαιόντων, ἁρπαζόμενοι καὶ φυλακιζόμενοι πρότερον, εἶτα αἰκιζόμενοι, ξαινόμενοι (29), βασανιζόμενοι, τοῖς Φεννησίοις καὶ Προικονησίοις παρεδίδοντο μετάλλοις, ἄνθρωποι τῆς Ἐκκλησίας δι' ἔνθεον ζῆλον ὑπερμαχοι· οἱ πλείους γὰρ ἦσαν μονάζοντες, ἔρημου οἰκοῦντες δι' ἄσκησιν. Μεθ' ὧν εἴκοσι καὶ τριῶν τυγχανόντων, μικρὸν ὕστερον ὁ διάκονος, ὁ παρὰ τοῦ ἀγαπητοῦ ἡμῶν Δαμάσου (30) τοῦ τῆς Ῥώμης ἐπισκόπου, κομίσας ὁμοῦ παρακλητικὰ καὶ κοινωνικὰ γράμματα, ὀπίσω τὼ χεῖρε δεθείς, ὑπὸ δημίων δημοσίᾳ ἤγετο, ὥσπερ τις τῶν κακούργων περιβόητος. Ὃς φονεων βασάνοις ἐπέκεινα κοινωνήσας (31), λίθοις καὶ μολιβδίσι κατ' αὐτῶν τῶν αὐχένων ἐπὶ πολὺ μαστιζόμενος, ἐπέβαινε σκάφους ἐπὶ θαλάσσης παραπλησίως τοῖς ἄλλοις, τοῦ θείου σταυροῦ ἐπὶ μετώπου τὸ σημεῖον χαρακτηρίσας, οὐ τημελείας, οὐ θεραπείας τυχών, τοῖς κατὰ Φεννησον παρεδόθη μετάλλοις (32)· ἔστι δὲ ταῦτα χαλκοῦ.

Θ'. Ἔτι γοῦν βασανίζοντος τοῦ οἰκαστοῦ ἁπαλὰ παιδαρίων σώματα, τινὲς μὲν παρ' αὐτὰ μεμενήκασιν (33), οὐδ' ὁσίας κοινωνήσαντες· γονέων καὶ ἀδελφῶν καὶ συγγενῶν, καὶ πάσης, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῆς πόλεως, μίαν αὐτοῖς αἰτούντων δοθῆναι τὴν ὑστάτην ταύτην παράκλησιν. Ἀλλ', ὦ πολλῆς ἀπανθρωπίας τοῦ δικάζοντος, μᾶλλον δὲ τοῦ κατακρίνοντος ! οἱ δι' εὐσέβειαν ἀθλήσαντες, φονεῦσι οὐ συνεκρίνοντο, ἄταφοι μένοντες τὰ σώματα· οἱ καλῶς ἀγωνιζόμενοι, θηρίοις καὶ πτηνοῖς πρὸς βορὰν ἐρρίπτοντο· οἱ συμπα-

xii, id est,*cunctorum clamores, spumantis maris et ventorum fluctibus illisorum strepitum superabant.* [Nihil mutatione opus est, modo si legas, σφοδρόν pro σωρόν. Edit].

(29) Ξαινόμενοι. Basiliensis editio, et cod. Reg. J. Pini, habet, ξεόμενοι. Et paulo post, ubi legitur, Προικονησίοις, scriptum habet, Προκονησίοις, ut et codex Savilii. Utrumque tamen dici potest, ut testatur auctor *Etymologici.*

(30) Παρὰ τοῦ ἀγαπητοῦ ἡμῶν Δαμάσου. Mortuo Athanasio, cum Petrus in ejus locum successisset, statim litteras synodicas seu communicatorias scripsit ad Damasum Romanæ urbis episcopum, quibus et ordinationem suam ei significabat ex more, et persecutiones Arianorum ac gentilium, quibus vexabatur, narrabat. His litteris respondens Damasus litteras communicatorias simul et consolatorias misit ad Petrum per quemdam diaconum urbis Romæ, ut testatur Petrus in hac epistola.Ex quo apparet, inter ordinationem Petri ac fugam, satis longum temporis spatium intercessisse. Nec probabilis videtur Baronii sententia, qui ordinationem ac fugam Petri in eumdem annum contulit Christi scilicet 372, quanquam Socrates mortem Athanasii ac Petri ordinationem anno citius refert.

(31) Ὃς φονεων βασάνοις ἐπέκεινα κοινωνήσας. Interpretes hæc verba sic construunt, ut φονέων referatur ad ἐπέκεινα. Nam Camerarius ita vertit : *Qui magis quam ullus homicida tortus.* Nec aliter Christophorsonus, et Sirmundus. Verum si ita construxeris, quomodo ferri poterit hæc locutio : κοινωνήσας βασάνοις ? Quare magis placet versio Epiphanii, qui sic transtulit : *et homicidarum verberibus coæquandus.* Vox igitur ἐπέκεινα transponenda est hoc modo, φονέων βασάνοις κοινωνήσας, ἐπέκεινα λίθοις, etc.

(32) Τοῖς κατὰ Φέννησον... μετάλλοις. In altero codice Regio, cujus variantes edidit Stephanus, scriptum est καταφέννῃς una voce, quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Malim tamen legere κατὰ Φέννον. De his metallis Eusebius in libro *De locis Hebraicis* ita scribit : Φινῶν, ἣν κατῴκησεν Ἰσραὴλ ἐπὶ τῆς ἐρήμου· ἦν δὲ καὶ πόλις Ἐδώμ. Αὕτη ἐστὶ Φαινῶν, ἔνθα τὰ μεταλλα τοῦ χαλκοῦ, μεταξὺ κειμένη πόλεως, καὶ Ζοορῶν.

(33) Τινὲς μὲν παρ' αὐτὰ μεμενήκασιν. Interpretes voces τινὲς interpretati sunt de pueris, qui mortui remanserunt sepulturæ expertes. Malim tamen de officialibus præsidis intelligere, qui custodes appositi erant cadaveribus mortuorum,ne quis ea sepulturæ mandaret.

θησαι βεβουλευμένοι (34) πατράσι διὰ τὴν συνείδησιν, τὴν κεφαλὴν ὡς παράνομα ὁράσαντες ἀπετέμνοντο. Ποῖος νομος Ῥωμαίων, ποία δὲ γνώμη βαρβάρων, τοὺς πατράσι συμπαθοῦντας ἠμύνατο; ποῦ τις τῶν παλαιῶν ποτε ἑόρασε τοιοῦτόν τι παράνομον; Ἐκέλευσέ ποτε Φαραὼ ἀναιρεῖσθαι τῶν Ἑβραίων τὰ ἄρρενα· ἀλλὰ φθόνος καὶ δέος ὑπέβαλλε τοῦτο τὸ πρόσταγμα. Πόσῳ τὰ τότε τῶν νῦν φιλανθρωπότερα! πόσῳ ποθεινὰ πρὸς αἵρεσιν ἀδικήματος! πόσῳ βελτίονα πρὸς σύγκρισιν ἀνομήματος, κἂν ἀλλήλων αἱ κακίαι μὴ χωρίζονται! Ἄπιστα τὰ λεγόμενα, ἀπάνθρωπα καὶ δεινά, ὠμὰ καὶ βάρβαρα, ἀνηλεῆ καὶ πικρά.

A bantur. Qui cæsorum patribus compati propter conscientiam voluerant, perinde ac si grave facinus admisissent, capite truncabantur. Quæ lex Romana, quæ barbarorum sententia, in eos unquam animadvertit, qui parentibus condoluissent? Quis unquam ex veteribus tam iniquum facinus perpetravit? Jussit quondam Pharao, ut Hebræorum masculi necarentur. Sed invidia, ac metus hoc mandatum ei suggesserat. Quanto ea quæ tunc gesta fuerunt, humaniora sunt iis quæ nunc cernimus? Quanto magis optabilia, si optio detur injuriæ! Quanto potiora, si conferatur iniquitas, tametsi vitia a se invicem sejungi non possint! Incredibilia sunt quæ dicuntur immania et gravia; crudelia et barbara; immitia atque acerba.

Θ'. Ἀλλ' ἐν τούτοις ἐγαυρίων οἱ τῆς Ἀρείου μανίας ὑπήκοοι, χορεύοντες. Τῆς δὲ πόλεως πάσης ὀλοφυρομένης (οὐκ ἦν γὰρ οἰκία ἐν ᾗ οὐκ ἦν τεθνηκώς, ὡς ἐν τῇ Ἐξόδῳ γέγραπται), οὐκ ἠρέμησαν πάλιν, οἱ τὴν ἕξιν ἀκόρεστον πρὸς παρανομίαν ἀσκήσαντες. Ἐπὶ γὰρ τὰ χείρω τὴν προαίρεσιν γυμνάζοντες, μέχρι τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων τὸν ἴδιον τῆς κακίας ἰὸν ἐπεκτείνοντες, δορυφόρῳ πρὸς ἀδικίας τῷ τῶν λαργιτιόνων χρώμενοι κόμητι τῷ προειρημένῳ, τοὺς μὲν βουλευτηρίῳ παρέδοσαν, τοὺς δ' ἄλλους, ὃν ἠβούλοντο τρόπον ἐνήδρευον, πανταχόθεν πρὸς ἀσέβειαν τοὺς πάντας θηρεῦσαι βουλόμενοι, οὐδὲν ἀφέντες ἀτόλμητον. Ἀλλὰ γὰρ καὶ πάντα περιερχόμενοι κατὰ τὸν ἴδιον τῆς αἱρέσεως πατέρα διάβολον, ζητοῦσι τίνα καταπίωσι. Καθ' ὅλου τοίνυν παρὰ πάντων ἀπορούμενοι (35), ἕνδεκα τῶν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου τὸν ἀριθμὸν ἐπισκόπων, ἄνδρας ἐκ παιδίου μέχρι γήρως τὴν ἔρημον ἀσκήσεως χάριν οἰκήσαντας (36), καὶ λόγῳ καὶ πράξει τὰς ἡδονὰς ὑποτάξαντας, καὶ τὴν εὐσεβῆ πίστιν ἀνεπαισχύντως κηρύττοντας, καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας γαλουχηθέντας (37) δόγματα, καὶ νίκην πολλάκις κατὰ δαιμόνων ἐπάραντας. ἀρετῇ δυσωποῦντας τὸν ἀντίπαλον, καὶ τὴν Ἀρειανὴν σοφωτάτῳ λόγῳ στηλιτεύοντας αἵρεσιν· ὄργανον ὠμότητος τὸν προειρημένον ἔχοντες, ὑπερορίους πεποιήκασιν, ἐν οἰκουμένῃ παρὰ τῶν κυριοκτόνων Ἰουδαίων πόλει, τοὔνομα Διοκαισαρείᾳ. Καὶ ὅμως ὡς ὁ ᾅδης, ἐπὶ θανάτῳ τῶν ἀδελφῶν οὐκ ἐμπιπλάμενοι, ἀπανταχοῦ γῆς ἐτόλμησαν οἱ παράφρονες καὶ ἀδέλτεροι τῆς οἰκείας ὠμότητος καταλεῖψαι μνημόσυνα, ἐκ κακῶν ἔχειν τὸ γνώρισμα βουλόμενοι. Ἰδοὺ γὰρ πάλιν κληρικοὺς

IX. His tamen oblectabantur, atque exsultabant Arianæ dementiæ sectatores. Cumque universa civitas lamentaretur: nulla enim erat domus, sicut in Exodo scriptum est [1], in qua non esset mortuus: ii tamen, quorum animus in omni scelere exercitatus nulla iniquitate satiari poterat, nequaquam quievere. Propositum enim suum ad pejora semper acuentes, improbitatis suæ venenum usque ad episcopos provinciæ protulerunt, satellitem ac ministrum sceleris habentes comitem largitionum, quem supra diximus, Magnum. Et alios quidem curiæ tradiderunt: alios aliis modis pro arbitrio suo vexarunt: nihil intentatum relinquentes, dum cunctos undiquaque student ad impietatem pertrahere. Omnia enim circumeuntes, quemadmodum parens et auctor hæreseos ipsorum diabolus, quærunt quem devorent. Postremo cum eorum conatus ab omnibus repelleretur, episcopos Ægypti undecim numero; viros, qui ab ineunte ætate usque ad senectutem, districtioris vitæ gratia solitudinem incoluerant; qui ratione et actu voluntates corporis superaverant; qui piam fidem audacter prædicabant: qui pietatis doctrinam una cum nutricis lacte suxerant; qui victoriam de dæmonibus sæpe retulerant; qui sua virtute pudorem incutiebant adversario; qui denique Arianam hæresim sapientissima oratione convincebant ac denotabant, ministro crudelitatis suæ usi supra memorato Magno, Diocæsaream relegarunt, urbem quæ ab Judæis Domini interfectoribus colitur. Et tamen velut orcus, fratrum morte minime satiati, crudelitatis

[1] Exod. XII, 30.

(34) Βεβουλευμένοι. Forte, βεβουλημένοι. Edit.

(35) Ἠρὰ πάντων ἀπορούμενοι. Epiphanius Scholasticus hæc verba in interpretatione sua prætermisit. Camerarius autem ita vertit: *Sed cum omnino illos conatus erga cunctos sui frustrarentur.* Christophorsonus vero sic interpretatur: *Atqui cum in eo quod conabantur, ab omnibus se destitutos viderent.* Jacobus autem Sirmundus Camerarium secutus ita transtulit: *In universum ergo cum omnia frustra conarentur.* Ego vero scribendum puto, ἀποκρουόμενοι, quam lectionem in versione mea secutus sum. Id autem optime convenit cum præcedentibus. Ait enim Petrus Arianos instar diaboli circumeuntes, quæsivisse, quem seducerent ac devorarent. Sed cum ab omnibus repellerentur, in ali-

D quot episcopos et clericos iram suam vertisse, et rabiem effudisse.

(36) Οἰκήσαντας. Post hoc verbum integram pericopen adjecimus ex variis lectionibus quas Robertus Stephanus ad calcem editionis suæ descripsit ex altero codice Bibliothecæ Regiæ, quæ sic habet, καὶ λόγῳ καὶ πράξει τὰς ἡδονὰς ὑποτάξαντας. Ita certe in suo codice legerat Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet Sic enim vertit: *Viros pene ab infantia usque ad senectutem eremum incolentes, verboque superantes et actu libidinem.* Ita quoque edidit Jacobus Sirmundus.

(37) Γαλουχηθέντας. Cod. Reg. J. Pini γαλουχήσαντας.

suæ monumenta dementes ac stulti ubique terrarum relinquere ausi sunt, famam ex malefactis consequi studentes. Ecce enim rursus Ecclesiæ catholicæ clericos Antiochiæ degentes, qui una cum piis quibusdam monachis adversus fraudes eorum protestari decreverant, cum imperatoris aures variis contra illos criminationibus obtudissent, Neocæsaream Ponti relegari fecerunt. Qui nunc ipsa etiam vita forsitan privati sunt ob locorum asperitatem. Hujusmodi tragœdias tempus illud expertum est : silentio quidem et oblivione dignas, sed quæ litteris traditæ sunt, ad reprehensionem eorum qui adversus unigenitum Filium Dei linguas suas exacuerunt. Qui pestilenti blasphemiæ morbo correpti, non solum in Dominum universorum tela jacere conantur, sed et adversus pios ejus famulos implacabile bellum susceperunt.

A τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐν Ἀντιοχείᾳ διατρίβοντας, ἅμα σπουδαίοις μονάζουσι, τὰ τῆς δραματουργίας αὐτῶν διαμαρτύρασθαι προθεμένους· βασιλικὰς ἠχήσαντες κατ' αὐτῶν ἀκοὰς, τὴν Νεοκαισάρειαν τοῦ Πόντου οἰκεῖν παρεσκεύασαν· οἳ τάχα καὶ τοῦ ζῆν ἐστερήθησαν, διὰ τὴν τῶν τόπων ἀγριότητα. Τοιαύτας ὁ καιρὸς ἐκεῖνος ἐδέξατο τραγῳδίας· σιγῆς μὲν καὶ λήθης ἀξίας, ἐν συγγράμμασι νὲ τιθεμένας εἰς ἔλεγχον τῶν κατὰ τοῦ Μονογενοῦς κινησάντων τὰς γλώττας· οἳ τὴν τῆς βλασφημίας εἰσδεξάμενοι νόσον (38), οὐ μόνον τὸν τῶν ὅλων Δεσπότην τοξεύειν ἐπιχειροῦσιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν εὐσεβῶν αὐτοῦ θεραπόντων τὸν ἄσπονδον ἀνεδέξαντο πόλεμον.

(38) Εἰσδεξάμενοι νόσον. In manuscripto codice Henrici Savilii scriptum est, εἰσδεξάμενοι λύτταν, quomodo etiam legitur in codice Regio, cujus variantes lectiones edidit Stephanus. Ita quoque in suo codice legerat Epiphanius, ut ex ejus interpretatione colligitur, quæ sic habet: *Hi namque rabie coarmati blasphemiæ.*

EJUSDEM FRAGMENTA

EPISTOLÆ AD EPISCOPOS ÆGYPTIOS FIDEI CAUSA EXSULES.

I. *Apud Facundum Hermianensem lib.* IV, *cap.* 2.

Amor, quo circa vos in Christo gaudeo, non permisit patienter ferre : imo etiam scribens veluti non scribens sum, et iterum ad scribendum compellor. *Et infra :* Consiliatoribus igitur vobis in his quæ incurrunt utor : et quid oportet me facere sic semper perturbatum, Timotheo (39) diffamante se-

C ipsum episcopum esse, ut per hoc confidentius injuriet, et paternas leges infringat? Voluit enim me anathematizare, et Basilium Cæsareæ, et Paulinum, et Epiphanium, et Diodorum episcopos, et soli Vitali communicare.

II. *Ibid. lib.* XI, *cap.* 2.

Sine Deo quippe est, et in omnibus reprobus qui non confitetur integrum hominem salvasse adventu suo Salvatorem : et si totum salvat, totum assumpsit, non in adjutorium salvationis, sed ad totius salvationem. Nullus ergo pie se sapere existimans, infidelis magis exsistat. Si vero quærere studet, discat ex epistola quam ad Antiochenos beatæ memoriæ Episcopus Athanasius scribit, ubi omnia diligenter exponit : quam legere incipientes orthodoxi, et ita sapere et subscripsisse confirmant.

III. *Ibidem.*

Jesus Christus heri et hodie, ipse et in sæcula [2]. Heri quidem ante sæcula sempiternitatem significat : hodie autem terrenum sæculum : in sæcula vero, post transitum hujus vitæ. Jesus Christus autem, qui juxta hominem salvatoris intelligitur,

D non est ipse : qui enim provectum ætatis suscepit, aliquando infans existens, et aliquando vir incipiens quasi annorum XXX, sicut ait Lucas [3], non potest ipse esse.

IV. *Ibidem.*

Est Spiritus vitæ sanctus cum Patre et Filio in singulis prophetarum per generationem transiens, qui indicat quæ erunt et quæ fuerunt, habens oculos ante et post, hoc est, sicut diximus, scientiam futurorum atque præteritorum, quæ in Salomone narrat ex persona filii hominis ex Maria, et filii

[2] Hebr. XIII, 8. [3] Luc. III, 23.

(39) *Timotheo.* Apolinaris discipulo, de quo Damasus papa in epistola ad Orientales : *Quid est cur abdicationem Timothei a me rursus requiratis, qui etiam hic judicio sedis apostolicæ, Petro quoque Alexandriæ episcopo præsente, abdicatus est una cum magistro suo Apolinare?* et in epistola Orientalium ad Rufum Thessalonicensem episcopum in actis synodi Ephesinæ : Ὁ τρισμακάριος Δάμασος καθεῖλεν Ἀπολινάριον, καὶ Βιτάλιον, καὶ Τιμόθεον τοὺς αἱρετικούς. Citatur etiam in Ecloge Anastasii Polemon impius, Apolinarii discipulus, κατὰ Τιμοθέου συμμαθητοῦ αὐτοῦ.

Dei Verbi, quod ab initio erat apud Patrem ; et duas personas significans, de homine quidem ex Maria creato et plasmato, de illo vero, qui ante sæcula est sine principio, et æternæ nativitatis. Quoniam ergo verborum seductores,et non eruditi spiritu observantes errare faciant indoctos, dicentes, A quadringentis annis est operatio corporis Domini, et quomodo in eum quidam referunt quod dictum est, *Dominus creavit me principium viarum suarum in opera ejus* [4], cum dicat Scriptura, ante montes et colles, ante fontes et ante sæculum, generatum et creatum [5] ? Hæc dicentes a quibusdam laudari putantur,non dividentes quæ persona prophetico spiritu de corpore Domini clamat, et quæ de æterna ejus a Patre generatione docet.

[4] Prov. VIII, 22. [5] ibid. 23, 24.

ANNO DOMINI CCCLXXXV.

TIMOTHEUS
ALEXANDRINUS EPISCOPUS.

—

NOTITIA.

(GALLAND, *Vet. Patr. Biblioth.*. Proleg. p. x, et p. 345.)

I. Petri, de quo supra verba fecimus, frater et successor in sede Alexandrina fuit Timotheus. «Petrus—moritur, » inquit Socrates (*a*), « successorem fratrem suum Timotheum relinquens ; » διάδοχον καταλιπὼν Τιμόθεον ἀδελφὸν ἑαυτοῦ. Magni *Athanasii* discipulus exstitit, cujus *virtutem*, teste Facundo (*b*), *est consecutus et sedem*. Ejus electionem a cunctis Ægyptiordinibus peractam memorat cum laude Theodosius imperator in rescripto *de episcopali judicio* ad Optatum præfectum augustalem, his verbis (*c*) : *Timotheum sibi omnes etiam suo judicio prætulere. Est enim vir*, subdit,*cum omni susceptatione venerandus, tum etiam nostro judicio approbatus*. Ejus item in altera *de fide catholica* sanctione meminit idem Theodosius (*d*). Vixdum autem pontifex Alexandrinus fuit ordinatus, cum ejus communionem occidentales omnes amplexi sunt, ut constat ex synodica concilii Aquileiensis ad eumdem Theodosium Augustum (*e*). Postmodum vero concilio Constantinopolitano primo interfuit,anno 381 celebrato, in quo Gregorii Nazianzeni causam agitatam fuisse intelligimus. Neque amplius quidquam de ipsi gestis apud veteres litteris consignatum comperimus. E vivis excessit anno 385, die 20 Julii, *Arcadio Augusto primum et Bautone coss.*, ut scribit Socrates (*f*) ; eique suffectus Theophilus. Porro de anno ejus emortuali plura videas apud Tillemontium (*g*) et Sollerium (*h*) : neque omittas velim Renaudotium (*i*), de hoc patriarcha nonnulla ex Eutychio, Elmacino aliisque enarrantem, quæ alibi frustra quæras.

II. Exstant apud Græcos canonum collectores Timothei Alexandrini *Responsa canonica*, quæ cum scholiis Theodori Balsamonis ex Beveregii Synodico (*j*) desumpta, infra in medium adduximus(*k*). Ejusdem item præsulis Alexandrini superestapud Facundum (*l*) epistola Diodoro Tyri episcopo inscripta. Scripsisse quoque Timotheum aliquot monachorum historiam, tradit Sozomenus (*m*) : quo forte respexit Rufinus, dum de Macario Alexandrino sermonem habens (*n*) : *Sanctus*, inquit, *Macarius Alexandrinus magnificas etiam virtutes consummavit, de quibus et alii nonnulla scripserunt*. Quin et ejusdem Timothei nomine inscripta circumfertur *Narratio de miraculis sancti Menæ martyris Ægyptii in urbe Cotyæi*, cujus initium ex codice Barocciano CXLVII ita refert Fabricius(*o*) : Ἐγένετο κατὰ τὴν τελευτὴν τοῦ ἀσεβεστάτου. Latine autem exstat apud Surium (*p*). At vero non est hoc loci omittenda egregia Timothei nostri sen-

(*a*) Socrat., *Hist. eccl.*, lib. IV, cap. 37.
(*b*) Facund., lib. IV, cap. 2.
(*c*) *Cod. Theod.*, tom VI, pag. 348, nov. edit.
(*d*) Ibid., pag. 10.
(*e*) Ibid., tom. VI, part. II, in append., pag. 16.
(*f*) Socrat., *Hist. eccl.*, lib. V, cap. 12.
(*g*) Tillem., *Mém. eccl.*, tom. VI, pag. 801, not. 102, *sur les Ariens*.
(*h*) Soller. Patr. Alex., *Hist. Chron.*, ad *Act. SS.*, Jun., tom. V, pag. 45.
(*i*) Renaud., *Hist. patr. Alex.*, pag. 101-103.
(*j*) Bever. *Pandect. Canon.*, tom. II, pag. 165.
(*k*) Col. 1295 seqq.
(*l*) Facund., lib IV, cap. 2, Sirm., Opp., tom.II, pag. 512 edit. Paris.
(*m*) Sozom., *Hist. eccl.*, lib. VI, cap. 29.
(*n*) Rufin., in *Vit. Patr.*, lib. II, cap. 29,pag.366.
(*o*) Fabric., *Bibl. Gr.*, tom. IX, pag. 124.
(*p*) Sur., *Vit. Sanct.*, 10 Novemb.

tentia de Ammonio sanctissimo abbate ; quem nimirum et si ob auriculæ spontaneam amputationem effectum irregularem, nihilominus episcopum ordinandum existimabat. Ejus verba sunt ejusmodi apud Palladium (*a*) : Οὕτος ὁ νόμος παρὰ Ἰουδαίοις πολιτευέσθω· ἐμοὶ δὲ καὶ ῥινότμητον ἐὰν ἐνέγκητε, μόνον ἄξιον τοῖς τρόποις ὄντα, χειροτονῶ. Id est : *Apud Judæos lex ista servetur. Mihi autem si vel truncatum naribus adduxeritis qui sit bonis moribus, ego eum episcopum ordinabo.* Illud denique de hoc antistite Alexandrino adnotare libet, quod in Apophthegmatis Patrum memoriæ proditum legitur (*b*): ipsum videlicet ἀκτήμονος, hoc est *pauperis* cognomentum fuisse sortitum : quod quidem in magnam patriarchæ secundæ sedis laudem cedere, recte arguit Tillemontius (*c*).

(*a*) Pallad., *Hist. Laus.*, cap. 12, pag. 914.
(*b*) *Apophth. Patr.*, apud Coteler., *Monum. Eccl. Gr.*, tom. I, pag. 366, § XXXIV.
(*c*) Tillem., *Mém. eccl.*, tom. VI, pag. 622.

[1]ΑΠΟΚΡΙΣΕΙΣ ΚΑΝΟΝΙΚΑΙ ΤΙΜΟΘΕΟΥ

ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ,

Ἑνὸς τῶν ρν' Πατέρων τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συναθροισθέντων, πρὸς τὰς προσενεχθείσας αὐτῷ ἐρωτήσεις περὶ ἐπισκόπων καὶ πληρικῶν.

RESPONSA CANONICA TIMOTHEI

SANCTISSIMI EPISCOPI ALEXANDRINI,

Qui fuit unus ex CL Patribus Constantinopoli congregatis, ad interrogationes ei propositas de episcopis et clericis

Interrogatio.

« Si puellus catechumenus, utpote annorum septem, vel homo etiam perfectus dum fieret oblatio opportune adfuerit, ejusque nescius particeps factus sit, quid de eo fieri debet ? »

Responsio.

« Debet illuminari : a Deo enim vocatus est. »

BALS. Interrogatus est hic Pater, an si puellus, vel etiam vir perfectus in ordine catechumenorum collocatus, et sanctum baptismum nondum assecutus, dum oblatio fieret, sive mysticum sacrificium offerretur, opportune adfuerit, hoc est, tempus idoneum assecutus fuerit, et sacramentorum particeps factus fuerit, ignorans se non debere participare antequam sit baptizatus, non tamen ea improbe contemnens, quid debet fieri? et respondit eum

Ἐρώτησις.

« Ἐὰν παιδίον κατηχούμενον, ὡς ἐτῶν ἑπτά, ἢ ἄνθρωπος τέλειος εὐκαιρήσῃ που προσφορᾶς γινομένης, καὶ ἀγνοῶν μεταλάβῃ, τί ὀφείλει γίνεσθαι περὶ αὐτοῦ ; »

Ἀπόκρισις.

« Φωτισθῆναι ὀφείλει· παρὰ Θεοῦ γὰρ κέκληται.»

ΒΑΛΣ. Ἠρωτήθη ὁ Πατὴρ οὗτος, ὅτι ἐὰν παιδίον ἢ καὶ ἀνὴρ τέλειος ἐν κατηχουμένοις τεταγμένος, καὶ μήπω τοῦ ἁγίου τυχὼν βαπτίσματος, προσφορᾶς γινομένης, ἤτοι θυσίας μυστικῆς προσαγομένης, εὐκαιρήσῃ, ἀντὶ τοῦ, καιροῦ τύχῃ ἐπιτηδείου, καὶ μεταλάβῃ τῶν ἁγιασμάτων, ἀγνοῶν, ὅτι οὐ δεῖ αὐτὸν μεταλαβεῖν πρὸ τοῦ βαπτίσματος, ἀλλ' οὐχὶ καταφρονητικῶς διατιθέμενος· τί ὀφείλει γενέσθαι ; Καὶ ἀπεκρίθη, ὅτι βαπτισθῆναι ὀφείλει. Ἐπεὶ γὰρ ἀπονήρως Κύριον, διάδοχον ἐσχηκὼς Θεόφιλον· « Sciendum est, « quod post Dionysium magnum decimum quartum « Alexandriæ episcopum constitutum, episcopalia « munera obierunt Theonas, Maximus, Petrus sanctus « martyr, Achillas, Alexander, Athanasius. Gregorius « Arianus e Cappadocia, Athanasius iterum, Petrus a « Valente expulsus, Lucius Arianus. Petrus iterum. « Postea magnus hic Timotheus, ad thronum quidem « quarto imperii Theodosii Magni anno promotus; in- « terfuit autem quarto anno imperii Theodosii Magni « synodo CL sanctorum Patrum, contra Macedonium « Spiritus oppugnatorem congregatæ : post septen- « nium autem ad Dominum migravit, successorem « habens Theophilum.

(1) Ἀποκρίσεις κανονικαὶ Τιμοθέου. De hoc Timotheo episcopo Alexandrino, scholium quoddam in codice Amerbachiano habetur, his verbis conceptum : Ἰστέον, ὅτι μετὰ Διονύσιον τὸν μέγαν τεσσαρεσκαιδέκατον Ἀλεξανδρείας γενόμενον ἐπίσκοπον, οἵδε ἐπεσκόπησαν· Θεωνᾶς, Μάξιμος, Πέτρος ἱερομάρτυς, Ἀχιλλᾶς, Ἀλέξανδρος, Ἀθανάσιος, Γρηγόριος Ἀρειανὸς ὁ Καππαδόκης. Ἀθανάσιος πάλιν, Πέτρος ὁ παρὰ Οὐάλεντος περιορισθείς, Λούκιος Ἀρειανὸς, Πέτρος πάλιν· εἶτα Τιμόθεος οὗτος ὁ μέγας, ἀναχθεὶς μὲν ἐπὶ τὸν θρόνον κατὰ τὸ δ' ἔτος τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ Μεγάλου, παρὼν δὲ ἐν τῇ κατὰ Μακεδονίου τοῦ Πνευματομάχου συνόδῳ τῶν ρν' ἁγίων Πατέρων. Μετὰ δὲ ἑπταετίαν ἐξεδήμησε πρὸς

προσῆλθε τῇ κοινωνίᾳ τῶν ἁγίων δώρων, καὶ εὐκαιρίας ἔτυχε μὴ κωλυθεὶς ὑπό τινος, ἀγνοησάντων ἴσως τῶν παρόντων πιστῶν, καὶ αὐτοῦ τοῦ μεταδιδόντος, ὅτι κατηχούμενός ἐστι, δοκεῖ παρὰ τοῦ Θεοῦ προσκληθῆναι. Καὶ ὅπερ ὁ ἅγιος ἀπόστολος Πέτρος ἔφη περὶ τοῦ Κορνηλίου καὶ τῶν περὶ αὐτὸν, ὅτε κατηχουμένων ἐκείνων ἔπεσεν αὐτοῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐλάλουν γλώτταις, καὶ ἐμεγάλυνον τὸν Θεὸν, ὡς ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Πράξεων γέγραπται, Μήτι τὸ ὕδωρ κωλῦσαι δύναταί τις, τοῦ μὴ βαπτισθῆναι τούτοις, οἳ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔλαβον ὡς καὶ ἡμεῖς; τοῦτο μονονουχὶ καὶ ὁ Τιμόθεος εἶπεν, ὅτι παρὰ Θεοῦ κληθεὶς καὶ ἄξιος νομισθεὶς τῶν ἁγιασμάτων, φωτισθῆναι ὀφείλει.

A baptizari debere. Quia enim non malitiose ad sanctorum donorum communionem accessit, et opportunitate usus est ab aliquo non prohibitus; forte ignorantibus qui aderant fidelibus, et ipso etiam qui communionem impertiit, cum esse catechumenum; videtur a Deo esse vocatus. Et quod sanctus apostolus Petrus dixit de Cornelio, et iis qui circa eum erant: quo tempore cum essent catechumeni Spiritus sanctus in eos cecidit, et loquebantur linguis, et Deum glorificabant[6], ut in Actorum libro scriptum est: « Numquid aquam prohibuerit quis-« piam, quominus ii baptizentur, qui sanctum Spiri-« tum sicut nos acceperunt? » hoc propemodum etiam dixit Timotheus, quod a Deo vocatus, et sacramentis dignus existimatus, debet illuminari.

B

« Ἐὰν δαιμονιζόμενος κατηχούμενος ᾖ, καὶ θελήσῃ αὐτὸς, ἢ οἱ ἴδιοι αὐτοῦ, ἵνα λάβῃ τὸ ἅγιον βάπτισμα· ὀφείλει λαβεῖν ἢ οὔ, καὶ μάλιστα ἐὰν περὶ τὸν θάνατόν ἐστιν; »

Interrogatio.

« Si catechumenus a dæmone corripiatur, et voluerit ipse vel sui, ut sanctum baptismum accipiat, debetne accipere an non, et maxime si morti propinquus fuerit? »

Ἀπόκρισις.

« Ἐὰν ὁ δαιμονιζόμενος μὴ καθαρισθῇ ἀπὸ τοῦ ἀκαθάρτου πνεύματος, οὐ δύναται λαβεῖν τὸ ἅγιον βάπτισμα· περὶ δὲ τὴν ἔξοδον βαπτίζεται. »

Responsio.

« Si is, qui a dæmone corripitur, non fuerit ab immundo spiritu mundatus, non potest sanctum baptismum accipere; sed in exitu a vita baptizatur. »

ΒΑΛΣ. Ὁ δαιμονιζόμενος εἶναι δοκεῖ οἰκητήριον δαίμονος. Κρίνεται τοίνυν, ὡς εἰ μὴ ἄξιον αὐτοῦ τὸν ἄνθρωπον εὗρε τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα κατοικητήριον, οὐκ ἂν ᾤκησεν ἐν αὐτῷ. Ὁ δὲ βαπτιζόμενος, διὰ τοῦ βαπτίσματος, τὴν χάριν τοῦ ἁγίου Πνεύματος δέχεται ἐνοικοῦσαν αὐτῷ· Πῶς οὖν ἐν ταὐτῷ δυνατόν ἐστι τὸν αὐτὸν δύο ἐναντίων δεκτικὸν γενέσθαι; διὰ τοῦτο τὸν κατηχούμενον καὶ μὴ ἀπαλλαγέντα τοῦ ἐνοχλοῦντος αὐτὸν δαίμονος, οὐκ ἔκρινεν ὁ Πατὴρ τοῦ θείου βαπτίσματος ἄξιον. Εἰ δὲ καὶ τελευτᾷ, φησὶ, βαπτισθήσεται, ἵνα μὴ ἀμέτοχος τῆς χάριτος τοῦ βαπτίσματος, τοῦ βίου ἐξελθὼν, στερηθῇ τοιούτου ἐφοδίου, καὶ ἀσημάντος ἀπέλθῃ.

C

Ἐρώτησις.

« Ἐὰν πιστός τις ὢν δαιμονίζεται, ὀφείλει μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων μυστηρίων ἢ οὔ; »

Interrogatio.

« Si quis, cum sit fidelis, a dæmone corripiatur: debetne esse sanctorum mysteriorum particeps, an non? »

Ἀπόκρισις.

« Ἐὰν μὴ ἐξαγορεύῃ τὸ μυστήριον, μήτε ἄλλως πως βλασφημῇ, μεταλαμβανέτω· μὴ μέντοι καθ' ἑκάστην. Ἀρκεῖ γὰρ αὐτῷ κατὰ καιροὺς μόνον. »

Responsio.

« Si mysterium non enuntiet, nec ullo alio modo blasphemet, sit particeps: sed non singulis diebus. Sufficit enim, si statis solum temporibus. »

ΒΑΛΣ. Ὁ Ἰούδας ἐξαγορεῦσαι λέγεται τὸ μυστήριον, ὡς ἃ ἐδιδάχθη παρὰ Κυρίου ἐκκαλύψας τοῖς Ἰουδαίοις, οἷα διαπιστῶν αὐτοῖς, καὶ μηδὲ τῷ ταῦτα διδάσκοντι ὡς Θεῷ προσέχων, ἀλλ' ὡς ἀνθρώπῳ ψιλῷ. Ὁ δὲ δαιμονιζόμενος, εἰ μὲν διόλου μαίνεται, οὔτε τῶν ἁγιασμάτων ἀξιωθήσεται, οὔτε τὸ μυστήριον ἐξαγορεύων καὶ βλασφημῶν κατακριθήσεται, ὡς μὴ εἰδὼς ὃ ποιεῖ. Εἰ δὲ διαλείμματα ἔχει, καὶ ἐν τῷ καιρῷ, ᾧ συμφορεῖ, διασύρει τὸ μυστήριον καὶ βλασφημεῖ· οὐ μόνον τῶν ἁγιασμάτων οὐ μεθέξει, ἀλλ' οὐδὲ πιστοῖς συνεύξεται ἢ συναριθμήσεται. Ὥστε ὁ θεῖος οὗτος Πατὴρ περὶ δαιμονιζομένου καὶ διαλείμματα

D

[6] Act. x, 44 seqq.

niaco, qui habet intervalla, dicit : Si ergo quando a dæmone non agitatur nihil contra fidem dixerit, erit sacramentorum particeps.

Interrogatio.

« Si quis catechumenus, cum esset infirmus, emotæ mentis factus sit, nec possit ipse fidem confiteri, suique suadeant, ut donec vivit sanctum baptismum accipiat, debetne accipere, an non? »

Responsio.

« Debet accipere, si non ab immundo spiritu tentetur. »

Bals. Interrogatio erat de catechumeno, qui propter morbum emotæ mentis est, ut non posset interrogatus quæ in baptismo respondentur respondere, an cum baptizare oporteat? Responsio autem est, quod oportet eum qui ita se habet baptizari, et merito ; quia, quod est catechumenus videtur eo se esse animo ostendisse, ut fidem amplectatur, et quamvis in baptismate non respondeat, prius tamen animi sui institutum ostendit. Sin autem ab immundo spiritu tenetur, non baptizabitur, inquit,sed fiet ei, sicut superius dictum est.

Interrogatio.

« Si uxor cum suo marito noctu cohabitarit, vel maritus cum uxore, et fiat coitio, debentne communicare, an non?

Responsio.

« Non debent, cum clamet apostolus : « Ne fraudate vos invicem, nisi ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi ; et rursus ad idem conveniatis, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram [7]. »

Bals. De iis qui legitime cohabitant est interrogatio, an debent nocte illa simul congressi esse sacramentororum participes. Responsio vero est, quod non debent : et ad dicti sui confirmationem magni Pauli verbis usus est.

Interrogatio.

« Si mulier catechumena dederit nomen suum, ut baptizaretur, et die baptismatis illi sit secundum consuetudinem mulierum, debetne eo die baptizari, an differre, et quantum differre? »

Responsio.

« Debet differre donec purgata fuerit. »

Interrogatio.

« Si mulier consueta sibi muliebria accidisse viderit, debet ne ad sancta mysteria accedere an non? »

Responsio.

« Non debet usque dum purgetur. »

Bals. Qui divino baptismate digni erant habendi, describenbatur ab iis qui munus ecclesiasticum exercebant. Si ergo, inquit, descripta mulier, tanquam

[7] I Cor. VII, 5.

A ἔχοντος λέγει. Ἐὰν οὖν, ὅτε οὐκ ἐνεργεῖται ὑπὸ τοῦ δαίμονος, οὐδὲν κατὰ τῆς πίστεως λέγῃ, μεταλήψεται τῶν ἁγιασμάτων.

Ἐρώτησις.

« Ἐάν τις κατηχούμενος, ὢν ἀσθενὴς, γένηται ἐκ φρενὸς, καὶ μὴ δύνηται ἑαυτὸς ὁμολογῆσαι τὴν πίστιν, καὶ παρακαλῶσιν οἱ ἴδιοι αὐτοῦ, ἵνα λάβῃ τὸ ἅγιον βάπτισμα, ἕως ζῇ· ὀφείλει λαβεῖν, ἢ οὔ ;

Ἀπόκρισις.

« Ὀφείλει λαβεῖν, ἐὰν μὴ ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου πειράζηται. »

ΒΑΛΣ. Ἡ ἐρώτησις ἦν περὶ κατηχουμένου καὶ ἐκ νόσου ἔξω φρενῶν γενομένου, ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτὸν ἐρωτώμενον τὰς ἐν τῷ βαπτίσματι ἀποκρίσεις B ἀποκρίνεσθαι, εἰ δει τοῦτον βαπτίζεσθαι ; Ἡ δὲ ἀπόκρισις, ὅτι δεῖ βαπτίζεσθαι αὐτὸν καὶ οὕτως ἔχοντα, καὶ εἰκότως. Ἐπεὶ γὰρ κατηχούμενος ἦ, ἔδειξε προαίρεσιν, ὅτι ἀσπάζεται τὴν πίστιν, καὶ κἂν μὴ ἐν τῷ βαπτίσματι ἀποκρίνηται, ἔφθασε δεῖσαι τὴν οἰκείαν προαίρεσιν. Εἰ δὲ ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου πειράζεται, οὐ βαπτισθήσεται φησὶν, ἀλλὰ γενήσεται αὐτῷ, καθὼς ἄνωθεν εἴρηται.

Ἐρώτησις.

« Ἐὰν γυνὴ συγγένηται μετὰ ἀνδρὸς αὐτῆς τὴν νύκτα, ἢ ἀνὴρ μετὰ γυναικὸς, καὶ γένηται μίξις· ὀφείλουσι μεταλαβεῖν, ἢ οὔ ; »

Ἀπόκρισις.

« Οὐκ ὀφείλουσι, τοῦ Ἀποστόλου βοῶντος· Μὴ C ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν ἵνα σχολάσητε τῇ προσευχῇ· καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθε, ἵνα μὴ πειράσῃ ὑμᾶς ὁ Σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν. »

ΒΑΛΣ. Περὶ τῶν ἐννόμως συνοικιζομένων ἡ ἐρώτησις, εἰ ὀφείλουσι μεταλαβεῖν, κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην συνελθόντες ἀλλήλοις. Ἡ δὲ ἀπόκρισις, ὅτι οὐκ ὀφείλουσι. Καὶ εἰς σύστασιν τοῦ οἰκείου λόγου τοῖς ῥήμασιν ἐχρήσατο τοῦ μεγάλου Παύλου.

Ἐρώτησις.

« Ἐὰν γυνὴ κατηχουμένη δέδωκε τὸ ὄνομα αὐτῆς, ἵνα φωτισθῇ, καὶ περὶ τὴν ἡμέραν τοῦ βαπτίσματος γέγονεν αὐτῇ τὸ κατ' ἔθος τῶν γυναικῶν· ὀφείλει φωτισθῆναι αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, ἢ ὑπερθέσθαι, καὶ πόσον ὑπερθέσθαι. »

D Ἀπόκρισις.

« Ὑπερθέσθαι ὀφείλει, ἕως οὗ καθαρισθῇ. »

Ἐρώτησις.

« Ἐὰν γυνὴ ἴδῃ τὸ κατ' ἔθος τῶν γυναικείων αὐτῆς, ὀφείλει προσέρχεσθαι τοῖς μυστηρίοις αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, ἢ οὔ ; »

Ἀπόκρισις.

« Οὐκ ὀφείλει, ἕως οὗ καθαρισθῇ. »

ΒΑΛΣ. Οἱ μέλλοντες καταξιοῦσθαι τοῦ θείου βαπτίσματος, ἀπεγράφοντο παρὰ τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐνεργούντων. Ἐὰν οὖν γυνὴ, φησὶν, ἀπογραφεῖσα, ὡς

μέλλουσα βαπτισθῆναι, γένηται ἐν ῥύσει τῶν ἐμμήνων· πότε δεῖ αὐτὴν φωτισθῆναι ; Καὶ ἀπεκρίθη πρὸς τοῦτο ὁ θεῖος οὗτος Πατὴρ, ὅτι ὅτε καθαρθῇ. Ἕως γὰρ αἱ νενομισμέναι παρέλθωσιν ἡμέραι, ἐν ἀκαθαρσίᾳ κρίνεται εἶναι, καὶ οὔτε βαπτισθήσεται, οὔτε τῶν θείων μυστηρίων ἀξιωθήσεται.

Ἐρώτησις.

« Γυνὴ ἐὰν γεννήσῃ, τὸ Πάσχα ὀφείλει νηστεῦσαι καὶ μὴ πιεῖν οἶνον, ἢ ἀπολύεται τῆς νηστείας, καὶ τοῦ μὴ πιεῖν οἶνον, διὰ τὸ γεννῆσαι ; »

Ἀπόκρισις.

« Ἡ νηστεία ἐπενοήθη διὰ τὸ σῶμα ταπεινῶσαι (2). Εἰ οὖν τὸ σῶμα ἐν ταπεινώσει ἐστὶ καὶ ἀσθενείᾳ, ὀφείλει καταλαβεῖν (3), καθὼς βούλεται καὶ δύναται βαστάσαι, τροφῆς καὶ ποτοῦ. »

ΒΑΛΣ. Ἠρωτήθη, εἰ ὀφείλει γυνὴ τεκοῦσα κατὰ τὴν Τεσσαρακοστὴν τοῦ Πάσχα, πιεῖν οἶνον, καὶ τῆς νηστείας λυθῆναι. Καὶ ἀπεκρίθη, ὅτι ἡ νηστεία διὰ ταπείνωσιν τοῦ σώματος ὡρίσθη. Ἐὰν δὲ τὸ σῶμα τεταπεινωμένον καὶ ἀσθενὲς ᾖ, ἀλλοθεν οὐ δεῖται τῆς ἐκ τῆς νηστείας παιδαγωγίας, ἀλλὰ μᾶλλον συστάσεως χρῄζει καὶ ἀνακτήσεως. Ὀφείλει οὖν ἡ τεκοῦσα κατὰ τὸ Πάσχα, ἤγουν ἐν τῇ διὰ τὸ Πάσχα γινομένῃ νηστείᾳ, καὶ οἴνῳ χρήσασθαι καὶ βρώματι.

Ἐρώτησις.

« Εἰ ὀφείλει κληρικὸς εὔχεσθαι παρόντων Ἀρρειανῶν, ἢ ἄλλων αἱρετικῶν· εἰ οὐδὲν αὐτὸν βλάπτει, ὅταν αὐτὸς ποιῇ τὴν εὐχὴν, ἤγουν τὴν προσφοράν. »

Ἀπόκρισις.

« Ἐν τῇ θείᾳ ἀναφορᾷ ὁ διάκονος προσφωνεῖ πρὸ τοῦ ἀσπασμοῦ· Οἱ ἀκοινώνητοι, περιπατήσατε. Οὐκ ὀφείλουσιν οὖν παρεῖναι, εἰ μὴ ἂν ἐπαγγέλλωνται μετανοεῖν καὶ ἐκφεύγειν τὴν αἵρεσιν. »

ΒΑΛΣ. Ἡ ἐρώτησις περὶ κληρικοῦ, εἰ ὀφείλει εὔχεσθαι παρόντων αἱρετικῶν, ἤγουν προσφέρει τὴν ἀναίμακτον θυσίαν. Καὶ ἀπεκρίθη, ὅτι (4) μέλλουσι προσάγεσθαι τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ Ἅγια, λέγεται τοῖς ἀμυήτοις· Οἱ ἀκοινώνητοι, περιπατήσατε, ἤγουν, Οἱ κατηχούμενοι, προσέλθετε (5). Εἰ οὖν οἱ κατηχούμενοι οὐκ ἐῶνται παρεῖναι τελουμένης τῆς θυσίας, πῶς αἱρετικοὶ ἐαθήσονται ; Εἰ μήπου ἐπαγγέλλωνται (6), φησὶ, μετανοεῖν καὶ ἀφίστασθαι τῆς αἱρέσεως· καὶ τότε δὲ, οἶμαι, οὐκ ἐντὸς τοῦ ναοῦ παραχωρηθήσονται εἶναι, ἀλλ' ἔξω μετὰ τῶν κατηχούνων· ὡς εἰ μὴ ἐπαγγέλλονται ἀφίστασθαι τῆς αἱρέσεως, οὐδὲ τοῖς κατηχουμένοις συστήσονται, ἀλλ' ἐκδιωχθήσονται.

Ἐρώτησις.

« Ἐάν τις ᾖ ἀσθενῶν καὶ ἐκτακεὶς πάνυ ἀπὸ τῆς πολλῆς ἀσθενείας, καὶ ἔλθῃ τὸ ἅγιον Πάσχα· πάντως ὀφείλει νηστεῦσαι, ἢ ἀπολύει αὐτὸν ὁ κληρικὸς λαμβάνειν, οὗ δύναται, ἢ καὶ ἔλαιον καὶ οἶνον, διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ ἀσθένειαν· »

(2) Διὰ τὸ σῶμα ταπεινῶσαι. Lege, διὰ τὸ τὸ σῶμα, etc.

(3) Καταλαβεῖν. Lege, μεταλαβεῖν. EDIT.

(4) Ὅτι. Lege, ὅτι ὅτε. EDIT.

A baptizanda, in fluxum menstruorum inciderit, quando debet baptizari ? Ad quod divinus hic Pater respondit, quod quando purgata fuerit. Donec enim præstituti dies præterierint, impura esse judicabitur et nec baptizabitur, nec divinis mysteriis digna habebitur.

Interrogatio.

« Mulier si pepererit, debetne jejunare Pascha, et vinum non bibere : an a jejunio absolvitur et vinum bibere permittitur, eo quod pepererit ? »

Responsio.

« Excogitatum est jejunium, ut corpus humile reddatur. Si ergo corpus in humilitate et imbecillitate versatur, debet cibi et potus, quantum vult et potest, esse particeps. »

B BALS. Interrogatus est sanctus, an debet mulier, quæ in Paschæ quadragesima peperit, bibere vinum et a jejunio absolvi. Et respondit, quod jejunium ad corpus humiliandum decretum est. Quod si corpus humiliatum fuerit et infirmum, non aliunde jejunii disciplina indiget : sed confirmatione potius et recreatione opus habet. Debet ergo, quæ peperit in Paschate, hoc est, in jejunio quod fit propter Pascha, uti et vino et cibo.

Interrogatio.

« An debet clericus, præsentibus Arianis vel aliis hæreticis, orare ; et an eum nihil lædit quando illo facit orationem, seu oblationem ? »

Responsio.

C « In divina oblatione diaconus ante salutationem edicit : Qui non communicatis, ambulate. Non debent ergo interesse, nisi profiteantur se pœnitentiam acturos et hæresin vitaturos »

BALS. Interrogatio de clerico facta est : an debet præsentibus hæreticis orare, aut incruentum sacrificium offerre ; et respondit, quod quando ad sacram mensam sancta offerenda sunt, dicitur profanis : Qui non communicatis, ambulate, sive, Catechumeni, exite. Si ergo catechumeni non sinuntur adesse dum fit sacrificium, quomodo sinentur hæretici ? Nisi se, inquit, pœnitentiam acturos confiteantur, et ab hæresi cessaturos ; et tunc quoque, ut existimo, intra templum esse non sinentur, sed foris cum catechumenis ; quod si se ab hæresi abstenturos non profiteantur, ne cum catechumenis D quidem consistent, sed expellentur.

Interrogatio.

« Si quis sit ægrotus, et ex multa imbecillitate valde attenuatus, et ad sanctum Pascha venerit ; debetne omnino jejunare, an eum absolvit clericus, ut accipiat quod potest, vel etiam oleum et vinum propter multam ejus imbecillitatem ? »

(5) Προσέλθετε. Legendum videtur, παρέλθετε, vel ἐξέλθετε, ut interpres vertit. EDIT.

(6) Ἐπαγγέλλωται. Forte, ἐπαγγέλλονται, ut paulo infra. EDIT.

Responsio.

« Absolvi debet ægrotus, ut cibum et potum capiat, quantum ferre potest. Eum enim, qui semel attenuatus est, esse olei participem æquum est. »

Bals. De eo, qui ægrotat, et morbo consumptus est, fit interrogatio ; debetne in jejunio propter Pascha omnino jejunare, hoc est, inexcusabiliter et absque ulla commiseratione, an vinum et oleum sumere propter imbecillitatem ? Responsio autem dicit, quod is, qui morbo consumptus est, capere debet vinum et oleum, quantum ferre potest : perpetuo scilicet, vel in aliquibus diebus, secundum judicium ejus qui illum dispensat. Nota autem ex hoc canone et VIII, quod jejunium Quadragesimæ Paschæ est aridorum esus et a vino abstinentia. Nonnulli autem dicunt, in utrisque his canonibus jejunium in Paschate, esse sanctæ Passionis hebdomadam, et non omnem Quadragesimam.

Interrogatio.

« Si quis clericum vocaverit, ut matrimonio conjungat, audiat autem esse illicitum matrimonium, utpote vel amitæ conjugium, vel defunctæ uxoris esse sororem eam, quæ est matrimonio conjungenda, debetne sequi clericus vel facere oblationem ?»

Responsio.

« Uno verbo dicite : Si audiverit clericus illicitum matrimonium. Si ergo est illicitum matrimonium, non debet clericus alienis peccatis communicare.»

Bals. Oportet, inquit, clericos, qui ad matrimonii mysterium celebrandum vocantur ut orent, et sponsos conjungant, si audiverint esse illicitum matrimonium, nec abire, nec orare, nec offerre, et sic alienis peccatis communicare.

Interrogatio.

« Si laicus, qui somniavit, clericum interrogaverit an debet ei permittere communicare, an non ?»

Responsio.

« Si subest quidem mulieris desiderium, non debet : sin autem tentat eum Satanas, ut per hanc occasionem a divinorum mysteriorum communione alienetur, debet communicare. Neque enim cessabit tentator eo tempore, quando debet communicare, illum invadere. »

Bals. De iis, quibus visa se in somniis offerunt, quibus etiam fit fortasse fluxus seminis, dicit hic Pater, quod si mulieris desiderium in eo qui somniat, cogitatio antea accenderit, et mens in desiderio perstiterit eique assensus est, et ex eo illi visio oblata est, et fluxio seminis est consecuta, non debet communicare. Et merito : assensio enim ejus, qui somniavit, mentem polluit, et quomodo cum hac cogitatione ad Sancta accedet ? Sin autem nihil tale præcessit, est diaboli, inquit, tentatio ; ut sic eum alienet a divina communione : et oportet eum communicare. Si enim sciverit Malus se per somnium efficere, ne sit sacramenti particeps : non ces-

Ἀπόκρισις.

« Ἀπολύεσθαι ὀφείλει μεταλαμβάνειν καὶ τῆς τροφῆς καὶ τοῦ ποτοῦ ὁ ἀσθενῶν, πρὸς ὃ δύναται βαστάσαι. Τὸ γὰρ μεταλαμβάνειν ἐλαίου τὸν ἅπαξ ἐκτακέντα, δίκαιόν ἐστιν. »

ΒΑΛΣ. Περὶ νοσοῦντος καὶ ἐκτακέντος ὑπὸ τῆς νόσου ἡ ἐρώτησις· εἰ ὀφείλει ἐν τῇ διὰ τὸ Πάσχα νηστείᾳ πάντως νηστεῦσαι, ἀντὶ τοῦ, ἀπαραιτήτως, ἀσυμπαθῶς, ἢ μετασχεῖν οἴνου καὶ ἐλαίου διὰ τὴν ἀσθένειαν. Ἡ δὲ ἀπόκρισις λέγει, ὅτι τὸν ἐκτακέντα ἐκ νόσου, δίκαιον καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου μεταλαμβάνειν, ὡς δύναται ὑπομεῖναι, ἤγουν, ἢ διόλου, ἢ ἐν ἡμέραις τισὶ, κατὰ τὴν κρίσιν τοῦ οἰκονομοῦντος αὐτόν. Σημειωτέον οὖν ἐκ τούτου τοῦ κανόνος καὶ ἐκ τοῦ η', ὅτι ἡ νηστεία τῆς Τεσσαρακοστῆς τοῦ Πάσχα ξηροφαγία ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ οἴνου ἀποχή. Τινὲς δὲ καὶ ἐν ἀμφοῖν τοῖς κανόσι τούτοις, τὴν ἐν τῷ Πάσχα νηστείαν, τὴν τῶν ἁγίων Παθῶν ἑβδομάδα λέγουσιν εἶναι, καὶ οὐ πᾶσαν τὴν Τεσσαρακοστήν.

Ἐρώτησις.

« Εἰς τὸ ζεῦξαι γάμον ἐὰν καλέσῃ τις κληρικὸν, ἀκούσῃ δὲ τὸν γάμον παράνομον, ἢ θειογαμίαν, ἤγουν ἀδελφὴν τελευτησάσης γυναικὸς τὴν μέλλουσαν ζεύγνυσθαι, εἰ ὀφείλει ἀκολουθῆσαι ὁ κληρικὸς, ἢ προσφορὰν ποιῆσαι ; »

Ἀπόκρισις.

« Ἅπαξ εἴπατε· Ἐὰν ἀκούσῃ ὁ κληρικὸς τὸν γάμον παράνομον. Εἰ οὖν ὁ γάμος παράνομός ἐστιν, οὐκ ὀφείλει ὁ κληρικὸς κοινωνειν ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις. »

ΒΑΛΣ. Τοὺς κληρικοὺς δεῖ, φησὶ, καλουμένους εἰς τελετὴν γάμων, ὥστε εὔξασθαι καὶ συζεῦξαι τοὺς νυμφευομένους, εἰ ἀκούσουσι παράνομον εἶναι τὸν γάμον, μὴ ἀπέρχεσθαι, μήτε εὔχεσθαι, μήτε προσφέρειν, καὶ οὕτω κοινωνεῖν ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις.

Ἐρώτησις.

« Ἐὰν ὀνειρασθεὶς ὁ λαϊκὸς ἐρωτήσῃ κληρικὸν, εἰ ὀφείλει ἐπιτρέψαι αὐτῷ κοινωνῆσαι, ἢ οὔ ; »

Ἀπόκρισις.

« Εἰ μὲν ὑπόκειται ἐπιθυμία γυναικὸς, οὐκ ὀφείλει· εἰ δὲ ὁ Σατανᾶς πειράζει αὐτὸν, ἵνα διὰ τῆς προφάσεως ταύτης ἀλλοτριῶται τῆς κοινωνίας τῶν θείων μυστηρίων, ὀφείλει κοινωνῆσαι. Ἐπεὶ οὐ παύσεται ὁ πειράζων κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ὅτε ὀφείλει κοινωνεῖν, ἐπιτιθέμενος αὐτῷ. »

ΒΑΛΣ. Περὶ τῶν ἐν ὀνείροις φανταζομένων, οἷς καὶ σπέρματος ἴσως γίνεται ἐκροὴ, φησὶν ὁ Πατὴρ οὗτος, ὅτι εἰ μὲν πρὸ τούτου προσέβαλλε τῷ ὀνειρασθέντι ἐπιθυμίας γυναικὸς λογισμοὺς, καὶ ἐνέμεινεν ὁ νοῦς ἐπὶ τῇ ἐπιθυμίᾳ, καὶ ἐνεφιλοχώρησε ταύτῃ, κἀντεῦθεν ἡ φαντασία, ἐπῆλθε ἡ ῥύσις τοῦ σπέρματος· οὐκ ὀφείλει μεταλαβεῖν. Καὶ εἰκότως· ἡ γὰρ συγκατάθεσις ἐμόλυνε τὸν λογισμὸν τοῦ ὀνειρασθέντος. Καὶ πῶς μετὰ τοιούτου λογισμοῦ προσελεύσεται τοῖς Ἁγίοις ; Εἰ δὲ οὐδὲν τοιοῦτον προηγήσατο, τοῦ διαβόλου, φησὶν, ἐστὶ πεῖρα, ἵνα οὕτως ἀποξενῶται αὐτὸν τῆς θείας κοινωνίας· καὶ δεῖ αὐτὸν κοινωνεῖν. Εἰ γὰρ ἴδῃ ὁ Πονηρὸς οὕτω κατορθούμενον

τὸ μὴ μετέχειν αὐτὸν τῶν ἁγιασματων, οὐ παύσεται ἐπιβουλευων τῷ ἀνθρώπῳ, ὁσάκις ἂν γνῶ αὐτὸν θέλοντα μεταλαβεῖν.

Ἐρώτησις.

« Τοῖς ζευγνυμένοις εἰς γάμου κοινωνίαν, περὶ ποίων ἡμερῶν τῆς ἑβδομάδος παρατίθεσθαι χρὴ ἀπέχεσθαι τῆς πρὸς ἀλλήλους κοινωνίας, καὶ ποίας ἔχειν ἐπ' ἐξουσίας ; »

Ἀπόκρισις.

« Προείρηκα καὶ νῦν λέγω· ὁ Ἀπόστολος λέγει Μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν, ἵνα σχολάσητε τῇ προσευχῇ, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἦτε, ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ Σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν. Ἐξ ἀνάγκης δὲ τὸ Σάββατον καὶ τὴν Κυριακὴν ἀπέχεσθαι δεῖ, διὰ τὸ ἐν αὐταῖς τὴν πνευματικὴν θυσίαν ἀναφέρεσθαι τῷ Κυρίῳ. »

Ἐρώτησις.

« Ἐάν τις μὴ ἔχων ἑαυτὸν, χειρίσηται, ἢ κρημνήσῃ ἑαυτὸν, εἰ γίνεται προσφορὰ, ἢ οὔ. »

Ἀκόκρισις.

« Ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ διακρῖναι ὀφείλει ὁ κληρικὸς, τὸ (7) ἀληθὲς ἐκφρενὴς ὢν, πεποίηκε τοῦτο. Πολλάκις γὰρ οἱ διαφέροντες τῷ πεπονθότι, θέλοντες τυχεῖν τῆς προσφορᾶς καὶ τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ εὐχῆς, καταψεύδονται, καί λέγουσιν, ὅτι οὐκ εἶχεν ἑαυτόν· ἐνίοτε δὲ ἀπὸ ἐπηρείας ἀνθρώπων ἢ ἄλλως πως ἀπὸ ὀλιγωρίας πεποιηκέναι τοῦτο. Οὐ χρὴ προσφορὰν ἐπάνω αὐτῷ γενέσθαι· αὐτοφονευτὴς γὰρ ἑαυτοῦ ἐστι. Δεῖ οὖν πάντως τὸν κληρικὸν μετὰ ἀκριβείας ἐρευνῆσαι, ἵνα μὴ ὑπὸ κρῖμα πέσῃ. »

ΒΒΛΣ. Ἐρωτηθείς, ὡς εἰ μὴ ἔχων τις ὑγιᾶ τὸν λογισμὸν, ἀλλὰ παρατραπεὶς τὰς φρένας, αὐτόχειρ γένηται ἑαυτοῦ, ἢ κατὰ κρημνοῦ ὠθήσει ἑαυτὸν· ἐὰν χρὴ ὑπὲρ αὐτοῦ εὐχὴν γενέσθαι, ἢ προσφοράν· εἶπεν, ὅτι ἐὰν ἀληθῶς ἔξω φρενῶν γενόμενος ὁ ἄνθρωπος, καὶ μὴ εἰδὼς ὃ ποιεῖ, διεχειρίσατο ἑαυτὸν, ἢ ἐκρήμνισεν, ἢ ἄλλως διέφθειρε· γενήσεται ὑπὲρ αὐτοῦ δέησις καὶ προσφορά. Δεῖ δὲ τοὺς εἰς εὐχὴν προσκαλουμένους ἀκριβοῦσθαι περὶ τούτου, μήποτε ἢ ἐκ μικροψυχίας, ἢ ἐξ ἐπηρείας ἀνθρώπων, ἢ ἄλλως πως, ἑκὼν καὶ εἰδὼς ὃ ποιεῖ, διεχειρίσατο ἑαυτόν. Ὑπὲρ γὰρ τοῦ τοιούτον οὐ δεῖ, οὔτε εὔχεσθαι, οὔτε προσφέρειν, ὅτι αὐτοφονευτής ἐστι.

Ἐρώτησις.

« Ἐάν τινος γυνὴ πνευματιᾷ, ὥστε καὶ σίδηρα φορεῖν, ὁ δὲ ἀνὴρ λέγει, ὅτι Οὐ δύναμαι ἐγκρατεύεσθαι, καὶ θέλει λαβεῖν ἄλλην· ὀφείλει λαβεῖν ἑτέραν, ἢ οὔ ; »

Ἀπόκρισις·

« Μοιχεία μεσολαβεῖ τῷ πράγματι· καὶ περὶ τούτου τί ἀποκρίνεσθαι οὐκ ἔχω, ἢ ἐφευρίσκω. »

ΒΑΑΣ. Περὶ ἀνδρὸς ἡ ἐρώτησις ἔχοντος γυναῖκα πνευματιῶσαν, ἤγουν πνεύματι πονηρῷ συνεχομένην, καὶ οὕτως μαινομένην, ὡς καὶ σιδήροις δεσμεῖσθαι, ἵνα μὴ ἑαυτὴν ἀπολέσῃ ἢ ἑτέρους βλάψῃ, τί

A sabit homini. Insidiari, quoties cum velle communicare cognoverit.

Interrogatio.

« Iis, qui matrimonii societate junguntur, in quibusnam septimanæ diebus proponere oportet. ut a mutuo congressu abstineant, et quibusnam potestatem habeant ? »

Responsio.

« Quod ante dixi,nunc quoque dico. Dicit Apostolus : « Ne fraudate vos invicem, nisi forte ex consensu ad tempus ; ut vacetis orationi ; et rursus « ad idem conveniatis, ne vos tentet Satanas propter incontinentiam vestram [8]. » Necessario autem Sabbato et die Dominico abstinere oportet, quod spirituala sacrificium in eis Domino offeratur. »

B

Interrogatio.

« Si quis, cum sui compos non esset, sibi manum attulerit, vel etiam se præcipitavvrit, an ne oblatio an non ? »

Responsio.

« Hoc debet clericus discernere, an quum revera mentis compos non esset, hoc fecerit. Sæpe enim ii, qui ad eum cui hoc accidit pertinent, volentes assequi oblationem et orationem pro ipso mentiuntur, et dicunt eum non fuisse apud se ? nonnunqam autem propter insultationem hominum, vel aliquo alio modo per negligentiam hoc fecisse Pro hujusmodi oblatio non est facienda : est enim sui homicida. Oportet ergo clericum accurate sciscitari, ne

C in judicium incidat. »

Bals. Interrogatus sanctus, si is, qui non est sanæ mentis, sed emotæ, sibi mortem consciverit, vel se deorsum præcipitem dederit : an pro eo facienda sit oratio vel oblatio ? dixit quod si homo quidem revera emotæ mentis, et nesciens quid ageret, sibi manum attulerit, vel se præcipitaverit, vel aliquo modo interemerit ; fiet pro eo oblatio et oratio. Oportet autem eos, qui ad orationem evocantur, subtiliter investigare ; nunquid vel propter animi timiditatem, vel hominum insultationem, vel aliquo alio modo, prudens ac sciens quid ageret, sibi manum attulerit. Pro tali enim nec orare, nec offerre oportet, quoniam sui homicida est.

Interrogatio.

D « Si alicujus uxor spiritu corripitur, ut ferreos etiam compedes gestet, vir autem dicat : Non possum continere, et velit aliam accipere : debetne aliam accipere an non ? »

Responsio.

« In hac re quidem adulterium intercedit, nec habeo, aut invenio quid de ea respondeam. »

Bals. Interrogatio est de marito, qui habet uxorem spiritu correptam, seu spiritu mala agitatam, et ita furentem, ut etiam ferreis compedibus, manicisque ligetur, ne seipsam interficiat, vel alios

[8] I Cor. VII, 5.

(7) Τό. Lege, εἰ τό. Edit.

lædat, cum qua ipse rem habere non potest; dicit autem se non posse continere, et vult aliam uxorem legitimam accipere. Responsio autem est, se nihil posse dicere. Est enim adulterium, si constante matrimonio, vir aliam mulierem ducat in matrimonium. Ex novella autem imperatoris domini Leonis Philosophi marito concessum est, mulieris quæ perpetua insania laborat, solvere matrimonium : soluto autem matrimonio, licet marito aliam uxorem introducere.

Interrogatio.

« Si quis jejunans, ut communicet, os lavans, vel in balneo aquam bibit nolens : debetne communicare ? »

Responsio.

« Quia etiam invenit Satanas occasionem prohibendi eum a communione, frequentius hoc faciet. »

Interrogatio.

« Sermonem Dei sæpe audientes et non facientes, an sumus judicio obnoxii ? »

Responsio.

« Si non faciamus, nec nos accusare contingit, quod audientes non pareamus. Est autem pars salutis seipsos accusare. »

Interrogatio.

« Ex quanam ætate a Deo judicantur peccata ? »

Responsio.

« Ex uniuscujusque cognitione et prudentia : illi quidem a decennio : hi vero a majori ætate. »

Bals. Ex uniuscujusque cognitione et intelligentia dicit a Deo peccata judicari. Pueri enim, qui sunt acrioris et vigilantioris naturæ bonum et malum citius discernunt : qui autem sunt hebetioris tardiorisque ingenii, tardi sunt ad cognitionem ejus quod fieri oportet. Ideo illis quidem dicit ab anno decimo reputari peccatum : his vero a majori et perfectiori ætate.

(8) Θέλοντός τε Forte, θέλοντος δέ. Edit.

A συνελθεῖν αὐτὸν ἀδύνατον, καὶ λέγοντος σωφρονεῖν, θέλοντός τε (8) λαβεῖν γυναῖκα ἑτέραν νομίμως. Ἡ δὲ ἀπόκρισις, ὅτι οὐ δύναταί τε εἰπεῖν. Μοιχεία γάρ ἐστι, τὸ, ἔτι συνισταμένου τοῦ γάμου, ἑτέραν ἀγαγέσθαι τὸν ἄνδρα γυναῖκα εἰς συμβίωσιν. Ἐκ δὲ τῆς νεαρᾶς τοῦ βασιλέως κυρίου Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου, δέδοται τῷ ἀνδρὶ, μαινομένης διηνεκῆ μανίαν τῆς γυναικὸς, λύειν τὸν γάμον· τοῦ γάμου δὲ λυθέντος, ἔξεστι τῷ ἀνδρὶ ἑτέραν νομίμως εἰσοικίσασθαι.

Ἐρώτησις.

« Ἐὰν νηστεύων τις ἐπὶ τῷ κοινωνῆσαι, νιπτόμενος τὸ στόμα ἢ ἐν τῷ βαλανείῳ κατέπιεν ὕδωρ μὴ θέλων· ὀφείλει κοινωνῆσαι ;

Ἀπόκρισις.

« Ἐπεὶ εὗρεν ὁ Σατανᾶς ἀφορμὴν τοῦ κωλεύειν αὐτὸν τῆς κοινωνίας, συχνότερον τοῦτο ποιήσει. »

Ἐρώτησις.

« Συχνῶς ἀκούοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ ποιοῦντες, ἆρα ὑπὸ κατάκρισίν ἐσμεν ; »

Ἀπόκρισις.

« Εἰ καὶ μὴ ποιοῦμεν, ἀλλ' οὐκ ἐνδέχεται μὴ μέμφεσθαι ἑαυτοὺς, ὅτι ἀκούοντες παρακούομεν· μέρος δὲ σωτηρίας ἐστὶ καὶ τὸ μέμφεσθαι ἑαυτούς. »

Ἐρώτησις.

« Ἐκ ποίας κείρας κρίνονται παρὰ Θεοῦ τὰ ἁμαρτήματα ; »

Ἀπόκρισις.

« Πρὸς τὴν γνῶσιν ἑκάστου καὶ τὴν φρόνησιν. Οἱ μὲν ἀπὸ δεκαετοῦς κείρας, οἱ δὲ καὶ μείζονος. »

ΒΑΛΣ. Πρὸς τὴν γνῶσιν ἑκάστου καὶ τὸ φρόνημα ἔθη κρίνεσθαι τῷ Θεῷ τὰ ἁμαρτήματα. Οἱ μὲν γὰρ ὀξυτέρας φυσεως ὄντες τῶν παίδων καὶ μᾶλλον ἐγρηγορυίας, συντομώτερον διακρίνουσι τὸ καλὸν καὶ τὶ τὸ χεῖρον· οἱ δὲ νωθροτέρας τυχόντες καὶ ἀναπεπτωκυίας ἕξεως, βραδεῖς εἰσι πρὸς τὴν γνῶσιν τοῦ δέοντος. Διὸ τοῖς μὲν ἀπὸ γικάτου ἐνιαυτοῦ τῆς ἡλικίας αὐτῶν λογίζεσθαι εἶπε τὰ ἁμαρτήματα, τοῖς δὲ ἐκ μείζονος καὶ τελεωτέρας.

TIMOTHEI ALEXANDRINI EPISTOLA

AD DIODORUM TYRENSEM EPISCOPUM.

(Apud Facundum Hermianensem ; Opp. Sirmondi, t. II, p. 512 ed. Paris.)

Domino meo, per cuncta honorabili et sanctissimo episcopo et consacerdoti Diodoro, Thimotheus in Christo salutem.

Virtutem tuam et vitæ perfectionem et zelum rectæ et apostolicæ tuæ fidei, pro dignitate prædicare nequaquam potero, etiam si nimium properavero : non enim æquantur sermones et res. Vobis ex certo donatum est, non solum credere in Christum Jesum, sed etiam pro ipso pati. Hanc tuam rectam et beatam circa Deum voluntatem, et inde-

clinabilem circa pietatis mysterium conscientiam, olim vobis inesse et divinus papa noster Athanasius attestatus est vestræ religiositati, et nos suos discipulos adduxit ad amandam tuam perfectionem, et orare a Deo in multos annorum circuitus præservari vestram vitam, ad utilitatem Ecclesiarum Christi.

ANNO DOMINI CCCLXXXI.

APOLINARIUS
LAODICENUS EPISCOPUS
NOTITIA,

(GALLAND., *Veterum Patrum Biblioth.*, t. V, Proleg. p. XXVII, et p. 359.)

I. Apolinarius, *patre presbytero* (*a*) sibi cognomine, Laodiceæ in Syria ortus, lector primum Laodicenæ illius Ecclesiæ, ut scribit Socrates (*b*), fuit ordinatus. Humaniorum disciplinarum peritia instructus, poeta quoque eximius atque orator insignis (*c*), ingenio, exercitatione, doctrina plurimum excelluit, omniumque scriptorum copiosissimus audiit (*d*). Et magnæ quidem in Ecclesia existimationis illum fuisse, passim ex veteribus intelligimus (*e*); qui propterea fuerit ad Laodicenam Ecclesiam regendam evectus. Neque enim de Apolinarii episcopatu dubitare cum Photio (*f*) fas est. Silent quidem hac de re Gregorius Nazianzenus, Basilius, Epiphanius, Theodoritus, Socrates ac Sozomenus; quin et Leontius Byzantinus eum presbyterum duntaxat appellat (*g*) : at vero Apolinarium fuisse antistitem Laodicenum testatur Hieronymus (*h*) qui eum probe noverat, quippe cum *ipsum audierit Antiochiæ frequenter et coluerit* (*i*). Neque aliter Rufinus (*j*), Nemesius (*k*), Philostorgius (*l*) aliique. Quandonam vero id contigerit, valde operosum est definire, si audias Lequienium (*m*). At illud saltem exploratum habemus concilio Alexandrino anno 362 ab Athanasio celebrato quosdam monachos interfuisse ab Apolinario episcopo in hoc ipsum missos (*n*) : Παρῆσαν καί τινες Ἀπολιναρίου τοῦ ἐπισκόπου μονάζοντες, παρ, αὐτοῦ εἰς τοῦτο πεμφθέντες. Cæterum cum constet, eo ipso tempore Laodicenam Ecclesiam rexisse quoque Pelagium, qui anno insequente 363 ad synodum Antiochenam perrexit, ut ex Socrate constat (*o*) ; existimarim equidem cum Tillemontio (*p*), Apolinarium Laodiceæ *ad mare* sitæ, Pelagium autem Laodiceæ *ad Libanum*, episcopos simul exstitisse

II. Porro Apolinarius, ingenii, eruditionis ac pietatis laudibus clarus ; qui nimirum hæreses multis voluminibus oppresserat, et inimicos fidei confutarat errores, ut ait Vincentius Lirinensis (*q*) ; quique, Epiphanio teste (*r*), exsilium sustinuerat, quod Arianis assentiri nollet, orthodoxis omnibus propterea longe charissimus : Apolinarius, inquam, talis ac tantus vir, ab Ecclesia tandem discessit, ac Dimæritarum hæresim ex suo nomine appellatam condidit propugnavitque. Quo autem tempore id acciderit, haud plane compertum habemus. Vaferrimus enim homo sedulo studuit, ut omnem pravæ sententiæ suspicionem ab se amoliretur : quod sane, ad tempus saltem, ex voto illi cessisse videtur. Verum ante annum 362, quo celebrata est synodus Alexandrina, erroris sui semina sparsisse clanculum hæresiarcha ille comperitur. In ea namque synodo cum expendenda esset Apolinarii doctrina, monachi ab eo legati, ut superius diximus, doctoris quidem sui sententiam exposuere, sed vafre ac subdole,

(*a*) Hieron., lib. *De Vir. illustr.* cap. 105.
(*b*) *Hist. eccl.*, lib. II, cap. 46.
(*c*) Suid., v. Ἀπολιν., tom. I, pag. 280.
(*d*) Basil., epist. 244, al. 82, § III.
(*e*) Epiph., hær. LXXVII, § XXIV.
(*f*) Phot., in epist. Philost., lib. VIII, cap. 15.
(*g*) Leont., *De Sectis*, act. IV, pag. 506, tom. XI *Bibl. PP. Paris.*
(*h*) L. c.
(*i*) Hieron., epist. 84, al. 65. ad Pammach., § III, p. 519.
(*j*) Rufin., *Hist. eccl.*. lib. II, cap. 20.
(*k*) Nemes., lib. I *De Nat. hom.*, cap. 1, pag. 2 edit. Oxon. 1671.
(*l*) Philost., *Hist. ecl.*, lib. VIII, cap. 15.
(*m*) Lequien., *Or. Christ.*, tom. II, p. 794.
(*n*) Athan., tom. *ad Antioch.* Opp. tom. II, part. II, p. 776.
(*o*. Socr., *Hist. eccl.*, lib. III, cap. 25.
(*p*) Tillem., *Mém. eccl.*, tom. VII, p. 790, not. 4, *Sur les Apolinar.*
(*q*) Vinc. Lir., *Common.*, cap. 11.
(*r*) Epiph., hær. LXXVII, § XXIV.

occultato scilicet hæreseos veneno. Quod sane colligere in promptu est ex ipsius Apolinarii epistola ad episcopos Diocæsareæ congregatos, quam Leontius Byzantinus nobis servavit (*a*). Siquidem, ut observat vir doctus (*b*), ea in epistola, cætera quidem ut a monachis Alexandriam ab eo missis allata fuerant profitetur ; adjicit tamen « ipsum Verbum carnem esse factum, non assumpta mente humana, mente mutabili, quæ turpibus cogitationibus captiva ducitur, sed divina mente immutabili, et cœlesti. » In concilio igitur Alexandrino Apolinarii doctrina, ut a monachis exposita est, utpote catholica, admissa fuit. Et vero licet Athanasius haud semel postea in Apolinaristarum errores invectus sit (*c*), nunquam tamen Apolinarium ipsum nominatim est adortus ; quoniam videlicet, ut quidem opinamur, dum vixit Athanasius, Apolinarius occulte serpens, errores spargebat quidem quantum in ipso situm fuit; apud Athanasium autem catholicæ et sinceræ fidei studium ementiebatur, ut patet in primis ex duabus epistolis Serapioni Thmuensi episcopo inscriptis (*d*). Athanasio demum defuncto, palam apertisque verbis in ipsa Diocæsariensi synodo homo callidus virus hæreseos ore impio evomuit.

III. Supremum porro diem obiisse Apolinarium imperante Theodosio, tradit Hieronymus (*e*), anno circiter, ut videtur (*f*), 382, grandævus nimirum senioque confectus, καταγεγηρακώς, testibus Epiphanio (*g*) et Nilo (*h*). Ex quibus ergo videas quid sentiendum de his. Procli verbis quæ leguntur in oratione ab eo habita in synodo secunda Constantinopolitana (*i*). « Et Athanasius, inquit, diversas epistolas ad Apolinarium scribit, tanquam eadem in fide sapientem : et tamen postea libros integros post mortem Apolinarii scripsit adversus eum, cognitis illius in scriptis blasphemiis. Et nihil Apolinario profuerunt quæ ante ad illum, tanquam eadem in fide sapientem, scripta sunt. » Censuit itaque Proclus, ante Athanasium vita functum fuisse Apolinarium. Quæ quidem sententia cum vetustioribus ecclesiasticis scriptoribus pugnare dignoscitur, ex quibus erudimur, Athanasium antea sub Valente, postea vero sub Theodosio Apolinarium e vivis excessisse.

IV. « Longum est universa Apolinarii opera commemorare ; quibus profecto summis ædificatoribus Ecclesiæ par esse potuisset, nisi profana illa hæreticæ curiositatis libidine nescio quid adinvenisset, quo et cunctos labores suos velut cujusdam lepræ admistione fœdaret, et committeret ut doctrina ejus non tam ædificatio quam tentatio potius ecclesiastica diceretur. » Verba sunt Vincentii Lirinensis (*j*). Et Hieronymus, *in sanctas Scripturas innumerabilia* ipsum *scripsisse volumina* tradit (*k*). Verum ex tot tantisque Apolinarii litterarum monumentis una superat *Psalmorum metaphrasis* heroicis carminibus conscripta. Dubitarunt nonnulli ex recentioribus, quos inter Jacobus Duportus (*l*), an metaphraseos quæ circumfertur, Apolinarius auctor exstiterit ; propterea quod, inquit « cum e veteribus non pauci Apolinarii operum meminerint, Hieronymus, Socrates, Sozomenus, Philostorgius, alii : eorum tamen, nemo istius metaphraseos mentionem facit. » imo vero, ait Fabricius (*m*), meminerunt manifeste, dum Vetus et Novum Testamentum sive metaphrasi ab Apolinario expressum, sive alio scriptionis genere illustratum testantur. Qua de re in primis Sozomenum videas (*n*). Itaque a codicum mss. auctoritate, quorum octo laudat cl. Montfauconius (*o*), quique Psalmorum metaphrasin Apolinario, et quidem episcopo Laodiceno ascribunt, haud recedendum putaverim.

V. De operis pretio varia feruntur eruditorum judicia. Alii severe, et aerius fortasse quam par sit, Metaphrastæ stylum virgula censoria castigant. Alii vero Græcam quidem esse orationem et satis poeticam, imo interdum ποιητικωτάτην, sed sæpe etiam Græcæ poeseos genium in scriptore desiderari censent. Alii contra, plurimi opus ducunt. At equidem illorum sententiæ accesserim, quibus non perinde ubique elaboratum opus videtur : siquidem in suis conscribendis libris deproperasse Apolinarium, ex Basilio intelligimus (*p*) : « Cum ille, inquit, scribendi facilitate linguam ad omne argumentum promptam haberet, scriptis suis terrarum orbem replevit, contempta objurgatione illius qui dicit (*q*) : *Cave facere libros multos..* »

VI. Præter *Psalmorum metaphrasin*, duæ quidem exstant Apolinarii epistolæ magno Basilio inscriptæ, quas sæculo superiore desinente in lucem protulit Cotelerius (*r*). Sed pro instituti nostri ratione, quam in præfatione generali exposuimus, ab iis excudendis temperandum fuit, ob eas in primis rationes, quas in medium affert eruditissimus editor (*s*). « Adduci non possum, inquit, ut credam has

(*a*) Leont. Byz., lib. *adv. fraud. Apolinar.*, tom. I *Thes.* Canis., p. 608.

(*b*) Montf., in *Vit. Athan.*, pag. LXXIX, § XI.

(*c*) Athan., in *Epist. ad Epictet.* et in duob. lib. *contra Apolin.*, Opp. tom. I, part. II, pag. 901, 922 seqq.

(*d*) Apud Leont. Byz., *De suppos. ab Apolin. script*, tom. XI, pag. 1031 *Bibl. PP. Paris.*

(*e*) Hieron., *De Vir. illustr.*, cap. 104.

(*f*) Tillem., *Mém. eccl.* tom. VII, p. 627.

(*g*) Epiph. hær. LXXVII, § II.

(*h*) Nil., lib. I, epist. 256.

(*i*) *Conc.*, tom. V, p. 459 ; apud Montf. ad Athan. Opp. tom. I, part. II, pag. 921.

(*j*) Vinc. Lir., *Commonit.*, cap. 11.

(*k*) Hieron., *De Vir. illustr.* cap. 104.

(*l*) Duport., præfat. ad *Psalm. metaphr.* Lond. 1674.

(*m*) Fabric., *Bibl. Gr.*, tom. VII, pag. 667, not.

(*n*) Sozom., *Hist. eccl.*, lib. V, cap. 18.

(*o*) Montfauc., in Ind. ad tom. I *Bibl. Biblioth.*

(*p*) Basil., epist. 273, al. 74, num. 4, Opp. tom. III, pag. 406.

(*q*) Eccle. XII, 12.

(*r*) Cotel., *Monum eccl. Gr.*, tom. II, pag. 86, 90.

(*s*) Id. ibid., pag. 553.

quatuor epistolas, Basilii duas et *duas Apollinaris*, genuinas esse : arbitror magis confictas fuisse ab Arianis vel ab Apolinaristis, famosis hujuscemodi suppositionum artificibus, quo celeberrimi nominis doctores Apolinarismi suspectos redderent : qua de suspicione conqueruntur Gregorius epist. I, ad Cledonium, et Basilius epist. 73, 82, 293, 345, 392 ; tum vero epist. 59. Sententiæ meæ ratio est, quod cum Basilio objicerentur litteræ ad Apolinarem scriptæ, respondit ille, eas de fide non fuisse, sed simplicis et amicæ salutationis, nec se præceptoris vel discipuli locum unquam obtinuisse erga eum ; tum epistolam illam in manus interpolatrices incidisse, At epistolæ nostræ de fide et sancta Trinitate sunt, ac de Scripturæ sacræ locis difficilibus, supponuntque magnum fuisse commercium litterarum inter Apolinarem et Basilium Gregoriumque : sed et in iis Apolinaris tanquam magister et unicus Ecclesiæ doctor interrogatur. Quid quod Arianismi et Apolinarismi velut sparsa videntur continere semina ? » Hæc ille. Neque aliter sane censuit vir doctissimus, qui S. Basilii operum tomum III recens evulgavit (*a*), quique propterea easdem Apolinarii et Basilii epistolas spuriis ascensendas duxit (*b*).

(*a*) Maran., *Vit. Basil.*, pag. 173, § IV.

(*b*) Basil. Opp. tom. III, pag. 463 seqq.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ ΜΕΤΑΦΡΑΣΙΣ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΨΑΑΤΗΡΑ

—

APOLINARII INTERPRETATIO IN PSALTEM.

ΨΑΛΜΟΣ Α'.

Δαυΐδ προφήτου καὶ βασιλέως μέλος.

Ὄλβιος οὐ πεπόρευται δυσσεβέων ἐνὶ βουλῇ,
Οὐδ' ἴχνος ἐστήριξεν ἁλιτροτάτοισι κελεύθοις,
Οὐδ' ὁλοῇς ἕδρῃσιν ἐφίζετο λυμαντήρων·
Ἀλλ' ἔχεν ἠΐθέῳ κραδίην συμφράδμονα θεσμῷ,
Θειπέσιον νύκτας τε καὶ ἤματα θεσμὸν ἀείδων.
Ἔσσεται οἷάπερ ἔρνος ἐφ' ὑδρηλοῖσι κελεύθοις,
Καίριον ἀντέλλον σφέτερον μελιηδέα καρπὸν,
Νωλεμέως φύλλοισιν ἀκειρεκόμοισι τεθηλός.
Πάντα οἱ ἠθύνοιτο κατὰ χρέος ὅσσα τελέσσει.
Οὐ τοῖοι γεγάασιν ἀτάσθαλοι, οὔποτε τοῖοι·
Ἀλλὰ κόνει ἴκελοι, τήν ῥα χθονὸς ὤλεσ' ἀήτης.

Τοὔνεκεν εἰς κρίσιν οὐδέποτ' ἀνστήσονται ἀλεῖται,
Οὐδ' ἅρ' ἁμαρτίνοοι πινυτῶν βουλῇσι δικαίων.

Οὕνεκεν εὐαγέων βασιλεὺς πάτον οἶδε δικαίων·
Τοὔνεκα δυστήνων γενεὴ προθέλυμνος ὀλεῖται.

ΨΑΛΜΟΣ Β'.

Ἐπιγραφῆς ὁ ψαλμὸς εὑρέθη δίχα,
Ἡνωμένος δὲ τοῖς παρ' Ἑβραίοις στίχοις·
Ἀλλ' ὡς δὲ δευτέρευσε Δαυΐδου κρότοις,
Ἐπεὶ παρ' αὐτοῖς τίεται ταύτης δίχα.
Τίφθ' ὑπεροπλίην κενεοφρονα σύνθετο φῦλα,
Καὶ γαίης βασιλῆες ἀολλίσθησαν ἑτοῖμοι ;
Καί σφεων ἠγερέθοντο δικασπόλοι εἰς ἕν ἰόντες,
Παμβασιλῆος ἑοῦ τε κατὰ Χριστοῖο Θεοῖο ;
Δεσμοὺς μὲν σπάσομεν, ζυγόδεσμα δὲ ῥίψομεν αὐτῶν.

Ὑψιμέδων Θεὸς οὐρανόθεν δ' ἐγελοίασε τούσδε,
Ἐξαθερίζων τ' αὖ μυκτηρίσατ' ἀφραδέοντας.
Ὕμνος δ' εὐκλειὴς μελέτω γενεῇσι δικαίων,

C Δήμῳ θεσπεσίῳ πυκινόφρονος Ἰσραηλου.

PSALMUS CXLIX,

Suave carmen centesimum est est quadragesimum
Nonum, cœlestem ferens sonum alleluia.

Cantate mihi Regi novum et amabile canticum :
Semper habet in ecclesiis sanctorum gratum hym-
[num.
Israel Rege charo lætetur confisus :
Filii rursum Sionis suo Rege gaudeant.
Nomen celebrent regium in choris :
Cantent eum, tympanum rursus citharamque su-
[mentes :
Quoniam ei suus gratus erat populus.
Lumine autem exaltabit charum genus mansue-
[torum.
Hinc sanctorum amabiles exsultabuntgenerationes :
In sacris vero cubilibus amico gaudeant animo.
Gutture Regis excellentias ferentes,
Gladium rectis manibus ancipitem habentes,
Populorum diversorum malefícos viros perdere,
Et jugum immortale populos deserentes increpabit.
Horum vero amicos reges compedibus ligavit,
in ferreis vero vinculis manus pretiosorum,
Scriptamque æquitatem serio cum eis faciet.
Sic sanctis gloria bona suis in omnibus est.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΘ'.

Ἡδὺ μέλος ἑκατοστὸν ἔφυ καὶ τεσσαρακοστὸν
Εἴνατον, οὐράνιον φορέον θρόον ἀλληλούϊα.

Μέλψατέ μοι Βασιλῆι νέην καὶ ἐπήρατον οἶμην·
Αἰὲν ἔχει κλισίης ὁσίων μεμελημένον ὕμνον.

Ἰσραῆλος Ἄνακτι φίλῳ τέρποιτο πεποιθώς·
Υἷες αὖ Σιῶνος ἐῷ Βασιλῆι χαρεῖεν.
Οὔνομα μελπόντων βασιλήιον ἀμφὶ χοροῖσιν·
Ἀδόντων μιν τύμπανον αὖ κιθάρην τ' ἀνελόντες

D Οὕνεκά οἱ σφέτερος καταθύμιος ἔπλετο λαός.
Φέγγεϊ δ' ὀψώσειε φίλον γένος ἠπιοθύμων.

Ἔνθ' ὁσίων ἐρατειναὶ ἐπαυχήσουσι γενέθλαι·
Ἐν δ' ἱεροῖς λεχέεσσι φίλῳ κεχαρίατο θυμῷ.
Λαυκανίῃ βασιλῆος ὑπερτερίας φορέοντες,
Φάσγανον ἰθυπόροις παλάμῃς ἄμφηκες ἔχουντες,
Δήμων παντοδαπῶν κακοεργέας ἄνδρας ὀλέσσαι,
Καὶ ζυγὸν ἀθάνατον λαοὺς μεθιέντας ἐλέγξει.
Τῶν δὲ φίλους βασιλῆας ἀλυκτοπέδῃσι πέδησεν.
Ἐν δὲ σιδηρείῃσι πέδης παλάμας ἐριτίμων,
Γραπτήν τ' εὐνομίην σπουδῇ μετὰ τοῖσι τελέσσει.
Ὧδ' ὁσίοις κλέος ἐσθλὸν ἑοῖς μετὰ πᾶσιν ἐτύχθη.

ΨΑΛΜΟΣ ΑΝ'.

Πένθ' ἅμα καὶ δεκάτης δεκάδος μέλος ἀλληλούϊα.
Μέλψατέ μοι Βασιλῆα, χοροὶ δ' ἅμ' ἕποιντο δικαίων·

Μέλψατέ μιν σταθερῇ κράτεος περιθάρσυνον ἀλκῇ·
Μέλψατέ μιν σφετέροισιν ἀειρόμενον σθενέεσσι·
Μέλψατέ μιν μεγαλιζόμενον πυκινοῖσιν ἐπ' ἔργοις·
Μέλψατέ μιν σάλπιγγος ἐρισθενέος πατάγοισι·
Μέλψατέ μιν φόρμιγγι καὶ ἁρμονίῃ ἐρατεινῇ·
Μέλψατέ μιν τυμπάνοισι καὶ εὐφήμοισι χοροῖσι·
Μέλψατέ μιν κιθάρῃ τε καὶ ἐν χορδῇσι λιγείαις·
Μέλψατέ θείνοντες λιγυηχέα κύμβαλα χερσί·
Μέλψατέ μιν παλάμῃς ἀλαλαγμοῦ κύμβαλ' ἑλόντες·

Πνοιὴ παντοδαπὴ, κελαδήσατε Παμβασιλῆα.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΝΑ'.

Πέμπτης πρὸς δεκάτῃ δεκάδος πέλει ἔκτοθεν ὕμνος,

Ὃν Γολιάτῳ μουνομαχήσας ἧσε Δαυΐδος.
Ἀμφὶ κασιγνήτοισιν ἐμοῖς μάλα τυτθὸς ἐτύχθην,
Πατρῷον κατὰ δῶμα νέος μετὰ πᾶσιν ἀκούων,
Εἰροπόκων ὀΐων ἀγέλας ἀγροῖσι νομεύων·
Χεῖρες ἐμαὶ φόρμιγγα λιγύθροον ἐντύναντο,
Δάκτυλα δ' ἁρμονίην θεοτερπέα τεκτήναντο.
Τίς κεν ἀπαγγείλειεν ἐρισθενέτῃ Βασιλῆι;
Αὐτὸς Ἄναξ δεδάηκεν ἐμῶν ἐπέων ὑπακοῦσαι·
Αὐτὸς ἐπουρανίου στρατιῆς ταχὺν ἄγγελον ἧκεν,
Ἐκ δὲ με πατρῴης ἀγέλης ἐξείλετο μήλων,
Καί μευ πιαλέῳ δέμας αὐτὸς ἔχρισεν ἐλαίῳ.
Ἦμεν ἀδελφοὺς μεγάλους ἔχον, ἠδὲ καὶ ἐσθλούς·
Ἀλλ' οὔ σφιν Βασιλεὺς κλέος ἤθελεν ἐσθλὸν ὑπάσσαι.
Ἀλλοδαποῦ καλέοντος ἐναντίον ἀνέρος ἦειν·
Αὐτὰρ ὃ μ' εἰδώλοισιν ἑοῖς νείκεσσε πεποιθώς·
Τοῖο δ' ἐγὼ ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ,

Αὐχένος ὑψηλοῖο κάρη ἀπέκοψα παραστάς·
Λώβην δ' ἐξαλάωσα περίφρονος Ἰσραήλου.
Αἶνον ἄγω σοι θεῖον, Ὑπέρτατε ἐν βασιλεῦσιν,
Οὕνεκεν ὀτραλέως περιηγέα βίβλον ἅπασαν,
Δαυΐδου πινυτοῦ περικαλλέος ἐκτολυπεῦσαι
Δῶκας ἐμὴν πανάποτμον ἐν ἀνδράσιν ἔμπα γενέθλην.

A PSALMUS CL.

Quintæ simul et decimæ decadis carmen alleluia.
Celebrate mihi Regem, chori simul sequantur ju-
[storum:
Celebrate eum firmo virtutis fretum robore:
Celebrate eum suis elatum roboribus:
Celebrate eum magnificatum crebris in operibus:
Celebrate eum tubæ fortis strepitibus:
Celebrate eum cithara, et harmonia amabili:
Celebrate eum tympanis et speciosis choris:
Celebrate eum citharaque et in chordis canoris:
Celebrate percutientes arguta cymbala manibus:
Celebrate eum manibus jubilationis cymbala su-
[mentes:
Spiritus omnifarius celebret Dominum.

B PSALMUS CLI.

Quintam præpter decimam decadem est extra hymnus,
Quem cum Goliath singulari certamine congressus
[*cecinit David.*
Inter fratres meos valde parvus eram,
Paterna in domo juvenis inter omnes audiens,
Lanigerarum ovium greges in agris pascens.
Manus meæ citharam stridulam construxerunt,
Digiti vero harmoniam Deo gratam concinnaverunt.
Quis annuntiabit præpotenti Regi?
Ipse Rex novit mea verba exaudire:
Ipse cœlestis exercitus velocem nuntium misit,
Me vero de paterno grege assumpsit ovium,
Et meum pingui corpus ipse unxit oleo.
Et fratres magnos habebam et etiam fortes:
Sed non ipsis Rex gloriam voluit bonam præbere.
C Alienigenæ vocanti in occursum exivi:
Et ipse me idolis suis exsecratus est fretus:
Hujus vero ego gladium acutum extrahens de fe-
[more,
Cervicis altæ caput abscidi astans:
Contumeliam vero abstuli abs circumspecto Israele.
Laudem ago tibi divinam, Supreme inter reges,
Quoniam diligenter descriptum librum omnem,
Davidis prudentis formosi perficere.
Dedisti meum infelix inter viros tamen genus.

ANNO DOMINI CCCLXXXV.

ISAAC EX JUDÆO CHRISTIANUS.

NOTITIA.

(GALLAND., *Vet. Patr. Biblioth.*, t. VII, Proleg. p. XXV.)

I. Qui de scriptore Isaac ex Judæo mentionem injecerit, ex antiquioribus, præter Gennadium, novimus neminem. Sic autem ille (*a*):

Isaac scripsit De sanctæ Trinitatis tribus personis et incarnatione Domini *librum obscurissimæ disputationis et involuti sermonis, confirmans ita in una deitate tres esse personas, ut sit aliquid in singulis proprium, quod non habeat alia: Patrem scilicet hoc habere proprium, quod ipse sit sine origine origo aliorum; Filium hoc habere proprium, quod genitus genitore non sit posterior; Spiritum sanctum hoc habere proprium, quod nec factus sit nec genitus, et tamen sit ex altero. De incarnatione vero ita scribit, ut manentibus in ea duabus naturis, una credatur Filii Dei persona.* Hæc Gennadius.

Porro cum hic presbyter Massiliensis scriptorem nostrum inter eos collocet, qui paulo ante 400 Christi annum claruerunt, jure proinde arguisse videtur Sirmondus qui ejus libellum primus edidit (*a*), sæculo IV exeunte ipsum floruisse. Guilielmo Caveo aliisque aliter opinantibus, Sirmondo assentiuntur Fabricius (*b*) et Wolfius (*c*). Quæ quidem temporis notatio vel maxime confirmatur, si Tillemontii conjecturam admittamus, existimantis (*d*) hunc scriptorem eumdem esse atque illum Isaacum ex Hebræo, qui Ursinianis partibus adhærens beatum pontificem Damasum calumniis appetiit. Exstat ejus mentio in epistola concilii Romani ad Gratianum et Valentinianum augustos, ubi hæc habentur (*e*): *Sic denique*, inquiunt Patres, *factio profecit Ursini, ut Isaac Judæo subornato, qui facto ad synagogam recursu cœlestia mysteria profanavit, sancti fratris nostri Damasi peteretur caput.* Et paulo post, imperatores allocuti subdunt iidem Patres: *Quia igitur vestræ judicio tranquillitatis probata est innocentia memorati fratris nostri Damasi, integritas prædicata est; Isaac quoque ipse, ubi ea quæ detulit probare non potuit, meritorum suorum sortem tulit* etc. In Hispaniam nimirum relegatus fuit, ut constat ex eorumdem imperatorum rescripto ad Aquilinum vicarium Urbis, in quo sic legimus (*f*): *Isacem remotus Hispaniæ angelus titulo damnationis inclusit.* Atque in eamdem Tillemontii sententiam concessisse quoque Sirmondianorum editorem intelligimus (*g*).

II. Scripserit igitur suum *Libellum fidei* noster Isaac, et Romæ fortasse, ut ex modo relatis veterum monumentis aperte satis colligi potest, antequam ejurata Christiana religione, quam fuerat amplexus, Synagogæ rursus nomen daret. Ejusmodi autem libellum cum aliis dogmaticis opusculis in lucem eduxit Sirmondus anno 1630, ut superius innuimus, de quo hæc habet in monito ad lectorem: *Quod autem ex Judæo conversum ascripsimus, Pithœanum codicem secuti sumus, in quo titulus his verbis conceptus est: « Fides Isacis ex Judæo. »* Et hæc quidem inscriptio confirmari posse videtur ex iis quæ modo ex epistola concilii Romani retulimus: eamque fortassis confirmasset ex eadem epistola ipsemet Sirmondus, si tum demum præsto ei fuisset sua illa *codicis Theodosiani Appendix*, quam anno tantum insequente 1631 evulgavit. Eumdem porro auctoris nostri libellum ad editionem paraverat Petrus Pithœus, qui, ut refert Claudius Peleterius (*h*), tomo tertio manuscriptæ suæ conciliorum collectionis hoc opusculum ex vetustissimo Ecclesiæ Cenomanensis codice canonum, post synodum Arvernicam se excerpsisse adnotavit: subditque diem vir illustris codicem Pithœanum referre inscriptionem hujusmodi, *Fides Isatis ex Judæo* non *Isacis*: quam quidem inscriptionem sequi maluit deinceps Fabricius (*i*). Sed si ea demum attendantur quæ tum ex Gennadio, tum ex reliquis antiquioribus testibus hic de scriptore nostro protulimus, a vulgata inscriptione haud recedendum existimamus. Potuit enim manu antiquarius, potuit oculo exscriptor errasse; alteruter scilicet sive describens, sive legens *Isatis* pro *Isacis*.

Verum his missis, illud potius animadvertere præstat, opusculum quo de agimus, ex codice Pithæano post Sirmondum edidis e denuo laudatum Peleterium ad calcem *Codicis canonum veteris Ecclesiæ Romanæ* (*j*), simulque nonnullas adnotasse lectiones varias a Sirmondiana editione, quas inter quatuor præcipuæ sunt hujusmodi, ad nostrum exemplar ex Sirmondiano exscriptum comparatæ.

In codice Pithœano.

I. Animam voluntas Dei generat, et virtus ejus facit: factura vero per virtutem *ejus* creatur.

II. Hujus enim licet *dicere* naturæ est Deus.

III. Filium esse qui ad redimendum genus humanum sibi ex substantia ipsius Mariæ *corpus* fabricavit, in quo habitare dignatus est.

In editione Sirmondi.

Pag. 597. D. *lin.* 5. Animam voluntas Dei generat, et virtus ejus facit, factura vero per virtutem creatur.

Pag. 598. C. *lin.* 6. Hujus enim licet *dici* naturæ est Deus.

Pag. 598. A. *lin.* 4. Filius esse qui ad redimendum genus humanum sibi ex substantia ipsius Mariæ fabricavit, in quo habitare dignatus est.

(*a*) Sirmond., Opp., tom. I, pagg. 401 seqq. edit. Paris. 1696.
(*b*) Fabric., ad Gennad., in *Bibl. eccl.*, pag. 16, et *Bibl. med. Latin.*, tom. IV, pag. 535.
(*c*) Wolf., *Bibl. Hebr.*, vol. III, pag. 534, num. 1136.
(*d*) Tillem. *Mém., eccel.*, tom. VIII, pag. 409.
(*e*) Append. *Cod. Theod.*, inter Opp. Sirmond., tom. I, p. 749.
(*f*) Ibid., pag. 752.
(*g*) Ibid., pag. 749, not. (*a*).
(*h*) Pelet., *Cod. Can. vet. Eccl. Rom.*, pag. 361, edit. Paris. 1687.
(*i*) Fabric., *Delect. argum.*, pag. 258, § XIX.
(*j*) Pelet., l. c., pagg. 362-365.

IV. Nullus ex mortuis resurrexit ad immortalitatem, nisi ipse primus, et exemplum *resurrectionis* omnibus sequentibus dedit.

Ibid. C. lin. 8. Nullus ex mortuis resurrexit, nisi ipse primus et exemplum *resurrectionem* omnibus sequentibus dedit.

Postremus hic locus in nostro edito restitutus comparet, ubi *resurrectionis* pro *resurrectionem* rescripsimus : reliqua vero tria supplenda et emendanda. At de his satis.

ISAAC EX JUDÆO

LIBER FIDEI.

DE SANCTA TRINITATE ET DE INCARNATIONE DOMINI.

Quinque sunt omnia quæ sunt: hæc sed tria et duo fiunt in divisionem.Hæc autem quæ tria sunt, secundum sermonem humanum,etsecundum quod tria sunt, dividuntur et vere tria sunt: et habent in se aliquid per quod tria non sunt, sed unum. Iterum duo quæ vere divisa sunt a tribus, a se sunt divisa per aliquid, ut vere sint duo : per aliquid iterum non sunt divisa, ut unum sint, non duo. Hæc duo divisa a tribus, sicut tria hæc divisa a duobus, per aliquid divisa sunt,et per aliquid divisa non sunt. Per hoc ergo quod non sunt divisa, unum sunt: non tamen sic unum,ut tria illa superiora unum sunt. Tota hæc tamen quinque quæ dividuntur, tria et duo sunt. Duo autem quæ a tribus divisa sunt, hæc sunt divinitas et opera ejus, quia præter divinitatem et opera ejus, nihil est quod neque divinitas sit, neque opera. Igitur tria quæ sunt divisa a duobus hæc sunt. Deus Pater innascibilis non ex aliquo, et Deus Filius unigenitus ex aliquo, hoc est ex Patre, Spiritus sanctus innascibilis ex aliquo, hoc est ex Patre. Et hæc quæ cum tria sunt unum non sunt, hoc genere tria sunt non unum. Primum in sermone quo utimur non in fide, Pater est innascibilis non ex aliquo, hoc est sine origine. Quod Pater est innascibilis, hoc commune habet, quia neque solus Pater est innascibilis, quia sunt alia innascibilia, et sunt aliæ paternitates ; licet ipse sit origo innascibilium et paternitatum, non tamen nascibilitas. Quod ergo Deo Patri est proprium, quod non in alio invenitur de his quæ sunt, nisi in solo ipso, hoc est, quod origo omnium est sine origine. Per hoc ergo quod solus sine origine est, solus est. Iterum aliud secundum,quod secundum sermonem humanum dicitur, sed quod in proprietate naturæ suæ secundum non est,unigenitus Dei Filius, non ex se, sed ex Patre, quia unigenitus est. Id ergo quod genitus est, non est ejus proprium, quia sunt et alia genita, licet quæ genita sunt non sic genita sunt. Quod ergo est ei proprium, quod nulli commune est ex his quæ sunt genita, quod is solus habeat, hoc est, quia cum omnia genita facta sunt, ipse solus genitus non factus est. Per hoc ergo quod genitus et non factus est, solus est. Item tertius qui vere tertius est, non in ordine, eo quod non habeat illud natura ut sit tertius, hoc est Paracletus Spiritus. Non quia spiritus est, proprium est ei soli ut spiritus sit, neque quia Paracletus est, solitarium aut proprium hoc habet nomen, quando per interpretationem hujus vocabuli commune hoc habet Patris et Filii, ut sit consolator, nec iterum quia innascibilis est hoc ei proprium est, quandoquidem et Pater innascibilis est, sed ei proprium, quia innascibilis ex aliquo est, nec factus, nec genitus. Per hoc ergo quod nec factus, nec genitus, sed innatus ex Patre est, solus est. In his ergo tribus hæc sunt proprietatis, quia nec factus, nec genitus, nec natus est, sed ex aliquo, hoc est ex Patre. Sunt ergo ex Patre quæ nonnisi ex aliquo duo hi, Filius non factus, sed genitus, et Paracletus non factus, nec genitus, sed ex Patre. Cum igitur tria hæc vere tria sunt, habentia singula suas proprietates, per hoc quod nec Pater factus, nec ex aliquo est, et Unigenitus non factus, sed natus ex Patre est, aptissime ostenditur per hoc quod non sunt facta sempiterna esse, quia Filius non factus, neque Paracletus,sed tamen ex se non sunt, sed ex Patre. Vides etiam non tres esse, quia duo ex uno sunt, sed unum esse totum, qui duo hi, quia neque ex nullo, neque ex aliunde, sed ex Patre, secundum sermonis ergo elocutionem unius naturæ esse intelliguntur. Non tres ut Pater, non tres ut Filius, neque iterum unum ut solitarium, et non tres, quia unum sunt, et vere unum quia tres sunt. Sequitur de quinque partibus, duo superius divisa. Pars autem secunda, sola quæ habet divisionem in duo et una est, hæc est mundi creatio. Hic enim mundus sic dividitur: Una pars quæ fit sine nativitate, altera quæ cum nascitur et fit. Hæc pars mundi, quæ

cum nascitur et fit homo est, et angelus qui cum non nascitur fit. Quia nulla creatura vel factura in Filii Dei nomine a Deo constituuntur, nisi et angelus et homo. Angelus fit Deus propter fungendam legationem Dei ad homines. Fit homo vero ut Filius Dei. Ut homo appelletur causa imaginis Dei appellatur. Nulla enim creatura facta est ad imaginem Dei, nisi sola hominis. Hic ergo homo, qui ex omnibus creaturis Dei a Deo imago statuta est, licet ex omnibus elementis mundi natura ejus concreta sit, tamen cum in duabus naturis et diversis ex se consistat, id est, anima et carne : ratio veritatis non admittit, ut quæ non vivit sine anima, neque intelligentiæ capax est sine ea, quod est caro imago Dei esse dicatur. Sed quia anima vita sibi est sine carne, et quidquid intelligentiæ homo habet naturæ ejus est : sic tamen ejus naturæ factam ad imaginem. Non ergo caro in effigiem Dei facta est, quia ipsa non est imago : sed anima quæ ad imaginem Dei est, in effigiem tamen facta est. Hæc est pars mundi quæ cum nasceretur facta a Deo. Caro vero pars ejus partis mundi, quæ cum sit nata non est, plenitudo tertia est cum partibus mundi careat, aut factus nativitate, aut innascibilitate et sit. Constat ergo dividi in has duas partes quæ supra dictæ sunt, id est in animam natam et factam, et elementa facta et innata : quia animam voluntas Dei generat, et virtus ejus facit, factura vero per virtutem creatur. Generatio vero ejus non ex natura Dei, sed ex voluntate est ejus. Creatio autem propterea quia ante non fuerat, ideo elementa virtute Dei et voluntate creata dicuntur. Et hæc voluntas non nativitatis est. Soli enim homines in filios nascuntur et fiunt, et nativitatis nomen accipiunt. Ita utraque creantur, non utraque nascuntur. Quia nasci eorum peculiare est qui nascuntur in filios. Creantur autem et cætera, licet non ipsa ante non fuerint. Fit ergo proprium in his duobus, quod una nascitur, licet utraque non fuerint. Pignora itaque hæc sunt æternarum rerum, quæ sunt ex Deo et semper fuerunt. Quia cum homo Filius Dei dicitur et aliquando non fuit, non ipse verus Filius est, sed pignus ejus est. Qui vero semper Filius erat, et erit. Sic et alia pars creationis mundi, quam diximus factam esse non natam, licet et non nata sit, et ante non fuerit, pignus ejus est, hoc est Paracletus, qui non est natus, et semper ex Patre est. Ergo caro sit quæ creata est et non nata, et anima sit creata et nata ad imaginem Dei, per virtutem tamen resurrectionis conjuncta sibi fiunt inseparabilia : atque ita æterna unum erunt in Deum, secundum dictum Domini nostri Jesu Christi in Evangelio : *Sicut tu in me es, Pater, et ego in te : et isti sint in nobis unum* (*a*). Et iterum ait : *Pater, sicut nos unum sumus, ita et isti unum sint in nobis* (*b*). Qui cum est major, non est major nisi aut tempore, aut mensura, aut honore. Cum autem eum ante sæcula, et sine tempore natum esse Filium a Patre credamus, quomodo potest minor esse tempore qui ante tempora est ? vel mensura quomodo creditur minor, qui inæstimabilis, immensus et infinitus est ? ac sic nec honore minor est, cum sit Dei Filius et Deus, quia unum Dei nomen est. Similis autem Filius Patri non potest dici, quia similitudo corporum est in qualibet specie aut coloris, aut staturæ. Æqualis proprie dici non potest Filius Patri, quia æqualitas sive inæqualitas in quantitate mensuræ est. Sive ergo æqualitas, sive inæqualitas, in Deum non cadit, quia Deus incorporalis est, infinitus, incomprehensibilis, inenarrabilis, immensus est. Non potest in loco aliquo contineri, licet ubique et in omnibus sit Deus, sicut scriptum est in Actibus apostolorum : *In ipso enim vivimus, et movemur, et sumus* (*c*). Hujus enim licet dici naturæ est Deus noster, ut omnia videat, omnia audiat, omnia comprehendat, quia ipse est omnium rerum creator et conditor. Et quoniam Dei Filius Deus noster ante tempora æterna natus est, quando, quomodo, vel ubi, non potest dici de eo. *Quando* enim tempus habet, *ubi* locum significat, *quomodo* mensuram videtur exprimere. Sed hæc tria in Deum non cadunt, quia est incorporalis. Ideo expedit confiteri Patrem ingenitum, Filium genitum a Patre ante tempora æterna : quando, ubi, et quomodo, non licet dici, neque amplius scrutari ; quia mens nostra, quæ mundo concluditur, investigare non potest factorem et Deum suum. Nec tres omnipotentiæ dici possunt. Una est omnipotentia Patris per Filium et Spiritum sanctum. Omnipotentia enim ideo dicitur, quod potentia sua et virtute Deus fecerit mundum, et omnia quæ in eo sunt. Hæc ergo omnia per Filium facta, sanctificante ea Spiritu Paracleto. Et ideo omnipotentes dici non possunt vel tres, quia alter sine altero non operatur. Omnia enim quæ vult Pater per Filium efficit, et omnipotentia Patris dicentis omnipotentia Filii est facientis. Ac per hoc opus Filii opus Patris est. Et ideo confitendus est coæternus Patri, et Spiritus sanctus ingenitus ex ingenito Patre : Filium esse qui ad redimendum genus humanum sibi ex substantia ipsius Mariæ fabricavit in quo habitare dignatus est ; cujus etiam passione nos redemit ; Patrem esse, quem Joannes testem de Domino audierit : *Hic est Filius meus dilectus in quo bene complacui, ipsum audite* (*d*). Spiritum sanctum esse, quem a Patre processurum Filius promisit : qui etiam descendit super apostolos die quinquagesima. Et Patrem non esse Filium, neque Spiritum sanctum, quem Paracletum dicimus. Filium non esse Patrem, neque Paracletum ; Paracletum non esse Patrem, neque Filium. Quia cum Filius dicat : *Cum ergo venerit Paracletus ille, quem ego*

(*a*) Joan. XVII, 21. (*b*) ibid. 23. (*c*) Act. XVII, 28. (*d*) Matth. III, 17.

mittam vobis a Patre meo Spiritum veritatis, qui ex Patre meo procedit, hic testificabitur de me (*e*), ostendit esse quem mitteret, et a quo mitteret Deum tamen Patrem, et Deum Filium, et Deum Paracletum Spiritum, unius substantiæ et trinæ substantiæ ejus divinitatis fide nostra esse et manere debere, confiteri quoque pium et salutare est. *Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem* (*f*). Filius Dei non est filius hominis, Filius autem hominis Filius Dei est. Qui Filius Dei est, non est filius hominis ; unigenitus enim Deus est. Qui vero Filius hominis est, primogenitus est, et propter susceptorem suum unigenitum Deum, et ipse unigenitus dicitur, quia in eo est unigenitus. Denique de primogenito apostolus Paulus sic ait: *Qui est primogenitus ex mortuis in multis fratribus* (*g*) ; quia per eum crediderunt. Non ergo natura unigeniti primogeniti, sed per societatem unigeniti Dei unigenitus est. Primogeniti autem natura est primogenitus, non causa societatis ; quia nullus ex mortuis resurrexit ad immortalitatem, nisi ipse primus, et exemplum resurrectionis omnibus sequentibus dedit. Ideo apostolus Paulus dixit: *Qui est primogenitus ex mortuis.* Idem iterum ad Romanos ait: *Ut sit ipse primogenitus primatum tenens in multis fratribus* (*h*). Quia unigenitus et primogenitus duæ naturæ sunt, divina et humana, sed una persona. Nam diversitas harum naturarum in elocutione Evangeliorum ostenditur. Fidei igitur nostræ non convenit, ut Jesus Christus mentiatur, quia ipse est veritas. Cum ergo ita sit, ipse de se dicit: *Qui me misit mecum est, nec me derelinquit* (*i*) ; et alio loco: *Deus Deus meus, quare me dereliquisti* (*j*)? Quia Deus hominem susceperat, et per mortem crucis relinquendus erat a Deo usque ad resurrectionem. Fidei ergo nostræ sic convenit, ut homo dicat ad Deum suum: *Quare me dereliquisti?* unigenitus autem Deus, qui inseparabilis est a Deo Patre, dicat: *Qui me misit mecum est, nec me derelinquit.*

(*e*) Joan. XV, 26. (*f*) Rom. X, 10. (*g*) Coloss. I, 18. (*h*) Rom. VIII, 29. (*i*) Joan. VIII, 29. (*j*) Matth. XXVII, 46.

ANTE ANNUM CCCXCIV.

DIODORUS TARSENSIS EPISCOPUS.

NOTITIA

(FABRIC., *Bibliotheca Græca*, ed. Harles, tom. IX, p. 277.)

Diodorus, sive Theodorus, e monacho Antiochenus presbyter a Meletio, post Valentis mortem reverso ab exsilio, constitutus a. C. 378, Tarsi episcopus et metropolitanus Ciliciæ (*a*) ; non diu post interfuit concilio Antiocheno sub extremum anni 379, et Constantinopolitano œcumenico 381, ubi Nectarium ordinavit episcopum. Maximam adversus ethnicos pariter et hæreticos constantiæ, zeli et industriæ laudem meruit adhuc presbyter ; nam episcopatus ejus incidit in tempora Ecclesiæ pacatiora sub Theodosio M. Laudatus a S. Chrysostomo tum presbytero est, cum Antiochiam Diodorus episcopus invisisset circa a. 387, et Chrysostomum pro concione laudasset. Chrysostomi in Diodorum hunc duplex encomium apud Facundum IV, 2 (*b*) e quibus alterum Græce et Latine editum est ab Emerico Bigotio ad calcem Palladii *de Chrysostomi Vita*, Paris. 1680, 4. pag. 229-235 (*c*). Exstat et S. Epiphanii ad eum epistola, qua librum *De gemmis* ipsi dicavit. Obiit plenus dierum ante a. 394, quo successor ejus Phalerius synodo Constantinopolitanæ subscripsit, ac fortasse jam anno 392 de-

(*a*) Vide Domni Antiocheni epistolam synodicam *in Diodori laudem*, quam servavit Facundus VIII, 5. Theodorum pro Diodoro vocat Photius cod. CCXXIII. Facundus IV, 2. Diodorum Tarsensem, Theodori Mopsuesteni magistrum, a Nestorianæ hæreseos ἐγκλήματι defendere cupiens, laudat epistolam Athanasii verum, quæ non ad illum, sed ad Diodorum Tyrium, scripta est.

(*b*) In *Defens. trium capitulor.* lib. IV, pag. 374 sq. ed. Sirmond. in Opp. tom. II Veron. HARL.

(*c*) Iterum a Montfaucon. id sua edit. Chrysostomi, tom. III, p. 747 sq. HARL.

cesserat, ut persuasum Tillemontio, qui de hoc Diodoro tradit accurate tomo VIII *Memor.* [p. 558 sq. *Notes sur le Diodore de Tarse*, p. 802 sq. ed. Paris.]. Sunt interdum, qui confundant cum aliis Diodoris, sive Theodoris, ut Diodoro Tyrio (*a*) et Theodoro Mopsuesteno, a quibus est diligenter distinguendus (*b*). Sed nunc scripta ejus strictim percensere juvat.

1. Libri VIII, sive capita LIII, κατὰ εἱμαρμένης, *contra fatum*, illudque asserentes astronomos atque astrologos et hæreticos, Bardesanem aliosque. Ex hoc opere, quod memorat et Theodorus lector, apud Suidam Διόδωρος, atque Syriace superesse, Hebed Jesu auctor est, exstant ampla excerpta apud Photium cod. CCXXIII (*c*). Quod autem in hoc opere scripsit Diodorus pag. 358, τὸ τῶν Χριστιανῶν γένος πρὸ τετρακοσίων ἐτῶν τὴν ἀρχὴν ἐσχηκέναι, ἀθρόον δὲ πᾶσαν λαβεῖν τὴν οἰκουμένην, *Christianos cæpisse ante annos* CCCC, *atque totam occupasse terram*, non præcise, sed cum aliqua latitudine accipiendum.

2. Singulare opus *adversus ethnicos* eorumque idola scripsisse, colligit Tillemontius ex Juliani imp. *epistola ad Photinum*, cujus magnam partem, Latine versam, refert Facundus IV, 2, p. 522, ubi inter alia de Diodoro, quem *Nazaræi magnum* blasphema appellat: *Iste enim malo communis utilitatis Athenas navigans et philosophans imprudenter, musicorum participatus est rationem, et rhetoris confectionibus odibilem adarmavit linguam adversus cœlestes deos, usque adeo ignorans paganorum mysteria, omnemque miserabiliter imbibens, ut aiunt, degenerum et imperitorum ejus theologorum piscatorum errorem.* Videtur hoc esse, quod Theodorus lector apud Suidam memorat κατὰ Πλάτωνος περὶ θεοῦ καὶ θεῶν. Mirum autem, quod ignorantiam sæcularium litterarum Diodoro objectat Hieronymus in *Catalogo*, cap. 119.

3. *Adversus Photinum* [v. supra, p. 226], *Malchionem, Sabellium et Marcellum Ancyranum*, de quo Theodoritus lib. II *De hæreticis fabulis*, cap. ult.: Κατὰ τῶν τεττάρων τούτων συνέγραψεν ὁ θεῖος Διόδωρος ὁ τῶν Κιλίκων Ἰθύνας μητρόπολιν, θεὸν προαιώνιον τὸν Χριστὸν ἀποδείξας, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐνανθρωπήσαντα, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων πραγματευσάμενον σωτηρίαν. Scripta cætera Diodori Theodoro lectori apud Suidam in Διόδωρος memorata sunt.

4. Χρονικὸν διορθούμενον τὸ σφάλμα Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου περὶ τῶν χρόνων, *Chronicon, quo errata, ab Eusebio in libro de temporibus admissa, emendantur.* [V. supra, vol. VII, p. 444.]

5. Περὶ τοῦ, εἷς θεὸς ἐν Τριάδι, *De eo, quod sit unus Deus in Trinitate.* Adversus Arianos sive Eunomianos, adversus quos Diodori opus exstare apud Syros testatus est Hebed Jesu in *Catalogo scriptorum Chaldaicorum.*

6. Κατὰ Μελχισεδεκιτῶν, *Contra Melchisedecitas*, hæreticos, quibus, Theodotum Byz. et Hieracen secutis, Melchisedech erat Spiritus sanctus. Ex auctore *Prædestinati* cap. 34 cognoscimus, adversus Melchisedecitas scripsisse etiam Dionysium, Hierosolymorum episcopum, quemadmodum eosdem oppugnatos a Diadocho, Photices episcopo [de quo paulo ante plura sunt adnotata], constat ex Photii cod. CC.

7. Κατὰ Ἰουδαίων, *Contra Judæos.* Etiam hoc est inter ea Diodori scripta, quæ Syriace superesse Hebed Jesu scripsit. [V. supra, vol. VI, p. 747].

8. Περὶ νεκρῶν ἀναστάσεως, *De resurrectione mortuorum.*

9. Περὶ ψυχῆς, κατὰ διαφόρων περὶ αὐτῆς αἱρέσεων, *De anima, adversus varias de illa hæreticorum opiniones.*

10. Πρὸς Γρατιανὸν κεφάλαια, *Capita ad Gratianum imp.* Hujus Gratiani, Valentiniani et majoris Theodosii edictum, quo solos illos habere ecclesias permittunt, qui communicant Nectario Constantinopol., Timotheo Alex., Pelagio Laodiceæ et Diodoro Tarsi et totius concilii (κοινοῦ), sub vicario Asiæ constituti, apud Facundum IV, 2.

11. Περὶ σφαίρας καὶ τῶν ε' ζωνῶν καὶ τῆς ἐναντίας τῶν ἀστέρων πορείας; *De sphæra et quinque zonis et contrario astrorum motu.*

12. Περὶ τῆς Ἱππάρχου σφαίρας. *De sphæra Hipparchi*, Bithyni, qui, ut ait Plinius II, 26, ausus, libris tamen *contra fatum* nulla Nestorianismi de Christo vestigia deprehendebantur. Eidem Diodoro a Maturino Veyss. la Croze tribuuntur *quæstiones ad orthodoxos*, quæ inter Justini martyris opera recenseri solent. V. supra, vol. IV, p. 380 sq., ubi inter *Diodoros* etiam de nostro et de mem. quæstionibus sententiaque la Croze uberius disputatum est, et vol. VII, p. 65, sect. 10, not. *v*, atque infra, vol. X, pag. 525. vet. edit. Diodorus Tarsensis laudatur in scholiis Marcian. ad Homerum, teste Villoison in *Anecd. Gr.* II, p. 184, not. HARL.

(*a*) Vide Tillemont. tom. VIII, pag. 239, 561, 712 seq. [et de Theodoro Mopsuesteno infra, vol. IX, p. 153 sqq. vel ed.].

(*b*) Conf. Fabricium nostrum in *Delectu argumentor. et scriptor. pro veritate relig. Christianæ*, pag. 168 sq.; Du Pin in *Hist. eccles.* vol. II, p. 188; Caveum in *Histor. litter. SS. eccless.*, pag. 266 sq.; Schroeckh *Hist. eccl. Christ.* tom. X, p. 269 sqq. Diodorus Tarsensis, vir doctissimus et magister Chrysostomi, in indagando sacrorum oraculorum sensu historico, repudiatis allegoriis simplicem duntaxat interpretationem ad meliorem certioremque verborum intelligentiam sectatus est (v. Caveum l. c. præsertim I. A. Ernesti *Narrat. erit. De interpretat. prophetiar. Messianar. in Ecclesia Christiana*, pag. 498 sq. in opusc. theolog.). Neque tamen immunis erat ab erroribus, et in argumentis de Spiritu sancto Nestorianismo viam stravisse videbatur. Atque Nestorium habuit discipulum. In

(*c*) V. infra, vol. IX, p. 475. ed vet. Hoc Photii caput, s. excerpta ex Diodori Tarsensis libris VIII *contra fatum* una cum excerptis ex Jobi monachi libris IX *De œconomia Christi*, in cod. Photii CCXXII separatim exstant in cod. Vindobon. Cæsareo CCX, nr. 14, testibus Nesselio in cat. codd Cæs. part. I, p. 309, et Lambecio V, p. 410, de cod. Cæs. CCLXVI 14. HARL.

rem etiam Deo improbam; annumerare posteris stellas ac sidera ad nomen expungere, organis excogitatis, per quæ singularum loca atque magnitudines signaret.

13. Περὶ προνοίας, *De providentia*. Hic est, quem Syriace adhuc superesse Hebed Jesu scripsit, Diodori liber, quem vocat *Politicorum*. Vide Rich. Simonis epistolas, Gallice editas III, 19, pag. 111.

14. Περὶ φύσεως καὶ ὕλης, ἐν ᾧ τί τὸ δίκαιόν ἐστι, *De natura et materia, in quo scripto tractatur de eo quod justum est.*

15. Περὶ Θεοῦ καὶ ὕλης Ἑλληνικῆς πεπλασμένης (al. minus bene πεπλανημένης), *De Deo et falsa Græcorum materia.*

16. Ὅτι αἱ ἀόρατοι φύσεις οὐκ ἐκ τῶν στοιχείων ἀλλ' ἐκ μηδενὸς μετὰ τῶν στοιχείων ἐδημιουργήθησαν. *Naturas invisibiles non ex elementis, sed una cum elementis ex nihilo factas esse.*

17. Πρὸς Εὐφρόνιον φιλόσοφον, κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν, *Ad Euphronium philosophum, per interrogationem et responsionem.* Nescio, an hic sit liber ille scriptus a Diodoro, adhuc presbytero, in quo amœnitatem dialogorum Platonicorum desiderat S. Basilius epistola 167. Meminit illius epistolæ Basilii ad Diodorum etiam Facundus IV, 2, p. 513.

18 Κατὰ Ἀριστοτέλους περὶ σώματος οὐρανίου, πῶς θερμος ὁ ἥλιος, κατὰ τῶν λεγόντων ζῶον τὸν οὐρανόν, *Contra Aristotelem de corpore cœlesti, et quomodo sol sit calidus et contra eos qui cœlum animal esse dicunt.*

19. Περὶ τοῦ πῶς ἀεὶ μὲν ὁ δημιουργὸς, οὐκ ἀεὶ δὲ τὰ δημιουργήματα, *De eo, quomodo opifex quidem semper, opera vero ejus non semper permaneant.*

20. Πῶς τὸ θέλειν καὶ τὸ μὴ θέλειν ἐπὶ Θεοῦ ἀϊδίου ὄντος. *Quomodo velle et nolle sit in Deo æterno.*

21. Κατὰ Πορφυρίου, Περὶ ζῶων καὶ θυσιῶν. *Contra Porphyrium, de animalibus et sacrificiis.*

22. Κατὰ Μανιχαίων, *Contra Manichæos* et Addæ, Manichæi, μόδιον, libri XXV. Phot. cod. LXXXV. Meminit et Diodori inter Manichæorum adversarios Theodoretus lib. I *Hæretic. fab.*, capite ult. Atque Diodori contra Manichæos opus ferri apud Syros, testatus est Hebed Jesu [Conf. supra, vol. VII, p. 326, et infra, vol. IX, p. 402 vet. edit. de Photii cod. LXXXV.]

23. Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διάφορα ἐπιχειρήματα, *De Spiritu sancto varia argumenta*, Macedonianis, ut videtur, opposita (*a*). In his Nestorio prælusisse Diodorum, notat Photius cod. CII, qui illa in eodem volumine legit, quo Gelasii Cæsariensis liber *contra Eunomianos* comprehensus ferebatur. Duos magnos viros, Diodorum Tarsi et Theodorum Mopsuestiæ episcopum adversus Arianos et Macedonium et Appollinarem pugnassse, testatur etiam Leontius *De sectis*, pag. 448.

24. Πρὸς τοὺς Συνουσιαστάς, *Adversus Synusiastas*, quem titulum et Diodori nostri, et Theodori Mopsuesteni, et Theodoti Antiocheni, et Cyrilli Alex., adversus Apollinaristas scriptis fuisse præpositum, notat Sirmondus ad Facundi VIII, 4, tom. II Opp., p. 655. Diodori ex libro primo *contra Synusiastas* fragmenta leguntur apud Leontium Byz. lib. III *contra Nestor. et Eutychem*, tom. IX *Bibl. Patrum* edit. Lugd., pag. 704. Vide et Garnerium ad Marium Mercatorem tom. II, pag. 317, 318. Ob hos libros, quos adhuc habent Syri, si *Catalogo* Hebed Jesu fides, videtur potissimum Diodorus male audisse post mortem (*b*) Nestorianis, ad eum provocantibus: unde Cyrillus epist. ad Succensum et Acacium eumdem perstrinxit, et singulari opere, quod hodie non exstat, Diodori et Theodori loca oppugnanda sibi sumpsit, quæ vicissim tueri conatus est in alio opere, itidem deperdito, Theodoretus. Quemadmodum Diodorum ac Theodorum strenue defendit et multis Facundus. Cæterum licet ambos, Diodorum Tarsensem et Theodorum Mopsuestenum, condemnatos esse in synodo quinta scribat Photius cod. XVIII, tamen in synodi actis hoc non reperitur.

25. *Adversus Contensiosum* nescio quem, liber, quem apud Syros exstare Hebed Jesu auctor est, testatus præterea, composuisse Diodorum libros sexaginta, quos combusserunt Ariani.

26. Præcipuus Diodori labor fuit, quo *plerosque sacræ Scripturæ libros* interpretando, imitatus est Eusebium Emesenum (*c*), atque ipse præivit Joanni Chrysostomo atque Theodoro Mopsuesteno, ita ut sensum litteralem et historiam potius, quam ex recepto apud plerosque alios illis temporibus more allegorias sectaretur, ψιλῷ τῷ γράμματι τῶν θείων προσέχων Γραφῶν, τὰς θεωρίας αὐτῶν ἐκτρεπόμενος, ut est apud Socratem VI, 3, sive ut Sozemenus VIII. 2, περὶ τὸ ῥητὸν τῶν λόγων τὰς ἐξηγήσεις ποιήσας, τὰς δὲ θεωρίας ἀποφεύγων. Specialim memorantur ejus ἑρμηνεῖαι *in Pentateuchum*. Suid. in Διόδωρος ex Theodoro lectore. *In Psalmos*, id.; *in IV Regnorum libros*; Εἰς τὰ ζητούμενα τῶν Παραλειπομένων. *In Proverbia*, cui addidit dissertationem *De differentia theoriæ atque allegoriæ*, sive sensus mystici ab allegorico atque morali. Τίς διαφορὰ θεωρίας καὶ ἀλληγορίας. Suid. *In Ecclesiastem*; *In Canticum canticorum*; *In Prophetas*; *In quatuor Evangelia*; *In Acta apostolorum*. Idem Suidas. *In Apostolum commentarii*. Hieron, cap. 119 *De scriptoribus eccles. In primam Epistolam Joannis*. Suid. in Διόδ.

Fragmenta horum commentariorum frequentia in Græcorum Patrum ad libros sacros catenis, in quibus Diodori nomen frequentissimum est, sed et cum Theodori Mopsuesteni haud raro confunditur

(*a*) Vid. infra, vol. IX, p. 407 vet. ed. de Ppotii cod. CII et C. Gu. Fr. Walchii *Histor. hæresium*, tom. III, p. 115. HARL.

(*b*) Confer Liberatum cap. 10, et Leontium Byz. *De sectis*, p. 448 seq.; Tillemontium tom. VIII, 565 seq.

(*c*) Hieron. c. 119 *De scriptor. eccles.*

nomine. FABR. Conf. supra, vol. VII, p. 640 sq., 643 sq., et codd. ibi memoratos aliosque. In Montfauc. *Bibl. Coislin.* mss. catenæ, quibus fragmenta Diodori Tarsensis intexta sunt, citantur pag. 41, 42, 187, 244, 245, 247, in primis notandus est pag. 137 cod. LXOX, qui complectitur Theodoreti interpretationem *in Psalmos*, additis ad marginem scholiis, excerptis ex variis Patribus, etiam ex Diodoro Tarsensi, quoniam is aliquando appellatur hæreticus. HARL.

Diodori et Theodori Mopsuest. scripta Nestorianis curantibus in Armenorum, Persarum et Syrorum linguas conversa fuisse, auctor est Liberatus cap. 10 *Breviarii.*

Antiphonarum in Ecclesia usum ad Diodorum et Flavianum Antiochenum, velut auctores, refert Theodoritus lib. II *Hist.*, cap. 24, de quo consule Jo. Bonam *De divina psalmodia*, cap. 16, § 10, pag. 513.

Inter eos, quorum liturgiæ apud orientales feruntur, Diodorus quoque numeratur ab Abrahamo Ecchellensi, ad *Catalogum* Hebed Jesu, p. 134. Confer Jo. Bonam *Rerum liturg.* lib. I, cap. 9. Videtur tamen non Diodorus Tarsensis, sed Theodorus Mopsuestenus, intelligi. Illas liturgias e Greco conversas Syriace habent Maronitæ voluitque illas edere, qui Latine se vertisse testatur, Rich. Simon. tom. II *Bibl. selectæ*, pag. 173. Novissime has liturgias Latine vulgavit ex versione sua Euscbius Ranaudotus, in volumine posteriore *Collectionis litturgiarum orientalium*, Paris. 1716, 4, ubi inter alias Theodori Mopsuesteni quoque liturgia legitur.

Pelagii perinde ut Nestorii præcursorem fuisse Diodorum, Christianus Lupus in diss. ad synodum Ephesinam cap. 1 non dubitat, sed liber adversus dogma de peccato originis, lectus a Photio cod. CLXXVII, quo potissimum argumento Lupus utitur, non Diodori Tarsensis est, sed Theodori Mopsuesteni, ut notavit Rigberius sive Gerberonius in notis ad Marium Mercatorem, pag. 102.

In extremo judicio solum justos e vivis immutandos statuit. Vide Elmenhorstii notas ad Gennadium *De eccles. dogmatibus*, cap. 8.

NOTITIA ALTERA

(LEO ALLATIUS, *Diatriba de Theodoris*, num. LXVI. Apud Ang. MAI *Biblioth. nov. Patr.*, VI, 137.(

Theodorus Tarsensis (qui aliis Diodorus est [a]) Photio cod CCXXIII cujus verba infra ponentur; Suidæ in Auxentio Mopsuesteno episcopo sub Constantino Magno, cujus frater Theodorus erat. Τούτου δὲ ἀδελφὸς νεώτερος Θεόδωρος ἦν, ἀνὴρ τῶν Ἀθήνησι παιδευθέντων, ὃς καὶ αὐτὸς χρόνον ὕστερον ἐπισκοπὴν τῆς Ταρσοῦ Ἐκκλησίας ἔτυχε κληρωσάμενος *Hujus frater erat junior Theodorus, vir qui inter alios Athenis studiis operam navavit, et post aliquod tempus Tarsensis Ecclesiæ episcopatum adeptus est.* Septima quoque synodus act. VI, appellat Theodorum (ed Labb. tom. VII, col. 421). Ἀνεθεμάτισε Θεόδωρον τὸν καθηγητὴν Νεστορίου, Σεβῆρον, καὶ τὰ ἑξῆς. *Anathemate feriit (quinta synodus) Theodorum præceptorem Nestorii, Severum*, etc., licet ibi in margine reponatur Diodorus. Andreas Schottus in Photio Diodorum potius quam Theodorum appellare voluit, tum quod paulo post a Photio sic nominetur, tum quod Suidas Tarsensi huic episcopo κατὰ ἀστρονόμων καὶ ἀστρολόγων καὶ εἱμαρμένης opus attribuat. Ego tamen inde colligo eumdem utroque hoc nomine vocitatum, sed Diodorum invaluisse. « Hic et Flavianus (ut narrant Theodoretus *Histor.* lib. IV, cap. 25 et Nicephorus Callistus lib. XI, cap. 24) generosi veritatis athletæ, Meletio in exsilium pulso, tanquam rupes quædam, fluctus irruentes fregerunt; et cura gregis suscepta, tum lupis sua fortitudine et sapientia restiterunt, tum ovibus convenientem curationem adhiberunt. Atque ubi a radicibus montis, in quos se receperant deturbati fuere, oves ad ripas vicini fluminis paverunt. Verum cum nec isto quidem in loco Christi hostis conventum illum Deum laudantium cogi pateretur, duo illi pastores admirabiles, divinis ovibus velut in gymnasium bellicum coactis, spiritale pabulum demonstrabant. Atque Diodorus, vir sapientissimus ac fortissimus perinde atque fluvius præaltus et pellucidus, tum animos fortitudinis rivulis irrigabat, tum adversarium blasphemias sinceræ doctrinæ undis penitus obruebat; qui generis splendorem pro nihilo reputans, ærumnas pro fidei defensione lubens perpessus est. Flavianus vero, etsi patriciis ortus, tamen solam pietatem nobilitatis loco numerans et tanquam palæstræ magister, magnum Diodorum velut athletam in omni certaminis genere exercitatissimum perunxit. » Tandemque cum populus in sententia concordasset, a Meletio Tarsi episcopus creatur, curamque Cilicum in se suscepit. Plura in eumdem sanctorum Patrum Athanasii, Petri, atque Timothei Alexandrinorum

(a) Hunc ipsemet vidi appellari modo Diodorum modo Theodorum, in mss. præsertim Syriacis ex Græco conversis; et quidem interdum in illis etiam Joannis Cæsariensis, quorum fragmenta protulimus in *Nov bibl. PP.* tom. IV. Itemque alibi. A. M.

antistitum, Basilii Cæsariensis, Joannis Constantinopolitani, Epiphanii Cypri, episcoporum Ægyptiorum qui in exsilium relegati a Valente imperatore fuerant, et concilii CL sacerdotum, qui cum ipso Diodoro Byzantii contra Macedonium convenerant, elogia congessit Facundus Hermianensis lib. IV, cap. 2.

Multa *in sacra Biblia* scripsit. Sozomenus lib. VIII, cap. 2, de Joanne Chrysostomo loquens: Ταύτης δὲ τῆς φιλοσοφίας διδασκάλους ἔσχε τοὺς τότε προεστῶτας τῶν τῇδε περιφανῶν ἀσκητηρίων, Καρτέριόν τε καὶ Διόδωρον τὸν ἡγησάμενον τῆς ἐν Ταρσῷ Ἐκκλησίας, ὃν ἐπυθόμην ἰδίων συγγραμμάτων πολλὰς καταλιπεῖν βίβλους· περὶ δὲ τὸ ῥητὸν τῶν ἱερῶν Λόγων τὰς ἐξηγήσεις ποιήσασθαι, τὰς θεωρίας ἀποφεύγοντα. « Atque hujus quidem philosophiæ magistros « illos habuit, qui tum temporis ibi celebritus ascete- « riis præsidebant. Carterium scilicet et Diodorum « istum qui demum Tarsensis Ecclesiæ antistes fuit, « quem equidem audivi propriarum commentatio- « num multos reliquisse libros : direxisse autem ad « litteram sacræ Scripturæ interpretationes suas, « aversatum speculationes (allegorias) universas. » Socrates lib. VI, cap. 3 : Τηνικαῦτα οὖν οὔτι σπουδαῖοι περὶ τὴν ἀρετὴν γενόμενοι μαθητεύουσιν εἰς τὰ ἀσκητικὰ Διοδώρῳ, καὶ Καρτερίῳ, οἵτινες τότε μὲν ἀσκητηρίῳ προΐσταντο. Διόδωρος δὲ αὐτῶν ὕστερον ἐπίσκοπος Ταρσοῦ γενόμενος πολλὰ βιβλία συνέγραψε, ψιλῷ τῷ γράμματι τῶν θείων προσέχων Γραφῶν, τὰς θεωρίας αὐτῶν ἐκτρεπόμενος. « Isti igitur per id tempus per- magno virtutis studio inflammati, monasticam disci- « ciplinam didicerunt a Diodoro et Carterio, qui tum « quidem monasterio præerant : postea alter illorum, « nempe Diodorus, episcopus Tarsi constitutus, mul- « tos libros conscripsit, nudæ sacrarum Scripturarum « litteræ duntaxat attendens, et sensum et intelligen- « tiam earum abstrusiorem (allegoricum) penitus fu- « giens. » Paria habent Theodoretus, et Nicephorus Callistus. Illius expositiones passim ubique in catenis ob expositionem Bibliorum contextis reperies.

Aliorum scriptorum catalogum ex Theodoro anagnosta accuratissimum nobis Suidas conservavit : Διόδωρος μονάζων ἐν τοῖς χρόνοις Ἰουλιανοῦ, καὶ Οὐάλεντος ἐπισκοπήσας Ταρσῶν τῆς Κιλικίας· οὗτος ἔγραψεν, ὡς φησὶ Θεόδωρος ἀναγνώστης ἐν τῇ Ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ, διάφορα· εἰσὶ δὲ τάδε· ἑρμηνεῖαι εἰς τὴν Παλαιὰν πᾶσαν, Γένεσιν, Ἔξοδον, καὶ ἑφεξῆς, καὶ εἰς Ψαλμούς, καὶ εἰς τὰς τέσσαρας Βασιλείας, εἰς τὰ ζητούμενα τῶν Παραλειπομένων, εἰς τὰς Παροιμίας, τίς διαφορὰ θεωρίας, καὶ ἀλληγορίας, εἰς τὸν Ἐκκλησιαστήν, εἰς τὸ Ἆσμα τῶν ἀσμάτων, εἰς τοὺς προφήτας, Χρονικὸν διορθούμενον τὸ σφάλμα Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου περὶ τῶν Χρόνων. Εἰς τὰ τέσσαρα Εὐαγγέλια, εἰς τὰς Πράξεις τῶν ἀποστόλων, εἰς τὴν Ἐπιστολὴν Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ, Περὶ τοῦ, εἷς Θεὸς ἐν Τριάδι, Κατὰ Μελχισεδεκιτῶν, Κατὰ Ἰουδαίων, Περὶ νεκρῶν ἀναστάσεως, Περὶ ψυχῆς κατὰ διαφόρων περὶ αὐτῆς αἱρέσεων, Πρὸς Γρατιανὸν κεφάλαια, Κατὰ ἀστρονόμων, καὶ ἀστρολόγων, καὶ εἱμαρμένης, Περὶ σφαίρας καὶ τῶν ἑπτὰ ζωνῶν, καὶ τῆς ἐναντίας τῶν ἀστέρων πορείας, Περὶ τῆς Ἱππάρχου σφαίρας, Περὶ προνοίας κατὰ Πλάτωνος, Περὶ Θεοῦ καὶ θεῶν, Περὶ φύσεως καὶ ὕλης, ἐν ᾧ τί τὸ δίκαιόν ἐστι, Περὶ Θεοῦ, καὶ ὕλης ἑλληνικῆς πεπλανημένης, ὅτι αἱ ἀόρατοι φύσεις οὐκ ἐκ τῶν στοιχείων, ἀλλ' ἐκ μηδενὸς μετὰ τῶν στοιχείων ἐδημιουργήθησαν, Πρὸς Εὐφρόνιον φιλόσοφον κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν, Κατὰ Ἀριστοτέλους περὶ σώματος οὐρανίου, Πῶς θερμὸς ὁ ἥλιος, Κατὰ τῶν λεγόντων ζῷον τὸν οὐρανὸν, Περὶ τοῦ, πῶς ἀεὶ μὲν ὁ δημιουργὸς, οὐκ ἀεὶ δὲ τὰ δημιουργήματα, Πῶς τὸ θέλειν, καὶ τὸ μὴ θέλειν ἐπὶ Θεοῦ ἀΐδιον ὄντος, Κατὰ Πορφυρίου περὶ ζώων καὶ θυσιῶν. « Diodorus « monachus temporibus Juliani et Valentis, episco- « pus Tarsi Ciliciæ, scripsit varia, ut Theodorus ana- « gnostes in » Ecclesiastica historia « meminit, quæ « sunt : interpretatio in totum Vetus Testamentum, « Genesim, Exodum, et reliqua, in Psalmos (a), in « quotuor libros Regum, in loca difficiliora Paralipo- « menorum (b), in Proverbia. Quodnam sit discrimen « contemplationis et allegoriæ, in Ecclesiasten, in « Canticum canticorum, in prophetas Chronicon quo « erratum Eusebii Pamphili de temporibus corrigit (c) « in quatuor Evangelia, in Acta apostolorum, in Epi- « stolam Joannis evangelistæ, Deum unum esse in « Trinitate, Contra Melchisedecitas, Contra Judæos « de resurrectione mortuorum. De anima contra di- « versas de ea sectas, ad Gratianum capita, Contra « astronomos et astrologos et fatum, De sphæra item « ac de septem zonis, et de contrario astrorum cursu, « De Hipparchi sphæra, De providentia contra Plato- « nem De Deo et diis, De natura et materia, ubi tra- « ctat quid justum sit, De Deo, et falsa Græcorum « materia, Quod quæ sub aspectu non cadunt, ea non « ex elementis, sed una cum elementis sint facta ex « nihilo, Ad Euphronium philosophum per interroga- « tionem et responsionem, Contra Aristotelem de cor- « pore cœlesti, Quomodo calidus sit sol, Contra eos « qui animal dicunt esse cœlum, Quomodo semper « exstiterit opifex, opificium autem non semper, Quo- « modo velle et nolle insit æterno Deo, Contra Porphy- « rium de animalibus et victimis. » Et partem eorum

(a) Diodori Tarsensis commentariorum in Psalmos reliquiæ exstant in Corderii catena, sed nonnisi a psalmo LXXXI et deinceps. Nos vero in codice reginæ Suecæ XL, copiosas alias invenimus ejusdem operis reliquias, jam inde a psalmo XXXIV, quas typis commisimus. Plures alias coacervare ex aliis codicibus licuisset ; sed interim hæ sufficiunt. A. M.

(b) Allatius Græcum ζητούμενα interpretabatur *in ea quæ in Paralipomenis desiderantur*, quod pace tanti viri non admitto. Τὰ ζητουμενα, et ζητήσεις, sunt potius *quæstiones* quæ fiunt de locis difficilioribus. A. M.

(c) Citatur interdum hoc Diodori opus a Georgio Syncello in *Chronico*.

Hebediesu episcopus Sobæ et Armeniæ cap. 18 (*a*). « Diodorus Tarsensis composuit libros numero sexa- « ginta, quos Ariani combusserunt; remanseruntque, « quos jam sum commemoraturus Liber de dispensa- « tione, liber dissolutionis astrologiæ. Item alius con- « tra Eunomianos: alius contra hæreticos; nec non al- « ter contra Judæos; et adversus Manichæos; et adver- « sus Apollinarem. Demum expositio in partem Mat- « thæi. »

Legit ipsius adversus fatum libros VIII tribus et quinquaginta capitibus distinctos Photius cod. CCXXIII, et ex iis digniora in suam *Bibliothecam* copiosissime transtulit. Audiamus quæ de tanti viri studio atque ingenio in excerptorum principio tradit. Ἀνεγνώσθη βιβλέον Θεοδώρου ἐπισκόπου Ταρσοῦ κατὰ εἱμαρμένης ἐν λόγοις μὲν ὀκτὼ, κεφαλαίοις δὲ τρισὶ καὶ πεντήκοντα· ἔστι μὲν οὖν ἐν τούτοις εὐσεβῶν ὁ ἀνὴρ, καὶ οὐδὲ περὶ τὴν δόξαν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἣν ἡ τοῦ Νεστορίου λύσσα διασπαράττει σφαλλόμενος· τοῖς δὲ ἐπιχειρήμασιν, ἔστι μὲν οἷς ὀρθῶς τε καὶ εὐφυῶς ἐπιβάλλει, διελέγχων τοὺς τὴν εἱμαρμένην δοξάζοντας· ἔστι δὲ που πρὸς μόνον τὸ φαινόμενον τὸν ἀγῶνα φέρει, καὶ μηδὲ σαφῶς τὸ τῶν ἐναντίων ἐξακριβῶν δόγμα· ὅθεν πολλάκις οὐκ ἐκείνοις, πρὸς οὕς ὁ πόλεμος, ἀλλ' ἑτέροις μᾶλλον δόξειεν ἂν διαμάχεσθαι· πλὴν ὅ γε εὐγνώμων κριτὴς οὐχ ὑπὲρ ὧν οὐκ εὐστόχως ἐνιαχοῦ φέρεται μωμήσαιτο ἄν, ὑπὲρ ὧν δὲ σπουδάζει τῆς εἱμαρμένης πλάνην κατενεγκεῖν, καὶ ὡς οὐκ ἐν ὀλίγοις κατ' αὐτῆς εὐδοκιμεῖ, τὸν ἄνδρα τιμῆς καὶ χάριτος ἄξιον ἀνομολογεῖν ἐστι δίκαιον. « Lectum est Diodori episcopi Tarsensis opus » adversus fatum « libris VIII, ac tribus supra quinqua- « ginta capitibus distinctum, quibus in libris pius « quidem est hic scriptor, neque in eam sectam de Dei « Filio quem impia Nestorii rabies dissecuit, aberran- « do deflectit. Verum in argumentis, etsi quædam « recte satis ac dextere adhibet, dum fati laudatores « oppugnat; alias tamen neque satis clare, neque satis « accurate adversariorum dogma persecutus, ea op- « pugnare aggreditur, quæ speciem duntaxat dogma- « tis præ se ferunt; ut proinde sæpenumero non cum « illis, quibuscum certamen suscepit, sed cum aliis « potius quibusdam pugnare videatur. Quanquam « bene sentiens arbiter, non ob id quod minus felici- « ter alicubi hanc rem agat, reprehensum eum velit; « cum ex eo saltem honor illi, et gratia merito debe- « atur, quod non sine sua in multis laude, noxium de « fato errorem opprimere moliatur. » Et in fine excerptorum : Ἔστι δὲ τὴν φράσιν καθαρός τε καὶ εὐκρινὴς ὁ ἀνὴρ, τοῖς δὲ ἐνθυμήμασι, καὶ τῇ τῶν ἐπιχειρημάτων διαπλάσει, οἷον αὐτὸν κατὰ μέρος ἐν τῇ τῶν λόγων αὐτοῦ ὑπεδείξαμεν ἐκλογῇ. « Est autem in loquendo « purus atque distinctus, ejusmodi enthymematis « atque epichirematis efformandis, qualia ex parte « jam in his illius operis excerptis indicavimus. »

Legit etiam ejusdem idem Photius *de Spiritus sancto varia argumenta*, cod. CII. Ἐμπεριείχετο δὲ τῇ δέλτῳ καὶ Διοδώρου Ταρσοῦ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διάφορα ἐπιχειρήματα, ἐν οἷς καὶ τὴν Νεστορίου νόσον αὐτὸς ἐπιδείκνυται προηρῶστηκώς. « Continebantur hoc eodem libello varia argumenta « Diodori Tarsensis de Spiritu sancto, quibus et Nes- « torii labe se jam inde contaminatum osten- « dit. »

Nihil de hoc Ammiano, qui, ut videtur, psalmos Apollinarii exemplo, Græcis reddidit versibus, a Caveo, Ovelino et Fabricio memoriæ proditum est.

III. Pag. 5, 6. Iterum psalmus primus ex Apollinario quidem, sed diversa tamen versione cum cæteris omnibus psalmis inc.

Ὄλβιος ὅς τις ἀνὴρ ἀγορὴν δ' οὐ νίσσετ' ἀλιτρῶν
Οὐδὲ ἐπὶ δὴν στήριξεν ἀτασθάλων (b) ἴχνος ἀταρπῷ
Οὐδ' ὁλοῆς ἔδρησιν, κ. τ. λ.

Reliqua hujus psalmi cum citata editione Parisiensi concordant, præter ultimum versum qui totus est immutatus. Sic enim in codice legitur :

Αὐτὰρ ἁμαρτινόων ὁλοὴ πρίβος αἰὲν ὀλεῖται.

Huic primo psalmo subjecta sunt hæc : Ἐντεῦθεν ἄρχεται μετάφρασις Ἀπολλιναρίου, καὶ Ἰωάννου Γεωμέτρου, ἐν οἷς ἔγραψε καὶ Εὐδοκία Αὐγοῦστα, καὶ ἰάμβων Δωρόθεος Ἱεροσολυμίτης. « Hinc incipit Apollinarii et Joannis Geometræ Metaphrasis Psalmorum in quibus scripsit et Eudocia Augusta, et iambis Dorotheus Hierosolymitanus. » Hic observandum est, in quasdam tantum odas sacras, non in Psalmos, Joannis Geometræ paraphrasim hoc in volumine contineri. Eudociæ autem, et Dorothei Hierosolymitani metricæ Psalmorum versiones, quæ hoc unico fortasse loco commemorantur, neque hoc ipso in codice apparent, nec usquam omnino alibi amplius exstare vix credimus. Cæterum Apollinario nostro ex adversa pagina adjungitur ipse Græcus contextus soluta oratione, qui profecto quantum ab editis differat exemplaribus libere pronuntiare non possumus. Hæc tamen versio sine auctoris nomine Græce et Latine sæpius in *Bi*

(1) Sic in codice, sed abundat ὅς in metro.
(2) Sic, sed melius κατὰ καιρόν.
(3) Sic, sed forte legendum γέας.
(4) Sic.

bliothecis Patrum recusa est. Vide Fabric. l. c. lib. v, c. 46, tom. VII, p. 652. Sed Apollinarium multis in locis ab editis differre, sæpe correctum esse, idque non alterius manu, sed ejus qui totum codicem exscripsit ; nec tantum librarii lapsus emendatos, verum etiam genuina auctoris verba hunc inde immutata comperimus. Quæ quidem ipsius contextus varietas num fuerit ab ipso auctore profecta, et ex diversis petita exemplaribus, an ab imperita manu huc inlata, haud facile dictus est Ultimus totius Apollinariæ Paraphrasis versus, qui ultimo Psalmorum versui respondet, est qui sequitur p. 332. 6. Λαὸν δ' ἐξαλάωσα περίφρονος Ἰσραήλου. Cui statim hi quatuor versus rubricatis litteris subjiciuntur et adsunt in laudata editione Parisiensi :

Αἶνον ἄγω σοι θεῖον, ὑπέρτατε ἐν Βασιλεῦσιν,	Laudem ago tibi divinam, supreme inter reges,
Οὕνεκεν ὀτραλέως περιηγέα βίβλον ἅπασαν	Quoniam diligenter rotundum librum omnem
Δαβίδου πινυτοῦ περικαλλέος ἐκτολυπεῦσαι	Davidis prudentia formosi describere
Δῶκας ἐμὴν πανάποτμον, ἐν ἀνδράσιν ἔμπα, γενέθλην.	Dedisti meum infelix, inter viros tamen genus.

In fronte hujus ipsius paginæ ascriptus est etiam numerus versuum Apollinarii hisce verbis : ὁμοῦ εἰσὶ στίχοι ἡρωϊκοὶ εφν'. *Simul sunt versus heroici* 5550. Utrum vero metaphrasis ista Psalmorum, quæ edita etiam fuit Græce et Latine Heildebergæ A. 1596, seniori tribuenda sit Apollinario, qui floruit anno circiter Christi 362, an potius juniori non satis liquet. Eam patri rectius ascribit Gerardus Vossius *De historicis Græc.*, lib II, cap. 18, quamvis alibi *de poetis Græcis*, cap. 9, seniorem Apollinarium cum juniore confundere videatur. Cæterum ii non satis accurate a scriptoribus distinguuntur, ut in his labi proclivius sit. Operæ pretium esset primam hujus Metaphrasis editionem, quam ex duobus bibliothecæ Christianissimi regis codicibus Græce perquam nitide vulgavit Adrianus Turnebus, subjunctis ad calcem variis lectionibus, A, 1552, 8°, cum codice nostro conferre.

INDEX RERUM

Quæ Cyrilli catechesibus, notis, appendice et dissertationibus prœviis continentur.

Paginæ sunt editionis Benedictinæ quarum seriem typis crassioribus expressimus in textu. Numerus Romanus dissertationes, Arabicus contextum et notas designat.

Aaron cum peccasset, deprecante Moyse, veniam adeptus, et sacerdotio non prohibitus, 26. De hoc Aaronis peccato Cyrilli et Bacchiarii sententia, 26. Aaron ante lotus quam summus sacerdos, 42. Per aquæ ablutionem et unctionem sacerdos constitutus et Christus appellatus, 317. Christi figura fuit, 142, 178. Aaroni in ligno miraculum dedit Deus ut ipsi summum sacerdotium conservaret, 290. Aaronis virga argumentum pro virginis partu, 178. Ejus resurrectio ex ejus virgæ excisæ et emortuæ resurrectione deducitur, 290.

Abominabilis facinoris pretium est abominabile, 189.

Abominatio desolationis quid sit, 227. Signum secundi adventus Domini, 227. Duplex apud Cyrillum, LXV. Vid, Antichristus.

Abraham non ex operibus solis justificatus est, verum etiam ex fide, 74, 75. Ante justificatus erat, quam filium suum sacrificaret, 74. Abrahæ justificatio exemplum nostræ, 74. Omnia opera bona Abrahæ per fidem suscepta, 74. Abraham non est appellatus amicus Dei nisi postquam credidit, 74. Abrahæ filii facti sumus per fidem, 74. Abraham, cum fidelis esset, per circumcisionem obsignatus est in justitiam, 74. Pater multarum gentium, non per carnis successionem, sed per fidei suæ exemplum, 74. Christum excepit hospitio, 178. Deo filium promittenti credidit, non ad infirmitatem corporis, sed ad promittentis potestatem attendens, 74. Filium suum voluntate prompta, et quantum in se fuit sacrificavit non diffidens Deo, 74. Abrahæ demissa de se ad Deum loquentis confessio, 88. Abraham, Isaac et Jacob vivunt adhuc et subsistunt, 290. Abraham, de judicio futuro prophetavit, 290, 291.

Abrenuntiare. Quid his verbis significetur, *abrenuntio tibi, Satana*, 307. Quisquis aliquid abrenuntiationis verbis contrarium admiserit, tanquam fœdifragus judicabitur, 308.

Abrenuntiatio Satanæ vetera cum inferno pacta dissolvit, 309. Paradisum aperit, 309. *Vid.* Paradisus. Abrenuntiationis modus baptizandis quo tempore traditus, 301. Abrenuntiationis variæ formulæ quid edoceant, 307, 308. Abrenuntiationum forma, 304, VII, et 305, VII et VIII Abrenuntiationum ritus in veteri historia præfiguratus, 306, 307. Abrenuntiationes, breviorque fidei confessio in exteriori æde seu vestibulo baptisterii peractæ, 310, 304, VII, 306. Abrenuntiatio Satanæ extensa tanquam ad præsentem manu facta, 307 Cur stando ad occidentem, 307, 306. Quid post abrenuntiationes peractas fieret tum in Græcis, tum in Latinis Ecclesiis, 305, VIII.

Absaloni rebellio, 28.

Absentes exspectandi et requirendi, 9.

Abstinentes, Gnosticorum surculus, a Philastrio memorati, 65, 1.

Abstinentia. Quo animo a nonnullis cibis abstinendum, 65.

Acacius Cæsariensis episcopus a concilio Sardicensi excommunicatus et depositus, XIX, episcopatum et communionem ecclesiasticam retinet, et quare, XXIV, XXV. Ipse et Patrophilus S. Maximum exauctorasse falso existimati, XIX.

Acacius metropolitico jure ordinationis Cyrilli administer exstitit, XXIV. Eumdem vocat in jus atque deponit, XXVI, XXVII et seq. quo jure metropolitica suæ in Hierosolymitanam Ecclesiæ jura tueretur. XXVI, XXVII. Acacii et Cyrilli mutuæ circa fidem accusationes, XXXI, XXXII. Acacius Cyrillo nil nisi Nicænam fidem objecit, XXXI, XXXII. Filium Patri similem in substantia et verbis et scripto prædicavit, XXXI. Quando prædicare desiit, XXXI. Se a Semiarianis ad Arianos transfert, XXXI. Filium tantum voluntate similem profitetur, XXXI. Arianæ factionis princeps factus Semianianos episcopos variis de causis deponit, XXXI. Dire sævit in catholicos, XXV. Credibile non est

cium Cyrillo similitudinem substantiæ quasi crimen objecisse, XXXII. Cum Arianis *homœousion* et *homoiousion* pariter taceri decreuit, XXXII.

Acacii in deponendo et extradendo Cyrillo fraudes et violentia, XXXIV. Cyrillum timens, illum prævenit, XXXIV. Judex in propria causa nonnisi levissimis de causis, Cyrilloque honorificis; illum absentem et inauditum deponit, XL. XLI. Cyrilli inimicus, accusator et judex, XLII. Cyrilli accusator, et ab ipso iterum judicare non debuit, XLV, LII.

Acacius et Acaciani concilio Seleuciensi interesse nolunt, nisi Cyrillus aliique a se accusati e consessu ejiciantur, LIV. Nihil non moliuntur ut concilium dissolvant, ejusque judicium subterfugiant, LV, 56. Ex odio Cyrilli segregatam ex paris Arianis in concilio factionem conflant. LII. Judicari de se in concilio qua arte impedire voluerunt, LII. Nomen substantiæ e medio tolli, symbolumque Nicænum abrogari postulant, LIII.

Acacii conatus ut Nicæna fides tolleretur, ac nova cuderetur, LV. Non secundum substantiam, sed secundum voluntatem duntaxat Filium Patri similem credere se aperte profitetur, LVI. Adversariis suis ridicule respondet, LVI. Acacianorum e concilio Seleuciensi accessus, LIV. Eorum libellus seu contestatio a versus ea quæ gesta in concilio fuerant, LIV. Formulam Antiochenam recipere se posse negant, LV. Iterum data occasione e concilio discedunt, LVI. Sæpius accersiti Acaciani non comparent, LVI. Concilii in eos sententia, LVI. Acacius in concilio Seleuciensi deponitur, et Cyrillus suæ sedi restituitur, LVI.

Acacius ejusque factionis principes imperatoris animum adversus Seleuciensis concilii legatos exacerbant, LVII. Ab imperatore obtinet ut aliud concilium CP. celebretur, LIX. Ipse concilii dux et interpres acta solus digerit atque disponit, LIX. Idem cum Eudoxio sentire se simulat, LIX. Omnes fere Semiarianæ factionis principes deponi curat et in exsilium mitti. LIX, LX. Depositis præsulibus successores ipse constituit, LXI. Acaciani et Ariminensis formula pluribus in conventibus damnantur, LXII. Acacius Nicænam fidem amplectitur. LXIX. In concilio Lampsaceno ipse et Eudoxius jure exauctorati declarantur, LXX. Moritur, LXX. Non eadem quæ Eudoxius sensisse videtur, LII.

Academici Deum animam mundi dixere, 121.

Achab, rex Samariæ nequissimus, interempto Naboth, ad comminationem Eliæ pœnitentiam egit, 28. Et quamvis non recessurus ab improbitate post veniam, præsentis pœnitentiæ respectu veniam consecutus, 29.

Achamotha apud Valentinianos Spiritus sanctus appellabatur, 246. Sapientiæ Valentinianorum filia. Quæ ei conveniunt Cyrillus sapientiæ tribuit, 98.

Accipere et *indui* quantum differant, 271.

Accipiter supervolans in medium aera stat immotus, 131.

Acta apostolorum, liber sacer, 69.

Actiones omnes a signo crucis inchoandæ, 58.

Acta quidam Manichæi hæresim ex Mesopotamia Eleutheropolim transtulit, 297.

Acute audire, Cyrillo significat promptum esse ad respondendum, 30.

Adam primus homo universalem mortem attulit, 183. Adami peccato periimus, cecidimus, excæcati sumus, claudi effecti, verbo dicam, mortui. 24. Sententia in Adamum dicta ad Moysen etiqui illum secuti sunt usque pervenit, quamvis ut Adam lignum non gustaverint. 241. Adam per diabolum paradiso pulsus, 34. A Deo post peccatum e regione paradisi collocatus, ut ad pœnitentiam adduceretur, 25. A Christo a corruptione absolutus, 363. Christum per Simeonem quomodo allocutus, 364, 365. Prima Adami insufflatio ex doctrina Cyrilli gratia Spiritus sancti, 270. Adam per lignum cecidit, et latro per lignum in paradisum introductus, 198.

Adantus et Adimantus Manetis discipuli; vel potius discipulis unus, et idem cum Addia et Baddia, 107.

Administrare. Quodcunque nobis credidit Deus, sive pecuniam sive doctrinæ verbum, recte est administrandum, 239.

Adolescentia. Adolescentes speciosam formam, conspicatos oculos comprimere, et inquinamentum effugere docet Spiritus sanctus, 254. Quot annos adolescentiæ deputarent antiqui, 111.

Adonai. Dominus Adonai ab hæreticis infamatus, 124.

Adoptio per regenerationem baptismi, 16.

Adoptionem divinam homines, libero plane delecta ex fide adipiscuntur, 118. Adoptio hominum in Dei filios fit Patris gratia, per Filium et Spiritum sanctum, 116. Adoptionis gratia idem est Cyrillo atque Spiritus sancti donum, 313. Num a remissione peccatorum adoptionem proprie dictam Cyrillus excluserit, 313. Adoptionis gratia an ita propria baptismo Christi, ut a baptismo Joannis nullatenus conferretur, CXCV, CXCVI. Propria sacramento chrismatis, CXCVI. Adoptionis gratia, ab ejus solemni declaratione et obsignatione distincta a Patribus, CXCVI.

Adorare. Adoraudus Dominus pro nobis crucifixus, adoraudus et Pater a quo missus est, atque etiam Spiritus sanctus, 303.

Adrianus. Non Adrianus imperator, sed Constantinus sepulturæ Domini locum muro circumcinxit, 208.

Adventus Christi duplex, unus obscurus fuit, alter conspicuus erit, 223. In priori venit judicandus, in altero veniet judicaturus, 223. Aliæ utrisque differentiæ, 223. *Vid.* Christus.

Adventus Christi primus, ignoratus mundo, 167. Scripturarum de utroque Christi adventu testimonia, 223, 224. De priori gratiæ agendæ sunt, secundus terribilis, et cum tremore exspectandus, 223, 224, 225. Quantum gloriosus, 234. Incertum quando futurus sit, 225. Signis quibusdam proximus judicari poterit, 225. Quænam erunt illa signa, et qua de causa dabuntur, 225, 226, 227.

Ædificatio. Ædificationi bonæ quæ necessaria, 8.

Ægyptii felem, canem, lupum, leonem, serpentem, cepas consecrarunt, 93.

Ægypti idola adventu Christi in Ægyptum prostrata, 141.

Ægyptiacæ servitutis liberatio quid præfiguravit, 306, 307.

Ægyptus, in quam Christus puer illatus est, de ipso testatur, 146.

Ægyptii episcopi in concilio Seleuciensi soli pro *Consubstantialis* defensione pugnavere, LII. Divina providentia in Palæstinam relegati, LXXV.

Ælia seu nova Jerusalem ex adverso veteris fidificata, 208. Temporum decursu ab orientali parte amplificata, 208. *Vide* Hierusalem.

Æneas paralyticus a Petro sanatus, 277.

Ænigma. Sub ænigmate plerumque latens est prophetia, 189.

Æonum Valentini series, conjugationes et progenies, 98. Eas male refert Cyrillus, 98.

Aer ambit omnia quæ in mundo sunt, 286.

Aerius primus pium Ecclesiæ pro defunctis supplicandi morem reprehendit, 328.

Ætates hominis variæ sibi succedunt insensibili singulis diebus mutatione, 133.

Æthiopum conversio symbolum resurrectionis, 207.

Æthiops eunuchus Evangelii præco in patriam missus, 276.

Aetius a Basilio Ancyrano vincitur, et in exsilium mittitur, LIX. In concilio Constantinopolitano diaconatu dejicitur, et Ecclesia extruditur, LIX.

Afflictio. Ad regna cœlorum non aliter nisi laborum et afflictionum tramite pervenitur, 379.

Agabus propheta Novi Testamenti, 197. Doctor Antiochiæ, 277. Ex Spiritu Paulo ventura prophetat, 279.

Agapius, Manetis discipulus, *Heptalogi* auctor, 107, 108.

Aggæus quid dicat de Spiritu sancto, 260. Aggæi locus cum interpolatione a nonnullis lectus, 123.

Agnus qualis fuerit Christus, 192.

Ἀγῶνες angelici ordinis species quædam nonnullis Patribus, 161.

Alæ Deo in Scriptura tributæ protegentem ejus potestatem significant, 91, 92.

Albertinus refellitur, 163, 331, CX. Ex auctorum seu librarium in referendis sanctorum Patrum testimoniis indiligentia, textus integri depravationem perperam concludit, 319, III. Innues Albertini ad eripiendum catholice de Eucharistia sentientibus Cyrillum, argutiæ refelluntur, CCV, CCVI et seqq. Quam inepte Cyrilli aliorumque Patrum sententias ad metaphoricum sensum torqueat, CCVII, CCIX et seqq. Cyrilli verba per pravam interpretationem corrupit, CCXX. Refellitur in iis quæ Cyrilli de reali elementorum in Eucharistia transmutatione testimoniis prave reposuit, CCXXI, CCXXII, CCXXIII et seqq. Tria ejus ratiocinia ex logica deprompta refutantur, CCXVI. CCXVII. CCXVIII. Sancti Augustini testimonio abutitur, CCXX, CCXXI. Splendida Albertini hallucinatio, CCXXVIII, CCXXIX. Periculam Cyrillo orationem affingit, CCXXIX. Omnes Albertini adversus catholicum de reali Christi in Eucharistia præsentia et transsubstantiatione dogma cavillationes, a Cyrillo occupatæ et eversæ, CCXXX, CCXXXI. *Vide* Eucharistia, Transsubstantiatio. Suis cavillationibus totam Calvinianam hypothesim imprudens evertit, CCXVII.

Alexandri Magni regnum in quatuor principatus eo mortuo divisum, 68.

Alimentum Dei artificio partim ad supplementum na-

turæ, partim ad verecundam secretionem distributum, 63.

Altare. Quæ in altari proposita jacent, unde sancta sint et vocentur, 331. Ad sanctum Dei altare quo ordine et qua reverentia procedendum docebantur illuminandi instante baptismi tempore, 300.

Amen, assensionis verbum, et responsio communicantium ad sumptionem utriusque speciei, 331, 332, ccxxx. Quidem significationem referat, 331, 332, ccxxx. Per illud quæcunque dicta sunt obsignamus et assentimur, 331.

Amicus ut amico obsequatur, sæpe ad baptismum accedit, 5.

Amictus peccatorum, 1, 5, 16.

Amor. Amoris impetus præter rationem, 340. Ubi sapientiæ possessio, ibi amoris expulsio, 340.

Amuleta, seu in laminis inscriptiones sunt diaboli cultus, 309. Quid pro amuletis et phylacteriis haberent antiqui, 309.

Ananias et socii in fornacem, propter detrectatum idoli cultum conjecti, idcirco illæsi, 30. Per pœnitentiam flammas fornacis exstinxere, 30. Fides eorum flammæ altitudinem fluvii instar effusa superavit, 30.

Ananias et Sapphira Spiritum sanctum fallere aggressi quam ultionem sustinuerunt, 275.

Ananias testis operationum Spiritus sancti in Paulo, 276. Paulo visum restituit, ejus animæ sigillum impertiit, eumque vas electionis effecit, 276. Episcopali gratia donatus fuisse creditur, 276. Paulo tum baptismi, tum confirmationis sacramenta ministrasse videtur, 276. Ἀνάρχος, *principii ex ævo*; utrum de Filio dici possit, idque de eo dixerit Cyrillus, 150.

Anastasis, sive ipsa sanctæ Resurrectionis spelunca ab ecclesia Resurrectionis diversa, 300. In ea habitæ catecheses mystagogicæ, 300. A Constantino ita amplificata, ut in ea concio haberi posset, 300. In extremis urbis partibus sita, 218. Ædificia ei conjuncta ad medium usque urbis forum pertinebant, 218.

Anastasius Sinaita, quos ecclesiarum ἐξηγμάς, appellet, 246.

Andreas Manetis discipulus, 107.

Angelus spiritus nominatur, 230. Angelorum ordinum numerus indefinitus apud Cyrillum, 237, 266. Tanto major angelorum est numerus, quanto cœlum terra capacius, 237. Eorum multitudo verbis exprimi non potest, 237, 256

Angelorum habitatio, cœlum, 41. Angeli, Cyrilli sententia in varios cœlos, et ordines alios aliis excellentiores divisi, 90, 256. Diversis in cœlis, pro cujusque ordinis merito et perfectione constituti, 151. Angeli et archangeli Cyrillo in inferiori omnium ordine et cœlo, 90. Angelicorum ordinum numerus et ordo, si angelos et archangelos in humiliori, et cherubim ac seraphim in summo positos excipias, Cyrillo incertus, 90.

Angeli ex Cyrilli doctrina, tenuia et splendida corpora habent, 254. Angelos mundi conditores esse veteres affirmarunt hæretici, 159. Angeli Dei voluntatem Dei faciunt, 329. Angelorum Dominus est Christus, cui subservire dignitas est ipsorum, 141. Christo serviliter ministrabant, 141. Angeli ascendenti Christo præsentes, 58. Christo ad judicium venienti satellites futuri, 59. Spiritui sancto quantum inferiores, 256. Eorum præfectus, magister, et sanctificator Spiritus sanctus, 256.

Angeli Mariam Christum sepultum quærentem consolati sunt, 220. Cœlestis angelorum exercitus salutem nostram expectat, 301. Angeli de nostra salute una nobiscum gaudent, 19. Baptismo assistunt frequentes, 11, 40. Baptizatis acclamant: *Beati quorum remissæ*, etc., 11, 16.

Angeli Deum vident, alii aliis excellentius; unusquisque secundum proprii ordinis et loci mensuram, 90, 117. Angeli et archangeli Deum vident, minus excellenter quam throni et dominationes, 90. Deum vident, non sicuti est, sed quantum ipsi capere possunt, 90. Angelis non negavit Cyrillus Dei visionem, 89. Sed comprehensionem tantum excludit, 89.

Angelus etiam condonat Deus; quam multa, nescimus, 26. Unde hanc opinionem hauserit Cyrillus, 26, 2. Num peccare possint angeli, CLXII, CLXIII, etc. Variæ veterum de angelorum peccandi potestate sententiæ recensentur, CLXII, CLXIII, CLXIV, CLXV, CLXVI, etc. Angeli sine status sui periculo levibus peccatis obnoxii, doctrina Cyrilli multorumque e sanctis Patribus, 257, CLXVI, CLXVII. Num Christi redemptio eis profuerit, CLXVII, etc. Qui dæmones paulo ante diluvium amore mulierum lapsos existimarunt. CLXIV. Qui angelos vel nondum firmitatem in bono assecutos esse dixerunt, CLX, CLXI. Qui eos hanc firmitatem per incarnationem assecutos esse consuerunt, CLXVI. Origenis sententia angelos bonos cadere posse, et malos restitui quibusdam Patribus incautius probata, 26. CLXII, CLXI I. Angeli boni si male gubernatione hominum functi fuerint, suo statu excident ex Origenis sententia, CLXIII, CLXIV. Hieronymus ei sententiæ accessit, CLXIV. In quo Cyrilli sententia differat ab Origeniana et Hieronymiana, CLXIV, 257.

Angelica tuba homines universos ad judicium congregabit ea quæ gesserunt quemque ferentes, 237. Angelici libri, qui, 64. In his monachi et virgines ob pudicitiæ propositum descripti, 64. Angeli et archangeli, virtutes, etc., quare nominentur intra sacram actionem, 327.

Anima mundi Deus, nonnullorum gentilium opinione, 121. Anima nostra spiritus dicitur, 250. Sed cum hoc additamento, hominis, 231. Anima hominis opus Dei præstantissimum, 60. Ad imaginem Dei condita, 60. Cyrillo et nonnullis animal dicitur ratione præditum, corruptionis expers, 61. Animam ex Dei substantia esse nonnullorum error, 69. Animabus sexum tribuit Apelles, 61. Animæ omnes seu virorum seu mulierum, sive impiorum natura similes, 62. Immortales ex beneficio Conditoris, 61. Animam mortalem dixere Epicuræi, Simon Magus, Heracleon, aliique, 61. Animarum ordines non sunt diversi: solo voluntatis arbitrio pii et impii discernuntur, 62.

Anima cum in hunc mundum venit, ab omni peccato pravæ electionis libera, 61, CLXIII, CLXXIII. Eam in peccati pœnam corpori illigatam Pythagoricorum error ut is hæreticis communis, 61, 1. Est liberæ potestatis, neque diaboli suggerentis malum, nec siderum natalitiorum, nec fortunæ, nec astrorum conjunctionis cogente vi peccat, 60, 61, 62. Non inhabitat in corpore tanquam in vase alieno, 64.

Animæ dissolutio a corpore quantum secum importet doloris et angustiæ, 377, III. Animæ a corpore dissolutionem terribile Dei judicium statim excipit, 377. III. Damnatorum animæ quibus in inferno plectantur pœnis, 316, III. Inter Græcos surrexit secta, et ad Latinos venit, quæ purgatorium omnino neget; velitque animas nec præmia, nec pœnas recipere, donec corporibus iterum conjunctæ sint, 315, II. Rejicitur hæc opinio, 375, II et seqq.

Anima quo sensu aligeræ similis dicta sit a sanctis Patribus, 234. Resumpto corpore quonam modo denabitur, 234. Animas justorum et impiorum usque ad mundi finem separatis in arcis loca Cyrillus, 287. Animarum prædatores, gentiles, Judæi, hæretici, 52.

Anima notas et characteres edicere non possumus, 90. Anima corpus regere debet, 343. Ad incudem producenda, 11. Eleemosynis, jejuniis, precibus, Scripturæ lectionibus munienda, 70. Quomodo spiritu baptizari possit, 271. Animæ regenerantur per fidem, 17. Animæ facies quæ sit, 322. Anima ad cœlestium donorum receptionem comparanda, 300. Sancti Spiritus dono dignata posito in terra corpore cœlos tanquam in speculo contuetur, et ea videt quæ nesciebat, 252. Exorcismorum tempore in corpore velut in vase conflatorio posita exorcizantium insufflationibus excusitatur et purgatur a peccatis, 8.

Animal multis Patribus angelus dicitur, 61. Anima, Cyrillo et aliis animal est. Ipsum Dei Verbum aliquibus. Animal, quidquid participata ab alio vita vivit, ex Cyrillo Alexand., 61. Quid Hierosolymit., 22. Animal esse peccatum nonnulli teste sancto Nilo senserunt, 22.

Animalem esse terram, solem et cœlos, fuit hæc nonnullorum Patrum sententia, cui Cyrillus non astipulatus est, 154.

Animantes omnes uno mandato Dei, ex uno fonte, terra videlicet prodierunt, 132. Animantium terrestrium bene nomina quidem omnium novimus, nedum diversas naturas, 132. Eorum instinctus diversi, diversorum hominis affectuum figuræ, 132. Vires diversis in membris positæ, 132. Animantes sævæ Deum timenti non formidandæ, 132.

Ani a Samuelis mater, orans in silentio, 10.

Anna prophetissa, continens seu vidua et ascetria de Christo testatur, 146.

Anomœos Cyrillus primus plene et integre impugnavit, XXXII.

Anthemis, herba multos habens in ambitu, radiorum instar, foliorum sarculos solem repræsentat, 234.

Anthropomorphitæ a Cyrillo notati, 53. Oppugnati, 91. Anthropomorphitæ hæreseos, pagani, Judæi, Ebionitæ, Valentiniani, simplices Catholici, a sanctis Patribus accusati, 91.

Antichristus. Contra Antichristum fideles præmonit Ecclesia, 228. Antichristus Cyrillo abominatio est desolationis, 58, 59, 227, 228. Id multi Patres cum ipso senserc, 58, 59, 227, 228. *Vide* Abominatio. Antichristus planus et mendax fugiendus est quando venerit, 242. Diabolus juxta quosdam, 231. Satanas in propria persona, 231, 233. Unus de hominibus in quo Satanas corporaliter habitaturus est, secundum Hieronymum, 231, 233. Non ita sen-

sisse videtur Cyrillus, 231, 233. Ex tribu Dan oriundus ac verus homo, 231, 233.

Antichristus, fera terribilis, draco magnus hominibus insuperabilis, falso sibi Christi nomen imponet, 59. Eadem signa quæ fecit Christus operabitur, 233. Falso mortuos resuscitabit ac specie tantum, et nisi falsa miracula ederet, 231. Idola odio habiturus est, templi vero Judaici studiosum zelatorem se præferet, 16. A Judæis tanquam Christus adorari volens se dicet ex genere Davidis, et templum se reparaturum venire, 16. Illud reipsa reficere tentabit, 16. Antichristus magus Romanum imperium invadet, 229. Judæos Christi nomine, gentiles magicis præstigiis seducet, 229. Se loco Christi adorandum præbebit, 226. Decem regibus de Romano imperio litigantibus ipse undecimus dolo ac præstigiis invadet, 229, 230. Tres humiliabit, ipse octavus postea regnabit, 230. Clementiam primum simulabit, tum dire sæviet, 230. In Christianos præsertim, 230. Multo periculosius sæviet in sanctos quam reliqui omnes religionis hostes, 233. Omnes injustos et impios qui ante eum fuere, improbitate superabit, 233.

Antichristus tum veniet, cum Romani imperii completa fuerint tempora, jam jamque mundi finis proximus erit, 229. Post iteratam templi Judaici ruinam, 231. Secundum Christi adventum præveniet, 225. Tres annos et menses sex duntaxat valebit, 225, 252. Christo demum de cœlis iterum ac gloriose adveniente interfectus, igni tradetur sempiterno, 225, 232. Antichristi diebus publicum Ecclesiæ cultum cessaturum multi docuere ex sanctis Patribus, 232. Dies ejus breviabuntur, 232 Antichristi adventum suo tempore futurum non tradidit Cyrillus, nisi ut fideles ad vigilantiam horteretur, 233, 234. Veteres ea quæ sunt Antichristi exponentes, Apocalypsim Danieli conjungunt, 232. Antichristi exspectatio malis tantum et infidelibus perniciosa, et quare, 229. Antichristi multi venturi, 58. Plures jam advenere, 88.

Antiochia civitas Syriæ nobilissima, 277. Mota in ea quæstio de observatione Moysis consuetudinum qualiter soluta, 278. Ibi ob credentium multitudinem discipuli primum cognominati Christiani, 277. Quanta effunderetur Antiochiæ Spiritus gratia, 277.

Antitypus quid sit, et in quo differat a typo seu figura, 315. Num de se rem quam significat excludat, CCXXIV. Eucharistia qualis sit antitypus, CCXXIV. *Vide* Eucharistia. Quare corpus et sanguis Christi in Eucharistia dicantur antitypa, 331. Antitypon Spiritu sancti de chrismate dictum. *Vide* Chrisma.

Apelles Marcionitarum e grege prophetias ex adversario Spiritu profectas asserebat, etsi unum duntaxat principium admitteret, 244. Animabus sexum attribuebat, 61, 2.

Aphthonius, Maneti a commentariis, 107.

Apis, aptum ad excitandos pigros exemplum, 132. Apes ex vermibus informantur, 289.

Apocalypsis liber Cyrilli allusionibus sæpe respectus, 18. Apocalypsin Cyrillus non numerat in judice Novi Testamenti, sed frequenter citat, 69. Inter apocryphas Scripturas ab ipso reposita, 232.

Apocryphi libri, qui non legantur in Ecclesia, 69. Qui dubii et controversi, 68. Nunquam legendi, 68. Nequidem privatim, 69. Quas apocryphas scripturas intellexit Cyrillus de Antichristi verba faciens, 232.

Apollinaristæ duplicis in Christo naturæ distinctionem inique ferebant, 357. III. Fervidi consubstantialis et Athanasianæ causæ defensores, LXXIX. Scientiam affectabant, LXXIX. Beatam Virginem modo *Deiparam*, modo *hominiparam* appellabant, LXXIX. In Christo divinitatem in carnem conversam arbitrabantur, LXXX. Apollinaristæ Ecclesiam Hierosolymitanam Cyrillo absente turbis replent, LXXVI, 357, III. Quam accusationem in eum intentavere, LXXVI, 357, III. Hierosolymis schisma faciunt, atque inani Arianismi formidine Cyrillum despiciunt, LXXVIII, LXXIX, LXXX. Gregorio Nysseno communicare detrectant, LXXVIII. Schismatici Hierosolymitani nunc reipsa Apollinaristæ. LXXX. Apollinaristarum versutia, LXXX.

Apostoli duodecim per duodecim Palæstinæ divisores a Josua constitutos figurati, 142. Omnes Hebræi, 212. De Christo non verbis solum, sed et tormentis et propriis mortibus contestati, 147. Non sunt Moyse deteriores, nec prophetis inferiores; sed boni sunt cum bonis, et bonis meliores, 218. Quamvis illiterati et idiotæ, principes populi et summos sacerdotes convicerunt, 275. Apostolorum et eorum qui per eos credideruut, cor erat unum, et anima una, et promiscuus bonorum usus, 275. Nihil possidendi propositum tenentes, opes in pauperum alimentum oblatas pedibus conculcabant, 216.

Apostoli cognoverunt et prædicarunt Christi nomen, imo ipsum Christum in semetipsis habuere, 145. Omnes Christum suscitatum viderunt, 216. Simul Salvatoris insufflatione sunt perfusi, 216, Condonandorum in virtute Spiritus sancti peccatorum potestate sunt digniti, 216. Quam multa Spiritus sancti operationem testimonia repræsentent epistolæ et Actus apostolorum, 274. Apostoli post resurrectionem Christi Spiritum sanctum acceperunt, ejus virtutem postea induendi, 271. Qualem tum a Christo Spiritus sancti communicationem acceperunt, 270, 271. Spiritu sancto et igne a Domino die Pentecostes baptizati, 44, 271. Integre ac plene, atque eo vere inebriati, 273. Qua ebrietate, 273. Ex virtute et dono Spiritus sancti quavis lingua loquebantur, 272. Spiritu sancto repleti, induti sunt in anima et corpore divinum et salutare indumentum, 272. Ipsis tum tanta Spiritus gratia circumfusa erat, ut quamvis mites, terrori essent populo, 275. Quanta signa et prodigia Spiritus sancti virtute patrabant, 275. In carcerem conjecti, et ab angelo liberati, etiam verberibus cæsi; gaudentes nihilominus Jesum evangelizabant, 275. Quod scriptum est per apostolos, ex Spiritu sancto præceptum est, 278. Apostoli qui erant Hierosolymis per suam epistolam ab universo legis instituto, id præcipiente Spiritu sancto, orbem universum liberavere, 278. Non omnia scripta sunt quæ ab unoquoque apostolorum mirabiliter effecta sunt, 293. Apostoli duodecim ante Manem annis defuncti, 248. Quoto anno, 248. Apostolorum tempus in Petri et Pauli martyrio finem habuit juxta veteres, 248. Apostolorum ecclesia Hierosolymis, locus in quo delapsus est Spiritus sanctus, 245. Qualis fuerit hæc ecclesia, 245. Omnium antiquissima, atque in ea apostoli conventus celebrare consueverant, 245. In ea Stephanus diaconus ordinatus credebatur, 245. Per ipsum Spiritum sanctum consecrata, 245.

Apostolicæ sedes de jure nullis aliis subjectæ, XXVIII.

Apostolus. *Vide* Paulus apostolus.

Apparitio crucis lucidæ Hierosolymis, 352. A prophetis et a Christo prædicta, 353 Num in ea penitus ac plene adimpletum illud Matth. XXIV, 30: *Tunc apparebit signum Filii hominis in cœlo*, 353, 347, 348, IX. *Vide* Crux, Constantius imp.

Appellatio. Appellare. Forensis appellandi mos num a Cyrillo primum in Ecclesiam introductus, XLI. Ecclesiasticæ appellationes, olim confugia, reviscndique judicii postulationes dictæ, XLI. Appellationum seu revisionum canonicitas, utilitas et necessitas, XLI, XLII Appellationum exempla, XLI, XLII. Appellatione ex jure Romano sententia suspendebatur, LI. Inter appellationem et judicii revisionem quid intersit discriminis, XLIII. A judiciis appellantes ante omnia rescriptum imperatoris pro judicii sui revisione impetrare debebant, XLIII.

Apotactici, insanabilia peccata dicebant, 23.

Aqua, mundi principium, 42. Per aquam omnia consistunt, 299. Aqua herbarum et animantium effectrix est, 299. In nivem, nebulam, glaciem, vinum, oleum, panem, Deo subigente et gubernante convertitur, 130. Magnum quiddam est, et quatuor elementorum pulcherrimum, 41. Ex aqua prodeunt et volucres et natantes animantes, 134.

Aqua in omnibus divinis fœderibus intervenit, 42. Per aquam libertas Hebræis, et toti mundo comparata, 42. Per aquam salus, 193. Aquam Jesus emisit ex latere cum sanguine, 193. Quare, 193. Aqua et sanguis et puncto Christi latere profluentes, duplicis baptismi figuræ, 44.

Aquæ baptismi Christiferæ eo quod in ipsis gestatus sit Christus, 11. Eædem fragrantiam ex Christi carnis contactu collectam spirant, 11. Aqua baptismi non est nuda et simplex, sed Spiritus sancti gratia comitata, 40. Per invocationem sanctæ Trinitatis vim sanctitatis acquirit, 40, 41. Per invocationem in benedictione fontis adhibitam sanctificatur, 40. Cur aqua baptismi materies selecta sit, communes Cyrillo cum vetustis Patribus rationes, 41. *Vide* Baptismus.

Aqua quænam saliat in vitam æternam, 249. Talis aqua non salit nisi supra dignos, 249. Aqua cur sacerdoti et presbyteris abluendis manibus ministrata, 345. Aquæ palearum Manichæis usitatæ, quid foisse videantur, 108.

Aquilæ sublimis volatus, humanæ menti impervius, 131.

Arabionis castellum quo fugiens e carcere se recepit Manes, 101.

Arbores cur Deus hieme mori, vere autem iterum virescere voluit, 288. Arbores hieme mortuæ, vere redivivæ, resurrectionis argumentum, 66.

Arca lignea temporibus Noe figura crucis exstitit, 193. Arcæ et Ecclesiæ Christi variæ similitudines, 269. In arca Noe separata virorum et mulierum loca, 16. Arca fœderis unum fuerit diruptaa Nabuchodonosore, 31.

Archangeli Cyrillo distinctos angelorum ordo, 23. Archangelus Christo de cœlis adveniente proclamans quid dicet, 233. Prophetatus, 235, 234. Archangelus fuisse dicitur a Cyrillo diabolus, quo sensu, 23.

Archelaus episcopus, justitiæ scutum, collectio genti

lium auditorio cum Manete confligit, 104. Eumdem in collatione validis argumentis prostravit,103,106.Inde aufugientem insequitur,iterumque aufugere cogit,105, 106.

Argentum et pecunia Passionis Christi initium et fundamentum, 341. Argentei triginta, merces Christi, 188. Quid ex eis factum, 188. Projecti in domum Domini in conflatorium ex Zach.XI. Dati in agrum figuli juxta Matthæi Evangelium, XXVII. Quomodo ambo verum dicant, 189.

Ariminensium legatorum prævaricatio, quomodo totum pene concilium in exitium traxit, LVII. *Vid.* Concilium Ariminensis formula in concilio Constantinopolitano probatur, et toto orbe sub pœna exsilii subscribenda mittitur, LIX. Exploditur, LXIX, LXXII.

Aristoteles vulgo incusatus quod Dei providentiam cœlo et nubibus terminarit, 121. Aristotelicæ vitæ imitator. Scythianus Manichæorum princeps, 101.

Arius Filium Patri secundum omnia dissimilem docebat, 54, 157. Patre tempore posteriorem, 114. Temporale Filio principium tribuebat, 159. Passionem et fluxum in divina generatione, catholica ex sententia sequi criminabatur, 114. Eum gratia sola creaturis superiorem docebat, 115. Cum sequacibus in concilio et Ecclesia Hierosolymitanis sine pœnitentia receptus et communioni restitutus, XVI.

Ariani duplex in Deo verbum distinguebant, 153. Filium negabant Deum verum esse,155.Ex non existantibus factum dicebant, 155. Docebant eum nec paternam nec suam ipsius naturam perfecte notam habere,55.Negabant unam esse Filii et Patris voluntatem,unum regnum,unam divinitatem, una opificia, 156. Alienum a natura Patris Filium,Patremque solum verum Deum.Filiumadoptione solum non natura Deum affirmabant,55, 117, 155. Ariani impie honorabant Patrem Filium in creaturarum ordinem relegando, 157. Patris et Filii adorationes dividebant, 157. Num communem in Ecclesiis usum glorificandi Patrem per Filium in Spiritu sancto Arius primus adinvenerit, 87.

Ariani Filium deliberatione præcedente genitum aiebant,155.Deum sine sui deminutione generare non posse affirmantes a Cyrillo refutantur,155.Divinæ generationis arcanum auferebant,eam suo modo explicantes,153. Non multum recedebant a Pauli Samosatensis sententia,Christum ex profectu Deum esse factum asserentis,156. Christum nonnisi post passionem sedisse in dextera Patris docebant, 55. Filium et Spiritum sanctum Dei potestati et ἀρχῇ subjiciebant.123. Quo sensu creationem nisi Filio tribuerent, quove Catholici, CXL. Arianorum blasphema vox,*erat quando non erat*, a Cyrillo confutata, 157. Arianorum objectiones præoccupatæ, 150, 152. Ariani duos ingenitos et duo principia ex catholica sententia sequi docebant, 155. Eorum objectio ex tradito a Patre rerum omnium dominio,141. Catholicam fidem Sabellismi colore infamabant, 155. Arii et Sabellii hæreses e diametro oppositæ, 55. Ariani Sabelliani diversimode Trinitatem separabant, 245. Arianorum quis error fuerit ipso Ario referente,245.Arianorum et Catholicorum dissidia quantas clades attulere,227.Arianorum quis status ante Constantis mortem, XIX. Arianorum et Eunomianorum hæresis totum possidet Orientem, LXXV. Ariani quidam beati Hieronymi memoriæ et imagini improperantes colitus puniti, 381, X, XI.

Arma spiritualia, 17.

Arnobius animas impiorum in suppliciis exstingui censet, 61.

Arrhabo Spiritus sancti per fidem acquiritur, 17.

Artemas Christum nudum hominem dixit, 115.

Artemius (S.) Actorum sancti Artemii martyris testimonium de lucidæ crucis apparitione, 356.

Artes humanæ nonnisi separatim traduntur et imperfecte addiscuntur, 272. Artes aliqui fecere deos, 54.

Arvis, quid censendum de quodam Arvis nomine quem Eutychius narrat in Cyrilli sedem intrusum,XLIX.

Asa rex Juda, sæpe a veteribus appellatur Asaph vel Asab, 259.

Ascensio Christi possibilis, 218. Scriptuarum de ea testimonia, 217, 218. Ejus veritas ex iis quæ in mundo operatur Christus ineluctabiliter demonstratur, 58. In die Dominica ob lectionum ordinem exposita, 217. Ascensionis Christi locus ad Orientem situs, 217.

Ascensionis ecclesia in monte Olivarum ædificata,217. Eo in loco qui Christi vestigiis sacer erat pavimento consterni non potuit, 217. Nec concamerari, 217. *Vid.* Mons Olivarum.

Asceta, hominum genus severiori vitæ se devoventium, 19.Asceticæ vitæ exemplar et parentem Joannem Baptistam exstitisse cum multis Patribus sensit Cyrillus, 43.Asceticæ vitæ institutum est a nonnullis abstinere, 65.

Asterius Arianus generandi scientiam divinæ generationi præextitisse volebat, 114. Inter oves nonaginta Filium ipsum comprehendere veritus non est, 237. A Marcello Ancyrano male refutatus, 239.

Asterius Amasenus sanctarum reliquiarum vim in quam causam refundat, 293.

Astra. Astrorum conspectus argento similis, 234. Astris imputare non debemus peccata nostra, 61.

Astrologiæ fabulæ, 130. Astrologiæ vanitatis dediti Pharisæi, Gnostici, Manichæi, 61.

Astrologorum prædictiones repudiandæ, 70. Scientia vana, 61.

Athanasius (S.) et Nicænæ fidei cum eo defensores Sabellismi infamati, XIV. Arianorum fraudes Macario et Cyrillo aperit, 348, X. Qui erant Athanasio infensi ante Constantis mortem, palam sævire non ausi, XIX. Athanasius cum pluribus ex Græcis Patribus Spiritus sancti originem a solo Filio repetendam existimavit, 266. Aliam ac Irenæus Valentino de Spiritu sancto opinionem attribuit, 246. Athanasius et Cyrillus Alexandrinus qua de causa Spiritum sanctum in Christi humanitatem descendisse existimarunt, 268.

Audiendi debet esse modus, 261.

Audientibus quoque intelligentia et gratia Jesu Christi opus est, ne alia audientes, alia in mente prave concipiant, 243.

Audientium nomen catechumenis datum, 5.

Augurium, divinatio, magiæ et aliæ hujusmodi artes sunt diaboli cultus, 309.

Augustinus (S.) quid sentiat de libro vitæ in quo nomina electorum scripta sunt, 221. Ejus dubitatio, num præter justos alii ab inferis sint per Christum liberati, 57. Quid senserit de communi Patrum opinione circa prophetiæ Danielis (cap. VII) interpretationem de Antichristo, 229. Num auctor sui et catholici de gratia systematis, CLXXXIX. Augustini ad Cyrillum epistola male feriati impostoris opus, 371.

Aures in obliquum flexæ jacent, ut auditum sine impedimento admittant, 63. Non omnis auris corporea verbum immissum intra cogitationem admittit, 344.

Aurifices igni per tenues folliculos subministrato aurum liquant et expurgant, 7.

Aurum et reliquæ materiæ ab insanis hominibus Dei loca culta, 54.

Auses prius Josuæ nomen, 142.

Avari et alienorum raptores qua ratione Deo satisfacere debent, 343.

Avium observationes fugiendæ, 70.

Azarias idem ac Zacharias Joiadæ filius, 259. Duo prophetæ hoc nomine, 259.

Azima. In azymis, et in festo Paschalis die in crucem actus est Christus, 195. Qua die azymorum juxta Cyrillum, 195.

B

Babylonicæ confusionis cum dono linguarum per Spiritum apostolis tradito comparatio, 272, 273. Unde orta illa confusio, 272, 273.

Bacchiarius Aaronem ante inaugurationem suam, quando vitulum aureum fabricavit, sacerdotem esse existimavit, 26.

Bacchus, seu potius vinum a gentilibus adoratum,93.

Baddas alter e tribus Manetis discipulis, 107. Varia ejus nomina, vel potius nominis declinationes, 107. Idem cum Adda et Adimanto, 107.

Balnea Hierosolymis ædificata, 12. Unum a Constantino a tergo ecclesiæ Resurrectionis constructum, ubi infantes lavantur, 12.

Balnei usus post inquinatum scelere corpus, 109. A paganis ad Christianos profectum, 109.

Baptismus Veteris testamenti finis et initium Novi, 42. Cur per aquam datur, 41. Ejus primus auctor Joannes, 42. Baptismum sanctificavit Christus eum suscipiendo, 45. Id nomen a Christo martyrio tributum, 44. Baptismi symbola, labrum in tabernaculo positum, 42. Baptismata sub lege diversa, 42.

Baptismus Joannis ab igne æterno liberabat, 43. Eodem modo ac baptismus Christi, doctrina Cyrilli ac multorum, peccata dimittebat, 43, CXCII, CXCIII. Nullius erroris notanda hæc sententia, CXCIII. Num prorsus careret donis Spiritus sancti, CXIV. Communicationem Christi passionum et resurrectionis conferebat, CXCVI. Characterem non imprimebat, CXCVI. Plenam peccatorum quoad pœnas et maculam abolitionem non præstabat, CXCVI, CXCVII. Num adoptionis gratia et jus ad

sus,268. Variæ illius supra istud prærogativæ et excellentia,313,cxiii, cxiv, cxv, etc. Quam ob causam in igne futuris a Joanne dic tur. 268. Est cœleste donum, 32. Ingenua adoptionis regeneratio, 16. Nuptiæ animi cum cœles i sponso, 6, 39. Res magna et singuli cautione summenda,40.Baptismi effectus,45, 282 In aquam peccatis mortui descendimus,et ascendimus vivificati in justitia, 45, 282. Tanquam ex mortuis viventes repræsentamur, 314.Ejus aquæ Christiferæ,11. Est circumcisio cordis per Spiritum sanctum,75.Christi mortem imitatur,et ejus nobis fructus applicat, 45, 46.In eo Christi perpessionum per imitationem participes efficimur, 313, 314. Vim confert adversus dæmones decertandi, 46.In baptismo per imaginem morimur, sepelimur et resurgimus, 313, 314. Christi mors, sepultura et resurrectio per gratiam nobis impertiuntur,313,314. In veritate salutem lucramur,313, 314. Baptismus duplicem continet purgationem, corporis per aquam, animi per Spiritum, 41. Cur gratia dici consueverat ,18, 39. Totus ad remissionem peccatorum destinatus,cixxi, cixxii.Omnia prorsus peccata dimittit, etiam interrempti Christi facinus, 47, 537. In baptismo remissio peccatorum ex æquo datur omnibus ; communicatio Spiritus sancti secundum cujusque fidem, 19. Baptismus et pœnitentia, sive baptismus pœnitentiæ, 295 Baptismi et pœnitentiæ in remittendis et delendis peccatis differentiæ ex Patribus,295. Baptismus sollicitudinis vacuitatem procurat,9.Ante baptismi gratiam opera omnia sunt *vanitas vanitatum*, 322. Baptismi gratia quænam sit,cxc Diversa a gratia sacri chrismatis, cxc, cxci, cxcii. Hæc gratia a Deo per homines est, 282. Quibus conferatur,cixxx.Dispositiones ad eam recipiendam necessariæ quæ, 281, 282. Baptismum petentium Deus sinceritatem voluntatis explorat, 17. In eo tantum accipitur gratiæ quantum quisque capere potest, 282. Qui baptismum sibi perire patitur,inemendabile malum sibi acquirit,282. Quo sensu, 282. Baptismi œconomia, 12. Ejus unda salutaris sepulcrum simul et mater efficitur baptizato, 312. In eo non remissio tantum peccatorum, sed quandoque insigniora dona recipiuntur, 282 Per eum non raro adhuc conferebantur specialia Spiritus sancti dona Cyrilli temporibus, 268. Donum Spiritus sancti quo sensu Christi baptismo proprium,cxcii,cxciv. Quæ de baptismi vi et effectibus locuti sunt Patres, de tota baptismi actione in qua et chrismatis et Eucharistiæ sacramenta comprehenduntur, non de baptismo proprie dicto intelligenda, cxcii, ccvii. Ineptas hac de error Albertini notatur, cxcii, ccviii.

Baptismus signaculum sanctum indissolubile,12.Fidem consequens, 75. Mysticum,17. Quo Domino favorabiliter noti somus, 17. Baptismi et confirmationis sacramenta sigillum animæ imprimunt ex Cyrillo,et quid cuique proprium sit, 276.Baptismatis character ex doctrina Cyrilli quis, 268. Baptismum non licet nisi semel susciperet 268. Baptismi partes duæ, aqua et Spiritus : sine ambobus conjunctis perfectionem consequi non possumus,41, Nec aqua sine Spiritu sancto, nec Spiritus sancti gratia, sine aqua sufficiens, 41, 44. Baptismatis vis duplex in Evangeliis : una per aquam ; altera per proprium sanguinem datur,193.Propter utramque e latere Christi exivit sanguis et aqua,193.Baptismus duplex tantum, aquæ et sanguinis.44, cxvii, cxviii Utriusque vis tota ex parte recipientis unde repetenda,193.Baptismi aquæ quanta sit necessitas mente Cyrilli.41, 44, cixxi, cxcvii. Soli martyres sine baptismo aquæ salutem adipiscuntur,44.Quem in locum habeant ii qui nulla sua culpa baptismi expertes ex hac luce secedunt,cxcviii.cxcix.Variæ Patrum super hac re sententiæ referuntur.cxcviii.cxcix. Baptismus ne expetitus sufficit ad salutem ? cxcix. *Vide* Cyrillus.Baptismi ministri ; ad eos simulate non accedendum, 281. Omnibus locis et per quoslibet datur baptismus,281 Baptismatis ministros non alios nominat Cyrillus præter episcopos, presbyteros et diaconos, 281. Baptismus unus,6.Baptismus hæreticorum nullus, 6. Cyrilli de baptismo hæreticorum sententia. Qui baptismatis formulæ corruptionem non verbo,sed prava duntaxat interpretatione inductam, irritum et nullum baptismum efficere tenuerunt, ccii. Num omnes prorsus hæretici in ecclesia Hierosolymitana ad baptismum denuo recipierentur,cciii, cciv, ccv. *Vide* Cyrillus. Num baptismo aquæ usi sint Manichæi,109. Eorum baptismus singulari fœditate plenus,109.Baptismi tempus ; ad baptismum post secundam Quadragesimæ hebdomadem quemquam admitti vetat concilium Laodicense, 4. Ejus mysteria quo tempore docerentur illuminandi seu baptizandi, 300. Eorum quæ ante baptisma peragebantur quandonam ratio redderetur, 301. Baptismo assistunt Trinitatis personarum angelis, 11, 46.

Baptisterium, regia, 2.Regale palatium,2. Divisum in interiorem et exteriorem ædem, 2. In baptisterio traditum aliquando symbolum, 2. Quæ in baptisterio peraguntur, symbola altarum rerum, 311.

Baptizandi dicti illuminati a baptismo cui instruebantur,cxvi.Cur illuminati seu baptizati dicti participio præsentis temporis, non autem futuri,cxvi.Baptizandorum institutio propria episcopo,vel vices ejus agenti presbytero,cxiv. Huic tria deputata : lectiones Scripturæ, Symboli traditio,ejusdem expositio, 52. A presbyteris et diaconis pagorum rectoribus ad episcopos instructionis causa mittebantur, 281.Baptizandi, Scripturæ sacræ lectionibus animam pascant, 19. Per exercitationem austeriorem vitæ, Græce ἄσκησιν, animi sui robur ostendant, 19 Humanam omnem curam deponant,ut animæ soli vacent, 18. Confessionem omnium peccatorum edere debent,18. Exorcismis et catechesibus assidui sint, 18. Antequam mergerentur interrogati num crederent in nomen Patris et Filii et Spiritus sancti,45,312. Proxime baptizandi qua veste induti a diaconis exorcizarentur, 311. Ter in aquam sub una confessione demersi, 311. In cujus rei symbolum, 312. Nudi coram oculis omnium cur pudore non tacti, 312. Oleo per totum corpus uncti, 312. Quo tempore de mysteriis erudirentur, 300. Brevem paulo ante baptismum de mysteriis expositionem accipiebant, fusiorem postea recepturi, 300. Quid hac de re præscribant *Constit. apostol.*, 300. Antequam baptismum reciperent, suam de Eucharistiæ mysterio fidem testabantur, 300. Edendi paschalis sacrificii disciplinam edocebantur mox a fonte regressi, 300. Eos Cyrillus specialius respiciebat etiam in homilia dictis ad omnes. *Vide* Catechumeni.

Baptizati qua ratione Christo insititii facti,314. Christi participes effecti, vero unguento uncti, 316. Christi duti et nudi, 315. Christi imagines, 316. Appellationem Christi, et rerum divinarum efficaciam suscipiunt, 11. Sacerdotum in morem appellationis Christi participes facti, 301. Signaculum communicationis Spiritus sancti accipiunt, 301. Spiritus sancti filii cur appellati, 269. Baptizatorum nativitas cum morte concurrit, 313. Ipsis apertæ paradisi portæ, 11.

